
JOANNIS DOMINICI MANSI
ARCHIEPISCOPI LUCENSIS EFFIGIES
ĘTATIS SUĘ LXXVII

# SACRORUM CONCILIORUM

## NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,

IN QUA PRÆTER EA QUÆ

PHIL. LABBEUS ET GABR. COSSARTIUS S. J.

*Et noviſſime* NICOLAUS COLETI *in lucem edidere*,

EA OMNIA INSUPER SUIS IN LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ

JOANNES DOMINICUS MANSI,

ARCHIEPISCOPUS LUCENSIS EVULGAVIT.

EDITIO NOVISSIMA

*AB EODEM OPTIME MERITO PRÆSULE*

POTISSIMUM FAVOREM ETIAM EI OPEM PRÆSTANTE

EM.^MO CARDINALI DOMINICO PASSIONEO

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,

ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS, CURATA,
Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata,
Ad MSS. Codices Vaticanos, Lucenſes, alioſque recenſita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CETERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.

## TOMUS DECIMUS SEXTUS.

*Ab anno* DCCCLXIX. *uſque ad ann.* DCCCLXXI. *incluſive*



VENETIIS MDCCLXXI.
APUD ANTONIUM ZATTA.
*SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.*
*(Editio iterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Welter, Bibliopola, [illegible] Bernard Palissy 4, Parisiis* MDCCCC[illegible]

# NOI RIFORMATORI

## Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del *P. D. Filippo Roſa Lanzi* Inquiſitor General del Santo Offizio di *Venezia* nel Libro intitolato: *Sacrorum Conciliorum &c. Auctore P. Philippo Labbeo Soc. Jeſu curante Nicolao Coletti, & Joanne Dominico Manſi &c.* non v'eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza ad *Antonio Zatta* Stampator di *Venezia* che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di ſtampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubblice Librarie di Venezia, e di Padova.

Data li 20. Decembre 1767.

{ Sebaſtian Zuſtinian Riform.<br>
{ Alviſe Vallareſſo Riform.<br>
{ Franceſco Moroſini ſec.do Cav. Proc. Riform.

Regiſtrato in Libro a Carte 335. al Num. 2304.

*Davidde Marcheſini Segr.*

# SYLLABUS
## EORUM, QUÆ IN TOMO XVI. CONTINENTUR.

Quæ hoc Indice ☞ notata ſunt, noſtræ Editioni noviter acceſſere *P. Joannis Dominici Manſi* cura, nunc Archiepiſcopi Lucenſis; omiſſis iis, quæ tipothetarum vitio notari non potuerunt.


ANNO CHRISTI 869

*SANCTA SYNODUS GENERALIS VIII. CONSTANTINOPOLITANA IV.* ex verſione Anaſtaſii, qui, ut ipſe teſtatur, Concilio interfuit. *pag.* 1
*Admonitio Edit. Rom. ad Lectorem.* *ib.*
Cauſæ celebratæ hujus Synodi, & Præfatio. *ibid.*
Breve Compendium Monumentorum. 13
Actio I. *ibid.*
Epiſtola Hadriani Papæ ad Baſilium Aug. 20
— Theodoſii Patriarchæ Hieroſolymorum ad Ignatium Patriarcham Conſtant. 25
Libellus Fidei 27
*Nota in eumdem Libellum.* 29
Definitio Thomæ Metropolitæ Tyri. 30
*Nota in eamdem Definitionem.* 33
Actio II. 37
*Nota.* 38
Libellus. *ibid.*
Actio III. 44
Epiſtola Baſilii Imp. Rom. Nicolao Papæ. 46
Epiſtola Ignatii Archiep. Conſtant. Nicolao Papæ. 47
*Has Epiſtolas ſuſcepit Hadrianus Papa, cum jam defunctus eſſet Nicolaus.* *ibid.*
Epiſtola Hadriani Papæ ad eundem Ignatium P. Conſtantinopolitanum. 50
Actio IV. 53
*Notæ ex Editione Romana.* 64
Actio V. 74
Actio VI. 81
Epagnoſticum Vicariorum Romæ. 83
— Imperatoris. 92
Actio VII. 96
Hadriani Papæ Epiſtola ad Baſilium Imp. 120

ANNO CHRISTI 869

— Ejuſdem ad Ignatium Patr. Conſt. 121
— Allocutio prima ad Concilium. 122
Reſponſio prima Concilii. 124
Hadriani Papæ Allocutio ſecunda. 125
— Allocutio tertia. 126
Suggeſtio Concilii ad Pontificem. *ibid.*
Alloquium Pontificis. 128
Hadriani Papæ ſubſcriptio cum aliis Epiſcopis. 130
Acclamatio Ignatii Patriarchæ ad ſanctam Synodum. 132
Actio VIII. 134
Libellus apologeticus Petri Monachi. 136
Actio IX. 144
Michaelis Alexandrini Epiſtola ad Baſilium Imp. 145
*Nota ex Editione Romana.* 147
Actio X. 157
Regulæ Sanctæ Synodi Conſt. 160
Terminus ejuſdem Synodi. 179
*Nota ex Editione Romana.* 184
Subſcriptiones. 189
Epiſtola encyclica Synodi. 196
Baſilii, Conſtantini, & Leonis Impp. Epiſtolæ duæ. 202. 203
Hadriani Papæ ad eoſdem Impp. Epiſtola. 206
*Nota ex Editione Romana.* 208
Hiſtoria eorum, quæ Sanctam Synodum Conſt. Oecumenicam VIII. præceſſerunt G. L. 209.
Vita Ignatii Patriarchæ Conſt. G. L. *ibid.*
Ex encomio S. Ignatii Patriar. Conſtantinop. a Michaele Monacho presbytero & ſyncello compoſito G. L. 291
Libellus ejuſdem Ignatii. G. L. 295


Epi-

ANNO CHRISTI 869 Epiſtola Nicolai Papæ ex actis Synodi Romanæ. G. L. 302.
— Ejuſdem ad Ignatium Patr. Conſt. G. L. 30[illegible]
— Ejuſdem ad Senatum Conſt. G. L. 307
Procemium G. L. *ibid.*
Actio I. G. L. 310
Hadriani Papæ Epiſtola ad Baſilium Imperatorem. G. L. 311
Sententia Thomæ Metropolitæ Syri, & Eliæ Presbyteri Eccleſiæ Hieroſol. G. L. 315
Actio II. G. L. 319
Actio III. G. L. 322
Actio IV. G. L. 327
Actio V. G. L. 339
Actio VI. G. L. 343
Actio VII. G. L. 358
Allocutiones Hadriani Papæ in Synodo Romæ coacto contra Photium G. L. 371
Capita ab Hadriano Papa in Synodo pronunciata. G. L. 378
Actio VIII. G. L. 382
Actio IX. G. L. 390
Epiſtola Michaelis Patr. Alex. ad Baſilium Imp. G. L. 391
Actio X. G. L. 398
Canones G. L. *ibid.*
Appendix Concilii Conſt. G. L. 410
Epiſtola Stephani Papæ ad Baſilium Imp G. L. 419
— Styliani Ep. Neocæſareæ ad Stephanum Papam. Gr. Lat. 426
— Stephani Papæ ad Epiſcopos, & Clericos ubique degentes. G. L. 435
— Formoſi Papæ ad Stylianum Ep. Neocæſareæ. G. L. 439
Additio eorum quæ in Romana Editione deſiderantur ex Matthæi Raderi S. J. Editione Ingolſtadiana G. L. 442
Quoties Photiani Ep. contra ſuas ipſi cruces perjuri extiterint. Gr. Lat. *ibid.*
Ex Synodica Papæ Nicolai Gr. Lat. 446
Ex Synodica Hadriani Papæ. 447
Breviarium Synodi VIII. ad ingreſſum magnæ eccleſiæ perſcriptum. G. L 450
De Photio ex hiſtoria Joannis Scylitzæ. G. L. 459
Admonitio ad Pſeudo Synodum Photii. G L. 462
Joannis Papæ Epiſtolæ germanæ VI. G. L. 479

ANNO CHRISTI 869 *Notæ Binii in Concilium Conſtantinop. IV.* 515
Pſeudo-Synodus Photii in Templo SS. Apoſtolorum Gr. Lat. 535
Canones XVIII. Gr. Lat. *ibid. & ſeq.*
Pſeudo-Synodus Conſtant. in Templo S. Sophiæ G. L. 550
Canones. *ibid.*
*CONCILIUM VERMERIENSE.* 551
Confirmatio privilegiorum Cænobii Carroſenſis. *ibid.*
*Notæ Sirmondi & Binii.* 552
Additio ex Annalibus Bertinianis. 553
*CONCILIUM METENSE.* 556
*Notæ Severini Binii.* 560
*CONCILIUM PISTENSE.* *ibid.*
870 *CONCILIUM VIENNENSE.* 562
— *ATTINIACENSE.* *ibid.*
— *COLONIENSE.* 563
☞ *Ad Concilium Colonienſe Additio.* 566
☞ Diploma Hincmari Archiepiſcopi Rhemorum, & aliorum Epiſcoporum apud Vermeriam de prædiis & libertate Abbatiæ S. Vedaſti. *ibid.*
871 *CONCILIUM DUZIACENSE.* 570
Præfatio Ludovici Cellotii. 572
Reſcriptum Epiſcoporum Synodi ejuſdem ad Epiſtolam Hadriani Papæ II. 570
Teſtimonia veterum de hoc Concilio, & Hincmaro Laudunenſi. 575
Pars I. Ipſius Concilii, ſive proclamatio Regis Caroli. 578
Pars II. Libellus expoſtulationis Hincmari metropolitani Rhemenſis adverſus Hincmarum Ep. Laudunenſem. 581
Pars III. Reſponſa Epiſcoporum ad libellum proclamationis Caroli Regis contra Hincmarum Ep. Laudunenſem. 643
Pars IV. Acta Synodi ejuſdem Duziacenſis. 658
Subſcriptiones Epiſcoporum. 677
Pars V. Epiſtola Synodalis Concilii ad Hadrianum Papam. 678
— Hincmari Archiep. Rhemorum ad eundem Pontificem. 682
Vita Hincmari Laudunenſis per Cellotium. 688
Ejuſdem Cellotii notæ in idem Concilium. 724
Opuſcula Hincmari utriuſque porrecta Carolo Regi apud Piſtas. 752. *& ſeqq. uſque ad* 788

Ludo-

ANNO CHRISTI 871

Ludovici Celotii notæ in opuſcula utriuſque Hincmari. 788

Epiſtolæ aliquot Hincmari Archiep. Rhemenſis, ad Hincmarum Ep. Laudunenſem. 809

Narratio eorum quæ poſt data LV. capita, peracta ſunt ab utroque Hincmaro. 856

## APPENDIX.

Rabani Archiep. Mogunt. reſponſum ad interrogationes Regimbaldi Chorepiſcopi. 863

☞ Ejuſdem Epiſtola ad eundem. 869

☞ Præmonitio. *ibid.*

Opuſculum Rabani. 872

De antiquis Epiſcoporum promotionibus 879

Præfatio Jacobi Sirmondi. *ibid.*

ANNO CHRISTI 871

Formulæ quarum uſus fuit ſub primis Regibus. 882

Formulæ diverſæ in Epiſcoporum promotionibus poſt reſtitutam electionum libertatem. *ibid.*

☞ Epiſtola formata. *ibid.*

☞ Alia M. Ep. Theatini. 883

☞ Nota Ballerinorum. *ibid.*

☞ Formata Burchardi Ep. Vormatienſis. *ibid.*

☞ Juramenta Epiſcoporum præſtita Sedi Arelat. 884

Exempla XI. Formatarum veterum Epiſt. 885

☞ Appendix miſcellanea formatarum, & diverſarum Formularum a Joanne Dominico Manſi collectarum. 895

☞ Manumiſſio. *ibid.*

☞ Aliud exemplar libertatis. *ibid.*

☞ Libellus accuſationis. 896

☞ Formula profeſſionis Religioſæ. *ibid.*




ANNO CHRISTI 869.

# Η' ΑΓΙΑ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΟΓΔΟΗ ΣΥΝΟΔΟΣ ΤΕΤΑΡΤΗ ΤΩΝ ΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΙ.

ANNO CHRISTI 869.

# SANCTA SYNODUS OCTAVA GENERALIS, CONSTANTINOPOLITANA QUARTA.

## *ADMONITIO EDIT. ROM. ad Lectorem.*

ex editione Romana.

Non præponitur, ut in aliis factum eſt, hiſtoria * octavi concilii, quod eam Anaſtaſii præfatio complectatur, qui & eidem concilio, ut ipſe teſtatur, interfuit. Ac propterea Anaſtaſii verſio cum ejuſdem ſcholiis hoc loco præcedit ſine Græco contextu, quia Græca ſynodus octava quæ extat, hanc Anaſtaſii verſionem, quippe prolixiorem, non exæquabat. Ergo hanc ejuſdem Anaſtaſii veterem interpretationem Græca deinceps conſequetur editio, cum nova verſione nuper recognita, quæ illi reſpondet.

## CAUSÆ ET PRÆFATIO CELEBRATÆ OCTAVÆ SYNODI HISTORICO STYLO DEPROMPTA.

*Domino ſancto & coangelico patri patrum Hadriano ſummo pontifici & univerſali papæ, ego famulus veſter Anaſtaſius peccator abbas, & ſumma veſtræ apoſtolicæ ſedis bibliothecarius.*

QUIA ſuperna providentia, quæ ſingula ſingulis ita diſtinguit temporibus, ut ſanctos ſuos veluti ſplendentia quædam aſtra non pariter, ſed vicibus diſcretis ad illuminationem eccleſiæ ſuæ proferat, apoſtolatum veſtrum noſtris temporibus quaſi quoddam fulgidum ſidus produxit, cujus tempore atque auctoritate, ſancta univerſalis & magna ſynodus octava celebraretur, & ſacra doctrina; cælum ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, tenebris errorum A depulſis, jubar veri luminis illuſtratum perciperet: operæ pretium duxi, tam ad laudem auctoris, quam ad æternam apoſtolatus veſtri memoriam ſcripturæ tradere, veſtræque dominationi breviter intimare quæ fuerit ejuſdem ſanctæ ſynodi materia celebrandæ, vel quod apoſtolicæ ſedis ſuper hæc diſponendi ſtudium vel auctoritas: quid etiam ab illa vel tractatum, vel fuerit definitum. Quamobrem quoque vel octava, vel dicatur univerſalis, quis etiam interpretatus illam extiterit, & ne ipſi ſynodo præſumptio cujuſque quæ in ea definita non ſunt, proceſſu temporis addat, ſolicitos reddere, ac intentos lectores. Quæ videlicet B notans, non quaſi inſcio apoſtolatu veſtro, ſcribendo refero, ſed tamquam horum conſcio & teſte, hiſtorica expoſitione ad memoriam veſtram reduco.

Tempore itaque Michaelis & Theodoræ matris ejus imperatorum, abdicato iconomacho Joanne, electus & conſecratus eſt patriarcha Conſtantinopoleos Ignatius, qui Michaele quondam imperatore, cujus filius erat, imperium ſponte religionis amore dimittente, eunuchus invidia factus eſt: deinde monaſtica vita electa, in cœnobio a primæva ætate miris eluxit morum & virtutum ſplendoribus, ac per id diuturnis exercitiis eruditus, C & in omni ſcientia & opere bono probatus jam ſenex, cunctorum unanimitate ad ſummi ſacerdotii petitus & promotus eſt apicem. Sane reſtiterunt hujus provectioni quidam perpauci epiſcopi, inter quos erat Syracuſanus Gregorius: eo quod eos propter diffamata & publicata nonnulla crimina in ſacerdotio * vitæ, ante refricationem in eos illati judicii ſe non poſſe recipere, canonica ſit, ac miti ratione profatus: propter quæ, quia illa ſatis-

* Forte veri, rite. Hat.

ANNO CHRISTI 869.

ſatisfactione non abluerunt, merito poſtmodum A
ab eo & ſynodo abdicati ſunt. Favebat autem his
quidam ſenator ſæcularis adminiſtrationis fungens
officio, a ſecretis, nomine Photius, qui ad pa-
triarchale conſcendere faſtigium affectans, cum eis
ſeorſum colligebat, & fideles quoſque a ſanctæ
communionis participatione avertens, divinis inter-
eſſe myſteriis, dum a patriarcha Ignatio celebra-
rentur, penitus recuſabat: nihil habens in cauſa
pietatis, unde pontificem proprium reprehende-
ret, niſi quod ſuſpicabatur eum vitam deceſſoris
ſui, id eſt, ſanctæ memoriæ patriarchæ accuſare
Methodii, cum ille non ſolum hunc in nullo pe-
nitus accuſaret, verum etiam miris laudibus ſem-
per efferret, quin potius memoriam illius inter
ſanctos patriarchas, dum divina myſteria gereren- B
tur, faceret, & diem anniverſarium ſollemniter &
imprætermiſſe ſuper ejus nomine celebraret. Quam-
vis hoc ipſum idem Photius ſicut cetera illius geſta
ſiniſtre interpretans, callide facere ſuis auditoribus
prædicaret, alia inquiens eum in corde tenere,
alia in opere demonſtrare.

Cum igitur Photius ſociatus ſchiſmaticis, quo-
rum auctor præfatus erat Syracuſanus Gregorius,
perſuaderet cunctis, qui quaſi pio circa Metho-
dium (habentes quidem zelum juſtitiæ, ſed non
ſecundum ſcientiam) affectu flagrabant, quod pa-
triarcha Ignatius derogator eſſet ejuſdem ſanctæ
memoriæ Methodii, & idcirco quaſi parricida ſo-
ret habendus, fama crebreſcit: Bardam ſcholarem
domeſticum, & Theodoræ imperatricis germanum, C
* inceſtu nurum propriam uſu fœdare, quem pa-
triarcha criminis redarguit, interminatus excom-
municandum, niſi a tanto flagitio ceſſaviſſet: cu-
jus redargutionis modum ille non ferens, præno-
tatis ſchiſmaticis ac depoſitis jungitur, & verſu-
tum in patriarcham ſarcinat argumentum. Perſua-
ſit enim imperatori Michaeli, ut matrem & The-
clam ſororem ſuam, quæ & ipſa cum matre ac fra-
tre imperii fuerat ſceptra ſortita, tondere patriar-
chæ præciperet, & in monaſterio collocaret: quod
cum patriarcha renueret, pro eo quod utraque
imperatrix hanc interim non eligeret ſponte pro-
feſſionem, maxime quia his ſecundum morem,
ſicut ceteris imperatoribus & imperatricibus, jura-
verat non ſe ullo in tempore inſidiaturum. Bar- D
das protinus ad imperatorem juvenem: Heus, in-
quit, imperator ſaltem nunc non advertis Igna-
tium tuæ ſpirare neci, & matrem imperii alii ge-
ſtire, futuro ſcilicet imperatori, ſociare marito.
Hæc miſerrimus egit, nec propriæ germanæ, im-
peratrici videlicet, parcens, ut & in patriarcham
ulciſceretur, & utraque imperatrice, id eſt, ma-
tre ac filia imperio pulſa, ipſe vel vivi fieret im-
peratoris ſocius, vel eo a ſe facilius interempto,
jam ſubrogaretur ſucceſſor. Tunc imperator aure
tanti præſtigii credulus & iratus, matrem cum
ſororibus tonſam palatio pepulit, & Ignatium ſchiſ-
maticorum ac Bardæ ſuggeſtione a regimine pa-
triarchatus abegit, ſubrogatuſque eſt pro eo præ-
fati Bardæ favore Photius, de quo ſupra relatum E
eſt, prohibentibus ſacris canonibus, & veneran-
dis legibus, neminem ex laicali militia ſubito ad
ſacerdotium promoveri. Ignatius vero dum pel-
leretur, eccleſiam ligavit, ne quiſquam abſque
ſe in ea ſacra celebrare tentaret officia. Quo au-
dito, Bardas adeo eum in inſula, in qua erat
relegatus, diverſis tormentis affecit, ut dentes
illius fregerit, & continuis lacerarit colaphis,
uſque quo ſe refutare regimen ſuæ profiteretur
eccleſiæ, qua videlicet jam præjudicialiter fuerat
exſpoliatus, & ante omnem diſcuſſionem penitus
denudatus.

* Forte inceſtu. II.

His ergo compertis, cœperunt nonnulli metro-
politani antiſtites, ac inferioris ſacerdotii vel lai-
ci, pontificis ſui tormentis compatientes, deje-
ctionemque dolentes, rectorem ſibi proprium red-
di magnopere clamitare: quod Photius ſentiens,
perſuaſo imperatore, ſubminiſtrante Barda, con-
gregavit concilium quorumdam epiſcoporum, adu-
latione ſibi vel timore faventium, & eumdem
Ignatium depoſuit, & anathemate perculit, popu-
lum ab eo per hoc tamquam a damnato ſcinde-
re ſperans, cui tamen uſque ad hoc veluti pres-
bytero divina ſacrificia conficiendi præſtabat aſſen-
ſum. Quo geſto magis ac magis pietas fidelium
accenditur, & eo conſtantius ab univerſis ovibus
proprius paſtor exquiritur, quo verſutius lupi cru-
delitas furit. Præterea Photius in hac parte ſe
fruſtratum intuens, ad ſedem apoſtolicam mittit,
cui magnus tunc deceſſor veſter præſidebat papa
Nicolaus; quatenus illa, ſicut ipſe ſperabat, appro-
bante vel decernente, mox omnium ora reſiſten-
tium obſtructa ſilerent, & aditus ſibi progredien-
di qua vellet omnes omnino pateſcerent; ignorans
ſtolidus, quod apud beatum Job de Deo legitur:
*Qui ſi incluſerit hominem, nemo eſt qui aperiat.* Job 12.
Cujus legationem præfatus ſummus pontifex ſu-
ſcipiens & pertractans, licet hucuſque verſutia-
rum ejus atque geſtorum ignarus, pene cuncta
quæ ab eo acta fuerant, ſagaci deprehendit acu-
mine: & non Ignatium, ut Photius poſtulave-
rat, ſed potius ipſum Photium repulit, verum
tramitem juſtitiæ ſequens, miſit Conſtantinopo-
lim miſſos, Radoaldum ſcilicet Portuenſem, &
Zachariam Anagninum, epiſcopos, atque literas,
quarum tenorem qui legerit, facilius noſſe pote-
rit: in quibus, quia & de venerandis iconibus
quæſtio erat, nonnulla etiam ſuper his conſcri-
pta reperiuntur. Pervenientibus igitur miſſis apo-
ſtolicæ ſedis Conſtantinopolim, & concilio con-
gregato, Græci epiſtolas ſuſcipientes, quidquid in
eis erat pro Ignatio vel contra Photium, inver-
terunt, ſubtraxerunt, & in concilio legi minime
pertulerunt: miſſis Romanis quid legerent, quid-
ve non legerent, nullatenus intelligentibus, vel
etiam advertentibus, quin potius præ vi ac timo-
re jam jamque deficientibus: quid plura? Ignatius
in medium trahitur, coram miſſis apoſtolicæ ſe-
dis jam ſenio feſſus ſtatuitur, & denuo damna-
tioni ſubmittitur, quin & ſacerdotalibus infulis
exſpoliatur, quaſi validior fieret depoſitio, ubi
ſedis apoſtolicæ per vicarios ſuos auctoritas ad-
fuiſſet, cum in his nec illius interfuerit auctori-
tas, nec miſſi illi vicariorum more, ut epiſtolæ
dant intelligi, fuerint deſtinati. Quod ſedes apo-
ſtolica diſcens, tantam injuſtitiam impune deſeri
minime paſſa eſt, ſed ſcribit a tali præſumptio-
ne ceſſandum, ſuoque decreto Photium non obe-
dientem cum complicibus ſacra dignitate nudat,
& cum omnibus fautoribus anathema fore decer-
nit; jam dictis miſſis ſuis primitus ſententiam
ſecundum exempla reverendæ memoriæ Felicis pa-
pæ in Vitalem & Miſenum epiſcopos ſimiliter ex-
cedentes ſynodaliter inferens, & quam ſibi fratris
dejectio eſſet gravis, etiam filiis ſuis non parcens,
palam cunctis dedit intelligi. Cujus cenſuræ Pho-
tio minime parente, ſacratus fidelium catalogus
magis inflammatur, & ab ejus ſe communione
catervatim ſequeſtrat, horreſcens quod nec a tan-
ta ſede perculſus corrigi conſenſerit, quippe cum
durior ſilice, etiam verbera dura impudenti fron-
te contempſerit: quod Photius moleſtiſſime ferens
acriter indignatur: & licet Bardas, Cæſar poſtmo-
dum factus, cujus auxilio fulciebatur, digna re-
tributione ab imperatore Michaele fuerit interfe-
ctus,

ANNO CHRISTI 869.

ctus, nihil tamen ſævitiæ ſuæ minuit: ſed alios quidem privatione honorum ac dignitatum, alios vero proſcriptione facultatum damnat, hos exilio longo & carceribus relegat, illos tormentis diverſis afficit; atque ut breviter omnia comprehendantur, nulla profeſſio, ſexus, vel ætas ab eo impunita deſeritur, niſi conſors ſuæ communionis inventa: adeo ut communionem ejus declinantium nonnullos, quibuſdam exceptis, qui contemplationi operam dantes, clauſi habebantur, abſtraxerit; alios vero in monte Olympo eremiticam vitam ducentes fugaverit, eorumque tuguria ſeu ſpeluncas ignis perdiderit; quemdam autem ſibi communicare renuentem etiam vivum ex inferiori parte uſque ad dimidium corporis ſepelierit: & (quod horribilius eſt) conciliabulum præſidente Michaele imperatore colligit, falſos homines quaſi vicarios orientalium ſedium format, accuſatores muneribus armat, & mendaciis conſtruit, teſtes eos adſciſcit, quos & accuſatores opponit. Judices nonnunquam & in accuſati perſonam admittit, exceſſus quoſdam quaſi præfati ſummi pontificis fingit, impingit, & ſicut putabat, damnatione ſimul & anathemate punit: cunctis qui aderant, exceptis perpaucis, & his fautoribus impietatis, clamantibus non eſſe juſtum, in ſummum & primum pontificem, & præcipue ab inferiori quomodolibet ſententiam proferendi; cum id nec canon quiſquam admittat, nec aliqua eccleſiæ conſuetudo fieri doceat. Verum iſte falſarius falſorum exceſſuum adverſus inſontem abſentem & invictum, mendacem codicem compilat, mille circiter antiſtitum ſubſcriptiones falſas interſerit, ſibi nemine prorſus conſentiente vel conſcribente ex illa numeroſa epiſcoporum multitudine, niſi uno & viginti præſulibus. Unde jam profuſius ſancti habitus viri eum fugiunt, & quaſi ſqualorem quemdam declinant, alterum Dioſcorum hunc appellantes, & præcurſorem antichriſti, immo ipſum antichriſtum exiſtimantes, quem ſcilicet hominem peccati, filiumque perditionis apoſtolus appellaſſet, qui profecto extolleretur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Ceterum conſtruit & aliam technam hic perverſorum dogmatum cultor, & perſuadet imperatori præcipere, neminem teſtamentum facere, vel per alterius, niſi per Photii manus ſuas eleemoſynas erogare: quod non ob aliud adinvenit inventor malorum, niſi ut cum acciperet & erogaret ſubſtantias divitum, proprias a minus curioſis erogaſſe putaretur, ac per hoc a cunctis quaſi dapſilis & munificus amaretur; ſimul etiam ut ſaltem per hoc omnes ei coacti communicarent, quandoquidem conſpicerent, nec ipſa ſe animarum ſuarum remedia poſſe, niſi per manus ejus ſaltem in ipſo mortis articulo poſitos operari. Præterea & aliud iniquitatis ſuæ retiaculum, quo mentes ſimplicium caperet, texens, quotquot ad exteriorem ab eo diſciplinam inſtruendi veniebant, proprio ſcripto ſpondere cogebat ſe ſecundum fidem Photii de cetero credituros; quaſi duæ fides eſſent, una ſcilicet Chriſti, & altera Photii: & hoc nihilo minus callide molitus, ut communionis ſuæ quoſcumque vel quomodocumque laqueis irretiret; & eſſet impoſſibile ſe unquam evelli, quem nimirum conſtaret, tot fixis hærere radicibus, dum his nec aliam fidem, niſi quam ipſe teneret, habere quoquo modo licuiſſet: quod maximum ſcandalum mortalibus excitavit, dicentibus: itane, ſi Photius hæreſiarcha fuerit, debent filii noſtri aut fidei catholicæ deſertores eſſe, aut juramenti vel ſui chirographi tranſgreſſores? erant enim inter eos nonnulli clariſſimis natalibus oriundi: nam & ante annos aliquot idem Photius duarum unumquemque hominem animarum conſiſtere prædicabat. Qui cum a Conſtantino philoſopho magnæ ſanctitatis viro fortiſſimo ejus amico increpatus fuiſſet, dicente; cur tantum errorem in populum ſpargens, tot animas interfeciſti? Reſpondit: Non ſtudio quemquam lædendi, talia, inquit, dicta propoſui, ſed probandi, quid patriarcha Ignatius ageret, ſi ſuo tempore quælibet hæreſis per ſyllogiſmos philoſophorum exorta pateſceret, qui ſcilicet viros exterioris ſapientiæ repuliſſet: verum ignoravi me ſub hujus fomite propoſitionis tot animas fore læſurum. Ad quod ille: O ſapientia mundi quæ infatuatur & deſtruitur! Jactaſti ſagittas in multitudinem copioſæ turbæ, & ignoraſti quemlibet ex his omnibus vulnerandum. Certe omnibus liquet, quia ſicut oculi, quantumlibet ſint magni & aperti, ſi fumus palearum interjacuerit, videre ultra non poſſunt: ita oculi ſapientiæ tuæ quantumlibet ſint magni & patuli, avaritiæ tamen & invidiæ fumo penitus obcæcati, tramitem juſtitiæ videre non poſſunt: ac per id verum eſt quod dicis, neminem ictu tuo putaſſe eſſe lædendum, cum ſic obcæcatum ſenſum prædictis adverſum patriarcham paſſionibus habens, nec quid emiſeris, prævidiſti. Interea occiditur Michael, remanet ſingularis in imperio Baſilius. Unde & nuncupatur ab omnibus monocrator. Incipit inquirere & inveſtigare, quodnam fuerit ſedis apoſtolicæ judicium, vel decretum tam ſuper iconomachis, qui ſenſim contra ſacras imagines garrire rediviva præſumptione videbantur, quam ſuper Ignatio vel Photio promulgatum. Qui, cum ei reſponſum eſſet, apoſtolicam ſedem ab undecima indictione, ſicut ab olim in throno Conſtantinopolitano Ignatium ſtabiliiſſe, Photium vero nullius clericalis ordinis dignum aliquo modo cenſuiſſe, atque ſuper his innoteſcendis diverſa ſcripta Conſtantinopolim, ac per omnes orbis terrarum terminos direxiſſe; protinus eadem ſcripta curioſo ſatis intentu requirit, & inventa ubi a Photio profundius obruta conſiſtebant, præ oculis veluti ſpecula ponit, & horum lectione magiſtra, quæ ab eadem ſumma ſede decreta fuerant, celeri conſummat effectu: id eſt, & Photio ſacro miniſterio poſt depoſitionem irregulariter abutenti, throno Conſtantinopolitano cedere perſuadet, & Ignatium hunc recipere adhortatur. Verum quia & Ignatius thronum quo præjudicialiter fuerat expulſus, abſque iterata potioris ſedis, id eſt, primæ auctoritate non recipere propoſuerat, & imperator tantum (proh nefas!) & ubique diſperſum a Chriſti eccleſia generali ſatagebat eradicare ſententia, viſum eſt utrique, Romam, & ad tria patriarchia fore mittendum orientis, & a Roma quidem decreta diſpenſatoria, & ſicut erant culparum cauſarumque diſcretiones, ita & pœnarum qualitates judicandarum, nec non & perſonas vice fungentes apoſtolica poſtulandum. A thronis autem orientalibus conſenſus nihilo minus & perſonas ducendum, ſane notandum, quod ceteri throni nil, inter Agarenos poſiti, ſuper hoc negotio ſumpſere laboris. ſed poſt Conſtantinopolim venientes, quod a ſede apoſtolica fuerat elaboratum atque decretum, reverenter admittunt, & præconiis miris attollunt, atque huic addendum, minuendumve nil omnino decernunt. Mittitur itaque Romam a parte quidem Ignatii, Joannes metropolita Silei, qui & Perges Pamphyliæ præerat eccleſiæ: a parte vero Photii, Petrus metropolita Sardenſis, qui contra Ignatium cum jam memorato Gregorio auctor factus fuerat eccleſiaſticæ ſciſſionis: porro

2. Theſ.



a prin-

ANNO CHRISTI 869.

a principe deſtinatur regius ſpatharius Baſilius no- A
mine, qui inter utramque partem coram ſede
apoſtolica medius haberetur, & fidelis eorum quæ
ſedes eadem decreviſſet, auditor & nuntius: ſed
Petrus quidem, licet nova navi, & quam ipſe
ſibi elegerat, veheretur, naufragium ſimul & mor-
tis periculum pertulit; & qui navim Chriſti, hoc
eſt, eccleſiam ſciderat, navis ſuæ ſciſſionem non
inconvenienter incurrit. Ceteri ſane legati Romam
pervenientes, epiſtolas & profanum codicem, in
quo continebantur geſta conciliabuli, quæ Pho-
tius adverſus apoſtolicæ memoriæ papam Nico-
laum falſo fuerat commentatus; atque omnia quæ
crebro memorato eximio præſuli deſtinata fue-
rant, quia ille ad meliorem vitam migraverat,
tibi præclaro ſucceſſori ejus, domine junior Ha- B
driane præſul * eximiæ ſedis apoſtolicæ, guberna-
* Forte, eximiæ. H.
cula egregie moderanti præſentant: qui accingens
ſicut vir lumbos tuos, * & Danielis pueri ſpiritum
* al. & deceſſoris pii zeli ſpiritum, &c.
ſumens, & nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram
a via regia declinans, quæ ille decreverat decre-
viſti, & quæ ſtatuerat ſtatuiſti, atque omne pro-
vidi patris edictum, pius heres executus, injurias
propriæ ſedis protinus vindicaſti. Nam ſynodo
mox apud beatum Petrum collecta, profanum co-
dicem illum cremari cenſuiſti, & ita fieri apud
Conſtantinopolim, ſi quæ exemplaria ejus ibidem
invenirentur, jure mandaſti: quod & factum eſt,
& auctorem ejus pro tanta temeritate denuo
damnans, hujus paria occultantes cenſura ſimili
ſequeſtraſti. Miſſiſque cum auctoritate apoſtolica C
vicariis & epiſtolis decretalibus, juſſiſti fieri Con-
ſtantinopoli ſynodum, pro multis quidem neceſ-
ſitatibus eccleſiæ, ſed pro his præcipue, quæ huc-
uſque breviter annotata ſunt, quæque in hujus
ſynodi geſtis inveniuntur, in qua ſcilicet Photius
ob id etiam ſpecialiter condemnatur, quoniam
depoſitionem vel anathema præſumpſit in ſanctæ
memoriæ papam Nicolaum nominare. Facta eſt
igitur hæc ſacroſancta ſynodus anno imperii Ba-
ſilii pii principis tertio, quæ univerſos patriarcha-
les thronos, ſicut aliarum ulla in eorum loci ſer-
vantibus præſules habens, univerſalis non incon-
venienter ab omnibus appellatur; univerſalis eſt
enim. Primo quia catholica fides in ea & ſan-
ctæ leges, quæ non ſolum a ſacerdotibus, ſed & D
ab univerſis Chriſtianis coli debent & venerari,
contra hoſtes earum conſona voce defenditur.
Deinde, quia cum Chriſtus in corpore ſuo, quod
eſt eccleſia, tot patriarchales ſedes, quot in cu-
juſque mortali corpore ſenſus locaverit, profecto
nihil generalitati deeſt eccleſiæ, ſi omnes illæ
ſedes unius fuerint voluntatis, ſicut nihil deeſt
motui corporis, ſi omnes quinque ſenſus integræ
communiſque fuerint ſanitatis. Inter quas vide-
licet ſedes quia Romana præcellit, non immeri-
to viſui comparatur: qui profecto cunctis ſenſi-
bus præeminet, acutior illis exiſtens, & commu-
nionem, ſicut nullus eorum, cum omnibus ha-
bens. Tertio, quia cum Photius tot exceſſuum
ſuorum morbo univerſam eccleſiam maculaverit, E
univerſalis curatio adhibita eſt, ut totum cura-
retur, quod totum fuerat maculatum. Nam tan-
tum hujus ambitionis pullulavit longe lateque te-
meritas, ut mox Hieroſolymis quidam laicus no-
mine Salomon extemplo clericus factus, ſit or-
dinatus antiſtes: quod nunquam factum eſt etiam
ab ipſo Jacobo, qui primus illic epiſcopus exti-
tit; niſi poſtquam Photius noviter in clero plan-
tatus, & confeſtim præſul factus auditus eſt. Apud
Conſtantinopolim autem nonnulli ex tunc laici
etiam virtutibus operam tribuebant, tantum ut
ad hanc ſacram poſſent pertingere dignitatem: at
ubi compotes fieri nequiverint, mox continentiæ
frænis laxatis, in ſuis * voluptatibus ire cœpe-
* al. voluntatibus.
runt, & quod non ſanctitatis, ſed avaritiæ cul-
tores exiſterent, protinus oſtenderunt; adeo ut
diverſis modis a Romanis miſſis horum quidam
obtinere tentaverint, ne regula promulgaretur,
quæ tunc de non repente ſecularibus in ſacerdo-
tium provehendis, in hac eadem ſynodo promul-
gata eſt. Præterea penes Alexandriam & Antio-
chiam in tantum radix hujus peſtis excrevit, ut
a tempore promotionis crebro dicti Photii hacte-
nus evelli non poſſit. [1] Nec fatendum credi-
tur, quod tunc univerſalis jure diceretur, ſi pro
fide celebrata conſiſteret, cum & in hac nonnul-
la quæ ad fidem pertinent, ſint definita, & in
ceteris univerſalibus conciliis multa diſpoſita in-
veniantur, quæ ad fidei doctrinam non perti-
nent, quod non minus in fide quam in legis
aliquid videtur deeſſe.
prævaricatione peccent ex concilio Conſtantino-
politano acta: quamvis non minus in ſanctas re-
gulas quam in catholicam fidem delinquatur, &
diabolus non pro fidei pravitate, ſed ob perver-
ſitatem operum perpetuo maneat condemnatus.
Nam ſicut unicuique ſine fide impoſſibile eſt pla-
Hebr. 11.
cere Deo, ita & fides, ſi non habeat opera,
Jacob. 2.
mortua eſt in ſemetipſa: ac per hoc hujuſmodi
fidei cultores, ſicut ſcriptum eſt, confitentur qui-
dem ſe noſſe Deum, factis autem negant: &
ad Titum 1.
ideo ſicut rectæ fidei ſinceritatem maculantes, ita
ſanctæ regulam juſtitiæ violantes, ab omnium
ſunt unanimitatis æquo libramine corrigendi, vel
certe juſta ſententia puniendi: ſicut econtra non
ſolum rectæ fidei, verum etiam ſancti operis ſtre-
nui cuſtodes ab omnibus ſunt laudandi, & digna
præmiorum cæleſtium ſorte ditandi.

Porro proprium nomen hujus rite quærimus
ſynodi. Nam ſi hydræ ac hippocentaurorum, qui
non ſunt, utique nomina dicuntur, quanto con-
gruentius hujus ſynodi nomen ſciri debet, quæ
utique eſt, ne videlicet nomine carens, compa-
retur rebus in maris profundo poſitis, quæ qui-
dem ſunt; ſed quia ad notitiam hominum non
pervenerunt, hactenus nomine carent. Itaque ſi
ſynodus tantum dicatur, non proprie dicitur: ha-
bet enim hoc nomen commune cum aliis nume-
roſis conciliis, ſi ſynodus univerſalis appelletur.
Nec ſic de hac quod ſingulariter poſſidet prædi-
cabitur: nam hoc nomine cum generalibus ſeptem
ſynodis utitur. Porro ſi ſynodus Conſtantinopoli-
tana dicatur, non dicetur proprie: ſunt enim &
aliæ Conſtantinopolitanæ ſynodi. Jam vero ſi ſy-
nodus univerſalis Conſtantinopolitana & octava
vocetur, nec ſic definitive nomen ejus prædicabi-
tur: non enim eſt octava, ſed quarta ſynodus
earum, quæ Conſtantinopoli univerſaliter celebra-
tæ ſunt: Nuncupanda eſt ergo ſine omni contra-
dictione ſynodus univerſalis octava, ut & appel-
latio quam cum ſeptem aliis conciliis ſortita eſt,
non celetur, & nomen proprium, quod ſingula-
riter poſſidet, deſignetur.

Igitur cum hæc celebraretur venerabilis ſyno-
dus, accidit me famulum veſtrum miſſum a Lu-
dovico piiſſimo imperatore cum duobus aliis viris
inſignibus intereſſe, ferentem etiam legationem
ab apoſtolicis meritis, decorato præſulatu veſtro,
cauſa

[1] *Hæc quæ ſequuntur, uſque ad Porro proprium nomen, inferius ponenda videntur poſt hæc verba. & nomen proprium, quod ſingulariter poſſidet, deſignetur.*

[A] cauſa nuptialis commercii, quod efficiendum ex filio imperatoris Baſilii, & genita præfati Dei cultoris Auguſti, ab utraque parte ſperabatur ſimul & parabatur. In tam enim pio negotio, & quod ad utriuſque imperii unitatem, immo totius Chriſti eccleſiæ libertatem pertinere procul dubio credebatur, præcipue ſummi pontificii veſtri quærebatur aſſenſus. Dei ergo nutu actum eſt, ut tanti negotii cum loci ſervatoribus apoſtolicæ ſedis & ipſe fine gauderem, & veniens fructuum in exultatione portarem manipulos, qui per ſeptennium ferme pro eo indeſeſſe laboraveram, & per totum orbem verborum ſemina ſedulo ſcribendo diſperſeram.

Nam pene omnia, quæ ad præſens negotium pertinent, quæque a ſede apoſtolica Latino ſermone [B] prolata ſunt, ſive quæ in hujus ſynodi codice, ſive quæ in aliis voluminibus continentur, ego ſummis pontificibus obſecundans, deceſſori ſcilicet veſtro ac vobis, expoſui, & poſtmodum Conſtantinopoli pro prædicta cauſa repertus, non pauca in his veſtris loci ſervatoribus, ut ipſi quoque teſtantur, ſolatia præſtiti, qui etiam diverſos hominum eventus conſiderans, geſta hujus ſynodi, quæ apoſtolicæ ſedis loci ſervatores in uno volumine ſecum portaturi conſcripſerant, in altero codice tranſcripta Romam uſque deferre propoſui. Unde factum eſt, ut eiſdem loci ſervatoribus in prædones incidentibus, & codicem ipſum cum omnibus ſupellectibilibus ſuis amittentibus, ego codicem quem detuleram Romam, vexiſſe [C] dignoſcerer, quem ſanctitas veſtra grato ſuſcipiens animo, mihi ad transferendum in Latinam tradidit dictionem: ad quod opus ego idoneum eſſe me denegavi, licet in interpretandis ex archivo in Romanum ſermonem ſcripturis præſenti tempore quoddam conamen arripere nitar, & nonnulla jam ad ædificationem plurimorum, & præcipue veſtri deceſſoris hortatu interpretatus ediſiſſe dignoſcar. Verum vicit juſſio tanti pontificis, dum non deeſt obedientia prompti miniſtri. Interpretans igitur hanc ſanctam ſynodum, verbum e verbo, quantum idioma Latinum permiſit, excerpſi; nonnunquam vero manente ſenſu, conſtructionem Græcam in Latinam neceſſario commutavi. Rara præterea interpreti doctiori enu- [D] cleanda ſervavi; quædam etiam ſicut mihi nota erant, nimirum qui tam Romæ, quam Byzantii poſitus, in cunctis his ſolicite laboravi, ſcholiis in marginibus codicis exaratis annotavi, vel etiam, ſicut mihi viſum eſt, explanavi. Sane & hoc notandum, quia quædam ſcripturarum, quæ ſuper his a ſede apoſtolica Conſtantinopolim miſſæ ſunt, deficientibus urbis ejusdem interpretibus, non ex toto recte translata in Græcitatem inveni; quorum ipſe nonnulla, & quantum anguſtia illic morandi permiſit temporis, emendavi; partim vero, ut reperi hactenus incorrecta reliqui.

Ad extremum plane monendum eſt, & pro futurorum cautela temporum arctius memoriæ commendandum, ne forte procedente tempore in [E] Græcis codicibus reperiatur huic ſanctæ ſynodo quidquam a Conſtantinopolitana ſuatim additum vel mutatum, nihil minus vel amplius in eadem ſynodo definitum fuiſſe, niſi quæ in Græco ejuſdem ſynodi actionum codice in Romana eccleſia ſcripta reperiuntur, & in Latinitatem fideli ſatis ſtylo translata, in archivo ejuſdem eccleſiæ recondita comprobantur, quæque omnium patriarchalium ſedium loci ſervatorum, & ipſorum quoque imperatorum atque cunctorum antiſtitum ſubſcriptionibus roborata, & nunc uſque ſignata conſiſtunt. Sane epiſtolæ tam ſynodi, quam patriarchæ & imperatorum ad Romanum pontificem miſſæ, quæ in codicis actionum ipſius ſynodi calce habentur inſertæ, reverenti ſunt cultu recipiendæ. Nam a totius ſynodi conſenſu, dum adhuc ageretur, decretæ ſunt & expoſitæ. Cur autem iſta præmiſerim, breviter annotabo. Siquidem cum rex Vulgarorum cum propria gente Chriſti fidem ſuſcepiſſet per hominem Romanum, id eſt, quemdam presbyterum, Paulum nomine, documentum atque myſterium propoſitum habuit a ſede apoſtolica, non modo fidei regulam, ſed & ſanctæ legis ſumere diſciplinam: quod & fecit, non ſolum a præfato presbytero, verum etiam per divinam revelationem inſtructus:' quæ ſic temporum qualitatem diſcrevit, ut poſtrema in priorem reformaret ſtatum & ordinem. Nam tota Dardania, Theſſalia, Dacia, & utraque Epirus, atque ceteræ regiones juxta Iſtrum fluvium ſitæ, apoſtolicæ ſedis veſtræ moderamine antiquitus præcipue regebantur & diſponebantur. Sed poſtquam imperatores Romanorum, qui nunc Græcorum appellantur, variorum fautores vel incentores effecti errorum, ſanctam Chriſti eccleſiam diverſis hæreſibus ſcindere minime formidaverunt; ſcidit Deus imperium eorum, & in occiduis partibus paulatim regnare, ſuperno decernente judicio, ceſſaverunt: donec Romanos pontifices ſuis pravitatibus incurvare conantes, nec valentes, ac per hoc multiplicibus pœnis afficientes, Heſperiæ poteſtatem jam prorſus amitterent, occidentis etiam amiſſo imperio, nihilo minus Romanis pontificibus, qui a jam jubere nequeunt, ſuadere nituntur; ſuis læſis favorem ſenſibus accommodandum. Sed quia iſti cum Petro ſuper petram veræ confeſſionis ſtantes peſtiferam ſuggeſtionem audire poſſunt, obaudire non poſſunt, mox illi quoniam aliter eos lædere nequeunt, patrios & antiquos terminos transferunt, privilegia ſedis apoſtolicæ corrumpunt, & pene omnia jura diſponendarum diœceſeon auferunt, atque ſuis hæc fautoribus conſentaneis & ſectatoribus conferunt: cum quibus etiam jus, quod ſedes apoſtolica ſuper prædictas regiones habuit, quia juxta ſe ſitæ videbantur, uſurpant, & Conſtantinopolitanæ diœceſi nequiter applicant; cum beatus papa videatur dicere Innocentius ad Alexandrum Antiochenum inter alia ſcribens: Non ergo viſum eſt ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum, Dei eccleſiam commutari, honores aut diviſiones perpeti, quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit imperator; ſed his nec ipſi diu fruuntur, ſiquidem jam memorata Vulgarorum gens protinus irruit, & univerſa circa Danubium occupat: ſicque Græci principes, quod ſedi ſubripiunt apoſtolicæ, in duplum quodammodo & ſecundum legem reſarcinant, nam cum jure diœceſeos uſurpatæ etiam ſua, id eſt, imperii proprii partem poteſtatis ammittunt. Verum tandem aliquando volens omnipotens Deus, qui olim filios Iſrael etiam poſt triginta & quadringentos annos ab affligentium preſſuris eripuit, ſalubremque doctrinam edocuit, has etiam regiones cum populo ſuo ad rectum fidei tramitem, æquamque juſtitiæ normam perducere, inſpiravit jam memorato principi Vulgarorum, per merita Petri, cujus in arcto ſitus interventionem ſibi apud Deum adeſſe precatus eſt, ſicque de numeroſis cuneis hoſtium triumphavit, mittere Romam, & a ſede apoſtolica fidei & ſanæ traditionis poſtulare doctrinas: quod pius princeps non ſegnis executor effecit, & mittens ad apoſtolicam ſedem cui deceſſor veſter tunc papa egregiæ ſanctitatis præſidebat Nicolaus, & non ſolum dogmata orthodoxæ fidei, verum etiam ſanctæ vitæ diſciplinam ab ea, quin & ad utrum-

ANNO CHRISTI 869.

utrumque idoneos inſtitutores expetiit, & accepit, A
Paulum ſcilicet Populonienſem & Formoſum Por-
tuenſem, ſanctæ converſationis antiſtites. Qui ad
principem pervenientes, totamque jam memora-
torum Vulgarorum patriam, cujus ſupra partes
commemoravimus, peragrantes, terram cordium
linguæ vomere præſcindendo, & Chriſtum, extir-
patis errorum vepribus, in hominum mente plan-
tando, fluentiſque ſacri baptiſmi rigando, atque
impoſitione manuum ſuarum ſuper capita fide-
lium, & Deo dicata templa vel altaria incremen-
tum perfectionis per ſanctum Spiritum invocando,
dum apoſtolicus ille pontifex, & ut ita dicatur,
cæleſtis homo & terreſtis angelus ſuperſtes habi-
tus eſt, minime ceſſaverunt. Ad cujus imitatio-
nem eadem agi ſtrenue tu ſucceſſor ejus almæ ac B
ſummæ magnitudinis præſul, medullitus anhela-
ſti, & in his conſummandis ſatagere non ceſſa-
ſti. In tantum autem pietas creverat principis, &
abundabat circa beatum Petrum venerationis af-
fectu, ut quadam die manu propria capillos ſuos
apprehenderet, & contemplantibus cunctis ſe Ro-
manis miſſis tradiderit dicens: Omnes primates &
cuncti populi Vvlgarorum terræ cognoſcant, ab
hodierno die me ſervum fore poſt Deum beati
Petri & ejus vicarii.

Quæ Græci de die in diem audientes invident,
& tantæ gloriæ avidi, ut eum poſſint a Roma-
na ſede avertere, diverſa requirunt ingenia, mu-
nera poſt munera numeroſa mittentes, & ſophi-
ſtica ei argumenta creberrime proponentes. At il- C
le ut columna manſit immobilis, donec eorum-
dem Græcorum fraude deciperetur, ſcribentium
ei, atque dicentium; quod de patria illa utrum
Romano an Conſtantinopolitano pontifici ſubdi
debeat, inter vicarios Romanos, patriarchamque
Ignatium Conſtantinopoli diſceptatio fuiſſet cano-
nice ventilata; & conjunctis Romanis orientis ſe-
dium loci ſervatores judicaverint Vvlgarorum diœ-
ceſim urbi fore ſubjiciendam, cui ante Vvlgaro-
rum adventum ſubdebatur: cum alia ſit in mun-
danis negotiis, alia in eccleſiaſticis diſpoſitio juris;
& quamvis regio illa Græcis fuerit antea ſubdita,
nullum tamen in ea ſibi jus vindicare legitime
potuerunt, quam armis olim amiſſam per tot
tempora bellando recipere non valuerunt: quam- D
vis & priuſquam Græcis fuerit ſubdita, Romani
hanc poſſediſſe pateſcant, nec illam Græci, ut ſu-
pra monſtratum eſt, tenuiſſe memorentur, niſi
dum ſceptris Romanicis potirentur: quamquam
etſi huic Græci principes regioni quantum ad
rempublicam attinet, dominati ſint, non tamen
præjudicare poſſunt Dei eccleſiæ juri, quæ quan-
tumlibet illi cum diverſis nationibus conflictantes,
ſive victi, ſive victores extiterint, non novit niſi
caritatem & pacem. Unde quidam magiſtrorum
ejus exclamat; *Si quis videtur contentioſus eſſe, nos
talem conſuetudinem non habemus, neque eccleſia Dei:*
licet hoc ipſum an loci ſervatores orientis decre-
verint, nullis certis probetur indiciis. Quamvis
enim Romani loci ſervatores & Vvlgarorum miſſi E
cum imperatore, ſeu patriarcha, nec non & orien-
tis loci ſervatoribus conveniſſent; his tamen omni-
bus in uno conclavi poſitis, nulli deforis venien-
ti patebat aditus, niſi cui vel imperator vel pa-
triarcha forſitan permiſiſſet. Unde factum eſt, ut
quidquid Romani aſſererent, nec orientis loci ſer-
vatores, nec Vvlgares miſſi intelligerent: & rur-
ſus quidquid orientales dicerent, nec Romani lo-
ci ſervatores, nec Vvlgarorum miſſi cognoſcerent.
Dum videlicet nullus adeſſet, niſi unus impera-
toris interpres, qui nec Romanorum, nec orien-
talium loci ſervatorum voces aliter audebat ede-

re, niſi ut jam imperator ad ſubverſionem Vvl-
garorum imperarat; excepto quod datum eſt miſſis
Vvlgarorum quoddam ſcriptum Græcis verbis &
literis exaratum, continens quaſi loci ſervatores
orientis inter loci ſervatores Romanos & patriar-
cham Ignatium * arbitros exiſtentes, judicaverint, (* fort. arbitri.)
Vulgarorum patriam quæ in Illyrico conſtituta eſt,
diœceſi Contantinopolitanæ ſubjiciendam, cum ab
olim in utraque Epiro, Dardania, Dacia, Teſſa-
lia, & ceteris in Illyrico ſitis provinciis ſemper
ſedis apoſtolicæ diſpoſitio facta clareat, ſicut di-
verſæ pontificum Romanorum a Damaſo papa
per eaſdem provincias miſſæ teſtantur epiſtolæ, &
has Græcorum principes ſola vi, faventibus ſibi
Conſtantinopolitanis præſulibus, cauſſa dumtaxat,
B quam ſuperius annotavimus, exhortans, ab apo-
ſtolica ſede ſubegerunt: ſuper quibus recipiendis
ideo apoſtolica ſedes nullam reperitur feciſſe que-
relam, quoniam mox has, ut prædictum eſt, ſæ-
pe memorata Vvlgarorum natio adit, & ſibi ju-
re poteſtatis omnia vindicat. At ubi religio redit,
confeſtim & diœceſeos fas ſedi propriæ reforma-
tur. Hæc cum Romani, & his ſimilia, loci ſer-
vatores ſummatim Græcorum locutiones adver-
tentes, aſſererent, etiam hoc perſecuti ſunt di-
centes: Omnibus liquet, neque nos, neque loci
ſervatores orientalium ſedium cauſſa vindicanda-
rum quarumlibet diœceſeon veniendi Conſtanti-
nopolim invitatos, ſed controverſiam, pro qua
diſponenda & definienda, vel a piis imperatori-
C bus expetiti, vel a præſulibus noſtris deſtinati ſu-
mus (Deo auctore) ſane diſſolvimus, & propria
ſinguli ſubſcriptione ſignavimus: ſuper diœceſi
autem Illyrici; quam ſedes apoſtolica jure priſco,
& impræſentiarum ſibi a poſſeſſoribus ejus reddi-
to nunc quieta retentione poſſidet, & regulariter
utitur; eadem principalis ſedes neque pulſata eſt,
neque ut pro ea mitteret, altercandum ullo mo-
do provocata: ſed neque nos perſonas advocato-
rum vel aſſertorum ejus aſſumimus, neque quid
illa ſi adeſſet, reſponderet objectis, agnoſcimus:
quippe qui nihil hinc ab ea in mandatis accepi-
mus, ac per hoc diſceptare non juſſi quidquam
non poſſumus; verum nec loci ſervatores orien-
tis judicum ſe perſonas aſſumpturos in contro-
D verſiis, in quibus ab utraque non ſunt parte ju-
dices appellati vel electi, conjicimus, præſertim
cum apoſtolus perhibeat; Mediator, inquiens,
unius non eſt; & ſacri canones non quorumcum-
que, ſed electorum judicum ſententiam minime
ſpernendam edoceant, & quidam probabilium
patrum dicat: Juſtus mediator non eſt, qui ſic
unam partem audit, ut alteri parti nihil reſer-
vet. Hæc itaque diximus, intentos reddere ſtu-
dioſos curantes, ne forte proceſſu temporis quid-
quam de ſubjicienda Conſtantinopolitanæ diœceſi
Vvlgarorum terra ſtatutum vel definitum ab uni-
verſali & octava putetur ſynodo, vel actionum
illius codici a Græcis hinc aliquid adjici præſu-
matur. Nam familiaris eſt illis iſta præſumptio,
E & ſingularis quodammodo ambitionis indicium:
ſiquidem in ſecunda ſynodo contra ſtatuta ma-
gnæ Nicænæ ſynodi, & ſanctorum decreta præſu-
lum Romanorum, Alexandrinæ privilegia ſedis
Conſtantinopolitano contulere pontifici; & quæ-
dam penes illos reperiuntur capitula regularum,
quæ illi quidem tertiæ dicunt exiſtere ſynodi; cum
apud Latinos nec in vetuſtiſſimis inveniantur edi-
tionibus. In quartæ quoque ſynodi quibuſdam
codicibus quoddam de privilegiis Conſtantinopo-
leos oſtendunt capitulum, quod inter canones
ejuſdem ſynodi ab univerſa eccleſia veneratos,
nec Latinitas, nec alia lingua ſub ſole recipere
com-

ANNO CHRISTI 869.

comprobatur. Quodque licet ab Anatolio, & im- A
peratore, vel fautoribus eorum, poſt omnia ge-
ſta ſynodi & prolatos canones in abſentia Roma-
norum loci ſervatorum clam depromptum extite-
rit, mox tamen ibi ipſum ab eiſdem loci ſerva-
toribus eſt repulſum, & a ſede apoſtolica, quæ
ut eadem ſynodus fieret, ſola decrevit, ſolaque
jus habuit eos recipiendi, quos ſynodica decreta
protulerant, non ſolum non admiſit, verum etiam
continuo reſpuit; quodque Anatolius vel impera-
tor, quia ut firmaretur a ſede apoſtolica, cui
tunc magnus præſidebat Leo, impetrare non po-
tuit, in ejus poſitum poteſtate confeſſus eſt. Ni-
hilominus & alia oſtendunt regularum numeroſa
& præſumptuoſa ſatis capitula, priſcæ traditioni
pene omnia valde contraria, quæ a ſexta falſo B
perhibent ſynodo promulgata; cum ſexta ſynodus
nullam protulerit præter fidei regulam; ſed quas
ejus aſſeverant regulas, longe poſt ſextam ſyno-
dum ab ipſis conſtat eſſe penes ſe privatimque
depromptas. Porro in ſeptimæ ſynodi codice,
quia ſæpe contra canones Conſtantinopoli ex neo-
phytis antiſtites provehuntur, & eo tempore Ta-
raſius ex laicis patriarcha fuerat ordinatus, ita
epiſtolam beatæ recordationis papæ Hadriani exi-
ſtimant tranſcribendam, ut nihil in ea ex his,
quæ ad prædictum præſulem vel contra neophy-
tos idem pontifex ſanctiſſimus ſcripſerat, vel ſcri-
ptum, vel translatum Græce reperiatur. Sic igi-
tur Græci accepta occaſione celebratorum univer-
ſalium conciliorum, frequenter egiſſe clareſcunt, C
& nunc minuendo, nunc addendo vel mutando,
nunc in abſentia ſociorum, nunc in abſcondito
angulorum, nunc extra ſynodum, nunc poſt ſy-
nodum, aſtutia ſua, immo fraude communibus
ſanctionibus abutuntur, & ad ſuos libitus cuncta
quæ ſibi viſa fuerint, etiam violenter inflectunt.
Itaque quidquid in Latino actionum octavæ ſyno-
di codice reperitur, ab omni eſt fuco falſitatis
extraneum: quidquid vero amplius ſive de diœceſi
Vulgarica, ſive aliunde in Græco ejuſdem ſynodi
codice forſitan invenietur, totum eſt mendacii
venenis infectum. Denique diſceptatio, quam co-
ram imperatore, vicariis, & Vulgaribus, tantum
ſuper Vulgarum terra ſupra fuiſſe ſignificavimus D
actam, poſt ſynodum conſummatam, canoneſque
in viginti prolatos & ſeptem tantum capitulis at-
que terminum fidei depromptum, & omnia hæc
in quinque codicibus ſcripta ſive compacta, om-
nium ſubſcriptionibus roborata, ſed & ipſos co-
dices plumbea bulla munitos, atque ſigillatim lo-
ci ſervatoribus traditos, patriarchalibus ſedibus
deferendos, effecta eſt. Ne ergo Græcorum ſua-
tim aſtutia, quin potius doloſitas etiam circa
præſentem ſynodum agat: hæc me admonendi
cauſa dixiſſe ſufficiat. Ceterum bene novi quod
juxta proverbiatorem, *Fruſtra jactatur rete ante o-
culos pennatorum*. Unde quiſquis ſapientiæ ac pru-
dentiæ pennis ad alta ſuſtollitur, omnes inſidiarum
muſcipulas, quæ a Græcis in infimis tendi pote- E
runt, alto contemptionis ſaltu tranſcendet. Divi-
nitas apoſtolatum veſtrum per multos annos ſer-
vare dignetur, domine beatiſſime papa.

id eſt, Breve compendium.

## BREVIS COMPENDIOSUS MONUMENTORUM A S. ET UNIVERSALI

*ſynodo VIII. per ſingulas ejus ſacratiſſimas actiones facta pro catholica eccleſia, id eſt, pro apoſtolicis & orthodoxis dogmatibus, & ipſius ſaluberrimo ſtatu.*

Auctore Anaſtaſio Bibliothecario.

PRima quidem actio continet præfationem & ſeſſiones, ſynodi præceptionem, patriarchalium
perſonarum ingreſſionem, male tractatorum epiſcoporum, hortatum Romanorum vicariorum, eos ad ſedendum jubentem: epanagnoſticum ab imperatore miſſum, aſſertionem vicariorum & principum, interrogationes Bahanis patricii & præpoſiti, & reſponſiones Romanorum vicariorum. Epiſtolam Hadriani papæ ad Baſilium imperatorem, gratiarum actiones ſynodi poſt lectam epiſtolam. Theodoſii patriarchæ Hieroſolymorum epiſtolam ad Ignatium patriarcham, approbationes commendatitiarum epiſtolarum, libellum Romanum, interlocutionem præfati Bahanis, laudes libelli, definitionem Thomæ Antiocheni & Eliæ Hieroſolymitani vicariorum capitulatim, ſecundum ſtatuta papæ Nicolai factam approbationem definitionis, interrogationes ſenatus pro Photio, & reſponſiones vicariorum: harum approbationem, gratiarum actiones & laudes.

Secunda vero continentur actione ſeſſio ſynodi, ingreſſio epiſcoporum qui ceciderant, libellus eorum, interlocutio vicariorum Romanorum pro libello Romano ſcribendo, lectio & ſcriptio ejuſdem libelli, receptio epiſcoporum, ingreſſio presbyterorum, diaconorum, & ſubdiaconorum, cum libello pœnitentiæ, & horum ſcripti ab eis Romani libelli receptio: epitoma, eorum qui ceciderunt laus cum interpretationibus verſuum.

Tertia autem actione habetur ſeſſio ſynodi, ſuggeſtio Metrophanis & quorumdam coepiſcoporum ejus pro legendis epiſtolis imperatoris Baſilii, & Ignatii patriarchæ, Romam miſſis, exactio vicariorum pro efficiendo Romano libello, aliqui epiſcopi, qui interim hoc agere renuerunt, ſed poſtea peregerunt. Epiſtolæ imperatoris prædicti & Ignatii patriarchæ ad Nicolaum papam, epiſtola Hadriani papæ ad Ignatium patriarcham per Donatum & Stephanum epiſcopos, & Marinum diaconum: gratiarum actiones & laudes & verſus.

Quarta præterea refertur actione ſeſſio ſynodi, relatio de Theophilo & Zacharia dudum epiſcopis: interlocutio ſenatus, Metrophanis metropolitæ, ac Romanorum vicariorum. Ingreſſio Zachariæ ac Theophili in ſanctam ſynodum, & altercatio ipſorum & Romanorum vicariorum: epiſtola Nicolai papæ ad Michaelem imperatorem per Radualdum & Zachariam tunc epiſcopos deſtinata: interlocutio judicum, & epiſtola ejuſdem pontificis præfato imperatori per Leonem a ſecretis tranſmiſſa: interlocutio Theophili dudum epiſcopi; & Theodori metropolitæ Cariæ. Epiſtola papæ Nicolai ad Photium per Leonem a ſecretis: exhibitio non recepti Photii a patriarchiis: memoria libellorum a Zacharia & Theophilo Romæ factorum: preces cum laudibus.

Porro quinta continetur actione ſeſſio ſynodi copioſior, annuntiatio Pauli charthophylacis, Zachariam ſive Photium adeſſe nuntiantis. Miſſio hominum vicariorum cum imperiali homine ad eum, & ipſius cum ipſis ſermocinatio: lectio ſermonum Photii, & dictatus ad eum ſynodi per Eliam ſyncellum: lectio vocis Photii. Acclamatio ſynodi ad Photium. Ingreſſio Photii, & quis eſſet, & ſi reciperet conſtituta patrum. Vicariorum percunctatio Romanorum, ſilentium; & tandem locutio Photii ac orientalium. Vicariorum reſponſio, hortatio Romanorum vicariorum: ſed rurſus Photius tacet. Lectio epiſtolarum Nicolai papæ, quæ lectæ ſunt in quarta actione: ſed Photius iterum ſilet, ante quem & altera Nicolai papæ legitur epiſtola ſibi per Radualdum & Zachariam miſſa. Allocutio Eliæ vicarii Hieroſolymitani. Allocutio Romanorum vicariorum: quæ lecta ſunt, approbantur. Hortatio Romanorum

vica-

vicariorum & Bahanis patricii ad Photium, & A ejus reſponſio. Itam Bahanes admonet, & Photius tacet, & ſibi datis induciis, egreditur, & ſæpe dictus Stephanus laudat.

Jam vero ſexta ſcribitur actione ſeſſio ſynodi, pronuntiatio Metrophanis metropolitæ Smyrnæ, epanagnoſticum Romanorum vicariorum. Intromiſſio epiſcoporum Photii, ante quos lectæ ſunt epiſtolæ papæ Nicolai ad Michaelem imperatorem & Photium per Leonem a ſecretis miſſæ, quaſque quarta continet actio: acclamatio Eliæ ſyncelli, diſputatio imperatoris Baſilii, & Euchemonis ac reliquorum Photii epiſcoporum: aſſertio Zachariæ Photii epiſcopi, & diſputatio imperatoris cum epiſcopis partis Photii: locutio Eulampii, & indignatio Romanorum vicariorum: imperatoris B verbum, & requiſitio epiſcoporum ab Ignatio conſecratorum, a Romanis vicariis cum eis loquentibus: contradictio Metrophanis metropolitæ Smyrnæ adverſus præſcriptum Zachariam, ſermo Romanorum vicariorum & admonitio imperatoris ad ſchiſmaticos: ſimiliter Romanorum vicariorum & ceterorum ad eoſdem iterata imperatoris admonitio, ſimul & laudes.

Septima ſane actione indicatur convenientium ſeſſio, ingreſſio Photii baculo innixi, quem ab eo Marinus Romanus vicarius jubet auferri: vicariis Romanis Photium ad faciendum libellum hortantibus, & cum omni ſynodo ad pœnitentiam provocantibus, ille hos econtra cum ſuis ad pœnitentiam magis impellit; cui contradicit orien- C talium vicariorum ſermo. Bahanis interrogatio, Photii reſponſio, & ejus epiſcoporum ingreſſio, ſynodi & Photii epiſcoporum intentio, allocutio ad eos imperatoris per Bahanem præpoſitum, & hujus cum illis altercatio, & imperatoris aſſertio. Photii rurſus epiſcoporum & Bahanis diſſenſio, vicariorum Romanorum pro legenda epiſtola papæ Nicolai clero miſſa Conſtantinopoleos, exhortatio; quod & factum eſt: item epiſtola papæ Hadriani ad Baſilium imperatorem per Theognoſtum exarchum, & altera ad Ignatium miſſa: lectio epiſtolarum Hadriani papæ ad imperatorem & patriarcham per Donatum, Stephanum & Marinum vicarios deſtinatarum; quæ in tertia ſcripta ſunt actione: & concilii ab eodem papa in D eccleſia beati Petri collecti geſtorum ſubſcriptio papæ, epiſcoporum, presbyterorum & diaconorum: commonitorium Romanorum vicariorum ad Photium, acclamatio Ignatii ad ſynodum, anathematiſmus Photii & partis ejus, ſeu præconia & imprecationes imperatoris & ſynodi: ac ſuper Photio verſus.

Octava quoque memoratur actione ſynodi ſeſſio, imperatoris allocutio per Bahanem, & Romanorum vicariorum pro abolendis chirographis injuſtis, & horum cum actis conciliabulorum, a Photio contra papam Nicolaum & patriarcham Ignatium patratorum combuſtio: libellus Petri monachi, & examinatio falſorum vicariorum, & de hujuſmodi beati papæ Martini capitulum: allocu- E tio Metrophanis, Theodori Crithini Iconomachi accerſio, & ſuper ipſis diſcuſſio: capitulum papæ Nicolai de imaginibus, converſio quorumdam Iconomachorum, imperatoris & ſynodi monitis: anathematiſmus in Iconomachos & in Photium & partem ejus prolatus, preces & laudes.

Ceterum nona nihilo minus actione continetur, poſt ſeſſionem ſynodi, ſuggeſtio ſenatus annuntiantis veniſſe vicarium Alexandrinæ ſedis, cujus, hortante ſynodo, epiſtola commendatitia legitur & ipſe receptus, quæ acta ſunt, approbat, & ita ſenſus ejus: recitatur in ſcriptis examinatio falſorum teſtium, qui contra patriarcham juraverunt Ignatium, & horum pœnitentia: inde intromiſſio & diſcuſſio veſtimenta ſacerdotalia induentium, * cum eſſent ſæculares, divina quaſi celebrant myſteria. Sermo Romanorum vicariorum & alter orientalium: iterata falſorum vicariorum diſcuſſio, gratiarum actio; imprecationes & laudes, atque ſuper Photio verſus.



* *forte*, qui cum. *H.*

Porro decima continet actio ſynodicam ſeſſionem, conſidentibus imperatoris occidui, & principis Bulgarici miſſis: regulas & terminum fidei ab eadem expoſitum ſynodo. Interrogatio imperatoris, & totius ſynodi reſponſio approbans regulas lectas & terminum, imprecationes quoque ac laudes. Gratifica vox imperatoris ad ſynodum: ſermo ejuſdem imperatoris, in quo epiſcopis bona promittit, & hortatur, ut ſi quis aliquid contra ſynodum dicere velit, ſine timore fateatur; licet non eſſe laicis ſuper eccleſiaſticis negotiis diſponendi jus, magiſtra ratione demonſtret. Monet ut ſchiſmata vitent, ut contra hæreſes vigilent, ut contentiones declinent, ut forma ſint ſubditis. Interrogatio imperatoris, utrum ſynodo placeat, quod lectum eſt: quæ omnia approbat, & ſubſcriptione firmare pollicetur. Imperator poſt omnes epiſcopos ſe velle ſubſcribere dicit. Ordo ſubſcriptionis, vox ſenatus, ſynodo recipere profitentis: laudes, ſubſcriptiones vicariorum, imperatorum & epiſcoporum: epiſtola ſynodi encyclica; & ad Hadrianum ſanctiſſimum papam, epiſtola imperatorum ad patriarchas: item epiſtola patriarchæ Ignatii ad Hadrianum ſanctiſſimum papam, conſulentis eum ſuper tribus capitulis: mox poſt ſynodum ejuſdem ſancti concilii conſultu tranſmiſſa epiſtola imperatoris Baſilii ad eundem, epiſtola ejuſdem beatiſſimi papæ reſcribentis ad eundem principem.

Expliciunt capitula, quid unaquæque ſynodi actio contineat, breviter indicantia.

ACTIO I. CONC. VIII. GENER.

*Geſta ſancta ac univerſalis octavæ ſynodi, quæ Conſtantinopoli congregata eſt.*

## ACTIO PRIMA.

Dei principale Verbum, quod ipſa Veritas eſt, Chriſtus videlicet omnium noſtrum ſalvator & dominus, habens nimirum univerſorum ſæculorum in ſe notionem & circumplexionem, & omnia ſciens antequam eſſent, conſulens ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ ſuæ, male operantium verſutias præoſtendit, ita dicens in evangeliis: *Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoſcetis eos.* Per quos videlicet manifeſte notavit * formam malignitatis & pravitatis, quæ abſconſa eſt in interiori homine: qui ſpeciem quidem & formam pietatis demonſtrant, actiones vero ſimiles peſſimis affectionibus, quæ circa animam ſunt, operantur. Propterea mox intulit: *Numquid colligunt de ſpinis uvam, aut de tribulis ficus? Ita omnis arbor bona fructus bonos facit; mala autem arbor fructus malos facit.* Et oſtendens quod impoſſibile ſit, ea quæ alterius ſunt generis, in alterius tranſmutari naturam, continuo intulit: *Non poteſt arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere: omnis arbor non fructum bonum faciens excidetur, & in ignem mittetur. Itaque a fructibus eorum cognoſcetis eos.* Photius igitur eſt etiam temporibus noſtris vir malignitate, ac nequam opere plenum interiorem hominem habens, qui propter ambitum & amorem gloriæ, & ut vocaretur Rabbi, bonum

Matth. 7.

* id eſt, pſeudo-prophetæ.

Matth. 7.

Ibidem.

*ANNO CHRISTI 869.*

bonum ſe eſſe fingebat, & habitum & formam [A]
pietatis habere ſimulabat. In quibus & tunc im-
perantes traduxit atque ſeduxit: & per humanam
machinationem, & regiam poteſtatem atque po-
tentiam, eccleſiam noſtram obtinuit, legitimo &
beatiſſimo ſummo paſtore illius & ſanctiſſimo pa-
triarcha Ignatio inique dejecto atque expulſo: ſed
poſt paullulum & mox figurata perſona ſublata,
& hypocriſi in abolitionem converſa, declarata
eſt rurſus ex fructibus arbor etiam eiſdem ipſis,
qui propemodum imperium retinebant, & incon-
ſulte hunc promovere propoſuerunt, ac inutiliter
& infructuoſe poſtea pœnituerunt: ſed & fugien-
dus & odiendus omnibus; quibus, qui in orbe
noſtro ſunt, piis & induſtriis etiam magis effe-
ctus eſt, maxime autem & præcipue miſericordiſ- [B]
ſima principali & Dei providentia ſanctæ Roma-
norum eccleſiæ & patriarchalibus trhonis, qui in
oriente ſunt, manifeſtum eum faciente per peſ-
ſimos pravoſque fructus, quos germinavit. Hinc
ergo zelator Deus & ultionum dominus, qui ad-
verſarios ſuos & contemptores auferri divinæ ju-
ſtitiæ, veluti alterum Eliam Zeloten reperiens,
beatiſſimum papam Nicolaum excitavit in auxi-
lium veritatis: qui in Spiritu ſancto & lupi pel-
lem per ea quæ ſcripſit, crebro dirupit, & in-
teriorem inſaniam & rabiem publicavit, & palam
exhibuit, Deique ſermonem, qui eſt diſcretor
cogitationum, & gladium ſpiritus opponens, con-
feſtim ac ſtatim arborem radicitus amputavit;
quippe quæ neque bene plantata fuerat, neque [C]
fructus bonos emiſerat: atque raptorem, & lu-
pum, & graſſatorem animarum, tamquam latro-
nem & furem interfecit, & confuſionis ſacerdo-
tes, qui cum eo erant, pariter interemit; magis
autem, quemadmodum alter Petrus, alterum Ana-
niam furtim auferentem aliena, & Spiritui ſan-
cto mentientem, ſuorum ſententia verborum oc-
cidit, miniſtrante videlicet & obſequente divinæ
voluntati atque decreto, Chriſti amico & di-
vinitus gubernato, ac ſecum ferente * nomen,
Baſilio Deo amiciſſimo imperatore noſtro, qui
univerſalem ſynodum congregans, quæ viſa ſunt
Spiritui ſancto, pie peregit, reprobato quidem &
omnimodis dejecto atque abrogato eo, qui ſecun-
dum antiphraſeos tropum nominatus eſt * Pho- [D]
tius, abdicatis autem & his qui ab eo promoti
ſunt, & in quocumque gradu eccleſiaſtico conſe-
crati: quibuſdam quidem horum omni tantum-
modo ſacerdotali catalogo privatis, eo quod redar-
guerint & reprobaverint etiam multum ante con-
ſecratorem ſuum, ſuper his quæ hunc inique ac
irregulariter gerere conſpiciebant: quibuſdam au-
tem una cum ipſo abdicatis ſimul & anathemati-
zatis, eo quod ſectatores ejus & conſonantes in
omnibus ipſius nequam operibus deprehenſi ſint:
inſuper & Iconomachi, qui contra ſanctas & ve-
nerabiles imagines impios & læſos ſenſus habent;
id eſt, quod & illi exiſtimationis & damnationis
acceperunt decretum atque ſententiam, corrobora-
to videlicet & incardinato regulariter atque ſyno- [E]
dice in propria ſede Ignatio ſanctiſſimo patriarcha
Conſtantinopolitano, ita ut nunc divinæ ſcriptu-
ræ compleatur eloquium, quod dicit: *Perfectio re-
ctorum deducet eos, & ſupplantatio reprobantium ca-
ptivabit eos.*

*Bardam Cæſarem fautorem Photii dicit.*

*Aſtor. 10.*
** Secum ſerente nomen: cujus nomen cum dignitate concordat: denique eiſdem pene literis, Baſilius, quibus Baſileus i. imperator ſcribi dignoſcitur.*
** Photius namque illuminatus interpretatur.*

*Proverb. 11.*

## INCIPIT ACTIO.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti,
Amen. Anno tertio conſulatus amicorum Chriſti
& piiſſimorum imperatorum noſtrorum Baſilii &
Conſtantini perpetuorum Auguſtorum, indictione
[A] tertia, menſe Octobris, die quinta, feria quarta,
propoſitis pretioſis & vivificis lignis, & intemera-
tis ſalutis noſtræ evangeliis in dextris partibus *
catechumeniorum nominatiſſimi templi ſanctæ ac
magni nominis Sophiæ: convenientibus autem
Donato & Stephano, Deo amabiliſſimis epiſcopis,
& Marino venerabili diacono, locum tenentibus
Hadriani ſanctiſſimi ac beatiſſimi archiepiſcopi ſe-
nioris Romæ, & Ignatio honorabiliſſimo archi-
epiſcopo magni nominis Conſtantinopoleos novæ
Romæ, & ſanctiſſimis vicariis orientis, Thoma
videlicet ſanctiſſimo metropolita Tyri, locum te-
nente ſedis Antiochiæ, eo quod eadem viduata
eſſet eccleſia; & Elia Dei cultore presbytero, &
ſyncello locum tenente Teodoſii ſanctiſſimi archi-
[B] epiſcopi ſedis Hieroſolymorum. Deinde ſecundum
juſſionem amicorum Chriſti & piiſſimorum ma-
gnorum imperatorum noſtrorum Baſilii & Con-
ſtantini, præſentibus & audientibus laudabiliſſimis
patriciis, videlicet Theodoro laudabiliſſimo patri-
cio & præpoſito, Hemerio laudabiliſſimo procon-
ſule ac patricio, Theophilo laudabiliſſimo procon-
ſule ac patricio, Leone laudabiliſſimo proconſu-
le ac patricio, Joanne laudabiliſſimo patricio ac
logotheta * okeoſdromi, Leone laudabiliſſimo pa-
tricio & domeſtico excubitorum, Paulo laudabi-
liſſimo patricio & eparcho prætoriorum, Manue-
le laudabiliſſimo patricio, Theophylacto laudabi-
liſſimo patricio, Petronace laudabiliſſimo patricio,
& Oreſte protoſpathario & domeſtico * ycanato-
[C] rum. His ergo congregatis, ſanctiſſimi vicarii ſe-
nioris Romæ, & Ignatius ſanctiſſimus archiepiſco-
pus Conſtantinopoleos, & honoratiſſimi vicarii
orientis dixerunt: Ingrediantur epiſcopi omnes,
quotquot laboraverunt & certaverunt pro verbo
veritatis, utpote conſentanei Ignatii ſanctiſſimi ar-
chiepiſcopi Conſtantinopoleos. Et ingredientibus
illis, Nicephoro videlicet Deo amantiſſimo me-
tropolita Amaſiæ, Joanne Deo amantiſſimo me-
tropolita Silei, Niceta Deo amantiſſimo metro-
polita Athenarum, Metrophane Deo amantiſſimo
metropolita Smyrnæ, Michaele Deo amantiſſimo
metropolita Rhodi, Georgio Deo amantiſſimo
epiſcopo Iliopoleos, Petro Deo amantiſſimo epi-
ſcopo Troadis, Niceta Deo amantiſſimo epiſco-
[D] po Cephaludii, * Anaſtaſio Deo amantiſſimo epi-
ſcopo Magneſiæ, Nicephoro Deo amantiſſimo epi-
ſcopo Crotonæ, Antonio Deo amantiſſimo epi-
ſcopo Aliſi, & Michaele Deo amantiſſimo epiſco-
po Cercyrorum: ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ
& orientis dixerunt: Sedeant ſecundum ordinem
ſuum, quia digni ſunt, & beatos & ter beatos
hos æſtimamus. Et ſedentibus eis, ſtans in me-
dio Bahanes famoſiſſimus patricius & præpoſitus,
ad ſanctam ſynodum dixit: Imperator noſter ſan-
ctus epanagnoſticum tranſmiſit, & ſi jubetis, &
placet vobis, recitetur coram ſancta ſynodo. San-
ctiſſimi vicarii ſenioris Romæ ac orientis dixe-
runt: Placuit nobis ſermo: & accipiens Theodo-
rus vir devotus a ſecretis legit: Cum divina &
[E] benigniſſima providentia nobis gubernacula uni-
verſalis navis commiſiſſet, omne ſtudium arri-
puimus, & ante publicas curas, eccleſiaſticas con-
tentiones diſſolvendi, & procellas, quæ per mul-
tos annos ex invidia odientis bonum ſatanæ ex-
panſæ ſunt, in ſtabilem tranquillitatem per me-
liorem quamdam proviſionem transferendi: hic
quidem, munito divinitus imperio noſtro ſemper
hoc deſiderium gerente, & ita opportunum eſſe
optime perpendente, ac ab aliis patriarchalibus
ſedibus vicarios adducere, propter jam dictam
cauſam, judicante, cooperatus eſt intentioni gu-
bernati divinitus imperii noſtri ſolus infinitæ po-

*ACTIO I. CONC. VIII GENER.*

** Catechumenia dicuntur loca, in quibus catechumeni inſtruuntur.*

** Ac magiſtro laudabiliſſimo patricio, & præpoſito.*
** Prodromi celeris curſus.*
** parentum. Vide Gloſſar. Græcum Du Cangii.*

** al. Athanaſio*

*Epanagnoſticum dicitur ſcriptum quod palam legitur. Epi enim Græce non ſolum ſuper, ſed coram interpretatur.*

* Definitum eſt enim, ut ſeptem tantummodo ſint in eccleſia diaconi.
* id eſt, primæ ſedis Antiochiæ dirceſeos.

tentiæ rex & princeps pacis, &, ut aſpicitis, A conſilium noſtrum complevit, & in idipſum convenire atque concurrere fecit, a ſeniori quidem Roma epiſcopos duos, & diaconum unum de * definitis ſeptem, prudentia & intellectu ac vita venerabili decoratos; ab oriente vero * protothronum Antiochiæ, id eſt, ſanctiſſimum metropolitam Tyri, omni reverentia plenum: a Hieroſolymitana autem ſancta Dei eccleſia, ſancta videlicet Sion, de qua exiit qui prophetatus eſt, & nova lex, & diſcretor omnium gentium Domini ſermo, ſanctiſſimum ſyncellum virum apoſtolicum, & omni ſapientia divina & humana refertum. Igitur cooperatione & gratia Chriſti univerſorum regis, & Dei cuncta tenentis, his, quæ prava omnibus vobis eſſe videbantur, in directa, B & aſperis in vias planas, imperatoria diligentia & ſtudio noſtro translatis, commonemus & cohortamur omnes vos, fratres, ut cum multo pudore ac reverentia conveniatis ad ſanctam hanc & univerſalem ſynodum, tamquam & communem, & univerſis aptam, atque ſine livore medelam, nullam vitioſam motionem vel affectum ferentes, nec ad contentioſam voluntatem reſpicientes, ſed potius vinci bene, quam vincere culpabiliter ac injuſte ſcientes. Sic enim unuſquiſque, qui vitiatum interiorem patitur hominem, ſanitatem & æternam ſalutem recipiet. At vero & ad voſipſos acclamationem imperii noſtri proponimus; quippe qui poteſtatem ſynodici judicii divinitus accepiſtis. Etenim vos veritatis eſſe C ac divinæ juſtitiæ, ſecundum quod eſt poſſibile, dilectores & imitatores nequaquam quidem ambigimus: ſed ut & Deo munitum imperium noſtrum, ſecundum datam ſibi poteſtatis menſuram, in eccleſiaſticis negotiis nihil tacuiſſe pateſcat eorum, quæ debentur atque conveniunt; depoſcimus & religionem veſtram, ut omnis gratiæ ac odii nunc maxime ſuperatrix efficiatur; quin potius & impaſſibili beatæque naturæ ad perſonam non accipiendam, omni robore, quantum fieri poteſt, aſſimiletur; & neque perſonam potentis per gradum vel per amicitiam accipiat, neque pauperis miſereatur in judicio: ſic enim ſecundum conſilium utique ac voluntatem Dei, atque tranquilliſſimi imperii noſtri, pacatiſſima ſubſe- D quetur eccleſiarum ordinatio. Et poſt lectionem, vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Iſta res univerſalis eſt, & pertinens ad utilitatem eccleſiæ: & hoc recitari ſanctæ ſynodo placet, & nobis omnibus. Thomas & Elias ſanctiſſimi vicarii orientis dixerunt: Placuit & nobis ſimiliter. Et ſacer ſenatus dixit: Et nobis omnibus placuit. Et ſurgens iterum Bahanes famoſiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Epiſcopi petunt una cum ſenatu, ut certificentur hora iſta, unde ſitis, & quam poteſtatem, vel quales literas habeatis. Donatus & Stephanus ſanctiſſimi epiſcopi, Marinus Deo amantiſſimus diaconus, vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Hoc nos uſque nunc non invenimus in univerſali ſynodo factum, ut vicarii ſenioris Ro- E mæ a quolibet perpendantur, utrum talem exiſtimationem habeant. Bahanes famoſiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Et nos propter inhonorantiam apoſtolici throni non dicimus hoc, ſed quia anteriores veſtri accedentes miſſi, Radoaldus ſcilicet & Zacharias, deceperunt nos, alia in mandatis habentes, & alia facientes. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Ergo ut omnem dubitationem emittamus e cordibus veſtris, & verbis & operibus certificemus vos, quia ſecundum ea quæ mandata & juſſa ſunt nobis, ita diſponemus: ecce & epiſtolas habemus ad imperatorem & patriarcham, & ſi jubetis, legentur.



Et rurſus iidem ipſi dixerunt: Piiſſimus & amicus Chriſti imperator, & ſanctiſſimus Ignatius patriarcha Conſtantinopoleos, miſerunt apocriſarios ſuos nobiliſſimos viros & fideliſſimos ſancti imperii ſui & eccleſiæ Dei; Joannem metropolitam Silei, & Baſilium ſpatharium ampliſſimum virum, ad beatiſſimum papam Nicolaum. Sed quoniam ille ad Dominum profectus eſt, ſuſcepit epiſtolam Hadrianus ejus ſucceſſor ſanctiſſimus papa ſenioris Romæ, rogantes eum, ut mitteret apocriſarios ſuos Conſtantinopolim, quatenus error & zizania extirparentur de eccleſia Conſtantinopoleos: & ecce gratia Dei venimus in conſpectu ſanctorum imperatorum, & reperimus in B eadem ſancta Conſtantinopolitanorum eccleſia ſanctiſſimum patriarcham Ignatium, & præ manibus habemus epiſtolam, quam tranſmiſit imperatori ſanctiſſimus papa Hadrianus, qui etiam poteſtatem nobis dedit, ut, ſecundum quod beatiſſimus papa Nicolaus diſpoſuit de ſancta Conſtantinopolitanorum eccleſia, ita ordinemus, ut moderemur atque firmemus, ut nullus adverſus eam pugnare poſſit; & ut quæ ipſe ſanctiſſimus Hadrianus edidit, confirmemus. Cujus enim ſuſcepit honorem, ſuſcepit etiam & laborem; quia propter hoc Deus poſuit eum in eccleſia ſua. Ecce epiſtola ſanctiſſimi papæ Hadriani, & ſi vultis, ſecundum quod prædiximus, legatur. Sancta ſynodus dixit: Legatur. Et accipiens Mari- C nus Deo amantiſſimus diaconus ſanctæ Romanorum eccleſiæ, epiſtolam Latine legit magna voce in audientiam omnium, in Græcum eam eloquium transferente Damiano venerabiliſſimo regio clerico & interprete.

*Hadrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Deo amabili ac piiſſimo imperatori Baſilio Auguſto Chriſtianiſſimo & deſiderabiliſſimo filio.*

LEgationis excellentiæ tuæ præſtantiſſimos gerulos ad anteceſſorem meum apoſtolicæ recordationis papam Nicolaum deſtinatos, nos licet indigni, quoniam ita Dominus imperavit, vices ejus adepti, ſuſcepimus, innumeraſque laudes D & gratiarum actiones tota mente totaque prorſus intentione Deo perſolvimus; nimirum, qui facit magna, & inſcrutabilia, & mirabilia, quorum non eſt numerus, quique omnia jura regnorum, omniumque continens poteſtatem, his tuum diebus ſuſcitavit cælitus protectum imperium, per quod apoſtolica ſedes ipſo auctore cœptum pro eccleſia Conſtantinopolitana pietatis opus conſummaret, & ejus jam jamque removens funditus caſum inſtauraret, tandem aliquando gratulabunda, qui male ceciderat, ſtatum, & mercenario, quinimmo lupo rapace non parcente gregi, penitus ſequeſtrato, rectorem ei redderet proprium, & paſtorem reformaret legitimum. Igitur o quam vobis eſt illa laudabilis & omnibus veneranda, E quam, inquam, eſt ſedes apoſtolica laudabilis, & merito a cunctis mortalibus efferenda, quæ ſemper catholicis ſubvenire conſuevit, quæ ſemper gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus non ceſſavit! Sed & tu, felix imperator, & multis præconiis dignus, qui verborum ſemina divinorum, non ut ager petris, aut ſpinis, aut vepribus occupatus, ſed ut terra bona corde bono ſuſcipiens, fructum multiplicem attuliſti, & quaſi verus eccleſiaſtes, mox perceptis habenis imperii, eccleſiæ paci conſulere magis, quam ad ceteras res humanas attendere procuraſti, ac per id alter quodammodo Salomon, id eſt pacificus, tem-

ANNO CHRISTI 869.

temporibus noſtris apparuiſti: audiſti quippe verba Dei patris tui, & non dimiſiſti legem eccleſiæ matris tuæ; adeo ut, quod deceſſori tuo pro ea ſuggerebatur, ipſe perfeceris. Et quia, ſecundum ſcripturam, *nemo eſt qui poſſit corrigere quem Deus deſpexerit*, eo incorrecto, divina permiſſione deficiente, ipſe correctiones ejuſdem eccleſiæ operari ſatagis. Intellexiſti enim, ut literæ tuæ manſuetudinis innuunt, quibus vulneribus ſauciata, te cælitus conſecuto imperium, quæ apud vos eſt, manebat eccleſia: & quod hæc ſedes hujuſcemodi mederi poſſet vulneribus, magiſtris fidei noſtræ ſcrutatis, liquido didiciſti. Atque ideo hæc curare cupiens apoſtolicæ ſedis decreti remedium ſaniſſime requiſiſti: cujus nimirum medicamentis eccleſia Conſtantinopolitana, ſæpe præſulibus ejus languentibus, infirmata, priſtinam ſoſpitatem vigoremque reſumpſit. Nam quibuſdam ipſorum nonnunquam errantibus, quibuſdam vero imminentis perſecutionis injuriam ſuſtinentibus, hæc ſemper ſubvenire non deſtitit, illis ſcilicet tramitem directionis oſtendens, iſtis pietatis manum ſemper extendens. Itaque, fili cariſſime, & venerabilis ſemper Auguſte, noveris, quidquid erga ſanctiſſimum fratrem & coepiſcopum noſtrum Ignatium, vel circa ſchiſmaticum Photium, divinitus inſpiratum & juſtitiæ zelo ſuccenſum te literis intimas peregiſſe, nobis & univerſæ occidentalium eccleſiæ per omnia placuiſſe; præſertim cum nil egeris, * præter quod apoſtolica ſedes cum totius Heſperiæ præſulibus jamdudum * agendum decrevit, & nulla mora interveniente, perficiendo mandavit: quæ videlicet cum his omnibus propter id cælitus protecto imperio tuo grates multifarias reddunt, & humillimæ obedientiæ tuæ præconia laudibus eximiis * indagare non deſinunt. Porro de ſacerdotibus, vel ceteris, qui contra pacem eccleſiæ facientes, unitatem ejus ſcindere præſumpſerunt, & in fratrem & coepiſcopum noſtrum multifariam commiſiſſe probantur: ſuper quibus etiam decretum ab apoſtolica ſede clementia tua more priſcorum principum poſtulat: ſciat dilectio tua, quia ſicut diverſo modo deliquiſſe referuntur, ita diverſis eos definitionibus ſubjici non inconvenienter oportere perpendimus. Quorum tamen differentias apoſtolicæ ſedis legatis, una cum fratre & comminiſtro noſtro Ignatio convenientibus, quemadmodum nobis deſuper datum eſt, moderandas commiſimus. Verum quia pietas tua cum eccleſiaſtica miſericordia nos circa illos ad id quod humanius eſt exhortatur, te nolumus ignorare, quoniam ultra quam dici poſſit hinc, fateor, mœrore comprimimur, immenſoque dolore conſtringimur, eos nimirum non ſolum beatæ memoriæ deceſſoris mei papæ Nicolai, quibus & ipſe ſubſcripſi, juſtis ſanctionibus creberrime percellentibus, verum etiam ſanctorum patrum regulis ſeveriſſime, ſeu quodammodo peremptorie punientibus. Verumtamen propter pacem eccleſiæ facilius obtinendam, propterque tantam multitudinem, ſi tamen reſipuerit, miſericorditer liberandam, ut cum ſancto Gelaſio papa dicamus: Neceſſaria rerum diſpenſatione conſtringimur, & apoſtolicæ ſedis moderamine convenimur, ſic canonum paternorum decreta librare, & retro præſulum prædeceſſorumque noſtrorum præcepta metiri, ut quæ præſentium neceſſitas temporum reſtaurandis eccleſiis relaxanda depoſcit, adhibita conſideratione diligenti, quantum poteſt fieri, temperemus: quod & nos æqua poſſumus pro lucrandis fratribus ratione proſequi, & temporum neceſſitati conſulendo penitus imitari;

Eccl. 7.
* fort. præter ea quæ.
* agenda.
* inclamare.
Epiſt. 6.



ACTIO I. CONC. VIII. GENER.

A Photii dumtaxat ordinationem ab hujus moderamine pietatis interim prorſus excipientes, * eamque paſſim & præter examen nullatenus admittentes. Dicit enim altiſona eccleſiæ tuba, ſanctus videlicet ſedis apoſtolicæ papa Leo: cujus ſententiam quidquid ubique catholicum eſt, velut cæleſte miratur, celebrat, & veneratur oraculum: Cum ſæpe quæſtio de male accepto honore naſcatur, quis ambigat nequaquam iſtis eſſe tribuendum, quod non doceatur fuiſſe collatum? Neque enim inter Photium mœchum, & Maximum Cynicum a ſynodo ſecunda damnatum, vel inter ordinationes hujus & illius diſtinctionis aliquid eſſe conjicimus. Atque ideo pari fine conſtringi debere videntur, qui par habuiſſe cum eo principium B modis omnibus comprobantur. Siquidem & juxta quod præfatus magniloquus pontifex univerſis per Cæſarienſem Mauritaniam conſtitutis epiſcopis ſcribit: Difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio; & infra: Non ergo in cujuſquam perſona prætermittendum eſt, inquit, quod in ſtatutis generalibus continetur, nec putandus eſt honor ille legitimus, qui fuerat contra divinæ legis præcepta collatus. Et certe fideliſſimus & prudentiſſimus vir Baſilius imperialis ſpatharius & preces veſtras nobis pro his in perceptis ordinibus recipiendis multiplices detulit, & adeo conſtans & continuus penes nos in precibus perſtitit, ut ſi non legitime recipi poſſe quoquo modo crederentur, ipſius, C ut ita dicamus, inſolentia victi, recipiendos eſſe profecto ſtatueremus.

Verum & circa hos poſt reverſionem miſſorum noſtrorum, poſtque rerum geſtarum nobis expoſitas differentias, & indagatas liquidius perſonarum, culparum & provectionum qualitates, atque diſtantias, ſi quid miſerationis impartiendum, docente Deo, apud quem omnia poſſibilia ſunt, nobis fuerit reſeratum, non erimus penitus inflexibiles: nimirum qui ſemper ad omne bonum cupimus exiſtere ſuaſibiles. Volumus ergo, per veſtræ pietatis induſtriam, illic numeroſum celebrari concilium, cui noſtri quoque miſſi præſidentes, & culparum perſonarumque differentias liquido cognoſcentes, juxta quod in mandaD tis acceperunt, ſingulorum libere diſcretiones exerceant: in quo videlicet ſacro cœtu execrando vanitates concilii, quod adverſus ſedis hujus actum eſt prorſus injuriam, cuncta decernimus exemplaria, prorſus a poſſeſſoribus ſuis ablata, in mediumque delata, contemplantibus cunctis, igni cremari; nec ſupereſſe apud quemlibet ex his omnibus ſaltem unum jota, vel unum apicem, niſi forte quis totius clericatus, immo totius nominis Chriſtiani dignitate, anathemate perculſus, carere voluerit. Non enim nos tam deteſtandum collegium, niſi Ariminenſi ſub Conſtantio, vel Epheſino a Dioſcoro congregato latrocinio comparandum decernimus. Accendatur circa protectorum tuorum reverentiam, beatorum videlicet E apoſtolorum principum, fili dilectiſſime, tuæ zelus pietatis, & tantorum ficta commenta præſtigiorum remanere nullo modo penes aliquem patiatur: ſed & ſi quiſquam hæc defendere, vel occultare, ſibique in poſterum fortaſſe reſervare tentaverit, tua publicis legibus promulget multiplex ſapientia, quid hujuſmodi perſona poſt imperiale debeat edictum redargutionis incurrere, vel quantum conveniat, ſi non correctionis, ſaltem correptionis incidere; quatenus per hoc, pura de cetero conſcientia, cum pſalmiſta veraciter canere valeas: *Odivi congregationes malignorum, & cum impiis non ſedebo. Lavabo inter innocentes manus*

* forte, cumque.
Epiſt. 92.
Pſal. 25.

ANNO CHRISTI 869.

*meas*, &c. Inſuper exhortamur, & ſalubri ſuade-
re ſtudio procuramus, ut imperatoriæ inſtantiæ
veſtræ annisu, ſententiarum capitula, quæ ſyno-
dice in eccleſia Dei, ubi ſanctum corpus apoſtolo-
rum Petri principis requieſcit, pro abolendis pro-
ſanis conciliis, Conſtantinopoli a Photio, tam
adverſus ſedis apoſtolicæ reverentiam, quam con-
tra fratris & comminiſtri mei Ignatii pontificium
congregatis, communi conſonantia promulgavi-
mus, apud vos in ſynodo cunctorum ſubſcriptio-
ne roborentur, & in ſingularum archivis eccle-
ſiarum provide recondantur. Porro divinitus pro-
tectum imperium tuum precamur, ut Baſilium,
Petrum, Zoſimum, & alterum Baſilium, qui ſce-
lerum ſuorum conſcii, & cupiditatis ardore ſuc-
cenſi propoſitum deſeruerunt, & ſine commenda-
titiis literis Conſtantinopolim properaverunt, ad
nos per præſentes apoſtolicæ ſedis miſſos remit-
tat; quatenus dum profeſſionem, & loca, quæ
propter Deum primitus elegerunt, repetierint, &
tibi cæleſte præmium conferatur, & illis ſuarum
lucrum animarum, divinitate propitia, conceda-
tur: alias autem, ſi ſanctorum patrum regulæ cal-
cari minime, vel contemni tentantur, eos im-
pune profecto nullus penes ſe retinere prorſus au-
debit: apud nos quippe a rudimentis * ablactati,
& ſanctæ ſunt converſationis habitum conſecuti,
quin & in monaſteriis noſtris officium presbyte-
ratus adepti: interim tamen eos, quod ſint ex-
communicati, donec ad nos redierint, tamquam
ſacrorum violatores canonum, cognoſcere volu-
mus. His ita prælibatis, obſecramus divinitus re-
dimitum tranquillitatis tuæ caput, in cœpto pie-
tatis opere circa fratrem & conſacerdotem meum
Ignatium perſiſtere, atque a decretis apoſtolicæ
ſedis in nullo quoquomodo deviare, ſed promul-
gationibus ejus arctius hærens, a propoſito noli
recedere, & quouſque unitas fiat eccleſiæ, nulli
ſtude, quæſumus, deſidiæ cedere. Nemini quip-
pe profuit unquam bonum cœpiſſe, & minime
conſummaſſe. Quamobrem, regnum, quod tem-
poraliter aſſecutus es, perenniter adipiſcaris, co-
ronamque pro corruptibili capias incorruptam,
hoc pietatis opus perficere ſatage, perfectumque
coram ſummo agonotheta Chriſto repræſentare
decerta. Poſtremo dilectos fratres meos, Dona-
tum ſcilicet ſanctæ eccleſiæ Oſtienſis, & Stepha-
num ſanctæ eccleſiæ Nepeſinæ reverendiſſimos &
ſanctiſſimos epiſcopos, atque filium meum Mari-
num apoſtolicæ ſedis diaconum, conſiliarios no-
ſtros, tuæ commendantes pietati, precamur ut
eos ob amorem præcipuorum apoſtolorum Petri
& Pauli, a quorum ſede mittuntur, benigne ſu-
ſcipias, & tamquam nobiſmetipſis aures creduli-
tatis accommodes; familiaritatis videlicet tuæ fi-
duciam illis impendens, & præfatos in eis exi-
mios interceſſores tuos apoſtolos reverenter at-
tendens, quos ut celeriter ad nos remittas obni-
xe depoſcimus. Cupimus enim tam de ſanctæ
eccleſiæ redintegrato ſtatu, quam de incolumita-
tis tuæ conceſſo divinitus dono, ſemper in do-
mino gratulari; ac * per hoc hortamur & de-
precamur, ut apud vos nullam moram ſuſtinere
faciatis, ſed tuæ benignitatis ſolatio freti veloci-
ter de omnibus, quæ illic ſecundum Deum ge-
runtur, nos adventu ſuo conſtituant lætiores.

* Forte, obla

* propter.

Commendamus etiam clementiæ tuæ tam re-
verendiſſimum & ſanctiſſimum fratrem noſtrum
Joannem metropolitanum Sylæi, qui a fratre &
cœpiſcopo noſtro Ignatio ad ſedem apoſtolicam
directus eſt, quam etiam glorioſum & ſpectabi-
lem virum Baſilium imperialem ſpatharium, qui
cum eo a Deo conſervando tranquillitatis tuæ im-
A perio deſtinatus eſt, qui tanta, poſtquam illinc
profecti ſunt, offendicula (ut didicimus) pertu-
lerunt, ut nullam properantes pene periculorum,
quæ Paulus in epiſtolis ſuis dinumerat, evaſiſſe
videantur. Quapropter dignis ſunt viciſſitudinibus
a pietate veſtra remunerandi, qui pro eccleſia
Chriſti, proque injuncta ſibi a pietate tua lega-
tionis conſummatione tot ac talia ſubire prom-
ptiſſime conſenſerunt. Alterum vero nominatum
in ſcriptis tuis metropolitam, Domino diſpenſan-
te, non vidimus; quia enim, ſicut iſte a reve-
rendo patriarcha Ignatio, ita ſeorſum ille a Pho-
tio tyranno mittebatur. Volens Deus oſtendere
non in duo eccleſiam ſuam fore ſcindendam,
quod videlicet malum Jeroboam quondam in
B Iſrael rex impius egit. Nolens etiam nos aucto-
ris hujuſmodi ſchiſmatis nec ipſam quoque viſio-
nem percipere, antequam ad nos perveniret, ju-
ſto judicio ſuo pelagus cooperuit eum; & qui po-
pulum diviſerat Dei, diviſa eſt ſuper eum aqua,
devenitque in profundum tamquam lapis. Verum
ſi forte movetur a Deo redimitum imperium ve-
ſtrum, quia præfati legati penes nos diutiſſime
morati ſunt, precamur, & obnixe flagitamus,
non eis imputetur, nimirum qui, ut dimitterec-
tur, non horis, non momentis, non denique
clamantes atque pulſantes ullis intervallis parce-
re conſentiebant, ſed inſtantibus, & irremotis
laboribus, & ſollicitudinibus omnium eccleſiarum
Dei, quas ſecundum apoſtolum circumferimus,
C adſcribatur.

ACTIO I. CONC. VIII. GENER.

1. Cor. 11.

1. Reg. 12.

2. Cor. 11.

Non enim requies ulla nobis, nec otium fuit
a die perventionis eorum, tunc videlicet eccle-
ſiæ, quæ apud vos eſt, cauſam tractantibus; nunc
aliarum quoque partium mundi negotia * more
perpeti diſponentibus; præſertim cum ad hanc
ſolam controverſiam, qua pro eccleſiæ Conſtanti-
nopolitanæ commotione petimur, digne modifi-
candam, licet prolixum fuerit, ipſum tempus non
ſufficere crederetur revera, quam interius, & omni
diligentia nos oportebat examinare, ac eorum quo-
que qui longe ſunt fratrum & coepiſcoporum
noſtrorum ſuper hoc conſenſus, immo conſilia
præſtolari. *Salus enim*, teſte Salomone, *ubi mul-
ta conſilia*. Non enim in aliquem horum hinc
D indignetur veſtra tranquillitas, nos non propriæ
voluntatis impedivit aliqua tarditas, ſed multiplex
prohibuit numeroſarum eccleſiarum per induſtriam
noſtram ſublevandarum properare neceſſitas. Piiſ-
ſimum imperium veſtrum gratia ſuperna cuſto-
diat, eique omnium infidelium gentium feroci-
tates ad * exaltationem ſanctæ eccleſiæ potenti
virtute ſubſternat.

* motu.

Prov. 11.

* exultationem.

Et poſt lectionem epiſtolæ ſanctiſſimus archi-
epiſcopus Conſtantinopoleos Ignatius, & omnes
Deo amabiliſſimi epiſcopi cum magnificentiſſimis
principibus clamaverunt: Benedictus Deus, qui
dignatus eſt, nos ſatisfactionem recipere perfe-
ctam de ſanctitate veſtra. Et poſt hoc ſanctiſ-
ſimi vicarii ſenioris Romæ & tota ſancta ſyno-
E dus expetierunt ut legerentur orientalium vica-
riorum commendatitiæ literæ, ad cognoſcendum
unde & ipſi venerint, & quam poteſtatem acce-
perint a propriis ſedibus. Et his taliter factis,
ſtans Helias Deo colendiſſimus presbyter & ſyn-
cellus & vicarius Hieroſolymitanus in auditionem
omnium dixit: Non ignorat Chriſti amica dile-
ctio veſtra, fratres, nec ignoravit, tam a no-
biſipſis quam a dictatoribus noſtris imperatoribus
diſcens, qui ſumus, unde, & quales: verumta-
men ad pleniorem ſatisfactionem dicimus & nunc
rurſus ad vos. Nam ſanctiſſimus quidem Thomas
metropolita Tyri, ſicut & vobis notum eſt, pri-
mæ

ANNO CHRISTI 869.

ræ ſedis exiſtens ſedis Antiochiæ: qua patriarcha privata, ipſe locum tenet ſedis illius, uſquedum fiat patriarcha in eadem ſede: ob hoc non oportuit eum deferre literas miſſas ab alio aliquo, cum ipſe auctoritatem & poteſtatem haberet in eadem ſede: pro eo vero quod Græce difficile loquatur, ab eo exhortatus hæc nunc dixi. Ego autem, quia ſyncellus ſum ſedis Hieroſolymitanæ, ſequens juſſiones Theodoſii ſummi ſacerdotis noſtri, literas ejus præ manibus habens huc veni, quas & vos audiſtis. Si vero antea quidam non audierunt, & maxime propter vicarios ſenioris Romæ, ecce præſto ſunt, & legantur, quatenus ſinguli cum diligentia cognoſcentes veritatem, certificamini. Nos autem & aliud quid volumus oſtendere Deo amiciſſimæ caritati veſtræ, quia multo tempore hic demorantes, & diutius anxiati, accepimus per ſupplicationem ad piiſſimum & ſanctum imperatorem noſtrum, petentes celerem abſolutionem ad propria; qui cum ſit compatiens & miſerator, atque miſericors, annuit lacrymis noſtris; & volebat mox ſatis nobis facere, noſque celerius dimittere hinc, juſſit nos denudare ſibi ſcripto noſtras ſuper poſitis negotiis voluntates, & quo modo futuri eramus, venientibus fatribus vicariis ſenioris Romæ, dicere ac judicare de eccleſiaſticis cauſis. Nos autem * Deo teſtimonio, qui novit abſcondita hominum, & interrogat corda & renes, nihil per gratiam neque acceptationem perſonæ probantes vel judicantes, per ſcripta ſenſus noſtros & de præpoſitis rebus expoſuimus, quæ & a nobis lecta, nunc oſtendent lucidius & planius eoſdem ſenſus noſtros, atque judicia. Legantur igitur primo quæ ſcripta ſunt a patriarcha noſtro, atque demum cum Dei adjutorio ſenſus noſtros per expoſitas a nobis definitiones diſcetis. Deo amiciſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Placuit nobis. Legantur. Similiter & ſancta ſynodus dixit: Legantur. Et accipiens Stephanus Deo amiciſſimus diaconus ſanctæ Conſtantinorum eccleſiæ & devotus notarius legit:

* hoc eſt, Deo teſte.

*Per omnia ſanctiſſimo fratri, & comminiſtro domino Ignatio, gubernacula moderanti nominatiſſimæ Conſtantinopoleos, univerſali patriarchæ, Theodoſius ſervus Jeſu Chriſti Hieroſolymorum.*

HOnorabiliſſimis & cultu digniſſimis literis veſtræ ſanctitatis ſuſceptis, a Deo glorificatæ, veſtris quidem divinitus datis valetudinibus & incolumitatibus magnopere congratulati ſumus, proſpere conſervandos vos ab omni malitia exoptantes: ſed dolere nos fecit, & multo mœrore replevit eccleſiæ veſtræ negotiorum diſſonantia, per membrorum videlicet alternam communionem & conſonantiam: quoniam ſecundum vetuſtiſſimum ſermonem confluentia una, conſpiratio una, & compaſſio una eſt in omnibus, quæ ſunt orthodoxarum eccleſiarum: ſed ſicut in membris quædam quidem ad vivendum, quædam autem ad bene vivendum naturaliter effecta ſunt conditoria virtute, & ſtella a ſtella differt in claritate, ita & circa eccleſias ſentiendum eſt. Id enim, quo inordinate poſita eſt illa, quæ ſtabilita excellenter & prælata conſiſtit, conſequenter contriſtabit ſequentes atque minores, quoniam & majus hinc diſcrimen efficit: operatrice namque cauſa aliquantiſper a naturali motu commutata, & a pleniſſimis & multum capacibus locis defluente, ac emanante, plus erit fluxus accedens, quod moleſtiam inferat. Sic itaque * ex præcipue nobis mœſtibilia & triſtiora conſtituerunt, quæ geſta ſunt

* ea

A veſtræ confuſionis cauſa; ſed qui poſuit reſinam in Galaad, & medicum præparavit illic, ipſe * enim ad puram ſerenitatem & pacificam ordinationem reduxit veſtra, & reducet in univerſalem lætitiam, & tranquillam quietem communis Domini divinitas, longæva manſuetudine ac ſoſpitate conceſſa, ut per ejus curam, quam de omnibus gerit, atque ſolertem providentiam, cum proprio etiam commune proſpere gerat, ſuperno nutu conſuete conſpirante atque coaccedente; per ſingula veſtris quoque divinitus præmium conſecuta contumeliis, & diſtractionibus, quas perpeſſi eſtis ab his, qui violentius in vobis, & crudelius uſi ſunt poteſtate; triſtem pariter & gratum affectum accommodavimus, tam videlicet intactam B ab omni dolore ac moleſtia ſuper impoſitione ſore nobiliſſimam, & honorabilem ſanctitatem veſtram cupientes; quamquam oppido manifeſte ſcientes, quia fulgentius aurum & lucidius erit, ſi igni coaptetur, vel ſi abundantiori conflatione quodam modo extenſum ab ea quæ ineſt ſibi commiſtione pejoris materiæ, expurgetur. Eſt enim & quando propter inſolentem deſidiam mentium noſtrarum ab integritate animorum partim averſi, & bene diſponere, ac agere opinati, a vero utique commiſſo procul efficimur, ſemitam, quæ ad rectitudinem ducit, negligentius declinantes, atque perplexione deterioris improvide, quod melius eſt, turbulentum ſtatuimus.

ACTIO I. CONC VIII. GENER.

Jerem. 8.

* Forte, etiam.

Hinc animarum noſtrarum ſapientiſſimus me- C dicus apte nobis in tribulatione dilatat appoſitam caliginem intellectui animarum noſtrarum ſenſim emundas, ad reſplendendam illuminationem regni ſui, atque juſtitiæ in cordibus noſtris. Ne igitur crucieris neque anxieris, præcedentes tentationes per mentem accipiens. Inexpediens enim & incongruum perfectioni virtutis & mundiſſimo mundo divinæ ac honorandæ converſationis, & diſciplinæ tuæ conſiſtit hujuſmodi, ſed honorabilem & decentem morem, bene ab infantia uſque ad ſenectutem directum reſpiciens, omnia longanimiter ac modeſte & prompte pati procura. Non autem docendo aut admonendo hæc dicere præſumpſi ad virum verbi & operis perfectione coruſcantem, ſed caritatis copia detentus D ſuaviter conſolatoriis verbis uti propoſui. Neque enim fluvius totus ſemper fluens, fonte quolibet opus habet; honorabilitatem tuam ajo divina ſapientia plenam. Noſti autem utique, ſanctiſſime, cauſam, ob quam neque ſcribere neque mittere potuimus ad vos, ne forte fieremus penes poteſtatem, quæ nos tenet exiſtimationi malæ vel ſuſpicioni. Etenim multam benevolentiam & compaſſionem oſtendunt in nos, licentiam nobis præbentes ædificandi eccleſias noſtras, & tenendi ſine prohibitione mores noſtros; juſte agentes, & in nullo nobis injuriam vel violentiam inferentes.

Quoniam vero tam ab * hamera, qui apud nos eſt, quam * abhominatoriis literis juſſi ſumus, tranſmiſimus, ſicuti poſtulavit, oculum no- E ſtrum & ſyncellum apoſtolici throni noſtri ornatiſſimum, & bonum cultorem Heliam, locum, & perſonam noſtram obtinentem, qui diſtinguere poteſt & diſcernere quæ quæruntur ſecundum rationem. Cum quo & ſanctiſſimum Thomam princeps Saracenorum deſtinavit, præſulatu fungentem urbis Tyri, qui ſedis eſt Antiochiæ, ſecundum quod hunc quæſiſtis mitti per honorabiles literas veſtras. Noſtis autem utique, ſanctiſſimi, quia multa temeritate ac auſu hos tranſmiſimus, præcipitanter ac audacter ad ereptionem, quaſi quorumdam Saracenorum, apud vos in cuſtodia conſiſtentium. Precamur igitur & rogamus, ut loqua-

* Hamiram Græci vocant principem Saracenorum: interpretatur autem, ut ferunt, lingua eorum, præpoſitus.

* fort. a dominatoris.

ANNO CHRISTI 869.

ACTIO I. CONC. VIII. GENERAL.

loquaris ad aures a Deo coronati & piiſſimi domini noſtri, quo donet nobis quotquot voluerit magnifica ejus dominatio Saracenos, ad ſatisfactionem noſtrorum, & in ſuſpectam repræſentationem meorum, quinimmo ad ſalutem noſtram, & tegmen omnium noſtrum. Si enim tam ab imperiali, quam veſtra providentia non fuerit hoc taliter ordinatum, pavor non modicus erit in omnimodam perditionem noſtram, cum opportunitatem invenerint. Præterea ſperans penes ſacratiſſimam & ſolertiſſimam affectionem tuam impetrare quæ cordi ſunt, poderem & ſuperhumerale cum mitra, pontificalem ſtolam ſancti Jacobi apoſtoli & fratris Domini & primi archiepiſcoporum, quam anteceſſores mei patriarchæ circumamicti, ſemper in ſancta ſanctorum ingrediebantur, ſacerdotio fungentes, videlicet ſanctam memoriam vitæ, & ſanctum calciare: quæ & ipſe ego indutus ſum, eadem gerens tuo deſiderabili & honorando mihi capiti, ex amore & dilectionis copia tranſmiſi; quatenus ſantifica ſuavitate, ac tactu ſanctorum locorum, utpote dignus, perfruaris: ſimul autem & ſacrum vas * cimiliorum ſanctæ reſurrectionis, craterem argenteum cum imaginibus in terra Sylem tranſmiſi, cum devoto præceptore ac ſyncello Helia * apoſtolici throni noſtri ad ſanctificationem noſtræ ſanctiſſimæ eccleſiæ, & memoriam noſtræ humilitatis. Et poſt lectionem ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Bona expoſitio placuit nobis. Et poſt hoc ſurrexit Bahanes famoſiſſimus patricius & præpoſitus, ut ex perſona totius ſynodi, & dixit: Per formatas quæ lectæ ſunt credidimus eſſe per omnia in perfecta certitudine eos qui miſſi ſunt a ſeniori Roma ad nos veraces, ſimiliter & orientis duarum ſedium, Antiochiæ ſcilicet & Hieroſolymæ, Donatus & Stephanus ſanctiſſimi epiſcopi, & Marinus honorabilis diaconus locum tenentes ſanctiſſimi papæ Hadriani dixerunt: Legatur libellus quem ſancta Romanorum eccleſia expoſuit. Sancta ſynodus dixit: Audiamus eum. Et accipiens eum Damianus reverendiſſimus imperialis clericus & interpres, prædictum libellum legit Latine magna voce in audientiam omnium. Et poſt lectionem libelli aſcendens Stephanus Deo amabilis diaconus, devotus notarius legit eumdem libellum Græce.

* reconditorum peculiorum.

* Propter Jacobum apoſtolum dict.

*In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Imperantibus dominis piiſſimis & perpetuis Auguſtis Baſilio & Conſtantino ejus filio, a Deo coronatis pacificis magnis imperatoribus, anno tertio, menſe Octobris, indictione tertia.*

PRima ſalus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire: deinde a conſtitutis Dei & patrum nullatenus deviare. Unum quippe horum ad fidem pertinet, alterum ad opus bonum; ſicut enim ſcriptum eſt: *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo*: ſic rurſus legitur: *Fides ſine operibus mortua eſt*. Et quia non poteſt Domini noſtri Jeſu Chriſti prætermitti ſententia, dicentis: *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam*; hæc quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus: quia in ſede apoſtolica immaculata eſt ſemper catholica reſervata religio, & ſancta celebrata doctrina. Ab hujus ergo fide atque doctrina ſeparari minime cupientes, & patrum, & præcipue ſanctorum ſedis apoſtolicæ præſulum, ſequentes in omnibus conſtituta, anathematizamus omnes hæreſes, ſimul cum Iconomachis. Anathematizamus etiam Photium, qui contra ſacras regulas, & ſanctorum pontificum Romanorum veneranda decreta, repente de curiali adminiſtratione ſæcularique militia ſublatus, ſuperſtite Ignatio patriarcha, in Conſtantinopolitanam eſt pervarſorie, immo tyrannice, a quibuſdam ſchiſmaticis vel anathematizatis atque depoſitis inſtitutus eccleſiam, donec ſedis apoſtolicæ ſanctionibus inobediens perſeverans, ejus ſententiam, tam de ſe, quam de patriarcha noſtro Ignatio, ſpreverit, & conciliabuli acta, quod ſe auctore contra ſedis apoſtolicæ reverentiam congregatum eſt, anathematizare diſtulerit. Sequimur autem ſanctam ſynodum, & amplectimur, quam beatæ recordationis papa Nicolaus, cui & ipſe dominice coangelice ſumme pontifex Hadriane ſubſcripſiſti, ante ſacratiſſimum Petri & * Pauli apoſtolorum eximii corpus celebravit: ſimul & quam tu ibi ipſe nuper egiſti, & omnia, quæ in his ſtatuta ſunt, ſecundum decreti veſtri moderationem venerabiliter conſervabimus, recipientes quos recipiunt, & damnantes omnes qui in illis damnati ſunt, & præcipue jam dictum Photium, & Gregorium Syracuſanum, patricidas videlicet, qui contra ſpiritalem patrem ſuum linguam eximere minime formidarunt; atque perſeverantes in ſchiſmate ſequaces eorum, nec non & qui in illorum communionis ſocietate permanſerunt, communionis omnis gratia eos cum ipſis indignos, ſi tamen vobiſcum non obedierint, judicantes. Etenim quorum ſe quis communioni miſcuerit, ipſorum ſimilem meruit in juſtificatione vel damnatione ſententiam. Sinagogas vero malignantium, immo ſpeluncam latronum, & conventicula ſanguinum, & fabricatorum mendacii, atque inventorum perverſorum dogmatum, quæ ſub Michaele imperatore bis contra beatiſſimum patriarcham Ignatium, & ſemel adverſus apoſtolicæ ſedis principatum factioſe conſpiraverunt, inſolubilibus anathematis nexibus innodamus, & defendentes ea, vel impia geſta ipſorum celantes, & non potius, ſi hæc invenerint, concremantes, & anathematizantes uſque ad ſatisfactionem & obedientiam, dignos eadem anathematis ſententia judicamus. Porro de venerabiliſſimo Ignatio patriarcha noſtro, & de iis qui ex parte hujus ſunt, quod auctoritas apoſtolicæ ſedis veſtræ decrevit, tota mente ſequimur, & religioſa devotione veneramur, atque pro noſſe & poſſe noſtro pia intentione ac ſpiritali conflictu defendimus. Quoniam, ſicut prædiximus, ſequentes in omnibus apoſtolicam ſedem, & obſervantes ejus omnia conſtituta, ſperamus ut in una communione quam ſedes apoſtolica prædicat eſſe mereamur, in qua eſt integra & vera Chriſtianæ religionis ſoliditas; promittentes etiam, ſequeſtratos a communione eccleſiæ catholicæ, id eſt non conſentientes ſedi apoſtolicæ, eorum nomina inter ſacra non recitanda eſſe myſteria. Hanc autem profeſſionem meam ego [a] ille epiſcopus [b] manu propria ſcripſi, & tibi ſanctiſſimo, ac ter beato, & coangelico noſtro [c] ſummo pontifici, & univerſali papæ Hadriano per legatos tuos, Donatum videlicet & Stephanumos ſanctiſſimos epiſcopos, atque Marinum ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ diaconum obtuli, [d] menſe illo, die illo, indictione quota.

Hebr. 11. Jac. 2. Matth. 16.

* fort. abundat Pauli.

[e] *Subſcriptio.*

[f] Ego ille epiſcopus ſanctæ illius huic profeſſionis meæ libello, facto a me in beatiſſimo Hadriano ſummo pontifice & univerſali papa, ſubſcripſi, & teſtes qui ſubſcriberent rogavi.

Sub-

ANNO CHRISTI 869.

*Subſcriptio teſtium.*

Ego ſ ille baſilicos hic, huic libello facto ab illo in Hadriano beatiſſimo ſummo pontifice & univerſali papa, rogatus ab eo teſtis ſubſcripſi.

## NOTÆ IN PRÆCEDENTEM LIBELLUM.

*Ex editione Romana.*

Adnotatio Anaſtaſii.

Notandum eſt, & memoriæ commendandum, quoniam libelli hujus tenorem beatæ recordationis Nicolaus papa expoſuit: ſed quia tunc a prævaricatoribus non eſt admiſſus, rurſus ab Hadriano ſanctiſſimo papa, mutato nomine pontificis Conſtantinopolim eſt tranſmiſſus, ſecundum cujus firmationes archiepiſcopi metropolitani, & ceteri epiſcopi Conſtantinopolitanæ diœceſeos, nec non & omnes omnino clerici, qui vel in honore vel in communione eſſent, ſyngraphum ſedi apoſtolicæ Græce ſcriptum, & tam propria manu ſcripto, quam teſtium a ſe rogatorum teſtimonio & ſubſcriptione roboravere, nomina & tempus ſignantes, quo ſinguli chirographum ſuum ſcribebant, & ſedis apoſtolicæ vicariis porrigebant, ita ut nullus vel antiſtitum vel reliquorum clericorum in ſynodalem fuerit conventum receptus, qui non ſecundum exemplar hujus codicilli chirographum ſcripſit, & miſſis ſedis apoſtolicæ eccleſiæ Romanæ minime deferendum porrexit. Verum poſtquam omnes chirographa ſua fecerunt, & teſtibus roborata tradiderunt, ſurrexerunt quidam eorum, & ad ſanctiſſimum patriarcham Ignatium atque ad Baſilium pium imperatorem accedentes, ſecreto dixerunt, non bene factum fuiſſe, quod eccleſiam Conſtantinopolitanam tanta ſubjectione Romanæ ſubdi eccleſiæ permiſerint, ita ut hanc ei tamquam dominæ ancillam tradiderint. Quibus verbis imperator commotus, juſſit primoribus, qui vicariorum apoſtolicæ ſedis obſequio deputaverint unum, illi ad aliquam eccleſiam cum ſuis pergerent, ipſi manſionem eorum ingreſſi chirographa illa latenter auferrent: nam eos palam ſcandalizare penitus recuſabat. Cum ergo vicarii, Donatus ſcilicet & Stephanus epiſcopi, atque Marinus diaconus ad collocutionem patriarchæ perrexiſſent, cuſtodes fures facti, penetrantes domum, quamdam partem clanculo ex numeroſis illis chirographis abſtulere. Quo vicarii reverſi comperto, taliter inter alia imperatori dicentes dixere: Nos quidem Romam ob amiſſa chirographa redire non audebimus, tu tamen inchoatæ pro eccleſiæ ſtatu pietatis nihil omnino mercedis lucraberis. Nos autem, qui pro cauſa nuptialis contractus inter utrumque imperatorem efficiendi aderamus, hiis verbis dicta tranſmiſimus: Non decet imperatoriam poteſtatem antea facere quæ deſtruenda ſunt, vel deſtruere quæ non deſtruenda conſiſtunt. Cum ergo conſenſu tuo chirographa facta fuerint, ſi male conſenſiſti, palam pœnitentiam age, & quod feciſti, non clam, ſed palam deſtrue. Jam vero ſi bene feciſti conſentiendo, ut ſedi apoſtolicæ pro futura cautela fierent ab epiſcopis chirographa, quamobrem ea, pœnitens de bono, ſublata tegi conſentis? Jam vero ſi fateris quod non voto tuo factum fuerit ut auferrentur chirographa, reſpondemus: Tum liquido patebit voto tuo non fuiſſe tantum piaculum commiſſum, cum hos diſtringens, quos vicariis pro cuſtodia dediſti, quæ ablata ſunt eos reddere jure coegeris: neque enim alii debent reſtituere, vel corrigere, ſi quid vicarii perdiderunt, vel ſi quid ſiniſtri perpeſſi ſunt, niſi illi qui eos cum ſuis omnibus ad cuſtodiendum reverenter, & ſalvandum integriter imperatoria pietate receperunt. At vero imperator, his auditis, accerſivit vicarios, & eis omnia chirographa reddidit, ita ut nec unum ſaltem deficere pateretur, dicens: Ego quidem ut magiſtram eccleſiaſticorum negotiorum ſedem apoſtolicam per meos legatos adii, & ideo veſtram præſentiam præſtolatus ſum, ut veſtro decreto & ſolertia eccleſia noſtra remedia ſanitatis reciperet, & non noſtris motibus, ſed veſtræ ſententiæ pareremus. Ergo chirographa, quæ a noſtris ſacerdotibus, ac cunctis clericis ſalubriter exegiſtis, recipite, & ſpirituali patri noſtro ſanctiſſimo papæ repræſentate; ita ut ſi quis eorum per abrupta vitiorum, vel devia pravitatum ſolito incedere more tentaverit, his quodammodo habenis ab eo refrænetur, & talibus loris ad rectum juſtitiæ tramitem revocetur. Quo facto vicarii gaviſi, libellos acceptos nobis caute deferendos tradiderunt: qui videlicet antequam remeandi ad patriam iter arripuiſſent, ſeparati ſumus, quia a Dyrrachio navigio venimus Sipontum, deinde terreno itinere Beneventum, poſthac Romam, eoſdem libellos portantes: miſſi vero ſedis apoſtolicæ, a Dyrrachio ſimili modo navim ingreſſi, Anconam petebant: ſed Sclavenorum piratas incurrentes, omnia quæ poſſidere videbantur penitus amiſerunt, & ſimul codicem actionum præſentis ſynodi. Verum ego qui Romanæ bibliothecæ curam gerebam, ſtudium habui a Conſtantinopoli mecum ipſius ſynodi codicem deferendi, delatumque ſummo pontifici præſentavi, ac per hæc factum eſt, ut ſedes apoſtolica, Deo auctore, codicem ſynodi per nos ſuſciperet, & libellos miſſis quidem a nobis redditos, ſed per nos ſalvatos haberet, quos nimirum, ſi miſſi penes ſe, ut codicem ſynodi, & cetera ſcripta habuerent, hos procul dubio perdiderant. *Hæc Anaſtaſius.*

ACTIO I. CONC. VIII. GENERAL.

a *Ille.*) Ex Græco pronomine ὁ δεῖνα, talis.

b *Epiſcopus.*) Sanctæ illius eccleſiæ.

c *Summo pontifice.*) Quamvis Græce ſummus acrotatus appelletur, quia hoc nomen inuſitatum apud illos, & valde abſonum idiomati Græcorum apparet, pro ſummo, Græcus interpres magnum vel maximum poſuit. Verumtamen quos illi archiereas dicunt, ſummos pontifices, vel ſummos ſacerdotes, interpretes noſtri, ſive principes ſacerdotum tranſtuliſſe inveniuntur.

d *Menſe illo.*) Cetera ideo hic tempora poſita non ſunt, quia non pariter omnes hujus profeſſionis chirographa conſcripſerunt, ſed unuſquiſque qui ſe in dignitate ſua, vel in eccleſiaſtica communione, vel in ſynodali cœtu recipi poſtulabat, illud tempus chirographo ſuo inſerebat quo veniens id ſcribebat, & teſtium a ſe rogatorum ſubſcriptione roboratum vicariis tradebat.

e *Subſcriptio.*) Hic in codice authentico Græco poſt Latinum libellum poſitus eſt idem ipſe libellus Græce interpretatus, quamvis pro ignorantia Latinarum literarum jam nunc Latine hunc ſcribere Græci paulatim omittant. Sed notandum eſt, quia ſi hujus libelli aliqua in Græca interpretatione videntur haberi aliter quam in Latina editione, non voluntate, ſed neceſſitate factum eſt. Interpres enim in quibuſdam quidem proprietates Græcæ dictionis minus conſequens, in quibuſdam vero Latinitatis eloquia liquide neſciens, parum quid ex eodem libello mutaſſe dignoſcitur.

f *Ille.*) Non ſolum diverſæ dignitatis epiſcopi, ſed & reliqui ſacerdotes, & clerici, ac monachi, ſicut chirographum, ita & ſubſcriptionem hujuſmodi patraverunt.

g *Baſilicos.* Hic nomen hominis proprium ponitur, ſed hoc nomen dignitatis habetur. Baſilicos Græce dicitur imperialis cœtus, aut exſpatharii imperialis, aut protoſpatharii, aut alterius dignitatis. Imperiales homines fuerunt, qui rogati teſtimonii ſui ſcripto & adſtipulatione chirographa ſigillatim roboraverunt.

Et poſt completionem libelli ſilentio facto, ſurgens Babanes famoſiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Imperatores noſtri ſancti quod juſtum eſt quærunt, & canonem adimpleturi ſunt, non ad voluntatem ſuam, ſed ad profectum multorum, & ſicut Deus reficitur. Vos autem ad hæc conveniſtis, ut ſicut conſpicitis, juſtitiam & veritatem faciatis. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Placet omnibus vobis libellus iſte, qui plenus fide, & canonizatus, atque perfectus omni ſapientia exiſtat? eſt orthodoxus gratia divina a Romanorum eccleſia miſſus. Tota ſancta ſynodus exclamavit: Juſte & convenienter lectus nobis libellus expoſitus eſt a ſancta Romanorum eccleſia, & propterea omnibus placet. Babanes famoſiſſimus patricius & præpoſitus ex perſona ſacri ſenatus ad orientis vicarios dicit: Dicite & ipſi manifeſtius quid videatur vobis ſuper lecto libello? putas concordat is Romanis, an non? Sanctiſſimi vicarii orientis dixerunt: Concordamus. Legatur autem & definitio quæ hic a nobis expoſita eſt, cujus & ſuperius mentionem fecimus, ut cognoſcatis concordiam noſtram. Santiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Legatur. Et accipiens * Stephanus Deo amiciſſimo diaconus & devotus notarius legit:

* Legerant jam iſti decreta Nicolai papæ, & quia non putabant vicarios Romam mittendos, idcirco definitionem hanc ante ipſorum adventum expoſuerunt; nihil tamen aliud, niſi quod præfatus apoſtolicæ memoriæ papa manu ſua decreverat, ſe te[illegible] qui pen[illegible] demonſtrantes.

*Depoſitio Thomæ metropolitæ Tyri * primi ſeſſoris, & primatis ſedis Theupoleos Antiochiæ, & Heliæ presbyteri & ſyncelli throni Hieroſolymorum, ſanctæ Chriſti Dei civitatis locum, & perſonam tenentis Theodoſii ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymorum habita Conſtantinopoli, priuſquam vicarii pervenirent ſenioris Romæ.*

VEſtris eccleſiaſticis negotiis confuſionem patientibus ex inſtigatione odientis bonum dæmonis, & zizaniorum ſatoris, omnium procurator atque proviſor erexit Romano principatui rectorem Deo amiciſſimum & veritatis ferventiſſimum

ANNO CHRISTI 869.

ſimum amatorem; piiſſimum videlicet Baſilium magnum imperatorem, per quem eccleſiaſtica ſcandala, & offendicula modis omnibus interimere, & omnem Chriſtianum orbem ad meliorem & nitidiorem ordinem adducere voluit: qui ſecundum intentionem divini conſilii omnia & dicere & facere anhelans, convocavit & humilitatem noſtram de orientalibus ſedibus ac diœceſibus, ut cum his qui putabantur advenire atque concurrere a ſeniori Roma, ſanctiſſimis vicariis, circumſpecte eccleſiaſtica diſſolveremus certamina, propter quod & nunc uſque perſeverantes, illorum præſtolamur adventum. Quoniam vero multa facta eſt tarditas, & ſuſpicamur ex Agarenorum tyrannica poteſtate propter tantam moram multas nobis ſuperventuras calamitates atque neceſſitates, immo vero & noſtrum totum genus Chriſtianorum propter talem cauſam ſummittendum variis tentationibus, nequaquam eos, qui a Roma venire putabantur, [b] expectare juſtum putavimus, ſed & ſuperfluum & ſupervacuum arbitramur eſſe: præſertim cum ea, quæ Romæ regulariter ac ſynodice geſta ſunt, præ manibus habeamus, ita ut hinc conſtet una nobiſcum eſſe beatiſſimum papam Nicolaum per literarum ſuarum voces, adhuc etiam & ſucceſſorem ejus beatiſſimum Hadrianum papam per proprias epiſtolas. Nam & Chriſtum Dominum noſtrum per evangelium, tamquam per vivam vocem, loqui convenienter arbitramur, & credimus; nec non & apoſtolum Paulum, & reliquos omnes apoſtolos, prophetas, atque doctores. Ipſi ergo habentes nobiſcum beatiſſimum papam Hadrianum, ineptum & incongruum omnino putamus deſpicere fluctuantem Chriſti & Salvatoris noſtri eccleſiam per dilationem diſpoſitionis, quæ illi debetur. Hinc ergo velut ex neceſſitate, nunc vobis denuntiamus juſtificationem Dei, & divinæ miſericordiſſimæque providentiæ conſilium atque judicium, quantum ad capacitatem noſtram attinet. Eſt igitur a nobis editum & ſancitum de negotiis quæ nunc mota ſunt, ut omnimodis obſequantur & obediant definitionibus & decretis beatiſſimi papæ Nicolai omnes homines; quibus & nos favemus & concordamus, nimirum qui multum ante ipſorum lectionem, & cognitionem, eadem & excogitavimus ac [c] judicavimus, & prædicavimus.

### Caput I.

Ergo ſanctiſſimus quidem patriarcha Ignatius ſit beneplacito Dei Patris, & gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, & operatione ſanctiſſimi Spiritus, ratus & ſtabilis in throno ſuo, a nemine moleſtiam ſuſtinens, vel coercitus a propria archierarchica dignitate, atque honore, dirigens verbum veritatis.

### II.

Epiſcopi autem, & presbyteri, ac diaconi, ſeu cujuſcumque ordinis clerici, quotquot poſt iniquam depoſitionem ſanctiſſimi & comminiſtri noſtri Ignatii diſceſſerunt a Photio, & idcirco a ſuis ſedibus ſunt remoti, ac depoſitioni ſubmiſſi, iſti ſuas recipiant ſedes ad fungendum incunctanter ſacerdotio, nullatenus aliunde prohibiti: qui enim pro veritate privati ſunt iis quæ poſſederant, non ſolum illorum, unde ciciderunt, digni ſunt eſſe participes, verum etiam aliorum, quorum quæque poſſint recompenſare digna prioribus afflictionibus.

### III.

Qui vero beati Methodii & ſanctiſſimi Ignatii manus impoſitionem habent epiſcopi, vel presbyteri, vel diaconi, aut cujuſcumque ordinis clerici, & uſque in finem cum Photio ſacerdotio fungi paſſi ſunt, in repulſione autem ejuſdem Photii ad Dei ſanctam & catholicam atque apoſtolicam eccleſiam concurrerunt, & nunc uſque ad terminationem ſanctæ ſynodi concurrere feſtinaverunt, nec hos communis omnium Chriſtianorum amatrix filiorum eccleſia mater avertit, ſed finibus recipit, materno more circa natos benignitate ſuccenſa, & votum * inceſſabile monſtrans, [d] epitimiis, ut par eſt, ſanctiſſimi patriarchæ Ignatii, quæ ipſe voluerit, hos adoptans, & placate ſuſcipiens. Nam beati termini papa Nicolaus in Photio, & in manus impoſitione ejus ſola, & in Syracuſano Gregorio dedit definitivam damnationem. In reliquis autem prænominatis duabus conſecrationibus poteſtatem ſanctiſſimo patriarchæ Ignatio credidit: oportebat enim eum, qui multis difficultatibus pro credita ſibi divinitus eccleſia tentatus fuerat, portionem aliquam liberalitatis in admiſſione ſacerdotum percipere.

* *alias* miſerabile.

### IV.

Photium autem, quemadmodum beatus Nicolaus de illo decrevit, alienum modis omnibus exiſtimamus ab omni ſacerdotali dignitate, operatione ac nomine * uſquam per nullum modum vel tempus accepturum locum ſatisfactionis; ſed & anathemati tranſmittimus, niſi forte obedierit ſynodicæ judicationi papæ Nicolai, & ſententiam noſtram ſuſceperit.

* *ſ.* nuſquam per ullum.

### V.

Gregorius præterea Syracuſanus, ut ante depoſitus, & ante damnatus a nobis, etiam ita deputatur depoſitus, & condemnatus: non enim ut contrarii juſti decreti venimus, ſed ut æquorum & a patribus traditorum canonum & ſanctionum confirmatores pariter & fautores. Qui vero ſeducti ſunt, & a Photio manus impoſitionem ſuſceperint, tamquam malis operationibus ejus cooperantes & faventes, atque condecernentes effecti, omni ſacerdotio judicantur indigni: ſicuti & papa Nicolaus adverſus eos ſynodice promulgavit.

Damnatio invalidæ ordinationis.

### VI.

Hæc itaque a nobis ita & edita ſunt, & decreta, & Dei nutu * dicimus fideliter & præſcripta ſunt; hæc & dicimus & prædicamus, atque vobis ſcripto commendamus; & hæc omnes conſervare deliberamus, quotquot Chriſti vocatione cenſentur: & nobiſcum affatur, & monet Jacobus frater Domini, primuſque ſummus ſacerdos & præſul Jeruſalem civitatis ſanctæ; ex magna quoque Antiochia, ubi Chriſti hæreditas celebratiſſimum cognomen explevit, Petruſque ibidem [e] primus ſacerdotio functus eſt, deinde [f] Ignatius Deifer, & hujus ſucceſſor, hæc conſervare debere, ac nullam prævaricationem prædictorum * præſumere, ne omnes jus eccleſiæ reprobare inveniamini, neque * enim modicum eſt quod pene modicum eſt. *Nam & qui omnem ſervaverit legem, in uno autem offendat, factus eſt omnium reus.* Quiſquis ergo a notitia præceptorum beatiſſimi papæ Nicolai, & hoc * * ſe judicio noſtro auſus fuerit reprobare aliquid eorum quæ hic proferuntur, vel moleſtiam inferre auditibus potentum ad alicujus reprobationem, vel receperit hujuſmodi; iſte, quiſquis ſit, ſive ſacerdos, ſive laicus, ſive quicumque monachus, ſive cujuſvis ordinis clericatus, anathema ſit a Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, & privatus gloria Dei, & hæres æterni tormenti, & cohæres diaboli, atque alienatus a Chriſtianorum gratia, tamquam qui irridet Chriſti veri Dei noſtri munificentiam, [g] quam dedit ſacer-

* *ſ.* redundat verbum dicimus.

* *ſubauditur* affatur & monet.

* quod pene modicum eſt.

*Nam. Jacob.* 2.

* *ſ.* hocce. *N.*

* *ſ.* ſe redundat.

ANNO CHRISTI 869

cerdotibus, dicens: *Quemcumque ligaveritis ſuper terram, erit ligatus & in cælis; & quemcumque ſolveritis ſuper terram, erit ſolutus & in cælis.* Qui enim verax eſſe Chriſti verbum exiſtimat, & annuntiat, creditque quod ea, quæ ſuper terram ligata ſunt, ligentur & in cælis, & quæ ſuper terram ſoluta ſunt, ſolvantur & in cælis; quæ a ſacerdotibus ligata ſunt, quomodo putas, audebit ſolvere, & * ſolutum ligare? Manifeſtum eſt ergo, quod Deum contemnens, hujuſmodi & divinum magiſterium irridens, & honoranda præcepta reprobans, juſtam non effugiat pœnam. Cum his autem ſubſequetur & alia quædam valde difficilis & cita commotio: at vero ſi reprobaverit ſaltem unum ex his quæ hic ſcripta ſunt, & a beato papa Nicolao ante judicata, fiet æſtus in eccleſia veſtra continuus, & ſimultas eccleſiaſticorum negotiorum, ita ut nunquam videri poſſit in eccleſia quilibet ordo. Ubi enim eſt utique concurſus omnis patriarchalis throni, & ut idipſum dicatur omnis ſacrati catalogi; ſi diabolico conſilio ambiguitatem quis habeat, difficile profecto erit, ut aliquando firmitatem vel pacem poſſideat eccleſiaſticus ordo. Anathema ergo illi qui ſecundum aliquid præſumpſerit reprobare quidquam ex iis quæ hic inſcribuntur a Patre, ſicut jam dictum eſt, & Filio, & Spiritu ſancto. Amen. Ad confirmationem autem præſentis definitionis, ſubſcripſit unuſquiſque noſtrum manu propria, quemadmodum ſubinſertur.

Matth. 16.

* f. ſoluta.

## NOTÆ IN PRÆCEDENTEM definitionem ex editione Romana.

a *Primi ſeſſoris.* ) Primum ſeſſorem, id eſt, protothronum, ſive primum ſeſſorem dicunt epiſcopum, eorum ſcilicet epiſcoporum qui ad Theopolitanam, hoc eſt Antiochenam pertineant eccleſiam.

b *Expectare.* ) Quando hæc iſti dicebant, annum integrum Conſtantinopoli morantes habebant: verum nota quia ſine ſedis apoſtolicæ præmiſſis decretis nil agunt.

c *Judicavimus.* ) Judicavimus eo ſenſu dicunt, quo apoſtolus dicit: *Non judicavi me ſcire niſi Chriſtum, & hunc crucifixum:* judicavimus tamen dicunt, non promulgavimus. Hoc enim poſt Romanorum adventum & definitionem egere: nam antea privatim tantum, quod ſic eſſet judicandum, quibuſdam ſignificabant.

1. Cor. 2.

d *Epitimiis.* ) Multi quidem increpationes interpretantur, ſed iſto, & multis in locis, pro pœnis ponuntur, quas eccleſia unicuique pro qualitate culparum præcipit obſervandas, ut putæ jejunia, fletum, abſtinentiam ciborum, genuflexiones, & his ſimilia.

e *Primus ſacerdotio.* ) Nota quia non dicitur primum, ſed primus: nam primum a Chriſto pontificatum ſuſcepit, qui poſtea primus epiſcopus Antiochiæ præſedit.

f *Ignatius Deifer.* ) Tradunt Græci quod parvulus, quem Dominus advocatum ſtatuit in medio, dicens: *Niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut hic parvulus,* &c. iſte Ignatius fuit, & idcirco hunc Deiferum nuncupent: unde nec apoſtoli auſi fuerint ei, cum ad eccleſiæ præſulatum promoveretur, amplius manus imponere, nimirum quem ore Dei laudatum, & ipſius tactu ſanctificatum cognoverint.

Matth. 18.

g *Quam dedit ſacerdotibus.* ) Nota quod apoſtoli ſacerdotes prædicentur a ſancta ſynodo etiam ex tum quando his dictum eſt: *Quemcumque ligaveritis, vel ſolveritis ſuper terram, erit ligatus, vel ſolutus & in cælis.* Ergo Petrus, qui hoc ſpecialiter ante omnes audire meruit, primum ſacerdos effectus eſt: ceſſit itaque ſermo opinantium Jacobum fratrem Domini primum ſacerdotem fuiſſe: verum primus ſacerdos fuit eorum, qui non a Domino, ſed ab apoſtolis ordinati ſunt. Primus epiſcopus fuit, ſed eorum qui Hieroſolymis epiſcopatum ſortiti ſunt.

Matth. 16

Et poſt lectionem definitionis tota ſynodus dixit: Ecce audivimus & ſententiam orientalium, ſequentem, ac faventem judicio ſanctiſſimi papæ Nicolai, & convenimus in eam. Sanctiſſimi & honorabiliſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt ad orientis vicarios: Vos fratres noſtri dicite: Veſtra eſt definitio? & ſcriptum hoc, quod lectum eſt, vos dediſtis? Thomas honorabiliſſimus metropolita Tyri, & Helias Deo colendiſſimus presbyter & ſyncellus, orientis vicarii, dixerunt: Etiam noſtrum eſt, & nos id ſcripſimus, cum hic eſſemus. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Vere tenetis ſicut audivimus? Thomas & Helias ſanctiſſimi vicarii orientis dixerunt: Ita tenemus placita hæc, quemadmodum audiſtis. Honorabiliſſimi vicarii Romæ dixerunt ad ſanctam ſynodum: Placet vobis? Sancta ſynodus exclamavit: Placet omnibus. Et poſt hoc ſacer ſenatus per Bahanem famoſiſſimum patricium & præpoſitum ad honorabiliſſimos Romanorum vicarios dixit: Rogamus vos, ſanate contritionem noſtram. Nos quidem acquieſcimus iis quæ juſſit judicium veſtrum, ſed convenit ut jubeatis ipſi alia, quæ ſi audierimus, juvent nos. Photium aliquando non videntes, quomodo eum condemnaſtis? * Cum quo repertus eſt coram vobis, quomodo protuliſtis adverſus eum anathema? dicite nobis. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Beato Petro apoſtolo donavit poteſtatem Chriſtus, & Deus noſter, dicens ei: *Petre, ecce ſatanas expetivit cribrare te, ſicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* Non ergo poterat ter beatiſſimus & ſanctiſſimus papa Nicolaus in ſede illa tantum tendere tempus, ut non confortaret fratres ſuos, & ſanctiſſimum patriarcham Ignatium. Nam ſanctiſſimus papa Nicolaus, videns literas, & epiſtolas Photii pervaſoris, * & abſentem, tamquam præſentem, per epiſtolas ejus & apocriſiarios judicavit eum. Magnificentiſſimi principes dixerunt: Et quem miſit? Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Si jubeatis audire ſecundum conſequentiam, dicemus. Magnificentiſſimi principes dixerunt: Volumus. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Primitus miſſus eſt Arſabir legatus Michaelis imperatoris, & cum eo miſſi ſunt quatuor epiſcopi: ( b nomina eorum ignoramus ) deferens ſecum & epiſtolam regiam, ſignificantem in ſe cauſam hæreſeos imaginum, & in fine literarum illarum oſtendentem etiam * emiſſionem ſanctiſſimi patriarchæ Ignatii. Petebat autem ut mitteret apocriſiarios ſuos Conſtantinopolim, & miſit Radoaldum & Zachariam quondam epiſcopos, & venerunt huc, & fecerunt latrocinale conſilium & ſynagogam malignantium contra ſanctiſſimum virum Ignatium patriarcham, & quaſi depoſuerunt eum. Tunc reverſi ſunt Romam cum apocriſiario Leone a ſecretis, ferente & ipſo iterum epiſtolam regiam, & invaſoris & adulteri Photii, & libellum manifeſtantem ſynagogam malignantium factam adverſus Ignatium ſanctiſſimum patriarcham. Tunc cognoſcens diviferus papa Nicolaus ſcrutatus omnia, fecit ſynodum, & convocavit omnes occidentales epiſcopos, c archiepiſcopos, metropolitas, & omnem clerum ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac totum ſenatum principum Romanorum, & damnaverunt libellum, & concilium malignantium, quod factum erat adverſus ſanctiſſimum virum Ignatium, & depoſuit apocriſiarios qui venerant huc, Radoaldum ſcilicet, & Zachariam, & ab omni honore ſacerdotali & communione pepulit eos; quoniam communicaverunt, & conſenſerunt, & conſtituerunt invaſorem ac adulterum Photium; & abdicavit concilium malignantium. Propter hoc ergo opus damnavit & anathematizavit Photium. His tacentibus, ſurgens Bahanes famoſiſſimus patricius & præpoſitus, ut ex perſona ſacri ſenatus, interrogavit orientis vicarios: Et vos tempus multum feciſtis, hic expectantes a Roma vicarios, quomodo prope habentes Photium, non quæſiſtis, & vidiſtis, & ita condemnaſtis eum? Et ſurgens Helias

ACTIO I CONC. VIII. GENER.

* alias Cum repertus eſt * alias coram vobis quomodo repertus eſt?

Luc. 22

* id eſt, expulſionem.

ANNO CHRISTI 869.

lias Deo colendiſſimus presbyter & ſyncellus, locum retinens Theodoſii ſanctiſſimi archiepiſcopi Hieroſolymorum dixit: Noſtis omnes, amici Chriſti, fratres, quia Spiritus ſanctus, qui locutus eſt in prophetis, ipſe & in apoſtolis eſt affatus, & omnia quæcumque geſta ſunt a patribus noſtris olim, & in lege poſita ſunt, & gratia ſpirituali acta conſiſtunt; & ideo patriarchalia capita in mundo poſuit Spiritus ſanctus, ut in eccleſia Dei pullulantia ſcandala per ea exterminentur, & pacifica conſtitutio in ipſa interveniat, & concedatur. Igitur cum præſidens & præcedens ſenes ſenioris Romæ nequaquam receperit Photium, nec etiam orientis tres throni, videlicet Alexandriæ, & Antiochiæ, ac Hieroſolymorum, non erat opus vocare illum ad examinationem vel rejudicatio- B nem. Hujuſmodi enim actiones de iis qui recepti ſunt in eccleſiis Dei, & cunctis ſedibus, ſolitæ ſunt fieri. De iis autem qui nunquam in ſeniori Roma & reliquis ſedibus recepti ſunt, nullum omnino debet iteratum haberi judicium. Hujuſmodi enim in ſemetipſis evidentem habent propriam damnationem, ita ut & nos bene fecerimus, eum, qui nunquam a ſeniori Roma & orientalibus thronis receptus eſt, nullatenus adducentes ad retractationem examinis: habebat enim hanc ſecum ferens manifeſtiſſimam ſui damnationem. Alium itaque nos patriarcham Conſtantinopoleos neque cognovimus neque recipimus temporibus illis, præter hunc ſanctum virum, patriarcham videlicet Ignatium, ex quo thronum Conſtanti- C nopoleos gratia Dei & electione eccleſiaſtica tenuit, hunc habuimus receptum in ſedibus noſtris: & ſi advenientes huc non inveniſſemus eum in patriarchio ſuo, ſed in inſula exilii ſui, alium non ſuſciperemus, ſed hunc eumdem appellaremus patriarcham Conſtantinopoleos. Quoniam vero gratia Dei hunc invenimus in throno ſuo, communicavimus, & comminiſtravimus, & ſimul manducavimus, & bibimus cum eo, tanquam qui communicator & comminiſter noſter ab olim uſque in hodiernum diem extiterit. Hæc enim etiam a primordiis venientes excelſa voce prædicavimus, ut non exiſtimaremur ab aliquo maligna gerere velle, quaſi furtim abſtracti adhæſerimus ſancto viro huic, ſed ſecundum antiquam D opinionem, quam habuimus de illo, eamdem haberemus uſque in præſens. Quamvis autem non collocuti cum Photio fuerimus facie ad faciem, tamen diverſimode & frequenter cum iis, qui unanimes & conſentanei ac protectores ejus ſunt, convenientes, didicimus ea quæ pro ſui defenſione videntur eſſe inutilia, & vana conſiſtere. Quod enim dicunt patriarcham Ignatium poſt injuſtam depoſitionem ſuam, cum in exilio eſſet in inſula, feciſſe refutationem, talem refutationem neque ſenior Roma, neque nos recipimus, eo quod præter canonem ſit eccleſiaſticum facta. Si autem dixerint aliqui, quia ii qui manus impoſitionem Photii fecerunt, & qui ſimul inventi ſunt, digni eadem cum ipſo pœna & damnatione ſint, hoc E non veraciter dixerint: etenim cum ſimus infirmæ naturæ, non ſemper ferimus mortem imminentem nobis, & ideo formidantes, nonnunquam etiam ea quæ nolumus agere inviti compellimur. Denique & iſti, qui ex conſecratione beati Methodii, & ſanctiſſimi Ignatii timoribus ſubacti, & pavore regio, & poteſtativa tyrannide incurvati ſunt, & concurrerunt propter violentiam; deinde confeſtim & poſt pauxillum reprobaverunt quæ ab illo præſumpta ſunt contra Ignatium ſanctiſſimum patriarcham, & receſſerunt ab eo, venia ſunt digni: & maxime ii qui mala paſſi ſunt, & diverſas ab eo tribulationes, & depoſitiones, & cuſtodias, & exilia pertulerunt; quos beatos eſſe & nos quoque judicamus, quemadmodum & ante nos definierunt Nicolaus & Hadrianus ſanctiſſimi patriarchæ Romani. Hæc ergo nos & his ſimilia in poſterum cognoſcentes, verum & a primordiis comperientes, neque Photium recepimus, neque manus impoſitiones ejus admiſimus; nihil enim incertum factum eſt nobis tanto hic tempore demorantibus. Hæc quidem velut in compendio diximus, cauſam demonſtrantes qua vocati ſumus, & adhæſimus ſanctiſſimo patriarchæ Ignatio, & nequaquam provocavimus Photium ad examen, vel iteratum judicium. Etenim & ipſe Photius miſit per quemdam imperialis dignitatis ad ſanctiſſimum metropolitam Tyri, ſi forte aliquando receperit ſe in throno Antiochiæ: & confeſſus eſt quia nunquam ſuſcepimus Photium in throno Antiochiæ. Itaque neque in ſeniori Roma, neque in throno Hieroſolymorum, neque in throno Antiochiæ ſuſceptus Photius, quomodo putas eſſet apud nos * retractione judicii dignus? Hæc nunc dicimus, ſufficienter valentia exhibere voluntatem & reſponſionem noſtram ſuper quibus interrogati ſumus. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Ecce contritionem noſtram ſanaſtis atque curaſtis, & omnes confitemur a Deo judicium ſanctum ſanctarum trium ſedium: *ubi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo*, (Chriſtus ait) *ibi ſum in medio eorum*. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Ita moris eſt ſanctæ Romanæ eccleſiæ canonicam diligentiam poſſidendi, & propter eccleſiaſticum ordinem eum, qui per feneſtram ingreſſus eſt in caulas ovium, ut lupum perſequendi; & gaudet ſancta hæc ſynodus de veſtra honorabili reſponſione. Etiam hodie auribus noſtris induxiſtis & oſtendiſtis veram fidem; quod enim ore dicitis, opere deſideratis finire. Bahanes famoſiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Habet aliquid veſtra ſantitas hodie, ut diſponat? Deo amiciſſimi vicarii ſanctæ Romanæ eccleſiæ dixerunt: Vellemus ordinare de libello, quantum poſſemus, ſed quia tranſacta eſt hora, hujus rei gratia, in alio conventu, Deo favente, faciemus quod debemus. Et ſurgens ſacer ſenatus dixit: Benedictus Deus, quia meruimus videre ſanctam diem iſtam, & honorabilem cœtum noſtrum: ecce hæc omnia ſecundum rationem veritatis terminata ſunt. Deinde ſtans in medio Stephanus Deo amiciſſimus diaconus ſanctæ Conſtantinopolitanorum eccleſiæ & devotus notarius laudem hujuſcemodi: Multos annos imperatorum Baſilii & Conſtantini: Magnorum principum & imperatorum multos annos: Orthodoxorum imperatorum multos annos: Depoſitorum injuſtitiæ multos annos: Pacificorum imperatorum multos annos: Hoſtium mendacii multos annos: Amatorum & fautorum veritatis & juſtitiæ multos annos: Eudoxiæ piiſſimæ Auguſtæ multos annos: Nicolai beatiſſimi papæ Romani æterna memoria: Hadriani orthodoxi papæ Romani multos annos: Ignatii orthodoxi patriarchæ Conſtantinopoleos multos annos: Orthodoxorum patriarcharum orientis multos annos: Orthodoxi ſenatus multos annos: ſanctæ & univerſalis ſynodi æterna memoria.

ACTIO I. CON. VIII. GENER.

* ſ. retractatione.

Matth. 18.

## NOTÆ IN SUPERIORA
ex edit. Romana.

a *Tanquam præſentem.*) Quamvis totus mundus noſſet Photium ex laico ſubito factum epiſcopum, & viventis ſedem præſulis invaſiſſe; quia tamen abſens erat, non eum antea judicavit, quam bis per miſſos & epiſtolas ipſius illum no-

ANNO CHRISTI 869.

noxiam comperiſſet, & rurſus hunc per miſſos ſuos & epi-
ſtolas bis ut corrigeretur admonuiſſet.
b *Nomina eorum ignoramus.* ) Urgente illos propoſita le-
ctionis proſecutione, nomina epiſcoporum eis ad memo-
riam recurrere tam concite minime potuerunt; quibus ta-
men nomina erant Methodius metropolita Gangrenſium,
Samuel Chonorum epiſcopi, atque Theophilus Iconii, &
Zacharias Tauromenii pſeudoepiſcopi, qui legationem &
epiſtolas a Photio ſedi apoſtolicæ detulerunt.
c *Archiepiſcopos.* ) Licet vocaverit archiepiſcopos, nul-
lus tamen excepto Ravennate ob temporis incommodi-
tatem occurrit. Verum ille cum aliquantis & Photium
repulit, & Ignatium patriarcham admiſit, privilegio
ſcilicet ſedis apoſtolicæ fretus, quæ ſola jus habet quo-
rumlibet ligamenta vel ſolutionem pontificum ſolvendi
vel ligandi; cum utique de omni eccleſia fas habeat ju-
dicandi.

## ACTIO SECUNDA.

IN nomine domini & dominatoris omnium Je-
ſu Chriſti veræ Dei & ſalvatoris noſtri. Con-
ſulatus protectorum & tranquilliſſimorum impera-
torum noſtrorum dominorum, Baſilii quidem an-
no tertio, Conſtantini autem filii ejus anno ſe-
cundo, perpetuorum Auguſtorum, indictione ter-
tia, Nonis Octobris, præpoſitis pretioſis & vivifi-
cis lignis ac intemeratis & ſanctis evangeliis,
conveniente autem ſancta & univerſali ſynodo,
Donato Deo amantiſſimo epiſcopo Oſtienſi; &
Stephano Deo amiciſſimo epiſcopo Nepeſino, at-
que Marino reverendiſſimo diacono ſanctæ Ro-
manæ eccleſiæ, locum obtinentibus ſanctiſſimi
C Hadriani papæ Romani, & Ignatio ſanctiſſimo
patriarcha Conſtantinopoleos, & Thoma ſanctiſſi-
mo metropolita Tyri, locum obtinente ſedis An-
tiochiæ, ac Helia Deo colendiſſimo presbytero
& ſyncello, locum obtinente throni Hieroſolymo-
rum: præſente quoque ſacro ſenatu, videlicet Theo-
doro magnificentiſſimo proconſule ac magiſtro,
Bahane magnificentiſſimo patricio & præpoſito,
Hemerio magnificentiſſimo proconſule ac patricio,
Theophilo magnificentiſſimo proconſule ac patri-
cio, Leone magnificentiſſimo proconſule ac pa-
tricio, Joanne magnificentiſſimo patricio & logo-
theta okeos dromi, Leone magnificentiſſimo pa-
tricio & domeſtico excubitorum, Paulo magnifi-
centiſſimo patricio & præfecto prætoriorum, Ma-
D nuele magnificentiſſimo patricio, Theophylacto
magnificentiſſimo patricio, Petronate magnificen-
tiſſimo patricio, Horeſte laudabiliſſimo protoſpa-
thario & domeſtico ycanatorum: atque ſanctiſſi-
mis epiſcopis, videlicet Nicephoro Deo amiciſſi-
mo metropolita Amaſiæ, Joanne Deo amiciſſi-
mo metropolita Sylæi, Nicela Deo amiciſſimo
metropolita Athenarum, Metrophane Deo ami-
ciſſimo metropolita Smyrnæ, Michaele Deo ami-
ciſſimo metropolita Rhodi, Georgio Deo amiciſ-
ſimo epiſcopo Heliopoleos, Petro Deo amiciſſi-
mo epiſcopo Troadis, Niceta Deo amiciſſimo
epiſcopo Cephaludii, Athanaſio Deo amiciſſimo
epiſcopo Magneſio, Nicephoro Deo amiciſſimo
epiſcopo Cotronæ, Antonio Deo amiciſſimo epiſ-
E copo Aliſii, Michaele Deo amiciſſimo epiſcopo
Cercirorum: his ita convenientibus, ſtetit in me-
dio [a] Paulus Deo amiciſſimus [b] chartophylax, &
dixit: Ipſi qui ceciderunt ſub Photio venerunt
cum libello, quid videtur vobis? expetunt enim
ingredi ſanctam hanc & univerſalem ſynodum.
Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ & orientis, &
omnis ſancta ſynodus dixit: Ingrediantur. Et in-
greſſi ſunt prædicti epiſcopi præferentes libellum
in manibus ſuis, & adorantes propoſita inteme-
rata judicia prociderunt ſanctæ ſynodo. Sanctiſſi-
mi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Qui eſtis vos
qui intraſtis huc epiſcopi, & a quo conſecrati



ACTIO II. CON. VIII. GENER.

A eſtis? Theodorus metropolita Cariæ dixit: A do-
mino noſtro ſanctiſſimo patriarcha Ignatio, & bea-
tiſſimo Methodio. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Ro-
mæ dixerunt: Et quot eſtis? Theodorus reveren-
diſſimus metropolita Cariæ dixit: Numerum ne-
ſcimus. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt:
Quid dicitis? Quid habetis? Quid vultis? Epiſco-
pi dixerunt: Procidimus ſanctæ & univerſali huic
ſynodo, pœnitentiam expetentes. Sanctiſſimi vica-
rii ſenioris Romæ dixerunt: Quid eſt hoc quod
fertis? Epiſcopi dixerunt: Libellus confeſſionis,
ſuper quibus peccavimus in dominum noſtrum
ſanctiſſimum patriarcham Ignatium. Sanctiſſimi
vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Confitemini vos
peccaſſe in hac cauſa? Epiſcopi dixerunt: Confi-
B temur. Sanctiſſimi vicari ſenioris Romæ dixe-
runt: In libello ita habet ut ore veſtro dicitis?
Epiſcopi dixerunt: Legatur libellus, & tum ea
quæ de nobis ſunt certiſſime comperietis. Sanctiſ-
ſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt ad Dei cul-
tores vicarios orientis: Aptum apparet vobis, ac
omni ſanctæ ſynodo, ut ſuſcipiatur libellus confi-
tentium ſe peccaſſe? Sanctiſſimi vicarii orientis
& tota ſancta ſynodus dixerunt: Si placet ſancti-
tati veſtræ, ac honorabiliſſimo patriarchæ Igna-
tio, & nobis bonum videtur, ut ſuſcipiatur, &
in conſpectu ſynodi legatur. Sanctiſſimi vicarii
ſenioris Romæ dixerunt: Ergo quoniam omnibus
placet, ſuſcipiatur & legatur. Et accipiens Ste-
phanus Deo amiciſſimus diaconus & notarius ſan-
C ctæ Conſtantinopolitanorum eccleſiæ de manibus
jam denuntiatorum epiſcoporum, legit magna
voce in audientiam omnium.

## NOTÆ IN PRÆCEDENTIA
### ex edit. Romana.

a *Paulus Deo amiciſſimus.* ) Paulus iſte archiepiſcopus
quondam fuit a Photio conſecratus, ſed quia cum ceteris,
qui a Photio manus impoſitionem ſuſcepere, ſecundum
ſententiam papæ Nicolai condemnatus eſt, & quoniam ia
erat utilis, pro conſolatione damnationis ab Ignatio pa-
triarcha chartophylax effectus eſt: ſcripſerat enim & papa
Romanus ut alia illum, excepto ſacerdotio, quantacumque
vellet, dignitate ditaret.
b *Chartophylax.* ) Interpretatur chartarum cuſtos. Fun-
D gitur autem officio chartophylax apud eccleſiam Con-
ſtantinopolitanam, quo bibliothecarius apud Romanos,
indutus videlicet infulis eccleſiaſticorum miniſtrorum, &
agens eccleſiaſtica cuncta prorſus obſequia, exceptis il-
lis ſolis quæ ad ſacerdotale ſpecialiter ac proprie perti-
nere probantur officium. Sine illo præterea nullus præ-
ſulum aut clericorum a foris veniens in conſpectum pa-
triarchæ intromittitur, nullus eccleſiaſtico conventui præ-
ſentatur, nullius epiſtola patriarchæ miſſa recipitur, niſi
forte a ceteris patriarchis mittatur, nullus ad præſulatum
vel alterius ordinis clericatum, ſive ad præpoſituram mo-
naſteriorum provehitur, niſi iſte nunc approbet & com-
mendet, atque de illo ipſi patriarchæ ſuggerat, & ipſe
præſentet.

## LIBELLUS.

E SI quidem eſſent ignota in ſeniori Roma, quæ
dira contigerunt a Photii mente, [a] impugna-
toris eccleſiæ, oporteret humilitatem noſtram mul-
tum texere ſermonem, roborantem quæ circa nos
perpetrata ſunt, & quibus & quot ab ipſo atro-
citatibus ſummiſſi ſumus: quia erat vir alia qui-
dem loquens, & alia cogitans, & operam dans
mendacio: ex arte gentilium ſemper proponebat
bona, deveniebat autem in mala, & erat potens
ad ſuperandum & decipiendum, ut non eſt fa-
ctus, nec fiet ullus hominum. Unde cum talis
eſſet, ſupplantavit nos, ſed ſermonem prolixum
ſupra modum facere nolumus, habentes vos eo-
rum quæ dicuntur teſtes. Nam ſcitis utique vos,

[a] Vox eius libelli ... ad Rom in vicarios qu finem uſ dirigitur.

C 2 qui

ANNO CHRISTI 869.

qui meruiſtis obſecundare ſanctiſſimo papæ Nicolao, lucernæ eccleſiæ, ac luminari totius orbis, & ipſius comminiſtri eſtis effecti, quia incomparabilis erat in ſacerdotibus, vita & ſermone reſplendens, quem pene nec macula tetigit: ſed hic in talem & tantum virum non ſegnis extitit fingere mente infeliciſſima detentus (quem non vidit, nec cognovit) maculam plurimam, innumeram & coacervatam: & poſt multitudinem etiam, magnitudine prævaluit in vanitate ſua: & ſi mendaces, attamen de oriente ex omnibus patriarchis apocriſiarios quaſi concordantes, & certiſſime quæ a ſe dicebantur noſcentes, multo ſtudio duxit, ut hujuſmodi virum depoſitioni ſubmitteret: & habens conſentaneos teſtes falſos, tranſmiſit commenta, mendacia, & viros deceptos, & veniebant ad complendum quæ ſibi viſa extiterant. Et niſi Deus omnes operibus manuum ſuarum compenditos ligaſſet, nos utique cum hujuſmodi caderemus; nimirum qui pro paſtore lupus eſſe videbatur. Diximus de Nicolao parum. Non ſolum autem huic talia operatus eſt, ſed & ipſum ſanctiſſimum ſacerdotem ac paſtorem noſtrum, qui nos impoſitione ſanctarum manuum ſuarum, cum eſſet ſummus antiſtes, ſanctificavit, multis prius ſtudiis, cum ſæcularis eſſet, impugnans, & in nos inſpirans poſtea hypocriſim, cuncta negavit, & omnibus conſentaneis ſuis, vel qui ſub ipſo eramus, ſuaſit ut ſe chirographis terribilibus profiterentur eum ſe habituros patriarcham patriarcharum, & ſummum ſacerdotem ſummorum ſacerdotum; & tunc quidem in nobis ita faciebat. Poſtera vero die fraudes conſuebat adverſus eum, & mendaciorum infinitam multitudinem, quaſi criminum materiam habentium, quemadmodum & adverſus beatiſſimum Nicolaum geſſit: quæ & volebat in omnia patriarchia tranſmittere; ut ſicut ipſe poſt modicum depoſitionem ac anathematiſmum in eum fecit, ut olim voluit, ita & ceteri patriarchæ facerent. Sed hujus fraudem non celavit Deus, ſed omnibus patefecit; & hi qui dolum manifeſtum fecerunt, exiliis & proſcriptionibus, ac flagris, atque multis tædiis ſummiſſi ſunt: ſed nec ſic valuit ſe reprimere, ſed quemadmodum impetum habuit miſeri voti ſui, depoſitionem & anathematiſmum fecit, & in eum, his factis, quid malorum in ipſum ex tunc non egit? Nonne dentes ejus radicitus evulſit, faciens eum in facie percuti? Nonne pedes ejus ferreis vinculis munivit? Nonne cum fuga lapſis, & fugacibus ſervis, in fœtoribus & ſordibus damnavit eum, ut moraretur tempore non pauco? Nonne denudans eum veſtimentis, quæ induebat abſque prima parvula tunica, hujus crura ſcidit, & in ſepulcro, quod in modum rogi factum eſt, deluſum locari fecit, candelas fundens quæ ibidem elucebant, ne, aquam eis habentibus, cum ſiti ureretur, ad refocillationem potaretur ex illis? Nonne hunc erectum ſtare facientes, tulerunt virgam, quam tenens in manibus fulciebatur, ſenectutis imbecillitatem conſolans? Nonne ſine cibo ac potu multis eum diebus tranſigere fecerunt? Nonne exulem illum fecit, ubi fiunt frequenter incurſus barbarorum, & rapiuntur homines, qui locis illis inhabitant, & gladii efficiuntur impendium? Sed quæ ab eo ſuſtinuit tantæ multitudinis ſunt, ut dinumerare in vanum laborare ſit: neque enim ſermo valebit hæc enarrare. Et tunc, quem? * Imperatorum filium, & imperatorum nepotem, qui angelicam vitam ſubiens, habitu monaſticæ converſationis indutus eſt, qui Deo placabilis, & angelis reverendus, atque dæmonibus metuendus apparuit. Ex his, quot exiguita-

* Ignatius e-[illegible] filius im-peratoris M. [illegible] Nice-[illegible]

A tem noſtram ſeveritatibus ſubmiſerit, etſi dicere non poſſumus, ces colligere ac noſſe valetis: ſi enim talibus ſummis ſacerdotibus, ſcilicet papæ Nicolao, & ſanctiſſimo patriarchæ Ignatio, talia operatus eſt, nobis utique humilibus mentis munditia qualia fecerit non ignoratis. Multi enim ex nobis cum infidelibus gentibus in prætorio mulctati ſunt, fameque, ac ſiti, ſeu ceteris miſeriis afflicti, ad ſecandum marmora pro lignis damnati ſunt: alii autem pro eo, ut cum lignis ferirentur, ſpatha percutiebantur, iis qui feriebant, non ut ſacerdotes, neque ut homines carnem ferentes, ſed ut inanimata corpora percutientibus. Illud vero, quod calcibus ſubmittebant, & huic pœnæ ſubjectis viſcera evellebant, ut leve tormen- B tum habebant. Id præterea, quo monilibus ferreis afficiebat, & catenis vinciebat, fenum poſt multos dies in eſcam præbens, humanitatem multam eſſe putabat. Quot autem in tenebroſis & umbra mortis, in fœtoribus mortiferis includebant, nec tegebant, cum facerent? ſed gloriantes, & cachinantes magna voce, neſcientibus cum feritate atque jactantia loquebantur, ludentes. Et rogati ut talibus miſericordiam præberent, magis inſaniebant, ac deterius cauſabantur. Alios etiam in extremitates orbis, & in alienigenarum loca fecit exiliari. His atrocitatibus ſubmiſſi nos, & in ſummum ſacerdotem noſtrum, & in eos qui cum illo perſeverabant, pejora his & ſæviora committi videntes, afflicti & fatigati ſumus, videlicet C tam in aliis fieri hæc aſpicientes, quam ipſi talia patientes; ideoque deterriti incidimus ſeductionem & errorem atque vim ſæviſſimam; & non ſponte fecimus quæ dicere confitentes confundimur. Sed omnia hæc facta ſunt in nos, neceſſitate ab eo & vi non ceſſante, voluntateque noſtra ſe nullo modo flecti conſentiente: lacrymis enim & gemitibus penitus replebamur & facientes, & poſtquam faciebamus. Sed eſt nobis ſpes ſalutis non ex operibus noſtris, neque ex juſtitia quam fecimus, neque enim fecimus: licet enim reſtiterimus, & multam vim perpeſſi, multiſque tormentis ſubacti ſimus, in finem tamen in miſeriis non ſubſtitimus. Eſt ergo ſpes ex eo, quo eſtis imitatores Dei, & qui vos miſerunt, atque do- D minus & ſummus ſacerdos noſter ſimili modo. Etenim & Deus luxurioſum filium propterea in paradigma poſuit, qui, omni vita ſua male conſumpta, veniens ad patrem ſuum, ſuſceptus eſt, & non utcumque, ſed cum ſymphonia, & epulis & veſtitus a proprio patre, priſtinum indumentum & primam ſtolam recepit: ut daret formam temperantiæ ac moderationis faciendæ ſuper nos, qui recidimus: & publicanum humiliatum juſtificavit, & meretricis lacrymas ſuſcepit, atque latronis confeſſionem admittens, hunc ipſo die in paradiſum introduxit. Hos vero qui in vinea pondus totius diei ſuſtinuerunt, & qui una hora tantummodo perſeveraverunt, ut media prætereamus, pari fecit dignos mercede: ac ei cui multum de- E bebat, & cui pauca, ex æquo donavit, ut ad majorem dignitatem attraheret, quibus multum dimiſit. Cum hujuſmodi ſpe in humilitate animæ, & contritione cordis, ad ſanctitatem veſtram accedentes, hunc vobis libellum dedimus, non in labiis doloſis, neque in dolo mentis. Ipſe Deus teſtis eſt, qui etiam vades eſt noſter: ſed ex ſinceritate ac munditia ſperantes in miſeratione Dei noſtri, qui hominem amat, & interceſſiones ſanctæ ac intemeratæ Dei genitricis Mariæ, & ſanctorum apoſtolorum, & beatiſſimi ac ſanctiſſimi papæ * Nicolai, atque ſancti patris noſtri & ſummi ſacerdotis Ignatii, veſtræque beatitudinis oratio-

ACTIO II. CONC. VIII. GENER.

Luc. 15. Luc. 18. Luc. 7. Luc. 23. Matth. 20. Luc. 7.

* Nota quod non ſolum interceſſio.

ANNO CHRISTI 869.

nos Dei genitricis & apoſtolorum, verum etiam ſanctiſſimi quondam papæ Nicolai ſe ſperare fatentur.

* *alias* & ſatisfactione cordis

tiones, nec non & ſanctiſſimorum vicariorum orientis, jam non taliter nos expaveſcere, ſed manum accipientes a vobis, quæ nos confortet, & in rectitudine ſtatuat; & quantum ex propoſito uſque ad ſanguinem decertare in eccleſiaſticis cauſis, ut & culparum quas fecimus, ex hac correctione, * in ſatiſtactione cordis indulgentiam percipiamus: & non ulterius Photio, vana ſapienti, vel conſentaneis ejus, dum permanſerint in execratione ſua, & ſanctæ Dei catholicæ eccleſiæ diſſonaverint, concordabimus, nec erroris ejus & ſeductionis turbulenta fluenta guſtabimus. Ecce enim ea, quæ ab ipſo bibimus, & amarum & doloſum, ac exitiale poculum exſpuentes, noſmet in hanc ſanctam ſynodum projicimus, profitentes etiam accepturos nos eſſe libenter a ſanctiſſimo ſummo ſacerdote noſtro epitimium definitum. Si autem poſt hanc erectionem, quæ in nos ſine calliditate atque conturbatione facta eſt, nos callide agere contra eccleſiam Dei in aliquo voluerimus; ſit nobis depoſitio a Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, & nulla ad erectionem ulterius revocatio. Donatus ſanctiſsimus epiſcopus Oſtiæ, & Stephanus ſanctiſsimus epiſcopus Nepæ, & Marinus Deo amiciſsimus diaconus ſanctæ Romanorum eccleſiæ vicarii Romani interrogaverunt epiſcopos: Cujus eſtis conſecratio? Epiſcopi dixerunt: Diximus quia beati Methodii, & ſanctiſſimi Ignatii. Sanctiſſimi vicarii Romani dixerunt: Suſcipimus vos ſecundum præceptionem ſanctiſſimi papæ noſtri Hadriani propter confeſſionem libelli pœnitentiæ veſtræ. Reverendiſſimi epiſcopi dixerunt: Et nos adoramus vos, & ſuſcipimus vos judices, & judicium veſtrum tamquam ex perſona Filii Dei habemus. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Quot eſtis numero? Illi autem dixerunt: Et antea diximus quia neſcimus. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Ecce ſancta Romana eccleſia non claudit viſcera ſua omnibus vobis, ſi offertis libellum ex toto corde veſtro. Et iterum iidem ipſi ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ ad epiſcopos dixerunt: Detulimus libellum a ſancta Romana eccleſia, a ſanctiſſimo papa Hadriano, mandatum ab eo accipientes, exigere a vobis fieri ipſum libellum, & ſic vos ſuſcipere: vultis ergo facere quod juſſum eſt a ſanctiſſimo papa Hadriano? Epiſcopi dixerunt: Volumus, & placet nobis, & ſubſcribimus. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Volumus & jubemus relegi eum in conſpectu omnium. Et accipiens Stephanus Deo amiciſſimus diaconus & notarius legit libellum Græce, qui a Romano fuerat tranſmiſſus, qui etiam in prima lectus eſt actione. Et poſt lectionem ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ ad epiſcopos dixerunt: Libellum hunc audiſtis? Placet vobis? Scribite illum. Suſcipitis omnia quæ edita ſunt a ſancta Romana eccleſia? Reverendiſſimi epiſcopi dixerunt: Placet, ſcribimus, & ſuſcipimus omnia. Donatus reverendiſſimus epiſcopus Oſtienſis, & Stephanus ſanctiſſimus epiſcopus Nepeſinus, & Marinus reverendiſſimus diaconus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, dixerunt: Et ſcribite eum. Et ſuſcipiens Theodorus Cariæ, ſcripſit illum. Deinde ſimiliter Euthymius Catanæ, Photius Nacoliæ, Stephanus Cypriorum, alter Stephanus Cilyræ, Theodorus Sinopes, Euſtachius Acmoniæ, Xenophon Milaſsi, Leo Daphnuſiæ, Paulus Meles; omnes iſti ſcripſerunt Romanum libellum, & dederunt hunc ſanctiſsimis vicariis Romanis, etiam cum ſubſcriptione teſtium. Et poſt hoc Thomas & Helias ſanctiſsimi vicarii orientis ad ſanctiſsimos vicarios Romanos dixerunt: Omne quod diſpoſuiſtis placet nobis. Sanctiſsimi vicarii Romani dixerunt: Quoniam bonum diligitis, ideo, fratres noſtri venerandi, placet nobis & veſtra diſpoſitio. Et rurſus iidem epiſcopi ad orientales vicarios dixerunt: Si videtur vobis bonum eſſe, detur decidentium epiſcoporum pœnitentiæ libellus. Patriarchæ ſanctiſsimi vicarii orientis dixerunt: Videtur nobis eſſe bonum. Ignatius ſanctiſsimus patriarcha Conſtantinopoleos dixit: Ponatur libellus ſuper pretioſa ligna, & ſancta evangelia, & ſic eum accipiant, & dent mihi. Sanctiſsimi vicarii ſenioris Romæ una cum orientalibus dixerunt: Ponatur. Et ponentes epiſcopi libellum ſuper ſancta evangelia, & pretioſa ligna, & rurſus ſumentes eum, dederunt Ignatio ſanctiſſimo patriarchæ Conſtantinopoleos: & ſumens patriarcha ſuperhumeralia, tradidit eis. Primo autem omnium dedit Theodoro metropolitæ Cariæ, & dixit ei: Ecce ſanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid fiat. Theodorus reverendiſsimus metropolita Cariæ dixit: Confugimus ad ſanctitatem tuam tota anima, & mente munda, tradentes propria manu libellum confeſsionis noſtræ, ac profitentes uſque ad totam vitam noſtram conſervare quæ illic ſcripta ſunt inconvulſa. Ignatius ſanctiſsimus patriarcha Conſtantinopoleos dixit: Bene ac decenter feciſtis, filii dilectiſsimi noſtri. Ecce ſuſcipio vos, ſicut miſericors & benevolus pater prodigum filium ſuum reverſum ad pœnitentiam; propterea quia & ſancta Romanorum eccleſia benigniori affectu mota eſt erga reverentiam veſtram, quibus & concordaverunt etiam orientales ſedes. Et poſt hoc Theodorus reverendiſsimus epiſcopus Sinopæ dixit: Non ſolum epitimiis ſumus digni, ſed & pœnis; ſed miſericordia tua magna eſt, domine. Xenophon reverendiſsimus epiſcopus Milaſsi dixit: Cum ſim multis pœnis dignus, ſuperhumerale accipio. Et poſtquam acceperunt ſuperhumeralia ſua, ſederunt ſinguli in ordine ſuo. Et iterum Paulus Deo amiciſsimus chartophylax ſtans in medio dixit: Poſtquam ingreſsi ſunt in hanc ſanctam ſynodum epiſcopi, qui ceciderunt, ecce præſto ſunt & presbyteri, habentes eumdem libellum, & rogantes ſanctitatem veſtram, ut intrent in hanc ſanctam ſynodum: quid ergo placet ſanctitati veſtræ? Sancta ſynodus dixit: Cujus conſecrationem habent? Paulus Deo amiciſsimus chartophylax dixit: Beatiſsimi Methodii, & ſanctiſsimi Ignatii. Sanctiſsimi vicarii dixerunt: Intrent. Et intraverunt, Thomas primus presbyterorum, Coſmas ſecundus atque defenſor, Pantaleo presbyter, Joachim presbyter & defenſor, Megiſtus presbyter, Nicephorus presbyter, Theodoſius presbyter, Epiphanius presbyter, Theophylactus presbyter, Silinnius presbyter, Gregorius presbyter, & paria epiſcopis facientes, tradiderunt libellum pœnitentiæ: deinde ſcribentes & ipſi Romanum libellum, ſuſceperunt a patriarcha oraria ſua, dicente ad eos: Cognoſcite quia verax homo ſum, & ſermo meus finem habet. Ecce enim magnam meruiſtis compaſſionem & veniam a ſancta Romanorum eccleſia, & omnibus nobis. Poſtquam ergo ingreſſi ſunt epiſcopi ac presbyteri, rurſus ſtans Paulus Deo amiciſſimus chartophlax in medio dixit: Similiter & diaconi, qui ceciderunt, habentes præ manibus libellum pœnitentiæ, deprecantur ſanctam ſynodum ut introeant. Sancta ſynodus dixit: Cujus conſecratio ſunt? Paulus Deo amiciſſimus chartophylax dixit: Beatiſſimi Methodii & ſanctiſſimi Ignatii. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ & orientis, ac ſancta & univerſalis ſynodus, dixerunt: Introeant. Et introierunt, Conſtantinus diaconus, Joannes diaconus, Stephanus diaconus, Michael diaco-

ANNO CHRISTI 869.

ACTIO III. CON. VIII. GENER.

diaconus, Chriſtophorus diaconus, Leo diaconus, A Theodoſius diaconus, Nicolaus diaconus, Sophronius diaconus. Et ait Ignatius ſanctiſſimus patriarcha ad eos: Utique ex propoſito feciſtis libellum quem fertis? Reverendiſſimi diaconi dixerunt: Deus ſcit, domine, quia ex multa alacritate illum fecimus; ipſe enim novit conſcientias noſtras quomodo erant circa ſanctitatem tuam, cum tirannidem patereris. Quæ vero Photio fecimus, coacte ac inviti fecimus; ſed gratias agimus Deo, & ſanctitati tuæ, o domine, quia non retribuiſti nobis ſecundum peccata noſtra, & culpas noſtras; ſed compaſſus nobis, miſeratus & miſertus es noſtri, & dimiſiſti nobis peccata noſtra. Et facientibus eis ſimilia epiſcopis, & presbyteris, & accipiens patriarcha oraria ipſorum, B reddidit eis. Et poſt hoc iterum ſtans in medio Paulus Deo amiciſſimus chartophylax dixit: Venerunt & ſubdiaconi qui ceciderunt in ſanctam hanc ſynodum, eumdem libellum præ manibus habentes, ingredi poſtulantes. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ & orientis dixerunt: Ingrediantur, placet enim nobis. Et ingreſſi ſunt, Thomas * domeſticus ſubdiaconorum, Euſtachius, Photinus, Joannes, Paulus, Thomas: & facientibus ſimilia pari modo, dedit & ipſis proprii honoris inſignia. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Secundum formam hanc, ſecundum quam hodierna die ſuſcepimus epiſcopos & presbyteros, & diaconos, & ſubdiaconos qui ceciderunt, ſuſcipi deinceps decernimus omnes qui ſimi- C liter peccaverunt, & pœnitentiam agunt. Et poſt hæc ſanctiſſimus patriarcha Ignatius dixit: Epitimia quæ indicta ſunt iis qui ceciderunt epiſcopis & presbyteris, & diaconis, & ſubdiaconis, ab hac ſancta & univerſali ſynodo, in audientiam omnium legantur; quatenus fiant omnibus manifeſta. Et accipiens Stephanus diaconus & notarius legit: Sit remedium, & ſalutem animæ ferens, ac valde diſcretum epitimium ſacerdotum qui per multam conſuetudinem ceciderunt, & negaverunt propria chirographa, quæ bene ac regulariter edita ſunt ad ſpiritualem conflictum, & unitatem ſanctæ catholicæ eccleſiæ. Si quidem carnibus veſcuntur, abſtinere ſe a carne, caſeo, & ovo: ii vero qui carnes non comedunt, abſtinere a caſeo D & ovo, & piſcibus quarta feria, & paraſceve, * legumina & olera cum oleo, & pauco vino, facereque genuflexiones quinquaginta per ſingulos dies, & dicere Kyrie eleyſon, centies, &, Domine peccavi, centies, &, Domine ignoſce mihi peccatori, centies; recenſereque ſextum pſalmum, & trigeſimum ſeptimum, & quinquageſimum: hæc mando tibi cuſtodire uſque ad Chriſti nativitatem, non autem habeas poteſtatem miniſtrandi, nec agendi quoquo modo quæ ſacerdotum ſunt, & tunc in natalitiis magni Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti recipies ſacerdotium tuum, & mecum eris ſacerdotio fungens, & miniſtrans immortali æterno Deo. Et poſt lectionis epitimiorum completionem, rurſus ipſe Stephanus collau- E davit: Multos annos Imperatorum Baſilii & Conſtantini: Magnorum dictatorum & imperatorum multos annos: Orthodoxorum imperatorum multos annos: Pacificorum imperatorum multos annos: Depoſitorum injuſtitiæ multos annos: Hoſtium mendacii multos annos: Amatorum & fautorum veritatis & juſtitiæ multos annos: Nicolai beatiſſimi papæ Romani æterna memoria: Hadriani orthodoxi papæ Romani multos annos: Ignatii orthodoxi patriarchæ Conſtantinopoleos multos annos: Horthodoxi ſenatus multos annos: Sanctæ & univerſalis ſynodi æterna memoria. * Deus depoſuit molimina Photii, quæ incipiunt in divino loco, & ſimul depoſuit eum, ut mendacii amicum & conculcatorem venerandæ figuræ.

* Primum ſubdiaconorum Græci domeſticum vocant, quem Romani oblationarium.

* forte deeſt edere.

* Iambici verſus hi ſunt apud Græcos.

## ACTIO TERTIA.

IN nomine domini & dominatoris Jeſu Chriſti veri Dei & ſalvatoris noſtri. Conſulatus a Deo coronatorum dominorum noſtrorum, Baſilii quidem anno tertio, Conſtantini autem filii ejus anno ſecundo, imperatorum perpetuorum Auguſtorum, indictione tertia, quinto Idus Octobris. Propoſitis & vivificis lignis, & intemeratis ſalutis noſtræ evangeliis in dextris partibus catechumeniorum opinatiſſimi templi ſanctæ ac magni nominis Sophiæ; convenientibus autem Donato Deo amiciſſimo epiſcopo Oſtienſi, & Stephano Deo amiciſſimo epiſcopo Nepeſino, ac Marino reverendiſſimo diacono ſanctæ Romanæ eccleſiæ; locum habentibus Hadriani ſanctiſſimi & beatiſſimi archiepiſcopi ſenioris Romæ, & Ignatio honorabiliſſimo archiepiſcopo magni nominis Conſtantinopoleos novæ Romæ, ac ſanctiſſimis vicariis orientis, Thoma ſcilicet ſanctiſſimo metropolita Tyri, locum habente ſedis Antiochiæ, eo quod viduata eſſet eadem eccleſia, & Helia Deo colendiſſimo presbytero & ſyncello, locum poſſidente Theodoſii ſanctiſſimi archiepiſcopi ſedis Hieroſolymorum: deinde per juſſionem amicorum Chriſti & Dei cultorum magnorum imperatorum Baſilii & Conſtantini; præſentibus & audientibus etiam magnificentiſſimis principibus, videlicet Chriſtophoro magnificentiſſimo magiſtro, Bahane magnificentiſſimo patricio & præpoſito, Paulo magnificentiſſimo patricio & præfecto, Leone magnificentiſſimo patricio & domeſtico excubitorum, Joanne magnificentiſſimo patricio & logotheta * acuti curſus, Manuele magnificentiſſimo patricio, Theophylacto magnificentiſſimo patricio, Petronate magnificentiſſimo patricio, Oreſte famoſiſſimo protoſpathario & domeſtico icanatorum: conſidentibus autem & Deo amiciſſimis epiſcopis, id eſt, Nicephoro Deo amiciſſimo metropolita Amaſiæ, Niceta Deo amiciſſimo metropolita Athenarum, Metrophane Deo amiciſſimo Smyrnæ, * Theodoro Deo amiciſſimo metropolita Cariæ, Euthymio Deo amiciſſimo metropolita Catanæ, Michaele Deo amiciſſimo metropolita Rhodi, Photio Deo amiciſſimo Nacoliæ archiepiſcopo, Athanaſio Deo amiciſſimo epiſcopo Anilii Magneſiæ, Georgio Deo amiciſſimo epiſcopo Heliopoleos, Stephano amiciſſimo epiſcopo Cibyræ, Niceta Deo amiciſſimo epiſcopo Cephaludis, Stephano Deo amiciſſimo archiepiſcopo Cypſallorum, Theodoro Deo amiciſſimo epiſcopo Sinopæ, Baſilio Deo amiciſſimo epiſcopo Pyrgii, Gregorio Deo amiciſſimo epiſcopo Meſinæ, Euſtathio Deo amiciſſimo Æmoniæ, Xenophonte Deo amiciſſimo epiſcopo Milaſſi, Leone Deo amiciſſimo epiſcopo Daphnuſiæ, Petro Deo amiciſſimo epiſcopo Troadis, Samuele amiciſſimo epiſcopo Antri, Antonio Deo amiciſſimo epiſcopo Aliſeos, Nicephoro Deo amiciſſimo epiſcopo Crotonæ, Michaele Deo amiciſſimo epiſcopo Cercyrorum. His ita convenientibus, ſurgens Metrophanes Deo amiciſſimus metropolita Smyrnæ, una cum Nicephoro Deo amiciſſimo metropolita Amaſiæ, & Niceta metropolita Athenarum, dixit: Omnia honeſte, & ſecundum ordinem facere Paulus magnus apoſtolus jubet & ſancit. Videtur autem omnibus nobis honeſtum eſſe, ac perfecto ordini proximum, ut deinceps hæc ſancta & univerſalis ſynodus audiat epi-

* lege velocis.

* Quamvis ipſe Theodorus poſt ſcriptum Romanum libellum inducta culpa, quam contra patriarcham Ignatium, ab illo recedendo, & contra ſubſcriptionem ſuam agendo commiſerat, per libellum pœnitentiæ acceptus ſit; poſtea tamen deprehenſus, quod in depoſitione ac anathemate papæ Nicolai ſcripſerit, ab univerſa ſynodo ſola pro hac cauſa dejectus eſt, dumtaxat B. Petri judicio reſervatus.

ANNO CHRISTI 869.

epiſtolas amici Chriſti imperatoris noſtri, quas miſit ad ſanctiſsimum papam Romanum, & orientis præſules; & rurſus ſanctiſsimi patriarchæ noſtri, deinde beatiſsimi papæ Hadriani ad ſanctiſſimum dominum noſtrum; ut & ſancta ſynodus ſatisfactionem adhuc majorem accipiens, glorificet Deum, qui cooperatus eſt piiſsimo imperatori noſtro in conciliis & optimis ſtudiis, gratiaſque agat & ſantiſsimo patriarchæ noſtro, & vobis ſanctiſsimis vicariis. Donatus & Stephanus ſanctiſsimi epiſcopi, & Marinus reverendiſsimus diaconus, vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Audivimus quia ſunt quidam errantes ex conſecratione beatiſsimi Methodii, & ſanctiſsimi Ignatii, & neſciunt quid ſit pietas & miſericordia ſanctæ Dei eccleſiæ atque judicium; & ideo renuunt ſcribere Romanum libellum, quem miſit ſanctiſſimus papa Hadrianus. Ante omnia ergo mandamus bono cultui veſtro, ut eatis ad eos, & ſecundum canonicam auctoritatem accerſatis eos, ita dicentes: Sancta ſynodus advocat vos, ut faciatis quod decretum & cenſitum eſt auctoritate, & ſuſcipiamini a ſancta ſynodo; neque enim vult claudere viſcera ſua; invitat ergo vos venire: ac ſecundum libelli ſatisfactionem facite, quemadmodum & ceteri fratres veſtri fecerunt; & ſuſcipit vos ſancta & univerſalis ſynodus. Thomas & Helias ſanctiſsimi vicarii orientalium ſedium dixerunt: Secundum ſolitas & canonicas præceptiones apoſtolorum ac ſanctarum ſynodorum & nos providemus, nutu miſericordiæ ducti, ut adſciſcantur ad hanc viam ſalutis, ad quam & fratres eorum * ſuccurrerunt. Congruum ergo eſt, ut eatis ad eos, & provocetis illos ad ſalutem animarum ſuarum. Dicite itaque eis cum benevolentia & convenienti fraterno affectu: Advocamus vos: ſi ergo feceritis quæ videntur ſanctæ ſynodo, introite in ea, & ſuſcipiet vos. Et abeuntes Metrophanes Deo amiciſsimus metropolita Smyrnæ, & Nicephorus Deo amiciſsimus metropolita Amaſiæ, ac Niceta Deo amiciſsimus metropolita Athenarum, dixerunt quæ ſibi fuerant imperata ad Theodulum reverendiſsimum metropolitam Ancyræ, & Nicephorum reverendiſsimum metropolitam Nicææ; qui reſponderunt ita: De propoſita ſubſcriptione rationem reddimus ſanctitati veſtræ, quia propter rationabiles & irrationabiles ſubſcriptiones, quæ ante factæ ſunt, gravati definivimus nos, & vinculum impoſuimus non ulterius ſubſcribere, præter id quod ſubſcripſimus, & profeſsi ſumus fidei noſtræ ſymbolum, quod jacet in chartophylacio venerabilis patriarchæ, tempore conſecrationis noſtræ. Propter quod dicimus vobis, & rogamus ſanctam ſynodum, ſi poſsibile eſt, indulgeat nobis quod deliberavimus conſervare uſquedum vixerimus. Deo amiciſſimis metropolitis deferentibus hujuſmodi reſponſionem, ſanctiſsimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Legatur reſponſio eorum in audientiam omnium. Et accipiens Thomas venerabilis ſubdiaconus ac devotus vicarius in auditionem ſanctæ ſynodi legit. Et iterum vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Legatur * epiſtola a Deo muniti imperatoris noſtri, quam miſit ad ſanctiſſimum papam Nicolaum. Et accipiens Theodorus devotus a ſecretis legit.

* alias concurrerunt.

* Ad Hadrianum miſſam dicunt, quoniam hanc Hadrianus ſuſcepit, quæ tamen ad Nicolaum fuerat ſcripta.

ACTIO III. CON. VIII. GENER.

*In nomine Patris, & Filii, & ſancti Spiritus unius, & ſolius, & veri Dei, Baſilius fidelis imperator Romanorum Nicolao ſanctiſſimo papæ Romano, & ſpirituali quoque patri noſtro.*

Qualiter ſe habet mentis noſtræ voluntas ſuper eccleſiaſticis negotiis noſtris, o divinum & ſacrum atque inſtar Aaron reverendum caput, in priori epiſtola innotuimus. Neſcientes autem, ſi ſanctis veſtris, & ſecundum Moyſen Deo gratiſſimis, ſit poſita palmis (multæ namque in longinquo itinere impedientes accidunt cauſæ) neceſſarium conſpeximus primum quæ in eadem continebantur epiſtola in brevi commemorare, & nunc quæ defuerunt ſupplere. Habebat itaque in quibus malis eccleſiam noſtram, quando imperii divinis orationibus veſtris gubernacula ſuſcepimus, invenerimus male jacentem, inſanabiliter languentem, legitimo rectore denudatam, tyrrannide detentam, alieni paſtoris ſervituti ſubjectam, omnia inſtar ancillæ patientem magis, quam more reginæ quidquam gerentem. Hæc ſunt quæ illa ſignificabat epiſtola. Et quædam a nobis agenda fore viſa ſunt, quædam vero paternæ ſanctitati veſtræ penitus relinquenda. Verum nobis nihil amplius debere fieri viſum eſt, niſi, ut Photius quidem a ſede removeretur, & ſecum quieſcere hortaremur: quippe qui multa contra veritatem, & contra ſacrum pontificium veſtrum commovit; in tantum enim rabies illius profecit: At vero Ignatius ſanctiſſimus & ſpiritalis pater noſter, qui clare injurias & tyrannidem pertulit ſecundum judicium & juſtificationem, quæ in diverſis epiſtolis veſtris inventa eſt (quamquam per eaſdem literas vix nunc omnibus manifeſtum conſtituimus: ſic enim ipſæ literæ obrutæ, & nullatenus quibuſdam oſtenſæ fuerint ab iis qui ante nos principatum tenuerunt) per æquam & juſtam veritatem ad proprium thronum revocaretur: reliquis autem finem imponendum, immo vero & hæc eadem approbandum, atque horum ſequentia terminandum, ſpirituali ſanctitati veſtræ dimiſimus. Videlicet de his ſacerdotibus qui ex utraque parte peccaverunt, & ante a ſanctiſſimo patriarcha Ignatio conſecrati ſecundum ſcripturæ ſuæ confeſſionem, in veritate minime permanſerunt, quam qui a Photio viro impudenti manus impoſitionem ſuſceperunt: nec non & de his ſummis ſacerdotibus, & ſacerdotibus, atque abbatibus, qui diverſimode ſcripſerunt: quorum quidem alii vi vel tyrannide, alii vero ſimplicitate aut levitate, quidam vero ſeductione ac verſutiis, quidam vero muneribus & honoribus diverſimode decepti ſunt. Pauci enim * ſuperiores laqueo illius prorſus effecti ſunt, immo vero dicendum eſt, quia pene omnes ſacrati, tam priores, quam poſteriores, qui ſub nobis ſunt, male, & ut non oportebat tractati ſunt. De quibus decretum & judicium mittere paternam ſanctitatem veſtram * præſcribentes popoſcimus, & nunc expetimus: addentes huic epiſtolæ pro his, qui ceciderunt, benigniſſimam poſtulationem, & maxime de iis qui pœnitentiæ locum requirunt, & ad legitimum ſummum ſacerdotem recurrunt: quatenus non eccleſiæ noſtræ ſummis ſacerdotibus, & ſacerdotibus qui ſub omni regimine noſtro conſiſtunt, commune occurrat naufragium, propemodum univerſis illis de falſis & impotabilibus guſtantibus iniquitatis rheumatibus. Super his itaque poſtulamus compatientiſſimum ſacerdotium tuum, ut manum porrigat humanitatis, & eorum diſpenſet

* Id eſt, fortiores, vel potentiores, nam fortior fit, & potentior laqueo, qui ab illo prævalet exiſire, vel ita ſuperior laqueo factus, qui in illo non eſt retentus, ſed ut aves deſuper quodammodo tranſvolantes, evaſerunt ſecundum illud Salomonis: *Fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum.*

* *hoc eſt*, antea ſcribentes.

ANNO CHRISTI 869

* al. veniam accipiant ab eo.

ſet ſalutem, qui proprium dumtaxat peccatum A pronuntiant, * & veniam accipere de eo qui male ac nequiter ab ipſis moleſtatus eſt ſummo ſanctiſſimo ſacerdote depoſcunt: eos enim qui permanent in malitia, & nolunt ad veritatis ſemitam repedare, nullus modus vel ratio a condemnatione liberabit. Ut autem manifeſta etiam iis qui ex ſorte ſunt Photii veſtra divina & apoſtolica fiat ſententia, tam de ſanctiſſimo patre noſtro & patriarcha Ignatio, quam de miſerrimo Photio, deſtinati ſunt ab amabili Chriſto imperio noſtro ad paternam ſanctitatem veſtram ab utraque parte apocriſiarii; a ſanctiſſimo quidem patriarcha Ignatio Joannes metropolita Silæi, a Photio vero Petrus metropolita Sardis, cum quibus & a divinitus munito imperio no- B ſtro miſſus eſt Baſilius ſpatharius; quos volumus ut paterna ſanctitas veſtra ſuſcipiat, & in conſpectu epiſcoporum, qui ex utraque parte directi ſunt, quæ videbuntur ſanctitati tuæ eccleſiaſticis legibus atque canonibus de ſummis ſacerdotibus, & ſacerdotibus ſanciat: cum hiſque mittat nobis reverendiſſimos apocriſiarios, ut certificetur expreſſius & purius ſanctiſſima eccleſia noſtra, cujus voluntatis ſanctitas tua ſuper utriſque conſiſtat. Ita pater ſpiritalis, & divinus honorande ſumme pontifex, accelera pro eccleſiæ noſtræ correctione & conflictu contra injuſtitiam atque ad veritatis ſatisfactionem multam nobis congeriem bonorum donare, id eſt unitatem mundam, compagem ſpiritalem ab omni contentione ac C ſchiſmate liberam, eccleſiam in Chriſto unam, & ovile uni obſecundans paſtori, cujus tu miniſter ac immolator exiſtis veriſſimus. Saluto ſanctum & deſiderabile mihi caput quaſi labiis per literas. Vale. Miſſa eſt menſe Decembris, die undecimo.

Nicolaus I. obiit anno 867. 13 Novemb. H

Et poſt lectionem prædictæ epiſtolæ accipiens Stephanus Deo amabilis diaconus & devotus notarius epiſtolam ſanctiſſimi patriarchæ Ignatii, quam ad ſanctiſſimum papam Hadrianum miſerat, legit:

Iſta epiſtola miſſa quidem eſt Nicolao, ſed eo defuncto ſuſcepit Hadrianus

*Deo honorabili, dilecto fratri & comminiſtro Nicolao ſanctiſſimo papæ ſenioris Romæ Ignatius miſericordia Dei archiepiſcopus Conſtantinopolitanus.*

EOrum vulnerum atque livorum qui in membris hominis conſiſtunt multos medicos protulit ars; hanc quidem paſſionem alio accipiente, & alteram altero, & per experientiam amputante, & medente; eorum vero quæ in membris ſunt Chriſti & Dei ſalvatoris, omnium noſtrum capitis, & ſponſæ catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, unum & ſingularem præcellentem atque catholiciſſimum medicum ipſe princeps ſummus, & fortiſſimus ſermo, & ordinator, & curator, & ſolus ex toto magiſter Deus omnium produxit, videlicet tuam fraternam ſanctitatem, & paternam almitatem: propter quæ dixit Petro magno & ſummo apoſtolorum: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Et iterum: *Tibi dabo claves regni cælorum: & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.* Tales enim beatas voces non ſecundum quamdam utique ſortem apoſtolorum principi ſolum circumſcripſit & definivit, ſed per eum ad omnes qui poſt illum ſecundum ipſum efficiendi erant ſummi paſtores, & diviniſſimi ſacrique pontifices ſenioris Romæ, tranſmiſit: &

Matth. 16.

ACTIO III. CON VIII. GENER.

A ideo ab olim & priſco tempore in exortis hæreſibus & prævaricationibus eradicatores & interemptores malorum zizaniorum, & tabefactorum, & penitus inſanabiliter ægrotantium membrorum, multi multoties facti ſunt eorum, qui ſanctitatem & ſummam paternitatem tuam illic præceſſerunt; ſucceſſores ſcilicet principis apoſtolorum, & illius zelum in fide, quæ ſecundum Chriſtum eſt, imitantes: & nunc noſtris temporibus beatitudo tua digne tractavit datam ſibi a Chriſto poteſtatem. Et quemadmodum quis peritus belli, & optimus prætor, ſanctiſſime, & amantiſſime frater noſter, omnibus potentiorem, & omnia vincentem veritatem, tamquam quædam valde fortia & inexpugnabilia proponens ar- B ma, hujus æmulos dejeciſti, & cum Chriſto & per Chriſtum mundum viciſti, & eum qui divina furatus eſt, & diſpoliavit aliena, & per feneſtram in atrium ovium more latronum intravit, & prædatus eſt animas multorum, deinde etiam ſe arroganter extulit, & cervices erexit contra Deum omnipotentem, & in tantum jactanter elatus eſt, ut conventum ſine ſubſiſtentia & ſine perſona fingeret contra irreprehenſibile & diviniſſimum & ſacrum pontificium tuum, quemadmodum fabula hippocentauros & tragelaphos; quod etiam latenter ad principem miſit. Hujuſmodi ergo non ſanctum operatorem, atque omni opere malo repletum, videlicet eum qui ſecundum antiphraſeos tropum Photius nominatur, C opere manus pontificalis, & apoſtolicæ poteſtatis tuæ a communi eccleſiæ reſecaſti corpore, & ſummo te Petro æquiparans, tamquam novum Ananiam, ſententia potentium verborum tuorum occidiſti, & privationes ſpiritalis vitæ, ut alterum Simonem, per anathema morti tranſmiſiſti; & nos qui injuriam paſsi ſumus, ſicut juſtiſsimus & fratrum amicíſsimus, & juſte juſtificaſti, & eccleſiæ, quæ apud nos eſt, & proprio throno, propter quæ ſategiſti atque ſcripſiſti, utpote apoſtolicæ & ſummæ poteſtatis ſuſceptor, digne ac rationabiliter reſtituiſti, & fluctum qui hic inerat diſsipaſti, & tranquillitatem eccleſiis contuliſti. A Deo quippe provectus & a Chriſto dilectiſſimus & manſuetiſsimus & juſtiſsimus noſter im- D perator, voto & conſilio & decreto & judicio tuæ ſanctitatis, ſavens olim, etiam nunc alacriter obediens, ut filius veſter proprius, & fideliſſimus utrique, quæ digna ſunt exhibuit, & multa tribulatione feſſam noſtram ſenectutem, adhuc etiam omnes qui pro juſtitia Dei multas & varias tribulationes ſuſtinuerunt, imperialiſsima prudentia uſus, animavit & conſolatus eſt. Pro quibus omnibus gratificas laudes atque voces referentes ſuper omnia Deo, & veſtræ beatitudini, miſimus debite Joannem beatiſsimum & ſanctiſſimum metropolitam Sylæi, virum Dei cultorem, & divino intellectu repletum, qui etiam per totos novem annos pro verbo veritatis cum nobiſipſis perſecutionem & mala cetera paſſus eſt, E & Petrum Dei amantiſsimum epiſcopum Troadis, qui eadem & ipſe paſſus eſt, & pariter decertavit cum * * regali homine, rationem ſimul vobis poſituros pro nobis, & quæ epiſtolæ deſunt viva voce adimpleturos & manifeſtaturos qualem & quantam & quam magnam dilectionem habeat & affectum humilitas noſtra circa fraternam ſanctitatem veſtram: ſimul autem & de ceteris eccleſiaſticis ordinibus accepturos, quæ Deo placeant, & veſtro intellectui & ſapientiæ & poteſtati diſtinctiones, atque diſpoſitiones. Duplex eſt enim ſacerdotalis catalogi conſecratio: nam quidam a nobis hanc ſuſceperunt, & propria manu

* Joanni imperatorem * Barda Cæſare

ANNO CHRISTI 869.

nu pro nobis ſua ſponte ſcripſerunt; quidam ve- A
ro ab iniquo & interfectore Photio. Multi qui-
dem de noſtra conſecratione, gratia Dei confor-
tati, reſtiterunt ei fortiſsime, per nullum mo-
dum in inhonorantiam & contumeliam noſtram,
& in eam quam putant depoſitionem communi-
cantes; ſed & multas & varias tribulationes, &
anguſtias, ac dira exilia, & cuſtodias perpetien-
tes: quos præcipue ſuſcipiens & tua beatitudo,
bene ſcio quod ſupremis extollat honoribus, ut
certatores veraciter pietatis. Plures autem pro-
pria chirographa tranſgreſsi ſunt, & ceciderunt,
& pro temporis & utilitatis ſuæ cauſa in omni-
bus Photii temeritatibus & malignis actibus ab
initio uſque ad finem ſectatores & communica-
tores & cooperatores effecti ſunt, frequenter con- B
tra nos ſubſcribentes, licet non voluntarie, ſed
vim & tyrannidem paſsi. Sunt autem apud eos,
qui contra veritatem poſtea in rabiem verſi, &
quemadmodum quadam ſatanæ operatione fu-
rentes, validiſsimam etiam contra nos oſtende-
runt inſaniam. Primum igitur de hujuſmodi im-
ploramus dari diſpoſitionem; deinde de his qui
ab illo manus impoſitionem ſuſceperunt, & ſe-
cundum ea etiam ipſi ſimiliter per omnia fru-
ſtra nequiter egerunt: inſuper de presbyteris,
qui ex noſtra conſecratione conſiſtentes, ſemel
ei communicaverunt, vel fortaſsis bis & ter ex
arcta anguſtia, non tamen ſubſcripſerunt injuſti-
tiæ chirographo, & rurſus receſſerunt, & uſque
in præſens voluntarie vacant: adhuc etiam de C
iis qui cum communione etiam ſubſcriptionem
geſſerunt, mox autem otium complexi ſunt: &
ſuper hos etiam de his qui manus quidem impo-
ſitionem a Photio & voluntarie & non volun-
tarie ſuſceperunt, reveriti tamen, ſacerdotio pror-
ſus nullo modo functi ſunt. Porro manus impo-
ſitionem ab eo accepit Cæſareæ Cappadociæ ar-
chiepiſcopus reverentiſsimus & perſeverantiſsimus
Paulus poſt concilium vanitatis, quod contra hu-
militatem noſtram tenuit prius: in ſecunda vero
ſynodo reproborum, ut dicit propheta, viriliter
valde propugnans ob veritatem & triumphans,
& divulgans eorum interfectricem mentem, &
nullo tempore vel modo contra humilitatem no-
ſtram ſubſcribens, ſed ob idipſum multa paſſus, D
& multimodas neceſſitates ſuſtinens, alio quo-
dam meliori ſcilicet affectu dignus habebitur a
fraternitate veſtra. Hæc igitur ſunt capitula, pro
quibus expoſcimus ſolutionem & ordinationem
in ſcriptis mitti humilitati noſtræ. Inſuper au-
tem & vicarios veſtræ beatitudinis epiſcopos di-
gnos & rationabiles, ut cum eis bene & conve-
nienter diſponamus eccleſiam, quæ apud nos eſt,
quam providentia Dei per interceſſionem ſummi
Petri, & inſtantiam atque interventionem veſtram
recepimus: & accipiant negotia finem utilem &
congruentiſſimum in gloria Dei, & veſtræ fra-
ternæ ſanctitatis, Chriſtique imitatricis beatiſſimæ
paternitatis.

Et poſt lectionem hujus epiſtolæ, accipiens Ma- E
rinus reverendiſſimus diaconus & vicarius ſenio-
ris Romæ epiſtolam, quæ miſſa eſt a ſanctiſſimo
Hadriano papa ad ſanctiſſimum patriarcham Igna-
tium, legit Latine, voce grandi in audientiam
omnium, in Græcum ſermonem eam vertente
ac interpretante Damiano reverendiſſimo regio
clerico ac interprete.

*Hadrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei reveren-
diſſimo & ſanctiſſimo confratri & comminiſtro no-
ſtro Ignatio patriarchæ Conſtantinopolitano.* ACT. III. CON. VIII. GENER.

NEc ſcriptura pandere, nec profecto lingua
ſufficit enarrare, quantas, o dilectiſſime fra-
ter, pro eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſtatu, at-
que pro tua ſpecialiter erectione, certaminum
palæſtras deceſſor meus ſanctæ memoriæ papa Ni-
colaus cum ſubjecta ſibi eccleſia indeſinenter exer-
cuit, & uſque ad melioris vitæ tranſitum tolera-
vit, adeo ut in ipſo ſuæ migrationis articulo pro
commendanda cauſa tua, vel eccleſiæ tibi divi-
nitus commiſſæ, nec ſcribendo ſibi pepercit, nec
B pro hac, ſi non loquendo, ſaltem innuendo,
ceſſaverit; donec officium dumtaxat oris amitte-
ret, & oculos penitus obſeraret. Cujus affectum
& nos quoque ſumentes, ſicut divina gratia ei
ſucceſſimus in honore, ita & merito ſucceſsimus in
labore, & ſicut ſudorum ejus & diſpoſitionum tunc
extitimus communicatores, ita quoque nunc opta-
mus & ſatagimus eſſe in cunctis obſervatores.
Quanto vero gaudio quantaque ſimus exultatio-
ne repleti, percipientes auditu, quod de ſanita-
tis tuæ recuperatione jugi geſtabamus affectu,
nec os exprimere, nec calamus prævalet exarare.
Unde benediximus Deo, & totius cordis jubila-
tione laudavimus, excitanti videlicet dilecti filii
noſtri Baſilii principis & Auguſti ferventiſsimum
C ſpiritum, non ſolum ad vindictam malefactorum,
verum etiam ad laudem bonorum, ſcilicet qui
eripuit eccleſiam Dei, dum quotidie, quia non
conſenſit adultero, traheretur tam ad corporis,
quam ad animæ mortem, inſtar utique Danielis Dan. 13.
ſanctiſsimam eripientis Suſannam a ſententia mor-
tis, quam impudici presbyteri, qui videbantur
regere populum Domini, non autem regebant,
ſed potius Photii more perdebant, nequiter ex-
torſerunt. Præterea quæ præfatus apoſtolicæ re-
cordationis pontifex regulariter ac ſynodice tam de
ſchiſmatico & mœcho Photio, & ordinatione,
immo execratione ipſius, atque Syracuſano Gre-
gorio, quam etiam de te ſpecialiter & de com-
patientibus tibi ſanxerit & definierit, tenore va-
D lebis ejus epiſtolarum, quas ſuper his diverſo
tempore Conſtantinopolim deſtinavit, patenter
ediſcere. Verum ſi ad notitiam tuæ beatitudinis
non pervenerunt, a miſsis noſtris has accipiens,
ad inſtructionem tuam & monumentum futuro-
rum reſerva, cognoſcens interim, & certiſsime
ſciens nos a decretis ejus nullo modo diſceſſu-
ros, ſed ejus ſicut locum, ita & ſtudium poſ-
ſidentes, ipſius, quantum ratione magiſtra poſ-
ſumus, veſtigia ſecuturos: quatenus ad lucernam
mandatorum ejus in hujus caliginoſi ſæculi loco
gradientes, inoffenſis pedibus, Deo duce, ince-
dere valeamus. Quamobrem & in his, ſuper qui-
bus a nobis diſpoſitiones & diſcretiones exigis,
nil ſequendum præter ejus divinitus inſpirata de-
E creta conſpicimus; præ omnibus & ſuper omnia
Gregorium Syracuſanum, & Photium tyrannum
& quos idem Photius in gradu quolibet ordinaſſe
putatus eſt, ab epiſcoporum numero vel digni-
tate, quam uſurpative ac ficte dedit, merito ſe-
queſtrantes. Primo, quia Photius Maximo, &
ordinatio ejus, vel potius execratio, iſtius ordi-
nationi pene in cunctis videtur eſſe ſimillima.
Secundo, quia ſic ſe habet per deceſſorem meum
apoſtolicæ ſedis decretum, cujus judicium nuſ-
quam præcipiunt ſacri canones retractari, dum
tamen cenſeant eam in aliorum quæque reno-
vanda ſeu definienda negotia perſcrutari: noſque

convenit, ut prætulimus, ejus in omnibus conſtituta ſectari. Tertio, quia Photius vir forenſis, curialis, neophytus, invaſor, atque adulter, nec non & anathemate condemnatus exiſtens, nihil habuit, * ſe ſequentibus propinaverit. Photio certe, præſidente auctore, dictum eſt ab anathematizatis: Conſecratus non ſolum non accipit Spiritum ſanctum, ſed & quod antea habuit flamen aufertur ab eo: verum quamvis hoc tyranni Photii dictum favore, ipſeque ſuper hujuſmodi ſententia delectatus, cum male a ſe promotis, ei conſenſum præbuerit, quamvis etiam non iis, de quibus hoc fruſtra dictum eſt, valeat coaptari: quia tamen veraciter dictum eſt, eorum magis damnationi procul dubio congruit, qui ab anathematizato & damnato Photio, per B impoſitionem manus, non lucrum, ſed vulnus in capite ſuſceperunt. In quo ergo judicio judicaverunt, ſecundum evangelium, judicandum eſt de eis, & in qua menſura menſurati ſunt, eſt eis utique remetiendum, atque pro magno illis habendum, ſi ſaltem ſero ad te paſtorem ſuum, quem poſt Chriſtum olim jam, & per Chriſtum utique conſecuti ſunt, repedantes, ac ſine majori temporalique promotione, Domino contrito corde humiliatoque ſpiritu famulantes, bona ſtuduerint expectare futura. Ceterum de Paulo Cæſarienſi, de quo ſermo a te multus eſt habitus, interim, quod de ceteris, qui a Photio promoti ſunt, decrevimus obſervandum, jure ſtatuimus. Præterea perſecutionum tolerantia, vel palæſtræ C certaminum quas adverſus tyrannum vel mœchum pro veritate multipliciter exercuiſſe teſtaris, ſuam habent profecto mercedem, & immarceſcibilem præſtolantur a cæleſtium bonorum largitore coronam. Sane cetera eccleſiæ beneficia largiſsime conſequatur, & honore competenti, tam apud ſanctimoniam tuam penes omnes, merito perfruatur. De his autem ſacerdotibus, vel clericis, qui a beatæ memoriæ patriarcha Methodio, vel a ſanctimonia tua conſecrati ſunt, hæc forma ſervabitur, ut ſiquidem ſunt inter eos qui gratia Dei confortante invaſori Photio reſtiterunt, per nullumque modum inhonorantiæ vel contumeliæ fraternitatis tuæ, aut putativæ depoſitioni communicaverunt, ſed & varias tecum ob hoc tri- D bulationes & exilia, quin & depoſitiones pertulerunt; hos beatos, & ter beatos dixerim, & inter Chriſti confeſſores connumerandos decreverim, adeo ut habeant inſignem in ea, quæ apud vos eſt, eccleſia locum, & præcipua circa dilectionem tuam fiducia perfruantur: ita ut ſecundum multitudinem dolorum ipſorum, conſolationes tuæ animas eorum lætificent, more ſcilicet Dei qui reddet ſingulis ſecundum opera ipſorum. Porro ceteris qui ex conſecratione fraternitatis tuæ ſunt, & ſive ſponte ſive vi ſe ad Photium contulerunt, ſi ſub ſatisfactione libelli, cujus exemplar miſsis noſtris commiſimus, ad te remeaverint, quamvis contra profeſsionem vel ſubſcriptionem ſuam egerint, ac multipliciter adver- E ſus ſummum ſacerdotium tuum, & in contemptum ſedis apoſtolicæ exarſerint, eos generaliter in ſuis gradibus confirmantes, ignoſcendum decrevimus. Diſcipuli enim ſumus mitis & miſericordis magiſtri, *qui*, apoſtolorum principe teſte, *paſſus pro nobis, nobis reliquit exemplum ut ſequamur veſtigia ejus, qui peccatum non fecit, ut nos ſcilicet lucrifaceret, nec inventus eſt dolus in ore ipſius; & tamen cum malediceretur, non remaledicebat, & cum pateretur, non comminabatur.* Si qui autem ex iis ſunt, qui aliter vel in Deum, vel adverſus conſtituta patrum, quia & ipſa Dei

* forte quam ſe.

Matth. 7.

1. Petr. 2.

A Spiritu prolata conſiſtunt, deliquiſſe vel exceſſiſſe probantur, hos volumus, adhibita ſibi noſtra quoque auctoritate, a pontificio tuo regulariter examinari, & paternis definitionibus amodo & deinceps omnino ſubmitti. Cum enim beatus Petrus Domino non dicat: *Si peccaverit in te, ſed in me, frater meus, dimittam ei uſque ſepties?* apte datur intelligi ea nos fratribus impunita poſſe dimittere, quæ in nos, non quæ in Dominum, vel in dominica conſtituta, patrantur. Dicit enim ſcriptura: *Si peccaverit homo in hominem, rogabit pro eo ſacerdos; ſi autem in Deum peccaverit, quis rogabit pro eo?* Sane hos, qui in nefando conciliabulo, quod in injuriam & derogationem ſedis apoſtolicæ Conſtantinopoli factum eſt, voluntarie ſubſcripſiſſe probantur, cujuſcumque ſint ordinis vel profeſsionis, nulla venia dignos eſſe, niſi multa miſeratio ejuſdem, quam lædere niſi ſunt, apoſtolicæ ſedis occurrat, evidentiſsima ratio docet, & multifaria majorum ſanctio manifeſte demonſtrat.

Matth. 18.

1. Reg. 2.

Quin & univerſalis Chalcedone habita ſynodus adeo hujuſmodi temeritatem deteſtata eſt, ut in ſententia quam in Dioſcorum protulit, hoc maxime memorare videatur, cum de ipſo dicit: Secundis exceſsibus priorem iniquitatem valde tranſcendit: præſumpſit enim & excommunicationem dictare adverſus ſanctiſſimum & beatiſſimum archiepiſcopum magnæ Romæ Leonem. Priorem autem iniquitatem, pravitatem utique dicit hæreticam. Unde nota quod Dioſcorus ſecundis exceſſibus, quos in excommunicatione Romani papæ dictata patravit, etiam hæreſim Eutychianam valde tranſcendiſſe referatur: hinc & Anatolius ait: Propter fidem non eſt damnatus Dioſcorus, ſed quia excommunicationem fecit domino archiepiſcopo Leoni.

Concil. Chalced. act. 3.

Nam & adverſus reverentiam tuam inter cetera hanc unam calumniarum in te illatarum, quaſi accuſationem texuerunt æmuli tui, opinantes videlicet, tamquam in contemptum reverendæ mentionis papæ Benedicti erectus, in contumeliam illius, nec epiſtolam ejus ſuſcipere, dicti Dioſcori more, conſenſeris. Quia ergo in cauſa, quam in te impingere fallacibus accuſationibus tentaverunt, illi veracibus probationibus inveniuntur obnoxii, idcirco ipſi potius judicium quod judicaverunt, ſubire, & ſententiam, quam protulerunt, incurrere, Simonis nexibus irretiti, jure debent. Ergo fraternitas tua curet neceſſe eſt, ut ſententiarum capitula, quæ ſynodice in eccleſia Dei, ubi ſanctum corpus apoſtolorum principis Petri requieſcit, pro abolendis profanis conciliis, Conſtantinopoli a Photio, tam adverſus ſedis apoſtolicæ reverentiam, quam adverſus ſanctimoniam tuam congregatis, communi conſonantia promulgavimus, apud vos in ſynodo cunctorum ſubſcriptione roborentur, & in ſingularum archivis eccleſiarum provide recondantur. Poſtremo reverendiſſimum & ſanctiſſimum communem fratrem noſtrum Joannem metropolitam Sylæi beatitudini tuæ magnopere commendamus: de quo videlicet fraternitatem tuam nolumus ignorare, quoniam quibuſcumque mœroribus vel moleſtiis ex tot accidentibus vobis incommodis cor noſtrum fuerit vulneratum: quia ſicut ſcriptum eſt: *Legatus fidelis ſanitas*; ita medicamento ipſius fidelis legationis, quod in vobis hinc turbide diuturna hucuſque mœſtitia ſauciaverat, eſt ſanatum: ut pene nil reſiduum, quod exinde ſanitate indigeat, idem vir prudentiſſimus in pectore noſtro reliquerit. Quamobrem conſolatione multa dignus habendus, & a ſancta fraternitate tua quie-

Prov. 13.

ANNO CHRISTI 869.

quiete, reſrigerio, & omni eſt veneratione ditandus, atque in eccleſiaſticis negotiis diligentiſſime moderandis irremote tenendus; propter quæ videlicet ipſe pericula infinita, non ſolum per mare, ſed & per aridam gradiendo ſuſtinuit; quin potius penes nos demorans, & cauſa tui jugiter pulſans, & continuas nobis moleſtias irrogans; neque quaslibet ſibi ferias contulit, nec ullam quotidiano labori noſtro requiem dedit. Sanctam fraternitatem veſtram optamus nunc, & ſemper, & in Chriſto bene valere, dilectiſſime ac ſacratiſſime comminiſter. Data quarto Idus Junii, indictione ſecunda.

Et poſt lectionem epiſtolæ ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Eſt canonice ac ſynodice acta epiſtola hæc. Sancta & univerſalis ſynodus dixit: Canonica, & ordinata, & plena juſtitiæ eſt epiſtola, quæ lecta eſt ſanctiſſimi papæ Hadriani. Et poſt hoc ſurgens Metrophanes Deo amiciſſimus metropolita Smyrnæ dixit: Ex epiſtolis quæ nobis lectæ ſunt modo, liquidius cognovimus, amici Chriſti, imperatoris noſtri diligentiam, & ſtudium quod habet ad pacificandum eccleſiam Dei, & ſanctiſſimi domini noſtri & patriarchæ Ignatii humilitatem, & quomodo impleat eloquium ſcripturæ, quod perhibet: *Omnia tuum conſilio fac*: nec non & ſanctiſſimi papæ Romani ſolertem locutionem, & pudorem, quem in divinis, circa divinorum canonum cuſtodiam & obſervantiam habet, & ejuſdem imitantem quantum fieri poteſt, miſericordiam & benignitatem; quos & magnifice ſuſcipientes, omnes gratias egimus Deo, qui dignos nos fecit hujuſmodi ſanctiſſimos vicarios contueri.

Et poſt hoc ſtans in medio Stephanus Deo amiciſſimus diaconus & devotus notarius laudavit ita: Multos annos imperatorum Baſilii & Conſtantini: Magnorum imperatorum & dictatorum multos annos: Orthodoxorum imperatorum multos annos: Pacificorum imperatorum multos annos: Depoſitorum injuſtitiæ multos annos: Hoſtium mendacii multos annos: Amatorum & fautorum veritatis & juſtitiæ multos annos: Eudoxiæ piiſſimæ Auguſtæ multos annos: Nicolai beatiſſimi papæ Romani æterna memoria: Hadriani orthodoxi papæ Romani multos annos: Ignatii orthodoxi patriarchæ Conſtantinopoleos multos annos: Orthodoxorum patriarcharum orientis multos annos: Orthodoxi ſenatus multos annos: Sanctæ ac univerſalis ſynodi æterna memoria.

## VERSUS JAMBICI.

*Chorus patriarcharum honorabilis & magnus*
*Peſſimum inimicum proſequitur, ut lupum,*
*A thalamo caſto, & venerabilibus locis;*
*Photium aio amariſſimum apoſtatam.*

## ACTIO QUARTA.

ACTIO IV. CON. VIII. GENER.

IN nomine domini & dominatoris omnium Jeſu Chriſti veri Dei & ſalvatoris noſtri. Conſulatus a Deo coronatorum & tranquilliſſimorum dominorum noſtrorum, Baſilii quidem anno tertio, Conſtantini vero filii ejus anno ſecundo, perpetuorum Auguſtorum, indictione tertia, tertio Iduum Octobris, propoſitis pretioſis & vivificis lignis, & intemeratis ſalutis noſtræ evangeliis in dextris partibus catechumeniorum opinatiſſimi templi ſanctæ ac magni nominis Sophiæ: convenientibus autem Donato Deo amiciſſimo epiſcopo Oſtienſi, & Stephano Deo amiciſſimo epiſcopo Nepeſino, & Marino Deo amiciſſimo diacono ſanctæ Romanæ eccleſiæ, locum retinentibus Hadriani ſanctiſſimi & beatiſſimi archiepiſcopi ſenioris Romæ, & Ignatio ſanctiſſimo archiepiſcopo magni nominis Conſtantinopoleos novæ Romæ, ac ſanctiſſimis vicariis orientis, videlicet Thoma ſanctiſſimo metropolita Tyri, locum retinente ſedis Antiochiæ, eo quod vidua exiſteret eadem eccleſia, & Helia Dei cultore presbytero & ſyncello, locum retinente Theodoſii ſanctiſſimi archiepiſcopi ſedis Hieroſolymorum: deinde ſecundum juſſionem amicorum Chriſti & piiſſimorum magnorum imperatorum noſtrorum Baſilii & Conſtantini; præſentibus & audientibus etiam magnificentiſſimis principibus, videlicet Chriſtophoro magnificentiſſimo patricio & magiſtro, Bahane magnificentiſſimo patricio & præpoſito, Leone magnificentiſſimo patricio & proconſule, Leone magnificentiſſimo patricio & domeſtico excubitorum, Joanne magnificentiſſimo patricio & logotheta okeos curſus, Manuele magnificentiſſimo patricio, Theophylacto magnificentiſſimo patricio, Petronate magnificentiſſimo patricio, Oreſte magnificentiſſimo protoſpathario & domeſtico icanatorum, Siſinnio magnificentiſſimo ſpathario: conſidentibus Deo amiciſſimis epiſcopis, id eſt Nicephoro Deo amiciſſimo metropolita Amaſiæ, Niceta Deo amiciſſimo metropolita Athenarum, Metrophane Deo amiciſſimo metropolita Smyrnæ, Theodoro Deo amiciſſimo metropolita Cariæ, Euthymio Deo amiciſſimo metropolita Catanæ, Michaele Deo amiciſſimo metropolita Rhodi, Photio Deo amiciſſimo archiepiſcopo Nacoliæ, Stephano Deo amiciſſimo archiepiſcopo Cypſallorum, Athanaſio Deo amiciſſimo epiſcopo Aniiii Magneſiæ, Georgio Deo amiciſſimo epiſcopo Helii, Stephano Deo amiciſſimo piſcopo Cibyræ, Niceta Deo amiciſſimo epiſcopo Cephaludii, Theodoro Deo amiciſſimo epiſcopo Sinopæ, Baſilio Deo amiciſſimo Pyrgii epiſcopo, Gregorio Deo amiciſſimo epiſcopo Meſinæ, Euſtathio Deo amiciſſimo Æmoniæ, Xenophonte Deo amiciſſimo epiſcopo Milaſſi, Leone Deo amiciſſimo epiſcopo Daphnuſiæ, Petro Deo amiciſſimo epiſcopo Troadis, Samuele Deo amiciſſimo epiſcopo Antri, Niceta Deo amiciſſimo epiſcopo Photiæ, Nicephoro Deo amiciſſimo epiſcopo Cercyrorum. His itaque taliter convenientibus, ſtans in medio Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Sunt epiſcopi duo, conſecrationem habentes beatiſſimi Methodii, Theophilus & Zacharias vocati, qui Photium recipientes, diffamant, quod recepiſſet Romanorum eccleſia Photium. Si ergo placet ſanctitati veſtræ, ingrediantur in ſanctam & univerſalem ſynodum, & rejudicentur. Donatus Deo amiciſſimus epiſcopus Oſtienſis, & Stephanus Deo amiciſſimus Nepeſinus, & Marinus Deo amiciſſimus diaconus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, locum retinentes Hadriani ſanctiſſimi papæ Romani, dixerunt ad ſanctiſſimos vicarios ſedium orientis, & ad univerſam ſanctam ſynodum: Si conſideretis aptum eſſe, mittantur aliqui ad prædictos viros, ut interrogent illos, cujus conſecrationis ſunt, & cui communicant. Sancta & univerſalis ſynodus dixit: Aptum eſt & conveniens. Et miſſi a vicariis ſenioris Romæ, Pancratius religioſus clericus, ab orientis vero vicariis, Ananias religioſus clericus, a ſenatu autem Gregorius inclytus ſpatharii cubicularius, dixerunt illis: Sancta & univerſalis ſynodus miſit nos, ut interrogemus vos, cujus conſecrationis ſitis, & cui communicetis. Theophilus & Zacharias quondam epiſcopi dixe-

ANNO CHRISTI 869.

dixerunt: Nos domini Methodii ſumus conſecrationis; communicavimus autem domino Photio patriarchæ. Et reverſis his qui miſſi ſunt, lecta eſt vox Theophili & Zachariæ dudum epiſcoporum per Theodorum virum devotum a ſecretis in medio ſanctæ & univerſalis ſynodi in audientiam omnium, & ſancta ſynodus exclamavit: Sit portio Theophili & Zachariæ cum Photio. Poſt hæc magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes per Bahanem magnificentiſſimum patricium & præpoſitum dixerunt: Imperatores noſtri ſancti miſerunt ſervos ſuos, qui ſenatus vocatur, qui voluntate Dei hic honoratus eſt ſecundum omnia, ut ſimus diſtricti eorum quæ geruntur auditores. Si vultis ergo a nobis, ſicut ſe habet ordo ſynodicus, in fine ſanctæ ac univerſalis hujus ſynodi exigere proprias ſubſcriptiones per me indignum ſervum ſanctorum imperatorum noſtrorum, cuncti fratres mei & compatricii dicunt ſanctiſſimo domino noſtro patriarchæ, & ſanctiſſimis vicariis, tam ſenioris Romæ, quam orientalium ſedium: Niſi audierimus & ab ipſo Photio in conſpectu noſtro ſtante, & ab epiſcopis ejus, & iis qui habentes conſecrationem beatiſſimi Methodii & ſanctiſſimi Ignatii apoſtatæ facti ſunt, ut in conſpectu noſtro obſtruantur ora ipſorum ex canonicis & ſynodicis præceptionibus, non ſcribet manus noſtra unam literam in ſynodo iſta: audiant quæ judicata ſunt a ſeniori Roma in conſpectu noſtro, & ſi nihil contradicere potuerint, ſanabitur mundus ex conſenſu ipſorum. Si hoc autem factum non fuerit, ſcimus quia noſtri non egetis ad ſcribendum in fine a vobis geſtorum. Quomodo enim ſubſcribemus in hujuſmodi judicio, illis clamantibus atque dicentibus: Audiamus depoſitionem noſtram, damnemur, audientibus nobis ut poſtulat juſtitiæ ratio, & nullus ſermo ipſorum fit? Hoc non eſt juſtum, uti nos arbitramur: quid ergo videtur vobis, facite: nos enim, & antequam veniret ſanctitas veſtra a Deo conſervandam in civitatem ſanctorum imperatorum noſtrorum, eamdem opinionem habuimus, tam de judicio beatiſſimi papæ Nicolai, quam de receptione ſanctiſſimi papæ Hadriani, ac certificatione & confirmatione honorabilis ſacerdotis ſanctiſſimi domini patriarchæ noſtri. Poſt vicarios autem orientis vidimus & vos, & ſuſcepimus tamquam ſanctos apoſtolos. Rogamus ergo ut hi qui languent, ſanentur, & corrigamus qui non habent certitudinem veritatis, & erigamus qui deorſum jacent. Niſi enim ita hæc omnia diſcutiantur, conſcientiæ hominum non curabuntur. Metrophanes Deo amiciſſimus metropolita Smyrnæ ſurgens, dixit: Divinus apoſtolus ita inquit: *Prophetias nolite ſpernere; omnia autem probantes, quod bonum eſt retinete.* Sanctiſſimos itaque vicarios ſenioris Romæ ut prophetas ſuſcipientes, nequaquam ſpernimus. Probantes autem verba magnificentiſſimorum principum, invenimus ea juſta & congruentia; & propterea etiam epiſcopi omnes, & ſancta hæc ſynodus, favemus poſtulationi magnificentiſſimorum principum, ut examinentur illi, & interrogentur, ſi recipiant eos judices: & accepto loco ſatisfactionis, ſi quidem juſtificati fuerint, ut cuncti libenter ſuſcipiamus: ſi vero damnati extiterint, ut omnes acquieſcant. Nunc ergo exigantur in ſcriptis fateri, ſi hanc ſanctam & univerſalem ſynodum, & quæ ab ea judicantur admittunt, & jure ingrediantur. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Et quos dicitis introduci ignorant quid judicavit ſancta Romana eccleſia? Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Ignorant: cum enim non eſſent ibidem, nec audiſſent opus veſtrum in faciem, qualem certitudinem habere illos ex auditu vultis ad ſuam * ipſius condemnationem? Donatus & Stephanus Dei amiciſſimi epiſcopi, & Marinus reverendiſſimus diaconus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Nobis non licet reſcindere judicium ſacrorum Romanorum pontificum; hoc enim contrarium eſt canonicis inſtitutis: quoniam præſentes illic per proprios miſſos, & Romæ demorantes contra ſe ſententiam & prolatam damnationem in Photium, & in manus impoſitionem ejus, & audierunt, & liquido didicerunt. Verumtamen ut manifeſtiorem eis juſtam judicationem ſanctæ Romanæ eccleſiæ faciamus, ingrediantur, & exaudiant legi ſynodicas definitiones, & judicia beatiſſimi papæ Nicolai, & certificentur magis ac magis. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Hoc bonum eſt & optimum: audiant illi judicium beatiſſimi papæ Nicolai in conſpectu noſtro, & ſi habuerint * quod ad contradictionem, dicent, aut perſuaſi acquieſcent; quod ſi habent, * contradicendi ſuſcipiant propriam damnationem; ſi vero non ſuſceperint, tunc fiet quod fuerit viſum canonibus. Sanctiſſimi vicarii ſeniores Romæ dixerunt: Excuſationem quærunt, totus mundus, oriens, occidens, & ſancta Conſtantinopolitana eccleſia, novit quia judicium datum eſt adverſus eos. Ab undecima enim indictione damnavit eos ſynodice ſanctiſſimus papa Nicolaus, & per tot ſpatia temporum non cognoverunt ſententiam quæ in eos prolata eſt: non eſt hoc excuſatio; fugere volunt judicium. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Immo non fugiunt judicium, ſi enim voluiſſent fugere, non oporteret eos clamare magna voce, Quia judicemur, ſed potius oporteret eos ſeorſum recedere, & fugam arripere; ſed quod per multum temporis per voces & ſermones abſolutos creatura omnis audivit, volunt per opus & ipſa geſta certificari. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Ingrediantur, & ſtent illic deorſum in ultimo loco, & audient epiſtolam quam miſit ad imperatorem Michaelem ſanctiſſimus papa Nicolaus per Radoaldum & Zachariam. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Ut jubetis, rogamus autem ſanctitatem veſtram, ut & convocentur, & ex iis qui Photii ſunt ſaltem tres vel quatuor, ut audiant, vel ut iſti ſæculares qui ſtant poſt nos: bonum habet fieri multum. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Rome dixerunt: Si fateantur tres illi, quod ex omnibus illis veniant, qui ſunt ex parte ſua, patiemur ingredi eos huc. Bahanes magnificentiſſimus præpoſitus & patricius dixit: Rogamus ut fiant vel quinque. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Ingrediantur, ſed nos non propter contentionem advocamus eos, ſed ut tantum beatiſſimi papæ Nicolai epiſtolam audiant. Et miſſi quidam aſſiſtentium ad convocandum eos, non invenerunt illos. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes ad vicarios ſenioris Romæ ac orientalium ſedium dixerunt: Neſcientes quod quærerentur a ſancta & univerſali ſynodo, diſceſſerunt, & non ſunt inventi: duo autem illi, qui paulo ante interrogati ſunt a veſtra ſanctitate, Theophilus ſcilicet & Zacharias, præſto ſunt, & ſicut jubetis. Idcirco enim & illi, ut apparet, diſceſſerunt, eo quod dimiſerunt hos duos, & ſe, opinati quia nobis opus non habent hodie; ceterum, ſi jubet ſanctitas veſtra, negotium duorum quæratur. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixe-

1. Theſ. 5.

ACTIO IV. CONC. VIII. GENER.

* forte ipſorum

* hoc eſt quid dicant

* id eſt contradicere

ANNO CHRISTI 869.

ACTIO IV. CONC. VIII. GENER.

dixerunt: Duæ perſonæ illæ habent libellum quem A porrigant, an ſermonem tantum habent ad ſanctam ſynodum? Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Non; ſed iſti ſunt illi duo, qui omnimodis lædunt multitudinem illam, eo quod certificent eos hujuſmodi, quia comminiſtravit nobis papa Nicolaus. Et in hoc habet ſatisfactionem multitudo; quoniam ſi recepit hos duos, & communicavit eis, recepit utique & Photium, & communicavit ei: ſi autem illum recepit & communicavit, utique una die vocatus eſt patriarcha: & ſi vocatus eſt una die patriarcha, habemus quod dicamus multum. Iſtis autem duobus convictis, quia ea quæ dicunt ad multitudinem ſuam & mendacia, & inania, ſeu invalida ſunt, ex modico iſto fiet utilitas multis. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Abſit, B quod beatiſſimus Nicolaus in ſancta Romana eccleſia recepiſſet aliquando Photium patriarcham Conſtantinopolitanum uno die vel una hora in collegio ſacerdotali. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Benedictus Deus: certificentur & iſti, ut accedant ad veritatem. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Quoniam dicunt ſe communicaſſe cum ſanctiſſimo papa Nicolao, ingrediantur, & ſtent in uno loco, & audiant quod definitum eſt de illis. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Immo interrogentur & diſcutiantur, quomodo dicant: Quia communicavimus beatiſſimo papæ Nicolao; cum omni enim certitudine hoc perhi- C bent. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Intrent. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Ut quis eos afferat? ipſi conſecratio ſunt Methodii: & omnino expoſitio libelli veſtri ſancit eos qui conſecrationem habent beatiſſimi Methodii, & ſanctiſſimi patriarchæ Ignatii, quæcumque, & quantacumque deliquiſſent & in eum, volentes pœnitere, veniam & juſtificationem mereri; ac ideo hujuſcemodi etiam vos advocantes, nihil peccatis. Donatus & Stephanus Deo amiciſſimi epiſcopi, & Marinus venerabiliſſimus diaconus, ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Quoniam pridem commiſſi ſunt ad eos, qui a nobis abierunt, dixerunt illi: Quia cum Photio communicamus, ideo non vocamus illos. D Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Et multi eorum qui hic ſedent epiſcoporum, Photio communicabant uſque in finem. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Attamen iſti per libelli ſatisfactionem recepti ſunt. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Sed illi libellum non audierunt, non eſt malum litigare verbis utiliter. Duodecim diſcipulos habuit Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Thomas vero, qui dubitavit, & incredulus & infidelis damnatur? non. Ad multorum enim certitudinem facta eſt incredulitas ejus: veniant & iſti, ſi forte magis per infidelitatem impiorum, & verborum impugnationem, lucrum multum per duos multis efficiatur. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Ro- E mæ dixerunt: Ingrediantur. Et intrantibus Zacharia & Theophilo dudum epiſcopis, dixerunt ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ ad ſacram ſynodum, & inclytum ſenatum: Iſti ſunt, qui * deſideraverunt intrare in ſanctam ſynodum: quid deſiderant audire? quid dicunt? Magnificentiſsimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Interrogentur ipſi, & dicent deſiderium ſuum. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Nomina ipſorum qui vocantur? Magnificentiſsimi & glorioſiſsimi principes dixerunt: Zacharias & Theophilus. Sanctiſsimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Hi qui petierunt introire in ſanctam ſynodum, faciunt libellum hunc quem expoſuit ſanctiſsimus papa Hadrianus, & implent omnia quæ præcepit? Magnificentiſsimi & glorioſiſsimi principes dixerunt: Interrogentur. Sanctiſsimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Interrogate illos. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Ut obſecundantes verbo veſtro, ex præceptione veſtra interrogamus eos, non per poteſtatem noſtram; poteſtas enim hæc veſtra eſt. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Interrogate illos, ſi volunt facere libellum qui miſſus eſt a ſancta Romana eccleſia. Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit ad jam dictos dudum epiſcopos: Deſideratis audire libellum? Zacharias & Theophilus dudum epiſcopi dixerunt: Nec libellum deſideramus audire, nec volebamus huc venire: juſſit imperator ut inveniremur in palatio, & coram præſentia ejus reperti ſumus illic hoc modo, non propter libellum. Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Dixiſtis in palatio: Quia oſtendere habemus per omnia, quia ut ſacerdotes ſanctiſſimo papæ Nicolao comminiſtravimus? Zacharias & Theophilus quondam epiſcopi dixerunt: Diximus, & iterum dicimus, quia ut ſummi ſacerdotes ſuſcepti ſumus a papa Nicolao, & comminiſtravimus ei, & recepti ſumus ab illo. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Abſit; mendaces ſunt, & non dicunt veritatem. Zacharias & Theophilus dudum epiſcopi dixerunt: Et ſi mendaces ſumus, ne interrogetis nos. Marinus Deo amiciſſimus diaconus & vicarius Romanus dixit: Et quid vobis videtur, numquid omnis qui interrogatur, ut profecto verax interrogatur? Theophilus dudum epiſcopus ad ſacram ſynodum ait, oſtendens Marinum reverendiſſimum diaconum vicarium ſenioris Romæ: Ipſum qui loquitur mihi interrogate; Romæ erat, cum hæc agerentur, an non? Marinus honorabiliſſimus diaconus & vicarius ſenioris Romæ dixit: Ego ſubdiaconus Romanæ eccleſiæ eram in diebus illis, conſecratus a Leone ſanctiſſimo papa Romano, & in eccleſia Romana miniſtrabam a duodecimo anno temporis nativitatis meæ; & quando iſti venerunt Romam cum Arſabir, ego miniſtrabam in eccleſia Romana ſanctæ Dei genitricis Mariæ, quæ dicitur Præſepis. Illic eos ſuſcepit ſanctiſſimus papa Nicolaus per ſatisfactionem libelli, & juramenti, & non contulit eis communionem in loco epiſcoporum. Si vere contradixerint, oſtendant quod ſuſceperit eos in communionem ut epiſcopos. Theophilus dudum epiſcopus dixit: Numquid ignotus eram ego? Ab imperatore ac a ſynodo miſſus ſum. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Detuliſtis literas, quando aſcendebatis cum vicariis Radoaldo & Zacharia? Theophilus & Zacharias dudum epiſcopi dixerunt: Neſcimus. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: In hoc cognoſcat omnis ſancta & ſacra ſynodus, quia mendaces ſunt, dicentes: Apocriſiarii miſſi ſumus cum epiſtolis; & epiſtolam ſi detulerimus, ignoramus. Theophilus dudum epiſcopus dixit: Ego non ſcrutabar de literis, ſed ad accipiendum apocriſiarios perrexi, non ad epiſtolam. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt Theophilo: Quid habebat epiſtola, quam Romam portaſtis? Et Theophilus: Neſcio. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Credit ſancta hæc & univerſalis ſynodus, quia Romana eccleſia nunquam aliquando ſuſcepit patriarcham Photium, nec eos qui manus impoſitionem habent ab illo. Magnificentiſſimi

* alias petierunt.

ſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Et quomodo dicunt quia ſuſcepti ſunt? Donatus & Stephanus Dei amiciſſimi epiſcopi, & Marinus venerabiliſſimus diaconus ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Quia mentiuntur adverſus ſanctam Romanam eccleſiam. Ut autem certificemini quia veritatem dicimus, legantur epiſtolæ beatiſſimi papæ Nicolai, tam quæ ad Michaelem imperatorem, & ad ipſum Photium, quam quæ diverſo tempore per nonnullos apocriſiarios huc miſſæ ſunt. Et accipiens Stephanus Deo amiciſſimus diaconus ſanctæ Conſtantinopolitanorum eccleſiæ ac devotus notarius legit:

*Nicolaus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Michaeli glorioſo imperatori Græcorum.*

PRincipatum divinæ poteſtatis, quem omnium conditor electis ſuis apoſtolis largitus eſt, ſui per ſolidam fidem apoſtolorum principis, Petri videlicet, ſoliditatem coſtituens, ejus egregiam, immo primam ſedem deliberavit. Nam voce dominica ipſi dictum fuerat: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam; & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* (Matth. 16.) Petrus denique a firmitate petræ, quæ Chriſtus eſt, ſtructuram univerſalis eccleſiæ inconcuſſam, & fidei robore ſolidatam, ita precibus ſuis munire non ceſſat, ut errantium veſaniam rectæ fidei norma reformare feſtinet, nec non intrepide eam conſocians reunire procuret, quatenus portæ inferi, malignorum utique ſpirituum ſuggeſtiones, atque hæreticorum impetus non prævaleant ejuſdem eccleſiæ unitatem refringere. Quapropter Deo omnipotenti multiplices referimus grates, qui veſtro pectori hoc infundere dignatus eſt, ut fautores eccleſiæ Dei effecti, concordiæ ipſius deſideretis favere, ne quavis rubigine erroris conſumatur pulcritudo fidei, & frangatur intellectus apoſtolicæ traditionis. Ad ejus etenim, ſicut ipſi ſcitis, integritatem obſervationis multoties conventus factus fuerit ſanctorum patrum, a quibus & deliberatum ac obſervatum extitit, qualiter abſque Romanæ ſedis Romanique pontificis conſenſu nullius inſurgentis deliberationis terminus daretur. Igitur a vobis Conſtantinopoli congregatum concilium (ut veſtris apicibus noſtris intimatum eſt auribus) hujus tenoris ſeriem parvipendes, ab iuſtitutis prædictis manum conſiderationis ſuæ reflectere non trepidavit: adeo ut Ignatium, ſupra jam nominatæ urbis patriarcham, ſine Romani conſultu pontificis ibidem cœtus conveniens proprio privaſſet honore. Quod quam ſit reprehenſione dignum, teſtes illi qui ei oppoſiti fuerant manifeſtant; quia tales, quos in epiſtola veſtra legimus, canonica inſtitutio prohibet, & invidioſe datos manifeſte claret; quoniam nec ipſe proprio ore manifeſtavit, ut directionis veſtræ aſſerunt literæ, illa quæ ei objiciebantur, neque accuſatores illius ſecundum ſacrorum canonum inſtituta probaverunt. Ceterum, his etiam ſic injuſte peractis, ad deteſtabiliora inconſiderationis ſuæ votum ſupradictam populi catervam dirigendo, de laicorum habitu qui ei præeſſet elegit paſtorem. O quam præſumptuoſa temeritas! ille præponitur ovili divino qui neſcit adhuc dominari ſpiritui ſuo: nam qui ignorat diſponere vitam ſuam per gradus eccleſiæ minime ductus, quomodo corrigere quibit vitam alienam ſubito electus? Latuiſſe vos non credimus, quid apoſtolorum egerit cœtus poſt acceptum donum ſancti Spiritus. Ecce etenim ipſi viſione Domini, & locutione illius aſſidua, ejuſdemque reſurrectione lætificati, atque gratia ſpi-

A ritalis deſcenſus conſolidati, non præſumpſerunt de electis ſeptuaginta duobus eligere tam audacter duodecimum, qui Judæ prævaricatoris ſuppleret locum, ſed per gradus quoſdam (ut ita dicatur) de ſeptuagenario binarioque numero elegerunt duos, Joſeph qui vocabatur Juſtus, & Matthiam. (ACTIO IV. CONC. VIII. GENERAL. Act. 1.) Et ſic ex his quem alteri præponerent interim ignorantes, divinum examen poſtulavere, electioneque data, qui humanis obtutibus juſtior videbatur, coram divinitatis conſpectu inferior eſt inventus. Igitur illius congregationis conatus, nihil horum ſtudens exercere, viſi ſunt a recto itineris tramite declinaſſe, cum in cuſtodiam dominici gregis non taliter ut decuit ſtuduerunt paſtorem præponere. In notitia ſiquidem ſæcularium B literarum nemo magiſtri nomine merito cenſetur, niſi per gradus diſciplinarum procedens fuerit doctus. Verum iſte Photius videlicet antea doctor prorupit, quam doctus extiterit: prius magiſter videri cupiit, quam diſcipulus audiri. Prius auditor eſſe debuit, ac deinde inſtitutor: ſed hic doctoris e contrario cathedram eligens, docere prius elegit, ac deinde cœpit doceri; prius ſanctificare curavit, ac demum ſanctificari; prius illuminare voluit, & poſtmodum illuminari. Hæc itaque catholicus ordo prohibet: & ſancta noſtra Romana eccleſia talem electionem ſemper prohibuit per anteceſſores noſtros catholicæ fidei doctores. Quorum nos tenorem obſervantes, inſtituta ipſorum eſſe inviolabilia cenſemus. Sardicenſe denique C concilium, ut de laicis non eligeretur antiſtes in capite tertiodecimo per omnia prohibuit, ita inquiens: Si forte aut dives, aut ſcholaſticus de foro, aut ex adminiſtratore epiſcopus fuerit poſtulatus, ut non prius ordinetur, niſi ante lectoris munere, & officio diaconii, aut presbyterii fuerit perfunctus, ut per ſingulos gradus, ſi dignus fuerit, aſcendat ad culmen epiſcopatus. Et reliqua. Cæleſtinus itidem ſanctiſſimus doctor, & noſtræ Romanæ ſedis præſul egregius, in decreto ſuæ ſanctionis capite 21. aſſerens dicit: (Cæleſtinus I. in epiſt. 2. c. 21.) Audivimus quaſdam propriis deſtitutas rectoribus civitates, epiſcopos ſibi petere velle de laicis, tantumque faſtigium tam vile credere, ut hoc illis, qui non Deo, ſed ſæculo militaverunt, æſtiment nos D poſſe conferre: non ſolum male de ſuis clericis, in quorum contemptum hoc faciunt, judicantes: ſed de vobis peſſime, quos credunt hoc poſſe facere, ſentientes, quod nunquam auderent, ſi non quorumdam illic his conſentiens ſententias cohiberet: ita nihil quæ frequentius ſunt decreta proficiunt, ut hoc quaſi nunquam de hac parte ſcriptum fuerit ignoretur. Quid proderit per ſingula clericos ſtipendia militaſſe, & omnem egiſſe in dominicis caſtris ætatem, ſi qui his præfuturi ſunt ex laicis requiruntur. Qui vacantes ſæculo, & omnem eccleſiaſticum ordinem neſcientes, ſaltu præpropero alienum honorem ambiunt immoderata cupiditate tranſcendere, & in aliud vitæ genus calcata reverentia eccleſiaſticæ diſciplinæ E tranſire. Talibus itaque, fratres cariſſimi, qui juris noſtri (id eſt canonum) gubernacula cuſtodimus, neceſſe eſt obviemus; hiſque fraternitatem veſtram epiſtolis commonemus, ne quis laicum ad ordinationem clericatus admittat, & ſinat fieri: unde & illum decipiat, & ſibi cauſas generet, quibus reus conſtitutis decretalibus fiat. Leo denique ſanctiſſimus doctor, & apoſtolicæ Romanæque ſedis pontifex egregius, cujus laus in quarta ſynodo magnificatur, hoc ipſum in decretalibus ſuis prohibuit capite 3. (S. Leo in epiſt. 88. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum.) In civitatibus, quarum rectores obierint, de ſubſtituendis epiſcopis hæc forma ſervetur; ut is qui ordinandus eſt (etiamſi

bonæ

ANNO CHRISTI 869.

bonæ vitæ teſtimonio fulciatur ) non laicus, non
neophytus, nec ſecundæ conjugis ſit maritus. Et
reliqua. Gelaſius autem ſupradicti doctoris Leonis
videlicet meritis non impar, ſanctiſſimus Roma-
næ eccleſiæ præſul, non ſolum epiſcopos de lai-
cis fieri prohibuit, ſed etiam presbyteros, ne ta-
lia præſumerent, vetavit in decretalibus ſuis, cap.
Epist. 6. 4. ita inquiens: Si vero de laicis quiſpiam ec-
cleſiaſticis eſt aggregandus officiis, tanto ſolicitius
in ſingulis, quæ ſuperius comprehenſa ſunt, hujuſ-
modi decet examinari perſonam, quantum inter
mundanam religioſamque vitam conſtat eſſe diſ-
criminis; quia utique convenientia eccleſiæ mini-
ſteria reparanda ſunt, non inconvenientibus me-
ritis ingerenda: tantoque magis, quod ſacris a-
ptum poſſit eſſe ſervitiis, in eorum quærendum eſt
inſtitutis; quanto de tempore quo fuerant hæc
aſſequenda, decerpitur, ut morum habere docea-
tur hoc probitas, quod prolixior conſuetudo non
contulit; ne per occaſionem ſupplendæ penuriæ
clericalis vitia potius divinis cultibus intuliſſe,
non legitimæ familiæ reputemur procuraſſe com-
pendia, quorum promotionibus ſuper anni metas
ſex menſes nihilo minus ſubrogamus. Quoniam,
ſicut dictum eſt, diſtare convenit inter perſonam
divino cultui deditam, & de laicorum converſa-
tione venientem: quæ tamen eatenus indulgen-
da credidimus, ut illis eccleſiis, quibus infeſta-
tione bellorum vel nulla penitus vel exigua re-
manſerint, miniſteria renoventur; quatenus his
Deo propitio reſtitutis, in eccleſiaſticis gradibus
ſubrogandis canonum paternorum vetus forma
ſervetur: ne contra eos ulla ratione prævaleat,
quod pro accidentis defectus remedio providetur.
Non adverſus ſcita majorum nova lex proponi-
tur, ceteris eccleſiis ab hac occaſione ceſſantibus,
quas non ſimili clade vaſtatas priſtinam in fa-
ciendis ordinationibus convenit tenere ſententiam.
Quo magis hac opportunitate commoti obſervan-
tiam venerandorum canonum propenſius delega-
mus, ſingulorum graduum conſcientias admonen-
tes, ne in illicitos prorumpere moliantur exceſ-
ſus: ne fas eſſe confidat quiſquam pontificum, bi-
gamos, aut conjugia ſortientes, aut ab aliis de-
relicta, ſive quoslibet poſt pœnitentiam, vel ſine
literis, vel corpore vitiatos, vel conditionarios,
aut curiæ publicarumque rerum nexibus implica-
tos, aut paſſim nulla temporis congruentis expe-
ctatione diſcuſſos, divinis ſervituros applicare mi-
niſteriis, neque pro ſuo libitu jura ſtudeant alie-
na pervadere, abſque ſedis apoſtolicæ juſtæ diſ-
poſitionis mandato. Prædeceſſor itaque noſter,
hujus almæ ſedis, Hadrianus videlicet, ſanctiſſi-
mus præſul, in epiſtola quam Conſtantinopolim
pro venerandis imaginibus deſtinaverat, ita inſti-
tuit, ut amplius de laicis nullatenus in eadem
veſtra Conſtantinopolitana eccleſia ordinaretur an-
tiſtes: cujus textum ſi ſcire vultis in concilio,
quod ejus tempore in ſupradicta urbe celebratum
eſt, invenire poteſtis. His ita pauliſper præliba-
tis, in ſupradicti viri conſecratione conſenſum
apoſtolatus noſtri præbere non poſſumus, donec
per miſſos noſtros, quos ad vos deſtinavimus,
cuncta, quæ in jam prænominata ſæpius urbe de
eccleſiaſticis cauſis ſeu ordinibus peracta ſunt, vel
agentur, noſtris intimata fuerint auribus. Et ut
in omnibus rectus ordo ſervari queat, volumus,
o clemens Auguſte, ut Ignatius, quem ſedis ſu-
pradictæ gubernacula propria ſpontaneaque volun-
tate deſeruiſſe, & totius plebis congregato conci-
lio depoſitum eſſe veſtris apicibus nobis intimare
curaſtis, in conſpectum veniat noſtrorum miſſo-
rum & univerſi concilii: veſtris quidem imperia-

ACTIO IV. CONC. VIII. GENER.

A libus inſtitutis quatenus perquiratur, quamobrem
ſpreverit traditam ſibi plebem, & inſtituta ante-
ceſſorum noſtrorum ſanctorumque pontificum,
Leonis videlicet quarti papæ atque Benedicti, par-
vipendendo contempſerit: & in hoc agendum ſub-
tili examine a noſtræ juſſionis legatis depoſitio-
nis ejus cenſura perquiratur; quatenus inquiren-
tes invenire queant, utrum canonicus tenor in
eadem obſervatus fuerit, vel non, manifeſtum
exiſtat: ac deinde, cum noſtro præſulatui ſignifi-
catum fuerit, quid de eo agendum ſit apoſtolica
ſanctione definiemus: ut veſtra eccleſia, quæ tan-
tis quotidie quatitur anxietatibus, inviolabilis
deinceps & inconcuſſa permaneat. De imaginibus
autem, earumque obſervationibus, licet nulla ne-
B ceſſitas eſſet ſcribere, eo quod noſtrorum ante-
ceſſorum venerabilium pontificum ſancta ſolicitu-
do, catholico ardore ſuccenſa, multa & valde
utilia eccleſiæ Dei profutura inſtituit; tamen quia
frequens iteratio informationis ſolet venerabilio-
rem intentionem reddere audienti, ideoque de
eiſdem, pro conſervanda unitate, populo Dei ali-
quid exponere curamus. Priſtinam itaque ſancto-
rum patrum traditionem, quam a prædeceſſoribus
noſtris beatiſſimis & orthodoxis pontificibus, qui
poſt beatum Petrum in ejus apoſtolica ſede reſe-
derunt, nobis obſervandam ſuſcepimus: & hacte-
nus immutilatam hæc ſancta catholica & apoſto-
lica tenet ac defendit eccleſia. Oportet ergo to-
ta mentis intenſione, ſummique deſiderii cona-
C mine, venerandas, tam Domini noſtri Jeſu Chri-
ſti, quam ſuæ ſanctiſſimæ genitricis, & beatorum
apoſtolorum, atque omnium ſanctorum imagines
venerari & colere: ut eo quo valemus adnixu
contra hæreticorum veſaniam, qui ab earum ve-
neratione populum prohibent, reſiſtere ſtudeamus.
Nam in pace eccleſiæ conſtitutis nil contrarium
eſſe poteſt, ſi ſanctorum effigies propriæ depictæ
fidelibus augeant incrementum amoris: re vera
quia dum eorum vultus aſpicitur, & operis actio
recolitur, Deus, cujus habitatio in eis eſſe di-
gnoſcitur, perfecte laudatur. Certe ſi Deus, qui
eſt inviſibilis & incorporeus, non per propriam
ſubſtantiam deitatis, ſed per ſubjectam creaturam
mortalium apparuit oculis, ut credentibus ſum-
D mum eſſet culmen honoris: quare animæ ſancto-
rum, quæ manentes in corpore vultus uniuſcujuſ-
que habuiſſe noſcuntur, & ſecundum diſpoſitio-
nem Dei ipſi placentia operatas eſſe, non vene-
rentur a nobis magno honore? Cur eorum exe-
cremur effigies, per quos agnovimus fidei verita-
tem? Apparuit nempe Deus Abrahæ patri noſtro,
non in carne, neque in anima, ſed in ſpecie trium
virorum: quibus ille aliud cernens, & aliud eſſe
intelligens, pronus in terra adoravit, & dixit:
*Domine, ſi inveni gratiam in oculis tuis, afferam* Gen. 18.
*aquam, & laventur pedes veſtri*. Credidit illico
Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam,
& amicus Dei appellatus eſt. Apparuit denique
Jacob per ſubjectæ creaturæ ſpeciem, unde & di-
E xit: *Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalva facta* Gen. 32.
*eſt anima mea*. Ecce ſi incorporeus Deus, & in-
viſibilis per ſpeciem ſubjectæ creaturæ ita ſe mor-
talium voluit videri obtutibus, ut credentibus eſ-
ſet ad gratiam: cur nobis ſanctorum icones, quos
corporeos & viſibiles fuiſſe credimus, ſi illos ut
vere Chriſti veneremur amicos, poterunt eſſe ad
culpam? Nam ſi eorum effigies execrabiles eſſe
crederentus, profecto & ipſorum reliquiæ, quo-
rum caro corruptionem ſenſit in tumulo, pro * * f. nihilo.
neutre, quod abſit, haberi deberent. Verumta-
men, ad eorum conſortium venire optamus,
profecto hic omnia in honore ſanctorum, id eſt
tam

ANNO CHRISTI 869

ACTIO IV. CON. VIII GENER.

ram reliquias non ſolum corporum, ſed & veſtimentorum, ſeu etiam imagines vultus illorum, in quolibet loco depictas, celeberrimo honore venerari debemus: reminiſcentes illud quod Iſaias per ſpeciem ſubjectæ creaturæ ſe vidiſſe teſtatur, dicens: *Vidi Dominum ſabaoth ſedentem ſuper ſolium excelſum, & ea quæ ſub ipſo erant, implebant templum*, &c. (Iſa. 6.) Acceſſit itaque Moyſes, & Aaron, ut viderent thronum ubi ſteterat Deus, & erat ſub pedibus ejus tamquam opus lapidis ſapphiri, & velut firmamentum cæli in claritate fulgoris: & ſtabat cherubim ex auro mundo. Quæ omnia, ſecundum quod Salomon poſtea in templo inſtruxit, in monte cum Domino loquens, imaginata, & præſignata vidit. Hæc & his ſimilia præcedentes patres ſciendo, iconas ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque ſanctiſſimæ genitricis ſemperque virginis, omniumque ſanctorum, in parietibus eccleſiarum, ſecundum quod tempus hodie probat, depinxerunt, & pingere pro congruis locis omni dilectione uſque in præſens non prohibuerunt. Quid Chriſtiano veriſſimo nocet, ſi quod amat & diligit non ad adorandum deificet, ſed ad tremendum terribiliter in pariete vel ligno depingit? Verum quid officit, ſi aſpicimus imagines Chriſti in templo eccleſiæ, & in arcano cordis præmeditamur eum venturum cujus imaginem cernimus, citius vivorum & mortuorum judicem adventurum? Quid fidei noſtræ contradicit, quod in centro cameræ ſuper altare ejus figuram, quod verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, animæ noſtræ affectando deſiderant, cujus imago nominis titulum retentat? Et quia per naturam Filium adoramus, quare per adoptionem nomen novum ſcriptum in calculo vel gemmis non adoremus? Altare itaque ſanctum, in quo Deo omnipotenti ſacrificiorum vota perſolvimus, lapis eſt naturaliter communis, nihil differens ab aliis tabulis quæ parietes noſtros & pavimenta adornant. Quia vero ſacratum eſt Dei adjutorio, & benedictionem ſuſcepit, unde & menſa ſancta efficitur; panis iterum, qui ſuper eum offertur, panis eſt quidem communis: ſed quando ipſe ſacramento ſacratus fuerit, corpus Chriſti in veritate fiet & dicitur: ſic & vinum modicum aliquid digna exiſtentia ante benedictionem, poſt ſanctificationem Spiritus, ſanguis Chriſti efficitur. Ipſa enim Crucis imago, antequam ſuſcipiat ejus formæ figuram, lignum omnibus commune eſt; ſuſcipiens autem omnimodo venerandam ſimilitudinem, ſacra eſt, & dæmonibus terribilis, propter quod in eo figuratus eſt Chriſtus. Hæc brevi ſtylo tranſcurrentes, cum multa dicere quiviſſemus, veſtræ ſerenitati tranſcripſimus; quia Hadrianus ſanctiſſimus præſul anteceſſor noſter, multa de his in epiſtolis, quæ hactenus apud Conſtantinopolitanam habentur eccleſiam, ſcribens contradidit: in quibus quidquid hujus rei neceſſitas coegerit, invenire poteritis. Oportet enim veſtrum imperiale decus, quod in omnibus eccleſiaſticis utilitatibus vigere audivimus, ut antiquum morem, quem noſtra eccleſia habuit, veſtris temporibus reſtaurare dignemini; quatenus vicem, quam noſtra ſedes per epiſcopos veſtris in partibus conſtitutos habuit, videlicet Theſſalonicenſem, qui Romanæ ſedis vicem per Epirum veterem, Epirumque novam, atque Illyricum, Macedoniam, Theſſaliam, Achaiam, Daciam * riperenſem, Daciamque mediterraneam, Mœſiam, Dardaniam, & Prævalim, beato Petro apoſtolorum principi contradicere nullus præſumat: quæ anteceſſorum noſtrorum temporibus, ſcilicet Damaſi, Siricii, Innocentii, Bonifacii, Cæleſtini, Sixti, Leonis, Hilari, Simplicii, Felicis, atque Hormiſdæ, ſanctorum pontificum, ſacris diſpoſitionibus augebatur: quorum denique inſtitutiones ab eis illis in partibus deſtinatas per noſtros miſſos, ut rei veritatem cognoſcere queatis, veſtræ Auguſtali potentiæ dirigere curavimus. Præterea Calabritanum patrimonium, & Siculum, quæque noſtræ eccleſiæ conceſſa fuerunt, & ea poſſidenda obtinuit, & diſponendo per ſuos familiares regere ſtuduit, veſtris conceſſionibus reddantur: quoniam irrationabile eſt, ut eccleſiaſtica poſſeſſio, unde luminaria & concinnationes eccleſiæ Dei fieri debent, terrena quavis poteſtate ſubtrahantur, ſed domui Dei reſtituta, meritum redditoris multiplicent, & ſuſcipientis votum ſpiritalis deſiderii lucris exerceatur. Inter iſta, & ſuperius dicta volumus, ut conſecratio Syracuſano archiepiſcopo noſtra a ſede impendatur, ut traditio ab apoſtolis inſtituta nullatenus veſtris temporibus violetur. Deſtinavimus autem veſtræ ſerenitati reverendiſſimos & ſanctiſſimos epiſcopos, Radoaldum videlicet ſanctæ Portuenſis eccleſiæ, atque Zachariam Anagninæ ſanctæ eccleſiæ, fungentes legatione apoſtolatus noſtri: quos ut honorifice ſuſcipiatis, veſtram amplitudinem deprecamur: quibus etiam frequens colloquium tribuatis: & eis, quæ de eccleſiaſtico ſtatu irreprehenſibiliter dixerint, credere non ambigatis. Et cum in conventu eccleſiæ ſederint pro eccleſiaſticis definitionibus, nihil a vobis, vel ab aliis alicujus contrarietatis impetum ſentiant. Et cum fas illis fuerit revertendi, veſtros concedite miſſos, & tales, qui in dromonibus congruis eos Romam incolumes, favente Deo, apoſtolorum precibus, ſtudeant referre; quatenus pro omnibus veſtris bonis devotionibus gratias Deo omnipotenti Patri, atque ejus unigenito Filio Domino noſtro Jeſu Chriſto, & Spiritui ſancto devotius agere valeamus, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Data menſe Septembrio, die xxv. indictione nona. (An. Ch. 860.)

* ripenſem.

## NOTA EX EDITIONE ROMANA.

Adnotatio Anaſtaſii Bibliothecarii

a *Naturam.*) Quam hic naturam ſimpliciter nominat, naturam deſignat humanam, quæ & circumſcripta eſt, quamquam nos adhuc in carne poſiti ex nobis aſſumptam & divinitati conjunctam, ac per id deificatam, in unam merito adoramus perſonam: divina enim natura, utpote ſimplex & incompoſita, in ſpiritu & veritate adoratur a nobis: nomen vero novum nuncupat Jeſu Chriſti nomen, non quod illud novum ſit Filio Dei, qui hanc habuit claritatem antequam mundus fieret, ſed novum filio hominis, qui fuit mortuus, & reſurrexit. Porro adoptionem, gratiam venerationis, quam ex vocabulo tanti nominis pictura præ ſe fert, appellat; ut ſcilicet, ſicut veneratur principale, id eſt natura humana deificata, ita veneretur & derivativum ejus, hoc eſt imago depicta, tamquam ad adorandum per illius ſanctificationem & meritum adoptata.

Et poſt lectionem magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Ex his quæ nunc audivimus ſatisfacti ſumus, quia veritatem dixiſtis. Epiſtola enim repellit illos, & innotuit nobis, quia Photium & manus impoſitionem ejus ſanctiſſimus papa Nicolaus non recepit: ſed legatur & altera epiſtola, quæ ad Michaelem imperatorem a ſanctiſſimo papa Nicolao miſſa eſt per Leonem a ſecretis. Et accipiens idem Stephanus diaconus ſanctæ Conſtantinopolitanorum eccleſiæ ac notarius legit.

*Nicolaus epiſcopus ſervus ſervorum Dei piiſſimo & glorioſo ac dilecto filio Michaeli magno imperatori.*

SErenissimi imperii veſtri gloria, quæ ſuper orthodoxæ fidei integritatem firmata conſtare cer-

cernitur, dum aliqua in ſancta Conſtantinopolita-
na eccleſia, quæ ſub veſtræ defenſionis tutamine
conſiſtere videtur, inconvenientia provenerint,
hanc ſanctam catholicam & apoſtolicam, caput
omnium eccleſiarum, Romanam ſcilicet eccleſiam,
quæ ſuper ſanctorum patrum ſinceriſſimis auctori-
tates in omnibus ſuis actibus ſequitur, conſulere
decrevit; ut ejus conſultu, quæ eccleſiaſticis con-
veniunt negotiis, agere curaverit; procul dubio
quæ agenda aut ambigenda fuerint, irretractabiliter
cuncta diſponere, ordinare atque definire poterit.
Quod vos feciſſe in epiſtolis nuper ad hanc ſe-
dem miſſis recolimus: pro quibus etiam & no-
ſtros, ſecundum veſtram petitionem, illas in par-
tes pro quibuſdam præſumptionibus, quibus ve-
ſtram aſſerebatis fatigari eccleſiam, ſeu ob diſſen-
ſiones quæ propter religioſum virum Ignatium
patriarcham & Photium emerſerant, ſubtiliter in-
veſtigandis & nobis renuntiandis, miſſos direxi-
mus. Sed cum ad nos reverſi fuiſſent, nihil no-
bis, ut illis, & in noſtris inſtitueramus, de reve-
rendiſſimo viro Ignatio renuntiaverunt apicibus,
ſed verbis tantum, quæ de eo contra noſtræ vo-
luntatis peracta ſunt obſervantiam, retulerunt.
Poſt aliquot autem dies, veſtrarum partium pru-
dens & fidelis legatus, nomine Leo a ſecretis,
apoſtolatui noſtro imperialem cum actis apud vos
geſtis detulit epiſtolam, quam legi jubentes, co-
gnovimus de memorati viri Ignatii patriarchæ
negotio contra præceptum noſtrum improvide il-
latam ſententiam, & nihil omnino noſtris juſſio-
nibus ſaltem ſimilem, ſed magis contrarie per-
petratam. Etenim quia dudum in epiſtolis veſtris,
quas tenemus præ manibus, illum multis accuſa-
tionibus affirmabatis obnoxium, ob idque hunc
ejectum, Photium elegiſſe neceſſario, noſtræ ſe-
dis legatos, apoſtolica auctoritate fultos, de plu-
ribus prædicti viri Ignatii patriarchæ criminibus
intentatis indagandum, & nobis renuntiandum
direximus; ſuſpendentes videlicet ſententiam ex-
pulſionis reverendiſſimi viri Ignatii, vel Photii
receptionis, non in legatorum noſtrorum, ſed
ſpecialiter in noſtro examine. At quia nunc Pho-
tium retinentes, prudentiſſimum virum Ignatium
patriarcham abſque noſtri apoſtolatus ejeciſtis ju-
dicio; noſſe vos omnimodis volumus, nullatenus
nos Photium recipere, vel Ignatium patriarcham
damnare. Denique conſiderare libet, quid ſibi
vult hoc, quod per duodecim fere jam annos regiæ
urbis veſtræ innocue ſacerdotium agere, & ſanctis vir-
tutibus pudicitiæ, caſtitatiſque florere dictum Igna-
tium, non ſolum ipſi per veſtras innotuiſtis epiſto-
las, verum etiam ſynodicis vocibus, ejus ſub tempo-
re, habitis magnis honoribus, ut epiſtolæ veſtræ
fatentur, quas præ manibus tenemus, laudaſtis
jugiter, & extuliſtis, minime eum ad apoſtoli-
cam ſedem invaſoris vel alicujus criminis opinio-
ne notantes. Nunc invide damnaſtis; quod uti-
que indiſcretiſsimum factum ſanctæ noſtræ genera-
liter eccleſiæ, noſtroque apoſtolatui, ac ſancto-
rum patrum priſcæ definitioni omnimodis extat
inconveniens. Nos quidem de nobiliſsimo viro
Ignatio patriarcha non tantum hæc, verum & il-
lud comperimus, quod non ſolum genere claruit,
verum etiam a primævo ſuæ ætatis per ſingulos
eccleſiaſticos gradus aſcendens ex monaſtica vita,
omni eccleſiaſtico cœtu conſentiente, ſicut in api-
cibus quos ſanctiſsimo Leoni præſuli prædeceſſori
noſtro deſtinaveratis comperimus, epiſcopatus cul-
men promeruit. Photium autem novimus per
nullos eccleſiaſticos gradus aſcendentem, ſed tan-
tummodo ex laicali militia epiſcopum pertinaciter
ordinatum. Quamobrem neceſſario in ſententia

A noſtra, qua ſtetimus, perſiſtimus; & neque vene-
rabilem Ignatium patriarcham in aliquo damna-
mus, neque Photium modo quolibet ſuſcipimus.
Verum quia omnibus accuſationibus remotis, qui-
bus ſtrenuum virum Ignatium patriarcham ad
apoſtolicam ſedem aſſerebatis notabilem, unum
opponentes tantummodo, quod potentia ſæculari
ſedem pervaſerit, veſtro ſpeciali depoſuiſtis, dam-
naſtis, & expuliſtis arbitrio, & Photium ex lai-
cali agmine vobis improvide in ejus loco ſubro-
gaſtis epiſcopum, æquanimiter ferre omnino non
poſſumus; maxime cum horum duorum nego-
tium inveſtigari, & nobis renuntiari, non defi-
niri mandaverimus. Quapropter, ut diximus,
nullo modo prudentis viri Ignatii patriarchæ de-
B poſitioni, vel Photii ſubrogationi aſſenſum præ-
bemus, quouſque veritas, omni falſitatis fuco
nudata, in præſentia noſtra eluceat. Quia * con-
ſuetudinem veſtram novimus in regia urbe mi-
nime apicem archieraticæ poteſtatis aliquem poſ-
ſe habere ſine eccleſiaſticæ plebis conſenſu, atque
imperiali ſuffragio, & ob id Ignatium patriar-
cham damnare nolumus, nec debemus. Præte-
rea Photii, quem ex militia ſubito ad tanti cul-
men regiminis conſecraſtis, ordinationem ratam
haberi decernitis, eo quod * Nectarius non ſo-
lum ex laico habitu, verum etiam ex Pagano,
ſancta ſynodo ſecunda ordinante, meruerit epiſco-
pus fieri: qui tamen Nectarius veræ religionis
catholicus, nullius depoſitionis catholici conſcius,
C ſedis gubernacula, ſine ſcandalo, ſine vi, ſine
omni ſchiſmate ſuſcepit; quem Spiritus ſancti
auxilio, & talento ſibi credito, hæreticorum per-
fidiis reſtitiſſe, eorumque dogma, quod jam ex
longo tempore pullulaverat, & plurimos ſui con-
tagione infecerat, deſtruxiſſe ipſi recolitis: &
idcirco bene & optime ſanctæ ſecundæ ſynodo,
apoſtolicæ ſedis auctoritate fultæ, ita de Necta-
rio placuiſſe teſtamur.

Sed & beatus nihilo minus fulgidiſſimus do-
ctor Ambroſius, quem ſimiliter ex militia & ca-
techumeno aſſeveratis epiſcopum, cum divinitus
per miraculorum ſigna ab ipſis cunabulis uſque
ad conſecrationis ſuæ tempus fuiſſet evocatus, &
a diſſidentibus populis, ſubito in unam ſui con-
D cordiam provocatis, compelleretur ad regimen
eccleſiaſticum ſuſcipiendum, minime ſeditioni,
vel ſchiſmati ſtuduit; quin potius eas quas repe-
rit, ſemetipſum non ultro ſed coacte populo of-
ferens, repulit & removit. Neque damnationem
molitus eſt alicujus, quam nunquam omnino ob
ſui culminis conſentiret incrementum: ſed co-
actus atque compulſus, votis eorum conſentiens,
eccleſiaſticarum regularum normam toto vitæ ſuæ
tempore cuſtodivit, omnes hæreſes debellans,
verbi Dei zelo ſuccinctus. Pro quo æque hæc
ſancta Romana eccleſia eos rite ſuſcepit: ideo-
que hoc ad tempus neceſſitatis probe ſuſcepit,
quia contra canonum privilegium ſibi conceſſum
nihil novit temere perpetratum. Vos autem non
E ita horum illuſtrium virorum comparationem per-
pendiſtis, ubi ſæpe dictum virum Ignatium pa-
triarcham juſte a vobis ordinatum injuſte de pa-
triarchatu ejicientes, Photium ſubito ex laicali
militia in epiſcopali dignitate elevaſtis: & ob id
nihil valere patimur: quia ſanctæ Romanæ ec-
cleſiæ nunquam extitit mos improvide vel inju-
ſte unum ejicere, & alterum ſubrogare: ſed ma-
gis ſtuduit æqua lance omnium librare & juſte
definire negotia. Igitur quia ad Nicæni veneran-
di concilii cœtum veſtrum qui in depoſitione Igna-
tii patriarchæ adfuiſtis totidem * numeri * ferre
dicitis, miramur. Et quid prodeſſe conſideramus
ejuſ-



* Forte, ſecundum conſuetudinem. H.

* Nectarius ex Pagano factus eſt a ſynodo epiſcopus.

* forte numero.
* Pro, fere. H

ejuſdem numeri collegium præeſſe, ubi ipſius ſententiæ prævaricantur, cujus & numerus imitatur? Quod non laude magis, quam reprehenſione ducimus dignum; quia omnino magis peccatis eſt cumulus, ubi multipliciter fuerit agmen prævaricatorum. Nos quidem non numeroſum tantum ſanctorum epiſcoporum collegium Nicæni & Chalcedonenſis conciliorum ceterorumque ſanctorum patrum ſynodicas conſtitutiones ſequimur, ſed illorum liberales veneramur juſtas divinitus inſpiratas ſententias; & non tantum pro ſuorum multitudine obſervantur a nobis, quia revera multi in perſonis fuere, ſed invalidiſſimis ſententiis eos perpendimus plures.

Quod autem aſſeveratis, fatos fuiſſe legatos noſtros poſt damnationem religioſiſſimi viri Ignatii patriarchæ, * omnis ejus conſecratio debere caſſari, damnari, atque evelli; abſit ut hoc fieri patiamur; ut, quia neque Ignatium patriarcham damnamus, neque Photium mœchum ſuſcipimus, qui ſedem viventis viri, & pudice ſervantis, temere ſibi uſurpare præſumpſit, atque, ut ita dicamus, qui contra ordinem in ea converſari non erubeſceret, eccleſiæ veſtræ ſcandala multiplicari conſentiamus. Quin potius, ſereniſſime fili Auguſte, dilectionem veſtram monemus, ſuademus, atque apoſtolica auctoritate denuntiamus, ut tandem aliquando reſiſtatis illis qui pro libitu ſuæ voluntatis contra Conſtantinopolitanæ eccleſiæ ſe præſulem erigentes, ſine examinatione canonica, ignorantibus nobis, crebro unum deponentes, alterum inopinate conſecrare nituntur. Unde hæc diſcuſſio in orientalibus veſtris eccleſiis, heu, plurimum agitatur: ſed magis ſtudeatis, quando aliqua emerſerint unde ſchiſma poſsit oboriri, noſtræ eccleſiæ conſultu peragere; quatenus, ſicut jam factum pro ſanctis imaginibus novimus, quod juſte deliberatum eſt, maneat apoſtolicæ ſedis auctoritate firmatum: quod autem tantummodo æmulatione voluntatis contra canonicas vel ſynodicas cenſuras, inconſulta Romana eccleſia, perpetrari conatur, veſtræ religionis brachio arceatur: ne videlicet ſanctæ Dei eccleſiæ, ac regiæ urbis gloria, veſtro, quod abſit, ſub tempore in aliquo minuatur. Liceat ergo ſanctam eccleſiam, quam Chriſtus ſacro ſuo ſanguine a ſervitute corruptionis redemit, orthodoxam fidem ſervantem, veſtro certamine manere ab omni inquietudine infeſtatorum tranquillam atque pacatam. Denique eccleſiæ Conſtantinopolitanæ hortamur ſtatum, ut tales alere omni religione eruditos ſtudeat viros, qui ad honorem cardinis ipſius ſanctæ eccleſiæ, ſuis præſulibus mortuis, vel quolibet caſu ac modo decedentibus, valeant ſubrogari; quod non ſolum in tanto patriarchatu obſervari omnino debet, verum etiam in ſingulis quibuſque civitatibus ex conſuetudine canonica magna cum cautela ſervatur & cuſtoditur. Sed & hoc veſtræ clementiæ intimare curavimus: quia ſicut in veſtris actis, apoſtolicæ ſedi & noſtro pontificio directis, inſertum invenitur, neſcimus cujus fraude vel doloſitate epiſtola noſtra ad vos directa fraudata eſt: & non ſolum quia in veſtra præſentia ſecundum illius textum vel ordinem relecta non eſt, ſed plura excerpta, quibus intellectus ipſius epiſtolæ continebatur, aliud pro alio, ignoramus, quis temerarius coram veſtro imperiali conſpectu legendo percurrere, vel interpretari præſumpſit; quam ſi coram veſtræ majeſtatis præſentia ſcrutari juſſeritis, in aliquibus eam mutatam atque fraudatam locis reperietis. Nos autem volentes, clementiſsime triumphator, excellentiam veſtram ab omni labefactio-

A nis crimine illæſam conſiſtere, & per diuturna tempora tranquilliſsimam imperii veſtri ſublimitatem in Dei ſinceriſsime manere ſervitio, ut ſpiritalis pater ſpiritalem filium commonentes, & ea quæ Deo placabilia ſunt apoſtolicis adhortationibus adimplenda commonemus: & ſicut veſtri ſoliti ſunt prædeceſſores, qui in culmine imperiali conſiſtebant, hanc ſanctam Romanam eccleſiam pleno devotionis venerati affectu; ita & vos apoſtolicis perficere oraculis obſecramus; quia ea quæ in præſenti negotio eccleſiaſticis procuravimus ſancire inſtitutionibus, non invidiæ cauſa vel aliqua doloſitate peregimus, ſed volentes veſtram imperialem dignitatem, & ſanctam Conſtantinopolitanam eccleſiam illæſam ſervare, & B ab omni reprehenſione, ducti ferventiſsimo zelo caritatis, cuſtodire, ſicut in epiſtolæ ſerie ad vos miſſæ reperitur, Deum timentes ordinare decrevimus, & cuncta obſervanda præoptamus. Omnipotens autem Deus, qui vos ad reprimendas multarum gentium feritates in imperiali culmine eligere dignatus eſt, piiſsimum imperium veſtrum ad ſtatum & defenſionem ſanctæ ſuæ eccleſiæ per multa annorum conſervet curricula, & ſoſpite vita ſemper vos ea, quæ illi ſunt placita, vobis velle concedat; quatenus in præſenti vobis ſæculo feliciter imperandi poteſtatem tribuat, & in futuro pro bonis actibus, & juſtitiæ obſervantia, quæ ſub veſtro libramine ponderari debet, præmia æternæ felicitatis habere permit- C tat. Data menſe Martio, die decimo nono, indictione nona. An. Ch. 861.

Cum adhuc epiſtola legeretur, reſpondit Theophilus dudum epiſcopus, & dixit: Si damnatur Photius, damnentur & introducentes, & conſecrantes eum. Sancta & univerſalis Synodus dixit ad eum: Ergo & tu damnatus es, tamquam qui ſuſceperis, & communicaveris ei. Theophilus dudum epiſcopus dixit: Ego non damnor, eo quod non adfuerim quando conſecratus eſt, ſed inveni eum patriarcham, & ita recepi eum. Poſt completionem vero epiſtolarum, ſurgens Theodorus Deo amiciſſimus metropolita Cariæ dixit: Uſque in præſentem horam ego humilis certitudinem habebam in mente mea, & ideo rejiciebam bea- D tiſſimum papam Nicolaum, & cauſabar eum, quia credens hominibus iſtis, putabam quod prius receperit Photium, & noviſſime hunc interimere tentaverit. Sancta & univerſalis ſynodus dixit ad Theophilum dudum epiſcopum: Hæ literæ inde venerunt, an non? Theophilus dudum epiſcopus dixit: Ego neſcio utrum hæ ſint, an aliæ. Theodorus Deo amabilis metropolita Cariæ dixit: Unde habes oſtendere quia comminiſtraſti papæ Nicolao? & Theophilus: Det mihi verbum imperator in ſcriptis, hinc huic demonſtro ( in conſpectu Dei dico ) quia communicavi ei, & comminiſtravi: etenim iterum dico, & comminiſtravimus ei, & communicavimus ei. Et poſt hæc ſancta ſynodus hortata eſt Stephanum Deo ama- E bilem diaconum ſanctæ Conſtantinopolitanorum eccleſiæ & devotum notarium, ut legeret epiſtolam quæ per Leonem a ſecretis miſſa eſt ad Photium, & accedens legit.

*Nicolaus epiſcopus ſervus ſervorum Dei prudentiſſimo viro Photio.*

POſtquam beato Petro principi apoſtolorum dominus ac redemptor noſter Jeſus Chriſtus ex utero virginis pro noſtra redemptione, ut erat verus Deus ante ſæcula, verus homo in finem ſæculorum apparere dignatus eſt, ligandi

atque

*forte omnem ejus conſecrationem.

ANNO CHRISTI 869.

ACTIO IV. CON. VIII. GENER.

atque ſolvendi in cælo & in terra poteſtatem tribuit, & januàs regni cæleſtis reſerandas conceſſit, ſupra ſoliditatem fidei ſuam ſanctam dignatus eſt ſtabilire eccleſiam, ſecundum illius veridicam vocem, dicentis: *Amen dico tibi: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves regni cælorum: & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis*. Ad quam promiſſionem, ſanctæ apoſtolicæ inſtitutionis cæmento, cœperunt hujus fundamenta ex pretioſis ſuccreſcere lapidibus, & annuente divina clementia, per ſtudium ſtructorum, & apoſtolicæ auctoritatis ſolicitudinem, uſque ad culmen inſolubiliter perducta perpetualiter manſura, ſine ſiniſtræ auræ impulſu conſiſtere. Cujus primatum, ſicut omnibus orthodoxis manifeſtum eſt viris, & ut in ſuperioribus præmodicum declaratum eſt, beatus Petrus princeps apoſtolorum & janitor regni cæleſtis merito promeruit. Poſt quem & hujus vicarii ſinceriſſime Deo famulantes, carentes nebularum denſitatibus, quæ recto ab itinere impedire aſſolent, dignius perceperunt, & in cura regiminis, quam pro dominicis ovibus ſuſceperant, ſolicite permanſerunt; inter quos & noſtram parvitatem omnipotentis Dei miſericordia connumerare dignata eſt. Pro quibus tantum conſiſtimus pavidi, quantum conſideramus, quod in æterno examine erimus pro omnibus, & præ omnibus, qui Chriſti cenſentur nomine, rationem reddituri. Et quia univerſitas credentium ab hac ſancta Romana eccleſia, quæ caput omnium eſt eccleſiarum, doctrinam exquirit, integritatem fidei deposcit, criminum ſolutionem, qui digni ſunt, & gratia Dei redempti, exorant; oportet nos, quibus commiſſa eſt, ſolicitos eſſe, & ad ſpeculationem dominici gregis tantum ferventius anhelare, quantum hunc avidi lupi ad dilaniandum hinc inde patenti ore exquirunt: quod & audiendo cognoſcimus, & experiendo comprobamus. Et quos per corporalem ob longinqua terrarum ſpatia, aut tumentes marinos fluctus, nequimus viſitare præſentiam; ſaltem ſeries apicum quaſi viva voce declarent, ut nec a nobis ſilentii exquiratur culpa, nec audituris de ignorantia excuſandi tribuatur facultas; quia & illud a nobis cavendum eſt quod per prophetam dicitur: *Canes muti non valentes latrare*. Nam & apoſtolus ait: *Inſta opportune, importune*. Conſtat enim ſanctam Romanam eccleſiam per beatum Petrum principem apoſtolorum, qui dominico ore primatum eccleſiarum ſuſcipere promeruit, omnium eccleſiarum caput eſſe, & ab ea rectitudinem, atque ordinem in cunctis civitatibus, & eccleſiaſticis inſtitutionibus, quas ſecundum canonicas & ſynodicas ſanctorumque patrum ſanctiones inviolabiliter atque irrefragabiliter retineret, requirere ac ſectari. Et ideo conſequens eſt, ut quod ab hujùs ſedis rectoribus plena auctoritate ſancitur, nullius conſuetudinis præpediente occaſione, proprias tantum ſequendo voluntates, removeatur; ſed firmius atque inconcuſſe teneatur. Nam in hoc quo noſter apoſtolatus veſtram prudentiam commonuit, quia ex laicali ordine ſine canonica approbatione ad patriarchatus dignitatem ſubito tranſcendere contra patrum promulgationes non recuſaſtis, ſed temere atque impudenter ad tanti honoris culmen accedere præſumpſiſtis, aſſumentes vobis quaſi a ſanctiſſimo viro Nectario occaſionem, quem ſancta ſecunda ſynodus non ob aliud ad ſacerdotalem eligere

Matth. 16.

Iſa. 56.

2. Tim. 4.

A atque ordinare ex laicali ordine voluit dignitatem, niſi quia magnæ neceſſitatis contritione anxiabatur, eo quod in ſancta Conſtantinopolitana eccleſia nullus clericorum inveniri poterat, qui peſſimæ hæreſeos nimboſa caligine non fuerit impeditus. Et ob hoc ne diu jam dicta eccleſia ſub deſtitutione paſtoris quaſi viduata maneret, prædictum Nectarium expugnatorem hæreticorum, & defenſorem, atque gubernatorem eccleſiarum, ad eccleſiaſticam curam & dignitatem ſacerdotalem jam dicta ſecunda ſynodus elegit: ſed ut hoc iterum fieret non confirmavit, neque ſanxit, aut inſtituit. Et ideo, licet contra patrum atque canonicas inſtitutiones, quod per neceſſitatis fieri eventus comprobatur, non B in auctoritate tenendum eſt: ſed ne iterum talis proveniat neceſſitas, magis magiſque cavendum, quia omne quod ab aliis reprehendi poterit, convenientius ac decentius videtur exiſtere, ſi antequam fomes reprehenſionis accreſcat, emendationis cura ſuccedat. De Taraſii ſiquidem promotione, qui ſimiliter ex laicali cœtu ad patriarchatus extemplo culmen promotus eſt, quam & vos quaſi in auctoritatem veſtræ defenſionis aſſumere vultis, ſi ſanctam (quæ apud vos tempore ſanctiſſimi viri domini Hadriani papæ celebrata eſt) ſynodum diligentius ſcrutati fueritis, atque attentius intenderitis, * invenietis quid in ea idem ſanctiſſimus vir conſultus decreverit, & quod, dum ejus conſecrationis reprehenderet actus, & C mœrorem ſe pro tam præſumptiva factione nimium ſuſtinere profiteretur. Dicit enim, quod niſi in erigendis imaginibus ferventius contra illarum depoſitores atque conculcatores ut verus miles Chriſti reſiſteres, nequaquam veſtræ conſecrationi aſſenſum præberemus, aut in ordine patriarchatus veſtram dilectionem ſuſciperemus: quæ tantum declaratur inordinate promota, quantum comprobatur contra apoſtolica decreta enormiter præſumpta. Beatiſſimum quoque Ambroſium clariſſimam & ſplendidiſſimam lucernam eccleſiæ, qui ex catechumeno, divino præſagio, ad epiſcopalem per continuos gradus promotus eſt dignitatem, cur nobis pro veſtro tutamine opponitis & ad veſtram illicitam promotionem D antefertis? qui non inſtinctu hominum, ſed divina vocatione per miraculorum prodigia electus eſt. Nam cum in infantiæ cunis ſub nutricis cura dormiens ſolicite verteretur, aperto ecce ore examen apum ſubito adfuit, quod faciem ejus & ora complevit, ita ut ingrediendi & egrediendi vices frequentarent. Quod pater, cum matre vel filia deambulans, ne abigerentur ab ancilla, quæ curam nutriendi infantis ſuſceperat, prohibebat. Solicita enim erat, ne infanti nocerent: expectabat tamen patrio affectu, quo fine illud miraculum clauderetur. At illæ poſt aliquandiu volitantes in tantam aeris altitudinem ſublevatæ ſunt, ut humanis oculis minime viderentur. Quo facto territus pater, ait: ſi vixerit infantulus iſte, E aliquid magni erit. Poſt hæc vero adultus puer, liberalibus artibus imbutus, Mediolanum perrexit, ubi Auxentius Arianorum epiſcopus cathedram non regendam, ſed dilaniandam tenebat epiſcopalem. Quo defuncto, dum ad electionem epiſcopi popularis fieret in eccleſia conglobatio, ecce quidam infans acclamabat, dicens Ambroſium epiſcopum: ad quam vocem & omnis illa conventio ſimiliter acclamabat Ambroſium epiſcopum. Quod non humanis fieri credendum eſt voluntatibus, ſed divinis, ad ſalvationem & ereptionem fidelium de adverſarii noſtri faucibus, qui tamquam leo rugiens quærit quem devoret,

1 Petr. 5.

* Sciendum eſt, quia quidquid Hadrianus papa tunc contra Taraſium ſcripſit, apud Græcos in actis illius ſeptimæ ſynodi non habetur: quia enim ille de laici catalogo ſubito eſt factus epiſcopus, quidquid reprehenſionis in epiſtola reperitur, in ſynodicis actis fautores ejus ſcribere minime pertulerunt, ſed hoc e codicibus eradentes ſub ſilentio conticuerunt.

ANNO CHRISTI 869. inſpirationibus. Qui, cùm multis ac variis voluiſſet occultare argumentis, & a tanto honore deliteſcere, tandem ſuperatus, ad ſacerdotalem ab omni populo & clero divinitus eſt dignitatem electus, & a catechumeno per ſingulos gradus eccleſiaſticos proficiſcens, octavo die ab omni catholicorum, divina annuente clementia, conſenſu eſt conſecratus epiſcopus. Attendat igitur prudentiæ veſtræ dilectio, & intimo cordis propiciat oculo, ſi debent ea, quæ per miraculorum ſigna fidelibus proveniunt, his æquari, quæ proprio tantum libitu ad dignitatis gloriam percipiendam peraguntur: & ſic ad auctoritatis veſtræ excuſationem præfatos aſſumite viros. Ecce propter neceſſitatem & inopiam clericorum Nectarius, ecce propter eccleſiaſtica dogmata, & hæreticorum expugnationem, qui venerandas deponere imagines præſumpſerunt, Taraſius, ecce per miraculorum ſigna Ambroſius, ad regendas eccleſias promoti ſunt. De vobis autem, quibus perplures auctoritates conciliorum atque decreta ſanctiſſimorum pontificum reſiſtunt, quid aliud ſentiendum, niſi inopinatam a vobis conſuetudinem adoleviſſe credendum? Et ſecundum ſanctorum patrum ſententiam, non ſolum quia ex laicali ordine contra canonicas auctoritates ad regendam Conſtantinopolitanam eccleſiam ſubito tranſvolaſtis, ſed etiam quia, vivente viro, & incolumi perſiſtente ( videlicet religioſiſſimo Ignatio patriarcha ) cathedram illius, ſcilicet Conſtantinopolitanam eccleſiam, ut mœchus, furripuiſtis, & invadere præſumpſiſtis, poſtponentes illud, quod ſcriptum eſt: *Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris*: (Matth. 7) & ideo veſtræ conſecrationi æquitatis libramina tenentes, aſſenſum præbere (quia enormiter & contra ſanctorum patrum inſtitutiones peracta eſt) minime præſumimus. Quod vero dicitis, neque Sardicenſe concilium, neque decretalia vos habere ſanctorum pontificum, vel recipere, non facile nobis facultas credendi tribuitur: maxime cum Sardicenſe concilium, quod penes vos in * veſtris regionibus actum eſt, & omnis eccleſia recipit: qua ratione convenerat, ut hoc ſancta Conſtantinopolitana eccleſia abjiceret, & ( ut dignum eſt ) non retineret? Decretalia autem, quæ a ſanctis pontificibus primæ ſedis Romanæ eccleſiæ ſunt inſtituta, cujus auctoritate atque ſanctione omnes ſynodi & ſancta concilia roborantur, & ſtabilitatem ſumunt, cur vos non habere vel obſervare dicitis, niſi quia veſtræ ordinationi contradicunt, & ex laico ſubito ad culmen patriarchatus tranſvolare reſiſtunt? contra illud apoſtolicum: *Nemini cito manum impoſueris*. (1. Tim. 5) Quod ſi ea non habetis, de neglectu atque incuria eſtis arguendi: ſi habetis, & non obſervatis, de temeritate eſtis corripiendi & increpandi. Quod violenter vos ad ſacerdotalem dignitatem promotos aſſeveratis atque proteſtamini, veſtræ conſecrationis tempore non ita eſſe declaratur: qui poſtquam in patriarchatus throno ſtabiliti eſtis, non ut pater in filiis blandus, ſed ut immitem in depoſitione archiepiſcoporum per ſeveritatem vos demonſtraſtis, & in damnatione innocentis Ignatii, quem vos ut depoſitum habetis, immoderate exarſiſtis: in cujus depoſitione, niſi prius veraciſſime illius cognoverimus trangreſſionem, vel culpam, inter depoſitos illum non numeramus neque damnamus; quia valde cavendum eſt ne ſine cauſa innocens damnetur: & ſicut illum in priſtino honore manſurum, ſi ei damnationis crimina non comprobantur, ſancta Romana retinet eccleſia; ſic vos, qui in[illegible]ute, & contra paternas traditiones promoti

* Non ſic in [illegible], ſed ſicut tunc erat quando hæc ſcribebat commemorat.

A eſtis, in patriarchatus ordine non recipit, & neque ante juſtam damnationem Ignatii patriarchæ in ordine ſacerdotali vobis manere conſentit. Quod non ideo veſtra arbitretur dilectio contra vos invidiæ cauſa, aut exoſos vos habendo, id agere, atque incongrue contra veſtram ordinationem exardeſcere: ſed ducti zelo paternæ traditionis volentes ſanctam Conſtantinopolitanam eccleſiam, quæ pro ſui ſtabilitate atque firmitate cenſura ſanctorum patrum ad hanc ſanctam Romanam eccleſiam ſolito more percurrit, ſine macula, ſine reprehenſione, aut aliqua tranſgreſſione illæſam conſiſtere, & ea quæ eccleſiaſticis regulis obviant reſecare: & ( maxime hoc quod omni auctoritate canonica revincitur, & tali conſecra- B tione contrahitur, quod jam per longam conſuetudinem quaſi regulariter actum defenditis ) omnimodis amputare. A qua, quia vos ſicut nos diligimus, per increpationem paterni affectus providentiam veſtram procul dubio volumus revocare, imitantes apoſtolum dicentem: *Filium quem diligit pater, flagellando caſtigat & corripit.* (Hebr. 12.)

De conſuetudinibus quidem, quas nobis opponere viſi eſtis, ſcribentes per diverſas eccleſias, diverſas eſſe conſuetudines, ſi illis canonica non obſiſtit auctoritas, pro qua eis obviare debeamus, nil judicamus, vel eis reſiſtimus: tamen cavere volumus, ne hæc veſtra conſuetudo, quæ omnium ſanctorum patrum promulgatione convincitur, ut ex laico non ſubito ordinetur C epiſcopus, vires accipiat; aut in veſtra eccleſia magis pullulet, operam dare minime ceſſamus. Quam etiam noſtra apoſtolica tantum abigit cenſura, quantum hanc temere recognoſcit præſumptam. De miſſis ſiquidem noſtris, quos petitos in ſervitio beati Petri principis apoſtolorum pro utilitate ſanctæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ contra depoſitores imaginum, vel alias neceſſitates ingruentes, nec non & pro cauſa ſolummodo depoſitionis ſæpefati viri Ignatii inquirenda, illas in partes direximus, ſilendum non eſt: qui cum eis, ſicut dicunt, per centum dierum ſpatia omnium, niſi ſuorum loquendi facultas fuiſſet denegata, ut apoſtolicæ ſedis miſſi non digne ſuſcepti ſunt, atque, ut decuerat, retenti. Quod D non pro alia geſtum putamus re, niſi ut inquirendi locum de depoſitione præfati viri non invenirent: quia ſicut in apoſtolica noſtra inſertum fuit epiſtola, quæ neſcimus cujus illuſione ( ſicut in ſynodo a vobis miſſa reperimus ) fraudata extitit, non illius promotionem, aut ingreſſionem, ſed tantummodo depoſitionis exitum per noſtros audire, vel cognoſcere, ſicut nunc volumus, miſſos volebamus: quibus ſecundum horum relationem longa exilia, & diuturnas pediculorum comeſtiones, ſi in tali intentione perſiſterent, quibuſdam nuntiantibus, quod illis a nobis injunctum fuit clam vobis cum ſequacibus veſtris reſiſtentibus perficere minime potuerunt, aut depoſitionem dicti Ignatii utrum juſta an injuſta E fuerit, invenire valuerunt. Qua cognita ſecundum ſui modum canonica atque apoſtolica in eo cenſura extenderetur. Data menſe Martio, die decima octava, indictione decima. (An. Chr. 861.)

ACTIO IV. CONC. VIII. GENER.

Cumque adhuc epiſtola legeretur, & de Ambroſii & Nectarii receptione ratio redderetur, reſpondit Theophilus dudum epiſcopus: Ego hæc & a Romanis audivi, Romæ attamen dominum Photium receperunt. Theodorus Deo amabilis metropolita Cariæ dixit: Quomodo dicis quia receptus eſt a papa, cum ſcribat eum mœchum? Et Theophilus: Et tu quomodo illum recepiſti? Theodorus Deo amabilis metropolita Cariæ dixit;

ANNO CHRISTI 869.

xit: Uſque ad heſternum diem tecum ſapiebam; ſed quoniam ſanctiſſimus Nicolaus fiduciali voce promulgat, quia neque Ignatium rejecimus, neque Photium recepimus, ideo adhæſi revendiſſimo patriarchæ Ignatio. Theophilus dudum epiſcopus dixit: Ex hoc diſcite qualis ſit Nicolaus? Et Theodorus: Quomodo habes oſtendere quod ſuſceperit vos ſanctiſſimus papa Nicolaus? Et Theophilus: Dixi tibi, quia hodie det mihi verbum impunitatis imperator, ut quos attulero teſtes nil patiantur, & oſtendo. Sanctiſſimi loci ſervatores ſenioris Romæ dixerunt: In hoc poteſt tota ſynodus noſſe, quia per nullam occaſionem rationabilem demonſtrare Photius valet, quod receptus aliquando fuerit a Romana ſede, ſed ſemper inter laicos eum computabat, & mœchum B & invaſorem hunc appellabat: & quoniam non audivit verbum apoſtolici Romanæ eccleſiæ præſulis, obligatus & repulſus ac reprobatus eſt, ſicuti continetur in epiſtolis quas audiſtis. Magnificentiſſimi &glorioſiſſimi principes ad orientis vicarios dixerunt: Habemus nos quod dicamus etiam ad vos: interrogamus etiam ſanctitatem veſtram: Utique audiſtis ſententiam Romanorum eccleſiæ, quomodo habet Antiochienſium eccleſia de prædicto Photio? ſuſcepiſtis eum? miſiſtis ad eum literas receptionis? Et reſpondens Thomas Deo amabilis metropolita Tyri, & locum retinens ſedis Antiochiæ dixit: Non ſuſcepimus aliquando Photium in Antiochienſium eccleſia, neque miſimus ei literam receptionis, neque ab il- C lo recepimus. Helias ſanctiſſimus ſyncellus & locum retinens Theodoſii ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymorum dixit: Si quidem credulus eſt tam apud Photium, quam apud communicatores ejus piiſſimus & a Deo coronatus noſter imperator, ipſe certificabit per proprios & apocriſiarios, Iſaiam ſcilicet & Spyridonem Cyprios cum literis ſuis, quas ad patriarcham noſtrum miſit, quia de manu Theodoſii ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymorum extorſit me, cum eſſem ſyncellus apoſtolici throni ſancti Jacobi Hieroſolymorum. Dico igitur, ac ſi coram Deo & electis angelis ejus, quia nequaquam recepimus Photium in epiſcopatu, neque literas ab eo ſuſcepimus, neque ad eum traſmiſimus. Si vero incre- D dulus eſt apud eos Dei cultor imperator noſter, quod viſum fuerit piiſſimo & juſtiſſimo imperio ejus, in eos faciat. Nos enim, quod novimus certiſſime, hoc & teſtamur. Metrophanes Deo amabilis metropolita Smyrnæ dixit: Divinam ſcripturam ſcimus liquido dicentem: *Omnia manifeſta iis qui intelligunt, & recta iis qui inveniunt ſcientiam.* Et nos itaque intelligentes & ſcientiam habentes divinarum & humanarum rerum per Chriſti gratiam, intelleximus & cognovimus ex iis quæ hodie geſta ſunt, quia nunquam aliquando admiſſus eſt Photius in ſancta Romana eccleſia, ut epiſcopus, neque in aliis patriarchalibus thronis, ſed abjectus erat, & reprobatus, atque damnatus ab initio uſque in finem: & di- E xit ad reliquos epiſcopos: Quid ergo dicitis fratres & vos? Theodorus metropolita Cariæ dixit: Gratias ago Deo, quia per ſacram hanc & univerſalem ſynodum ſolutus ſum a cogitationibus illis, quæ inquietabant per ſingulos dies animam meam, utrum receptus Photius in patriarchiis fuerit, necne fuerit? Per apocriſiarios enim ejus, qui primum de his mihi ſatisfaciebant, & per literas quas miſit, & quas recepit, ſatisfactus ſum, quod non fuerit Photius apud ea receptus unquam in epiſcopatus dignitatem. Ideo confiteor delictum meum, quod errabundus eum ſe-

Proverb. 8.

A cutus ſim, & nunc huic ſanctæ connumerari ſynodo merui. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Habetis quid hodie aliud dicere: ſi jubeatis, interrogemus vos. Mos eſt in Romana eccleſia ab omni homine hoſpite libellum fidei exigendi, & ita permitti hunc in ſanctum Petrum intrare: fecerunt iſti ſecundum hanc formam, an non? Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Ita, fecerunt. Zacharias & Theophilus dudum epiſcopi dixerunt: Unum, an duos fecimus? Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Duos * libellos feciſtis. Zacharias & Theophilus dudum epiſcopi dixerunt: Ergo non erant ibi. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes interrogaverunt ſanctos vicarios, quid cir- B cumferebat libellus? Sanctiſſimi vicarii Romæ dixerunt: Ut ſecundum catholicam eccleſiam teneant & defendant veritatem, & per omnia ſequantur judicium ſanctæ Romanæ eccleſiæ. Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Ita confeſſi ſunt & heri in ſecretariis, ut per omnia conſentiat Romanorum eccleſiæ. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Interrogate ergo prævaricatores ipſos, utrum faciant Romanum libellum, necne. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt ad Zachariam & Theophilum dudum epiſcopos: Facitis libellum, an non? Zacharias & Theophilus dudum epiſcopi dixerunt: Nec audire illum volumus. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Emitti- C te illos foras. Et poſtquam exierunt, Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Cauſam Zachariæ non quæſivimus: heri enim confeſſus eſt, quia obligatus eſt a Benedicto papa, ut non haberet poteſtatem pontificium peragere, donec veniret, & deſcenderet iterum cum iis qui ſe abſciderant a ſanctiſſimo patriarcha Ignatio, & ſumerent judicium, & hoc non cuſtodivit, neque deſcendit illuc. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Partem habet cum iis qui non concordant cum eccleſia, & comparticeps eorum eſt qui fecerunt contra eccleſiam Conſtantinopoleos, & contra ſanctiſſimum patriarcham Ignatium. Sed quoniam hora tarda eſt, non poſſumus hodie hoc requirere: in alia vero D examinatione id faciemus. Deinde ſtans in medio Stephanus Deo amabilis diaconus & notarius laudem dixit ita. Multos annos imperatorum Baſilii & Conſtantini: Magnorum imperatorum & dictatorum multos annos: Orthodoxorum imperatorum multos annos: Pacificorum imperatorum multos annos: Depoſitorum injuſtitiæ multos annos: Hoſtium mendacii multos annos: Amatorum & fautorum veritatis & juſtitiæ multos annos: Eudoxiæ piiſſimæ Auguſtæ multos annos: Nicolai beatiſsimi papæ Romæ æterna memoria: Hadriani orthodoxi papæ Romani multos annos: Ignatii orthodoxi patriarchæ Conſtantinopoleos multos annos: Orthodoxorum patriarcharum orientis multos annos: Orthodoxi ſena- E tus multos annos: Sanctæ ac univerſalis ſynodi æterna memoria.

ACTIO IV. CON. VIII. GENER.

* Et revera duos libellos fecerunt, unum ſcilicet fidei, antequam urbem ingrederentur, & alterum pro ſequendis decretis apoſtolicæ ſedis, antequam in communionem reciperentur.

## ACTIO QUINTA.

ACTIO V. CON VIII. GENER.

IN nomine domini & dominatoris omnium Jeſu Chriſti veri Dei noſtri & Salvatoris. Conſulatus a Deo redimitorum & tranquilliſsimorum dominorum noſtrorum, Baſilii quidem anno tertio, Conſtantini vero filii ejus anno ſecundo, perpetuorum Auguſtorum, indictione tertia, XIII. Kalendas Novembris: propoſitis pretioſis ac vivificis lignis, & intemeratis ac ſanctis evangeliis; con-

convenienteautem ſancta & univerſali ſynodo, A Donato Deo amiciſsimo epiſcopo Oſtienſi, & Stephano Deo amiciſsimo epiſcopo Nepeſino, & Marino venerabiliſsimo diacono ſanctæ Romanæ eccleſiæ, locum retinentibus Hadriani ſanctiſsimi papæ Romani, & Ignatio ſanctiſsimo patriarcha Conſtantinopoleos, & Thoma ſanctiſsimo metropolita Tyri, locum retinente ſedis Antiochiæ, & Helia Deo colendiſsimo presbytero & ſyncello, locum retinente ſedis Hieroſolymorum: præſente quoque ſacro ſenatu, dicimus autem, Theodoro magnificentiſsimo patricio & præpoſito magiſtro Bahane magnificentiſsimo patricio & præpoſito, Leone magnificentiſsimo patricio proconſule, ac Leone magnificentiſsimo patricio & domeſtico excubitorum, Joanne magnificentiſsimo patricio & B logotheta okeos dromi, Petronate magnificentiſſimo patricio, Manuele magnificentiſſimo patricio, altero Manuele magnificentiſſimo patricio, Oreſte magnificentiſſimo protoſpathario & domeſtico icanatorum: inſuper etiam conſidentibus & Deo amiciſſimis metropolitis, videlicet * Baſilio Deo amiciſſimo archiepiſcopo Epheſi, Barnaba Deo amiciſſimo metropolita Cyzici, Nicephoro Deo amiciſsimo metropolita Amaſiæ, Niceta Deo amiciſsimo metropolita Athenarum, Theodoro Deo amiciſsimo metropolita Cariæ, Metrophano Deo amiciſsimo metropolita Smyrnæ, Michaele Deo amiciſsimo metropolita Rhodi, Photio Deo amiciſsimo archiepiſcopo Nacoliæ, Euthymio Deo amiciſsimo archiepiſcopo Catanæ, C Stephano Deo amiciſsimo archiepiſcopo Cypſallorum, Athanaſio Deo amiciſsimo epiſcopo Magneſiæ, Theodoro Deo amiciſsimo Epiſcopo Sinopæ, Euſtathio Deo amiciſsimo epiſcopo Æmoniæ, Theodoro Deo amiciſsimo epiſcopo Lacedæmoniæ, Nicephoro Deo amiciſsimo epiſcopo Zacynthi, Euthymio Deo amiciſsimo epiſcopo Moſynorum, Baſilio Deo amiciſsimo epiſcopo Pyrgii, Georgio Deo amiciſsimo epiſcopo Helii, Petro Deo amiciſsimo epiſcopo Troadis, Leone Deo amiciſsimo epiſcopo Daphnuſiæ, Niceta Deo amiciſsimo epiſcopo Photiæ.

* Nota quod per ſingulas actiones paulatim multiplicetur numerus epiſcoporum, quoniam cum in principio ſynodi non omnes ſint in urbe reperti, tunc ſolum recipiebantur in ſynodi conventu, cum ſinguli a ſuis eccleſiis Romanum libellum manu propria ſcripſiſſe pateſceret.

His ita convenientibus, ſtans in medio Paulus Deo amiciſsimus chartophylax, dixit: Secundum D præcedentem actionem, ut juſsit ſanctitas veſtra, præſens eſt hic iterum Zacharias ſolus, ſed & Chriſtianiſsimus imperator noſter miſit ad ſynodum Photium. Donatus Deo amiciſsimus epiſcopus Oſtiæ, & Stephanus Deo amiciſsimus Nepæ, ac Marinus reverendiſsimus diaconus ſanctæ Romanorum eccleſiæ, locum retinentes Hadriani ſanctiſsimi papæ Romani, dixerunt: Deſiderat venire in conſpectum noſtrum, & ſanctæ ſynodi Photius? Paulus Deo amiciſsimus chartophylax dixit: Neſcimus utrum deſideret, an non; ſed, ſi jubetis, diſcamus. Sanctiſsimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Interrogetur, ſi deſideret venire in ſanctam & univerſalem ſynodum hanc. Paulus Deo amiciſſimus chartophylax dixit: Quem jubet ſanctitas veſtra ire & interro- E gare eum? Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Laici vadant. Et miſit ſenatus ad Photium Siſinnium gloriſiſſimum protoſpatharium, Eutychianum primum mandatorum excubitorum, Georgium primum mandatorum icanatorum, Leonem mundanum hominem vicariorum ſenioris Romæ, Cyriacum & Joſeph mundanos homines vicariorum orientis; & præceperunt eis ita dicere: Sancta & univerſalis ſynodus denuntiat tibi: Vis venire in ſanctam ſynodum, an non? ſi dixerit quia nolo, interrogate eum quare? Euntibus ergo qui miſſi fuerant, & facientibus quemadmodum fuerant imperati, reſpondit Photius ad eos: Me in ſynodo nunquam aliquando advocaſtis, & modo miror quia hoc feciſtis, & advocaſtis me. Verumtamen ſponte non venio, nunquam enim interrogantes me de ſynodo hac quam dicitis, quomodo in eam me trahitis? *Dixi: Cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in via mea. Poſui ori meo cuſtodiam:* & reliquum vos legite. Pſal. 38. Cumque reverſi fuiſſent præfati viri, juſſus eſt Gregorius devotus notarius divinorum ſecretariorum, & aſcendens legit Photii voces in audientiam omnium. Et poſt lectionem ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Quid dicit ad hæc ſancta ſynodus? Non nos convocamus eum, ut diſcamus aliquid ab eo, ſed ut laborem, quem B habuit ſancta Romana eccleſia, ſimul & * orientales eccleſiæ propter eum, nunc terminemus, eodem ipſo præſente. Deo amiciſſimi epiſcopi dixerunt: Veniat. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Et placet vobis? Deo amiciſſimi epiſcopi dixerunt: Placet. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Veniat. Dictata vero ſunt ad Photium a ſancta ſynodo per Heliam ſyncellum hæc: Quoniam concluſione tacita peccatores hanc a Deo electam pronuntiaſti ſynodum, non ſolum ſanctiſſimorum thronorum vicarios, & ſummos ſacerdotes, verum etiam & honorabilem ſenatum ſanctorum patrum noſtrorum, habentem extra tempus, & non apte propheticum dictum inducens, juſtum eſt ad hæc dicere, quia opera C tenebrarum habens in temetipſo formidaſti ſanctam & univerſalem ſynodum, quæ in lumine veritatis eſt congregata, ne manifeſtareris divulgatus per eam, quemadmodum ſanctum perhibet evangelium; quia, *Omnis, qui prava agit, odit lucem, & non venit in lucem, ut non arguantur opera ejus.* Joan. 3. Sed ſcriptum eſt: *In camo & freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te.* Pſal. 31. De cetero ergo ſynodica auctoritas imperiali conſenſu opportune ac apte illud terminabit propheticum. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt ad ſanctam ſynodum: Placet vobis? Sancta ſynodus dixit: Placet. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Veniat. Euntibus illis qui miſſi ſunt, eique prædicta acclamatione le- D cta, Photius ait: Quemadmodum uſque modo etiam invitos nos traxiſtis? hoc ſi vultis adhuc facere, non debuiſtis nos ad conveniendum interrogare? ſed etiam placuit vobis ab initio imperative ac poteſtative perficere. Itaque etiam hac voce in ſynodo lecta, iterum ſancta & univerſalis ſynodus acclamavit ad Photium ita: Eccleſiaſticum ordinem ſequentes ultroneam præſentiam tuam per primum ſermonem expectavimus; ſed cum vere peccator ſis & manifeſtus, injuſtius in concilium juſtum ſponte ingredi recuſaſti, ne acciperes evidentiorem damnationem: ejus rei gratia & nolentem te per ſecundum ſermonem, ut præfati ſumus, adducimus. Lecta præterea Photio & hac allocutione, introductus eſt Photius, E & ſtetit in medio. Et dicunt ad magnificentiſſimos principes ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ: Quis eſt ille qui in noviſſimo loco ſanctæ hujus ſynodi adſtat? Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Photius. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Ille eſt Photius propter quem ſancta Romana eccleſia per ſeptem annos & amplius ſuſtinuit labores multos? qui etiam ſanctam Conſtantinopolitanam eccleſiam funditus ſubvertit, & non modo has eccleſias conturbavit, verum etiam & orientalium ſanctas eccleſias, quæ ab ipſo uſque in præſens labores perpetiuntur? Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi prin-

* Cauſa honoris dicunt; nam ante hanc ſynodum alii orientales ſedes in omni controverſia laboris aſſumpſiſſe videntur: ſola namque prima ſedes tam per ſe quam per ſcripta & miſſos ſuos in eum laboraſſe deprehenditur.

ANNO CHRISTI 869.

principes dixerunt: Iſte eſt. Sanctiſsimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Recipit conſtituta ſanctorum patrum? Magnificentiſsimi & glorioſiſsimi principes dixerunt: Interrogetur. Et hortatus a principibus Georgius glorioſiſsimus cuſtos palatii, & Papias oſtiarius, interrogavit Photium: Suſcipis conſtituta ſanctorum patrum? Et non reſpondit. Sanctiſsimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Recipis conſtituta ſanctorum pontificum Romanorum? Recipis expoſitionem quam fecit beatiſsimus Nicolaus ſanctiſsimus papa Romanorum? Et non reſpondit. Recipis, quæ denuo fecit ſanctiſsimus Hadrianus ſucceſſor ejus Romanorum ſedis papa? dicat, dicat. Photius vero nihil reſpondebat. Sanctiſsimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Audivimūs quia homo eſt * rationabilis, & ſcimus quia eſt prævaricator & adulter: dicat, dicat. Photius dixit: Vocem meam, etiam me tacente, Deus audit. Sanctiſsimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Per ſilentium non effugies manifeſtiorem damnationem. Photius dixit: Nec Jeſus tacendo evaſit damnationem. Sanctiſsimi vicarii apoſtolicarum ſedium dixerunt: Non dignum eſt nos reſponſum tibi reddere de hujuſmodi locutione, quoniam iis quæ domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt aſsimilaſti quæ tua ſunt. Nulla autem communicatio lucis ad tenebras, neque participatio juſtitiæ ad iniquitatem, nec conventio Chriſti ad Belial, neque conſenſus templo Dei cum idolis. De his autem unde interrogatus es a fratribus & comminiſtris noſtris ſanctiſsimis vicariis ſenioris Romæ? Reſponde utrum ſuſcipias judicia ſanctorum pontificum Romanorum, an non. Et non reſpondit Photius. Sanctiſsimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Inclinet cervicem ſuam, verbo & ſcripto enuntiet peccatum ſuum, anathematizet quæ injurioſe ſcripta & acta ſunt, quæ contra ſanctiſsimum patriarcham Ignatium bis abrupte geſsit, profiteatur ſe nullam contra eum machinationem aut commotionem deinceps acturum, ſed hunc ſicuti verum pontificem ſuum magno pudore ſuſcepturum, & apoſtolicæ cathedræ judicia, tam de ſe, quam de Ignatio patriarcha promulgata, honorabiliter amplectatur. Et Photio tacente, ſanctiſsimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Ecce homo qui obturavit aures ſuas, ſicut aſpidis ſurdæ, & non audit vocem, quam ei ſancta ſynodus objicit, ſed vult per ſilentium hanc effugere condemnationem, quam ſancta Romana eccleſia ante multos annos promulgavit adverſus eum. Verum legantur epiſtolæ quæ de eo miſſæ ſunt a ſancta Romana eccleſia. Placet ergo omnibus, ut legantur? Sancta ſynodus dixit: Placet. Et accipiens Stephanus Deo amiciſsimus diaconus ſanctæ Conſtantinopolitanorum eccleſiæ & notarius, legit epiſtolam quæ ad Michaelem imperatorem traſmiſſa eſt per Rhadoaldum & Zachariam.

* Id eſt eloquens.

Pſal. 57.

Epiſtola hæc quæ hic lecta eſt, eſt in quarta actione.

Et poſt completionem primæ epiſtolæ, ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Ad hæc quid dicit ſancta ſynodus? eſt canonica expoſitione plena epiſtola hæc, an non? Sancta & univerſalis ſynodus dixit: Canonicam legem complet, & ſynodicam præceptionem & legislationem. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Legatu & alia epiſtola quæ ad ipſum Photium miſſa eſt. Deo amabiles metropolitæ dixerunt: Legatur. Et accipiens prædictus Stephanus, legit.

Et hæc itidem epiſtola perlecta eſt in quarta actione.

Et poſt completionem epiſtolæ ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Propter quod obturavit aures ſuas, & non reſpondit ad ea quæ leguntur? Sanctiſſimi metropolitæ dixerunt ad Photium: Quamobrem non reſpondes ad hæc? Et non reſpondit. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Legatur & epiſtola quæ per Leonem a ſecretis miſſa eſt. Et accipiens Stephanus Deo amiciſſimus diaconus ſanctæ Conſtantinopolitanorum eccleſiæ ac notarius epiſtolam quæ miſſa fuerat ad Michaelem imperatorem, legit.

ACTIO V. CONC. VIII. GENER.

Et hæc ſimiliter præſcripta eſt in quarta actione.

Et poſt completionem ejuſdem epiſtolæ, iterum ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Sequens & altera, quæ ad Photium eſt, legatur. Et accipiens idem Stephanus, legit.

*Nicolaus epiſcopus ſervus ſervorum Dei Photio Conſtantinopoleos.*

OMnis utilitas & profectus animarum catholica fide munitur, & dilectione evangelii tuetur, quæ omnes intra ſe concluſos ſalvat, extra ſe poſitos ſuos non exiſtimat. Unde * directionis veſtræ ſumptis apicibus lætificati ſumus, quia vos catholicum in eis cognovimus. Nam ibi prudentiæ veſtræ utilitatem intelleximus, ideoque multas gratias Deo omnipotenti retulimus, quia veſtrum ſcire de catholico fonte manare experti ſumus: ſed rectum vos ordinem minime continuiſſe doluimus, eo quod non per gradus eccleſiæ ductus ad tantum honorem de laicali habitu vos proſiliſtis; cum oporteret veſtram providentiam ita canonice vixiſſe in clericali ordine, ut nihil extra canonica inſtituta agentes, tempore congruo atque aſſenſu legitimo conſtituereris eccleſiæ paſtor. Vos itaque hoc prætermittentes, contra ſtatuta patrum egiſſe manifeſtum exiſtit. Nam Sardicenſe concilium per omnia tantæ temeritatis præſumptionem vetuit, pariter & ſanctorum pontificum Romanæ ſedis Cæleſtini doctoris egregii, Leonis ſanctiſſimi, cujus laus in quarta ſynodo clara exiſtit, ſeu Gelaſii doctrina & meritis æque beatiſſimi, horum videlicet inſtituta hoc prohibuerunt, ut talis ordinatio fieri non præſumeretur. Quapropter veſtræ conſecrationi conſentire modo non poſſumus, donec noſtri, qui a nobis Conſtantinopolim ſunt directi, revertantur; qualiter per eos cognoſcamus veſtræ obſervationis actus, eccleſiaſticæ utilitatis conſtantiam, & quo ſtudio circa catholicæ fidei defenſionem voſmet exerceatis; & tunc, ſi dignum fuerit, ut tantæ ſedis præſulem, ceu convenit, honorabimus, & fraterna dilectione amplectemur. Datum menſe Septembrio, die vigeſima quinta, indictione nona. Et poſt completionem epiſtolæ, Thomas & Helias ſanctiſſimi vicarii orientalium ſedium ad magnificentiſſimos principes dixerunt: Volumus aliquid loqui ad ſanctam ſynodum; placet hoc vobis? Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Hoc in veſtra poteſtate eſt. Et aſcendens Helias Deo colendiſſimus presbyter & ſyncellus throni Hieroſolymorum in auditionem omnium affatus eſt ita: In præcedenti die, nobis hic congregatis, amici Chriſti patres & fratres, pauciſſima quædam elocuti ſumus ad reverentiam veſtram: nunc vero & eadem dicimus. Scitis quia in præteritis temporibus imperatores erant qui congregabant * ſynodos, & ex toto terrarum orbe vicarios ad diſpoſitionem hujuſmodi cauſarum colligebant: quorum more & Dei cultor imperator noſter univerſalem hanc ſynodum fecit, non in abſtruſo, neque in clandeſtino, ſed evidenter ac manifeſte fecit, videlicet ſanctiſſimorum vicariorum ſenioris Romæ noſtrorumque collegium. Cum enim multa ſint & alia quæ nos probent veriſſimos eſſe vicarios orientalium ſedium, major tamen ac promptiſſima, evidentiſſima, & paratiſſima ſpecies eſt hæc, qua piiſſimus & Chriſti ami-

* Forte, dilectionis. H

Can. 13.

* Univerſales videlicet, nam locales aut vix aut nunquam imperatores ſynodos collegiſſe noſcuntur

amicus imperator noſter per multam diligentiam A & ſtudium convocavit, & accepit nos ab eccleſiis noſtris, quamquam dena millia eſſent impedimenta prohibitionum. Ipſe ergo teſtificetur, unde & a quo miſſi pervenerimus ad vos, & ſatisfactionem pro nobis idoneam faciat. Nobis autem ſervenientibus, & degentibus hic per duos circiter annos, anticipantibus ſanctiſſimos vicarios ſenioris Romæ, impoſuit ſuper colla noſtra * encolpium ſuum, & dixit: Ecce judicium eccleſiæ exigat Deus a cervicibus veſtris in die judicii, ut nihil faciatis per favorem, neque per gratiam, vel odium. Congruum enim vobis eſt, ad tantam ſenectutem pertingentibus, nil facere ſecundum acceptionem perſonarum, vel præter juſtitiam. Scriptum eſt enim: *Ne miſerearis pauperis in judicio*, B *nec accipias perſonam potentis*. Et nos igitur ab amico Chriſti imperatore ſuſcipientes * judicium, ita diſpoſuimus ex tunc uſque nunc, ut expetit juſtitiæ ratio. Neque enim, quoniam ſanctiſſimus patriarcha Ignatius præſidet in hoc throno, & potens eſt, in tali poſitus principatu; ideo accipiemus faciem ejus: neque, quia vir iſte Photius adſtat, & idcirco pauper eſſe putatur, propterea condemnabimus eum, aut miſerebimur irrationabiliter. Itaque profundum ſilentii ejus aſpicitis, pene nil patientis loqui ad ſanctam ſynodum, eo quod abjiciat utique illam, nullo modoque recipiat, ſicut etiam per propria verba ſignificavit. Ego autem quoniam Dei gratia per omnes ſeptem annos ſyncellus ſum Hieroſolymitanorum ec- C cleſiæ, ſcio plane quia neque literas ſuſcepimus, neque remiſimus penitus ei, ſed & iſte ſanctiſſimus Thomas metropolita Tyri quid locutus fuerit frequenter audiſtis; ſimiliter & nunc affirmans dicit quod ſedes Antiochena neque ſuſceperit literas a Photio, neque remiſerit unquam: & multo ante ſanctæ Romanorum eccleſiæ ſuper ipſo decretum didiciſtis, & agnoviſtis quod beatiſſimus papa Nicolaus promulgavit: & conſequenter ſucceſſor ejus Hadrianus. Hoc autem in præcedentibus noſtris & prædiximus & demonſtravimus, & ob hoc etiam nunc dico coram eo, & in facie ipſius, videntibus oculis ejus, & audientibus auribus ipſius. Eſt condemnatus quippe qui non eſt receptus apud aliquam patriarchalium ſedium, D & male ac injuſte ſtuduit hodie ſilentio, ut hinc videatur per taciturnitatem habere quaſdam rationes: neque enim habet quod opponat ad ſui juſtificationem. Univerſi enim ſcimus, & qualiter vi ac tyrannide thronum Conſtantinopolitanum inſilierit, & quales operatus ſit, obtinens adhuc eumdem thronum, inquietudines atque tyrannides. Nunc ergo conſilium damus ei, & admonemus, quo cognoſcat peccatum ſuum, & ſi quidem pœnitentiam egerit manifeſte ac ſinceriter ſuper injuſtitiis ſuis, & omnibus malis quibus orbem replevit, ſuſcipiatur in Chriſti ſalvatoris noſtri eccleſia, quemadmodum unuſquiſque fidelium, tamquam habens ſpem vitæ perennis, & non ſuſcipiat a Deo certitudinem æternæ ruinæ E atque damnationis per anathema, quod multo ante datum eſt ei.

Et poſt hujuſmodi allocutionem magnificentiſſimus patricius & præpoſitus Bahanes dixit: Et nos hoc commonemus eum & conſiliamur. Deinde accipiens Theodorus devotus a ſecretis, legit quæ a ſanctiſſimis vicariis ſenioris Romæ breviter edita ſunt, habentia ita. Vidiſtis fratres, vidiſtis, & audiſtis, quæ ex multo tempore dicta & geſta ſunt de hujuſmodi cauſa: & apparuit omnibus vobis, quia irreceptibilis erat promotio hujus viri, & depoſitio ſanctiſſimi patriarchæ Ignatii de ſede ſua ſine juſtitia & ſine legibus fuerat A acta. Nos ergo non novum aliquod vel recens judicium judicabimus, aut introducemus, ſed vetus ex multo tempore judicatum quidem a ſanctiſſimo & beatiſſimo papa Nicolao, firmatum autem a ſanctiſſimo papa Hadriano; & non poſſumus transferri vel commoveri a paternis definitionibus & legibus, neque declinare ad dexteram; vel ad ſiniſtram: ſcriptum eſt enim: *Audi fili mi, leges patris tui, & ne repellas jura matris tuæ*. Sed etiam ex fratribus noſtris vicariis orientis audiſtis, quia nunquam aliquando receperunt eum in ſummum ſacerdotem. Quem ergo neque ſedes noſtra apoſtolica, neque ſedes receperunt orientalium, quis de cetero ulterius, Chriſtianus eſſe B volens, ſuſcipiet. Sed talem conatum abjicimus, & anathematizamus, ne ulterius contra eccleſiam talis quælibet alia forte in omne ſæculum maligna introducatur actio, neque temere ac facile a mundana poteſtate ejiciatur legitimus pontifex, & pro eo ſubrogetur alter inique ac illegaliter. Quid ergo? placet vobis ſenſus iſte an non? Et ſi quidem placet, talia ſunt noſtra, & noſtræ ſedis: quod ſi apud vos non fuerint acceptabilia, nos tamen ſuper montem excelſum ſynodi aſcendemus, & exaltabimus in fortitudine vocem noſtram, evangelizantes vobis & conſequentiam, quæ facta eſt, & ore promulgata eſt ſanctorum patrum noſtrorum a gratia Spiritus ſancti. Et poſt lectionem ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixe- C runt? Ad hæc quid dicit ſancta ſynodus? Sunt hæc quæ a nobis per lectionem dicta ſunt & apud vos accepta? Sancta & univerſalis ſynodus exclamavit: Recipimus omnia; valde quippe ſunt diſcreta & congrua, & conſona eccleſiaſticis regulis atque legibus. Donatus Deo amiciſſimus epiſcopus Oſtiæ, & Stephanus Deo amiciſsimus epiſcopus Nepæ, ac Marinus reverendiſsimus diaconus ſanctæ Romanæ eccleſiæ dixerunt: Ergo admonemus eum, uti procidat ſanctæ huic ſynodo, & inclinet cervicem ſuam ſanctiſsimo patriarchæ Ignatio ſuo ad pœnitendum ſuper iis quæ geſsit, & efficiendum membrum ſanctæ eccleſiæ, ac ſe ſociandum Chriſtianorum ſanctæ communioni, * uti mos fidelium laicorum, uti fiat in lucrum D ſuæ ipſius animæ atque ſuorum; licet ſint quidam eum ſequi proponentes. Bahanes famoſiſsimus patricius & præpoſitus dixit: Loquere, domine Photi, quodcumque habes juſtitiæ opus: totus mundus hic eſt, ne claudat viſcera ſua ſancta & univerſalis ſynodus: quo namque vis ex hoc confugere? Romam? Ecce a Roma. In orientem? En ab oriente hic adſunt: vide, ne claudatur janua: ſi iſti clauſerint, nemo eſt qui aperiat. Dic, homo Dei, quam habes juſtificationem? Photius dixit: Meæ juſtificationes non ſunt in hoc mundo: ſi in mundo hoc eſſent, inde videretis. Bahanes laudabiliſsimus patricius & præpoſitus dixit: Nos tenemus quia confuſione & metu depreſſus deſipis, neſciens quid dicas: propter quod E concedit tibi ſancta & univerſalis ſynodus ſpatium ad meditandum ſalutem tuam. Vade, & rurſus jubet tibi venire huc. Photius dixit: Spatium quidem non deprecor; ut autem emittar a vobis, veſtræ poteſtatis eſt. Bahanes laudabiliſsimus patricius & præpoſitus dixit: Bonum eſt tractare tecum, & conſiderare quod expediat, & procidere huic ſanctæ ſynodo. Judicium enim non accipiens perſonam, ac divinitus inſpiratum, & ſancta univerſalis ſynodus non ex uno eſt tantum, ſed, ut prædiximus, ex mundi finibus eſt, & ideo monemus ut pœniteaſ, & ſolvatur anathematis ſententia quæ in te prolata eſt. Poſt diſceſſum enim

* Encolpium eſt quod in ſinu portatur, colpos enim Græce, ſinus Latine dicitur: moris enim Græcorum eſt crucem cum pretioſo ligno, vel cum reliquiis ſanctorum, ante pectus portare ſuſpenſam, ad collum, & hoc eſt quod vocant encolpium.

Prov. 24.

* Id eſt damnationem imprecantem ſi a recto quid deviaremus.



Prov. 1.

* al. ut mos.

ANNO CHRISTI 869.

enim ſanctorum vicariorum cuncta inutilia & in- A
valida erunt quæ a te dicta & acta conſtiterint.
Scimus quia nihil potes: quod ſi habes aliquam
juſtificationem, loquere: ſine perſonarum acceptio-
ne conſtat eſſe concilium. Photius autem crebro
compulſus, ut rationem daret, manebat nihil
omnino reſpondens. Deinde dixit ſancta & uni-
verſalis ſynodus: Vadat, & perpendat quod ſibi
conveniens ſit. Et exivit Photius.

Deinde ſtans in medio Stephanus Deo amiciſ-
ſimus diaconus ſanctæ Conſtantinopolitanorum ec-
cleſiæ & devotus notarius laudavit ita: Multos
annos imperatorum Baſilii & Conſtantini: Ma-
gnorum principum & imperatorum multos annos:
Orthodoxorum imperatorum multos annos: Paci-
ficorum imperatorum multos annos: Depoſitorum B
injuſtitiæ multos annos: Hoſtium mendacii mul-
tos annos: Amatorum & fautorum veritatis mul-
tos annos: Eudoxiæ piiſſimæ Auguſtæ multos an-
nos: Nicolai beatiſſimi papæ Romani æterna me-
moria: Hadriani orthodoxi papæ Romani multos
annos: Ignatii orthodoxi patriarchæ Conſtantino-
poleos multos annos: Orthodoxorum patriarcha-
rum orientis multos annos: Orthodoxi ſenatus
multos annos: Sanctæ & univerſalis ſynodi æter-
na memoria.

## ACTIO SEXTA.

ACTIO VI. CON. VIII. GENER.

IN nomine domini & dominatoris omnium Je-
ſu Chriſti veri Dei & ſalvatoris noſtri. Im-
perii a Deo coronatorum & tranquilliſſimorum C
dominorum noſtrorum, Baſilii quidem anno ter-
tio, Conſtantini vero filii ejus anno ſecundo,
perpetuorum Auguſtorum, octavo Kalendas Octo-
brias, indictione tertia: propoſitis pretioſis ac vi-
vificis lignis, & intemeratis ſalutis noſtræ evan-
geliis; præſidente eodem piiſſimo & amico Chri-
ſti imperatore, in dextera parte magni nominis
templi magnæ eccleſiæ: conveniente ſancta ac uni-
verſali ſynodo, id eſt Donato Deo amiciſſimo
epiſcopo Oſtienſi, & Stephano Deo amiciſſimo
epiſcopo Nepeſino, & Marino reverendiſſimo dia-
cono ſanctæ Romanorum eccleſiæ, locum obti-
nentibus Hadriani ſanctiſſimi papæ Romani, &
Ignatio ſanctiſſimo patriarcha Conſtantinopoleos,
& Thoma ſanctiſſimo metropolita Tyri, locum D
obtinentes ſedis Antiochiæ, & Helia Deo colen-
diſſimo presbytero & ſyncello, locum obtinente
Hieroſolymorum: præſente autem & ſacro ſenatu,
videlicet Theodoro magnificentiſſimo patricio &
magiſtro, Chriſtophoro magnificentiſſimo patricio
& magiſtro, Leone magnificentiſſimo proconſule
ac patricio, Hemerio magnificentiſſimo procon-
ſule ac patricio, Stephano magnificentiſſimo pa-
tricio & ſacellario, Leone magnificentiſſimo pro-
conſule ac patricio, Marino magnificentiſſimo pro-
conſule, patricio & protoſcriniario, Theophilo
magnificentiſſimo proconſule & patricio, Taraſio
magnificentiſſimo proconſule ac patricio, Paulo
magnificentiſſimo patricio & * eparcho, Barbatio
magnificentiſſimo patricio, Leone magnificentiſſi- E
mo patricio & domeſtico excubitorum, Manuele
magnificentiſſimo patricio, Theophylacto magnifi-
centiſſimo patricio, Petronate magnificentiſſimo
patricio, Manuele magnificentiſſimo patricio: nec
non & conſidentibus Deo amiciſſimis metropoli-
tis, ſcilicet Baſilio Deo amiciſſimo archiepiſcopo
Epheſi, Theophilo Deo amiciſſimo metropolita
Ancyræ, Barnaba Deo amiciſſimo metropolita Cy-
zici, Nicephoro Deo amiciſſimo metropolita Nicææ,
Nicephoro Deo amiciſſimo metropolita Amaſiæ,
Niceta Deo amiciſsimo metropolita Athenarum,
Theodoro Deo amiciſsimo metropolita Cariæ,

* id eſt præfecto.



A Metrophane Deo amiciſsimo metropolita Smyr-
næ, Baſilio Deo amiciſsimo metropolita Gangrea-
ſium, Cypriano Deo amiciſsimo metropolita Clau-
diopoleos, Hilarione Deo amiciſsimo metropoli-
ta Corinthi, Nicolao Deo amiciſsimo metropoli-
ta Synnadorum, Michaele Deo amiciſsimo me-
tropolita Rhodi, Euthymio Deo amiciſsimo me-
tropolita Catanæ, Photio Deo amiciſsimo archie-
piſcopo Nacoliæ, Stephano Deo amiciſsimo ar-
chiepiſcopo Cypſallorum, Baſilio Deo amiciſsi-
mo archiepiſcopo Miſthiæ, Theophane Deo ami-
ciſsimo archiepiſcopo Selges, Paulo Deo amiciſ-
ſimo archiepiſcopo Apamiæ, Joanne Deo amiciſ-
ſimo epiſcopo Cii, Athanaſio Deo amiciſsimo
epiſcopo Anhelii Magneſiæ, Theodoro Deo ami-
B ciſsimo epiſcopo Sinopæ, Euſtachio Deo amiciſ-
ſimo epiſcopo Æmoniæ, Theodoro Deo amiciſ-
ſimo epiſcopo Lacedæmoniæ, Nicephoro Deo ami-
ciſsimo epiſcopo Zacynthi, Euthymio Deo ami-
ciſſimo epiſcopo Moſynorum, Baſilio Deo ami-
ciſſimo epiſcopo Pyrgii, Georgio Deo amiciſſimo
epiſcopo * Helii, Petro Deo amiciſſimo epiſcopo
Troadis, Leone Deo amiciſſimo epiſcopo Daph-
nuſiæ, Niceta Deo amiciſſimo epiſcopo Photiæ,
Baſilio Deo amiciſſimo epiſcopo Cratiæ, Damia-
no Deo amiciſſimo epiſcopo Miletopoleos, Theo-
phane Deo amiciſſimo epiſcopo Trallæ, Leontio
Deo amiciſſimo epiſcopo * Neopoleos, Joſeph
Deo amiciſſimo epiſcopo Palæorum, & Georgio Deo
amiciſſimo epiſcopo Adraniæ: his ita convenienti-
C bus, ſurgens Metrophanes Deo amiciſſimus metro-
polita Smyrnæ, & in medio ſanctæ univerſalis ſyno-
di ſtans, pronuntiavit magna voce in audientiam
omnium ita: Juſtitiæ ſol, qui eſt magnum & ve-
rum ac divinum principaleque lumen, quique ſo-
lus eſt infinitæ potentiæ Dominus & Deus no-
ſter, qui dixit: *Fiant luminaria in firmamento cæ-
li ad illuminationem terræ; fecit duo magna lumi-
naria, luminare quidem majus * in principio diei,
minus autem in principio noctis, & poſuit ea in fir-
mamento cæli, ut præſint diei ac nocti*, & tamquam
quædam magna luminaria, videlicet quinque pa-
triarchialia capita in illuminationem totius terræ,
quo præſint diei ac nocti, & ſeparent inter lu-
men & tenebras, id eſt, inter eos qui agunt ope-
D ra lucis, hoc eſt divinæ juſtitiæ, & inter eos qui
agunt opera tenebrarum, id eſt, injuſtitiæ; ut
quorumdam quidem illuminent magis ac magis
greſſus, qui ſecundum Deum ſunt; quorumdam
vero redarguant, & oſtendant atque divulgent ab-
ſconditos actus tenebrarum, id eſt, injuſtitiæ,
ac filios Dei ac lucis exhibeant atque demon-
ſtrent. Ad tales dicit Chriſtus Deus noſter: *Vos
eſtis lux mundi*: tales nominavit & Paulus magnus
apoſtolus luminaria in mundo, verbum vitæ con-
tinentia. Tales ergo, magna luminaria piiſſime &
Chriſto dilectiſſime, ac divinitus gubernate domi-
ne, quemadmodum in magna domo multas lam-
pades, in civitate tua per multam diligentiam &
ſtudium ac prudentiam collegiſti, & congregaſti,
E & ſplendidiorem temet oſtendiſti, & jucundiorem
converſationem tuam, & Chriſti eccleſiam niti-
diorem exhibuiſti. Immo vero, piiſſime domine,
per temet, hoc eſt præſentiam tuam, quaſi quod-
dam maximum orientis luminare ſanctæ huic &
univerſali ſynodo etiam prædicta, & nunc viſa
luminaria, lucidiora monſtraſti. Verum per alia
divina eloquia compendioſe valde præſentem ſan-
ctam ſynodum figuremus. Hæc enim eſt olim
paradiſus, quem plantavit Deus ad orientem, in
cujus medio eſt lignum vitæ: in quem ingredi-
tur, ex * intelligibili Eden fluvius ad irrigandum
eum, ſicut ſcriptum eſt: *Quia fluvius egreditur de*
F *Eden*

ACTIO VI. CONC. VIII. GENER.

* Pro, Ilii, H.

* Pro, Neapoleos. H.

Gen. 1.

* hoc eſt in principatum

Matth. 5.

Philip. 2.

* Id eſt ſpirituali Eden.

Gen. 2.

ANNO CHRISTI 869.

*Eden irrigans paradiſum*. Liquet autem nunc nobis talis fluvius, divinus videlicet ac principalis, & ſanctiſſimus Spiritus, de quo dicit divinum & principale Verbum Chriſtus ſalvator noſter: *Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hæc autem dicebat de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum*, ſicut dixit ſanctus Joannes evangeliſta. Hic eſt enim Spiritus, de quo dixit propheta David: *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei*, videlicet ſanctam eccleſiam. Iſte fluvius ſegregat impetus ſuos nunc in quatuor initia, in ſanctiſſimos ſcilicet vicarios ſenioris Romæ, & in Conſtantinopolitanum imitatorem Dei patriarcham Ignatium, atque in eos, qui ex ambabus ſedibus orientis advenerunt, ſanctiſſimos vicarios. Hæc itaque ſancta & univerſalis ſynodus arca ſalutis eſt, ad quam confugiunt & introibunt omnes qui præordinati ſunt in vitam æternam. Et tu es, amice Chriſti domine, Noe, juſtus inventus in conſpectu Dei in generatione tua; quia talem arcam fabricaſti, benedixitque tibi Deus, & proli ventris tui, & timor tuus & tremor tuus erit ſecundum veterem Noe ſuper omnes beſtias agri, & ſuper omnia volatilia cæli, hoc eſt ſuper omnia quæ bella amant, & infidelia, quæ ſcilicet ſub univerſo cælo conſiſtunt. Hæc ſancta & univerſalis ſynodus eſt benignus & bonus puteus, quem fodiſti tu, Deo amantiſſime, Abraham ſervus & amicus Dei excelſi: cui & invident quidem Philiſtiim, non autem penitus obruent; ſed ſuperabuntur operibus & ſtudiis tuis, quemadmodum illi olim amici & beatiſſimi patriarchæ Abrahæ & ſub operibus & ſtudiis. Propter quod etiam ſicut ad illum, ita & ad te Deo amiciſſimum imperatorem noſtrum dicit omnium conſultor & princeps, per vocem ſanctiſſimi patris tui, & ſummi paſtoris noſtri, ac Deo amiciſſimorum vicariorum: Niſi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenam quæ eſt in litore maris, & hæreditate poſſidebit ſemen tuum & populus tuus civitates adverſariorum: ipſe enim eſt Deus noſter, qui benedicit benedicentes ſe, qui ſolus eſt benedictus per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

Joan 7.

Pſal. 45.

Gen 22

Et poſt pronuntiationem hanc, per juſſionem amici Chriſti imperatoris noſtri, legit devotus a ſecretis Leo epanagnoſticum ſanctiſſimorum Romanorum vicariorum, cujus initium eſt hoc:

Epanagnoſticum vicariorum Romæ.

Credimus nequaquam latere ſanctam & magnam hanc ſynodum, qualiter hic piiſſimus & Chriſtianiſſimus & a Deo protectus imperator initio imperii ſui, cui monarchiam ſuam magis præſtitit imperator conſeſtim de ſtatu ac recuperatione ſanctæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, quæ diutius poſſeſſa erat ab invaſore ac tyranno Photio, cogitare cœperit, quomodo ex eadem illum pelleret eccleſia: ſed & divinitus inſpiratus, & ſanctorum & patrum præcepta in omnibus adimplere deſiderans, projecit de eccleſia Dei jam dictum adulterum Photium, & reſtituit ei ſanctum virum ſenem & bonum cultorem Ignatium beatiſſimum patriarcham. Poſt hæc nil moratus, prædeceſſorum ſuorum Chriſtianiſſimorum imperatorum ſecutus exempla, tranſmiſit legatos ſuos nobiliſsimos viros Romam, Joannem ſcilicet honorabiliſsimum metropolitam Sylæi, ac Baſilium fideliſsimum ſpatharium ſuum, depoſcens ſanctam Romanam eccleſiam ſacris etiam literis ſuis: qui venientes invenerunt in ea præſulatum gerentem ſanctiſsimum & honorabiliſsimum Hadrianum, a Deo deſtinatum pontificem ſummum, dantes ei literas ipſius magni imperatoris, & exponentes per ordinem etiam verbis, quanta turbatio & vexa-

ACTIO VI. CONC. VIII. GENER.

A tio apud hanc Deo conſervandam provinciam a Photio tyranno ac invaſore peractæ ſunt. Tunc beatiſsimus Hadrianus papa Romanus, hoc comperto, advocans quoſdam epiſcopos occidentalium partium, collegit ſynodum in eccleſia ſancti apoſtoli Petri, non ad deſtructionem judicii, ac decretorum, quæ deceſſor ejus beatæ memoriæ papa Nicolaus de jam dicti Photii invaſoris expulſione, ac de ſanctiſsimi Ignatii patriarchæ peregit reſtitutione; ſed ad roborandum atque firmandum cuncta deceſſoris ſui mandata: qua pro cauſa nos famulos ſuos, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ miſit huc cum epiſtolis ſuis ad piiſsimum & Chriſtianiſſimum imperatorem, & ad ſanctiſſimum virum Ignatium patriarcham hujus ſanctæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, ſignificans in eiſdem epiſtolis, quatenus locum & vicem ejus tenere ac defendere in hac ſancta ſynodo debeamus: qui etiam, duce Deo, ſalvi & ſani in hanc pervenimus regiam provinciam. Etiam patefecimus in præcendentibus actionibus, quid definitum ſit de Photio, & de eccleſia Conſtantinopolitana a ſanctiſſimis & laudabiliſsimis viris Nicolao beatæ recordationis papa Romano, & ab Hadriano divina gratia ſucceſſore ipſius; & credimus quia ſuperfluum eſt frequenter eadem dicere vel repetere. Idcirco petimus a piiſsimo & Chriſtianiſsimo imperatore, ut expoſitio illa quæ delata eſt ſub prævaricatoribus ac protectoribus calumniarum, ne amplius retardetur. Verumtamen, quemadmodum ad Romanam eccleſiam quod nunquam Photius fuerit admiſſus in patriarchali dignitate manifeſtum eſt, ita & ab orientalibus ſedibus per honorabiliſsimos viros litteris & verbis jam edocti ſumus, Photium mœchum & pervaſorem aliquando in patriarchico throno nullatenus fuiſſe receptum. Ecce, ſcientes unitatem ſanctarum Dei eccleſiarum, ut quid propter injuſtitiam & verborum conflictum, ab iniquis & non intelligentibus viris exaudiri expectamus?

Et poſt completionem epanagnoſtici juſſus Theophilus laudabiliſsimus protoſpatharius & præpoſitus ab amico Chriſti, & magno imperatore noſtro, introduxit in ſanctam ſynodum eos qui epiſcopi Photii dicebantur: quibus in medio ſtantibus, confeſtim juſſus Stephanus Deo amiciſsimus diaconus ſanctæ Conſtantinopolitanorum eccleſiæ ac devotus notarius legit epiſtolam, quam miſit ſanctiſsimus papa Nicolaus per Leonem a ſecretis ad Michaelem imperatorem, & quam ad Photium, quæ præſcriptæ ſunt in quarta actione. Et poſt harum lectionem, ſurgens Elias Deo colendiſsimus presbyter & ſyncellus, locum obtinens Theodoſii patriarchæ Hieroſolymorum, dixit: Dei circa nos bonitatis divitias neceſſarium eſt annuntiare & prædicare; non ſolum enim pretioſis muneribus vilitatem noſtram dignam exhibet, ſed & facinorum multifarios compeſcit & reprimit impetus. Prænoſcens enim turbationem quæ inerat huic amicæ Chriſti civitati, quemadmodum in præſentibus videmus negotiis, piiſsimum & Chriſti amicum imperatorem noſtrum ſuſcitavit ad ſtabilitatem & erectionem eccleſiaſticarum rerum: cujus cornu exaltet Deus in ſempiternum, & perficiat in beneplacito ſuo, ſubjiciens ei omnes barbaras nationes. Itaque demorantibus nobis hic, evidenter apparuit, quia Ignatius ſantiſsimus patriarcha paſtoralibus officiis evellere ac recidere injuſtitiam properans, projectus a throno ſuo ad noviſsimum eſt exilium traditus; pro ipſo vero alius quidam Photius, qui apud nos noſcebatur, ſubrogatus eſt in hoc throno. Piiſsimus autem imperator noſter, ut per ſe inſpector & cognitor

cau-

cauſarum exiſtens, & ſciens certiſſime, qualiter facta ſint talia, ſciens etiam prolatum pro ſanctiſſimo Ignatio & contra Photium judicium a ſeniori Roma, eum, qui inique ac ſine lege a proprio throno dejectus eſt, per legitimam & juſtam ſententiam rurſus ad proprium thronum reduxit, & locum ſuum pervaſori Photio ſecundum ordinem impertitus eſt. Quoniam vero cum eſſet juſtus & piiſſimus, volens perfectius ac manifeſtius veritatem confirmari, bene judicavit & ab omnibus patriarchiis vicarios huc colligere. Perfecit Dominus Deus bonum conſilium ejus ad id quod melius & eccleſiaſticæ ordinationi aptius exiſtat, convenientibus videlicet hic ſenioris Romæ ſanctiſſimis vicariis, ac humilitate noſtra. Cuncta namque emergentia perquirentes, didicimus certius, quod, cum eſſet Ignatius ſanctiſſimus patriarcha in exilio, quod pertulit violentius, & iniquius, ac injuſtius, diffamatum fuerit, quia thronum Conſtantinopoleos refutavit: ſed ad hoc nos dicimus (quod & nobis ſancta Romanorum eccleſia multum ante prædicavit) quia non credimus factam fuiſſe refutationem: ſi vero & facta eſt, irreceptibilis eſt apud nos, eo quod tyrannicè facta fuerit, & coacte, atque invite; ſiquidem hoc facile perſpicit. Itaque incertum non eſt: neque enim quis, cum ſit in exiliis, & extremis pœnis, etiam refutans exiſtimabitur ſecundum verum refutandi modum: Nam omnimodis vivere deſperabat, per ſingulos dies mortem præſtolans, & ſuæ ipſius vitæ quotidie pati detrimentum expectans: ſed propitia Dei miſericordia ſalvavit eum, quatenus benignitas Dei manifeſtetur, & cognoſcatur ab omnibus lucidius, quia qui pro veritate, ac propter Dei juſtitiam ſuſtinet tribulationes, non oblivioni tradetur in finem. Igitur, ideo huic ſanctæ ſynodo magna voce denuntians, quia nunquam aliquando depoſitionem ſanctiſſimi patriarchæ Ignatii admiſimus, neque literas a Photio recepimus, neque ad eum tranſmiſimus: neque enim a communione ſanctiſſimi patriarchæ Ignatii aliquando ſciſſi fuimus. Et idcirco, etiamſi veraciter dicant, qui dicunt: Coactam violentiam refutationem non exiſtimamus; ſi vero & ad rationabilem excuſationem ſui hi, qui Photio hærent, dixerint, quod undique metropolitæ ac epiſcopi collecti, Photium ad promotionem pertulerint, & idcirco ſi ille dejectione dignus erat, & illi multo magis; talia dicimus ad eos, quia in ſecunda ſancta & univerſali ſynodo, quæ collecta eſt in hac amica Chriſti urbe ſub Dei cultore Theodoſio magno imperatore, Maximus quidam Cynicus, & omnis ejus manus impoſitio repulſa eſt, qui autem promovit eum ad præſulatum dejectus non eſt a ſorte ſua, Timotheus videlicet Alexandrinorum provinciæ epiſcopus. Non ſolum autem ipſe minime eſt repulſus, ſed nec quiſquam epiſcoporum Timothei, qui pariter inventi, & in Maximi ordinationem & provectionem cooperati ſunt, damnatus eſt, quin potius honores & præmia meruerunt: quoniam Timotheus primus factus eſt prædictæ ſanctæ ſynodi præſidens, utpote Alexandriæ patriarcha, & una cum epiſcopis qui ſecum erant provexit Nectarium Conſtantinopoleos patriarcham. Itaque non damnandi apud nos ſunt epiſcopi qui inventi ſunt, & conſecrationem Photii fecerunt, eo quod maxime coacti ab imperatoria poteſtate ac potentia ad talem impulſi ſunt actionem; maxime * cum in prædicto Timotheo Alexandrino patriarcha juſtiores monſtrentur: nihil enim habebat ille quod ſibi tyrannidem inferret, & impelleret ad Maximi conſecrationem. Verum ille ſolus, qui ante depoſitus & anathematizatus eſt, tam a patriarcha Ignatio, quam ab apoſtolica Romanorum eccleſia, Gregorius Syracuſanus damnatus & depoſitus eſt. Neque enim beatiſſimum & deiſerum patriarcham Ignatium alienum a propria cathedra judicavimus aliquando, vel judicamus, neque Photium unquam in ſummo ſacerdotio recepimus. Sanctus enim Spiritus, qui locutus eſt in ſancta Romanorum eccleſia, credimus, quod & in eccleſiis noſtris locutus extiterit. Hæc enim plurimi eorum, qui Photii factionis erant, ſcientes, confugerunt ſalubriter ac reverenter atque ſenſate ad ſanctam ſynodum, & convenientem veniam meruerunt: qui autem contentioſius & favorabilius hunc amplectendum putaverunt, fortaſſis hoc habent in animo, quia propria ſcripta, & juramenta, & cruces, quas fixerunt, reprobare nolunt. Sanctiſſimi autem vicarii ſenioris Romæ, & nos, qui reliquarum ſedium vicarii ſumus, hæc omnia diſſolvimus hodie, gratia Jeſu Chriſti, qui dedit nobis ſummi ſacerdotii poteſtatem juſte ac congrue ligandi atque ſolvendi, quoniam violenter & coacte omnia facta ſunt. Ille enim Photius prænoſcens oppido, quod non per oſtium intraverit ovium, ſed aliunde aſcenderit, multitudinem epiſcoporum ad ſe per varias machinationes attraxit, opinatus per hoc inconcuſſum ſe ac immobilem habiturum proprium præſulatum, ſe videlicet chirographis & juramentis, quæ ipſe confecit, foliis ficulneæ obumbrans, ſimul & in aera verberans, & fruſtra pugnans, & aranearum filis ſemetipſum operiens. Neque enim folia ficulneæ dedecus velare potius quam revelare videntur, cum ſint undique ſciſſa ſive pertuſa. Sententiam ergo, & judicium noſtrum coram amico Chriſti imperatore, ac ſancta ſynodo manifeſta fecimus. Pacis autem principem Deum flagitamus, quo tranquilliſſimum imperium dominationis piiſſimi imperatoris noſtri in ſæcula conſervet. Amen.

Deinde dicit Baſilius amicus Chriſti & magnus imperator poſt hujuſmodi acclamationem ad epiſcopos Photii: Ecce audiſtis ſenſum patriarchiorum, tam Romani, quam Hieroſolymitani, & Antiocheni. Quid vobis videtur ad hæc? Photii epiſcopi dixerunt: Reſpondemus ad hæc. Et dixit Euthymius qui fuerat factus a Photio Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus: Domine imperator, novimus ex Deo imperium tuum juſtum, longanime, ac perſonas non ſumens, & poſcimus illud, ut & erga nos humiles, & indignos ſervos ſuos hæc agantur, & accipiamus verbum in ſcriptis ex Deo imperii tui, ut quamcumque habeamus juſtificationem, ſine prohibitione loquamur, & quotquot voluerint nobiſcum dicere, non prohibeantur: & ſperamus in Deum, & in imperium tuum, quod ex Deo eſt; quia & chartas has & diſputationes iſtas oſtendere habemus in vanum fuiſſe locutas, ſed tumultuatas. Baſilius piiſſimus & amicus Chriſti imperator dixit: Vane locuti eſtis, ut qui auſi eſtis dicere vana quæ lecta ſunt, eo quod ex talibus & tam magnis patriarchalibus capitibus dicta ſint; quemadmodum omnes certiſſime norunt. Vos principali manu ſynodos inordinatas ſoli, ac ſingulariter, ſine patriarchiis thronis facientes, ſanctas vocare auſi eſtis, & huic præſenti, quæ ab omnibus patriarchalibus thronis celebrata eſt, Dei cooperatione ac gratia, qui imperium nobis commiſit, detrahere non erubeſcitis. Utique noſtis & vos & univerſitas, quæ ſub ſole eſt, quia protectioni veri Dei noſtri quinque patriarchia orbis terrarum

* Lege, cum in prædicto. H.

rarum recta ſentiunt, & non eſt læſio fidei: & A ideo quidquid judicans, neceſſario debetis recipere. Ut autem apparet, non creditis quod ea quæ dicta ſunt illinc exiſtunt: ſi enim crediſſetis, non utique judicium eorum reprobare penitus auderetis. Interrogo ergo vos: Diffiditis, an creditis, quod inde ſint? Photii epiſcopi dixerunt: Non diffidimus. Baſilius piiſſimus & Chriſtianiſſimus imperator dixit: Ergo ſi creditis, ſuſcipite prolatum ab eis judicium. Si vero non creditis, ego & neceſſariorum opus præbeo; & ite ad patriarchia & certificamini, atque denudentur illic negotia. Photii epiſcopi dixerunt: Hic denudentur negotia. Zacharias a Photio Chalcedonenſis epiſcopus dixit: Et papæ Nicolai & ceterorum patriarcharum canon princeps eſt, B & ſecundum illum agentes, nil faciunt extra id quod docent. Cum vero extra hunc faciunt, ſive papa Nicolaus, ſive alius quis, non acquieſcemus. Etenim Marcellum Ancyranum Julius Romanus ſuſcepit, & Sardicenſis ſynodus trecentos epiſcopos habens, juſtificavit eum; ſed uſque in præſens ut hæreticus anathemati ſubmittitur: & lugendum Apiarium juſtificatum a Romanis præſulibus, Africana ſynodus non juſtificavit, ſed repulit, mittens, ut propria curaret, & extra fines ſuos non excederet; & alia dena millia paradigmata habemus hujuſmodi. Et nunc, ſiquidem facta ſunt hæc a Nicolao cum canone, ſequimur, & convenimus & roboramus, & contraria illis non ſapimus: ſi vero facta ſunt extra C canonem, non nos illa vituperamus, aut projicimus, ſed canon: etenim duobus conatibus, quibus utitur contra patriarcham qui conſecravit nos, reor neminem dumtaxat promotum poſſe damnari. Nam in eo quod dicit non debuiſſe hunc ex laicis provehi, conſecrantes quidem cautos reddit, conſecratum autem non damnat: & conſuetudo canonem illum exuperavit. Etenim Taraſius ita conſecratus eſt, & Nicephorus, & Nectarius, & Thalaſſius Cæſareæ, ac Euſebius, & Ambroſius Mediolani, atque alii mille. Si ergo ſunt illi obnoxii, eſt & hic; quod ſi illi innoxii, & iſte utique.

Quod autem dicitur, quia a depoſitis eſt promotus, primum non opinamur hoc verum eſſe, D neque enim pro criminibus iſti depoſiti fuerunt, ſed pro eo quod reſtiterunt eccleſiæ: uniti autem rurſus & apoſtaſiam illam reprobantes, ſuſcipiendi conſiſtunt. At vero etſi Gregorius depoſitus eſt qui eum conſecravit, non eſt Photius obnoxius, ſed ii qui eum promoverunt obnoxii comprobantur. Verumtamen, licet ſit Gregorius depoſitus, poſſunt & promoventes eum nullas pœnas hic perpeti. Etenim Flavianus depoſuit Eutychem, & Anatolius ſuſcepit eum. Et epiſcopi, qui quartam fecerunt ſynodum, comminiſtrum eum habuerunt: ſed nequaquam damnati ſunt. Sed & Petrus * Moggus depoſitus eſt a Proterio, quod eſſet hæreticus, & quartam non ſuſciperet ſynodum. Deinde cooperatus eſt in E mortem ejuſdem Proterii, & poſtea poſt Timotheum factus eſt patriarcha, ſed nullus eorum qui ab eo conſecrati ſunt condemnatus eſt; ſed & Acacius Conſtantinopolitanus damnatus eſt a papa Romano, eo quod cum hæreticis haberet communionem, & ille quidem damnationis ſermonem nullum fecit. At vero poſt eum patriarchæ, * Phaetas & Euthymius, & Macedonius, recipientes eum, ſuſcepti ab eccleſia & ſunt & putantur. Et nunc hoc dicimus: Si ſit canon qui deponat nos; depoſitionem recipimus: ſi vero non eſt; nequaquam. Etenim Flavianum Antiochiæ patriarcham Romani non receperunt, ſed eum canon nullatenus condemnavit. Baſilius piiſſimus & Chriſti amicus imperator dixit: Omnes caſus, quod dicitis, quod facti fuerint per diverſa tempora & loca, in eccleſiis ab aliis patriarchis reſtituti & erecti ſunt, & ideo digni receptione judicati ſunt, tamquam ſanati ab iis qui potuerunt mederi vulneribus eccleſiæ. Veſtrum autem caſum & vulnera nullus eccleſiaſticorum medicorum ſanavit: neque aliquis patriarchalium capitum erigere vos ex ruina veſtra paſſus eſt, aut voluit, ſed uſque in præſens in peccato veſtro eſtis, & in ſepulcro nequitiæ veſtræ jacetis mortui, unde omnes ſummi paſtores patriarchæ concorditer vos condemnant. A Deo vero munitum imperium noſtrum placidum, & benignum eſt, & veſtri curam gerit, & conſulit, ut percipiatis miſericordias, quas deliberaverit ſancta & univerſalis ſynodus. Nam omnes novimus quia laici eſtis, & non adduximus vos latrare, & ſine ordine facere verba; omnia enim veſtra mendacia ſunt & ſeductio. Photii epiſcopi dixerunt: Hoc nec diabolus auſus eſt dicere. Baſilius piiſſimus & Chriſti amicus imperator dixit: Si velletis dicere, quia temporibus, quibus permiſit Deus epiſcopatu vos fungi, & aliud miſerabilius permiſit fieri propter peccata veſtra, quod & * videbitis aſſidue oculis veſtris: & hic teſtimonium perhibet, de Eulampio dicens perfectius & manifeſtius: Habemus ergo & alios epiſcopos, & alii quidem patricii ſunt, alii autem protoſpathariorum dignitatem habent, quidam vero & ſpathariorum, alii vero & ſtabularii ſunt, & ſi hoc vultis, exhibebo coram vobis, quia Theophilus protoſpatharius ferens ſuperhumerale ut patriarcha, incenſum offerebat ſummo ſacerdoti veſtro Photio coram iſto; ad quem & dixit: Non videbas eum? Eulampius dixit: Si vidi eum aliquando, domine, deſtruat me ſervum tuum Dominus Deus de libro vitæ. Verumtamen, domine bone, refutavit dominus Ignatius. Imperator dixit: Quis eum depoſuit de throno? Eulampius dixit: Imperator eum depoſuit. Baſilius piiſſimus & amicus Chriſti imperator dixit: Et ubi erat, quando fecit refutationem? Eulampius dixit: Foris erat in inſula ſua, * & eum propter ſenectutem ſuam, vel etiam propter languorem. Baſilius piiſſimus & Chriſti amicus imperator dixit: Utique miſit aliquem nuntians imperatori, quia volo refutare. Et rogavit eum: Da nobis perſonam per quam nuntiavit imperatori. Marinus reverendiſſimus diaconus & vicarius ſenioris Romæ dixit: Quis eſt iſte, qui ante conſpectum ſancti imperii tui adſtat & loquitur? Baſilius piiſſimus & Chriſti amicus imperator dixit: Eulampius eſt. Donatus, & Stephanus, & Marinus ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Iſte eſt qui depoſitus & anathematizatus eſt a ſancta Romana eccleſia: & quomodo talia loqui præſumpſit in conſpectu imperii tui? nos cum depoſito & anathematizato loqui non patimur. Etenim pater noſter ſpiritalis, Hadrianus papa Romanus ſancto & a Deo protecto imperio tuo demonſtravit legem & judicium, quod ſancta Romana eccleſia de nefandis & prævaricatoribus definivit: & nos cum eis colloqui te non patimur, eo quod ſcriptum ſit: *Contradictiones excitat omnis malus*. Volumus autem ut legatur in auribus eorum libellus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & ſi deſiderant converti & pœnitere, ut vel communionem tamquam Chriſtiani accipere mereantur. Non enim claudit miſerationes ſuas in hujuſmodi contentionibus ſancta catho-

* Blcſus ſive Balbus.

* Flavitas.

* Forte, videbatis. H.

* Forte dicit depoſuit.

Prov. 6.

ANNO CHRISTI 869.

ACTIO VI. CON. VIII. GENER.

catholica & apoſtolica eccleſia ad eos qui ſincere A pœnitentiam agunt. Perſiſtentibus autem iis, & obturantibus aures ſuas & corda, & nolentibus audire quæ expoſita ſunt a ſanctis patriarchis; nos nihil aliud facimus: neque ſubvertimus, neque rejudicamus judicium ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſub undecima indictione factum contra Photium mœchum & tyrannum ac pervaſorem, atque ſequaces ejus: ſi voluerint audire nos, quotquot ſunt digni, per libelli ſatisfactionem recipimus eos, & convenientem eis ſcribimus locum: ſi vero noluerint, anathematizamus, & maledicimus eis, & ab omni ſorte Chriſtianorum ſeparamus, quia non habemus alium ſermonem ad eos, ſed & ethnicis & publicanis tranſmittimus eos. Baſilius piiſſimus & amicus Chriſti & ma- B gnus imperator ad ſanctiſſimos vicarios ſenioris Romæ dixit: Ego crebro & multum rogavi ne perirent, & ideo eos dimiſi huc: ſi nolunt concurrere ad eccleſiam, quidquid judicaverunt patriarchæ, etiamſi noluerint, confirmamus. Nemo enim poteſt datam eis poteſtatem a Chriſto Deo & ſalvatore noſtro reprobare. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ ad epiſcopos Photii dixerunt: Qui ex vobis ordinati eſtis a ſanctiſſimo patriarcha Ignatio? & ſteterunt in medio Heraclienſis, Cretenſis, & Celenderenſis, & dixerunt: Nos ſumus ejus conſecrationis, & dicunt eis ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ: Subjacetis juſto judicio catholicæ ſynodi, & juxta libellum qui expoſitus eſt a ſancta Romana eccleſia faci- C tis & ſcribitis, an non? Qui dixerunt: Ne fiat, Deus. Sed ſi juſſerit imperator noſter ſanctus audire omnia quæ acta ſunt: dicemus. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Si non vultis obaudire ſanctam ſynodum, ite ad patres veſtros. Et his ſe ad alios conferentibus, dixit Metrophanes Deo amiciſſimus metropolita Smyrnæ ad Zachariam Chalcedonenſem Photii epiſcopum: Ad ea quæ dixiſti reſpondemus tibi: Leges ſanciunt tam eccleſiaſticæ, quam civiles, omnem, qui elegerit aliquem judicem, modis omnibus ſequi ac obedire præceptis ejus, & nequaquam refutare penitus, ac repellere prolatas ab eo, & depromptas definitiones & leges: cum itaque pars veſtra petierit, & propoſuerit judicem beatiſſimum D papam Nicolaum, quomodo vos, extra poſitas eccleſiæ ac reipublicæ leges ac regulas, eum redarguere ac judicare præſumpſiſtis, aſſerentes non ſecundum canonem egiſſe, neque ſecundum juſtitiæ ac veritatis rationem decreviſſe, quæ ſibi viſa ſunt definiendo? Invenimini ergo in parte hac & eccleſiaſticas & civiles reprobare leges, pro eo quod quem elegiſtis & prætuliſtis judicem nunc abjiciatis. Nemo enim electum a ſe judicem ex propria optione vice verſa judicare vel condemnare penitus debet. Nam nunquam aliquando quis judicatus, dum condemnatus fuerit, firmavit prolatam damnationem: & ideo per nullum tempus vel modum firmum erit judicium. Quoniam vero veluti nullatenus audientes ſolu- E tiones quæ lectæ ſunt literis beatiſſimi papæ Nicolai de promotione Nectarii & Ambroſii ac Nicephori, memorabilium hierarcharum, iterum illas in paradigma producitis ad juſtificationem præſulis veſtri, dicimus ad vos quia ſapiens quidam dicit: Etenim eorum, qui multum inter ſe diſtant, manifeſtæ prorſus diverſitates conſiſtunt, porro ſimilitudo valde perſpicienda eſt. Perſpiciamus ergo & nos valde compendioſe, ſi ſecundum ſimilitudinem aliquam jam nominatorum ſummorum ſacerdotum præſul veſter promotus eſt ſic, quemadmodum unuſquiſque illorum receptus. Itaque beatum Nectarium ſynodus univerſalis, & ſancti patriarchæ diverſi, & elegerunt & promoverunt archiepiſcopum Conſtantinopoleos, nullo modo imperatore cogente illos, neque ulla principali manu in cauſa penitus mediante; ſed neque quempiam viventem ab hujuſmodi cathedra manus imperialis tyrannice pepulit, & tunc provectus eſt Nectarius. Similiter etiam & Ambroſius memorandus, Auxentio ac defuncto Ariano, a ſynodo, quæ tunc a Mediolanenſibus eſt de orthodoxis dogmatibus congregata, promotus eſt in epiſcopum prædictæ civitatis; nullo modo principali manu impellente epiſcopos in electionem ejus vel promotionem: pari quoque modo & beatus Taraſius ab illo ipſo novo confeſſore Paulo, qui propter orthodoxam fidem ſequeſtratus a cathedra Conſtantinopoleos, & teſtimonio approbatus eſt & promotus; eo illum dignum eſſe tali throno aſſeverante, ac omnibus propugnatoribus pietatis, qui tunc aderant, orthodoxæ fidei propter zelum ac irreprehenſibilem vitam ejus, ſed non tyrannice vel coacte ad receptionem ejus conducti ſunt: ſimiliter etiam & poſt dormitionem beatiſſimi Taraſii beatiſſimus Nicephorus patriarcha ſynodice electus & conſecratus eſt archiepiſcopus Conſtantinopoleos, ſponte ac voluntarie collectis epiſcopis, qui decretum illius & conſecrationem fecerunt; in Photio vero nihil omnino tale invenitur, eo quod & ille, vivente legitimo eccleſiæ viro, ſubrogatus ſit, & provehentes eum & conſecrantes violenter, & coacti, ac inviti, atque ſine propoſito ac voluntate in illius & promotionem & conſecrationem ex imperatoris neceſſitate ac tyrannide impulſi ſunt & ſecuti, & nulla patriarchalium ſedium in ſacerdotio eum recipere paſſa fuit. Cum ergo diverſitas hic omnimoda reperiatur, quomodo in diſſimilibus introducis ſimilitudinem? In quibus enim eſt cauſæ diverſitas, exiſtimationis quoque & opinionis diverſitas debet accidere. Quoniam vero ratione morſus, dixiſti de beatiſſimo papa Nicolao: Quod ſi ſecundum canonem judicium protulit, & admittimus & amplectimur damnationem noſtram; ſin autem, nequaquam: & poſt puſillum dixiſti, quia, quod dixit: Non oportuit Photium ex laicis promoveri, eos qui conſecraverunt cautos reddit, non conſecratum condemnat, & conſuetudo regulam illam vicit, in contrariam diſparationem cecidiſti; eo quod confeſſus quidem ſis: & oſtenderis papam Nicolaum canonice reſtitiſſe, ac ſecundum regulam Photium reprobaſſe, non autem acquieveris canonico judicio Nicolai, quemadmodum pollicitus es, conſuetudinem in ſubverſionem canonis objiciens; quamquam liquido ſciens, quia ea quæ raro fiunt, poſitas leges non ſubvertunt, neque particularia univerſalibus & generalibus principantur vel dominantur: & maxime cum plurima eſſe differentia reperiatur in Photio, & præcedentibus, qui ex laico provecti ſunt, ſicut & multifarie demonſtravimus. Verum & quod dixiſti: Multos Romanorum, eccleſia juſtificante, damnatos arbitramur, & rurſus damnante juſtificatos habemus, falſum eſt & procul a veritate.

Denique Marcellum quidem anathematizantem omnem hæreſim, & eam maxime quam habere dicebatur, juſte ac regulariter Julius papa Romanus, & Sardicenſis ſynodus recepit. Similiter enim eum ſacientem & Athanaſius magnus & Paulus confeſſor, turres & columnæ orthodoxæ fidei, & acceptaverunt & comminiſtrum habuerunt. Noviſſime autem ad proprium vomitum rever-

ANNO CHRISTI 869.

reverſum & deprehenſum hæreticum, hi, qui circa Silvanum erant, anathematizaverunt, quibus & Liberius per literas ſuas, qui poſt Julium fuit, concordat dicens: *Marcellum denuo impie dogmatizantem.* Hoc autem non eſt utique reprobatio judicii Julii, vel Sardicenſis ſynodi, ob factam Marcello mentis mutationem. Similiter etiam Apiarium, cum eſſet presbyter eccleſiæ * Synicenſis Africanæ provinciæ, propter aliquam cauſam ſegregavit proprius epiſcopus Urbanus: poſtea vero depoſuit omnimodis ſynodus quæ ibidem collecta eſt: Zoſimus autem papa Romanus recurrentem ad ſe, & ſemet inſontem exhibentem, juſtificavit, & ad Africanam ſynodum mittens cum literis, ut iterum ſuſciperetur, egit rationem reddente ſynodo per ſcripta Bonifacio poſt Zoſimum papæ Romano de depoſitione quæ facta eſt in Apiarium, & de iterata juſtificatione: & quia nunc juſtificatum eum arbitramur, judicavimus autem non operari eum quæ ſunt presbyteri in eccleſia Synicenſi propter ſcandala quæ ſubſecuta ſunt: porro accipientem literas commendatitias a nobis, in omnibus aliis eccleſiis ſacerdotio fungi. Invenitur igitur Africana ſynodus paruiſſe potius judicio Zoſimi papæ Romani, ac per hoc propriam reprobaſſe ſententiam, & juſtificaſſe Apiarium, non, ut faſſus es, reſtitiſſe voto Romanorum pontificum. Porro patriarcham Antiochiæ Flavianum recuſabat quidem Romanorum eccleſia ſuſcipere, interim propter magni * Euſtachii dilectionem Paulinum ſtabilientes, qui princeps erat eorum qui propter Euſtachium reſiſtebant & disjungebantur, ac ſeorſum colligebantur; non tamen & uſque in finem hanc habuerunt mentem. Piiſſimo enim imperatore Theodoſio mediante, acceptum reddiderunt eum & patriarcham habuerunt cum Antiochiæ; ita ut & in hoc mendaciter loquens apparueris. Si enim uſque in finem abjeciſſent eum, bene utique inveniris fuiſſe locutus. Si vero, lite cum Paulino detenta, reſtiterunt quidem propter cauſam, quam dixi, depoſuerunt autem hujuſmodi contentionem, & receperunt eum, fruſtra dixiſti receptum fuiſſe Flavianum contra Romanam eccleſiam. Dicere autem Petrum Moggum Alexandriæ depoſitum eſſe, quin etiam & Acacium Conſtantinopolitanum, nequaquam vero depoſitos eos qui ab utroque manus impoſitionem acceperunt, nihil confert ad veſtram vel Photii juſtificationem, eo quod aliter eccleſiaſticæ leges eos qui ex hæreſibus redeunt epiſcopos judicant, & aliter eos qui a mœchis & qui ſine canone promoventur: eos enim qui libellum dant, & propriam hæreſim anathematizant, recipi ſanciunt, quemadmodum & tunc orientis epiſcopi ſynodum celebrantes, & Felix poſt Simplicium papa Romanus ſynodice Petrum quidem Moggum damnavit, & omnimodis abdicavit: ſimiliter etiam Felix & Acacium abrogavit. Nullatenus autem qui adverſus eos ab utroque conſecrati ſunt, promulgaverunt ſententiam, propter evidentes leges, ut dixi, eccleſiæ; & certe Petrus parum, magis autem & Acacius, alterantes circa fidem apparuerunt. Conſecratos autem, quemadmodum Photius & vos, nullo modo recipiunt, ſicuti ſancta & univerſalis ſynodus ſecunda de Maximo Cynico, & iis qui ab eo manus impoſitionem habuerunt, & egit & cenſuit. Gregorium autem, qui conſecravit Photium, ut dixiſti, non tamquam deſertorem eccleſiæ depoſuit ſanctiſſimus patriarcha Ignatius, ſed propter criminales cauſas. Et bene dixiſti, quia: *Sive ſit depoſitus Syracuſanus Gregorius, innoxii ſunt qui Photium provexerunt.* Iſti enim re vera juſtificantur propter neceſſitatem & tyrannidem, atque vim receptionis utriuſque, Photii ſcilicet & Gregorii, ſecundum paradigma quod tibi datum eſt depoſiti & impii Eutychetis, & ſuſceptionis ac ſacerdotii functionis Anatolii patriarchæ Conſtantinopoleos, & eorum epiſcoporum qui ſub ipſo erant, quippe recepti & juſtificati per quartam ſynodum habiti ſunt: non vero per id & Photius innoxius dicitur, & quod ſchiſmaticus fuerit antea multorum ſcandalorum auctor effectus ſit, & multos ab eccleſiaſtica communione recedere fecerit, & ultroneus ac volens conſecrari a Gregorio propoſuerit, nulla in hoc neceſſitate impulſus; ſed & proteſtationem a quibuſdam electorum hic conſiſtentium epiſcoporum accipiens. Et Zacharia dicere etiam denuo tentante, ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt ad amicum Chriſti imperatorem: Ecce multoties audivimus contradictiones, & verborum pugnas eorum, quæ nihil illis proſunt, eo quod diſſonantes ſint a recta ratione ac ſynodicis & regularibus diſpoſitionibus. Nunc ergo dicimus etiam rurſus ad eos: *Sinite excuſare excuſationes in peccatis, & in verba malitiæ declinare*, atque in vanum laborare, & procidite ſanctæ huic ſynodo, & ſalvamini ab anathematis condemnatione: ſin autem, ite ad *lumen ignis veſtri*, & flammam quam accendiſtis. Novit enim omnis ſancta & univerſalis ſynodus, quæ gratia Dei in eccleſia hac congregata eſt, quia ſancta Romana eccleſia ab undecima indictione, collectis occidentalibus epiſcopis in eccleſia beati Petri, ubi virtutibus floret, & requieſcit, obligavit, & anathematizavit ac projecit Photium pervaſorem, una cum omnibus ſequacibus ejus, præſulatum adhuc gerente beatiſſimo papa Nicolao. Iterum autem ſucceſſor ejus Hadrianus, divinitus conſtitutus pontifex Romanorum, ſicut ille definivit atque præcepit, ita & iſte ſucceſſor ejus definivit & promulgavit, noſque indignos famulos ſuos direxit ad hanc Deo conſervandam urbem, ad manifeſtationem & certitudinem veri & juſti judicii ipſorum in conſpectu juſti imperii veſtri, & hujus ſanctæ ac magnæ univerſalis ſynodi; ita ut non habeant vocem repedationis, vel appellationis; ſed quemadmodum jam judicati ſunt & dejecti, in ſæculum maneant. Et eccleſiæ orientalium, gratia Dei, nobiſcum ſentiunt, ſtabiliunt, damnant & anathematizant ſimiliter uſque in conſummationem ſæculi.

ACTIO VI. CON. VIII. GENER.

Psal. 140.

* Succenſi.

* Qui alibi Euſtathius eſt. H.

Et poſt hæc aſcendens Conſtantinus a ſecretis, legit exhortatorium ſermonem imperatoris, in audientiam omnium.

Proſagnoſticum imperatoris.

MUltæ quidem communes paſſiones ſunt, quas præcedentibus diebus audiens & intuens a Deo provectum imperium noſtrum, lugere ac contriſtari operæ pretium duxit. Majus autem malum, & calamitatum arx, eſt eccleſiæ tempeſtas, malignus aſpirans adverſus eam diaboli turbo, pacis expulſio, & veteris ordinis diſſolutio, auſus irruendi junioris in ſeniorem, & inhonorati adverſus honorabilem, ac omnimoda ſubverſio ſtatus eccleſiaſtici, &, apud exteriores quidem in conſiliis juſtitia converſante, apud eccleſiam injuſtitia fiducialiter agens, amor principatus, ac amor privatus, atque nullius ſeveritatis propter hæc reputatio; nec non & contra ſpiritalem patrem rabies & inſania. Hæc ſunt quæ meam obtinebant & turbabant animam, & tamquam nubes craſſa obtenebrabant animum, ac oculos cogebant fontes mihi largiri lacrymarum: & divinitatem in auxilium & ſolutionem exiſtentis mœroris

ANNO CHRISTI 869.

ACTIO VI. CONC. VIII. GENERAL.

roris invocabam, & opus erat mihi hæc cogitatio, ſi forte poſſem in primis de eccleſiaſtica curam gerere unitate: quod & factum eſt, & in effectum devenit, quemadmodum & vos omnes noſtis, quotquot ad ſacrum hoc conveniſtis collegium. Alia enim imperii, quod ſub me eſt, dimittens, ad id ſolum in exordiis acceleravi, & ſecundum utriuſque diſſidentium partis petitionem, & priſcam eccleſiaſticam traditionem perſpiciendi cauſa, etiam judices eorum, quæ in eccleſia noſtra geſta ſunt, ex reliquis patriarchalibus thronis collegi, rem perficiens cooperatione ſancti Spiritus: quam multi quidem ante nos imperantium videre deſideraverunt, ex æquo autem omnes minime conſecuti ſunt: & quotquot pertinent ad eccleſiaſticam unitatem ac ordinationem, omnia B ſolerter a me peracta ſunt, cum nulla penitus imperiali manu & potentia, ut quidam, parvum vel magnum effecerim. Neque enim, ut ſacratiſſimus patriarcha ad proprium regrederetur thronum, imperii mei opus vel excogitatio facta eſt. Sed multum ante ſanctiſſimus & beatiſſimus papa Nicolaus, quæ circa illum erant certiſſime diſcens, ſynodice decrevit, reddi ei jus proprii throni, & anathema cum tota Romanorum eccleſia pronuntiavit contra reſiſtentes hujuſcemodi decreto atque ſententiæ. Hic autem nos olim ſcientes & paventes judicium anathematis promulgati, obſecundare ſynodico judicio Romanæ eccleſiæ neceſſarium duximus, & hujus rei gratia reddidimus ei proprium thronum. Verum non modo C Romanæ, ſed & ad orientem ſolem ſitarum ſedium, providentia melioris, vicarii pevenerunt, nihil deinceps vel impedire, vel adverſari, aut favere utique parati juſtiſſimo imperio noſtro conſenſuro. Cujus rei gratia in nullo ſynodico judicio inveniri voluit, multorum garrulitates recidens, ne quis dixerit, quod imperialis manus, & gladii, & protectores, ac mundanus potentatus concilium ſubadulteraverit. Unum ſolum nobis deſiderium, & ad præfatos judices, poſtquam illos vidimus, ſupplicatio fuit, ne quemquam permitterent deperire, vel ab eccleſia Dei quemquam, ſi fieri poſſet, projici. Hoc ſolum eſt * noſtrum, ſi voluerit quis nominare crimen: alia vero omnia canonibus, & iis, quibus imperium D ſynodi creditum eſt, tradidimus, multum pro præſenti judicio conjurantes & * condemnantes, nil ad gratiam, vel per odium decernendum, humane autem magis circa eos qui ceciderant affectandum; quos non proprie tantum, ſed & communiter hodie, omnibus videntibus, deprecamur, manum iis qui compaſſione opus habent porrigere, & unam eccleſiam celebrantium feſtivitatem perficere. Ita patres ſpiritales & veritatis defenſores, qui figuratis ſecundum chriſma, Aaron, & ſecundum zelum, Phinees, ac ſecundum judicium, Salomonem; requirite ovem quæ perierat, convertite quæ erraverat, ſuper humerum tollite ſolitariam, & confractam compaſſionis vinculis alligate; quæ ulcerata eſt, emplaſtro condeſcenſionis ſanate; quæ extranea & abjecta eſt a ſpiritali mandra, nonaginta novem ovibus diſpenſationis more conjungite: relinquite memoriam ſempiternam poſterioribus generationibus compaſſionis veſtræ ad imitationem Chriſti. Et vos quoque, qui curatione indigetis, ac medela opus habetis, pretioſa membra Chriſti, etſi neſcio quomodo a malo dæmone detenti, a capite ſeparati eſtis: *Vitis vera*, quæ propter contentionem importunam, immo vero injuſtam, *in amaritudinem converſa es*, amici & proximi noſtri, etſi propter odium irrationabile ex adverſo appropiantes & ſtantes, ac vanitatem reſpicientes, ſuſcipiatis admonitionis ſermonem; non autem confundor dicere, etiam deprecationis; in id enim nos adduxit miſericordia, quam circa vos habemus. Scrutamini intima conſcientiæ veſtræ, & invenietis vos male ab eccleſia eſſe disjunctos. Noviſſima hora eſt, & judex præ foribus eſt, fratres; ne præoccupemur ab ejus eccleſia ſequeſtrati, & longe ab illius gloria projiciamur. Nihil turpe ducamus paſſionem manifeſtare, & vulnus oſtendere, ac locum pœnitentiæ ac medicinæ requirere, atque intra atrium ſalvantium fieri, ne confuſionem obedientiam arbitrando, confuſionis æternæ ſumamus experimentum. Qualis autem & eſt confuſio, fratres, procidere Deo, & veniam expetere? Deo enim procidunt, qui eccleſiæ & ſpiritalibus illis patribus procidunt. Confuſio quidem re vera eſt, & maximus pudor, immo vero in Deum dimicatio, nolle unumquemque proprium confiteri peccatum, & humiliari propter Chriſtum, & lucrari & ſe & multos. Si autem omnino hoc confuſionem arbitramini, ego, cui imperii ſuperpoſita eſt corona, forma vobis efficiar hujus optimæ humilitatis: ego, qui imperitus, & inſipiens ſum, bonum initium ero veſtrum, qui ſapientes eſtis & clari ſcientia: qui in peccatis volutatus ſum, primus vobis typus fiam, qui mundi eſtis, & virtuti operam datis: ego primus memet ſuper pavimentum projicio, purpuram & diadema parvipendens. Aſcendite ad genas meas, & per oculos meos incedite, nec reputetis magnum imperatoris calcare ſcapulas, neque vereamini pedibus tangere verticem, cui ſuperimponitur a Deo donata corona. Omnia pati promptum habeo, & promptius agere quæ vobis quidem confuſionem, mihi autem gloriam & maximam claritatem conferre videantur. Neque enim in hoc curam gero gloriæ meæ; tantum, ut videam communionem, unitatem & unam eccleſiæ feſtivitatem; tantum, ne animæ detrimentum patiar, & gaudeat ſuper me ille omnium inimicus diabolus captivum ſumens. Quod mihi deſiderandum eſt, tantum ſpei meæ lampas inſperate non extinguatur, per quam feſtinabam omnium illuſtrari lætitia ſimul & gaudio. Neſcio quod erat ſatagendum & efficiendum, & non feci: vel quos proponendos admonitionis & deprecationis ſermones non propoſui; vos de cetero videbitis: innocens enim ſum a perditione veſtra. Si vero ad magnum & horrendum illud judicium futuræ diei vos remittitis, quaſi pro vobis rationem daturos, noſcite quia bene novi quod nullus vobis juſtitiæ ſermo ſive hic adeſt, ſive illic aderit, niſi quantum in hac controverſia inventum extiterit. Verum ſi vultis & ante illud judicium conſcientiæ veſtræ interrogare judicium, diſcetis amplius nihil, quam quod ab imperio noſtro dicitur. Deponite igitur contentionem, fratres, & reſumite amorem fraternitatis: fugite diſſenſionem, & unitatem amplectimini: odium E avertite, & dilectionem in ſinu recipite. ſtate cum probabilibus, & capiti conjungimini: recipite per patientiam divinæ communionis gratiam, & nihil ob ſæcularia ſitis ſoliciti. Sunt enim apud compatientiſſimum imperium noſtrum ſuſceptionum modi diverſi, per quos conſolabimur, & inceſſanter, quæ ſecundum ſæculum vobis opportuna fuerint, faciemus, rurſuſque multimode decertabimus, obſecrantes, rogantes, & omne ingenium commoventes ad ſpiritales patres noſtros, & patriarchas, ut diſpenſent quid eorum quæ inſunt animo veſtro: tantum ne temere contra ſalutem veſtram agatis, neque perditionem veſtram

* *At ſi diceres*: Nullum in me ſuper his crimen invenietur, niſi forte quis hoc pietatis opus crimen appellare voluerit.

* *Id eſt*, condemnationem imprecantes.

*Jer.* 2.

*Apoc.* 1.

ANNO CHRISTI 869.

ACTIO VI. CONC. VIII. GENER.

ſtram amplectamini; non enim eſt tempus ad pœnitentiam & receptionem præſenti acceptius: qui namque hodie ligare ac ſolvere eccleſiæ negotia poſſunt, præſto ſunt. Dimittite importune tempus explorare, & rerum immutationem expectare, quæ & ſi fiat aliquando, nihil vobis conferet. Etenim, etſi alia tempus immutaverit, hoc commovere non poterit; nam ſi actio unius viri veſtri nil rationabile habens, cum tota erronea eſſet, tantum æſtum operata eſt, ut hunc vix ac difficile diſſolvere quiverimus; actionem, dic mihi, & judicium quatuor patriarchalium ſedium quis diſſolvere poterit? Ad quem enim effugietis, ſolutionem obligamenti petentes? ad Romanum præſulem? ſed ſine tenus vos condemnavit; ad Antiochenum? ſed conſentaneus Romano & conſonus factus eſt: ad Hieroſolymitanum, vel Alexandrinum? ſed & illi veſtræ damnationi conſenſerunt. At etſi thronum aliquando Conſtantinopolitanum cuncta deſtruens tempus vobis commiſerit, & per voſmetipſos convenire volueritis; quis vos ſequetur? vel quomodo aperire oculos, & aſpicere quempiam poteritis, impugnati ab omnibus ſacerdotibus ac patriarchalibus ſedibus? Ne ergo, fratres, ipſi vos decipientes, tempus ſalutis veſtræ perdatis: neque enim tale invenietis aliquando; ſed importunas contentiones & obſtinationes deſerentes, communi medelæ occurrite, & medicinæ remedium ſumite, ac adhærete ſpiritali capiti veſtro, & eccleſiæ Dei communicatores eſtote; ut crimine exuamini, & Deum propitium habeatis, ac eccleſiam lætificetis, imperiumque noſtrum exultare ac ſpiritaliter feſtivitatem celebrare faciatis, atque rempublicam univerſam gaudio maximo ac tripudio repleatis; nec non & in communi omnes benedicamus pariter Domino gloriæ noſtræ, & principi pacis, & auctori diſperſa congreganti, & bene coaptanti, interceſſionibus ſanctæ Dominæ Dei Genitricis, Deum videntium angelorum, & omnium ſanctorum. Amen.

Et poſt lectionem aſcendens Theodorus a ſecretis vicariorum ſenioris Romæ, legit: Ecce quomodo ſanctiſſimus & Chriſti amicus imperator, divinitus ſibi conceſſo imperio, non vult perire unam ovem a Chriſto ſibi in cuſtodiam creditam, transferens omne exilium, omnem tribulationem, & omnem anguſtiam in admonitionem, & precem; quas ſanctiſſimi vicarii & fideles eccleſiæ Dei propter Photium invaſorem & tyrannum, non ſuſcipientes eum, perpeſſi ſunt: ſed invitat vos ut verus paſtor ad mandram rationabilium ovium, quatenus ante tribunal Chriſti digne valeat dicere: *Ecce Pater, quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam.* (Joan 18.) Videte quantam benignitatem, quantam miſericordiam, quantam compaſſionem vobis dat; deſiderat enim vos ad ſinum ſanctæ communionis ſuſcipere. Thomas Deo amiciſſimus metropolita Tyri, & Helias Deo colendiſſimus presbyter & ſyncellus, vicarii orientalium ſedium dixerunt: Dignæ imperatorio & juſtiſſimo ſenſu ſunt admonitiones, quas facit bonus imperator noſter ad illos, deinde vero & ad omnes qui poſt nos futuri ſunt. Nos autem ad hoc dicimus: *Hominibus quidem ſuademus, Deo autem manifeſti ſumus.* (1. Cor. 5.) Porro revereamur cælum & terram, & canitiem noſtram, ſi quid præter divinas leges judicamus vel definimus, quod & piiſſimus imperator noſter denuo commonuit. Et nos quidem ſi irrationabilia animantia paſceremus, fortaſſe coacte, ac violenter tractaremus ea, ducentes etiam quo nollent: quoniam vero rationabile animal eſt homo, potius admonitionibus ducendum, ſufficienter ab imperatoriis admonitionibus inſtruimini. Si ergo vultis viam noſtram, & Chriſti, arripite; ſin autem viam veſtram, abite. Baſilius piiſſimus & amicus Chriſti & magnus imperator dixit; Ecce qualiter & quoties admonuerimus vos, & audiſtis, & certificati eſtis, & non eſt vobis rationis ſermo. Si enim vultis ſubjici admonitionibus omnium noſtrum, ecce portus & medicina: quod ſi non, imperium noſtrum præbet vobis inducias ſeptem dierum, ut ſi quidem curam geſſeritis ſalutis veſtræ, bene & optime: ſi vero minime, ventura ſexta feria, in ſancta & univerſali ſynodo ſtate omnes, & quidquid definierit ſancta & univerſalis ſynodus in vos, fiet

Et poſt hæc aſcendens Stephanus Deo amiciſſimus diaconus Conſtantinopolitanorum eccleſiæ & notarius dixit: Multos annos imperatorum Baſilii & Conſtantini: Magnorum imperatorum & dictatorum multos annos: Orthodoxorum imperatorum multos annos: Depoſitorum injuſtitiæ multos annos: Hoſtium mendacii multos annos: Amatorum & fautorum veritatis & juſtitiæ multos annos: Eudoxiæ piiſſimæ Auguſtæ multos annos: Nicolai beatiſſimi papæ Romani æterna memoria: Hadriani orthodoxi papæ Romani multos annos: Ignatii orthodoxi patriarchæ Conſtantinopoleos multos annos: Orthodoxorum patriarcharum orientis multos annos. Orthodoxi ſenatus multos annos: Sanctæ & univerſalis ſynodi æterna memoria.

## ACTIO SEPTIMA.

ACT VII. CON. VIII. GENER.

IN nomine domini & dominatoris omnium Jeſum Chriſti veri Dei & ſalvatoris noſtri. Conſulatus a Deo coronatorum & tranquilliſſimorum dominorum noſtrorum, Baſilii quidem anno tertio, Conſtantini vero filii ejus anno ſecundo, perpetuorum Auguſtorum, indictione tertia, quarto Kalendarum Novembrium: propoſitis pretioſis & vivificis lignis, & intemeratis ſalutis noſtræ evangeliis: præſidente autem eodem piiſſimo imperatore, in dextera parte magni nominis templi magnæ eccleſiæ: conveniente vero ſancta & univerſali ſynodo, hoc eſt Donato Deo amiciſſimo epiſcopo Oſtiæ, & Stephano Deo amiciſſimo epiſcopo Nepæ, & Marino reverendiſſimo diacono ſanctæ Romanorum eccleſiæ, locum tenentibus Hadriani ſanctiſſimi papæ Romani, & Ignatio ſanctiſſimo patriarcha Conſtantinopoleos, & Thoma ſanctiſſimo metropolita Tyri, locum tenente ſedis Antiochiæ, & Helia Deo colendiſſimo presbytero & ſyncello locum tenente ſedis Hieroſolymorum: præſto autem ſimul exiſtente ſacro ſenatu, videlicet Theodoro magnificentiſſimo patricio ac magiſtro, Chriſtophoro magnificentiſſimo patricio ac magiſtro, Leone magnificentiſſimo proconſule ac patricio, Hemerio magnificentiſſimo proconſule ac patricio, Stephano magnificentiſſimo proconſule & ſacellario, Leone magnificentiſſimo proconſule ac patricio, Marino magnificentiſſimo proconſule ac patricio, Theophilo magnificentiſſimo proconſule ac patricio, Taraſio magnificentiſſimo proconſule ac patricio, Paulo magnificentiſſimo proconſule & præfecto, Barbatio magnificentiſſimo patricio, Leone magnificentiſſimo patricio & domeſtico excubitorum, Manuele magnificentiſſimo patricio, Theophylacto magnificentiſſimo patricio, Petronate magnificentiſſimo patricio, Manuele magnificentiſſimo patricio: conſidentibus quoque & Deo amiciſſimis metropolitis, id eſt Baſilio Deo amiciſſimo archiepiſcopo Epheſi, Theodulo Deo amiciſſimo archie-

ANNO CHRISTI 869.

ACT. VII. CON. VIII. GENER.

archiepiſcopo Ancyræ, Barnabe Deo amiciſſimo A metropolita Cyzici, Nicephoro Deo amiciſſimo metropolita Nicææ, Nicephoro Deo amiciſſimo metropolita Amaſiæ, Niceta Deo amiciſſimo metropolita Athenarum, Theodoro Deo amiciſſimo metropolita Cariæ, Metrophane Deo amiciſſimo metropolita Smyrnæ, Baſilio amiciſſimo metropolita Gangrarum, Cypriano Deo amiciſſimo metropolita Claudiopoleos, Hilarione Deo amiciſſimo metropolita Corinthi, Nicolao Deo amiciſſimo metropolita Synnadorum, Michaele Deo amiciſſimo metropolita Rhodi, Euthymio Deo amiciſſimo metropolita Catanæ, Photio Deo amiciſſimo archiepiſcopo Nacoliæ, Stephano Deo amiciſſimo archiepiſcopo Cypſallorum, Baſilio Deo amiciſſimo archiepiſcopo Miſthiæ, Theophane B Deo amiciſſimo archiepiſcopo Selges, Paulo Dei amiciſſimo archiepiſcopo Apamiæ, Joanne Deo amiciſſimo archiepiſcopo Cii, Athanaſio Deo amiciſſimo epiſcopo Magneſiæ, Theodoro Deo amiciſſimo epiſcopo Sinopæ, Euſtachio Deo amiciſſimo epiſcopo Æmoniæ, Theocleto Deo amiciſſimo epiſcopo Lacedæmoniæ, Nicephoro Deo amiciſſimo epiſcopo Zacynthi, Euthymio Deo amiciſſimo epiſcopo Moſynorum, Baſilio Deo amiciſſimo epiſcopo Pyrgii, Georgio Deo amiciſſimo epiſcopo * Helii, Petro Deo amiciſſimo epiſcopo Troadis, Leone Deo amiciſſimo epiſcopo Daphnuſiæ, Niceta Deo amiciſſimo epiſcopo Photiæ, Baſilio Deo amiciſſimo epiſcopo Cratiæ, Damiano Deo amiciſſimo epiſcopo Miletopoleos, C Theophane Deo amiciſſimo epiſcopo Trallæ, Leone Deo amiciſſimo epiſcopo Neapoleos, Joſeph Deo amiciſſimo epiſcopo Palæorum, & Georgio Deo amiciſſimo epiſcopo Adrianæ: his ita convenientibus, jubente Baſilio piiſſimo & amico Chriſti magno imperatore, ſtetit in medio Bahanes magnificentiſſimus patricius, & præpoſitus dixit ad ſanctiſſimos vicarios ſenioris Romæ, & orientalium ſedium: Induciis Photio datis jam completis, duximus eum rurſus ad ſanctam hanc & univerſalem ſynodum. Si jubet ergo ſanctitas veſtra, introducatur. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ ac orientalium ſedium dixerunt: Introducatur. Et introductus eſt Photius baculo innixus, & cum eo Gregorius dudum Syracuſanus. Marinus Deo amiciſſimus diaconus ſanctæ Romanorum eccleſiæ & vicarius dixit: Tollite baculum de manu ejus, ſignum eſt enim dignitatis paſtoralis, quod hic habere nullatenus debet; quia lupus eſt, & non paſtor. Et, eo ablato, Donatus Deo amiciſſimus epiſcopus Oſtiæ, & Stephanus Deo amiciſſimus epiſcopus Nepæ, & Marinus reverendiſſimus diaconus ſanctæ Romanorum eccleſiæ, vicarii ſenioris Romæ, dixerunt: In præcedenti actione venit ad nos vir iſte forenſis & curialis Photius, & admonuimus illum per apoſtolicam auctoritatem ad revertendum in eccleſiam per libelli expoſitionem, ut recipiamus eum in communionem ſæcularis. Interrogate illum, ſi forte intellexit bonum, & conveniens ſibi, & vult facere libellum. Et pergens Bahanes famoſiſſimus patricius & præpoſitus ad Photium, dixit ei: Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ ac orientalium ſedium mandant tibi: Facis libellum ſanctæ ac univerſalis ſynodi, quemadmodum exigit? Photius dixit: Dominus imperatorem noſtrum ſanctum cuſtodiat in multos annos, & Gregorius, & nos ſimiliter oramus. Imperatori noſtro ſancto, vicariis autem rationem non præbemus. Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit ad Photium: Aliud aliquid ad hoc non dicis? Photius dixit: Si audiſſent quæ A diximus audius tertius, non utique hanc interrogationem prætenderent: ſi vero definitionem ſuam poſuerunt in pœnitentia ſua, hanc per opera demonſtrent. Bahanes magnificentiſſimus patricius dixit: Quam? Gregorius dixit: Ut ipſi pœnitentiam agant, ſuper quibus deliquerunt. Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit ad ſanctiſſimos vicarios ſenioris Romæ ac orientalium ſedium: Jubetis fieri reſponſum ad ſermonem ejus, an non? etiam vere juſtum eſt ut reſpondeatis. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Quomodo? Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Pro eo quod dixerunt: Quia ipſi magis vana operamini, & ad pœnitentiam vos hortantur. Sanctiſſimi vicarii B ſenioris Romæ dixerunt, in Græcum Damiano venerabiliſſimo regio clerico interpretante: Nos non convenimus ut accipiamus ab eis increpationem vel pœnitentiam, ſed ipſi a nobis hæc debent accipere. Hoc ad confuſionem eccleſiæ dicunt: nos nihil aliud interrogamus eos, niſi ſi voluerint facere libelli ſatisfactionem: propter hoc enim interrogavimus eos; nihil aliud * petimus nos ex illis. Et ſancta hæc & univerſalis ſynodus ita dicit nobiſcum: Nos ſcimus, quia a pedibus uſque ad caput vulnerati ſunt propriis injuſtitiis, & non eſt ſuper illos integritas, & non reſpondemus eis. Et poſt hoc legit Theodorus devotus a ſecretis, ut ex perſona orientalium ſedium: Ita primo quidem ingreſſu tuo, non ſo-C lum nos, & hos qui nobiſcum inventi ſunt, ſed & ſanctum ſenatum imperatoris peccatorem pronuntiaſti, non intelligens neque quæ loquaris, neque de quibus affirmes: nunc autem concluſionem pravæ mentis tuæ evomuiſti, admonitiones imperatorias, & ſanctæ ac univerſalis ſynodi, quæ vociferatæ ſunt ad pœnitentiam tuam, in ſanctum imperatorem noſtrum & ſanctam ac univerſalem ſynodum transferens, uti noſmetipſos admonentes ad pœnitentiam veniamus: ſed non, quia vertiginoſis terra moveri videtur, propter hoc & movetur: ergo tu quidem ipſe exortus es etiam antea, nunc vero concluſiſti. Ad ea itaque quæ interrogata ſunt a ſancta & univerſali ſynodo * acute reſponde. Si ergo acceſſeris ſano D ſenſu in quibus vocatus es, quod commodum eſt tibi ipſi, & iis qui tecum ſunt, facies: ſi vero in hujuſmodi pertinacia & contumacia permanſeris, audies: *Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem, & fiet pax ſuper Iſrael*. Et Photius dixit cum aliis: Et hæc accuſatio abundavit. Deinde interrogatus eſt Photius a Bahane magnificentiſſimo patricio & præpoſito: Habes quid dicendum ad hæc? Et Photius dixit: Quæ diximus, bene tranſivimus: addamus & alia: in calumnias nos circumpoſuerunt, nil tale ſentientes. Et poſt hoc ingreſſi ſunt epiſcopi Photii. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: In præcedenti actione admonuimus eos, ut faciant libelli ſatisfactionem, E & recipiamus eos in communionem, tamquam ſæculares, & non declinent in contrariam viam, ſicut magiſter ipſorum. Interrogate ergo illos ſigillatim, utrum faciat quis ex ipſis libellum: aliud nolumus ab ipſis audire; etenim & ſanctiſſimi orientis vicarii, atque nos, eadem dicimus. Pergens itaque Bahanes famoſiſſimus patricius & præpoſitus dixit ad partem Photii: Facit aliquis veſtrum libellum? Epiſcopi Photii dixerunt: Abſit. Amphilochius & Zacharias Photii epiſcopi dixerunt: Qualem libellum facere exigimur? fidei noſtræ? Et pergens Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit ſanctiſſimis

*Pro, IIII. H.* (note to "* Helii")

*Hoc eſt quæſtimus.* (note to "* petimus")

*Id eſt velociter.* (note to "* acute")

*Pſal. 124.*

ANNO CHRISTI 869.

ACT. VII. CON. VIII. GENER.

timus vicariis ſenioris Romæ: Cujuſmodi libellum expetitis ab illis? Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Quem a ſancta Romana eccleſia detulimus, ut reprobent Photium, & omnia acta ejus, & anathematizent Gregorium Syracuſanum, & recipiant Ignatium ſanctiſſimum patriarcham, & ſubjiciantur ſub pedibus ejus, & quod ſancta Romana eccleſia expoſuit, per omnia faciant. Sanctiſſimi vicarii orientalium ſedium dixerunt: Et nos ita ſapimus, & ita volumus. Et pergens iterum Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus ad epiſcopos Photii, dixit eis, ore proprio, ſanctiſſimorum vicariorum vocem. Et reſpondit Joannes quondam epiſcopus Heracliæ: Qui anathematizat ſummum ſacerdotem iſtum, ſit anathema. Zacharias, qui fuit a Photio Chalcedonenſis epiſcopus, dixit: Nos iis quæ * contra rationem facta vel acta aut agenda ſunt, parere neque diſpoſuimus, neque volumus: & ſuper quibus nos exigitis, quoniam novimus ea quæ facta ſunt, ſecundum nullum modum ſuſcipimus. Euſchemo, qui fuit apud Photium Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus, dixit: Ego iis, quæ per rationem non ſunt acta, & qui non ſectantur canones ſanctorum apoſtolorum, & ſanctarum ac univerſalium ſynodorum, non tantum ſi Romanus vel Hieroſolymitanus ſit, ſed & ſi angelus de cælo veniat, & non conveniat ſano verbo, neque pareo, neque ſequor. Sanctiſſimi vicarii orientalium ſedium dixerunt: Quoniam neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Bahanes magnificentiſſimus patricius ac præpoſitus dixit ad ſanctiſsimos vicarios ſenioris Romæ: Sanctus imperator noſter vult facere allocutionem ad illos per me indignum ſervum ſuum. Sanctiſsimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Sicut jubet imperium ipſius. Bahanes magnificentiſsimus patricius & præpoſitus dixit ad Photium, & ad epiſcopos ejus; Hortatorie vos alloquitur imperator: Homines, dicite, unde eſtis? de cælo eſtis? de abyſſo eſtis? an de terra, in qua nos degimus? & oſtendite hac hora, quia ſive hæreſis mota eſt, ſive ſchiſma emerſit in qualibet parte, & ſenſit aliquis extra quatuor patriarchia, & ſalvatus eſt? & audio vos. Hodie quatuor patriarchia, immo vero quinque, condemnatione condemnant vos: quid vobis videtur ad hæc? eſt qui adjuvet vos? dicite? Epiſcopi Photii dixerunt: Canones ſanctorum apoſtolorum & ſanctorum conciliorum, Bahanes magnificentiſsimus patricius & præpoſitus dixit, juſſus a Baſilio amico Chriſti & magno imperatore, ad epiſcopos Photii: Dicite qui canon vos adjuvet, & ubi poſuerit dominus canones; in eccleſiis ſuis, an in aliquo alio loco. & ubi eccleſiæ ſint hodie, & ubi prædicetur evangelium: eſt alius locus præter quem tenent ſanctiſsimi iſti vicarii? dicite? Photii eiſcopi dixerunt: Deus cuſtodiat ſanctiſsimum imperium veſtrum, verbum petivimus impunitatis, ut diceremus negotia noſtra cum fiducia, & non accepimus. Qualiter ergo habemus loqui? Bahanes magnificentiſsimus patricius & præpoſitus dixit: Sanctus imperator noſter admonentis affectu ad vos dicit: Utique Deus ideo audivit deprecationem meam, & adduxit hos ſanctos viros ex omnibus partibus mundi, ne quid ſecundum faciem fiat, ſed ex æquo ponatur judicium juſtiſsimum: dicitis, Ut accipiatis verbum ſecuritatis: & quando quis a me triſtatus vel læſus fuerit, volo ut dicatis. Idcirco ſunt hic ſanctiſsimi vicarii omnium ſedium, ut quidquid habetis in juſtificationem veſtram, loquamini Photii epiſcopi dixerunt: Scimus imperium ſanctiſsimum ejus, quia neminem

A vult contriſtari: quid volumus dicere? ſi dixerimus juſtitias noſtras, non fient. Bahanes magnificentiſsimus patricius & præpoſitus dixit: Propter imperatorem noſtrum ſanctum, nihil prohibemini; jubet enim & vult, & acquieſcit, ut loquamini; ſed videntes judices convicia veſtra, nec audire vos volunt. Photii epiſcopi dixerunt: Et nos judices eos non ſuſcipimus. Bahanes famoſiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Et rejicit regula patriarchia, & irrationabiliter judicant? Amphilochius a Photio Cyzici epiſcopus dixit: Irrationabiliſsime. Bahanes famoſiſsimus patricius & præpoſitus dixit: Et extra ſenſum regulæ ac patriarcharum ſuorum judicant? Photii epiſcopi dixerunt: Extra. Bahanes magnificentiſsimus patri-
B cius & præpoſitus dixit: Et ite ad patriarchia, & certificamini. Baſilius piiſsimus & amicus Chriſti dixit: Quotquot dicitis per omnia, quod a patriarchiis venerint homines iſti cum commendatiis literis, & non habetis aliquam ambiguitatem; ſuſcipite illos, & quæ judicantur ab ipſis. quotquot autem dubitatis ad hoc, & non habetis eos juſtos, neque ſecundum verbum patriarcharum ſuorum agentes; ite ad eos, & diſcite ab illis, & adducite etiam ad nos: immo vero, quo plus certum exiſtat, & diſponemus ita. Photii epiſcopi dixerunt: Nos judicium non videmus, neque factum audivimus: & quomodo habemus ſequi quod nos non vidimus? Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus juſſus ab im-
C peratore dixit: Sanctus imperator noſter dicit: Ne dicatis, fratres, quod velim vos mittere illuc, ut pereat quis veſtrum: teſtis eſt Deus, quoniam quem miſero illo, in conſpectu totius ſenatus & ſanctæ ſynodi dico, iterum reducam eum huc. Photii epiſcopi dixerunt: Hic examinentur negotia. Donatus & Stephanus & Marinus ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Ecce audivit tota ſancta & univerſalis ſynodus quæ ab undecima indictione beatiſſimus papa Nicolaus judicavit cum omnibus occidentalibus præſulibus de Photio tyranno, & mœcho, ac invaſore Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, & de omnibus ſequacibus ejus, ſecundum apoſtolicam & canonicam auctoritatem & ſententiam, quam protulit tam contra eum-
D dem Photium, quam eos qui ex parte ipſius erant, hunc videlicet damnans, eo quod invaſerit Conſtantinopolitanam eccleſiam, & rejecerit ac deponere auſus fuerit atque anathematizaverit Ignatium ſanctiſſimum patriarcham. Volumus ergo interrogare & de hoc, ut quid ipſe repulſus, & vinctus, ac anathematizatus, atque ſæcularis exiſtens, præſumpſerit etiam contra magnæ ac primæ ſedis ſummum pontificem depoſitionem facere, & anathema dicere, ac adverſus eum figmenta & præſtigia componere? quem & vindicans ſanctiſſimus ſucceſſor ejus Hadrianus, miſit tam ad piiſſimum imperatorem, quam ad ſanctiſſimum patriarcham Ignatium. Imploramus ut legantur primum quidem beatiſſimi papæ Nicolai geſta &
E acta, ſicque demum, quæ a ſanctiſſimo papa Hadriano ſynodice celebrata ſunt, tam de hujuſcemodi infando conciliabulo, quod ab eo factum eſt, quam de iterata ſententia, quæ data eſt contra eum a ſanctiſſimo papa Hadriano & ſancta ſynodo, quæ ab ipſo eſt convocata. Et poſt hoc juſſus eſt Stephanus Deo amiciſſimus diaconus & notarius: & aſcendens legit epiſtolam quam miſit ſanctiſſimus papa Nicolaus ad clerum Conſtantinopolitanum.

* alias extra.

Pſal. 81.

Interrogatio imperatoris ad Photium & ſectatores per Bahanem.

*Nicolaus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverendiſſimis fratribus noſtris archiepiſcopis, metropolitis, & epiſcopis Conſtantinopolitanæ ſedi ſubjacentibus, atque univerſo venerabili clero Conſtantinopolitanorum eccleſiæ.*

Ipſa eſt epiſtola 2. Nicolai tomo antecedenti poſita.

1. Tim. 3.

EA quæ nuper apud Conſtantinopolim geſta ſunt, hactenuſque geruntur, ſanctitatem veſtram non credimus ignorare: ſed qualiter zelo zelati pro domo Domini, quæ eſt eccleſia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis, more deceſſorum meorum ſolicitudinem omnium eccleſiarum Dei circumferentes, nos de his egerimus, vel diſpoſuerimus, vobis non tam breviter, quam veraciter intimamus. Igitur poſtquam audivimus, B quod quidam veſtrum invidiæ facibus accenſi, & ſuperbiæ faſtu arroganter elati, more Judæorum contra paſtorem & magiſtrum ſuum, fratrem videlicet & comminiſtrum noſtrum Ignatium, eccleſiæ præfatæ ſanctiſsimum patriarcham, inſurrexerint: quidam vero inſtar viperarum, ac parricidarum parentem proprium, eumdem ſcilicet beatiſsimum virum, ferinis dentibus impetierint, & ab eccleſia ipſa, cui jure præſidebat, tyrannidis ſuæ cornu penitus removerint; acerrimis doloribus anguſtiati, atque mœroribus vehementibus cruciati, cœpimus qualiter erga eum viſcera benignitatis, utpote circa fratrem, oſtenderemus ſedula meditatione tractare. Scriptum eſt quippe: *Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo?* Maxime cum ſchiſma in jam dicta urbe, & in adjacentibus, propter quemdam Photium ex foro, & ſæculari militia & habitu, itaque a palatinis ædibus eductum, ac ſubito tonſuratum, & in eadem eccleſia contra ſacros canones promotum, non modicum audiremus obortum; aliis videlicet Photii promotionem defendentibus, aliis autem hanc, tamquam inconvicto & ſuperſtite Ignatio factam, merito deteſtantibus. Sed dum, quid hinc a nobis fieri debet, vel qualiter tanti rumoris certitudinem noſſe poſſemus, inceſſanter & anxie cogitaremus, ecce repente cum epiſtola regia quidam epiſcoporum, quorum unus erat Gangreſium metropolitanus, cum * Arſabir glo- D rioſo ſpathario, Auguſtalem ferentes legationem ad ſedem apoſtolicam pervenerunt, accuſationes quaſdam in ſcriptis adverſus jam fatum conſacerdotem noſtrum Ignatium, & in verbis excuſationes pro Photio deferentes, & ut a ſede apoſtolica miſſos daremus, qui ſcandala illa ſedarent, & ſchiſmata diſsiparent, magnopere poſtulantes. Quibus rite ſuſceptis, & legationis injunctæ ſibi, ſeu epiſtolæ delatæ imperialis inſpecto tenore, mœſtitiam, quam prius rumor ſolus in corde noſtro pepererat, caſuum evidenter oſtenſorum certior confeſtim relatio multiplicavit. Quapropter quia, ſicut divinitus inſpirata ſapientia veſtra novit, cunctarum Chriſti ovium cura conſtringimur, cum vices illius per abundantiam cæleſtis E gratiæ geramus, cui ſpecialiter a Deo dicitur: *Paſce oves meas:* & rurſus, *Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos*; non potuimus diſsimulare, aut negligere, quo minus viſitaremus oves diſperſas & diſsipatas, vel quo minus confirmaremus in fide & moribus bonis fratres noſtros & proximos.

1. Joan. 3.

* al. Arſa viro.

Luc. 22.

Et quia inter cetera, quæ de ſchiſmate jam fatæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, hi qui miſsi fuerant teſtabantur, maxime eamdem eccleſiam ab Iconomachis recidivam contemptionem excitantibus aſſerebant vexari, Chriſtumque per ſingula A conventicula blaſphemari, idcirco duos epiſcopos qui nobiſcum erant, quique ad hoc tantum perficiendum opus idonei nobis eſſe videbantur, Radoaldum ſcilicet & Zachariam una cum eccleſia quæ apud nos eſt, datis literis tam ad Auguſtum, quam ad Photium ſcriptis Conſtantinopolim, idem nimirum piaculum execrantes, a latere noſtro direximus, nihil eis penitus injungentes, niſi ut tantummodo cauſas Ignatii patriarchæ, qui antea de eccleſia pulſus, quam ab aliquo accuſatus extiterat, diligenter inveſtigarent, & ſedi apoſtolicæ plenis & veracibus referrent indiciis. Quemadmodum Job beatiſſimus edocet: *Cauſam*, inquit, *quam neſciebam, diligentiſſime inveſtigabam.*

Job. 19.

Photii vero conſecrationem non ſolum minime interim admittendam eſſe credidimus, verum etiam ipſis legatis noſtris, ne cum illo, niſi quaſi cum laico, uſque ad notitiam noſtram communicarent, frequenti ac omnimoda juſſione præcepimus. Quoniam ſicut magniloquus Leo papa ſcribens ad ſanctum Flavianum dicit antiſtitem: Nos qui ſacerdotum Domini matura volumus eſſe judicia, nihil poſſumus incognitis rebus in cujuſquam partis præjudicium definire, priuſquam univerſa quæ geſta ſunt veraciter audiamus; tantum eis de venerabilibus Domini noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque genitricis ſemper virginis Mariæ, ac ſanctorum ipſius imaginibus, quidquid quæſtio afferret, juſte ac pie definire licentiam dantes: quæ C cuncta ita eſſe ut dicimus, litteræ noſtræ, quas auguſtæ manſuetudini, nec non & Photio per eoſdem miſſos noſtros deſtinaveramus, ſi ita ſunt apud vos, quemadmodum a nobis fuere tranſmiſſæ, patenter poterunt indicare. Nam ſi nos pro definienda controverſia fratris noſtri Ignatii, tunc legatis noſtris quidquam præcepimus, vel etiam damnationi eum ſubjici decrevimus, ut quid nec ſententiam definitivam ſuſcipere, licet non digne, nec legitime decertaverint, attamen quantumcumque & quomodocumque contradixiſſe, ac ne deponeretur, reſtitiſſe probantur? ſiquidem, ut cetera nunc commemorare differamus, in epiſtola imperiali didicimus, quomodo illi non ſolum conſenſum noluerunt ipſius præbere damnationi, verum etiam qualiter, ne tantum piaculum committeretur, interdixerunt. Cui profecto & ipſi minime contradicerent, ſi ut depoſitioni ejus intereſſent, nos ſibi mandatum tribuiſſe recolerent: & cariſſimus filius noſter pius Auguſtus, niſi illos præter juſſionem noſtram egiſſe clare ſciret, eos & nobis commendare, & ſuper hujuſcemodi noxa tranſgreſſionis excuſare nullo modo ſtuderet. Jam vero ſi dicitis, quamobrem illos depoſuerimus, cum eos in damnationem ſæpefati patriarchæ conſentire noluiſſe tam manifeſte ſciatis; reſpondemus, quia nihil illis bonum profuit inchoaſſe, & in bonitate minime perduraſſe: quoniam, *Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Quid enim proderit alicui E pro veritate primum quidem impetum dare, & poſt paululum aut ſuaſionibus, aut terroribus, aut alio quolibet vitio a veritatis tramite declinare? Porro ſi Vitalis & Miſenus a beato Felice papa honore pariter & communione privati ſunt, qui olim ad talia, quemadmodum iſti nunc, vel impulſi vel dilapſi ſunt, quanto potius iſti pari debent ultioni ſuccumbere, qui parem quidem prævaricationem, ſed non pares, immo nullas Conſtantinopoli pœnas, ſicut illi quondam perpeſſi ſunt? Porro ſi nos ideo miſſos noſtros deſtinaſſemus, ut vice noſtra Ignatii eſſent negotii judices, quemadmodum imperatoria perhibebat epiſtola,

Matth. 10.

ANNO CHRISTI 869.

ACT. VII. CON. VIII. GENER.

ſtola, miſſa per Leonem a ſecretis, quæ latrocinale illud concilium, in quo Ignatius deponi putatus eſt, judicium noſtrum fuiſſe non veraciter aſſerebat; profecto ante totius litis motionem, atque omnis controverſiæ initium, ſedem ei propriam reſtitui procul dubio cenſuiſſemus, ut legitime nimirum reciperet, quod nulla lege dictante perdiderat: atque per eccleſiaſticum canonem reſumeret, quod illi potentia ſæcularis ademerat; quatenus ſic deinde, ſede propria, nec non & omnibus ſuis ante receptis viribuſque reſumptis, veſtitus jam & armatus, cum accuſatoribus ſuis certaminis campum & litigii conflictum poſſet arripere. Quod cum in mundanis negotiis legibus fieri cenſeatur, multo magis, ut in eccleſiaſticis atque divinis obſervaretur, debuit provideri. Præterea quando præfatos miſſos a nobis direximus, epiſtolam, quam eis manſuetiſſimo imperatori, ſicut prætulimus, dandam tribuimus, in tribus voluminibus, uno eodemque tenore, ac eiſdem ſyllabis ſcribi præcepimus. Et unum quidem ex his apud nos pro futuro teſtimonio retinuimus, ſuſpecti videlicet jam de fraudanda epiſtola, quod poſtea probavimus. Aliud vero, ut præmiſſum eſt, jam memorato pio Auguſto eis dedimus offerendum. Porro tertium eiſdem legatis noſtris præbuimus, injungentes, ut hoc ſibi ad inſtructionem ſuam, tamquam ſpeculum præ oculis jugiter habitum reſervarent, & cum Conſtantinopoli conventus fieret ſacerdotum, in quo a legatis noſtris comminiſter noſter Ignatius fuerat audiendus, ſi præfatus Auguſtus nollet, ibidem ſibi miſſum recitari epiſtolæ noſtræ volumen; ipſi hoc, quod illis apud ſe retinendum dederamus, quodque unius formæ per omnia cum ceteris duobus, quorum jam mentionem fecimus, erat, in ipſo conventu legerent, & ad notitiam omnium veſtrum quomodocumque perferrent. At illi pervenientes Conſtantinopolim, minis imperatoriæ poteſtatis, ſicut ipſi poſtea fatebantur, deterriti, ſpretis monitis noſtris, ac epiſtolis ſibi a nobis coram tota eccleſia noſtra datis, immo poſtpoſito timore Dei, ſicuti poſtea claruit, in contrarium vertere omnia, quæ ſibi fuerant imperata. Denique & cum Photio adultero, eccleſiæ invaſore, atque neophyto, quod ſibi multipliciter prohibitum fuerat, inter ſacroſancta myſteria communicaverunt, & Ignatium virum ſenem & ſanctum, ac duodecim annos innocenter eccleſiam Dei regentem, & nobiſcum, & vobiſcum, atque cum univerſali & orthodoxa eccleſia communicantem, Conſtantinopolitanorum factioni pernicioſiſſime concinentes, damnaverunt, & ſacerdotalibus infulis exſpoliatum ab eccleſiæ regimine modis omnibus expulerunt. Quem non ita juſtificamus, ut nihil hunc reprehenſione dignum admiſiſſe dicamus; pro quo fortaſſe merito poterat, legitima diſcuſſione facta, quodlibet canonicæ jaculum pati ſententiæ: cum ſcriptum in apoſtolicis literis confiteamur, dicentes: *In multis offendimus omnes*; & rurſus; *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Sed ita volumus, & ita decernimus, iſtiuſmodi pontificem digna pro factis recipere, ut ſacerdotale decus penitus non viteſcat, nec tam facile pontificalis apex terra tenus incurvetur. Ita, inquam, volumus, & ita decernimus, hunc, immo quemcumque pontificem, juſtæ ſubdi ſententiæ, ut non a ſæcularibus quibuſcumque judicetur, non tyrannice propellatur, non ante audientiam eccleſia ſua privetur, non ab inferioribus, ſed a majoris auctoritatis perſona recti calculi ſententiam conſequatur. Ita denique volumus, & ita

Jacob. 3.

1. Joan. 1.

A decernimus, iſtius, immo vero cunctorum ſacerdotum, cauſas examinare, culpaſve punire, ut paternos terminos non tranſgrediamur, ſacros canones non conculcemus, nec decretalia ſedis apoſtolicæ conſtituta, quibus eccleſia tota fulcitur atque munitur, quoquomodo violemus. Ad extremum ita volumus, & ita decernimus, pontificem, qualiſcumque ſit, judicari, ut eccleſiæ, cui præeſt, jura nulla temeritate, nulla præſumptione frangantur. Nullum quippe poterit eccleſia jus dignum ſervari, ſi præſul ejus a quibuslibet, vel quandolibet, aut quomodolibet impetatur, & pro libito cujuſque tanta facilitate pellatur. Quod cum ita ſit, non poſſumus interim fratrem noſtrum Ignatium, qualiſcumque ſit, non inter ſanctiſſi-

B mos & beatiſſimos patriarchas connumerare: qui licet apud vos ſit tot opprobriis, tot perſecutionibus fatigatus: attamen non niſi qualis a deceſſoribus meis eſt habitus, creditus & veneratus, habetur, creditur & veneratur, nullo quippe noſtro examine alicujus criminis reus, nullo eſt noſtro ſpeciali judicio repertus obnoxius; ac per hoc nulla eſt noſtra ſententia condemnandus, aut a noſtris, eccleſiæ noſtrique communione collegii ſequeſtrandus, aut aliquibus, niſi honorabilibus, vocabulis appellandus; ſed ad narrationis ordinem redeamus. Miſſi præterea noſtri tandem reverſi, nihil aliud renuntiavere, niſi depoſitum Ignatium & Photium in ſede Conſtantinopolitana firmatum. Poſt duos vero dies

C legatus a nobis imperialis nomine Leo a ſecretis ſuſceptus duo volumina obtulit, quorum unum depoſitionis Ignatii geſta continebat, alterum autem de ſanctis habebat imaginibus acta, per quæ videlicet cognovimus, quia nec imperator epiſtolam noſtram, qua fratrem & coepiſcopum noſtrum ad ſolam audientiam ante conſpectum miſſorum noſtrorum accerſiri decreveramus, in depoſitione ipſius conſacerdotis noſtri, quæ prius, ſicut putatur, facta eſt, oſtendit: nec iidem miſſi noſtri parilem ejus, ac per omnia conſimilem, quam eis in epiſcoporum conventu recitare juſſeramus, demonſtrare curaverunt. Sed nec, quantum in eiſdem voluminibus in Latinum ſermonem ex Græco translatis reperitur, ordo legiti-

D mus, & a ſanctis patribus uſitatus, in lectione ipſius epiſtolæ extitit obſervatus. Quamvis & in his quæ in conventu, qui poſterius pro ſacris imaginibus collectus, ex ea lecta ſunt, nonnulla addita, multa commutata, plura ſubtracta reperiantur, & per omnia talis effecta ſit, ut aut nihil, aut parum aliquid nos per eam de crebro dicti comminiſtri noſtri Ignatii diſpoſuiſſe cauſa videremur. Quidquid enim de ipſius receſſu vel præjudicio, quidquid de ſententia non a Romano pontifice ſecundum morem in eum prolata, quidquid de violatis paternis definitionibus, quidquid de Photii ſcripſeramus irregulari promotione, ſaltu quodam calliditatis tranſcendentes; etiam ſanctorum patrum inſtituta, quæ ſancti Spiritus af-

E flatu ſunt edita, ne ad concilii pervenirent notitiam, more ſuo falſidici tranſcenderunt: & cum divinitus attributa talenta fuerint, velut in quodam ſilentii ſudario ligata ſub terra penitus abſconderunt. Quo comperto, moleſte tulimus, & quid ſine miſſis noſtris actum fuerit confeſtim intelleximus, qui talia cum miſſis noſtris perpetrata fuiſſe patenter agnovimus. Aut enim juſta fuerunt quæ miſimus, ſicque conſequenter oportuit ea ſervari; aut ſi juſta putata non ſunt, in quo juſta non fuerint, per aliud ſaltem ſcriptum deponi, & nobis referri, & ſumma ratione, debuerunt patenter oſtendi. In nullo tamen horum

opor-

ANNO CHRISTI 869.

oportuit vel eccleſiam, quæ apud vos eſt, cognitione privari, vel aliqua falſitatis depravatione fraudari. Detulit præterea ideo Leo imperialis legatus Auguſtales literas deprecantes, quatenus & in depoſitione Ignatii, & in confirmatione Photii conſenſum præberemus, & ſubſcriberemus. At nos, divina docente gratia, dum idem adeſſet miſſus, convocata tota, quæ apud nos eſt, eccleſia, decrevimus, & ſtatuimus, atque profeſſi ſumus coram ipſo, & coram eadem ſancta eccleſia, ſicuti & nunc per eam, ac per vos profitemur coram univerſali ſancta Chriſti eccleſia, pro dejectione Ignatii, vel conſecratione Photii nunquam miſiſſe, nunquam miſſuros eſſe, & in depoſitione Ignatii, & promotione Photii, nunquam conſenſiſſe, nunquam conſenſuros eſſe. Et, his ſæpius dictis, & palam annuntiatis, atque in apoſtolatus noſtri epiſtolis taliter inſertis, & eidem Leoni a ſecretis, tam imperatori, quam Photio ad defendendum datis, hunc a nobis remiſimus. Igitur cum hæc gerebantur, nondum Radoaldus & Zacharias epiſcopi, quos, ut præmiſſum eſt, Conſtantinopolim miſeramus, confeſſione propria, vel ſynodali examine convicti erant, aut patenter oſtenſi, quod ipſi depoſuiſſent Ignatium, vel communicaſſent adultero Photio: quamvis hoc & alia illa concilia quæ imminentibus illis Conſtantinopoli celebrata ſunt, videlicet tam id quod adverſus patriarcham Ignatium, quam id quod pro ſacris imaginibus collectum eſt, patenter innuerint, & imperialis epiſtola clare denuntiaverit, atque præfatus Leo a ſecretis regius, his negantibus, in facie ſæpiſſime atque conſtantiſſime coram nobis & primoribus eccleſiæ noſtræ jam dixerit. Sed procedente tempore, murmur multorum, ab illis partibus Romam venientium, quinimmo perſecutiones a fautoribus Photii commotas fugientium, ſenſim eoſdem cœpit epiſcopos muneribus fuiſſe corruptos, diffamare, & quod communicaſſent Photio, & depoſuiſſent Ignatium, divulgare. Quo audito, nimio mœrore repleti, qualiter ab eccleſia Chriſti, cui divina dignatione præſumus, non habente maculam, aut rugam, aut aliquid hujuſmodi, ſiniſtram procul faceremus ſuſpicionem, videlicet, ne in hanc ſaltem tenuis ſubſannandi oriretur occaſio, cogitare cœpimus, & mente revolvere. Tunc convocato multarum provinciarum occidentalium regionum ſanctiſſimorum epiſcoporum cœtu, & collecta ſancta ſynodo in eccleſia Dei, in qua beatus Petrus apoſtolorum princeps corpore redolet, & virtutibus emicat; deinde propter frigidiorem locum in eccleſia ſalvatoris, quæ ab auctore appellatur Conſtantiniana, & quæ prima in toto terrarum orbe conſtructa eſt, ibique recitatis omnibus ſcripturis, de Græco ſermone in Latinum converſis, tam videlicet nefanda ſynodo, quæ per jam fatum Leonem a ſecretis apoſtolicæ ſedi delata eſt, quam etiam imperiali epiſtola, in quibus omnibus æſtimata depoſitio Ignatii continebatur: & deductus in medium Zacharias tunc epiſcopus, quia Radoaldus propter abſentiam haberi ad præſens non poterat; & diſcuſſus, & diligenter examinatus, inventus eſt in depoſitione Ignatii, & communione Photii omnino culpabilis: in quo idem Zacharias ſe obnoxium recognoſcens, proprio ore ac proprio ſcripto ſe Conſtantinopolim a ſede apoſtolica directum iiſſe, & quæ ſibi a nobis agenda fuerant injuncta neglexiſſe, ac quæ ſibi fuerant prohibita peregiſſe, confeſſus eſt, Ignatium ſcilicet ſine juſſione apoſtolicæ ſedis deponendo & Photio contra noſtri apoſtolatus præceptionem

ACT. VII. CON. VIII. GENER.

A communicando. Tunc, decernente ſancta nobiſcum ſynodo, depoſitionis & excommunicationis ſuæ ſententiam præfatus Zacharias accipiens, foveam, quam aliis præparavit, incidit. Alterius, id eſt Radoaldi, examinatione propter abſentiam uſque ad aliam ſynodum protelata, ad quam canonice ſæpe invitatus, quia non occurrit, depoſitionis & excommunicationis ſententiam, quam complex ejus promeruit, inſuper, & anathematis, ſi cum Photio de cetero communicaſſet, obligamentum merito non evaſit. Dignum quippe fuit ut par iniquitas par gigneret utrique judicium, & æqualitas eſſet in retributione, quibus parilitas extitit in tranſgreſſione. Nam quia idem Radoaldus objecta non diluit, vera eſſe, quæ de B illo dicebantur, etiamſi alia nulla conſtarent indicia, examen ſubterfugiens, omnino firmavit. Et idcirco jure illo non profuit abſentia, quam ipſe non caſu accedente, ſed voluntate propria miniſtrante, quemadmodum Neſtorius quondam atque Dioſcorus, ſibi procuraſſe probatus eſt. Nam, ut ſanctus papa Bonifacius in decretali ſua docet, manifeſtum eſt confiteri eum de crimine, qui indulto & toties delegato judicio, purgandi ſe occaſione non utitur. Nihil enim intereſt utrum in præſenti examine omnia quæ dicta ſunt comprobentur, cum ipſam quoque per confeſſionem procurata toties conſtet abſentia. Hinc etiam egregius ſedis apoſtolicæ præſul & magnus eccleſiæ propugnator ſcribit Hormiſda: Soli, inquiens, C declinant examen conſcientiæ, quæ juſſa ſunt non tenentes. Sed ut quid multa proſequamur, cum, juxta quod Dominus dicit, *in quo judicio judicaverunt, judicatum ſit de eis: & in qua menſura menſi ſunt, remenſum ſit eis?* Contigit enim illis, quemadmodum Vitali quondam & Miſeno epiſcopis, qui ſicut iſti, Conſtantinopolim miſſi, eorum, pro quibus deſtinati ſunt, adverſæ parti communicando, non executores, ſed impugnatores inventi ſunt. De quibus beatus Felix apoſtolicæ ſedis antiſtes, & Alexandrini Petri ſeu Conſtantinopolitani Acacii præſulum damnator, imperatori Zenoni ſcribens, inter cetera: Vitalem, ait, atque Miſenum, * cur vel impulſi ad iſta conſenſerint, honore ſimul & communione D apoſtolica cenſura privavit; quoniam factum eſt, ſicut ipſe Cyrillo abbati Acymetenſi ſcribit, ut eorum prævaricatione deciperetur populus Chriſtianus: qui rurſus de eis mentionem faciens, ad jam fatum principem de eorum tranſgreſſione dicit: Plebi ſuaſum eſt Chriſtianæ nos talibus præbuiſſe conſenſum, quos mox, ut regreſſi ſunt, prævaricatio impune non habuit. Nam eos apud beatum Petrum apoſtolum ſancta mecum ſynodus reſidens, dum convicti plura mentirentur, ordine & communione nudavit, ne, eorum incorrecta perfidia, ſecuritas proveniret inimicis. Porro, quæ in ſuperius memorata venerabili & ſancta ſynodo unanimiter ac conſonanter de Photio uſurpatore ac invaſore Conſtantinopolitanorum eccle- E ſiæ, atque fautoribus ejus, ſeu de fratre ac conſacerdote noſtro Ignatio patriarcha, vel de his qui ex parte ipſius ſunt, nec non & de ſacris imaginibus; canonice, rationabiliter, catholiceque ſtatuerimus & promulgaverimus, ſubter annexis capitulis declaratur.

Epiſt. 3.

Matth. 7.

* Forte, cum

H

I.

Photius, qui ex ſchiſmaticorum, & ſe a ſanctæ communionis participatione avertentium parte eſſe dignoſcitur, & a ſæculari miniſtratione, atque militia, & ex foro ſubito tonſuratus, a Gregorio Syracuſano dudum epiſcopo a ſynodo

damna-

damnato, & ab apoſtolica ſede convicto, epiſco- A
pus ordinatus eſt: &, vivente ac ſuperſtite con-
ſacerdote noſtro Ignatio, ſanctæ eccleſiæ Con-
ſtantinopolitanæ patriarcha, ſedem ipſius invaſit:
& in ſponſam, quam a Chriſto ſponſo immacu-
latam cuſtodiendam, veluti amicus ſponſi, per-
ceperat, non per oſtium, quod Chriſtus eſt, ſed
aliunde ex adverſo in ovile dominicum, more
furis, atque latronis, ingrediens, ac ſi violentus
rapax & ſceleſtus adulter irrupit. Deinde cum
damnatis & anathematizatis, atque cum his qui
ne ſacerdotale officium ante audientiam præſu-
merent, a deceſſore meo ſanctæ memoriæ Bene-
dicto papa fuerant obligati, quotidie ac indiffe-
renter communicans & converſans, contra fidem
promiſſam, contraque ſuam profeſſionem, qua B
pollicitus eſt ſe adverſus jam ſatum patriarcham
nullum ſiniſtrum conſilium eſſe facturum, con-
gregavit concilium, & una cum ſequacibus ſuis,
depoſitis & damnatis, excommunicatis & anathe-
matizatis, & aliis ſine ſedibus, atque cum his,
a quibus vel ille irregulariter & illicite provectus
fuerat, vel quos ipſe temere ac indebite prove-
xerat, contra eumdem fratrem, & comminiſtrum
noſtrum Ignatium depoſitionem facere, & ana-
thema dicere auſus eſt. Deinde apoſtolicæ ſedis
miſſos, quos pro cauſa ſacrarum imaginum, &
pro inquirenda, & nobis renuntianda jam ſati
patriarchæ dejectione, & ob inveniendum mo-
dum promotionis hujus neophyti, deſtinavera-
mus; quibus potuit argumentis a noſtris manda- C
tis avertere, more Acacii quondam Conſtantino-
politani hæretici patriarchæ, præſumpſit, & ad
proceſſionem, quæ ei cum comparibus ſuis habe-
batur, ſicuti eorum profeſſione patefactum eſt,
& ſancto Spiritu revelante, venerandæ ſynodo,
quæ a nobis collecta eſt, claruit; ad damnato-
rum & ſchiſmaticorum communionem, contem-
pta legatione, quæ vel Gentilium more ſervari
debuit, pertraxit, & in illuſionem beati Petri
apoſtoli, a cujus ſede profecti fuerant, non ſo-
lum inefficaces redire fecit; ſed etiam impugna-
tores omnium quæ fuerant mandata monſtravit.
Poſtremo epiſcopos, qui ei tamquam adultero &
pervaſori communicare noluerunt, exilio relega-
vit, & ſui ſceleris complices in eorum ſubrogare D
locis non timuit. Et uſque hodie eccleſiam Dei
diverſis perſecutionibus impugnare non deſinit;
ita ut fratrem & coepiſcopum noſtrum Ignatium
ſanctiſſimum patriarcham inauditis pœnis & ho-
ribilibus tormentis afficere non quieſcat; ſed &
omnes quotquot pro veritate & fide cum eodem
perſiſtere comprehenderit, quibus prævalet mo-
dis, perdere imprætermiſſe moliatur. Hæc & his
ſimilia contra evangelica, apoſtolica, prophetica,
atque canonica inſtituta ſe efferens, ſit Dei omni-
potentis, & beatorum apoſtolorum principum Pe-
tri & Pauli, ac omnium ſimul ſanctorum, atque
venerandorum ſex univerſalium conciliorum au-
ctoritate, nec non & Spiritus ſancti per nos ju-
dicio, omni ſacerdotali honore & nomine alie- E
nus, & omni clericatus officio prorſus exutus:
ita ſi poſt notitiam hujus ſanctionis, quam divi-
na inſpiratione depromptam eſſe credimus, cum
unanimitate & concordia ſanctæ ſynodi ſit pro-
cul dubio promulgata, tentaverit in Conſtantino-
politano throno præſidere, aut ſæpe ſatum vene-
rabilem coepiſcopum noſtrum Ignatium, quomi-
nus eccleſiam ſibi commiſſam ſine quavis inquie-
tudine regere poſſit, impedierit, vel ſi ulterius
auſus fuerit aliquid de ſacro miniſterio more ſa-
cerdotis contingere, juxta præcedentem conſue-
tudinem, nullo modo liceat ei communionis



ſpem, aut locum habere ſatisfationis, ſed ana-
thematis vinculis innodatus, una cum communi-
catoribus ſuis atque fautoribus perpetuo Dei per
noſtram mediocritatem judicio ac ſententia ſa-
crum corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu
Chriſti, non niſi vicino mortis periculo, omni-
no percipiat: ut hæc unuſquiſque diſcens, ne-
quaquam de cetero temeraria præſumptione ex
laicis ſubito in dominicis caſtris, inſperato quo-
dammodo impetu irrepere audeat, & principatus
amore ante ducatum præſtare velit, quam tiro-
nis conſummet officium & ante tentet docere,
quam diſcere, ſicut in eadem Conſtantinopoli-
tana eccleſia ſæpe præſumptum eſſe comperimus.
Et rurſus, ne contemptis clericis, quorum utpo-
te in tam magna urbe copioſa multitudo eſt,
quippe ab ipſis, ut ita dixerimus, incunabulis
imprætermiſſo labore in eccleſia Chriſti deſudant,
& indeſinentia Domino exhibent ſervitutis obſe-
quia, is qui deforis eſt alterius ovilis Chriſti re-
pente principatum arripiat, & nitatur quos eſſe
ſuos non recognoſcit diſcerpere, & grex domini-
cus incipiat eum, utpote extraneum & improvi-
ſum, omnino contemnere; præſertim cum perſpi-
ciat nil ſibi ſtipendia profuiſſe meritorum, & alie-
num ſuorum cernat conſumere fructus laborum.

II.

Gregorium ſane, qui Syracuſanæ eccleſiæ irre-
gulariter atque Deo contempto præeſt, eo quod
& ipſe ex parte ſchiſmaticorum ſit, & poſtquam
a ſynodo epiſcopatus officio privatus, & a deceſ-
ſore meo ſanctæ memoriæ papa Benedicto obli-
gatus eſt, & Photium laicum ſubito conſecrare
in epiſcopum non formidavit, & de ſacro mini-
ſterio auſus eſt multa contingere, juxta præce-
dentem conſuetudinem ſancimus, & juxta cano-
nicam deliberationem apoſtolica auctoritate de-
finimus atque ſtatuimus omni ſacerdotali carere
atque privatum fore miniſterio; ita ut nullo mo-
do liceat ei in qualibet ſynodo reſtitutionis ſpem,
aut locum habere ſatisfactionis. Quod ſi de reli-
liquo præſumpſerit in ſacro officio more ſacerdo-
tis quovis tempore miniſtrare, anathema ſit: ſed
& ſi contra fratrem & coepiſcopum noſtrum Igna-
tium turbas excitaverit, vel ab ejus commu-
nione fideles averterit, anathema ſit, & omnes
communicantes ei ab eccleſia abjiciantur; ſed &
ipſi anathemata ſint.

III.

Eos vero quos Photius neophytus & Conſtan-
tinopolitanæ ſedis invaſor in quolibet eccleſiaſtico
ordine provexit, quoniam manifeſtum eſt eos in
omnibus conſecratoris ſui pravitatibus conſenſiſ-
ſe, atque ei poſt invaſionem communicaſſe, omni
clericali officio privamus, & apoſtolica atque ca-
nonica auctoritate, & ſynodali decreto eos peni-
tus ſequeſtramus.

IV.

Reverendiſſimum & ſanctiſſimum fratrem &
coepiſcopum noſtrum Ignatium ſanctæ Conſtan-
tinopolitanæ eccleſiæ patriarcham, qui primo qui-
dem imperiali violentia ac terrore proprio thro-
no privatus eſt, & poſtea a Photio adultero,
prævaricatore ac pervaſore ſedis Conſtantinopoli-
tanæ, & ab ejus complicibus, excommunicatis
videlicet & anathematizatis atque damnatis, &
ſine epiſcopalibus ſedibus, & a deceſſore meo ſan-
ctæ recordationis Benedicto papa, obligatis homi-
nibus, anathematizatus eſt, & poſtremo ab apo-
ſtolicæ ſedis miſſis contra noſtram præceptionem,
ut ſanctæ ſynodo Spiritus ſanctus revelavit, &
Zacharias dudum epiſcopus, qui unus de eiſdem
duobus legatis extitit, propria confeſſione mani-
feſta-

ANNO CHRISTI 869.

ſeſtavit, infulis eſt ſacerdotalibus deſpoliatus, au- A
ctoritate ſummi judicis domini noſtri Jeſu Chri-
ſti promulgamus, ſancimus, atque decernimus,
unquam nec fuiſſe nec eſſe depoſitum, vel ana-
thematizatum, tamquam qui ab imperiali poten-
tia ſit abſque ulla canonica auctoritate pulſus ec-
cleſia, & tamquam qui ab obligatis nullo poſſit
haberi vinculo colligatus; & ab eis qui nullam
eum judicandi poteſtatem, vel ab apoſtolica ſede
habuerint auctoritatem, nullum ſui honoris di-
ſcrimen pati debuerit. Et ideo illum, id eſt
eumdem fratrem & conſacerdotem noſtrum Igna-
tium patriarcham, omni vinculo anathematis ab
eo remoto, per poteſtatem divina voce beatiſ-
ſimo Petro collatam, & per auctoritatem ſacro-
rum canonum & decretalium conſtitutionum, mo- B
re ſanctorum patrum prolatarum, priſtino hono-
ri, priſtinæ dignitati & ſedi, priſtino gradui &
patriarchio, ac priſtinis pontificalibus infulis at-
que officiis reſtituimus, ſtatuimus, ac confirma-
mus ita ut quicumque poſt notitiam hujus apo-
ſtolicæ, atque ſynodicæ ſanctionis, quo minus
omnia quæ præmiſimus inſignia pontificatus reci-
piat, cum impedierit, & non in omnibus huic
decreto obedierit, vel ſe ab ejus communione
ſeparaverit, vel ulterius contra eum aliquod judi-
cium proferre tentaverit, abſque ſedis dumtaxat
apoſtolicæ præmiſſo conſenſu, ſiquidem clericus
fuerit, ab omni clericatus officio coram Deo &
hominibus ſit alienus, atque perenni pœna, tam-
quam qui magiſtrum prodit, cum Juda tradito- C
re conſtringatur; & niſi a prava intentione re-
ceſſerit, perpetuo anathemate maneat condemna-
tus: ſi vero laicus fuerit ille, quiſquis eſt, huic
noſtræ conſtitutioni contra ire tentans, & eum
ſedem & omnem priſtinam dumtaxat dignitatem
recipere non permiſerit; vel ſi poſt receptam
priorem ſedem denuo illum impellere, & a pa-
triarchio expellere tentaverit, vel perſonæ ipſius,
ſeu ſacerdotali honori aliquam moleſtiam ſine
hujus primæ ſedis conſenſu intulerit, omni be-
nedictione paterna privetur, & maledictione Cha-
naan, filii Cham, qui verecundiam patris videns
non cooperuit ſed irriſit, mulctetur, & cum par-
ricidis æterna pœna, Domino judicante, percel-
latur, & nexibus anathematis, non niſi reſipi- D
ſcens, penitus eruatur.

V.

Eos autem epiſcopos, ſeu cujuslibet ordinis
clericos, qui poſt injuſtam dejectionem fratris &
coepiſcopi noſtri Ignatii, vel in exilio relegati,
vel miniſterio aut gradu invidioſe privati ſunt,
ſtatuimus, ut exilio diſſoluto proprias ſedes at-
que gradus recipiant. Quod ſi quiſquam huic de-
creto noſtro contra ire præſumpſerit, & ut ſedes
vel gradus reſumant impedierit, quouſque obtem-
peraverit, anathema ſit. Sane ſi quidam ex eis
ab aliis criminantur, decernimus eos antea ſedes
quidem & proprios gradus recipere; judicari au-
tem niſi a ſede Romana non patimur: ſed ſi
qua præter regulam forte egiſſe dicuntur, noſtro E
eos decreto judicandos reſervari ſtatuimus, juxta
quod & ſacri præcipiunt canones.

VI.

Quoniam oportet nos majorum noſtrorum ſta-
tuta immoto mentis intuitu conſervare, & in
omnibus ſanctorum patrum ſemper dogmata ve-
nerari; definimus de ſacris & reverendis imagi-
nibus domini noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque ſem-
per virginis genitricis Mariæ, omniumque ſan-
ctorum, qui Deo ab Abel juſto placuiſſe credun-
tur, quæ eccleſia ſancta in univerſo orbe diffuſa
antiquitus accepit, quæque ſedis apoſtolicæ præ-
A ſules pro eis decreverunt ac ſtatuerunt illibata
perſiſtere, atque intemerata manere. Quapropter ACT. VII. CON. VIII. GENER.
* Joannem quondam Conſtantinopolitanum anti-
ſtitem, & ſequaces ipſius, qui eas frangendas at-
que calcandas eſſe ore polluto aſſeverant, quam-
diu de his nobiſcum non ſenſerint, & juxta ſan-
ctorum pontificum Romanorum decreta & alio-
rum catholicorum patrum inſtituta non ſapue-
rint, ſancimus eos a Chriſto & ab eccleſia ca-
tholica atque apoſtolica eſſe anathema. Hæc ſunt
quæ ſedes apoſtolica ſtatuit: hæc ſunt quæ ſyno-
dice regulariterque decrevit: hæc ſunt quæ vos
tanto ſtudioſius oportet amplecti, tanto ſolicitius
obſervare, quanto ſatius noſtis, quæ ab ea ſta-
tuta fuerint, hæc univerſalem ſemper eccleſiam
B tenuiſſe; ita ut contra ſingulos errores in eccle-
ſia exortos, prior hæc ſecundum primatus ſui
auctoritatem ſententiæ terminum dederit. Et ita
demum univerſalis eccleſia, licet aliquando per
aliquantulum temporis in quibuſdam reluctata ſit;
quæ illa tamen probavit, quandoque probaverit;
& quæ illa refutavit, ipſa etiam refutaverit. Ve-
rum vos quomodocumque obedieritis vel non obe-
dieritis divinis inſtitutis, vel paternis canonibus;
nos tamen in Ignatii fratris & coepiſcopi noſtri
quocumque diſcrimine, priuſquam a nobis ſpe-
cialiter ad iterationem ejus perducatur negotium,
quia nec hactenus conſenſimus, aliquando, Deo
nos confirmante, nullo modo conſentiemus. Sed
nec in Photii ſacerdotali provectui præſtando fa-
C vore vota condeſcenſionis noſtræ modo quolibet
inclinabimus, ſed omnibus viribus noſtris, atque
conatibus, pro cœptæ juſtitiæ provectione, pro
reſtaurando videlicet legitimo, & repellendo mœ-
cho, quamdiu vivemus, curare, & quod noſtrum
eſt agere nullatenus, auctore Deo, ceſſabimus,
& nunc obſecrando, nunc hortando, nunc incre-
pando, nunc etiam regulariter admonendo. In-
ſuper & auctoritate apoſtolica eos qui contuma-
ces fuerint feriendo, nunc verbis, nunc literis,
quod rectum & juſtum atque inchoatum eſt, die
ac nocte cum virtute ſummi opificis conſumma-
re ſtudebimus. Ergo fraternitas veſtra literarum
ſaltem nunc tenore cognoſcat, ſedem beati Petri
apoſtoli, neophyto, & mœcho, & Conſtantino-
D politanorum eccleſiæ invaſori Photio, olim ju-
ſteque damnato, ac nihilo minus præſentia ſy-
nodali nuper eliſo, vel fautoribus ejus, niſi a
prævaricatione ceſſaverint, communionis nunquam
præbituram eſſe conſenſum. Qui, ut cetera nunc
omittamus, a Gregorio Syracuſano, vel ceteris
ſchiſmaticis inſtructus, immo deſtructus, contra
omne fas nulli præſidere poteſt eccleſiæ. Nam
merito deſtructus eſſe creditur, qui a deſtructo
ædificari ſperans, etiam ſiqua alia bona fortaſſis
habuit, nimiæ præſumptionis ejus temeritati com-
municans, perdidit. Nam Gregorius quomodo
quemquam ædificare poterat, qui multipliciter jam
noſcebatur eliſus? Quomodo quemquam in ali-
quo eccleſiaſtico poterat ordine ſtabilire, qui ec-
E cleſiæ unitatem ſcindens, ipſe jam videbatur
omnino dejectus? Sicut enim ligatus ligare, &
dejectus dejicere non potuit, ſic deſtructus con-
ſtruere, & eliſus quemquam ordinare nequivit.
In ſummo quippe ſtatus ſui oportet eum vigore
conſiſtere, & firmis inniti per omnia baſibus,
qui alterum vel proſternere vel conatur ſtatuere.
Gregorius ergo, qui canonice ac ſynodice depo-
ſitus & anathematizatus erat, quemadmodum poſ-
ſet quemquam provehere vel benedicere, ratio
nulla docet. Igitur nihil Photius ex Gregorio
percepit, niſi quantum Gregorius habuit: nihil
autem habuit, nihil dedit; per eorum quippe,
ut

* ſive Janeum.

ut legitur, manus impoſitionem & invocationem A dabatur Spiritus ſanctus, qui noverat mundas ad Dominum levare manus. Ceterum Gregorius, qui tranſgreſſor factus eſt legis, ad iracundiam ſui magis, quam ad conſecrationem alicujus, Spiritum ſanctum per impoſitionem ſuæ manus ſine dubio provocavit, etiamſi is qui ordinandus erat nullas alias haberet ſibi regulas obviantes. Hinc enim ſcriptum eſt: *Qui obturat aures ſuas ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis*: (Prov. 28.) ſi execrabilis, utique non audibilis: ſi non audibilis, ergo inefficax: ſi inefficax, profecto Photio nihil præſtans; nimirum qui vulneratum caput per illam manus impoſitionem potius habere dignoſcitur. Porro ſi prætendit injuſte ab Ignatio ſe fuiſſe depoſitum, quid de omnibus qui in ſynodo B illo tempore convenerunt, ſententiamque in eum protulerunt, perhibebit? Quod ſi & illos injuſte feciſſe dicere præſumit, quare cum eis nunc communicat, & quoſdam eorum ſacerdotio dignos exiſtimat; quos tamen recte prius non judicaſſe reprehendit, & ſententiæ, quam protulerunt, eos ſecundum ſe debere ſuccumbere non neſcit. Sed videamus quorum judicio vel quorum auctoritate Gregorius poſt depoſitionem & anathema, honorem epiſcopatus reſumpſit, vel officium priſtinum recepit. Omnes enim illum & depoſitum norunt, & anathematis vinculis obligatum, ac per hoc totius eccleſiæ communione privatum. Jam vero ſi dixeritis, quia ipſe ſibi Gregorius & honorem reſumpſit, & priſtinum officium recepit, audite quid apoſtolus dicat: (Hebr. 5.) *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo tamquam Aaron: ſic & Chriſtus non ſemetipſum clarificavit, ut pontifex fieret.* Sed & venerabiles Antiocheni canones præcipiunt: (Cap. 4.) Si quis epiſcopus damnatus a ſynodo, vel presbyter, aut diaconus a ſuo epiſcopo, auſi fuerint aliquid de ſacro miniſterio contingere, ſive epiſcopus juxta præcedentem conſuetudinem, ſive presbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia ſynodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis; ſed & communicantes omnes abjici de eccleſia, & maxime ſi, poſteaquam didicerint adverſus memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentaverint. Carthaginenſes quoque regulæ excommunicatum, qui ante audientiam communicare præſumpſerit, ipſum in ſe damnationem protuliſſe manifeſte denuntiant. Si ergo ſecundum apoſtolum nemo ſibi honorem accipit, & Chriſtus non ſe clarificavit, ut pontifex fieret, qui omnes cum Patre, & Spiritu ſancto, glorificantes ſe glorificat, & ipſe eſt pontifex, de quo rurſus idem dicit apoſtolus: (Hebr. 7.) *Talem decebat, ut nobis eſſet pontifex ſanctus*, &c. Et ſi epiſcopus, qui damnatus a ſynodo eſt juxta ſacros canones, auſus fuerit aliquid de ſacro miniſterio juxta præcedentem conſuetudinem contingere, & ante audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationem protulit, ita ut nullo modo liceat ei nec in alia ſynodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis, ſed & communicantes ei omnes abjici de eccleſia; quanta, putas, Gregorius pœna mulctandus eſt, qui poſt damnationem ſui & anathema hæc omnia commiſiſſe probatur, id eſt & ſuper Chriſtum ſe extulit, & quod ipſe non fecit, iſte & honorem ſibi reſumpſit: & ut pontifex eſſet, ſe arrogantiſſime clarificavit, & ante audientiam excommunicatus communicare, & vetita uſurpare præſumpſit: & damnatus de ſacro miniſterio, non ſolum aliquid, verum etiam multa juxta priorem conſuetudinem tetigit: quod certe Gregorius agere omnino non A debuit, etiamſi nulla commiſſa exiſterent, pro quibus damnari potuiſſet; quoniam prælati judicium ſemper inferioribus formidandum eſt, ne ſi ei non obedierint, licet ab eo fortaſſis injuſte ligentur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex alia culpa, id eſt inobedientiæ, mereantur. Igitur prælatos damnare indifferenter oportet horreſcere. Quicumque vero minores ſunt, damnari ſollicite caveant, nec majorum ſuorum ſententiam tranſgrediantur: alioquin, licet injuſte nonnunquam damnati ſunt, ex ipſa temeraria prævaricatione, culpa, quæ nondum forte perpetrata fuerat, & ultio, quam culpa necdum merebatur, procul dubio ſubſequentur. Nihil quippe lignum vetitum in ſe mortiferum habuit; ſed qui inobe- B dienter ex eo comedit, mortem ſibi & poſteris propinavit; non quia lignum malum, cum Deus quod fecit totum fecerit bonum, ſed quod mala ſit tranſgreſſio, & nolentis ſubjici, per eam merito ſit orta damnatio. Porro ſi dicitis Gregorium ab imperatore & ab antiſtitibus fuiſſe receptum, percontari libet, o ſapientiſſimi fratres, quibus hoc documentis, quibus canonibus jubentibus, agi rite poteſt, ut hi qui abjiciuntur, ab aliis recipiantur; id etiam veneranda univerſali ſynodo Nicæna de utraque profeſſione luce clarius inhibente. (Cap. 5.) Nam a ſæculari poteſtate nec ligari nec ſolvi ſacerdotem poſſe manifeſtum eſt; & idcirco affatim approbatur Syracuſanum Gregorium per imperialem tantummodo ſententiam C nullo modo valuiſſe reconciliari: ubi ſi pontificum quoque ſociatur aſſenſus, quærimus utrum præceſſerit, an fuerit ſubſecutus. Si ſubſecutus eſt, nihilo minus ad id reditur, ut abſolutio a ſæculari poteſtate percepta valere non poſſit, pontificumque ſecutus aſſenſus, adulationis vel terroris fuerit potius, quam legitimæ ſanctionis: ſi præceſſit, doceatur a quibus, & ut ille ſit geſtus, ſi ſecundum eccleſiæ regulam celebratus, ſi paterna traditione profectus, ſi majorum more prolatus, ſi competenti examinatione deprompt us, ſi ad majoris auctoritatis ſedem quam illa eſt, a qua Gregorius damnatione tenebatur obſtrictus, ſecundum eccleſiæ regulas eſt relatum, ſi ipſe præſul qui ligavit, abſolvit. Si hæc D geſta non ſunt, quo more, quo ritu Syracuſanus Gregorius ſe gloriatur abſolutum, cum nec a pontificibus ordine debito, nec eccleſiaſticis legibus fuerit expeditus, nec a mundana poteſtate potuerit, præter eccleſiæ tramitem prorſus abſolvi? Jam vero ſi dicitis: Non imperator abſolvit, ſed a pontificibus ut ſolveretur poſtulavit; e contra illi multo magis ab Auguſto poſtulare debuerunt, ut, ſi eum vellet abſolvi, legitima eccleſiaſtici tenoris abſolutio proveniret; & hæc omnia quæ ſuperius dicta ſunt ſecundum eccleſiæ tramitem ſervarentur: præcipue cum non ab inferiori vel pari, ſed a majori perſona, & ſicut ex apoſtolicis canonibus edocemur, ſolum ab eo qui eum ſequeſtravit, aut certe a prima E ſede, jure poſſit abſolvi. Inferior quippe vel compar antelatum vel comparem, non annuente majori, abſolvere non poteſt: ſola igitur potior inferiorem convenienter abſolvit. Proinde inferioris loci pontifices, eos, quos potior ſuus obligaverat, ſine prima ſede abſolvere non potuerunt. Verumtamen licet contra Nicænos ſacros canones, præfatum Gregorium, qui abjectus fuerat, receperint, nunquam tamen eum a vinculo damnationis & anathematis exuerunt, quem abſolutione prævaricatoria potius nexuerunt, &, dum hunc ſolvere niſi ſunt, nodis majoribus dediderunt. Quinimmo, dum ſententiam majoris con-

ANNO CHRISTI 869.

contemnentes, tranſgreſſi ſunt, vel etiam ſuam, tergiverſatorio conſilio lenique ſenſu ſibimet facti contrarii, deſtruere ſunt moliti, pari prævaricatione habentur innexi, & ſimili pœna, ſecundum apoſtolicos & nonnullos alios canones, tenentur obſtricti; ita ut communicantes ei pelli de eccleſia jubeantur: ac * per hos reos reum juſtificare conſtat minime potuiſſe, nec ligatos ligatum ſolvere modo quolibet valuiſſe. Ecce a quibus, o beatiſſimi Chriſti miniſtri, Photius eſt inſtitutus: & ecce qualis eſt Gregorius, qui Dormitantius convenientius poterat dici. Quamobrem cogitate, fratres cariſſimi, tractate, & vobiſcum ſedula meditatione perquirite, ſi ſtare Photius poſſit, etiamſi miris virtutibus polleat, etiamſi omni ſcientia fulgeat; quando qui hunc ſtatuiſſe tentavit, dudum jam cecidit, & volens erigi, cum conantibus ſe erigere, nunquam recuperaturus denuo ruit. Conſideret ergo veſtra divinitus inſpirata prudentia, quomodo Photius, etiamſi nihil aliud ſibi jure valeat impedire, queat in ſacerdotali gradu perſiſtere: quandoquidem inſtitutor ſuus, cum hic ordinaretur, non ſolum ſacerdotio, verum & ipſo carebat Chriſtiano vocabulo. Et ſicut etiam expoſuimus, nec damnatus juſtificare, nec depoſitus erigere, nec ligatus poteſt quemquam per impoſitionem manus provehere, impoſſibile eſt enim horum aliquid fieri. Quapropter attendite, cariſſimi, non ſolum hæc, verum etiam paternos canones, & præcipue apoſtolorum, Antiochenos, atque Carthaginenſes, & quid de damnatis & excommunicatis atque de his præcipiant, qui merito facinorum ſuorum ab eccleſia pulſi ſunt, diligentiſſime conſiderate, ac ſtudioſe recolite: nam nos quod decrevimus, quod ſtatuimus de his, quos recepimus & ereximus, vel de his quos abjecimus, & a ſacerdotio vel communione pepulimus, veſtræ in Chriſto fraternitati notum facere canonice procuravimus, juxta quod & magni venerandique Nicæni concilii regulis admonetur, quatenus de his, qui communione quandoque privantur, ſeu ex clero, ſeu ex laico ordine, epiſcopis, per unamquamque provinciam ſententia regularis obtineat, ut hi qui abjiciuntur ab aliis non recipiantur. Ergo nos quod debuimus fecimus; ea videlicet vos ſcire volentes, quæ, Deo teſte, nonniſi zelo rectitudinis egimus, & affectu conſervandæ paternæ conſtitutionis executi ſumus: veſtrum autem eſt obedire; alioquin eamdem cum eis ſententiam jure meritoque ſubire, Antiochenis canonibus ſecundo capitulo præcipientibus ita: Si quis de epiſcopis, aut presbyteris, aut diaconis, ſeu quilibet ex clero deprehenſus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iſte communione privetur, tamquam qui regulam confundat eccleſiæ. Et rurſus capitulo quarto, quod etiam ſuperius commemoravimus, quid idem dicat antiquitus acceptum concilium, ſtudioſe recolite. Cavete ergo, dilectiſſimi, ne cum his commiſceamini, qui ſanctis fuerunt inobedientes inſtitutionibus, ne par ſententia involvat quos uno communionis glutino invenerit irretitos.

* Forte per hoc reos, H.

Videte præterea, quia de ignorantia nullum jam poteſtis excuſationis habere præſidium, qui & canonum, Deo inſpirante, memores, & noſtris edocti jam nunc eſtis epiſtolis. Nolite communicare itaque peccatis alienis, nolite nobis inobedientes eſſe, quoniam inobedientia protoplaſtum de paradiſo expulit. Inobedientia idololatria merito nuncupatur, ſicut ſanctus Samuel ad Saulem loquitur, dicens: *Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.* Perpendite ergo, quantum ſit execrabile repugnare, quantum deteſtandum acquieſcere nolle, quod ariolandi peccato, ſcelerique idololatriæ comparatur. Clamat apoſtolorum princeps: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Et coapoſtolus ejus Paulus: *Qui reſiſtit*, inquit, *poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* Judicate ergo cui potius obediendum ſit, Deo, an hominibus: judicate cui potius reſiſtendum ſit, poteſtati quam in Petro Deus omnipotens ordinavit, quamque ſuper cunctam eccleſiam extulit, an ordinationi Gregorii Syracuſani, cui merito malitiæ ſuæ dicendum eſt: *Væ homini*, videlicet, *per quem* in eccleſia Chriſti *tot ſcandala venerunt*; quique olim, ſicut ipſi ſcitis, & nos ſupra retulimus, a fratre & comminiſtro noſtro Ignatio, & a ſynodo quæ ſub eo erat, depoſitus eſt, &, ut apoſtolica ſedes in ejus damnatione conſentiret, ab ipſo conſacerdote noſtro poſtulata eſt. Sed deceſſores mei beatæ memoriæ Leo & Benedictus, ſedis apoſtolicæ moderamina ſervantes, noluerunt ſic unam partem audire, ut aliæ parti nihil penitus reſervarent: unius quippe mediator non eſt. Quamobrem interim depoſitio ipſius a ſede apoſtolica non ſuſcepta, remanſit infirma. Cumque idem Gregorius per legatum ſuæ partis, Zachariam nomine, ſedem agnoviſſet apoſtolicam in ſua depoſitione nullatenus conſenſiſſe; non gratias egit, non a cœptis in jam dictum fratrem noſtrum ſævientibus contumeliis conquievit, ſed benignitate Dei & patientia ſedis apoſtolicæ in ſuperbiam abutens, in ipſum videlicet Ignatium patriarcham ſuum rediviva jacula impietatis irreverenter exacuit, & eo ſuperſtite neophytum in Conſtantinopolitana eccleſia conſecravit: quin potius & adverſus ſedis iſtius decreta contumax eſſe non deſtitit, qui pro ſe, non contra ſe, ipſius ab ea decreta paulo ante data tamquam ingratus non recolit, & velut tergiverſator arma præparat adverſus arma, ſibi tutelam ſalutis non modice conferentia, & murum deſtruere nititur, qui ne ipſe deſtrueretur fortiſſime cuſtodivit. Et agit nunc, quantum in ſe eſt, ut ea ſtatuta prorſus habeantur invalida, quæ, cum his ipſe egeret, ſupplex petebat, & ut fortiora eſſent adamante ſubmiſſius optabat, atque ut ſibi auxiliarentur, humiliter implorabat: nec non & contra ea repugnantes, forſitan tyrannos & ſacrilegos judicabat: niſi enim ſedes apoſtolica ei parceret, ille quomodo contra reverendiſſimum Ignatium poſſet exercere, brachium non haberet. At ille uſus eſt ſedis apoſtolicæ bonitate in malignitatem, & beneficium in patris ſui convertit exitium. Dicite igitur, obſecro fratres, cum ita ſit, quomodo non debeamus nos Ignatium adjuvare, aut uſque ad audientiam, quantum in nobis eſt, indemnem non penitus conſervare? vel quomodo non poſſumus Gregorium & hos qui ex parte ipſius ſunt, merito condemnare? quando Ignatius, niſi a nobis eſſet impeditus, ſic illos canonice forſitan ſterneret, ut eum nullo conamine potuiſſent impellere; iſtique non nobis hæſerunt, quos in adjutorium ſuum habere promptiſſimos meruerunt, nec a nobis conſilium acceperunt, uti cum patriarcha ſuo vel pacificari, vel canonice judicari potuiſſent, ſed vires ſuas a nobis, ne frangerentur, ſervatas, adverſus eum protinus præpararunt. Unde quæſo perpendite, quantum nos nunc Ignatio debitores ſimus, qui ſibi obſtaculum, & inimicis ejus facti ſumus defenſionis umbraculum: quamvis nos non ideo judicium iſtorum diſtulerimus, ut ei nocendi jacula præpararent, ſed ut ſic ſententia in hos prolata valetudinem habe-

1. Reg. 15. · Act. 4. · Rom. 13. · Matth. 18.

ACTIO VII. CON. VIII. GENER.

ret, ut a nobis examinatio præcederet; & rurſus ſic ab iſtis in eum objecta penitus coram nobis admitterentur, ut partis Ignatii perſona vocata, vel convicta, noſtræ præſentiæ non deeſſet. Quamobrem dilato parumper judicio, & interim infirmata ſententia, miſſum eſt utrique parti, ſedis apoſtolicæ præſulis præſentandum obtutibus, ac ejus, ut par eſt, ſubjiciendum definitionibus. Sed dum pars Ignatii properandi diſponit iter, hoſtibus ejus viribus reſumptis non jam ſedem apoſtolicam petentibus, non Petri memoriam facere dignantibus, Ignatius trahitur, impellitur, & innumeris malis affectus ab eccleſiæ regimine ſequeſtratur. Et hoc totum factum eſt, eo quod prædicti pontifices utrique parti æquitatem ſervantes, & utriuſque partis audientiam præſtolantes, Ignatii non firmando ſententiam, immo vero interim infirmando, inimicis ejus quodammodo manum porrexerint, dum nimirum ſententiam in eos prolatam, non interim auctoritate ejuſdem ſedis apoſtolicæ roboraverint, ſed uſque in præſentiam ejuſdem deferri decreverint.

Quamobrem, cariſſimi, quia quaſi per nos inventa eſt Ignatii dejectionis materia; idcirco præter id quod frater adjuvari debet a fratre, præter id etiam quod Petro cujus in terris, licet indigni, vicem gerimus, Chriſti oraculo peculiariter dicitur: *Confirma fratres tuos*, etiam pro hoc ſpecialiter eum non ſolum adjuvare & confirmare, verum etiam, ſicut ipſi poteſtis advertere, totis nos pro illo niſibus oportet omnia decertare, ut videlicet totum in illo funditus aboleatur, quod per nos lædendi fomitem adverſariis ejus reperientibus, ei violentiam inferre monſtratur, totumque recipiat, Chriſto propitio: quod dum nos moderate ac regulariter egimus, ipſe præjudicialiter amiſiſſe dignoſcitur: quoniam & præfati deceſſores noſtri, Leo ſcilicet & Benedictus beatæ recordationis pontifices, ſi tale quid diebus eorum Gregorius vel complices ejus patraſſent, videlicet, ut abuſi tanto compaſſionis & patientiæ ſedis apoſtolicæ circa ſe beneficio, in Ignatium manus ſuas injeciſſent, aut adverſus eum, ipſis ſanctis præſulibus inconſultis, linguas ſuas taliter exacuiſſent; profecto eos tamquam magiſtros inquietudinis, & ipſos ſe, ſole clarius, obnoxios oſtendentes, ſine quavis retractatione protinus condemnaſſent, & tantum piaculum impietatis eorum deſtruere ardentiſſime ſtuduiſſent. Sed quia illi divina vocatione ab hac convalle lacrymarum ſubducti ſunt, hanc tyrannidem nondum intuentes, nos debemus in eorum labore ſuccedere, qui ſucceſſimus in honore, in cujus tempore crudelitas, quæ diebus ipſorum cœpit radices emittere, conſumata perpatuit. Proinde nos, primo, quia ſedis apoſtolicæ, de tota eccleſia fas habentis judicare, moderamina retinemus; ſecundo, quoniam fratribus injuriam paſſis ſubvenire debemus; poſtremo, quoniam, ſicut jam diximus, oportet nos in eorum labore ſuccedere, in quorum ſucceſſimus pontificatus honore; quemadmodum ipſi deceſſorum ſuorum exempla ſecuti ſunt, & operis eorum ſtrenui cultores inventi ſunt; quod ipſi profecto agerent, adjuvante Domino, habentes, quemadmodum illi, eumdem zelum juſtitiæ, ſeu privilegium dignitatis, ſtudioſe perficere procuravimus; nimirum, quod omittere procul dubio, ſicut noſſe cunctis clare tribuitur, non valemus; ſane, quia Gregorium neophytum conſecraſſe diximus, ne Photium quidem neophytum, quando quaſi in ſacerdotem conſecratus eſt, negent; ſancti papæ Gregorii, & Anglorum ampliſſimæ ac fideliſſimæ A gentis apoſtoli (nam ſignaculum apoſtolatus ejus ipſi ſunt in Domino) verba commemoremus, qui ait: Sicut autem tunc neophytus dicebatur, qui initio in fidei erat converſatione plantatus, ſic modo neophytus habendus eſt, qui repente in religionis habitu plantatus ad ambiendos honores ſacros irrepſerit.

Luc. 22.

ACTIO VII. CON. VIII. GENER.

S. Gregorii epiſt. lib. 7. indictione 1. epiſt. 110.

Præterea non omittendum eſſe credimus, nos commemorare præterito anno, per indictionem videlicet tertiamdecimam, epiſtolam ſub nomine principis conſcriptam, per Michaelem imperialem protoſpatharium ſuſcepiſſe, quæ tantis erat verbis contumelioſis, immo blaſphemiis reſperſa, ut reſcriptor ejus non niſi in gutture colubri calamum tinxiſſe putetur, & dictatoris labia B pro dictionibus venena fudiſſe videantur; adeo ut ſi cujuſpiam ſimpliciorum cor penetrent (non enim hæc aures prudentium ſuſcipiunt) hunc continuo necent; nimirum tanto miſerabilius, quanto mors animæ magis, quam corporis per illum virulentum hauſtum admittitur. De cujus immanitate piaculi, licet Auguſto per jam fatum legatum jam nos ſcripſiſſe recolamus, eadem tamen nunc ſcribere veſtræ beatitudini ratum duximus. Denique opinati ſumus, & adhuc nihilo minus opinamur, quod pietas ejus tandem aliquando reſipiſcat, & de eccleſiæ Conſtantinopolitanæ reſtaurando ſtatu nobis ſalubria ſuadentibus acquieſcat; ſicque demum omnia ſcripta, quæ male ſunt compilata, non ſolum adverſus C nos & hanc ſanctam eccleſiam, verum etiam contra fratrem noſtrum & comminiſtrum Ignatium, coram univerſa imperii ſui multitudine igni tradenda decernat. Alioquin jam cunctis eccleſiæ fidelibus quæ foret apoſtolicæ ſedis auctoritas, vel quæ fabricatoribus mendacii, ſeu inventoribus perverſorum dogmatum immineret ultio, profecto pateſceret. Impoſſibile eſt enim (quamquam noſtras nos ſpeciales injurias curare floccipendamus) ut tantorum ac talium ſanctorum patrum & propugnatorum catholicæ eccleſiæ, ac deſtructorum diverſarum hæreſeon, atque defenſorum orthodoxæ fidei, blaſphemias æquanimiter ſuſtineamus, vel etiam tantæ ſedis, ſive tam excellentis eccleſiæ Romanæ, cui Deo deſervimus aucto-D re, contumelias perferamus. Verum, quamvis & de nobis humiliter ſentiamus, non tamen conſcientia dictante vera eſſe quæ de nobis perhibuit aſſeveramus, ſed, ut diximus, ea poſtponentes, illa potius quæ Jeſu Chriſti ſunt inveſtigamus, & ſi qua male congeſta adverſus ejus famulos, adverſus ejus ordinationes, adverſus ejus diſpoſitiones ſtabilita privilegia reperiuntur, nulla patientia toleramus: & non ſolum hæc deſtruere totis viribus anhelamus, verum etiam conflatoribus tantæ perverſitatis dignam viciſſitudinem reddere neceſſario meditamur: nimirum, ne hos quis impunitos intuens, aut nunc aut futuro tempore deinceps talia præſumat præſtigia falſitatis componere, vel commenta blaſphemiarum hu-E juſcemodi figmentis contrahere.

Quapropter eidem imperatori ſublimiſſimo per epiſtolam præſulatus noſtri cohortando direximus, in qua etiam vos ad votum noſtrum laborare ſummopere convenit, quatenus diligenter inquirat, atque ſcrutans, ſi ſua illam non fuiſſe præceptione tam cœnoſam invenerit confectam, immo toxicatis ſyllabis infectam epiſtolam (ut interim de tot præſtigia texentium pœna taceamus) quæ illos ſe zelo veritatis flagrantes involvere convenit; ſaltem hujus ſocia accepta, & palam cunctis igne ſuccenſa, per auguſtales ſuos tam nobis, quam omnibus ad quorum notitiam pervenit,

ANNO CHRISTI 869.

venit, deſtinatos apices competenti ſatisfactione A
a tam perverſo ſenſu, & tam profanis adinven-
tionibus, quod a ſenſu ſuo non fuerint commen-
tis tradita, ſe exhibeat prorſus immunem. Jam
vero ſi ſibi in multis hujuſmodi ſolicitudinibus
occupato ſurreptum eſt ut alia ſcribere manda-
ret, ne pigeat clementiam ejus etiam hoc ipſum
humiliter confiteri, & legibus ſuis, ut hujuſmo-
di ſcripta nullius habeantur momenti, decernere:
ita ut penes quem reperta fuerint, impunito non
evadente, ipſius quoque ſæpe memoratæ ac ſem-
per execrandæ epiſtolæ, vel exemplaris ejus api-
ces, intemeratis pro reverentia manentibus ſacris
dictionibus, flammeo dedantur igni vorandi: &
ut ſiniſtræ opinionis nævo, quem ex blaſphemis
ſcriptis incurreret, carere valeat, & ingratus filius B
circa matrem ſuam, ex qua imperandi faſtigium
ipſe & patres ſui ordine cælitus diſpoſito perce-
pit, nullatenus appareat. Sin autem, ſcitote quo-
niam poſtquam in hac cum pertinacia perſiſtere
fine tenus velle compererimus, primum quidem
congregatis cunctarum occidentalium regionum
venerabilibus ſacerdotibus, dictatores & diſpoſito-
res, atque præceptores tantæ fallaciæ, ſeu cru-
deliſſimæ derogationis ſanctarum vel paternarum
traditionum ab omni Chriſtiana compage remo-
tos, apoſtolica freti auctoritate, diris anathema-
tis vinculis innodabimus: necnon & patrum ac
prædeceſſorum meorum ſecuti veſtigia, qui ſoliti
ſunt etiam numeroſorum concilia nequiter cele-
brata caſſare pontificum, ſi qua ſocia ſunt, cre- C
bro dictæ, vel exemplaria fortaſſis epiſtolæ: quin
potius non ſolum hæc, ſed & omnia ſcripta, quæ
vel adverſus fratrem & coepiſcopum noſtrum
Ignatium inique confecta, vel adverſus nos cau-
ſam illius canonice proſequentes furioſe deprom-
pta ſunt, perenni damnationi mandabimus. Dein-
de vero decernentibus nobiſcum, & ſimul conſi-
derantibus eiſdem ſanctiſſimis fratribus & coepiſ-
copis noſtris, ipſam epiſtolam in ſtipite videnti-
bus cunctis ſuſpenſam, vaſto ſuppoſito foco, ad
vituperium imperialis apicis coram omnibus na-
tionibus, quæ penes memoriam ſancti Petri multi-
plices inveniuntur, extremæ perditioni donabimus,
quatenus his rite patratis, diſcat pius quod amet,
& crudelis timeat. Nam tot & talia blaſphemiarum D
commenta, quin potius veracium literarum de-
pravationes, audiſſe & tacuiſſe, conniviſſe eſt.

Quamobrem, venerabiles fratres, valde mihi,
ſicut ipſi comprehendere poteritis, cavendum eſt,
ne, ſi nos præſtigiorum figmentis minus celeri-
ter obviaverimus, tamquam vera recognita, vel
comprobata, hæc admiſiſſe fallaciter apud ſtoli-
dos exiſtimemur. Nec poſſumus in eccleſia Dei
diſſimulando tam ſpuria relinquere germina, quæ
anteceſſorum noſtrorum beatiſſimorum pontificum
tempore, aut nunquam exorta, aut certe ſi un-
decumque vel quomodocumque exorta ſunt, eo-
rum judicii ligone antequam proficerent, radici-
tus extirpata ſunt. Deſtruat ergo, etiam vobis
hortantibus, ipſe, & diſſipet illa; alioquin a no- E
bis fore deſtruenda, ſeu funditus diſſipanda, mo-
do quem prædiximus innoteſcite: quamvis ante-
quam nos iſta vobis ſcriberemus pro quibus nunc
ſublimitatem ejus hortamur, hoc ipſum ſponte
facturum eſſe putaremus. Sed quia quod putatum
eſt, nullum effectum hactenus habuit, idcirco nos
ſalutem ipſius illæſam manere volentes, ut hoc
nunc ſaltem agat affectu paterno monuimus:
alioquin, ut jam præfati ſumus, ſic Deo faven-
te de cetero vigilabimus, & ſtudiis quibus poſſu-
mus inſiſtemus, ut inter exanimes computentur,
qui in auctoritatem Petri non conſenſerint, im-



ACTIO VII. CON. VIII. GENER.

A mo Dei hanc ordinantis in Petro non intellexe-
rint; ita ut nec iſta, quæ pernicioſe compilata
ſunt, defendere, nec his ſimilia, ut non dicam
ſcripto tradere, vel in mente volvere quis ulte-
rius audeat. Non enim figmenta, quæ ordina-
tioni Dei reſiſtunt, quæ evangelicis vocibus con-
tradicunt, quæ ſanctorum patrum definitionibus
obviant, quæ ſynodicis conſtitutionibus adverſan-
tur; quæ ſi ſic dimittantur, innumera poſſunt
fidelibus auxilia Petri quærentibus inferre diſpen-
dia, incolumia ſine diſcrimine noſtro valemus
deſerere: & exiſtimationi noſtræ vel poſt diſceſ-
ſum noſtrum, tantum, quod abſit, nævum ad
deſtructionem ſimplicium, & mutilationem ſedis
apoſtolicæ privilegiorum relinquere. Ceterum ca-
B ritas unanimitatis veſtræ de fratris & commini-
ſtri noſtri Ignatii ſanctiſſimi patriarchæ dejectio-
ne nobiſcum doleat, & quæ prævalent ei ſola-
mina nobiſcum exhibeat. Nam ſi juxta apoſto-
lum, *quod patitur unum membrum, compatiuntur* 1. Cor. 12.
*omnia membra*; quanto potius compatiendum eſt
illi, quod inter cetera membra præcipuum tenuiſ-
ſe locum dignoſcitur? Unde ſi non pro unius
& ſpecialis perſonæ) præfati fratris noſtri repul-
ſione; vel certe pro ſummi ſacerdotis conculca-
tione dolere, gemere, flere, currere, ac decer-
tare debetis. Nam ſi licitum fuerit ſæculari po-
teſtati de eccleſiæ Domini præſulibus taliter judi-
care, vel ſi rurſus fas extiterit inferioribus, de
prælatis ſibi tam temere iſta patrare, perpendite
C ne ad perniciem veſtram, immo totius eccleſiæ
nunc & futuris temporibus præſumptio talis præ-
valeat Quod ſi attenditis, ecce jam cernitis:
nam impietas tantum caput extulit, ut eccleſia-
rum præſulibus poſtpoſitis, & ordine canonico
conculcato, laici nunc eccleſiaſtica moderamina
teneant, & pro libitu proprio modo iſtos remo-
veant, modo illos in locum eorum promoveant,
& rurſus quos nunc approbant, poſt modicum
mentis victi levitate repellant. Ut enim ſæcula-
res ac laici homines qualibet ſcelera valeant li-
center committere, & pro his a nullo pontifi-
cum, qui ex clero promotus hæc ſumma pote-
rat auctoritate compeſcere, libere redarguantur.
Nec de clericorum catalogo permittunt ad ſacros
D ordines provehi, qui vitam eorum tanto auda-
cius, quanto diutius ac familiarius ſub Chriſto
duce forti militantes, fortius comprimere poſſent:
ſed ex ſeipſis eligunt, qui facta eorum tanto mi-
nus præſumant arguere, quanto ſe paulo ante de
eorum cœtu favore ipſorum promotos meminé-
rint: quod illis partibus tanto familiarius agitur,
iſta præſumptio videlicet ut ex laicis ſubito ton-
deantur, & in epiſcopos conſecrentur, quanto
ex conſuetudine hac inoleviſſe teſtantur, quam
nos econtra tanto ſtudioſius ex eccleſia Dei era-
dicare volumus, quanto nimium noxæ jam eſſe
clericis & omni religioſæ plebi ſupra docuimus,
quantoque ſcimus ex ſacris canonibus, quod non
minus mala conſuetudo, quam pernicioſa corru-
E ptela vitanda ſit: & ſcimus, quod paulatim cre-
ſcens jam peſtiferæ nequitiæ germine multos in-
vaſerit, adeo ut temeritas hæc tantum excreve-
rit, ut jam minime clericis egeant, dum contra
ſacros canones ex ſeipſis ſubito tonſuratum quem
voluerint eligant, & ad labores clericorum men-
tis oculos non inflectant. Ac per hoc fit, ut
alienus comedat ipſorum fructus laborum, & ſti-
pendia meritorum extraneus hoſtis inſperatus ſur-
ripiat, ita ut nihil proficiat clericis in caſtris do-
minicis militaſſe, vel gradatim per ſingulos eccle-
ſiaſticos ordines aſcendiſſe, dum alter ſaltu hos
omnes tranſcendit, & repente principatur eis,

qui inter eos nec contra ſpiritales hoſtes arma A ſuſtulit, nec diverſis eccleſiæ adverſariis pro veritate prælians aliquando reſtitit. Quantum autem ne de laicis temere quilibet ad epiſcopatum eligatur, ſacri canones cum aliis prohibeant, Sardicenſes oſtendunt, Oſio epiſcopo capite 13. dicente: Et hoc neceſſarium arbitror, ut diligentiſſime tractetis, ſi forte aut dives, aut ſcholaſticus de fori adminiſtratione epiſcopus fuerit poſtulatus, ut non prius ordinetur, niſi ante & lectoris munere, & officio diaconi, aut presbyteri fuerit perfunctus, & ita per ſingulos gradus, ſi dignus fuerit aſcendat ad culmen epiſcopatus. Poteſt enim per has promotiones, quæ habebunt utique prolixum tempus, probari qua fide ſit, qua modeſtia, qua gravitate & verecundia, &, ſi B dignus fuerit probatus, divino ſacerdotio illuſtretur: quia conveniens non eſt, nec ratio, vel diſciplina patitur, ut temere & leviter ordinetur, aut epiſcopus, aut presbyter aut diaconus, qui neophytus eſt: maxime cum magiſter gentium beatus apoſtolus ne hoc fieret denuntiaſſe & prohibuiſſe videatur: ſed hi, quorum per longum 1. Tim. 3. tempus examinata ſit vita, & merita fuerint comprobata. Contuemini ergo, & futura, immo urgentia mala conſpicite: medici eſtis, imminentes morbos per præcedentia ſigna prævidete: epiſcopi eſtis, exurgens in eccleſia Chriſti horrendum exitium perſpicite: ſpeculatores eſtis, in altam mentis arcem conſcendite, & in gregem dominicum feram peſſimam irruere cupientem a longe con- C templamini. Quaſi turba exaltate vocem veſtram, Iſa. 58. & annuntiate populo Dei ſcelera eorum: ſuper montem excelſum, id eſt altitudinem virtutum, aſcendite. Qui evangelizatis Sion, ſtate in fortitudine, poteſtatibus hujus ſæculi ex adverſo aſcendite, & murum pro domo Dei opponite, ac quibuslibet poteſtatibus inique agentibus contra ite: ſicque fiet, ut nec ſicut canes muti de taciturnitate argui valeatis, nec de talenti occultatione diſtrictam Domino rationem reddere compellamini; voſque epiſcopos & conſacerdotes noſtros, immo eccleſiam Chriſti illis in partibus conſtitutam ab ingenti pernicie ac noxia labe ipſo juvante laudabiliter eruatis, mirabiliterque regatis. Verum nos de ipſis hæc vobis ſcripſiſſe ſuf- D ficiat. Pax autem Dei, *quæ exuperat omnes ſenſum*, Philipp. 4 præcordiorum veſtrorum intima penetret: & quam de ſalute omnium veſtrum ſoliciti ſimus, vobis Deus omnipotens clementer aperiat: & quomodo vos cupiamus in viſceribus Chriſti, & in eccleſiæ gremio continere, quæ diffuſa in orbem terrarum, quaſi unus Chriſti thalamus 1. Cor. 1. eſt, atque in ſancta communione una nobiſcum perſiſtere, ut unum ſapiamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata, illuminationis ſuæ gratia revelare dignetur, ita ut de correptione fidelium congaudentes & congratulantes, uno animo & uno ore glorificemus & collaudemus Deum, Patrem videlicet, & Filium, & Spiritum ſanctum per infinita ſæcula ſæculorum. Amen. E

Quiſquis autem hanc epiſtolam noſtram Conſtantinopoli legerit, & eorum notioni quibus miſſam eſſe intellexerit, quidquam ex iis quæ in ea ſunt occultaverit, ſi locum poteſt invenire ſufficientem, anathema ſit. Quiſquis etiam interpretatus eam fuerit, & ex ea quidquam mutaverit, vel ſubtraxerit, aut ſuperaddiderit, præter illud, quod idioma Græcæ dictionis exigit, vel interpretanti ſcientiam intelligendi non tribuit, anathema ſit.

Et poſt completionem prænominatæ epiſtolæ, aſcendens Theodorus devotus a ſecretis legit epiſtolam, quæ delata eſt per Theognoſtum reverendiſſimum exarchum ad Baſilium piiſſimum imperatorem, quæ & miſſa fuerat ab Hadriano ſanctiſſimo papa Romano.

*Hadrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectiſſimo filio, & Chriſtianiſſimo imperatori Baſilio a Deo protecto, ſemper Auguſto.*

QUoniam, tranquilliſſime imperator, audiſti vocem Dei, per apoſtolicæ ſedis officium tibi delatam, & honoraſti eximios ejus apoſtolos, & reſtituiſti eccleſiæ Conſtantinopolitanæ throno proprium paſtorem, repellens adulterum, benedictus ſis ab omnipotente Deo, & videas ſubjectionem inimicorum, & temporis longitudinem, ac in ſolio tuo de lumbis tuis heredem, atque in futuro vitam perpetuam; ſi tamen ab iis quæ bene cœpiſti non diſceſſeris, ſed uſque in finem in eis perſeveraveris, o ſpiritalis & dilectiſſime fili; licet, vobis quolibet modo agentibus, a decretis ſanctæ memoriæ præcipui deceſſoris mei papæ Nicolai, quæ de Photii depoſitione, & recuperatione Ignatii fratris & conſacerdotis noſtri promulgavit, nunquam quoquomodo diſcedamus. Tanto enim volumus illius decretis concordare, quanto ipſe, cum hæc ageret, divinis præceptis concordare ſtudebat. Nam & hoc neceſſarium eſt, ut cuſtodiens prædeceſſorum meorum decreta, doceam poſt deceſſum meum & mea quoque ab iis qui poſt me fuerint nullo modo violanda. Poſtquam autem cognovimus, quod miſericors Deus imperium veſtrum ſimul & affectum ad hoc erexerit, ut diſperſa congreget, & quæ ceciderant erigat, & contrita reſolidet; fiducialiter poſſumus, Deo gratias, depoſcere, ut ii, qui abjecti ſunt, ab imperio veſtro recipiantur, & ii qui diſperſi congregentur. Quapropter prudentiſſimum virum Theognoſtum honorabiliſſimum exarchum veſtræ fiduciæ remittentes commendamus; qui legatione, tam pro fratre & comminiſtro noſtro Ignatio, quam pro ceteris contribulatis functus, per ſeptennium apud principis apoſtolorum limina ut peregrinus & incola vixit, & eorum confeſſionibus memoriam veſtram aſſidue commendavit; & a die adventus ſui uſque ad præſens pietatis veſtræ præconia enarrare, & eccleſiæ manifeſtare vulnera, & horum medelam exigere non deſtitit. Nunc ergo, quoniam & iſte unus ex illis eſt, qui poſtquam lupus factus eſt paſtor, continuo diſperſi, & a vobis pie omnia regentibus iterum congregati ſunt, revocetur & ipſe petimus, & in mandra fidelium omnium a clementia veſtra locetur, & inter lætantes pios filios paterno affectu poſt longæ captivitatis reverſionem connumerari mereatur; & ob amorem Dei & protectorum veſtrorum principum apoſtolorum honorem, a quorum regimine proficiſcitur, manſuetudinis veſtræ auxilia ſentiat, & poſt turbationem ſerenitatem, & poſt tempeſtatem tranquillitatem, & poſt multa adverſa optatæ proſperitatis effectum, quatenus per patronorum veſtrorum interceſſiones, principum videlicet, a quorum ſede remittitur; & quorum principatum pro eccleſia veſtra, quæ valde fluctuat, die ac nocte interpellare per multa curricula non ceſſavit: a miſericorde Deo, quem in famulis ejus honoratis, & hic vobis felicitas continua & inimicorum ſubjectio, & in futuro æterna gloria & infinita præmia, inſuper & regnum cæleſte cum ſempiterna vita præſtetur. Optamus imperium veſtrum in Chriſto nunc & ſemper valere, o ſpiritualis

ritualis & dilectiſſime tili. Data Kalendis Augu- A
ANNO CHRISTI 869. ſti, indictione prima.
Deinde poſt hanc legit Nicephorus devotus no-
An. Ch. 868. tarius epiſtolam, quam miſit idem ſanctiſſimus
Hadrianus per jam dictum reverendiſſimum exar-
chum ad Ignatium ſanctiſſimum patriarcham.

*Hadrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei honorabi-liſſimo fratri & conſacerdoti noſtro Ignatio ſan-ctiſſimo patriarchæ Conſtantinopolitano.*

COnvenerat, ſanctitatem tuam, licet nos ad
ſui adjutorium primum minime provocave-
rit, ſaltem nunc ſuper reſtitutione ſua, quæ fa-
cta dicitur, lætificare nos, anhelantem proprias
nobis literas deſtinare. Verum, licet hoc minus B
ſtuduerit agere, ſaltem gratiam divinæ miſera-
tionis, quæ in te mirabiliter operata eſt, non
taceres. *Secretum enim regis*, ſecundum quod ab
Tob. 12. angelo Tobiæ dicitur, *celare, bonum eſt, opera vero*
*Dei enarrare, mirificum.* Verumtamen conſolatur
nos conſcientia, quæ non tantum nos, quantum
apoſtolicæ memoriæ deceſſorem meum beatiſſimum
papam Nicolaum, non tam pro te, quam pro
caritatis cuſtodia decertaſſe teſtatur. *Si enim, qui*
Matth. 5. *diligunt nos tantum dilexerimus, quam mercedem*
Joan. 3. *habebimus?* At quoniam frater noſter es, ſi vide-
rimus te neceſſitatem habere, & clauſerimus vi-
ſcera noſtra a te, quomodo caritas Dei manet
in nobis? Igitur ſcito, quia in iis quæ deceſſor
meus ſanctæ memoriæ papa Nicolaus pro perſo- C
na tua, & iis qui tecum in tribulationibus non
defecerunt, inſuper & pro eccleſia Conſtantino-
politana plurimum laborans ſtatuit & definivit,
& nos ſimiliter manemus, & permanebimus: &
ſicut ipſe ad horam mortis ſuæ uſque, tam pro
te, quam pro iis qui tecum ſunt, in præfata ec-
cleſia nequaquam ceſſavit procurans; ita & nos,
auctore Deo, uſque in finem in opere pietatis
hujus nulli torpori dabimus operam; debemus
enim ipſius ſequi laborem, cui, gratia Dei, ſuc-
ceſſimus in honore. Præterea communem filium
Theognoſtum, reverendiſſimum exarchum, &
dilectum nobis, ecce ad vos tranſmiſimus, qui
ex perſequentibus æmulatoribus tuis illinc nudus
ſalvatus, quin & mutato habitu vix huc pertin- D
gens vitam lucratus eſt, deinde apud memorias
apoſtolorum per ſeptem ferme annorum curricu-
la ut hoſpes & advena demoratus, non tantum
propriam miſeriam, quantum ſanctitatis tuæ preſ-
ſuram, & Conſtantinopolitanæ eccleſiæ calamita-
tes pene inceſſanter deflebat, ita ut non ſolum
antea jam dictum deceſſorem meum, ſed & me
poſtea nocte ac die indeficienter erigere, & pro
ſtatu tantæ eccleſiæ, & erectione veſtra crebris
ſuaſionum ſtimulis latera percutere; & quemad-
modum angelus quondam, *Surge Petre, accipe*
Act. 5. *fortitudinem ad ſalvandas gentes*, per ſingulos dies
nobis dicere non ceſſaret; quouſque auditum,
Deo præſtante, ſuſcepit, quod ardenter ſemper
in pectore bajulabat.
Qua de re, frater dilectiſſime, ſanctitati tuæ
hunc commendantes, rogamus & deprecamur,
quatenus circa ſe ſentiat beneficii tui propoſitum:
& ſicut veſtræ factus eſt communicator paſſionis,
ita ſit & conſolationis, etenim dignus eſt opera-
1 Tim. 5. rius mercede ſua; non autem, ut familiaris no-
ſter factus, ſed & ut a ſede principis apoſtolo-
rum ſuſceptus, hic debet ob amorem ejus, non
qualemcumque in conſpectu ſanctitatis veſtræ gra-
tiam invenire. At vero, ſi ad apoſtolicam ſedem
quoſdam mittere diſpoſueris, hunc ſpecialiter vo-
lumus præ ceteris mitti; ut & de proſperitate

A tua, quemadmodum & optamus, gratificari, diſ-
poſitionem & ordinem & cauſam eccleſiæ Con- ACT. VII. CONC. VIII. GENER.
ſtantinopolitanæ, ſecundum diligentiam quam de
omnibus nos eccleſiaſticis negotiis certiſſime ſcire
velle cognoſcit, apoſtolatui noſtro referre matu-
ret. Commendamus autem ſanctitati veſtræ &
Euthymium glorioſiſſimum ſpatharium, qui Ro-
mam imperialem ferens legationem, primus no-
bis, & eccleſiæ noſtræ de fraternitate veſtra quod
ſemper optavimus annuntiavit, & divinam circa
te miſericordiam, & ſanitatis tuæ recuperationem
innoteſcens, omnes gratulabundos effecit. Pro
quo rogamus, ut & iſte ſentiat in opportunitate
præſidium veſtrum, & affectu amoris noſtri pro-
tectionis veſtræ ſolamina conſequatur. Optamus
B tuam ſanctitatem nunc & ſemper bene valere, An. Ch. 868.
dilectiſſime frater & comminiſter. Data Kalendis
Auguſti, indictione prima.
Sicque lecta eſt epiſtola a Leone glorioſiſſimo
protoſpathario & a ſecretis, quæ miſſa eſt ad
Baſilium piiſſimum & amicum Chriſti imperato-
rem ab Hadriano papa Romano per Donatum
& Stephanum & Marinum honorabiliſſimos vica-
rios. *Hæc ſcripta eſt in prima actione.* Deinde
aſcendens Damianus reverendiſſimus regius cle-
ricus & interpres legit epiſtolam quæ ad ſanctiſ-
ſimum patriarcham Ignatium ab Hadriano ſan-
ctiſſimo papa miſſa eſt, quæque allata eſt per
jam dictos reverendiſſimos vicarios. *Et hæc præ-*
*ſcripta eſt in tertia actione.* Et poſt legit Tho-
C mas reverendiſſimus ſubdiaconus geſta ſynodi quæ
facta eſt ab Hadriano ſanctiſſimo Romanorum
papa.

*Allocutio papæ Hadriani prima ad concilium quod convenit contra Photium, lecta per Joannem ar-chidiaconum ſanctæ Romanæ eccleſiæ.*

CUm debeamus, o fratres & filii dilectiſſimi,
dominici agri ſtrenui & ſolertes eſſe culto-
res, & ſpiritualibus ad purgationem ipſius cæle-
ſtium præceptorum uti ligonibus, oportet, ut ſi
quas in eo ſpinas, ſi qua germinare venenoſa
conſpicimus, pari labore unanimique zelo hæc
radicitus extirpare ſtudentes, arripiamus exami-
D nis raſtrum, & falcem judicii concordi certami-
ne proferamus, ne quæſo in nos exprobrantis af-
fectu dicatur: *Meſſis quidem multa; operarii autem* Matth. 9.
*pauci.* Conſonanter autem cariſſimi, laboremus,
& in agro dominico jugiter quidem, ſed nunc
potiſſimum operemur, quando videlicet in eccle-
ſia, quæ apertiſſime dominicus ager appellatur,
auctore Photio nova præſumptio & inaudita eſt
orta temeritas. Siquidem hic Photius, cum ad-
huc mundanus miniſter eſſet, genuinam quodam-
modo ſemper invidiam adverſus fratrem & coe-
piſcopum noſtrum Ignatium Conſtantinopolita-
num patriarcham in pectore geſtans; & ad præ-
ſulatus culmen non gradatim, vel ſenſim con-
ſcendere, ſed præcipitibus eo ſuperſtite paſſibus
E tranſilire geſtiens, ſemetipſum ab ejuſdem beatiſ-
ſimi præſulis communione fecit extraneum: &
per hoc ab univerſali eccleſia, quæ ipſi beatiſ-
ſimo patriarchæ communicabat, ſe reddidit pror-
ſus exortem, atque inter ſchiſmaticos procul du-
bio conſtitutus, contra ſacros apoſtolicos cano-
nes ſæcularibus uſus poteſtatibus, eccleſiam Con-
ſtantinopolitanam tyrannica & adulterina temeri-
tate pervaſit tandem, videlicet indebita uſurpan-
do, foras oſtendens, quod intus, prohibita con-
cupiſcendo, cordis antro gerebat, & ſimulationis
velamine contegebat, nil eſſe profecto intelligi
dans cauſam ſciſſionis a patriarcha ſuo, vel de-
ſertæ

ANNO CHRISTI 869.

ſertæ communionis a tota eccleſia, niſi peſſimos anhelitus ambiendi pontificatus infulas, & ſublimioris obtinendi dignitatis & poteſtatis habenas: quibus nimirum deinceps abuſus, & repente non mente ſed habitu mutatus, exilia & diverſa diſcrimina, ſed & mortes in Chriſti ſacerdotes, & ceteros fideles, tot ac tantas intulit, ut Diocletiani ſævitiam imitari per omnia videretur. Propter quæ vel his ſimilia, ſanctæ memoriæ deceſſor meus Nicolaus hujus apoſtolicæ ſedis antiſtes fraterna victus caritate, primo quidem non ſolum per miſſos, ſed & per literas illum merito reprehendens, competenter admonuit, & nullo ſe pacto in ejus poſſe promotione præbere conſenſum, ſcriptis idoneis patefecit. Deinde vero intuens nihil ſe proficere, ſed magis ac magis ad ulteriora ejus extendi tyrannidem, auctoritate ſimul divina & apoſtolica fretus, ſedis apoſtolicæ, cui præſidebat, pontificum morem ſecutus, *in promptu habens*, ſecundum apoſtolum, *omnem ulciſci prorſus inobedientiam*; hunc ad erectionem ab eo eliſorum, & innumerabilium refrigerium afflictorum, regulari ſententia, quia, ſicut ipſi noſtis, corrigere non potuit, deponendo proſtravit, & anathematizando ab ordine, quem latronis more ſortitus fuerat, ſequeſtravit. Cujus rei gratia idem Photius inflammatus, non ſolum non eſt reverſus ad percutientem ſe, nimirum qui durior ſilice nec dura verbera ſenſit, & imitatus diabolum, nec poſtquam e cælo cecidit, ſuperbire ceſſavit, verum etiam conventicula malignorum ſæpe congregans, ſynagogam ſanguinum, cui ut princeps latronum ipſe præſedit, collegit: & ante quidem, ut ſæviſſimus patricida, patrem ſuum Ignatium reverendiſſimum patriàrcham proprium perculit, & ad lucem pervenire, niſi extinctione parentis, poſſe deſperans, hunc inſtar atrocis viperæ perimere crudeli morſu non metuit. Poſt hæc vero poſuit in cælum os ſuum, & lingua ejus tranſiit ſuper terram, dum videlicet contra divinam ordinationem, cælitus in beati Petri principis apoſtolorum primatu diſpoſitam, putridi gurgitis guttur aperuit, & adverſus ejuſdem regni cæleſtis clavigeri apoſtolicam ſedem, & præcipuam ac ſummam dignitatem & poteſtatem, linguam ſuam more ſerpentis exacuit; vitam ſcilicet deceſſoris mei beatæ recordationis papæ Nicolai laceſſere nullo modo metuens, nec nobis, qui ejus vix digni famuli, ut non dicam ſequaces, extitimus, parcere utcumque conſentiens, ſed utroſque maledictis impetere, quantum in ſe fuit, & blaſphemis inficere verbis exiſtimans, falſitatis præſtigia fingere conatus; & neſcio quæ Pythonica eſt ſomnia vel argumenta, compilando procul dubio, commentatus. Et certe quis ille pater noſter, vel quantus aut qualis extiterit, omnes, qui morum ejus inſignia, vel virtutum trophæa recolitis, plenius agnoviſtis; quomodo ſcilicet in hujus tetri caliginoſo ſæculi curſu ſero tandem ſicut novum ſidus apparuerit, quinimmo quaſi Phœbus in æthere præ cunctis aſtris effulſerit: quomodo hunc nec blanda quæque frangere potuerint, nec aſpera perturbare: quomodo etiam nec mundi principibus, Michaeli ſcilicet & Bardæ contra juſtitiam faverit; quos nimirum, ſe murum opponens pro domo Domini, ſæpe redarguit, & his inique agentibus frequenter intrepide reſtitit. Ergo, dilectiſſimi fratres & filii, conſiderate quid ſuper hujuſmodi temeritate ſit nobis agendum, vel quid de conciliabulo illo, vel profanis ipſius actis per miniſterium noſtrum exiſtat, fore deliberandum, quid etiam de iis qui interfuerunt, vel manu propria ſubſcripſerunt, ſic ab unanimitate omnium noſtrum definiendum, intente tractate, & libere ſinguli quæ ſentitis edicite. Ego tamen pro lege Dei, pro paternis conſervandis canonibus, pro veneratione apoſtolorum, pro privilegiis defendendis ſedis ipſorum, proque ſanctæ mentionis deceſſoris mei papæ Nicolai prædicanda memoria, & ſequentibus actibus, atque celebrandis definitionibus, non ſolum varia incommoda perpeti, verum etiam more ſanctorum prædeceſſorum meorum pontificum in promtu habeo, ſi neceſſe ſit mortis ſuſtinere diſcrimen.

2. Cor. 10.

ACT. VII. CONC. VIII. GENERAL. Ann. 1.

*Reſponſio concilii prima, quæ lecta eſt a Gauderico honorabiliſſimo epiſcopo Veliternenſium eccleſiæ.*

QUia cor apoſtolatus veſtri gratia ſancti Spiritus conſpicimus illuſtratum, repletum gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione; ideoque innumeras laudes & cantica ſpiritalia Domino decantamus, & pontificium veſtrum divinæ majeſtati perpetuo conſervandum quotidie commendamus; quia paternarum traditionum ſtrenuus executor, & ſedis apoſtolicæ privilegiorum diligens conſervator, atque apoſtolicæ memoriæ deceſſoris veſtri conſtitutorum ferventiſſimus, ut cernimus, zelator exiſtis, & ejus quodque ſalutiferum & apoſtolicum decretum, tamquam patrum teſtamentum, utpote pius heres, exequeris. Debes enim ipſius in omnibus flagrare zelo pietatis, cujus nimirum locum poſſides dignitatis. Ille vero Photius, qui pro eo, quod forenſis & curialis reipublicæ miniſter exiſtens, extemplo in eccleſiæ ſepta tranſcendit, & ut lupus rapax gregi non parcens, non ſolum in alienorum ſtipendia meritorum quaſi prædo ſævus irrupit, verum etiam deinde in cathedra * peſtilentiarum ſedens, tam præſulibus, quam filiis eccleſiarum longa exilia, dira flagella, & ut breviter omnia comprehendamus, extrema pericula, latronis inſtar, callide præparavit, depoſitus & anathematizatus exiſtit, concilium convocare non potuit, & damnatus alios damnare nequivit. Sicut etiam, cum ſit ipſe depoſitionis ruinæ ſubactus, quemquam deponendi jura non poſſidet, & multiplicis obligationis reſtibus involutus, neminem quibuslibet innodandi nexibus uti facultate, patenti ratione convincitur. Ergo quia ſuper hoc videmus impletum quod per pſalmiſtam canitur: *Dixit injuſtus, ut delinquat in ſemetipſo: non eſt timor Dei ante oculos ejus. Quoniam doloſe egit in conſpectu ejus: ut inveniret iniquitatem ſuam & odium. Verba oris ejus iniquitas & dolus: noluit intelligere, ut bene ageret. Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odivit. Succendatur ſicut ignis zelus tuus*, o domine beatiſſime papa, *& accinge ſicut vir lumbos tuos*, & injuriam ſedis apoſtolicæ ut juſtus judex ulciſcere. Ecce enim angelus Domini tua, ut quondam Petri, latera tundens, ut deſidiæ ſoporem deponas admonet, ut ad ſalutem gentium cum Petro ſurgas hortatur. Ecce alius Ananias fallax videlicet Photius, immo damnabilior Anania Photius comprobatur. Quapropter conſidera, quia ſi ille de proprio ſemel mentitus mortis pœnam incurrit; quot Photius mortium reus eſt qui de eo ſuper quod jus nullum habuit, non ſemel, ſed crebro, non unum, ſed plurima falſitatis figmenta compoſuit? Quapropter oramus te, domine coangelice papa, ut eumdem habens ſpiritum fidei, eumdemque zelum pietatis, quem & patres tui ferventiſſimi præſules, conciliabulum cum geſtis ſuis, quod

* Λοιμῶν, peſtilentium hominum.

Pſal. 35.

Actor. 12.

Actor. 5.

Con-

Conſtantinopoli nuper adverſus ſedis apoſtolicæ A gremium, immo contra veritatem ſub tyrannice imperante Michaele congregatum eſt, ita ſententiæ veſtræ falce recidatur, ut nullum de eo momentum, nullum remaneat omnino veſtigium, ſed ad ſui damnationem vel execrationem Ariminenſi ſynodo vel Epheſino latrocinio ſit modis omnibus comparandum. Ii vero qui vel interfuiſſe vel ſubſcripſiſſe in eo noſcuntur, nec non & ii qui vel ipſius conſcripta profani conciliabuli geſta defendunt, vel quoquo modo celare conantur, iterato vinculis anathematis innodentur: & niſi propria voce ac ſubſcriptione illa, quæ in eodem latrocinio fœtidis e faucibus eructata ſunt, anathematizarint, nullatenus ſaltem inter laicos in communione catholicæ & apoſto- B licæ eccleſiæ recipi mereantur. Recte namque latrocinio comparari poteſt, cui Photius fautor, & hujus Michael fautor, videlicet dictus Auguſtus, auctores & præſides ad hoc intererant; ut conſentientes quidem ſecundum animam, non conſentientes ſecundum corpus perdere ſtuduiſſent: quod plane ſacerdotes Judæorum in templo vendentes & ementes olim feciſſe feruntur, dum ſcilicet iſto biſario genere mortis, plebem Domini diſſiparent; unde Dominus, domum ſuam ſpeluncam latronum per hujuſmodi machinamentum factam cauſatus, hos e templo perplexo flagello pepulit, innuens profecto, non miniſtros ſuos, ſed eſſe latrones, qui non ad hoc plebibus præſunt, ut has omni ſtudio ſalvent, C ſed ut aut ſpiritali aut corporali prorſus interitu perdant.

*Allocutio ſecunda pontificis, quæ lecta eſt per Marinum diaconum.*

QUod ſuggeſſit dilectio veſtra valde placet, & quod ita gerendum ſit ipſe quoque perpendo. Verum quia codex, in quo execrationes illius nefandi conciliabuli ſcriptæ ſunt, quem nobis per apocriſiarios ſuos, qui adſunt, tam & frater & coepiſcopus noſter Ignatius, quam etiam piiſſimus imperator Baſilius deſtinavit, apud nos hactenus retinetur, prævidendum ducimus, quid de illo faciendum ratio dictet, vel quid agendum D exempla diverſa demonſtrent: ego tamen illud interim recolo quod apoſtolus dixit: *Corrumpunt bonos mores colloquia mala*; & alia ſcriptura: *Qui tangit*, inquit, *picem coinquinabitur ab ea*. Ergo quia nihil ab hæreticorum vel ſchiſmaticorum pravitatum commentis codex iſte actu non diſſentit, nimirum qui & ab ſchiſmatico, Dioſcorum in hoc imitante, Photio fictus, & totus mendaciis, & perverſis dogmatibus fabricatus exiſtit; hunc æque, ut illa, perpetuo anathemati duco ſubdendum, & contemplantibus cunctis, & præcipue Græcorum legatis, igni traditum, in cineres quoque conjicio redigendum; quatenus nec ſimpliciorum puritas illius contagione polluatur, nec fidelium mentes hujuſmodi colluvione E quoquo modo ſaucientur: a planta quippe pedis, ut ita dixerim, uſque ad verticem ejus, nulla eſt in eo ſanitas. Honorandum concilium per Formoſum epiſcopum ſanctæ Portuenſis eccleſiæ exclamavit in hæc verba: Pia conſideratio ſummi pontificis: Juſta ſententia univerſalis eccleſiæ præſulis omnibus placet: omnes ita dicimus, omnes ita volumus, omnes hoc rogamus, omnes hoc totis præcordiis conſentimus.

1. Cor. 15. Eccleſ. 13.

*Allocutio tertia præfati pontificis, quæ lecta eſt per Petrum diaconum & ſcriniarium.*

INtolerabilis eſt iſta præſumptio, dilectiſſimi, & hanc aures præcordiorum, fateor, ſuſtinere non poſſunt: quis unquam veſtrum tale quid, precor, audivit, vel quis hujuſmodi temeritatis, ſaltem lectione, immenſitatem invenit? Siquidem Romanum pontificem de omnium eccleſiarum præſulibus judicaſſe legimus; de eo vero quemquam judicaſſe non legimus: licet enim Honorio ab orientalibus poſt mortem anathema ſit dictum, ſciendum tamen eſt quia fuerat ſuper hæreſi accuſatus, propter quam ſolam licitum eſt minoribus majorum ſuorum motibus reſiſtendi, vel pravos ſenſus libere reſpuendi: quamvis & ibi nec patriarcharum nec ceterorum antiſtitum cuipiam de eo quemlibet fas fuerit proferendi ſententiam, niſi ejuſdem primæ ſedis pontificis conſenſus præceſſiſſet auctoritas. Meminimus interea ſcriptum quod rege quondam Italiæ Theodorico papam Symmachum uſque ad damnationem impetere volente, & ideo quotquot potuit ex Liguria, Æmilia, Valeria, & ex diverſis regionibus, & ex Sicilia inſula hujus rei gratia epiſcopos Romam accurrere præcipiente, & his ad ſe venientibus dicente, plura ad ſe de papæ Symmachi actibus horrenda fuiſſe perlata, & in ſynodi, ſi vera eſſet inimicorum ejus objectio, judicatione conſtare; venerabiles antiſtites, ipſum, qui dicebatur impetitus, debuiſſe ſynodum convocare perhibuiſſent, ſcientes, quia ejus ſedi primum Petri apoſtoli meritum, vel principatus, deinde ſecuta juſſionem Domini conciliorum venerandorum auctoritas, ei ſingularem in eccleſiis tradidit poteſtatem, nec ante dictæ ſedis antiſtites minorum ſubjacuiſſe judicio, in propoſitione ſimili facile * formali * qua teſtaretur. Ad poſtremum vero iſti ipſi venerabiles præſules, cum vidiſſent quod non ſine ſui diſcrimine potuiſſent contra caput manus ſuas erigere, quidquid de ſæpefati Symmachi papæ actibus delatum fuerat, totum Dei judicio reſervarunt; ita ut ſinguli quique in ſubſcriptione ſua hoc patenter judicent, perhibentes: Laurentius epiſcopus eccleſiæ D Mediolanenſis huic ſtatuto noſtro, in quo totam cauſam Dei judicio commiſimus, ſubſcripſi; ſimiliter Petro epiſcopo eccleſiæ Ravennatis, & ceteris epiſcopis ſubſcribentibus: Verum ſi hæc Photius non legit, quia Græce forte non reperit, ſaltem Joannem Antiochenum epiſcopum in Epheſina ſynodo recolere voluiſſet, idcirco damnatum, quia Cyrillum anterioris, id eſt Alexandrinæ ſedis antiſtitem damnare non metuit: unde præfata univerſalis ſynodus ad Cæleſtinum ſummæ ſedis noſtræ pontificem ſcribens, inter cetera dicit: Indignetur ergo tua religioſitas competenter pro his quæ facta ſunt; ſi enim data fuerit volentibus licentia, & majores injuriis ſedes afficere, & contra eas, in quibus non habent poteſtatem, con- E tra leges, ſic & contra canones proferre ſententias, ibunt ad ultimam confuſionem eccleſiæ res. His ergo ita ſe habentibus, exempla majorum quærantur, & ſecundum hæc in temeratores ſententiæ proferantur.

* Lege. forma aliqua. H. * aliquid deeſſe videtur.

Syn. Rom. IV ſub Symmacho.

In epiſtola concilii Epheſ. ad Cæleſtinum. Habetur in actione 5. ejuſdem concilii.

*Suggeſtio concilii ad ſummum pontificem, quæ lecta eſt per Benedictum notarium & ſcriniarium.*

QUi hanc temeritatem non extrema damnatione dignam exiſtimat, nec evangelium legit, nec apoſtolum prorſus audivit, in quorum quidem uno, dicente Domino, legitur: *Non* Luc.

*eſt*

ANNO CHRISTI 869

*eſt diſcipulus ſupra magiſtrum*; in altero autem ſane præcipitur, ut omnia ſecundum ordinem fiant. (1. Cor. 14.) Quomodo ergo temeratores iſti non ſunt facti ſuper magiſtrum, quando adverſus apoſtolicam ſedem, quæ ceterarum quoque ſedium magiſtra eſt, etiam os injurias evomens aperuiſſe probantur? Quomodo ſecundum ordinem omnia, juxta Pauli monita, facta ſunt, quandoquidem ordine præpoſtero, primo de ſecundis, * & de antelato poſteriores quoque convicia potius quam judicia compoſuiſſe narrantur? (* f. legendum ſecundi de primo.) Et præterea ſententia regularis, quæ ita ſenſit per Africanum concilium, dicens: Unuſquiſque noſtrum ordinem ſibi decretum a Deo agnoſcat, & poſteriores anterioribus deferant, nec eis inconſultis aliquid agere præſumant. (Concil. African. Can. 53.)

(Concil. Epheſ. loco ſupra citato.) Quam profecto regulam ſancta tertia generalis ſynodus ſequens Antiochenum damnavit Joannem; quod jampridem ſapientia veſtra meminit; quoniam adverſus potioris ſedis, id eſt Alexandrinæ, pontificem, prima ſede non conſentiente, auſus eſt proferre ſententiam. Quarta deinde magna & univerſalis ſynodus adeo hanc temeritatem execrata eſt, ut Dioſcorum Alexandrinum ſine reſtitutione damnaverit. (Concil. Chalced. act. 3.) Præſumpſerat enim & ipſe contra primæ ſedis privilegium, contraque jam memoratam regulam agens, cum eſſet poſterior, ſe anteriori præferre; & ordinem ſibi a Deo decretum non recognoſcens, de ſedis prælatæ pontifice magno, videlicet papa Leone, temere judicare: cum videlicet nec perſonam ſynodum C convocandi habuerit, ut apoſtolicæ ſedis vicarii in eadem ſynodo proteſtantur: quippe qui ſecundum prælatum canonem, cum eſſet poſterior, inconſulto anteriori agere aliquid præſumere non debuerit; quanto minus generalem ſine ipſo ſynodum convocare, aut, quod deteſtabilius eſt, adverſus eumdem ſententiam quamlibet promulgare? Secundum hanc regulam, & iſta probabilium patrum exempla, omnes qui vel os aperire, vel manus extendere in illo neſando conventu adverſus ſedis apoſtolicæ dignitatem temere præſumpſerint, nulla profecto ratione poterunt exilire condignæ pœnæ vindictam, niſi eis divinitus inſpirata veſtra ſupernæ clementiæ ſequax occurrat apoſtolica moderatio: nemo quippe fide- D lium in injuriam beati Petri principatus impune prorupit, in cujus videlicet contumeliam, ut ſanctus Bonifacius papa ſcribit, quiſquis inſurgit, habitator cæleſtium non poterit eſſe regnorum. *Tibi*, inquit, *dabo claves regni cælorum*; (Matth. 16) in quod nullus abſque gratia janitoris intrabit: & rurſus; Nemo unquam apoſtolico culmini, decujus, inquit, judicio non licet retractari, manus obvias audacter intulit, nemo in hoc rebellis extitit, niſi * quaſi de ſe voluit judicari. Verumtamen nos, domine beatiſſime papa & apoſtolice ſumme præſul & pontifex, omnes pro his rogamus, omnes unanimiter obſecramus, ſubveni miſeris, erige lapſos, & reſipiſcentibus concede veniam & miſerationem: quam non merentur, adhibe medicinam, quatenus erroris auctore, Photio videlicet, amputato, ceteri ſedis apoſtolicæ circa ſe patula reperiant more ſolito viſcera pietatis; ita ut ſi qua recte mota ſit apoſtolicæ ſedis auctoritas, vel ſe recognoverint, vel ſi ad ſatisfactionis plenitudinem concurrentes, omnia quæ ab his male ſunt geſta viva voce & præſenti ſubſcriptione damnaverint, non ſit erga eos inflexibilis miſeratio, ſed ſit humana tantæ ſedis per omnia moderatio. Denique quamvis Joannes Antiochenus atque Dioſcorus labia contra potioris ſedis præſules aperuerint, ac per hoc ambo ſententiam damnationis

ACTIO VII. CONC. VIII. GENER.

A ſubierint, uno tamen horum, Joanne ſcilicet humane recepto, alter damnationem, quam ſemel meruit, non evaſit: cur hoc, niſi quia ille ſane reſipuit, iſte inſane deſipuit? ille poſt aliquantum temporis corrigi conſulte delegit, iſte incorrectus in finem obſtinate permanſit? Et certe, ut Leo egregius apoſtolicæ ſedis pontifex meminit, Dominus noſter verus & bonus paſtor, qui animam ſuam poſuit pro ovibus ſuis, & qui venit animas hominum ſalvare, non perdere, imitatores nos vult eſſe pietatis, ut peccantes quidem juſtitia coerceat, converſos autem miſericordia non repellat; tunc enim demum fructuoſiſſime fides vera defenditur, quando etiam a ſectatoribus ſuis opinio falſa damnatur. (Epiſt. 12. circa finem.)

B Hujus igitur almi beatique pontificis doctrinam beata veſtra paternitas hoc circa hos poterit juſtum piumque tenere libramen, ut ſcilicet pertinaces & obſtinatos juſtitia comprimat, reſipiſcentes vero atque obedientes miſericordia non repellat. Verum quia quotidianis eccleſiæ negotiis apoſtolatus veſter impeditus, requiei ferias nullas habet, de his omnibus quod ſibi fuerit divinitus inſpiratum tandem, ſi placet, ſtatuat, & Conſtantinopolitanis legatis præſentibus, manifeſta promulgatione decernat, nobis ſubſequenter voti noſtri conſenſum vocis & ſubſcriptionis indicio patenter, ut convenit, oſtenſuris. Quibus geſtis, hæc ſummus pontifex aperiens os ſuum dulci eſt proſecutus alloquio, dicens:

C

*In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, unius & veri Dei Hadrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

*De profano Conſtantinopoli conciliabulo congregato penitus abolendo.*

## CAPUT I.

Conciliabulum vanitatis a Photio, & hujus fautore, Michaele videlicet, tyrannice imperante, Conſtantinopoli nuper adverſus apoſtolicæ ſedis reverentiam & privilegium congregatum, utpote veritatis inimicum, & omni falſitate repletum, quin & ſibi conſentientium animas D interficiens, Epheſino latrocinio comparandum fore ſtatuimus, & ipſius execranda geſta, quibuſcumque habeantur monumentis inſerta, ſummi judicis domini noſtri Jeſu Chriſti, ſanctorumque apoſtolorum principum Petri & Pauli, noſtræque mediocritatis auctoritate, penitus abolenda decernimus; ita ut igni voranda tradantur, & anathemate perpetuo percellantur. Similiter de ceteris ſcripturis, quæ, viris jam nominatis auctoribus, contra eamdem ſedem tempore diverſo ſunt editæ, gerendum modis omnibus definimus.

*De conventiculis contra Ignatium patriarcham collectis ſimiliter abolendis.*

E

## II.

Pari etiam modo de conventiculis ab eiſdem viris, Michaele ſcilicet imperante, ſeu Photio Conſtantinopolitano invaſore, bis adverſus fratrem & coepiſcopum noſtrum Ignatium factioſe collectis, deliberamus, hæc videlicet tamquam parricidalia medullitus execrantes.

ANNO CHRISTI 869.

ACT. VII. CONC. VIII. GENERAL.

*De Photio invaſore iterato damnato.*

III.

PHotium, qui, licet ſit a deceſſore meo & a nobis pro criminibus ante patratis jure damnatus & anathematizatus, nunc tamen quia recentioribus exceſſibus priores iniquitates valde tranſcendit, & ponens in cælo os ſuum adverſus veneranda ſedis apoſtolicæ privilegia nova temeritate prorupit, dum ſcilicet ordinationi ſupernæ, in beati Petri apoſtoli principatu diſpoſitæ, reſiſtere minime formidavit, & in cathedra non ſanitatis, ſed peſtilentiæ ſedens, congregavit conventicula de ſanguinibus, cum videlicet ſibi faventium ſimpliciorum animas interfecit, & utpote inventor mendacii, & fabricator perverſorum dogmatum, non niſi falſitatis præſtigia, & omnis mendacii figmenta ſolito more congeſſit, atque tam contra deceſſorem meum ſanctæ recordationis papam Nicolaum, quam etiam contra nos, ac per illum, in apoſtolicum culmen nec iniqua garrire fauce trepidavit, nec manus obvias, quod nemo unquam præſumpſit, audacter extendere formidavit, apoſtolicæ auctoritatis cenſura iterato damnamus, & pro his ſpecialiter anathematis nexibus innodamus, hunc ſcilicet cum Dioſcoro, cujus in hoc imitator extitit, merito ſociantes, & ſanctæ magnæ Chalcedonenſi ſynodo, in tam pernicioſo puniendo præſumptore, per omnia concordantes. Sane ſi viva voce, ac proprio ſcripto, nobis in omnibus, quæ tam per nos quam per deceſſorem meum ſtatuta ſunt, obedire ſpoponderit, & prædicti profani conciliabuli, ad ſatisfactionem pœnitentiæ motus, geſta damnaverit, laicæ communionis ei gratiam non negamus.

*De conſentientibus prædicto conciliabulo, & de imperatoris Baſilii mirandis præconiis.*

IV.

DE iis vero, qui eidem impio conciliabulo conſenſerunt, vel ſubſcripſerunt, ſi decreta deceſſoris mei ſecuti fuerint, & ad reverendi patriarchæ Ignatii communionem repedaverint, atque idem conciliabulum anathematizaverint, atque monumenta illius, vel exemplaria inventa cremaverint, eccleſiæ communione fruantur; alias autem ne hac digni reperiantur. Sane filium noſtrum Baſilium, clementiſſimum & orthodoxiſſimum imperatorem, quia & illius nomen in ejuſdem profani conciliabulis geſtis, ut ipſius & ſanctiſſimi Ignatii patriarchæ legatorum relatione didicimus, falſo adſcriptum eſt, & in omnibus eum apoſtolicæ ſedis conſtitutionum diligentiſſimum conſervatorem eſſe cognovimus; non ſolum ab omni ſiniſtra ſententia extraneum reddimus, verum etiam inter catholicorum & piorum Auguſtorum numerum & nunc recipimus, &, ſi ſic perſeveraverit in finem, recipiendum ſtatuimus.

*De iis qui geſtorum illius conciliabuli ſcripta non produnt ſed defendunt.*

V.

ERgo quamdiu poſt notitiam hujus apoſtolicæ ſanctionis ſibi perlata monumenta vel exemplaria geſtorum ipſius execrandi conciliabuli penes ſe quiſquam retinens celaverit vel defenderit, & non potius propalaverit, vel igni tradiderit, tamdiu anathemate conſtrictus communionis Chriſti munere careat; quinimmo, ſi clericus eſt, qui poſtmodum hæc vel celare vel defendere convictus fuerit, gradum quo patiebatur amittat: ſimiliter & de illo ſtatuimus qui hæc occultare putatur, & ipſe hinc impetitus nec reſpondere, nec decretis apoſtolicæ ſedis in hac parte parere conſenſerit, quæ non ſolum de Conſtantinopolitanis, ſed & Alexandrinis, Antiochenis, Hieroſolymitanis, atque de omnibus omnino fidelibus apoſtolica ſanctione decernimus.

*Subſcriptio papæ Hadriani.*

Hadrianus epiſcopus ſervus, &c. catholicæ & apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ, his ſententiis noſtris a nobis promulgatis, ſicut ſuperius legitur, manu propria ſubſcripſi.

Joannes archiepiſcopus Pergæ Pamphyliæ apocriſiarius ſanctiſſimi Ignatii patriarchæ Conſtantinopoleos, locum & perſonam ejus retinens, & totius ſanctæ ſynodi quæ ſub ipſo eſt, propoſitis ſententiis conſcripſi, & ſubſcripſi manu propria.

Joannes ſanctæ Fanenſis eccleſiæ epiſcopus, ſententiis his, quæ a nobis promulgatæ ſunt, ſicut ſuperius legitur, conſenſi, & manu propria ſubſcripſi.

Joannes epiſcopus ſanctæ Foroſempronienſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Dominicus epiſcopus ſanctæ Eugubienſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Gerardus epiſcopus ſanctæ Lucarum eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Petrus epiſcopus ſanctæ Gavenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Joannes epiſcopus ſanctæ Falaritanæ eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Sergius epiſcopus ſanctæ Sabinenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Bonifacius epiſcopus ſanctæ Bleranenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Hildericus epiſcopus ſanctæ Tudertinenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Joannes epiſcopus ſanctæ Ferentinenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Stephanus epiſcopus ſanctæ Nepeſinæ eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Hildeprandus epiſcopus ſanctæ Berolanenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Florus epiſcopus ſanctæ Manturianenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Donatus epiſcopus ſanctæ Oſtienſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

* Gandericus epiſcopus ſanctæ Belliternenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Formoſus epiſcopus ſanctæ Portuenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Creſcentinus epiſcopus ſanctæ Cerenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Petrus epiſcopus ſanctæ * Ternenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Abinus epiſcopus ſanctæ Anianenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Adoaldus epiſcopus ſanctæ Balneoregienſis eccleſiæ manu propria ſubſcripſi.

Joannes epiſcopus ſanctæ Triumtabernenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Leo epiſcopus ſanctæ Alatrinenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Stephanus epiſcopus ſanctæ Galliſanæ eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Paulus epiſcopus ſanctæ Albanenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Martinus epiſcopus ſanctæ Narnienſis eccleſiæ manu propria ſubſcripſi.

* *Supra* Gaudericus

* *alias* Petuñaz.

ANNO CHRISTI 869

ACT. VII CON. VII. GENER.

Joannes diaconus locum retinens epiſcopatus A Urbinenſium eccleſiæ ſimiliter.

Petrus epiſcopus ſanctæ Senogallienſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Joannes epiſcopus ſanctæ Signienſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Joſephus epiſcopus ſanctæ Penſaurienſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Stephanus epiſcopus ſanctæ Suanenſis eccleſiæ ſimiliter ſubſcripſi.

Georgius archipresbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Laurentii, qui appellatur Lucinæ, his ſententiis a nobis promulgatis, ſicut ſuperius legitur, conſenſi, & manu propria ſubſcripſi.

B Romanus presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctorum Joannis & Pauli ſimiliter ſubſcripſi.

Maio presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Cyriaci ſimiliter ſubſcripſi.

Petrus presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Chryſogoni ſimiliter ſubſcripſi.

Urſus presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctæ Pudentianæ ſimiliter ſubſcripſi.

Romanus presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Sixti ſimiliter ſubſcripſi.

Joannes presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctæ Priſcæ ſimiliter ſubſcripſi.

Joannes presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Euſebii ſimiliter ſubſcripſi.

C Leoninus presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli quatuor Coronatorum ſimiliter ſubſcripſi.

Joannes archidiaconus ſanctæ apoſtolicæ ſedis his ſententiis a nobis promulgatis, ſicut ſuperius legitur, conſenſi, & propria manu ſubſcripſi.

Leontius diaconus ſanctæ apoſtolicæ ſedis ſimiliter ſubſcripſi.

Leo diaconus ſanctæ apoſtolicæ ſedis ſimiliter ſubſcripſi.

Marinus diaconus ſanctæ apoſtolicæ ſedis ſimiliter ſubſcripſi.

Petrus diaconus ſanctæ apoſtolicæ ſedis ſimiliter ſubſcripſi.

Et poſt hæc aſcendens Niceta Deo amiciſſimus D archidiaconus & notarius legit commonitorium ſermonem ad Photium & partem ejus a voce ſanctiſſimorum vicariorum ſenioris Romæ: Jam manifeſtum eſt, o dilectiſſimi fratres & conſacerdotes, in præcedenti actione hujus ſanctæ ac magnæ ſynodi, quomodo admonitus ſit Photius forenſis & curialis, & pervaſor Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, ut poneret cervicem ſuam, & verbo & ſcripto pronuntiaret peccatum ſuum, & anathematizaret quæ inique acta & ſcripta ſunt ab eo bis contra Ignatium patriarcham ſuum, & profiteretur nullam machinationem in eum vel commotionem ſe ultra facturum, ſed hunc ut verum pontificem ſuum cum magna reverentia ſuſcepturum, apoſtolicæque ſedis decreta, tam de ſe, quam de Ignatio patriarcha prolata, honorabiliter amplexu- E rum. Et quoniam in his omnibus videmus eum non obedire, ſed obturare aures ſuas ut aſpidis ſurdæ, idcirco non patimur taceri ſententiam a beatiſſimo papa Romano Nicolao ab indictione undecima contra eum prolatam, & nunc iterum pronuntiatam per ſucceſſorem ejus Hadrianum ſanctæ Romanæ eccleſiæ præſulem, cujus nunc nos famuli ejus locum tenemus in hac honoranda ſynodo, quæ per juſſionem ſanctorum & a Deo protectorum imperatorum, Baſilii ſcilicet & Conſtantini, in hac a Deo conſervanda regia urbe congregata eſt, non in ſubverſionem judicii A quod de eo factum eſt in Romana eccleſia, ſed propter elationem ſenſus ejus, quam in pectore ſuo obſtruſam conſpicimus: & quia neque in communionem cum orthodoxis in eccleſia Dei eſſe deſiderat, propterea proferendam eſſe iterum ſuper eum anathematis ſententiam duximus.

Et poſt hæc aſcendens Stephanus Deo amabiliſſimus diaconus & notarius, legit acclamatorium Ignatii ſanctiſſimi patriarchæ ſermonem.

*Acclamatio Ignatii ſanctiſſimi patriarchæ ad ſanctam ſynodum.*

FRatres ſancti, & filii dilecti, rogo vos ego humilis pontifex veſter conſiderare & con- B ſpicere completum eſſe maxime nunc eloquium ſcripturarum, quod perhibet: *Aſpicite ad antiquas generationes, & videte, quis credidit Domino, & confuſus eſt: vel quis permanſit in timore illius, ſed is deſpexit eum*: arbitror enim, quod nequaquam ignoretis vos qui nobis præſentes eſtis, & propter Dominum hic congregati conſiſtitis, ſed nec totus quadratus orbis, quæ in me acta ſunt & patrata. Omnes namque norunt quæ & quanta perpeſſus fuerim ab imperatore injuſto, & revera juveni, & per illud tempus prævalente Barda, ſcholarium domeſtico, & praviſſimo viro, una cum tunc quaſi altero principe ſacerdotum Caipha & Anna: nam & illorum iſti habebant propoſitum, cujus non mos gradui, ſed gradus mo- C ri creditus eſt: quemadmodum alicubi fatur ille qui a theologia ſortitus eſt nomen: finxerunt enim recentem ſanctum, & reverendiſſimum nominaverunt, nihil ſcientem, neque verentem, neque gradus dignum aliquid afferentem, præter ſolummodo velle: ſed pariter cum potentia maligni deſiderii etiam ſapientiorem ſemet omnibus exiſtimans, per feneſtram intravit in caulam ovium, & rapuit aliena, male ſciens & ſentire a tyrannica mente ſublatus: propterea dictum eſt ei illud David ſacrati pſalmographi melos: *Ecce homo, qui non poſuit Deum adjutorem ſuum: ſed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum, & prævaluit in vanitate ſua.* Et ideo deſtruxit eum Deus in ſæculum, & in ſæculum ſæculi. Miſericors e- D nim & omnipotens Deus, erecto alio principe, Dei cultore, recte ſapiente, recte ſciente, juſtitiam deſiderante, divina exquirente, & meditante in lege Dei ſui die ac nocte, eum quidem, qui recedens erat, utpote alium quemdam recens formatum ſecundum fabulas * gigantem; Photium videlicet, inconſideratum & inordinatum virum, qui a ſancta Romanorum eccleſia tabellarius nuncupatur, per pietatem juſtiſſimi imperatoris expulit, & a pontificali ſede removit, humilitatem noſtram, multas & diras tribulationes & pœnas & exilia perpeſſam, aſſumpſit, & revocavit ad proprium thronum, & utrique quæ digna fuerunt diſtribuit. Hæc vero facit ſapientiſſimus & a Deo munitus imperator noſter, defini- E tiones & regulas ſequens beatiſſimi papæ Nicolai ſenioris Romæ; quas ille ſynodice promulgavit, & per proprias epiſtolas Conſtantinopolim deſtinavit. Quoniam vero univerſali paci conſulens piiſſimus & prudentiſſimus imperator noſter, multam habuit curam & ſolicitudinem colligendi ſanctiſſimos vicarios ex cunctis aliis patriarchalibus ſedibus, & ſynodum univerſalem celebrandi, ad exhibitionem & ſatisfactionem perfectam, veritate ſibi cooperante. Omnipotentis providentia, in finem proſperum adduxit conſilium ſuum: & nunc videtis hos præſentes ſanctæ huic univerſali ſynodo & ſapientia & gratia Dei plenos, atque ope-

re

Pſal. 11.

Gregorius Nazianzenus

Pſal. 51

* Sicut enim fabulæ gentilium ferunt dentes draconis ſubito ſparſos, & gigantes continuo natos, ita reprehenduntur, qui nullis laboribus prævenientibus, repente locum & gradum ſanctitatis conantur arripere

ANNO CHRISTI 869.

re & ſermone decoratos & refulgentes. Ergo quoniam quæ deſideraverunt audire & videre multi reges & principes, & non viderunt, vos nunc videtis & auditis, atque ante oculos veſtros habetis propoſitos, hos videlicet ſanctiſſimos & ſapientiſſimos vicarios, qui ex finibus orbis terræ profecti ſunt, glorificate benignum & miſericordem Deum, qui proſpere direxit imperatorem noſtrum piiſſimum ad hujuſmodi bonorum impletionem. Et nemo illi moleſtus quoquo modo ſit in eccleſiaſticis negotiis, dicens male ac inconvenienter: *Ego quidem ſum Pauli, ego autem Cephæ, ego vero Apollo*, & audeat dividere Chriſtum, & dividatur a Chriſto, & decidat a regno ejus atque privetur æterna vita. Sed venite omnes ſimul, ſtate nobiſcum, & utpote unius exiſtentes paſtoris, & unius ovilis, unum Deum & trium perſonarum Dominum collaudemus concorditer, & magnificemus, quia cum decet gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

1. Cor. 1.

Continuo vero poſt hæc idem Stephanus diaconus, & notarius fecit * anathematiſmum Photii, & ſequacium, & cooperatorum ejus, ita ſe habentem: Photio curiali & invaſori anathema: Photio ſæculari & forenſi anathema: Photio neophyto & tyranno anathema: Photio ſchiſmatico & damnato anathema: Photio mœcho & parricidæ anathema: Fabricatori mendaciorum anathema: Inventori perverſorum dogmatum anathema: Photio novo Maximo Cynico anathema: Novo Dioſcoro anathema: Novo Judæ anathema: Omnibus ſequentibus & fautoribus ejus anathema: Gregorio dudum epiſcopo Syracuſano anathema. Eulampio depoſito & ſchiſmatico anathema.

* Ad exemplum, quo factum fuerat ante ſynodice in eccleſia Romana ſub Hadriano ſanctiſſimo papa.

Et poſt hæc omnia, laudes dixit Stephanus diaconus ſanctæ Conſtantinopoleos eccleſiæ & notarius, egreſſo Photio: Multos annos imperatorum Baſilii & Conſtantini ac Leonis: Magnorum principum & imperatorum multos annos: Orthodoxorum imperatorum multos annos: Erectorum eccleſiarum multos annos: Liberatorum Chriſtianorum multos annos: Quia ſtupratores perfodit, quia ſeniores libidinoſos & mentientes occidit, quia ſynodice patriarchas falſos abjecit, Novo Conſtantino multos annos: Novo Theodoſio multos annos: Eudoxiæ piiſſimæ Auguſtæ multos annos: Novæ Judith multos annos: Novæ Helenæ multos annos: Novæ Pulcheriæ multos annos: Nicolai beatiſſimi papæ Romani æterna memoria: Novi Phinees æterna memoria: Novi Danielis æterna memoria: Novi Martini æterna memoria: Hadriani ſanctiſſimi papæ Romani multos annos: Interemptoris novi Simonis multos annos: Percutientis novum mendacem Ananiam multos annos: Novi Cæleſtini multos annos: Ignatii ſanctiſſimi patriarchæ Conſtantinopoleos multos annos: Novi Athanaſii multos annos: Novi confeſſoris Pauli multos annos: Novi Flaviani multos annos: Novi Anatolii multos annos: Sanctiſſimorum & orthodoxorum patriarcharum orientis æterna memoria: Donati & Stephani & Marini ſanctiſſimorum vicariorum ſenioris Romæ multos annos: Thomæ ſanctiſſimi metropolitæ Tyri & vicarii Antiochiæ multos annos: Heliæ ſanctiſſimi ſyncelli & vicarii Hieroſolymorum multos annos: Sacri ſenatus multos annos: Sanctæ ac univerſalis ſynodi æterna memoria: Multos annos imperatorum, multos annos.

ACT VII. CON VIII. GENER.

Verſus jambici apud Græcos pro acclamatione concilii.

*Photius qui pridem inſuperabilem petram*
*Fraudibus malignis conturbavit inſipienter,*
*Pellitur nunc, ut atrociſſima fera,*
*Abſolamo caſſo, & venerabilibus templis,*
*Satana peſſime, miſerrimiſque tenebris*
*Bene præmiſſus, & paſſus digne*
*A judicibus recte ſentientibus atque ſanctis,*
*Beatiſſimo videlicet Nicolao,*
*Hadrianoque divino papa Romano,*
*Et Ignatio martyrium paſſo,*
*Et tribus reliquis ſedibus orientis*
*Orthodoxis & ſapientibus valde.*

## ACTIO OCTAVA.

ACT. VIII. CON VIII. GENER.

IN nomine domini & dominatoris omnium Jeſu Chriſti veri Dei & ſalvatoris noſtri, imperii a Deo coronatorum & tranquilliſſimorum dominorum noſtrorum, Baſilii quidem anno tertio, Conſtantini vero filii ejus anno ſecundo, perpetuorum Auguſtorum, indictione tertia, Nonis Novembribus: propoſitis pretioſis & vivificis lignis, & intemeratis ſalutis noſtræ evangeliis: præſidente autem eodem piiſſimo & amico Chriſti Baſilio in dextera parte magni nominis templi magnæ eccleſiæ, & ſancta & univerſali ſynodo, id eſt, Donato Deo amabili epiſcopo Oſtienſi, & Stephano Deo amabili epiſcopo Nepeſino, atque Marino reverendiſſimo diacono ſanctæ Romanæ eccleſiæ, locum tenentibus Hadriani ſanctiſſimi papæ Romani, & Ignatio ſanctiſſimo patriarcha Conſtantinopoleos: & Thoma ſanctiſſimo metropolita Tyri, locum tenente throni Antiochiæ, & Helia Deo amiciſſimo presbytero & ſyncello, locum tenente throni Hieroſolymorum: præſente quoque ſimul & ſacro ſenatu, hoc eſt Theodoro magnificentiſſimo patricio & magiſtro, Chriſtophoro magnificentiſſimo patricio & magiſtro, Leone magnificentiſſimo proconſule ac patricio, Hemerio magnificentiſſimo proconſule ac patricio, Stephano magnificentiſſimo patricio ac ſacellario, Leone magnificentiſſimo proconſule & patricio, Marino magnificentiſſimo proconſule & patricio, Theophilo magnificentiſſimo proconſule & patricio, Taraſio magnificentiſſimo proconſule & patricio, Paulo magnificentiſſimo patricio & eparcho, Barbatio magnificentiſſimo patricio, Leone magnificentiſſimo patricio & domeſtico excubitorum, Manuele magnificentiſſimo patricio, Theophylacto magnificentiſſimo patricio, Petronate magnificentiſſimo patricio, Manuele magnificentiſſimo patricio: ſed & conſidentibus Deo amabiliſſimis metropolitis; ajo autem, Baſilio Deo amabiliſſimo metropolita Epheſi, Theodulo Deo amiciſſimo metropolita Ancyræ, Barnaba Deo amiciſſimo metropolita Cyzici, Nicephoro Deo amiciſſimo metropolita Nicææ, Nicephoro Deo amiciſſimo metropolita Amaſiæ, Niceta Deo amiciſſimo metropolita Athenarum, Theodoro Deo amiciſſimo metropolita Cariæ, Metrophane Deo amiciſſimo metropolita * Smyrnadenſium, Baſilio Deo amiciſſimo metropolita Antiochiæ, Theophylacto Deo amiciſſimo metropolita Iconii, Theodoro Deo amiciſſimo archiepiſcopo Theſſalonicenſium, Ignatio Deo amiciſſimo metropolita Hierapoleos, Hilarione Deo amiciſſimo metropolita Corinthi, Euthymio Deo amiciſſimo archiepiſcopo Catanæ, Gregorio Deo amiciſſimo metropolita Iperii, Photio Deo amici-

* Pro, Smyrnæorum. H.

ANNO CHRISTI 869

ciſſimo archiepiſcopo Nacoliæ, Stephano Deo amiciſſimo archiepiſcopo Cypſellorum, Baſilio Deo amiciſſimo archiepiſcopo Miſthiæ, Theophane Deo amiciſſimo archiepiſcopo Selgæ, Paulo Deo amiciſſimo archiepiſcopo Apamiæ, Joanne Deo amiciſſimo archiepiſcopo Photii, Athanaſio Deo amiciſſimo archiepiſcopo Magneſiæ, Theodoro Deo amiciſſimo epiſcopo Sinopæ, Euſtachio Deo amiciſſimo epiſcopo Æmoniæ, Theocleto Deo amiciſſimo epiſcopo Lacedæmoniæ, Nicephoro Deo amiciſſimo epiſcopo Hiacynthi, Euthymio Deo amiciſſimo epiſcopo Mosbynorum, Baſilio Deo amiciſſimo epiſcopo Pyrgii, Georgio Deo amiciſſimo epiſcopo * Hilii, Petro Deo amicisſimo epiſcopo Troadis, Leone Deo amiciſſimo epiſcopo Daphnuſiæ, Niceta Deo amiciſſimo epiſcopo Photiæ, Baſilio Deo amiciſſimo epiſcopo Cratiæ, Damiano Deo amiciſſimo epiſcopo Melitopoleos, Theophane Deo amiciſſimo epiſcopo Trallæ, Leone Deo amiciſſimo epiſcopo Neapoleos, Ioſeph Deo amiciſſimo epiſcopo Palæorum, & Georgio Deo amiciſſimo epiſcopo Adraniæ. His ita convenientibus, jubente Baſilio Chriſti amico & magno imperatore, ſtans in medio Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Propter multam verſutiam & malitiam, præcedentibus temporibus ſubſcripſit ſacerdotium & ſenatus & tota civitas in cauſis injuſtis, quas noluerunt: hodie autem vult divinitus gubernatum imperium noſtrum, intuens in miſericordiam Dei benigniſſimi & compatientiſſimi, manibus veſtris eas incendi, & ſperat in miſerationem ejus, & in ſanctas orationes veſtras, quod ignoſcatur omni homini ignorantia hæc, tam a ſancta catholica eccleſia, quam a ſacro ſenatu, & tota civitate noſtra, ſimul & ceteris regionibus.

Vel Ilii

Quid ergo videtur ſanctitati veſtræ? placet hoc Deo, & vobis. Donatus ſanctisſimus epiſcopus Oſtienſis, & Stephanus ſanctisſimus epiſcopus Nepeſinus, & Marinus Deo amiciſſimus diaconus, ſanctisſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Deus conſervet Chriſti amicisſimum imperatorem per multos annos, qui gubernat eccleſiam ejus: dedit enim ei Deus gubernationem totius mundi, & exaudivit vocem & deprecationem ſpiritalis patris ſui papæ Hadriani per epiſtolam, quam miſit ille, & hodie adimplet deſiderium eccleſiæ, ſicut nuntiavit ei. Cuſtodiat Deus imperium ejus multis annis ad mundanam gubernationem; quia dirupit vincula chirographorum, quæ ab inimicis Dei exquiſita ſunt contra omnem eccleſiam. Bahanes magnificentisſimus patricius & præpoſitus dixit: Sanctus imperator noſter Deo amicabiliter jubet dicere ad vos epiſcopos qui feciſtis injuſta chirographa: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* languor & dolor veſter meus eſt; & ideo conſilium do, ut quæ male a vobis & vi acta ſunt, incendantur & exterminentur, non ſolum ſenſibiliter, ſed providentia Dei, etiam intelligibiliter. Deo amicisſimi epiſcopi dixerunt: Hodie completur ſub a Deo muniendo imperatore noſtro divinæ ſcripturæ ſermo, qui dicit: *Diſſolve omnem colligationem iniquitatis, & obligationes violentorum contractuum, & evelle omnem ſcripturam injuſtam.* Pro quibus det Deus mercedem animarum noſtrarum & corporum Chriſti amico imperatori, & conſervet imperium ejus per multa annorum curricula, donans ei etiam cæleſte imperium. Et jubente Baſilio Chriſti amico & magno imperatore, poſitum eſt in medio ſynodi vas æneum ad id aptum, plenum igne: & delati ſunt in marſupio a Theophylacto reveren-

Cor. [illegible]

Iſ. [illegible]

A diſsimo diacono & * referendario omnes tomi chirographorum qui exacti ſunt a Photio, ab omni ſacrato catalogo, & ordine clericorum, tam magnæ eccleſiæ, quam earum quæ foris ſunt: quamque etiam a magnis, & parvis, & omnibus ſenatoriæ dignitatis, & cunctis aliis, tam illuſtribus, quam ignobilibus, atque iis, qui in omni arte ac diſciplina, & diverſo ſtudio eſſe videbantur, uſque ad pellarios, & piſces vendentes, & lignarios, & acus facientes: inſuper & libri qui ficte conſcripti ſunt contra beatiſſimum Nicolaum papam, & geſtorum relationes, ac ſynodos, quæ contra ſanctiſſimum patriarcham Ignatium factæ ſunt a Photio. Et accipiens Georgius reverendiſſimus orphanotrophus ſingulos libellos & to-

B mos tribuit hominibus utrorumque ſanctiſsimorum vicariorum, qui miſerunt omnia in ignem, & cremata ſunt, & redacta in nihilum. Baſilius amicus Chriſti & magnus imperator dixit ad ſanctiſsimos vicarios ſenioris Romæ: Imperio noſtro jubente, adduxerunt falſos vicarios, quos Photius protulit contra beatiſsimum papam Nicolaum; quid ergo videtur ſanctitati veſtræ de illis? Sanctiſsimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Ingrediantur ſanctam & univerſalem ſynodum. Et intrantibus eis, interrogavit Bahanes magnificentiſsimus patricius & præpoſitus Petrum monachum: Hæc jubet ſanctus imperator noſter, & tota ſancta ſynodus, interrogari te, quis es? & unde venis? & quid dicis? & quod eſt opus tuum

C quod egiſti? Inventus es in concilio quod fecit Photius contra beatiſsimum papam Nicolaum? aut dediſti libellum contra eum? Petrus dixit: Neque præſens illic inventus ſum, neque hanc conſcriptionem novi; etenim numquid ego ſolus Petrus ſum in hanc urbem a Roma aſcendens? Alii dena millia aſcenderunt Petri; verumtamen legatur iſte libellus meus quem defero, & hic manifeſta facit quæ mea ſunt. Et accipiens Gregorius devotus notarius divinorum ſecretorum legit:

ACTIO VIII. CON. VIII. GENER.

* Patriarcha Conſtantinopolitanus referendarium quempiam ſemper habet qui ejus imperatori omnem denuntiat voluntatem, qui aditum in palatio ſemper habet ad referendum imperatori quæcumque ſunt patriarchæ, ac eccleſiæ neceſſaria, per quem etiam imperator, quod placet patriarchæ tranſmittit.

*Libellus apologeticus Petri monachi.*

D QUoniam exiguitatem noſtram quidam veſtrum opinati ſunt adverſus ſanctam Romanam eccleſiam libellum dediſſe, propterea quia mentio noſtra in divulgata conſcriptione continebatur, hujus rei gratia imperatoribus rationem redditurus veni, ſed & in conſpectu veſtræ reverentiæ ſæpe innocentem exhibens, rurſus & nunc de eadem interrogatus cauſa, eamdem ipſam, quam tunc, immutabiliter profero vocem; Quod neque libellum dedi, neque imperialibus auditibus moleſtiam intuli, ſed neque ſynodo congregatæ, ſi tamen congregata eſt, præſto repertus ſum: & profecto confitebuntur ii qui nomen meum inſeruerunt hujuſmodi ſcriptis. Hæc eſt fiducialis ſatisfactio mea ad eos qui me dijudicant, & hanc dabo multa confidentia cum munda con-

E ſcientia, quotieſcumque interrogatus extitero; ſed veſtræ virtutis claritatem obſecro, ut ſaltem amodo dimittatis me multum fatigatum, precibus vobis oblatis, remeare ad apoſtolorum veſtigia; etenim jam uſque, reor, placet ſapientibus proceribus matris veſtræ deprecationibus inclinare auditum, ut per occaſionem redeundi, attrahar * in ea, cooperentur animæ meæ ſalutem.

* ſ. ea quæ.

Et poſt lectionem, ſanctiſsimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Ecce per libellum audivimus quid dixerit iſte; alii vero qui illic ſtant quid dicunt? Bahanes magnificentiſsimus patricius & præpoſitus dixit ad Baſilium falſum vicarium:

Impe-

ANNO CHRISTI 869.

ACTIO VIII. CON. VIII. GENER.

Imperator noſter ſanctus, cum ſanctiſsimis vicariis, & ſacro ſenatu, & ſancta ſynodo, jubet interrogare te. In falſo libro jacet nomen tuum, dic ergo tu; dediſti libellum contra Romanam eccleſiam? ſic ſe veritas habet? Baſilius dixit: Abſit. Bahanes magnificentiſsimus patricius & præpoſitus dixit: Et anathematiza & eum qui dedit, & qui ſcripſit. Baſilius dixit: Is qui dedit libellum contra Romanam eccleſiam anathema ſit. Deinde iterum interrogatus eſt Baſilius: Unde es? Baſilius dixit: A ſancta civitate veni. Baſilius amicus Chriſti & magnus imperator dixit ad Heliam ſanctiſsimum vicarium Hieroſolymorum: Cognoſcis eum? Helias ſanctiſſimus ſyncellus & vicarius Hieroſolymorum dicit: Etiam, cognoſco eum. Jubente vero Baſilio piiſſimo & magno imperatore, Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit ad Baſilium falſum vicarium: Dic, quamobrem ingreſſus es Conſtantinopolim? pro qua cauſa? & quis te miſit illic? Baſilius dixit: A Tripoli intravi Romam cauſa orationis, & infirmatus ſum in via, & intravi in Venetiam, ut tranſirem: & veni huc ſub papa Benedicto, & feci menſes viginti; & non habui quomodo diſpenſarer: & anno quando exivit patriarcha de throno ſuo, deſcendi iterum ſub domino Nicolao: habeo octo annos, & iterum reverſus ſum huc. Interrogatus eſt iterum: Non dediſti libellum? Baſilius dixit: Ne faciat Deus; numquid enim familiaris fui Nicolai? Deinde, jubente Baſilio amico Chriſti & magno imperatore, interrogatus eſt Leontius falſus vicarius Alexandriæ per Bahanem magnificentiſſimum patricium & præpoſitum: Quomodo inventus es in loco vicarii, in ficte compoſito libro a Photio contra beatiſſimum papam Nicolaum? Leontius dixit: Dedit mihi auctor & ſenior antiſtes meus literas ad imperatores noſtros ſanctos, neque vicarius ſum, neque habeo aliquid in rebus iſtis. Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Jubente Baſilio amico Chriſti imperatore ad ſanctam ſynodum: Quid vobis videtur de his? quemadmodum is, qui primum locutus eſt, omnem ignorantiam inſinuavit, & ita & hic; homines ſunt negotiatores, & aliquid neſciunt, nec vicarii facti ſunt: ſed Photius finxit ut voluit & ſermones & perſonas. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt ad falſos vicarios: Facite libellos, & anathematizate eos qui fecerunt libros illos, ut ſuſcipiamini in communionem. Leontius dixit: Neque ſcripſi in libro hoc neque cognoſco eum. Sancta ſynodus dixit: Anathematizate qui fecit eum, & conſcripſit eum. Falſi vicarii dixerunt: * Habet anathema qui cooperatus eſt in libro iſto. Senatus dixit: Quoniam non vultis anathematizare, apparet quia comparticipes ejus eſtis; ut aut anathematizemini & ipſi, aut tradamini legibus. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Quoniam non patiuntur anathematizare qui fecit malum hoc, quemadmodum ſcripſit ſanctiſſimus Hadrianus papa ad piiſſimum imperatorem, tradantur nobis & deſcendant nobiſcum Romam. Leontius dixit: Anathema & illi, & ei qui ſcripſit eum. Baſilius dixit: Anathema ei qui dedit libellum contra papam Nicolaum. Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Imperator noſter ſanctus admonens, & conſilium dans, dicit ad ſedentes in hac ſynodo, & ſtantes, & ad univerſum communem populum: Videte, qualiter apparet veritas, & lux in tenebris lucet, & non comprehenditur ab eis: mendacia & ſeductio quomodo apparent? & quomodo crevit veritas hodie? quiſquis habet ſcandalum in anima ſua, accedat ad ſanctam eccleſiam Dei; neque enim habet occaſionem qualemcumque. Sic operatur ſanctum imperium noſtrum, ut excludat omnem occaſionem, ut non habeatis cras excuſationem. Sancta ſynodus: Deus conſervet piiſſimum imperatorem. Interrogati ſunt metropolitæ qui ſubſcripti erant in libro illo, de propriis ſcriptionibus quæ erant in libro: Veſtræ ſunt hæ ſubſcriptiones? Et dixerunt omnes: Abſit. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ flagitaverunt Baſilium Chriſti amicum & magnum imperatorem, ut legeretur canon ſancti Martini papæ Romani, quem deprompſit de omni falſo vicario. Et accipiens Stephanus Deo amiciſſimus diaconus & notarius, legit hunc canonem in audientiam omnium.

* ſ. Habeat.

## CAPUT XX. CONCIL. LATERANENSIS.

Si quis, ſecundum ſceleratos hæreticos, quomodocumque, aut verbo, aut tempore, aut loco terminos tranſmittens illicite, quos poſuerunt firmius ſancti catholicæ eccleſiæ patres, & ſanctæ & univerſales quinque ſynodi, novitates temere adinvenire, & fidei alterius expoſitiones, aut typos, aut leges, aut definitiones, aut libellos, aut relationes, aut epiſtolas, aut ſubſcriptiones, aut teſtimonia falſa, aut ſynodos, aut actus monumentorum, aut ordinationes vacuas, & eccleſiaſticæ regulæ incognitas, aut loci ſervatores, id eſt vicarios incongruos & ſine regula & compendioſe dicere, ſi quid aliud impiiſsimis hæreticis conſuetum eſt agere per diabolicam operationem tortuoſe & callide agit contra pias orthodoxorum catholicæ eccleſiæ, id eſt paternas ejus & ſynodales prædicationes ad * peremptionem ſinceriſſimæ in Dominum noſtrum & Deum Jeſum Chriſtum confeſsionis, & uſque in finem ſine pœnitentia permanet: hæc impie agens hujuſmodi, in ſæcula ſæculorum ſit condemnatus, & dicat omnis populus: Fiat, fiat.

* alias everſionem.

Et poſt completionem canonis, ſurgens Metrophanes Deo amabilis metropolita Smyrnæ, allocutus eſt voce grandi in audientiam ſynodi ita: Veritas eſt * pecunia cunctis aliis rebus validior & fortior atque robuſtior: veritas eſt pecunia intractabilis, & omnibus hominibus ineluctabilis: veritas eſt omnia vincere, & valde competenter, eſt enim, extat veritas, & rurſus veritas extat, eſt; hujuſmodi namque veriſsimam opinionem approbat etiam Chriſtus omnium noſtrum ſalvator & dominus, atque principale * & Verbum Dei ac Patris utroque ſe vocabulo nominans. Denique cum olim Deus loquens Moyſi ſalutis exponeret leges & jura, ſciſcitanti ei, & diligenter interroganti, quod eſſet nomen ejus, dicit ad eum: *Ego ſum, qui ſum*. In noviſsimis autem temporibus incarnatus propter ineffabilem miſericordiam, & factus ſecundum nos, propter nos homo, ita dicit: *Ego ſum vita & veritas*. Igitur veritas eſt cunctis aliis juſtior pecunia, & omnibus ineluctabilis, & ſola quæ vincat omnia. Cujus & ipſe amator factus, amice Chriſti domine, triumphator & victor contra mendacium hodierno die apparuiſti, & ab ipſa veritate ductus, & ope fretus, a Chriſto Deo noſtro demonſtraſti annihilatam injuſtitiam, & præſtruxiſti, ut divina eloquia prophetarum vera manifeſtius & liquidius oſtenderentur etiam nunc omnibus hominibus, de quibus ſcriptura fatur: *Si juſtificabitur in ſtatera injuſtus, & in marſuptio pondus doli*. Ex quibus divitias ſuas impietate repleverunt: & qui habitant eam, loquebantur falſa, & lingua eorum

* Græce χρῆμα.

* Redundare videtur &.

Exod. 3.

Joan. 14.

Prov. 11

exaltata eſt in ore ipſorum, quemadmodum & alius propheta, Oſeas videlicet, evidentius clamat: *Hic eſt Acbab, in manu ejus ſtatera injuſtitiæ, vim inferre dilexit. Et dixit Ephraim: Verumtamen ditatus ſum, inveni refrigerium mihimetipſi: omnes dolores non invenientur ei propter injuſtitias quas peccavit*. Et iterum idem propheta, figurans mores hominum qui vana & inania loquuntur & ſcribunt, ita dicit: *Corrupta ſeminaverunt, & everſio eorum excipit ea: manipulus non habens fortitudinem ad faciendam farinam; ſi vero & fecerit, alieni comendent eam*. Adimpleviſti autem hodie, domine, ſermonem beati prophetæ, qui dicit: *Reliquiæ impiorum exterminabuntur*; pro quibus te piiſsimum imperatorem, interemptorem injuſtitiæ, eradicatorem mendacii, plantatorem pietatis, innovatorem veracium dogmatum, omnium imperator & omnitenens Deus noſter roboret, & ſecundum ſpiritum, & ſecundum carnem, & confirmet imperium tuum, & confirmet te proſpere ſemper, & in omnibus per ſanctas orationes coangelici & in cælo etiam converſantis patris, Ignatii videlicet ſanctiſſimi patriarchæ, & ceterorum ſanctiſſimorum vicariorum ſenioris Romæ, ac orientalium ſedium, & ſubjiciat tibi omnes barbaras nationes, & dignum te faciat cæleſti regno ſuo cum omnibus qui pie regnaverunt, ut glorifices eum indeſinenter, quia ipſum decet gloria nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oſea 12.

Oſea 8.

Pſal. 36.

Et poſt completionem hujus declamationis, Baſilius Chriſti amicus & magnus imperator ad ſanctiſſimos vicarios ſenioris Romæ, & orientis ſedium dixit: Theodorus, qui dicitur Crithinus, cum ſit auctor Iconomachicæ hæreſeos, per præceptionem pietatis veſtræ, adductus eſt ad ſanctam & univerſalem ſynodum: Quid ergo videtur vobis de eo? Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Mittantur, piiſſime domine, ad eum quidam magnificentiſſimorum principum, & dicant tamquam ex nobis ita: Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Per diverſas literas, & nobiliſſimos & fideliſſimos viros, qui miſſi ſunt a ſancto & Chriſti amico imperatore ac principe Baſilio ad ſpiritalem patrem ſuum ſanctiſſimum papam Hadrianum, rogante per prædictas epiſtolas ſuas, quatenus mitteret apocriſiarios ſuos ad hanc ſanctam & a Deo conſervandam, & regiam urbem; & exortam in eccleſia Dei temporibus ſui ſeductionem, & errorem exterminaret. Et ecce per gubernationem ſancti ejus imperii in hac ſancta ſynodo congregati ſumus una cum orientalibus vicariis, qui una nobiſcum ſentiunt. Audivimus autem vos errare & declinare ab orthodoxa fide, & nolle nobiſcum honorare & colere pretioſas iconas Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctiſſimæ matris ejus, & omnium ſanctorum ejus, & propter hanc cauſam admonemus vos, quia nunc ecce adjacet vobis portus ſalutis, vobis apertus, & ſuſcipit vos ſancta eccleſia in ulnis ſuis per hanc ſanctam, honorabilem, & univerſalem ſynodum, per ſatisfactionem & ſcriptionem libelli, & ſuſcipiemus vos in communionem catholicæ eccleſiæ. Quod ſi nolueritis exaudire nos, & ſanctam & univerſalem ſynodum hanc, habebitis tam a nobis, quam a tota ſancta Dei eccleſia, & hac univerſali ſynodo, ſententiam anathematis. Sanctiſſimi vicarii orientalium ſedium dixerunt: Et nos de ſacris & ſanctis Chriſti locis, quæ glorificavit Dominus apparitione gloriæ ſuæ, tranſmiſſi ſumus ab eo ad comunem ſalutem, tam veſtram, quam omnium. Rogamus ergo, ut obediatis, & volipies a ſancta catholica



A eccleſia minime projiciatis; neque vobiſmet indeficiens detrimentum in poſterum inferatis. Ecce nunc commonemus vos in hanc horam, ne forte obſtruatur vobis oſtium, & ſine pœnitentiæ lucro vos pœniteamini. Bahane itaque magnificentiſſimo patricio & præpoſito, & Leone magnificentiſſimo proconſule ac patricio, per juſſionem Baſilii amici Chriſti imperatoris, miſſis ad prædictum virum Theodorum, qui appellatur * Crithinus, lectæ ſunt voces ſanctiſſimorum vicariorum ſenioris Romæ, & orientalium ſedium. At vero Crithino nihil reſpondente, dedit ei Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus numiſma, characterem ferens Baſilii Chriſti amici & magni imperatoris, & dixit ad eum: Impera-
B tor noſter ſanctus mandat ad te, monens: Suſcipis numiſma characteris mei? Theodorus, qui nuncupatur Crithinus, dixit: Ego indignus ſum, ſed ſuſcipio illud ſuper millia auri & argenti. Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Imperator noſter ſanctus admonens dicit ad te: Honoras numiſma exarationis meæ? Theodorus dixit: Secundum quod oportet honorari numiſma regium, honoro. Bahanes magnificentiſſimus patricius dixit: Jubet imperator & præpoſitus: Inhonoras illud? Theodorus dixit: Ut quid? non inhonoro illud. Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Jubet imperator noſter ſanctus dicere tibi: Et ſi imaginem meam, id eſt mortalis regis, non vis in-
C honorare, ſed honorabiliter ſuſcepiſti a manu mea qui ſum præpoſitus; quomodo Dei virilem imaginem domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctiſſimæ matris ejus, quæ proprie ac veraciter eſt Dei genitrix, & omnium ſanctorum, dicis inhonorare? Dic nobis: Inhonoras has, an honoras? Theodorus dixit: Omnes quidem homines Chriſtianos ſubdi oportet ſub ſancto & juſto imperio tuo, plus autem omnibus me indignum; quia & ex morte liberaſti me, & ab exiliis eripuiſti me, & a captivitate & fame & exitio adjuviſti; & quia multum debeo pro ſancto imperio tuo ſuper omnes Chriſtianos orare: ſed & capilli capitis mei & barbæ omnes, ſi fuerint ora, & exoraverint pro ſancto imperio tuo, non ſufficient: talis
D eſt in me benignitas tua, imperator juſte & amice Chriſti. Numiſma mihi miſiſti imperii tui, & ſuſcepi illud, ſciens quod tuum fuerit: exigis ut & Chriſti ſuſcipiam notam & formam, ſi eſt hoc Chriſti præceptum, & Chriſto placabile, deprecabile ſit imperium tuum ſanctum, & det dilationes, & det tempus induciarum, & det infirmitati noſtræ ſpatium: & poſt hæc quando juſſerit a Deo decretum imperium tuum, ſi oſtenſum fuerit quod ſit hoc Chriſti præceptum, faciam, quidquid juſſeris. Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Imperator noſter ſanctus non vos adduxit ad hanc ſanctam & univerſalem ſynodum ad diſputandum, ſed ad commonendum.

* Quod interpretatur hordeaceus, qui videlicet eſt cibus irrationabilium.

E Nam utique noſtis, quia Paulus Chriſti os liquido monet omnem hæreticum ab una & ſecunda admonitione devitare: tu autem ſeneſcens in malitia tua, & ſciens cum omni certitudine tenebras in quibus es, in lumine ignis tui ambulabis, audiens ex quadrifido terrarum orbe, juſto decreto ſacrorum canonum, anathematis damnationem: quo enim fugies? vel quo ibis? Poſuit Deus eccleſiam ſuam in quinque patriarchiis, & definivit in evangeliis ſuis, ut nunquam aliquando penitus decidant, eo quod capita eccleſiæ ſint: etenim illud quod dicitur: *Et portæ inferi non prævalebunt adverſus eam*; hoc denuntiat, quan-

1. Tim 3

Matth. 16.

ANNO CHRISTI 869.

ACT. VIII. CON. VIII. GENER.

quando duo ceciderint, currunt ad tria; cum tria ceciderint, currunt ad duo; cum vero quatuor ſorte ceciderint, unum, quod permanet in omnium capite Chriſto Deo noſtro, revocat iterum reliquum corpus eccleſiæ: nunc autem toto terrarum orbe concordante, non habes excuſationis modum, quemadmodum olim factum eſt. Reverſis vero magnificentiſſimis judicibus, lectæ ſunt voces Theodori, qui dicitur Crithinus, in audientia ſynodi, voce majori; & dixerunt ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ, & orientalium ſedium: Legatur ſanctiſſimi Nicolai papæ capitulum de imaginibus. Et accipiens Stephanus Deo amabilis diaconus & notarius, legit:

## Caput VI. Nicolai papæ.

Quoniam oportet majorum noſtrorum ſtatuta immoto mentis intuitu conſervare, & in omnibus ſanctorum patrum ſemper dogmata venerari, definimus de ſacris & reverendis imaginibus Domini noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque ſemper virginis Mariæ genitricis, omniumque ſanctorum, qui Deo ab Abel juſto placuiſſe creduntur, quæ eccleſia ſancta in univerſo orbe diffuſa antiquitus accepit, quæque ſedis apoſtolicæ præſules pro eis decreverunt, ac ſtatuerunt illibata perſiſtere, atque intemerata manere. Quapropter Joannem quondam Conſtantinopolitanum antiſtitem, & ſequaces ipſius, qui eas frangendas atque calcandas eſſe ore polluto aſſeverant, quamdiu de his nobiſcum non ſenſerint, & juxta ſanctorum pontificum Romanorum decreta, & aliorum catholicorum patrum inſtituta non ſapuerint; ſancimus eos a Chriſto & ab eccleſia catholica atque apoſtolica eſſe anathema.

Et poſt completionem lectionis hujus, Baſilius piiſſimus & magnus imperator dixit ad ſanctiſſimos vicarios ſenioris Romæ, & occidentalium ſedium: Sunt hic & alii quidam Crithino concordantes; intrent, ſi videtur ſanctitati veſtræ, in medium ſynodi, & interrogentur, ſi forte velint pœnitere, ac profiteri orthodoxam fidem. Helias Deo amiciſſimus presbyter & ſyncellus & vicarius ſedis Hieroſolymorum dixit: Qui diuturnæ ſectæ deſerviunt, difficile habent evelli a mala qua tenentur opinione; etenim ac ſi quibuſdam ferreis compedibus, diabolicis circumventionibus capti, obcæcatam habent propriam mentem, & ſuſpicere ad lucem veritatis non poſſunt. Hujus rei gratia & hæreticus iſte Theodorus, * qui vocatur Crithinus, quæcumque audierit ad ſui profectum atque ſalutem, non ſuſcipit, terram infructuoſam imitans & ſpinoſam. Ut autem juſſit a Deo munita poteſtas imperii tui, ſi ſint alii aliqui, ingrediantur. Et ingreſſis Niceta clerico, & Theophilo ſæculari, & Theophane tabellione, ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt ad eos: Anathematizatis Iconomachicam hæreſim? profitemini ſanctæ catholicæ ac apoſtolicæ eccleſiæ orthodoxam fidem, quæ tradita eſt in orbis terrarum finibus a Chriſto & apoſtolis & omnibus ſanctiſſimis doctoribus eccleſiæ? Nicetas clericus, & Theophilus ſæcularis, & Theophanes tabellio dixerunt: Decepti fuimus antea malitioſis ſermonibus impiorum hominum, & male ſapiebamus: nunc autem ſanctæ & univerſalis hujus ſynodi concordiam & conſpirationem videntes, parvipendimus Iconomachorum hæreſim, & anathematizamus omnem qui non adorat ſanctas & venerabiles imagines. Et ſurgens unuſquiſque ſigillatim ſuper tribunal excelſum, anathematizavit hæreſim Iconomachorum, & pri-A mores ejus, & patriarchas, Theodotum videlicet, Antonium, Joannem, & Theodorum nominatum Crithinum. Deinde advocans Baſilius piiſſimus & magnus imperator unumquemque ipſorum, oſculatus eſt eos, & dixit: Nunc erepti eſtis a diabolica poſſeſſione, & facti eſtis Chriſtiani veriſſimi, & ſalvandi eſtis cum omnibus orthodoxis a Chriſto Deo noſtro, & vita æterna efficimini digni. Nam niſi hæreſim Iconomachorum anathematizaſſetis, nil vobis Chriſtus prodeſſet. Helias Deo amiciſſimus presbyter & ſyncellus orientis throni Hieroſolymorum dixit: Magno beneficio dignos eos fecit interventio ſancti imperii tui hodie, Chriſti amice domine, & plurimum lætificaſti nos, immo Chriſtum, qui B tibi donavit imperium, qui & conſervet te in zelo pietatis nunc & in ſæcula. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Sapientia ineffabilis Chriſtus Deus noſter ordinat mundum revera, quia & te piiſſimum & dominum imperatorem provexit ad correctionem omnium qui erraverunt, & cuſtodiam & conſervationem eorum qui recta ſapiunt; & gaudet in te ſancta Romana eccleſia, hujuſmodi zelum tuum pro pietate conſpiciens: nunc ergo eum qui noluit intelligere, ut bene ageret, neque pœnitere, & diſcedere ab impietate propria, Theodorum videlicet, qui nominatur Crithinus, anathematizet ſancta hæc & univerſalis ſynodus, & omnes conſentaneos ejus, tam qui nunc adhuc ſuperſunt, quam qui in C eodem ſenſu & opinione vita exceſſerunt. Et aſcendens Stephanus Deo amiciſſimus diaconus & notarius, anathematizavit ita: Omnibus hæreticis anathema: Concilio, quod adhuc fremit contra venerabiles imagines, anathema. Et qui recipit impias hæreſeos ipſorum ratiunculas, anathema. Iis qui ſumunt divinæ ſcripturæ dicta, quæ ſunt adverſus idola contra venerandas imagines, anathema: Iis qui non amplectuntur ſanctas & venerandas imagines, anathema: Iis qui vocant ſacras iconas idola, anathema: Iis qui dicunt quia ut ad deos Chriſtiani ad imagines acceſſerunt, anathema: Iis qui communicant ſcienter, anathema: Iis qui conviciantur, & inhonorant venerabiles iconas, anathema: Iis qui di-D cunt, quod præter Chriſtum Dominum noſtrum alius quiſpiam nos liberavit ab idolis, anathema: Iis qui audent dicere catholicam eccleſiam idola aliquando ſuſcepiſſe, anathema: Anaſtaſio, Conſtantino, & Nicetæ, qui ſub Iſauricis præfuerunt hæreſibus, ut inepiſcopis inſacratis, anathema: Theodoro, Antonio, & Joanni, qui ſibi invicem malorum omnium extiterunt conciliatores, & alter alterius ſibi impietati ſucceſſerunt, anathema: Paulo qui in Saulum converſus eſt, & Theodoro qui dicebatur Gaſtæ, & Stephano Molatæ, & his ſimilibus, anathema: Theodoro, qui, cum ſine ratione conſiſtat, loqui ſe rationabiliter fingit, qui & vocatur Crithinus, anathema: Iis qui adhuc dubio quidem ſunt ſenſu, inſenſati vero E ſunt ambiguitate: & obſeſſi quidem a tenebris impietatis ſuæ, ſuſpicantur a quibuſdam conſequi reverſionem, anathema: Laludio, Leoni, & quiſquis hinc ſimiliter ſapit, tam in epiſcopis, & presbyteris, ac monachis, quam in iis qui quomodocumque attonſi conſiſtunt, anathema: Photio curiali & invaſori anathema: Photio ſæculari & forenſi anathema: Photio neophyto & tyranno anathema: Photio ſchiſmatico & damnato anathema: Photio mœcho & parricidæ anathema: Fabricatori mendaciorum anathema: Inventori perverſorum dogmatum anathema: Photio novo Maximo Cynico anathema: Novo Dioſco-

ro

* *Annotatio Anaſtaſii Bibliothecarii*: Quod interpretatur, hordeaceus: qui videlicet eſt cibus irrationabilium. H.

ANNO CHRISTI 869.

io anathema. Gregorio dudum epiſcopo Syracu- A ſano anathema: Eulampio depoſito anathema: Omnibus ſequacibus & fautoribus ejus anathema: Multos annos imperatorum Baſilii, Conſtantini, & * Leonis: Magnorum principum & imperatorum multos annos: Orthodoxorum imperatorum multos annos. Erigentium eccleſias multos annos: Liberatorum Chriſtianorum multos annos: Novo Conſtantino multos annos: Novo Theodoſio multos annos: Novo Marciano multos annos: Eudoxiæ piiſſimæ Auguſtæ multos annos: Novæ Judith multos annos: Novæ Helenæ multos annos: Novæ Pulcheriæ multos annos: Nicolai beatiſſimi papæ Romani æterna memoria: Novi Phinees æterna memoria: Novi Daniel multos annos: Interemptoris novi Simonis mul- B tos annos: Percutientis novum fallacem Ananiam multos annos: Novi Cæleſtini multos annos: Novi Martini æterna memoria: Hadriani ſanctiſſimi papæ Romani multos annos: Ignatii ſanctiſſimi patriarchæ Conſtantinopoleos multos annos. Novi Athanaſii multos annos. Novi confeſſoris Pauli multos annos: Novi Flaviani multos annos: Novi Anatolii multos annos: Sanctiſſimorum & orthodoxorum patriarcharum orientis multos annos: Donati, & Stephani, & Marini ſanctiſſimorum vicariorum ſenioris Romæ, Thomæ ſanctiſſimi metropolitæ Tyri & vicarii Antiochiæ multos annos: Heliæ ſanctiſſimi ſyncelli & vicarii Hieroſolymorum multos annos: Sacri ſenatus multos annos: Sanctæ ac univerſalis ſynodi æter- C na memoria: Multos annos imperatorum noſtrorum, multos annos.

* Nam cum [illegible] Theophanis coronatus eſt imperator [illegible] ille Leo [illegible] a vicariis & patriarcha Ignatio.

## ACTIO NONA.

ACTIO IX CONC. VIII GENER.

IN nomine domini & dominatoris omnium Jeſu Chriſti veri Dei & ſalvatoris noſtri, imperii a Deo coronatorum & tranquilliſſimorum dominorum noſtrorum, Baſilii quidem ac Conſtantini anno tertio, Leonis vero anno primo, perpetuorum Auguſtorum, indictione tertia, pridie Idus Februarii propoſitis pretioſis & vivificis lignis, & intemeratis ſalutis noſtræ evangeliis: in dextris partibus famoſiſſimi templi ſanctæ ac magni nominis Sophiæ: convenientibus autem Do- D nato Deo amiciſſimo epiſcopo Oſtiæ, & Stephano Deo amiciſſimo epiſcopo Nepæ, ac Marino Deo amiciſſimo diacono ſanctæ Romanæ eccleſiæ, locum obtinentibus Hadriani ſanctiſſimi papæ Romani, & Ignatio ſanctiſſimo archiepiſcopo almæ Conſtantinopoleos novæ Romæ: & ſanctiſſimis loci ſervatoribus orientis, videlicet Joſeph Deo amiciſſimo archidiacono Alexandrinorum magnæ civitatis, locum tenente Michaelis ſanctiſſimi patriarchæ Alexandriæ, & Thoma ſanctiſſimo metropolita Tyri, locum tenente ſedis Antiochiæ, eo quod viduata eſſet eadem eccleſia, & Helia Deo colendiſſimo presbytero & ſyncello, locum obtinente Theodoſii throni Hieroſolymorum archiepiſcopi: præſente quoque ſacro ſenatu, dici- E mus autem Theodoro magnificentiſſimo patricio & magiſtro, Chriſtophoro magnificentiſſimo patricio & magiſtro, Bahane magnificentiſſimo patricio ac præpoſito, Hemerio magnificentiſſimo proconſule ac patricio, Paulo magnificentiſſimo patricio & præfecto, Theodoro magnificentiſſimo patricio, Barbatio magnificentiſſimo patricio, Manuele magnificentiſſimo patricio, Theophylacto magnificentiſſimo patricio, Petronate magnificentiſſimo patricio, Manuele magnificentiſſimo patricio: quin etiam & conſidentibus Deo amiciſſimis metropolitis, Baſilio ſcilicet Deo amabiliſſimo

A archiepiſcopo Epheſi, Theodulo Deo amiciſſimo metropolita Ancyræ, Nicephoro Deo amiciſſimo metropolita Nicææ, Baſilio Deo amiciſſimo metropolita Chalcedonis, Baſilio amiciſſimo metropolita Gangrenſium, Theodoro Deo amiciſſimo metropolita Theſſalonicæ, Nicolao Deo amiciſſimo metropolita Synnadenſium, Theophylacto Deo amiciſſimo metropolita Iconii, Ignatio Deo amiciſſimo metropolita Hierapoleos, Michaele Deo amiciſſimo metropolita * * Hod, Hilarione Deo amiciſſimo metropolita Corinthi, Metrophane Deo amiciſſimo metropolita Smyrnæ, Michaele Deo amiciſſimo metropolita Byziæ, Euthymiano Deo amiciſſimo metropolita Euchartenſium, Joanne Deo amiciſſimo archiepiſcopo B Pompeiopoleos, Theophane Deo amiciſſimo archiepiſcopo Selgæ, Stephano Deo amiciſſimo archiepiſcopo Cypſallorum, Joanne Deo amiciſſimo archiepiſcopo Cii, Photio Deo amiciſſimo archiepiſcopo Nacoliæ, * Icoo Deo amiciſſimo archiepiſcopo Methymnæ, Baſilio Deo amiciſſimo archiepiſcopo Ruſſii, Gregorio Deo amiciſſimo archiepiſcopo Parii, Paulo Deo amiciſſimo archiepiſcopo Apamiæ, Baſilio Deo amiciſſimo archiepiſcopo Pyrgii, Arſenio Deo amiciſſimo archiepiſcopo Aureliopoleos, Georgio Deo amiciſſimo epiſcopo ſanctæ Cyriacæ, Euſtachio Deo amiciſſimo epiſcopo Æmoniæ, Conſtantino Deo amiciſſimo epiſcopo Trallæ, Germano Deo amiciſſimo epiſcopo Citri, Conſtantino Deo amiciſ- C ſimo epiſcopo Auguſtopoleos, Nicolao Deo amiciſſimo epiſcopo Documii, Petro Deo amiciſſimo epiſcopo Melitopoleos, Joſeph Deo amiciſſimo epiſcopo Leriæ, Taraſio Deo amiciſſimo epiſcopo Cincæ, Stephano Deo amiciſſimo epiſcopo Gordoſerbenſium, Philippo Deo amiciſſimo epiſcopo Tabiæ, Ignatio Deo amiciſſimo epiſcopo Juliopoleos, Conſtantino Deo amiciſſimo epiſcopo Tii, Siſinnio Deo amiciſſimo epiſcopo Bitinopoleos, Xenophonte Deo amiciſſimo epiſcopo Mylaſi, Leone Deo amiciſſimo epiſcopo Neapoleos, Marciano Deo amiciſſimo epiſcopo Nicopoleos, Marciano Deo amiciſſimo epiſcopo Thebarum, Gregorio Deo amiciſſimo epiſcopo * Meſinæ, Joanne Deo amiciſſimo epiſcopo Poleoſno- D mii, Theodoro Deo amiciſſimo epiſcopo * Euripi, Nicephoro Deo amiciſſimo epiſcopo Crotonæ, Nicolao Deo amiciſſimo epiſcopo * Nulæ, Conſtantino Deo amiciſſimo epiſcopo Synai, Gregorio Deo amiciſſimo epiſcopo Tripoleos, Leone Deo amiciſſimo epiſcopo Daphnuſiæ, Conſtantino Deo amiciſſimo epiſcopo * Onumericenſium, Baſilio Deo amiciſſimo epiſcopo * Adranii, Theophane Deo amiciſſimo epiſcopo Axanæ, Joanne Deo amiciſſimo epiſcopo Tamplii, Nicephoro Deo amiciſſimo epiſcopo Alponæ, Macario Deo amiciſſimo epiſcopo Elizomenentium, Michaele Deo amiciſſimo epiſcopo Cercyrenſium, Nicephoro Deo amiciſſimo epiſcopo Zacynthi, Joſeph Deo amiciſſimo epiſcopo * Aventium, * Theagno- E ſco Deo amiciſſimo epiſcopo Parnaſſi, Meletio Deo amiciſſimo epiſcopo Heracliæ, * Ataphio Deo amiciſſimo epiſcopo Erythiæ, Conſtantino Deo amiciſſimo epiſcopo Pruſiadis, Coſma Deo amiciſſimo epiſcopo Adrianopoleos, & Ignatio Deo amiciſſimo epiſcopo Timonis: his ita convenientibus, Bahanes famoſiſſimus patricius & præpoſitus ex perſona ſacri ſenatus ad vicarios ſenioris Romæ & orientalium ſedium dixit: Noſtis, patres mei ſanctiſſimi, quia in præcedentibus actionibus eccleſiaſtica diſpoſitio facta eſt a vobis ſanctiſſimis loci ſervatoribus ſenioris Romæ, ac orientalium ſedium, ſecundum congruentiam & or-

ACTIO IX CON. VIII GENER.

* *Lege*, Hadrianii.
* *Lege*, Rhodi, *ex actione* x. H.
* *Lege*, Jacobo, *ex actione* x. H.
* *Pro*, Meſenes. H.
* *al.* Euſippi.
* *Pro*, Neſa. H.
* *al.* Enumericenſium.
* *al.* Eld[illegible]nii.
* *al.* E[illegible]me[illegible]
* *Pro*, Clazomenenſium, H.
* *Pro*, Arenſium, *vel* Aneorum. H.
* *al.* Theognoſto.
* *In actione* x. Arſapio Erythreæ. H.

ANNO CHRISTI 869.

& ordinem ſynodicum: nunc vero patriarchæ A Alexandriæ venit vicarius, & hoc procul dubio Dei cooperatione & voluntate factum eſt. Quid ergo de cetero videtur ſanctitati veſtræ? Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Et nos quidem vidimus eum, & locuti ſumus ei, & per ſermonem ejus ſatisfactionem accepimus. Verumtamen juxta canonica præcepta legatur commendatitia ejus epiſtola in audientiam omnium, in hac ſancta & univerſali ſynodo, & ita connumeretur omnibus nobis vicariis patriarchalium ſedium. Deo amiciſſimi epiſcopi, & tota ſancta ſynodus dixit: Bonum & juſtum eſt, & ideo cunctis placet: & hoc manifeſte habetis a conſequentia eccleſiaſtica & ſynodica. Et poſt hoc accipiens Gregorius devotus notarius divinorum ſecretariorum, legit B epiſtolam patriarchæ Alexandriæ ad piiſſimum imperatorem miſſam.

*Piiſſimo & magnificentiſſimo imperatori victori Baſilio, Auguſto, triumphatori, & Chriſti Deo placabili famulo, Michael inutilis ſervus puerorum domini mei Alexandrinus.*

AB olim quidem ſcribere ad divinitus actam & maximi decoris dictaturam tuam, optime imperator, geſtientes, ab alterius tribus formidine inhibiti extitiſſe dignoſcimur. Nunc vero juſſi, & quod deſiderabamus, & quod metuebamus, impigre peregimus, immortali & ſupercæleſti regi copioſas gentes rependentes, qui per C occaſionem quamdam diſpenſanter exiguitatem noſtram dignatus eſt adjuvare, quo meum dominum ac dominatorem orthodoxum imperatorem alloqui & exorare meruiſſem. Etenim mihi magnæ deliciæ hoc apparuit, ſanitas, & profectus, & magna gratia divinitus orta: arbiter enim Palæſtinorum regionis, & Tiberiadem, ac Tyrum obtinens, & horum præſidatum creditum habens, his diebus mittens ad nos, nuntiavit dominicorum & nobiliſſimorum apicum ad ſe deſtinatorum adventum, jubentium, quo ſibi quempiam a ſede Alexandrina ad imperia dirigeremus, una cum * pauſillis literis noſtris ſuper diſſenſione, quæ facta eſt quorumdam patriarcharum cauſa penes regiam urbem; & quod a Deo provectus & opi- D natiſſimus imperator anhelet ab exterorum ore audire, qualiter veritas exigat, & quæ ſit de his certa & firma cognitio, quæ ſic nos movit ad id quod antea deſiderabamus, & pro eo quod fieri citius ſperamus propter viri juſtitiam, & amore dilectionis pavente poteſtatem, quæ in nobis potentatum gerit, quempiam eorum, qui apud nos ſedulo permanent, mittere; miſimus ei contra pro nobis, requirentes hominem olim noſtrum, & a multis annis in ſua voluntate habitantem, venerabilem exiſtentem, & monaſticam converſationem ex mollibus ungulis excolentem monachum, Joſeph nomine; quod & fecit: cum quo etiam hunc vilem codicillum tranſmiſimus indignum exiſtentem, & imperatoriæ allocutioni in- E convenientem: hoc autem volenter fecimus, quinimmo confidenter præſumpſimus, non tamquam noſipſos odientes, abſit, ſed noſmet dejicientes, exiguitatem noſtram ad eminentem & principantem, ac omnibus dignitatibus ſublimiorem dignitatem veraciter comparantes. Neque enim hoc animo agere poteramus, niſi manifeſte cognoviſſemus in te, Deo gratiſſime imperator, habitare imitatorem Chriſti & condeſcendibilem affectum, qui quondam viduæ duo minuta recepit, & hæc pluribus muneribus prætulit. Etenim ait quidam poetarum: * Abeſt ille qui compedibus

* Forte, puſillis H.

A conſtrictus ſalit ad terminos, equitis more, ſummumque diligens, vix rejicit, audacter exiliens. De duobus autem patriarchis, domine princeps, & imperator a Deo dirigende, in una ſede, uno tempore, bene novit a Deo provecta pietas tua, quod impoſſibile ſit mittere, & corporalibus terminis remotum, diſcernere tantum ac tale negotium, cum inviſum ſit & tamquam clanculo geſtum, idque nequaquam ſciatur a nobis, ſed nec primordia ejus, vel media, aut noviſſima, vel finalia cognoſcantur: etenim * quidam ſapientum jambo loquentium prædixit: Quis enim judex peregrinus quemquam ſolum uſquam audivit, minime accuſato præſente, vel judicavit protinus, hoc audito? Si enim ex uno ſibi adver- B ſantium audire, pravum & nefas veritas æſtimat, & hoc ut abominabile non admittit, quanto magis ab horum nemine? qui enim judicant quæ neſciunt, paratam redargutionem in carminibus beatiſſimi Gregorii reperiunt, & aperte dicitur eis, quod caligo ſit quæ loquuntur. Bene autem novimus, quod apud vos ſint, dictator & a Deo ſalvande imperator, ſummi paſtores, præſules, ac abbates, clerici quoque, & * azyges, qui omni ſapientia ac ſcientia, intellectu etiam & diſcretione atque prudentia decorati conſiſtunt, quorum princeps ac præſes & ſummus doctor tu conſtitutus es, ſancte ac orthodoxe imperator, qui omnes propius exiſtentes, quod opportunum eſt, ſcitis, & quod Deo ſit acceptum, bene co- C gnoſcitis. Vos enim eſtis radix ex qua * jam & immortalitatis intelligibilis oceanus, ex quo cuncti fontes, omneque mare, univerſi lacus, & fluenta procul emanant, ut exterior poeta Homerus affatur. Ita, domine imperator juſtiſſime, inveniemus in quibuſdam veterum hiſtoriis, quod duo patriarchæ quondam in Chriſti Dei noſtri ſancta civitate facti fuerunt, ſed hoc modo. Dicit igitur Alexander monachus in hiſtoriis ſuis, quia trigeſimus patriarcha Hieroſolymis poſt glorioſam & celebrandam Domini noſtri Jeſu Chriſti ad cælos aſcenſionem, Narciſſus vocabatur, apoſtolica gratia ſplendens, & quieti ſtudens, ſacrorum præſulatu relicto, anno duodecimo ſui patriarchatus ad loca confugit incognita: ſed quæ- D ſito a populo, & poteſtate, ac epiſcopis provinciæ, nec tamen invento, pro ipſo provehitur alius patriarcha, qui vocabatur Dius, qui octo annis vivens, in Chriſto defunctus eſt. Poſt hunc Germanus annis tribus, huic vero Gordius ſuccedit quatuor annis, tum ecce tamquam ex abditis Narciſſus rurſus apparet, & erat cum conſecrato Gordio in uno ſenſu & conſonantia. Gordio vero, qui cum eo erat, defuncto, & Narciſſo ſupra modum ſeneſcente (ſiquidem erat quaſi ſexdecim & centum annorum) Alexandrum quemdam epiſcopum, ab alia regione adorationis gratia profectum ad venerabilia loca, per divinam revelationem præſulem Hieroſolymorum conſtituunt, ſene Narciſſo multum eum rogante, qui & mar- E tyrio poſtea conſummatur. Hoc vero ſolum hiſtorice novimus, & de his nobis humilibus tuis famulis ſufficiat. Supplicamus autem, ut inutiles ſervi, & obſecramus te, benigniſſime imperator, ut eos, qui ad divinitus gubernandam ſublimitatem tuam ex noſtratibus deſtinati ſunt, beneficiis cumules, non ſolum autem illos, ſed & omnes omnino qui Chriſti nomine cenſentur, & cum eis pro eadem redemptione legatione funguntur, ad eripendum videlicet a ſuſpicione hos qui miſſi ſunt, & nos qui miſimus, ut cuncti penes omnes qui apud nos ſunt bonam faciem, & temporis redemptionis fructum capeſſere valeamus: qua-

ACTIO IX. CON. VIII. GENER.

* Gregorius Nazianzenus in verſibus jambicis.

* *Id eſt, ſine jugo uxorum ſolitarii, intelligentur autem monachi, quia expediti a conjugibus.*

* ſ. rami.

ANNO CHRISTI

quatenus divinæ bonitatis & Chriſti amator mundi principatus tuus pro ſuo voto ac libito jubeat & agat, omnitenentis Dei auxilio ductus, ac continuis & indeficientibus bonis accumulandus; & poſt vitam pluriimam & copioſorum annorum curricula immortali imperio fruiturus, deprecationibus immaculatæ Dei genitricis Mariæ, Marcique mirabilis apoſtoli, evangeliſtæ, ac martyris, ſimul & præceptoris noſtri, & omnium ſanctorum mandata Dei perficientium. Amen.

### Nota ex editione Romana.

Aliter a Anaſtaſ. Bibliothec.

* *Abeſt*, *i. e.* Hi verſus ſunt apud Græcos quorum quantum ex circumſtantia ſuperiori datur intelligi, iſte eſt ſenſus eorum, ex perſona patriarchæ Alexandrini inter Saracenos conſtituti prolatus, dicit, ut inquit ille, qui compedibus conſtrictis utcumque, vel unicumque ſalit, & ſupra vires ſepe eques efficitur, ita & tu imperator, humilitatis ac [illegible] noſtræ ſcripta ut duo viduæ minuta ſuſcipe, licet compedibus nationum, inter quas habitamus, impediti vix hæc ipſa ſcripſerimus. Vel ita. ſicut, inquit, qui vincula in pedibus habet, & ſervatur a potente, ſi cum aptum reperit tempus, poteſt quoquo modo equo impoſitus fugere, ſecundum poetam [illegible], evadit [illegible] principis potentatum, ita & nos licet ligati gentium ſimus, attamen verbum Dei, quod non eſt alligatum, ſaltem vix ſuper equum epiſtolæ noſtræ impoſitum direximus, quod ita ſuſcipe, tamquam ſi ſoluti eſſemus, ac per hoc majora vobis offerre potuiſſemus, quæ tamen ideo, ut autumo, ſcribit obſcure, ne, ſi utcumque deperirent, facile ab hoſtibus intelligerentur.

Commendatitia ergo epiſtola lecta, Donatus Deo amiciſſimus epiſcopus Oſtiæ, & Stephanus Deo amiciſſimus epiſcopus Nepæ, ac Marinus reverendiſſimus diaconus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, dixerunt: Ecce defert hic honorabiliſſimus vir commendatitias literas, quas a patriarcha ſuo Michaele accepit: didicimus, quis ſit, & unde venerit, & ſuſcipimus eum ut veraciter loci ſervatorem Alexandrinæ ſedis. Dicant ergo ad hoc & ſanctiſſimi loci ſervatores orientalium ſedium, & ſacra ſynodus, & Deo amabiles epiſcopi, quid ſibi videatur ſuper hoc, & quomodo certificentur in epiſtola. Sancta & univerſalis ſynodus dixit: Perfecte creduli facti ſumus, & certificati ſumus omnes ex epiſtola quæ modo lecta eſt coram nobis, quia non fictus, ſed veriſſimus vicarius eſt throni Alexandriæ; propter quod & recipimus eum, & glorificamus Deum univerſorum, qui quod deerat univerſali ſynodo ſupplevit, & eam nunc perfectiſſimam demonſtravit. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt ad Joſeph reverendiſſimum diaconum & loci ſervatorem Alexandriæ: Habemus, pater, ſermonem ad ſanctitatem tuam loquendi. Priuſquam huc perveniret ſanctitas tua, factæ ſunt actiones octo; tam de ſanctiſſimo patriarcha, quam de Photio prævaricatore atque tyranno, ſeu de impoſitione manus ejus, & aliis quibuſdam capitulis. Audiſti ex eis quidquam, quomodo judicata ſint, vel qualiter * depoſita fuerint? Didiciſti enim de duobus his neceſſariis capitulis, de receptione ſcilicet ſanctiſſimi patriarchæ Ignatii, quomodo ſtabilitus & confirmatus ſit, & de abjectione Photii, qualiter dejectus & projectus exiſtat, cum tota promotione, ac manus impoſitione ſua. Joſeph reverendiſſimus archidiaconus & loci ſervator Alexandriæ dixit: Audivi, & didici cum multo ſcrutinio & diligentia cuncta quæ acta ſunt. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Ergone placent ea quæ judicaverunt ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ ac orientalium ſedium? Joſeph reverendiſſimus archidiaconus & vicarius Alexandriæ dixit: Complacet mihi in omni eccleſiaſtica actione & diſpoſitione ſanctiſſimorum loci ſervatorum ſenioris Romæ, ac orientalium ſedium, & quod ſancte ac juſte diſpoſuerint: & ecce præ manibus in ſcriptis ſenſum meum, & ſi jubetis legatur coram hac ſacra ſynodo; in reſiduis vero; prout cognovero per gratiam Chriſti, quod juſtum & ſanctum fuerit, & dicam & agam. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Ecce audivimus ea quæ dixiſti, & placent nobis omnia, & ideo volumus, ut in medio iſtius ſanctæ univerſalis ſynodi legatur opinio quam habet. Et poſt hoc ſurgens Joſeph reverendiſſimus archidiaconus & loci ſervator Alexandriæ, poſuit ſenſum ſuum ſcriptum inter pretioſa ligna, & intemerata evangelia: ſicque demum juſſus Thomas reverendiſſimus diaconus & devotus notarius, in medio ſynodi ſtans, legit:

* Lege, diſpoſita ex pag. 115 B

ACT. IX. CON. VIII. GENER.

*Joſeph monachus & archidiaconus ac vicarius Michaelis ſanctiſſimi patriarchæ Alexandriæ hæc dicit ad ſanctam & univerſalem ſynodum.*

NUnc dignum eſt dicere cum propheta David: *Voluntatem timentium ſe faciet Dominus, & orationem eorum exaudiet, & ſalvos faciet eos.* Pſal. 144 Nam quia per omnia manſuetiſſimus & piiſſimus imperator noſter Baſilius fundamentum & crepidinem in anima ſua timorem Dei poſuit, cuncta vero ſtudia ſua ſecundum hunc modum produxit; idcirco oculi Domini conſequenter ſuper eum reſpiciunt, ſecundum illum qui dixit: *Ecce oculi Domini ſuper timentes eum, & in eos qui ſperant in miſericordia ejus*: Pſal. 71. hinc etiam voluntatem ſuam piiſſimam & juſtiſſimam ad ſtabilitatem ſuæ fidei, & catholicæ eccleſiæ ornamentum dirigere deliberavit, & perfecte in completionem proſperam deſtinavit: ea enim quæ videbantur hominibus eſſe impoſſibilia & facilia, hic conſtituta ſunt, ſcriptura dicente: *Ex ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum.* 1. Tim. 5. Per quatuor teſtes irreprehenſibiles & ſine mendacio exhiberi illi Dominus voluit veram inſtantium negotiorum examinationem; ita ut ſemper ſatisfactio perfecta iis qui volunt intelligere præbeatur: quia per Deum & apud Deum proſperatur a Deo redimitus imperator noſter: & de Heſperiis quidem partibus vicarios ſanctæ Romanorum eccleſiæ abduxit; de locis autem quæ tenentur a contrariis nationibus, quæ inimico animo Chriſtianæ tribui adverſantur, cooperatores & ſuffragatores veritatis oſtendere diebus imperii ſui, & coexcitare dignatus eſt. Almo enim fratre noſtro Thoma, ſcilicet ſanctiſſimo præſule Tyri primæ metropoleos Antiochenſium throni, qui etiam eccleſiaſticas res ejus, eo quod non ſit ibidem patriarcha, diſponit, huc accedente, una cum Helia ſanctiſſimo presbytero & ſyncello apoſtolici Hieroſolymorum throni, putavit, ne forte perfecta non eſſet univerſalis ſynodus, quæ hic congregata erat. Hanc ergo conſummare ac opere pleno perfectam exhibere volens Deus, qui ſuper omnia & præ omnibus eſt perfectus, etiam nos ex meridianis locis attraxit vicem ſupplentes apoſtolici throni magnæ Alexandrinorum eccleſiæ, qui divina gratia & regia inſpiratione piiſſimi imperatoris huc pervenientes, omnia diligenter inveſtigavimus; ita ut nihil lateat nos eorum quæ geſta ſunt a fratribus noſtris ante perventionem noſtram: inſuper & cauſas quæ prius motæ ſunt hic inter ſanctiſſimum patriarcham Ignatium & Photium, qui more latronis & mœchi in thronum inſiliit Conſtantinopoleos: quin etiam & de venerabilium & ſanctarum imaginum ſenſu ac opinione, non perfunctorie neque tranſitorie has examinantes, ſed oppido

pido

ANNO CHRISTI 869.

pido ſufficienter, ut decuit, diſcurrentes, admi- A rati ſumus, certius comperientes de hujuſmodi rebus, quam manifeſta ſit vox ſalvatoris, quæ dicit, *Nihil abſconditum quod non ſciatur, & in manifeſtationem veniat*. Et rurſus: *Spiritus, ubi vult, ſpirat*. Etenim veraciter & inextricabiliter a Deo inſpirati, & a divina gratia ejus, iſti per Deum in hac collecta ſynodo ſantiſſimi vicarii ſenioris Romæ & orientalium ſedium omnia lege juſtitiæ & judicio veritatis diſpoſuerunt, nequaquam reverentes quid legitimorum eccleſiaſticæ conſequentiæ negotiorum loqui, quemadmodum decet ſanctos & ſacerdotio decoratos, verbum veritatis amplexos. Non enim in vacuum cucurrerunt, neque in vanum laboraverunt, neque prætulerunt quidpiam aliud congruentis ſibi reverentiæ atque B clementiæ, quo minus inveſtigatores eſſent juſti Dei judicii. Unde & nos, hoc liquido ac manifeſte agnito, conſentimus & convenimus in iis quæ ab ipſis judicata & jure deprompta ſunt, ſcientes diligenter conſervare ſententiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ dicit: *Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ſum in medio eorum*. Neque enim in nomine alterius cujuſquam, neque propter aliud quid eorum quæ ſunt convenerunt Deo amabilia patriarchia tria, ſed propter nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, a quo videlicet mercedem & retributionem percipient. *Vivo enim, dicit Dominus, ſed glorificantes me, glorificabo. Et qui abjicit me, inhonorabitur*. Cum quibus efficiamur & nos cooperatores eorumdem la- C borum, participes a Deo tribuendæ mercedum recompenſationis in eodem Deo, qui dat ſalutem imperatoribus noſtris, Baſilio, & Conſtantino, & Leoni, & per eos inſtaurat regionem & patriam parochiæ noſtræ, quæ pridem per deſidiam eorum qui prius imperaverunt ablatæ ſunt, orationibus & interceſſionibus dominæ noſtræ Dei genitricis, & omnium ſanctorum. Amen.

Luc. 12.

Joan. 3.

Matth. 18.

Tiev. 8.

Et poſt lectionem ſancta univerſalis ſynodus dixit: Litera, quæ lecta eſt, certificavit nos ſuper omnia, quod conſonet judicio ſanctæ Romanorum eccleſiæ, ac orientalium ſedium. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Juſte abiit vir iſte Deo amabilis, pro eo quod ſecutus ſit, & concordaverit actis quæ prius a nobis diſpoſita D ſunt: & modo habemus omnes eum, veluti ſi a prima actione uſque in hodiernum diem nobis cooperator extiterit, nobiſcumque conſonaverit: propter quod & recipimus eum, ut verum & juſtiſſimum loci ſervatorem ſedis Alexandrinæ. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt ad ſanctiſſimos loci ſervatores ſenioris Romæ, ac orientalium ſedium: Modo itaque hoc capitulum terminum accepit, & non eſt ſermo de hoc alius, ſed intuemur eum ut nos ipſos. Terminato ergo hoc capitulo, quid conſiliamini, vel quid vultis ut ordinetur hodie? Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Per nuntios quorumdam nobilium virorum, & per quædam diffamata verba cognovimus, quia quidam viri mendaciter locuti & E teſtificati ſunt contra Ignatium ſanctiſſimum patriarcham Conſtantinopoleos, & ſi ſunt aliqui præſentes hic de viris prædictis, jubemus ut introeant ad hanc ſanctam ſynodum, & cognoſcamus quid dixerint, & quid teſtati ſint. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Hoc audiſtis? Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Et audivimus, & ſcripto vidimus Romæ per librum qui deſcendit per Rhadoaldum & Zachariam qui miſſi ſunt huc illo tempore epiſcopi: & poſtquam ingreſſi ſumus huc, amplius certificati ſumus. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi

ACTIO IX. CON. VIII. GENER.

principes dixerunt ad ſanctiſſimos vicarios orien-
talium ſedium: Vos ſancti patres noſtri audiſtis
de capitulo hoc, de quo locuti ſunt ſanctiſſimi
loci ſervatores ſenioris Romæ: vultis & ipſi quæ-
rere capitulum hoc, an non? Joſeph Dei cultor
diaconus & vicarius Alexandriæ, & Thomas Deo
amabilis metropolita Tyri, & primus throni An-
tiochiæ, & Helias honorabiliſſimus presbyter &
ſyncellus throni Hieroſolymorum dixerunt: Ra-
dice inſtantium pravarum rerum, una cum ma-
litia quæ ineſt illi opportune purgata, congruum
eſt iniquas etiam propagines quæ hic pullularunt
emundari, & in convenientem bonamque cultu-
ram reſtitui. Cupimus igitur & nos hoc intima-
ri. Et hortatus Stephanus reverendiſſimus diaco-
nus & notarius a ſanctiſſimo patriarcha Ignatio,
ſtans in medio, ad ſanctam ſynodum dixit: Pla-
cet omnibus vobis ut examinetur capitulum hoc?
Tota ſancta ſynodus exclamavit: Placet omni-
bus. Et poſt hoc per juſſionem ſanctæ ſynodi in-
tromiſſi ſunt teſtes, qui fallaciter juraverunt con-
tra Ignatium patriarcham, coram Rhadoaldo &
Zacharia quondam epiſcopis: & ſtantibus eis in
medio, magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes
ad ſanctiſſimos loci ſervatores dixerunt: Quomo-
do vobis videtur de illis? omnes habetis interro-
gare communiter, an unumquemque? Sanctiſſimi
vicarii dixerunt: Unuſquiſque eorum interroge-
tur. Et ante omnes interrogatus eſt Theodorus a
ſanctiſſimis vicariis ſenioris Romæ: Qui vocaris?
Qui dixit: Theodorus. Sanctiſſimi vicarii dixe-
runt: Et quam dignitatem habes? Theodorus di-
xit: Protoſpatharius ſum in vita imperatorum.
Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Voluntarie veniſti ad
hanc ſynodum, an vi? Theodorus dixit: Volun-
tarie veni. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: & quare
veniſti? Theodorus dixit. Propter jusjurandum
quod juravimus in ſanctis apoſtolis. Sanctiſſimi vi-
carii dixerunt: Et de quo feciſti jusjurandum?
Theodorus dixit: De Ignatio patriarcha. Sanctiſ-
ſimi vicarii dixerunt: Sponte juraſti, an violen-
ter? Theodorus dixit? Invitus juravi; imperator
enim dixit mihi: Quia tum obſequium eras illa
die quando factus eſt patriarcha dominus, & ele-
ctionem illius non vidiſti: intra, & jura. Et in-
travi, & juravi: non enim vidi electionem ejus.
Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Et utique didiciſti
quia patriarcha erat duodecim annis, & ex illo
communicabas? Theodorus protoſpatharius dixit:
Sciebam quidem, ſed dixit mihi imperator, Quia
metropolita non es, epiſcopus non es: & intra-
vi, & juravi. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Et
quomodo juraſti? Theodorus dixit: Juravi quia
non vidi ejus electionem. Sanctiſſimi vicarii di-
xerunt: Et noſti quia peccatum faciebas in jura-
mento illo? Theodorus dixit: Sciebam, ſed non
habebam quod facerem. Sanctiſſimi vicarii dixe-
runt: Feciſti confeſſionem, & accepiſti pœnas de
peccato illo te pœnitens? Theodorus dixit: Et-
iam. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Cui confeſſus
es, & a quo accepiſti epitimium? Theodorus di-
xit: Qui dedit mihi epitimium defunctus eſt.
Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Quis
vocabatur? Theodorus dixit: Neſcio, id tantum
ſcio quia chartularius erat, & tonſus eſt, & te-
cit in columna quadraginta annos. Sanctiſſimi vi-
carii dixerunt: Sacerdos erat? Theodorus dixit:
Neſcio; abbas erat, & habebam fidem in homi-
nem, & nuntiavi ei. Sanctiſſimi vicarii dixerunt:
Et cuſtodiſti epitimia? Theodorus dixit: Si vult
Deus, cuſtodivi ea, quia Chriſtianus ſum. San-
ctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Com-
pleſti ea, an non? Theodorus dixit. Ecce ho-

ANNO CHRISTI 870.

mo, compleo illa. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Juſte revocatus eſt in ſedem ſuam dominus Ignatius? Theodorus dixit: Juſte; ſi enim noluiſſet Deus, ut revocetur, non haberet ei vitam dare. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: ergo recipis ſanctam hanc ſynodum, & omnia quæ judicata ſunt ab ea? Theodorus protoſpatharius dixit: Imperator noſter ſanctus recipit eam, & omnes Chriſtiani, & ego quomodo non ſuſcipio? etiam, ſuſcipio illam, quia orthodoxus ſum. Deinde interrogatus eſt & Leo conſul, qui & factus eſt ſcriba, a ſanctiſſimis vicariis: Quomodo ingreſſus es in hanc ſanctam ſynodum? Leo dixit: Nuntiaverunt nobis, & venimus. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Propter quam cauſam? Leo dixit: Dixerunt nobis: Quia venite, & accipietis indulgentiam. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: De quo peccato? Leo dixit: De hoc quod juravi ad ſanctos apoſtolos. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Quis te duxit illuc? Leo dixit: Imperator illius temporis, & Cæſar. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Per potentiam & vim, an ſponte? Leo dixit: Interrogaverunt me. Quia vidiſti electionem patriarchæ Ignatii? Et dixi: Non. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Sponte feciſti juramentum, an violenter? Leo dixit: Hoc interrogaverunt: Quia fortaſſe non eras tunc in hac urbe, quando electus eſt patriarcha; & intra, & jura: & intravi, & juravi. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Quot anni ſunt ex quo conſecratus eſt patriarcha Ignatius? Leo conſul dixit: Dico, ſunt anni viginti quatuor. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Antequam intrares, communicabas cum patriarcha Ignatio? Leo dixit: Etiam. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Et quare, frater, noviſſime factus es contra eum? in hoc apparet quia tu concurriſti ut occideres patrem tuum & paſtorem tuum. Scis [illegible] peccatum feciſti, & pœnitentiam egiſti, & [illegible] epitimia? Leo dixit: Epitimia non accepi. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Neglexiſti accipere epitimia? communicaſti poſt hæc, an non? Leo dixit: Non. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Recipis patriarcham Ignatium [illegible]? Leo dixit: Quidquid recipit mundus & vos, recipio & ego. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Vis accipere epitimia? Leo dixit: Si mihi dederitis, accipio. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Recipis ſanctam hanc ſynodum? Leo dixit: Recipio eam. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Anathematizas Photium, & omnes quos ſynodus anathematizavit? Leo dixit: Quis ego, ut anathematizem? Anathematizamus in cauſa fidei [illegible] at vero Photius orthodoxus eſt, & ut quid anathematizabo eum? Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Opera ejus [illegible] ſunt [illegible] hæreſi, quia diaboli operatus eſt. Leo conſul dixit: Cum vos [illegible] fieri & [illegible] anathematizo eum, anathematizo & eos cunctos quos anathematizavit ſancta hæc & univerſalis ſynodus. Et poſt horum eorum examinatione [illegible] interrogatus eſt Euſt[illegible] regius [illegible] candidatus, Conſtantinus regius ſpatharius, Baſilius regius [illegible]ator, Photius ſpatharius & [illegible] chartularius militaris logothetii, Paulus regius ſcriba, Chriſtophorus regius ſpatharius, & ſecundus vulgi[illegible] Prænotorum, [illegible] diaconus, Marinus [illegible] & [illegible], Conſtantinus chartularius, Artaſ[illegible] regius candidatus, & Conſtantinus regius protoſpatharius. Et interro[illegible] quemadmodum & [illegible], dicebant violentiam & timorem regium, & privationem pecuniarum, & exilium, & una voce, quod non ſponte ad [illegible] fuerint, al-

ſeveraverunt. Quidam quidem ex eis ſe falſi ſunt ſtatim fuiſſe confeſſos, & accepiſſe convenientia epitimia: quidam vero etiam uſque in præſens ſine pœnitentia permanſiſſe, qui apta epitimia a ſancta & univerſali ſynodo ſuſceperunt, quemadmodum poſthac manifeſtabitur; cum videlicet omnes hi ſuſceperint ſanctam & univerſalem ſynodum, & anathematizaverint omnia quæcumque hæc anathematizavit, & ſuſceperint ſimiliter animo libenti quæcumque ſuſcepit. Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit ſicut ex perſona ſenatus ad ſanctiſſimos vicarios ſenioris Romæ: Omnes viri qui falſo juraverunt contra ſanctiſſimum patriarcham, non ſunt hic præſentes: quidam enim & mortui ſunt, alii propter infirmitatem vel alias cauſas huic præſentiæ deſunt: audiſtis veritatem. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Volumus audire & ab abſentibus quemadmodum ex præſentibus. Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit ad ſanctam ſynodum: Quid deſiderat ſancta hæc ſynodus? judicentur iſti ſine illis, an non? Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Expectemus eos. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Non poteſt alia ſynodus fieri cauſa illorum: verumtamen, licet alii præſto non ſint, epitimium audire habent quod habetis dare; & ſi quidem cucurrerint ad pedes veſtros, & ſanctiſſimi patriarchæ Ignatii, accipient epitimium definitum a ſanctitate veſtra: ſi vero non venerint, ſed permanſerint in malitia ſua, creſcet epitimium ipſorum, ſicut ſanctitati veſtræ placuerit. Ignatius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Impoſſibile eſt ut non diſcutiantur homines illi, & appareant quales & qui ſint: multi enim ex eis actuarii, & ſtabularii, ac equorum medici ſunt; propter quod juſtum eſt ut veniant in conſpectum hujus ſanctæ ſynodi, & arguantur, & confiteantur veritatem, quemadmodum & iſti. Magnificentiſſimi principes dixerunt: Sicut prædiximus, domine, non poteſt propter eos qui reperti non ſunt alia ſynodus fieri, ſed, ſi jubeas, coram ſanctitate tua & omnium metropolitarum venient. Ignatius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Placet. Et poſt hoc aſcendens Stephanus Deo amabilis diaconus & notarius, legit epitimium quod definierant ſanctiſſimi vicarii, & tota ſancta ſynodus, habens ita:

Conſiderante pariter hac ſancta & univerſali ſynodo virorum iſtorum qui ultro ingreſſi ſunt ad eam, quique contra Ignatium ſanctiſſimum patriarcham mendaciter juraverunt olim ſub Michaele imperatore, & Barda domeſtico, compulſi in eccleſia ſanctorum apoſtolorum in conſpectu nefandi concilii, definimus & promulgamus eos qui non pœnituerunt, neque annuntiaverunt, neque epitimium acceperunt, ſed permanſerunt in duritia cordis ſui, & non cognoverunt peccatum quod egerunt; non ſolum contra ſanctiſſimum patriarcham Ignatium, ſed & contra ſanctiſſimam Dei eccleſiam, per ſeptem annos epitimium habere; propter manifeſtatum peccatum tale, eſſe illos in duobus annis extra eccleſiam, & in aliis duobus annis intra eccleſiam audire divinas ſcripturas uſque ad catechumenos, non tamen ullo modo communicare, ſed abſtinere a carnibus & vino quatuor annis præter dominicos dies, & præter dominicas feſtivitates; & in aliis tribus annis ſtare cum fidelibus, & mereri divinam communionem in ſolis dominicis ſolemnitatibus cum eleemoſynis, & orationibus, atque jejuniis; ita ut tribus diebus hebdomadis, ſecunda videlicet, quarta, & ſexta feria, abſtineant a carnibus & vino. Peccamen enim ipſorum

ACT. IX. CON. VIII. GENER.

* [illegible] candidatus.

* [illegible] Photinus. * al. Marinus. * Qu[illegible]

ANNO CHRISTI 870.

rum non fuit modicum, ſed, ut jam dictum eſt, A contra Deum magnum, & primum paſtorum principem, & * per pontificem qui unctus eſt ab ipſo: & quicumque ſunt, qui non venerunt hodie in hanc ſanctam & univerſalem ſynodum, & ſe occultant, nolentes annuntiare peccatum quod egerunt, & effugere volunt ſententiam epitimii, ſint omnino ab eccleſia ſegregati, & anathematis ligamento conſtricti, donec converſi per pœnitentiam ſalvi fiant: qui vero accipiunt epitimia prius, & cuſtodiunt, poſt completum epitimium, digni fiant ſanctis & divinis myſteriis.

* Forte, ſuper Pontificem. H.

Et poſt lectionem magnificentiſsimi & glorioſiſſimi principes ad ſanctiſsimos vicarios dixerunt: Juſtam conſtat eſſe damnationem ſuper iis qui perjuraverunt, & fallaciter juraverunt, & recipiunt B epitimium quod datum eſt a ſancta ſynodo? ſed petimus, & rogamus vos, ut veniam oſtendatis & compaſsionem in eos; quia multum tempus poſitum eſt epitimii, & quia peccatum propter quod peccaverunt in paſtorem & pontificem noſtrum patratum eſt; detur & poteſtas ſanctitati ejus, ut quiſquis ierit ad illum contrito corde, quærens miſericordiam, ſicut Deus deduxerit eum, epitimium minoret. Etenim imitator eſt illius qui pro eis qui ſe crucifixerunt oravit: hoc petimus, hoc rogamus ſanctitatem veſtram, hoc deprecamur vos. Sanctiſsimi vicarii dixerunt: Nos non ſolum propter præſentem rem, vel cauſam, hanc poſuimus definitionem, ſed & propter futuram cautelam: verumtamen in paſtorem in quem peccave C runt committimus hodiernam diſpenſationem eorum qui in hac cauſa præſentes exiſtunt. Et prædixerunt ad ſanctiſsimum patriarcham Ignatium: Sancta quidem ſynodus conſonanter dedit eis epitimium eorum, peccato ſuo condignum, immo vero multæ compaſsioni propinquum, verumtamen poteſtatem habet ſanctitas tua ſecundum contritionem cordis uniuſcujuſque, & fervorem ac ſtudium, pœnitentiæ allevandæ, vel etiam augendi epitimium quod datum eſt: quoniam in te peccaverunt, & per te in Deum. Magnificentiſſimi & glorioſiſsimi principes dixerunt: Benedictus Deus qui & in hac parte oſtendit vos imitatores pietatis ſuæ. Honorabiliſſimi epiſcopi dixerunt: Placet omnibus judicium iſtud. Bahanes D magnificentiſſimus patricius & præpoſitus ad ſanctiſſimos vicarios dixit: Capitulum hoc jam finem accepit. Habetis aliud quid ad diſponendum, an non? nam hora præteriit: quod ſi non habetis, dicite. Donatus Deo amiciſſimus epiſcopus Oſtiæ, & Stephanus Deo amiciſſimus epiſcopus Nepæ, & Marinus reverendiſſimus diaconus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, dixerunt: Habemus & aliud quid ad requirendum hodie. Poſtquam enim ingreſſi ſumus in hanc a Deo conſervandam urbem, auditum eſt a nobis, quia malos homines & contemptores inveniens diabolus organa malitiæ ſuæ, operatus eſt novam rem & plenam impietate; ita ut laici homines, & ſenatores veſtirentur ſuperhumeralibus, & facerent, quantum E putatur, ea quæ ſunt ſacerdotum. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Voluntas veſtra fiat; conſpicimus enim & nos hoc juſtum fore. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Ingrediantur tales. Et ingreſſi ſunt, & ſteterunt in medio, Marinus ſpatharius candidatus, & Baſilius ſpatharius, & * Georgius ſpatharius, & interrogati ſunt a ſanctiſſimis loci ſervatoribus: quamobrem introiſtis in hanc ſanctam ſynodum, & ut quam cauſam nuntietis? Marinus & ii qui cum ipſo erant dixerunt: Ludum faciebat Michael imperator, mittens nobis pontificalem ſtolam, verum non ſolum nobis, ſed & aliis pluribus ſpathariis. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Veraciter mittebatis ſacerdotalem ſtolam? Marinus & ceteri dixerunt: Veraciter mittebamus eam. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Et poſuerunt ſuper veſtra capita ſancta evangelia? Marinus & qui cum ipſo erant dixerunt: Veraciter poſuerunt ea. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Et faciebat quis aliquam orationem in vos? Marinus & qui cum ipſo erant dixerunt: Etiam. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Quis? Marinus & reliqui dixerunt: Theophilus protoſpatharius. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Vivit, an mortuus eſt? Marinus & Gregorius dixerunt: Mortuus eſt, Deo volente. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Utique vere mortuus eſt, & abiit in infernum. Vos ſciebatis quod malum eſſet: ut quid hoc feciſtis? Marinus & qui cum ipſo erant dixerunt: Et quid poteramus adverſus imperatorem dicere, feminas & pueros & ſæculum habentes? Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Et ſi obtuliſſet vobis idolum, adorare illud habuiſtis? Marinus & ceteri dixerunt: Abſit. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: A cunabulis & ab ætate infantiæ ecquis vos induxit in eccleſiam Dei? vel quis vos illuminavit; ſacerdotes, an ſæculares? Marinus, & ceteri dixerunt: Sacerdotes. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Et cur, ſi ſacerdotes induxerunt vos in eccleſiam & in communionem, vos depravaſtis divina & terribilia myſteria, illuſiſtis, & feciſtis ridiculum ſacerdotium? Marinus & Baſilius & Gregorius reſponderunt: Diximus, & iterum dicimus: Per diem illam quidquid faciebat imperator, & præcipiebat, nos faciebamus; ſi enim loqueremur, & reſiſteremus, moreremur; & tamen quidam ex noſtris reſiſtentes cæſi ſunt. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Bonum eſſet, quoniam inchoaſtis bonum, etſi cæſi eſſetis, & permanſiſſetis uſque in finem, & ſervaſſetis veritatem. Marinus & qui cum eo erant dixerunt: Homines ſumus infirmi, & non toleraſſemus mortem. Verumtamen epitimium accipimus, confitentes ſanctiſſimo domino Ignatio patrichæ; & interrogetur. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Et cuſtoditis epitimia? Marinus & ceteri dixerunt: Etiam, Deus ſcit quia cuſtodivimus ea. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Quis vobis dedit ea? Marinus & qui cum ipſo erant dixerunt: Patriarchæ diximus, & dixit nobis: Ite ſinguli, ubi habetis ſatisfactionem, & accipite. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Quando hanc pompam, & injuriam, & ridiculum faciebatis in ſacerdotium, videbat vos Photius? Marinus & qui cum ipſo dixerunt: Neſcimus ſi videbat, an ſi non videbat; teſtis autem eſt Deus, quia totus mundus illud ſciebat. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Quot eratis? Marinus & ceteri dixerunt: Multi eramus. Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Vere multi fuiſtis in inhonorantiam & confuſionem unius & ſolius veri Dei noſtri: ideo & vos præſentes, & illi abſentes epitimium habetis accipere a ſancta hac & univerſali ſynodo ad indulgentiam impietatis veſtræ. Et poſt hæc aſcendens Thomas reverendiſſimus ſubdiaconus & devotus & notarius, ut ex perſona ſanctiſſimorum vicariorum ſenioris Romæ legit ita:

* Verius, Gregorius, ut bis poſtea legitur. H.

ACTIO IX. CON. VIII. GENER.

In noviſſimis temporibus nova pravitas, & valde reprehenſibilis apparuit adinventio. Homines enim laici ad dedecus & confuſionem Chriſti Dei noſtri, & eccleſiæ ipſius, ac ſacerdotalis dignitatis, amicti ſacerdotalibus ſtolis, & epiſcopalibus ſuperhumeralibus, & accipientes orationem ſacerdotalem ab aliquo laico, quaſi patriarchalem formam habente, præſumpſerunt ſacerdotio fungi, & age-

agere putativa, veluti digni ſummi ſacerdotes, divinæ adminiſtrationis myſteria in deriſionem & vituperationem dati a Deo principibus ſacerdotum honoris, & detractionem immaculatæ Chriſtianorum fidei: quos coram ſancta ſynodo introducentes, & diſcutientes, didicimus perfectius adhuc de eiſdem ipſis auditam ab aliis impietatem: & ideo juſtum duximus & hos aptis & convenientibus epitimiis ſubmittere, ut nequaquam amodo hujuſmodi nefas in eccleſia Dei, & Chriſtianiſſimo populo, & in plenitudine fiat. Volumus ergo componere capitulum de illicito hoc conamine, quod in alio conventu, Deo favente, legetur.

Et poſt lectionem hanc aſcendens Stephanus Deo amabilis diaconus & notarius, ut ex perſona orientalium ſedium ita legit: Quoniam ſub imperiali timore, & periculo conſiſtebant: quod potius ipſe imperator faciens apparebat, & ſubſequenter illos agere cogebat, non autem talem animum vel ſenſum gerebant, ut perſiſterent ad capitalem animadverſionem ſuſcipiendam, ſecundum infirmitatem eorum definietur epitimium in alio conventu.

Et poſt lectionem magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Ecce capitulum hoc convenientem accipit terminum: quid ergo vult ſanctitas veſtra? Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt, ac duarum orientalium ſedium: Volumus falſos vicarios, quos Photius adduxit contra beatiſſimum papam Nicolaum, quaſi ab aliis patriarchalibus ſedibus, ingredi huc, ut cognoſcat Photii verſutias & fraudes etiam reverendiſſimus frater noſter & comminiſter Joſeph, vicarius patriarchæ Alexandriæ. Introierunt Leontius, Gregorius, & Sergius. Stantibus autem illis in medio, Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Quis ex vobis eſt qui a Photio diffamatus eſt eſſe vicarius Alexandriæ? Et factus eſt propius Leontius & dixit: Ego ſum. Joſeph Deo amiciſſimus archidiaconus & vicarius Alexandriæ ad Leontium dixit: Unde, & quis es? Leontius dixit: Græcus fui genere, captivus vero perrexi Alexandriam. Joſeph vicarius Alexandriæ dixit: Et a quo emptus es? Leontius dixit: A Michaele patriarcha. Joſeph vicarius Alexandriæ dixit: Ubi eſt epiſcopium patriarchæ? Leontius dixit: Intus ad eccleſiam ſanctæ Dei genitricis, apud ea quæ ſunt Eulogii. Joſeph vicarius Alexandriæ dixit: Et quomodo intraſtis huc? Leontius dixit: Homo eram captivus, & liberum me fecit, & veni huc propter benedictionem. Joſeph reverendiſſimus archidiaconus & vicarius Alexandriæ dixit: Miſit te ſanctiſſimus Michael ſicut vicarium? Leontius dixit: Sæpe dixi quia non miſit me, ſed propter benedictionem ego ipſe veni uſque huc. Photius autem miſit me Romam, ut quidquid dicerent metropolitæ facerem. Deus autem novit quia ſicut pecus deſcendebam, nihil ſciens. Sanctiſſimi vicarii & tota ſancta ſynodus dixit: Hic peccatum ſuum confitetur, & non jam egemus teſtibus. Pluribus ergo interrogatus & diſcuſſus, nihil aliud dixit, niſi quæ in octava actione in conſpectu ſanctæ & univerſalis ſynodi. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Nos vero hæc quæ nunc a te dicta ſunt, & antea multoties audivimus, modo vero ideo intromiſſus es huc, ut videat te verus vicarius patriarchæ Alexandriæ, quia mendax & ſeductor eras, ſicut etiam tu ipſe confeſſus es. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Quæ ſunt duæ perſonæ illæ quas videmus? Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes dixerunt: Falſi vicarii. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Nos adhuc non vidimus eos: & veniant ad nos, ut interrogemus illos. Et appropinquantibus interrogaverunt ſanctiſſimi vicarii: Qui eſtis? & unde veniſtis? ut vicarii veniſtis, an ut literarum delatores? pro qua occaſione veniſtis? dicite. Georgius dixit: Ut literarum delator veni tantummodo. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: A quo miſſus es? Georgius dixit: A Conſtantino œconomo Antiochenſium eccleſiæ: ab eo enim miſſus ſum ad Photium & Michaelem imperatorem, cauſa benedictionis. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Subſcripſiſtis in libro contra ſanctiſſimum papam Nicolaum, qui a Photio factus eſt? Georgius dixit: Abſit. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Et quomodo deſcendebatis ad urbem Romam? ad quod opus faciendum? Georgius dixit: Credite mihi, quia ut quid deſcendebam illuc neſcio. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Quomodo tenetis? Georgius & qui cum ipſo dixerunt: Sicut tenet ſancta Dei eccleſia, & Chriſtiani. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Recipitis hanc ſanctam ſynodum? Georgius & qui cum ipſo erant dixerunt: Sicut eam recipiunt omnes Chriſtiani, recipimus illam & nos. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Dicite tantum vos, quomodo eam recipitis? Georgius & qui cum ipſo erant dixerunt: Diximus quia recipimus eam. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Anathematizatis quos anathematizavit ſancta ſynodus? Georgius & qui cum ipſo erant dixerunt: Qui ſumus nos ut anathematizemus? Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Et quomodo deſcendebatis Romam cum libro nefandi concilii? Georgius & qui cum ipſo erant dixerunt: Coacti & inviti; dixit enim nobis Photius: Quia apparuerunt Romæ capitula contra papam Nicolaum, ite, & certificamini ſi ſunt veracia. Nos vero diximus ei: Homines ruſtici ſumus, ſi pervenerimus Romam, quam dabimus rationem? Et ille dixit nobis: Quia docent vos epiſcopi quæ debeatis dicere. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Vos homines peregrinos & advenas, ſicut dicitis, literarum gerulos, oportebat accipere literas, & iterum reverti ad propria, verumtamen anathematizatis concilium quod Romam ferebatis? Georgius & qui cum ipſo erant dixerunt? Anathema ei qui fecit, & qui conſenſit, & qui defendit illud. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Recipitis beatiſſimum papam Nicolaum, & ſanctiſſimum patriarcham Ignatium? Georgius & qui cum ipſo erant dixerunt: Ut recipit eos ſancta hæc univerſalis ſynodus, recipimus & nos: qui enim ſumus nos ut contradicamus tantæ ſynodo, in qua omnes patriarchæ præſto ſunt per loci ſervatores ſuos? Donatus Deo amabilis epiſcopus Oſtiæ, & Stephanus Deo amabilis epiſcopus Nepæ, & Marinus reverendiſſimus diaconus ſanctæ Romanorum eccleſiæ dixerunt ad Joſeph archidiaconum & vicarium throni Alexandrini: Ecce & ipſe, cariſſime frater noſter, cognoviſti per hæc quæ nunc audiſti Photii maligna opera & verſutias: & quia doloſus erat & mendax, & veritas non erat in eo. Hos autem homines, cum ſint pauperes & peregrini, judicamus venia dignos propter violentiam quam ſe pertuliſſe confeſſi ſunt: ſed gloria Chriſto Deo propter omnia, qui dixit: *Quid occultum, quod non manifeſtabitur?* Qui etiam ſanctam hanc & univerſalem ſynodum congregare dignatus eſt in gloriam benignitatis ſuæ, & ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ pacificam ordinationem. Helias Dei cultor presbyter & ſyn-

ANNO CHRISTI 870.

& ſyncellus ſedis Hieroſolymorum dixit: Magna beneficia conſecuti in completione ſanctæ hujus & univerſalis ſynodi a vero Deo & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto, magnas illi quoque gratiarum actiones, & gloriæ laudes referre debemus; quia dignatus eſt poſt tot tempora patriarchalia capita invicem adunare ad gloriam benignitatis ſuæ, & ſalutem eccleſiæ. Et poſt hoc aſcendens Stephanus diaconus & devotus notarius, laudes dixit ita: Multos annos imperatorum Baſilii, Conſtantini, & Leonis: Magnorum principum imperatorum multos annos: Eudoxiæ piiſſimæ imperatricis multos annos: Nicolai beatiſſimi papæ Romani æterna memoria: Hadriani ſanctiſsimi papæ Romani multos annos: Ignatii ſanctiſsimi patriarchæ Conſtantinopoleos multos annos: Orthodoxorum patriarcharum orientis multos annos: Sacri ſenatus multos annos: Sanctæ & univerſalis ſynodi æterna memoria.

## VERSUS.

*Sciſſionibus mundum replentem,*
*Duas vero fides impie habentem,*
*Animas autem duas mortalium dicentem,*
*Et imperium multipliciter incidentem,*
*Et patriarcham omnem deponentem,*
*Alienumque thronum invadentem,*
*Mœchum rurſus omnibus exprimentem,*
*Ignobilemque populum advocantem,*
*Subſcribere invitos minitantem*
*Compatriarchæ mimi exiſtentem,*
*Pauperum clerum orphanorumque inſontes punientem,*
*Fideliumque fidem in maledictionem ponentem,*
*Et Nicolai fidem projicientem,*
*Et Sacacium in vicis invenientem,*
*Hujus vero ſocios ex ſemitis congregantem,*
*Et ſcandalum omnibus excitantem,*
*Inimicum Dei diximus, impie agentem.*

## ACTIO DECIMA.

ACT. X. CON. VIII. GENER.

IN nomine domini & dominatoris omnium Jeſu Chriſti veri Dei & ſalvatoris noſtri, conſulatus a Deo coronatorum & tranquilliſſimorum dominorum noſtrorum, Baſilii & Conſtantini anno tertio, Leonis vero anno primo, perpetuorum Auguſtorum, indictione tertia, pridie Kalendarum Martiarum, feria tertia: propoſitis pretioſis & vivificis lignis, & intemeratis ſalutis noſtræ evangeliis, in dextris partibus famoſiſſimi templi ſanctæ ac magni nominis Sophiæ: inſuperque præſidentibus amicis Chriſti imperatoribus noſtris Baſilio & Conſtantino, & convenientibus Donato Deo amabili epiſcopo Oſtiæ, & Stephano Deo amabili epiſcopo Nepæ, & Marino Deo honorabiliſſimo diacono locum retinentibus ſanctiſſimi papæ Hadriani ſenioris Romæ & Ignatio ſanctiſſimo archiepiſcopo magni nominis Conſtantinopoleos novæ Romæ: & ſanctiſſimis loci ſervatoribus orientis, videlicet Ioſeph Deo amabili archidiacono Alexandrinorum magnæ civitatis, locum retinente Michaelis ſanctiſſimi patriarchæ Alexandriæ, & Thoma ſanctiſſimo metropolita Tyri, & loci ſervatore ſedis Antiochiæ, & Helia Dei cultore presbytero & ſyncello, locum retinente Theodoſii, patriarchæ Hieroſolymorum: præſentibus quoque ſacro ſenatu, ſcilicet Theodoro magnificentiſſimo patricio & magiſtro, Criſtophoro magnificentiſſimo patricio & magiſtro, Babane magnificentiſſimo patricio ac præpoſito, Joanne magnificentiſſimo patricio & protoſpathario, Stephano magnificentiſſimo patricio & ſacellario, Marino magnificentiſſimo patricio & logotheta militari, Hemerio magnificentiſſimo proconſule ac patricio, Theophilo magnificentiſſimo proconſule ac patricio, Michaele magnificentiſſimo proconſule ac patricio, Leone magnificentiſſimo proconſule ac patricio, Palatino magnificentiſſimo patricio & domeſtico excubitorum, Paulo magnificentiſſimo patricio & præfecto, Conſtantino magnificentiſſimo patricio, Theodoro magnificentiſſimo patricio, Barbatio magnificentiſsimo patricio, Manuele magnificentiſsimo patricio, Michaele magnificentiſsimo patricio, Theophylacto magnificentiſsimo patricio, Manuele magnificentiſsimo patricio, & Petronate magnificentiſsimo patricio. Similiter conſederunt in dextra parte glorioſiſſimi principes & apocriſiarii perſpicui Ludovici imperatoris Italorum atque Francorum, videlicet Anaſtaſius Deo amabilis bibliothecarius Romæ, ſuppoprimus concoſanariorum, & conſobrinus uxoris ejus, & Eurardus præpoſitus menſæ ipſius; ſimiliter & glorioſiſſimi judices Michaelis ſublimiſſimi principis Bulgariæ (1) Staſiſzerco borlas neſundicus vagantus il veſtrannatabare præſtit ziſunas campſis, & Alexios Sampſi Huno: nec non & conſidentibus Deo amabiliſſimis metropolitis, id eſt Baſilio Deo amabili archiepiſcopo Epheſi, Theodulo Deo amabili metropolita Ancyræ, Barnaba Deo amabili metropolita Cyzici, Nicephoro Deo amabiliſſimo metropolita Amaſiæ, Baſilio Deo amabili metropolita Chalcedonis, Nicephoro Deo amabili metropolita Amaſiæ, Baſilio Deo amabili metropolita Gangreſium, Cypriano Deo amabili metropolita Claudiopoleos, Styliano Deo amabili metropolita Neocæſareæ, Niceta Deo amabili metropolita Athenarum, Theodoro Deo amabili archiepiſcopo Theſſalonicenſium, Theophylacto Deo amabili metropolita Iconii, Nicolao Deo amabili metropolita Synnadorum, Nicolao Deo amabili metropolita Myrorum, Siſinnio Deo amabili metropolita Laodiceæ, Metrophane Deo amabili metropolita Smyrnæ, Euthymio Deo amabili metropolita Catanæ, Michaele Deo amabili metropolita Rhodi, Hilarione Deo amabili metropolita Corinthi, Baſilio Deo amabili metropolita Antiochiæ, Ignatio Deo amabili metropolita Hierapoleos, Michaele Deo amabili metropolita Biſiæ, Joanne Deo amabili archiepiſcopo Pompeiopoleos, Stephano Deo amabili archiepiſcopo Amaſtriadis, Stephano Deo amabili metropolita Cypſallorum, Photio Deo amabili archiepiſcopo Nacoliæ, Joanne Deo amabili archiepiſcopo Cii, Jacobo Deo amabili archiepiſcopo Methymnæ, Hypatio Deo amabili archiepiſcopo Garihelæ, Leone Deo amabili archiepiſcopo Neapoleos, Euthymio Deo amabili archiepiſcopo Euchaitorum, Baſilio Deo amabili archiepiſcopo Miltiæ, Theophane Deo amabili metropolita Selgæ, Marciano Deo amabili archiepiſcopo Thebarum, Paulo Deo amabili metropolita Apamiæ, Gregorio Deo amabili archiepiſcopo Parii, Joanne Deo amabili archiepiſcopo Niſæ, Joanne Deo amabili archiepiſcopo * Polemani, Paulo Deo amabili epiſcopo Hyberorum, Anthe Deo amabili

* *Tre*, Polamoani

(1) *Videntur nobis hæ voces ita diſtinguendæ*: Staſis, Zerco, Borlas, Neſundicus. Vagenturli, Veſtranea, Tabare, Præſti, Tziſuna, Scampſis, & Alexius Sampſihunno. *Hard.*

bili epiſcopo * Hiunopoleos, Theodoro Deo A amabili epiſcopo * * Rurreppi, Xenophonte Deo amabili epiſcopo Mylaſſi, Baſilio Deo amabili epiſcopo Cratiæ, Arſenio Deo amabili epiſcopo Aureliopoleos, Gregorio Deo amabili epiſcopo * Iripoleos, Baſilio Deo amabili epiſcopo Adranii, Michaele Deo amabili epiſcopo Hadramiti, Euſtachio Deo amabili epiſcopo Æmoniæ, Leone Deo amabili epiſcopo Daphnuſiæ, Baſilio Deo amabili epiſcopo Pirgii, Gregorio Deo amabili epiſcopo Meſſinæ, Paulo Deo amabili epiſcopo Baris, Nicephoro Deo amabili * metropolita Crotonæ, Meleſio Deo amabili epiſcopo Heracliæ, Photio Deo amabili epiſcopo Ypſi, Stephano Deo amabili epiſcopo Gordoſervorum, Euthymio Deo amabili epiſcopo Sebaſtæ, Joan- B ne Deo amiciſſimo epiſcopo Tampſii, Nicephoro Deo amabili epiſcopo Aſpinæ, Theognaſto Deo amabili epiſcopo Parnaſii, Siſinnio Deo amabili epiſcopo Berinopoleos, Theophane Deo amabili epiſcopo Azani, Philito Deo amabili epiſcopo Tabiæ, Leone Deo amabili epiſcopo Agrorum, Baſilio Deo amabili epiſcopo Adadorum, Conſtantino Deo amabili epiſcopo Tii, Michaele Deo amabili epiſcopo Cercyrorum, Nicephoro Deo amabili epiſcopo Zacynthi, Athanaſio Deo amabili epiſcopo Magneſiæ, Ignatio Deo amabili epiſcopo Simmei, Petro Deo amabili epiſcopo Troadis, Niceta Deo amabili epiſcopo Cephaludii, Georgio Deo amabili epiſcopo * Diaſcilii, Ignatio Deo amiciſſimo epiſcopo Dorylæi, Stephano C Deo amiciſſimo epiſcopo Pirgi, Conſtantino Deo amiciſſimo epiſcopo Auguſtopoleos, Georgio Deo amabili epiſcopo * Cyriacæ, Nicolao Deo amabili epiſcopo Docimii, Niceta Deo amabili epiſcopo Photiæ, Paulo Deo amiciſſimo epiſcopo Melæ, Taraſio Deo amabili epiſcopo * Cynii, Germano Deo amabili epiſcopo Cytri, Theophane Deo amabili epiſcopo Trallæ, Nicolao Deo amabili epiſcopo Adramiæ, Conſtantino Deo amabili epiſcopo * Numericorum, Michaele Deo amabili epiſcopo Leontopoleos, Joſeph Deo amabili epiſcopo Berriæ, Petro Deo amabili epiſcopo Palæorum, Baſilio Deo amabili epiſcopo Zuruli, Michaele Deo amabili epiſcopo Metelupoleos, Phoca Deo amabili epiſcopo Sororum, Conſtan- D tino Deo amabili epiſcopo Synai, Ignatio Deo amabili epiſcopo Baſilii, Damiano Deo amabili epiſcopo Melitopoleos, Theoclito Deo amabili epiſcopo Lacedæmoniæ, Coſma Deo amiciſſimo epiſcopo Adrianopoleos, Conſtantino Deo amabili epiſcopo Pluſiadis, Macario Deo amabili epiſcopo * Chyzomenæ, Arſapio Deo amabili epiſcopo Erinthreæ, Luca Deo amabili epiſcopo Magneſiæ, Nicephoro Deo amabili epiſcopo Neapoleos, Joſeph Deo amabili epiſcopo Anearum, & Georgio Deo amabili epiſcopo Turitunii: his ita convenientibus, juſſu Baſilii & Conſtantini magnorum & amicorum Chriſti imperatorum, ſtans in medio Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit ad ſanctiſſimos vicarios ſenioris E Romæ, & orientalium ſedium: Quid videtur ſanctitati veſtræ? quid agemus hodie? Sanctiſſimi vicarii dixerunt: Præ omnibus neceſſarium arbitramur, ut primum legantur canones, quos debet hæc ſancta ſynodus firmare: ſi ergo placet ei, dicat. Sancta ſynodus exclamavit: Placet. Et aſcendens Stephanus Deo amiciſſimus diaconus, & notarius, legit canones in ſuperiori parte ſynodi, magna voce, in audientiam omnium. Similiter & Thomas reverendiſſimus diaconus & notarius, & in inferiori parte ſynodi eaſdem regulas legit.

* alias Himyopoleos.
* alias Rurippi, * al. Euripi. H.
* Pro Tripoleos, ex Allatii nota. H.
* alias epiſcopo.
* Pro, Daſcylii. H.
* Supra, ſanctæ Cyriacæ. H.
* Supra, Cizicæ. H.
* Supra, Onumericenſium. H.
* Lege, Clazomenæ. H.



# REGULÆ SANCTÆ

## AC UNIVERSALIS OCTAVÆ ſynodi quæ Conſtantinopoli celebrata eſt. *

### I.

*De cuſtodiendis & conſervandis omnino expoſitis antea & traditis eccleſiæ canonibus.*

PEr æquam & regiam divinæ juſtitiæ viam inoffenſe incedere volentes, veluti quaſdam lampades ſemper lucentes & illuminantes greſſus noſtros, qui ſecundum Deum ſunt, ſanctorum patrum definitiones & ſenſus retinere debemus. Quapropter & has ut * ſecunda eloquia ſecundum magnum & ſapientiſſimum Dionyſium arbitrantes & exiſtimantes, etiam de eis cum divino David promptiſſime canamus: *Mandatum Domini lucidum illuminans oculos*; & : *Lucerna pedibus meis lux tua, & lumen ſemitis meis*; & cum Proverbiatore dicimus: *Mandatum tuum lucidum, & lux tua lux*: & cum magna voce cum Iſaia clamamus ad Dominum Deum, quia *Lux præcepta tua ſunt ſuper terram*. Luci enim veraciter aſſimilatæ ſunt divinorum canonum hortationes & dehortationes, ſecundum quod diſcernitur melius a pejori, & expediens atque proficuum ab eo quod non expedire, ſed & obeſſe dignoſcitur. Igitur regulas, quæ ſanctæ catholicæ ac apoſtolicæ eccleſiæ tam a ſanctis famoſiſſimis apoſtolis, quam ab orthodoxorum univerſalibus, nec non & localibus conciliis, vel etiam a quolibet Deiloquo patre ac magiſtro eccleſiæ traditæ ſunt, ſervare ac cuſtodire profitemur; his & propriam vitam, & mores regentes, & omnem ſacerdotii catalogum, ſed & omnes qui Chriſtiano cenſentur vocabulo, pœnis & damnationibus, & e diverſo receptionibus, ac juſtificationibus quæ per illas prolatæ ſunt & definitæ, ſubjici canonice decernentes: tenere quippe traditiones, quas accepimus, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam ſanctorum qui antea fulſerunt, Paulus admonet aperte magnus apoſtolus.

* Canonum judicem hic pro more præfigi oportuerat, verum nihil in vulgatis hactenus editionibus mutare voluimus.
* Secunda eloquia patrum dicit, quia divina prima ſunt.
Pſal. 18. Pſal. 118.
Prov. 6.
Iſa. 60.
2. Theſſ. 2.

### II.

*De conſervandis etiam definitionibus ſynodice a beatiſſimo papa Nicolao & ſanctiſſimo papa Hadriano Romanis patriarchis pro defenſione Conſtantinopolitanorum eccleſiæ ac reſtitutione Ignatii ſanctiſſimi patriarchæ, atque neophyti expulſione ac condemnatione Photii expoſitis.*

*Obedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete illis; ipſi enim pervigilant pro animabus veſtris tamquam rationem reddituri*; Paulus magnus apoſto-

Hebr. 13.

ANNO CHRISTI 870.

ſtolus præcipit. Itaque beatiſſimum papam Nicolaum tamquam organum ſancti Spiritus habentes, nec non & ſanctiſſimum Hadrianum papam ſucceſſorem ejus, definimus atque ſancimus etiam omnia quæ ab eis ſynodice per diverſa tempora expoſita ſunt & promulgata, tam pro defenſione ac ſtatu Conſtantinopolitanorum eccleſiæ, & ſummi ſacerdotis ejus, Ignatii videlicet, ſanctiſſimi patriarchæ, quam etiam pro Photii neophyti & invaſoris expulſione ac condemnatione, ſervari ſemper & cuſtodiri cum expoſitis capitulis immutilata pariter & illæſa, & nullum B epiſcoporum, aut presbyterorum, vel diaconorum, aut quempiam de catalogo clericorum evertere, vel reprobare aliquid horum audere. Quiſquis autem poſt hanc definitionem noſtram comprehenſus fuerit ſpernens quidquam capitulorum & decretorum quæ ab illis expoſita ſunt, ſi quidem ſacerdos fuerit, aut clericus, a proprio decidat honore ſimul & ordine: monachus autem, vel laicus, cujuſcumque ſit dignitatis, ſegregetur, donec pœnitens profiteatur ſe conſervaturum prædictorum editionem.

## III.

*Ut honoretur & adoretur imago domini noſtri Jeſu Chriſti, æque ut ſanctorum libri evangeliorum, & figura pretioſæ Crucis, ſimiliter & intemeratæ matris ejus & Dei genitricis Mariæ, & omnium ſanctorum, nec non cæleſtium miniſtrorum.*

Sacram imaginem domini noſtri Jeſu Chriſti & omnium liberatoris & ſalvatoris æquo honore cum libro ſanctorum evangeliorum adorari decernimus. Sicut enim per ſyllabarum eloquia, quæ in libro feruntur, ſalutem conſequemur omnes; ita per colorum imaginariam operationem, & ſapientes & idiotæ cuncti, ex eo quod in promptu eſt, perfruuntur utilitate; quæ enim in ſyllabis ſermo, hæc & * ſcriptura, quæ in coloribus eſt, prædicat, & commendat; & dignum eſt, ut ſecundum congruentiam rationis, & antiquiſſimam traditionem propter honorem, quia ad principalia ipſa referuntur, etiam derivative iconæ honorentur, & adorentur æque ut ſanctorum ſacer evangeliorum liber, atque typus pretioſæ Crucis. Si quis ergo non adorat iconam ſalvatoris Chriſti, non videat formam ejus, quando veniet in gloria paterna * glorificari & glorificare ſanctos ſuos: ſed alienus ſit a communione ipſius & claritate: ſimiliter autem & imaginem intemeratæ matris ejus & Dei genitricis Mariæ; inſuper & iconas ſanctorum angelorum depingimus, quemadmodum eos figurat verbis divina ſcriptura; ſed & laudabiliſſimorum apoſto- A lorum, prophetarum, martyrum, & ſanctorum virorum, ſimul & omnium ſanctorum, & honoramus & adoramus. Et qui ſic ſe non habent, anathema ſint a Patre, & Filio, & Spiritu ſancto.

* alias pictura.

* Hoc dictum cum Apoſtolo compara qui ad Theſſalonicenſes ſcribit: *Qui pœnas dabunt in interitu æternas a facie Domini, & a gloria virtutis ejus, cum venerit glorificari in ſanctis ſuis.*

ACT. X. CONC. VIII. GENERAL.

## IV.

*De eo quod neophytus Photius nunquam fuiſſe videatur epiſcopus, neque illi qui in quolibet ſacerdotali gradu conſecrati ſunt, putentur tales eſſe quales eos ille nominavit, neque dimittendi ſunt eis honores, qui ab eo collati ſunt, ſed ſubvertenda eſſe omnia quæcumque ille ad dandum aliis gradum ſacerdotii operatus eſt.*

Amorem principatus, utpote quamdam malam radicem exortorum in eccleſia ſcandalorum, radicibus excidentes, eum qui temere & prævaricatorie ac irregulariter, veluti quidam gravis lupus, in Chriſti ovile inſiliit, Photium ſcilicet, qui mille tumultibus & turbationibus orbem terræ replevit, juſto decreto damnamus, promulgantes nunquam fuiſſe prius aut nunc eſſe epiſcopum, nec eos qui in aliquo ſacerdotali gradu ab eo conſecrati vel C promoti ſunt manere in eo ad quod provecti ſunt: inſuper & eos qui ab illo conſuetas orationes ad præpoſituræ promotionem ſuſceperunt, ab hujuſmodi patrocinio coercemus. Sed & eccleſias quas, ut putatur, tam Photius quam ii qui ab ipſo conſecrati ſunt, dedicaverunt, vel ſi commotas menſas ſtabilierunt, rurſus dedicari & inthronizari atque ſtabiliri decernimus; omnibus maxime quæ in ipſo, & ab ipſo ad ſacerdotalis gradus acceptionem vel damnationem acta ſunt in irritum ductis. Dicit enim univerſorum Deus per D prophetam: *Quia tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi; & oblita es legum Dei tui, & ego obliviſcar filiorum tuorum. Si ſecundum multitudinem eorum ſic peccaverunt mihi, gloriam ipſorum in inhonorantiam ponam; peccata populi mei comedent, & in injuſtitiis ſuis accipient animas ſuas.* Et iterum dicit: *Quia multiplicavit Ephrem altaria in peccatum, facta ſunt ei altaria * delicta: ſcribam in ea * multitudinem.*

Oſee 4.

* In Græco, ἠγαπημένα, dilecta.

* Multitudinem vilitatem dicit, ſæpe namque multitudo pro vilitare ponitur.

## V.

E *Quod non oporteat de ſenatoria dignitate, vel de aliquo laicorum ordine, nuper tonſum eligi vel ſuſcipi patriarcham, niſi ſecundum definitionem, quæ prolata eſt ab hac ſancta & magna ſynodo, inveniatur.*

Omnem canonicam ſtabilitatem in eccleſiis ſemper manere in Chriſto providere cupientes, renovamus & confirmamus terminos & * * vocationes, quæ olim a ſanctis apoſtolis & beatis patribus noſtris editæ, legem in eccleſia poſuerunt, non

* alias variationes.

* Forte, ſanctiones. B.

non oportere antiſtitem promovere quem- A quam, qui eſt vel ſecundum fidem, vel ſecundum ſacerdotalem ſortem neophytus, 1. Tim. 3. *ne inflatus, in judicium incidat, & laqueum diaboli*, ſicut dicit apoſtolus. Prioribus ergo canonibus concordantes, definimus, neminem de ſenatoria dignitate, vel mundana converſatione nuper tonſum ſuper intentione vel expectatione pontificatus, vel patriarchatus honoris, clericum, aut monachum factum, ad hujuſmodi ſcandere gradum; licet per ſingulos ordines divini ſacerdotii plurimum temporis feciſſe probetur: neque enim propter religionem B vel amorem Dei, aut propter expectationem tranſeundi viam virtutum, ſed ob amorem gloriæ, ac principatus tonſus hujuſmodi reperitur: magis autem coercemus hujuſmodi, ſi ab imperatoria dignitate ad hoc compellatur. Si vero quis per nullam ſuſpicionem prædictæ concupiſcentiæ expectationis, ſed propter ipſum bonum humilitatis, quæ eſt circa Chriſtum Jeſum, abrenuntians mundo, fiat clericus, aut monachus, & omnem gradum eccleſiaſticum tranſigens, per definita nunc C tempora irreprehenſibilis inventus extiterit, & probatus, ita ut in gradu lectoris annum compleat, in ſubdiaconi vero duos, ſitque diaconus tribus, & presbyter quatuor annis, bene placuit huic ſanctæ & univerſali ſynodo eligi hunc & admitti. Circa hos autem qui religioſe morati ſunt 1. Forte in * ordine clericorum, & monachorum, dignis judicati ſunt pontificatus dignitate pariter & honore; prædictum tempus abbreviamus, nimirum ſecundum quod epiſcoporum prælati probaverint qui per tempora fuerint. Si vero præter hanc definitionem D noſtram quiſquam ad jam ſatum ſupremum honorem provectus extiterit, reprobetur, & ab omni ſacerdotali operatione prorſus abjiciatur, utpote qui extra ſacros canones ſit promotus.

## VI.

*De prolato anathemate contra Photium, etiam propter falſorum vicariorum contra beatiſſimum papam Nicolaum inventionem, & contra eum ficte ac falſo ſcriptorum libellorum, & quod oporteat omnes qui ſimile quid egerint abjicere & anathematizare.* E

Quoniam quidem apparuit Photius poſt prolatam contra ſe juſtiſſimam ſententiam, & damnationem a ſanctiſſimo papa Nicolao propter nequiſſimam invaſionem Conſtantinopolitanorum eccleſiæ cum aliis malis operibus ſuis, etiam quoſdam nequam & adulatores de plateis & vicis inveniſſe, & vicarios hos ſanctiſſimarum trium patriarchalium ſedium orientis nominaſſe ac propoſuiſſe, atque cum his eccleſiam malignantium, & concilium vanitatis colligens, depoſitorias accuſationes & crimina contra beatiſſimum papam Nicolaum commoviſſe; & anathema procaciter & audacter contra eum, & cunctos communicantes ei, ſæpe promulgaſſe, quorum quaſi monumentorum libros nos quoque vidimus, ab ipſo maligno opere ac fallaci dictatione confutos, qui etiam ſynodice ab igne conſumpti ſunt: hujus rei gratia pro cautela eccleſiaſtici ordinis anathematizamus quidem primitus prædictum Photium etiam propter hujuſcemodi cauſam: deinde vero & omnem qui amodo in calliditate fraudulenter egerit, & verbum veritatis adulteraverit, & falſos vicarios ſimulaverit, vel libros dictatus mendacis finxerit, & ad propriorum favorem votorum commentatus fuerit, quemadmodum & fortiſſimus pietatis athleta Martinus, ſanctiſſimus papa Romanus, tales ſynodice pepulit.

## VII.

*Quod non oporteat anathematizatos a ſancta & univerſali ſynodo honorandas & ſanctas imagines pingere, vel docere diſciplinas divinæ ac humanæ ſapientiæ.*

Quod juſtum eſt, & juſte exequendum, deiloquus Moyſes evidenter lege promulgat. Dist. 16. Cum bonum non ſit bonum, niſi ſecundum rationem efficiatur; bonum ergo profecto & valde proficuum eſt, ſanctas & venerabiles iconas pingere, ſed & proximos diſciplinas divinæ ac humanæ ſapientiæ docere: non autem bonum eſt, nec omnino proficuum, ab indignis horum aliquid fieri. Hujus rei gratia nequaquam iconas operari in ſacris templis, ſed neque in quovis loco docere anathematizatos ab hac ſancta & univerſali ſynodo definimus & promulgamus, uſquequo a propria ſeductione ac malitia convertantur. Quiſquis ergo poſt hanc definitionem noſtram ad picturæ ſanctarum imaginum in eccleſiis aut doctrinæ actionem quoquo modo eos admiſerit, ſi quidem clericus fuerit, proprio gradu periclitetur, ſi vero laicus, ſeparetur, & divinorum myſteriorum comunione privetur.

## VIII.

*Quod non oporteat quemcumque patriarcham ſanctæ & Conſtantinopolitanorum eccleſiæ exigere chirographa a ſacerdotali catalogo ad propriam quoſi ſtabilitatem atque ſecuritatem.*

*Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt; omnia mihi licent, ſed non omnia ædificent*, 1. Cor. 10. dicit alicubi Paulus magnus apoſtolus. Igitur quoniam omnia ad utilitatem & perfectionem ſanctæ Dei eccleſiæ, & nihil omnino per contentionem vel

ina

inanem gloriam facere debemus; & quoniam auditibus noſtris fama ſonuit, quod non ſolum hæretici, & ii qui ſanctæ Conſtantinopolitanorum eccleſiæ ſacerdotium ſortiti, ſed & orthodoxi ac legitimi patriarchæ a ſacerdotali catalogo propriæ manus ſcripta facere ad propriam tutelam, favoremque ſuum, & quaſi ſtabilitatem exigant & compellant; viſum eſt ſanctæ huic & univerſali ſynodo, nequaquam id ex hoc a quopiam fieri, excepto eo quod ſecundum formam & conſuetudinem pro ſincera fide noſtra tempore conſecrationis epiſcoporum exigitur; quod enim aliter fit, omnino non expedit, ſed neque ad ædificationem eccleſiæ pertinet. Quiſquis ergo auſus fuerit ſolvere hanc definitionem noſtram, aut expetierit, aut paruerit expetentibus, honore proprio decidat.

## IX.

*De ſubvertendo & ſolvendo vinculo proprii ſcripti, quod Photio excogitatum & exactum eſt ab omnibus volentibus exteriorem diſcere ſapientiam.*

Variam & diverſam malitiam antiquitus in eccleſia Conſtantinopolitana inſelix operatus eſt Photius. Didicimus enim, quod & multo ante tyrannicum præſidiatum propriæ manus ſubſcriptionibus munitebat adhærentes ſibi clientes, ad diſcendam ſapientiam, quæ a Deo ſtulta facta eſt, cum maniſeſte nova eſſet inventio, & ſanctis patribus noſtris & magiſtris eccleſiæ penitus aliena. Igitur quoniam omnem colligationem iniquitatis ſolvere, & chirographa violentorum contractuum dirumpere præcipimus, definivit ſancta & univerſalis ſynodus, neminem ex his omnibus a nunc tale tenere vel ſervare chirographum, ſed abſque quolibet offendiculo indubitanter & intrepide tam docere, quam diſcere omnes, qui ad utrumque conſiſtunt idonei, præter eos qui erroris inveniuntur & hæreticæ impietatis ſervituti redacti; hujuſmodi enim certiſſime & docere & * diſcernere interdicimus. Si quis autem deprehenſus fuerit hanc definitionem noſtram ſpernens atque prævaricans, ſi quidem clericus eſt, a proprio gradu decidat; laicus vero ſequeſtretur; utpote qui non credit dominico verbo perhibenti: *Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.*

* Pro, diſcere H

Matth. 16.

## X.

*Ut ante diſtinctam examinationem, & ſynodicam judicationem nullus clericus a proprio epiſcopo, aut epiſcopus a proprio metropolita, vel a proprio patriarcha ſe ullo modo ſegreget.*

Divina maniſeſto clamante Scriptura: *Ante examinationem ne vituperes: & intellige primum, & tunc increpa*; & numquid lex noſtra judicat hominem, niſi prius audierit ab eo, & cognoverit quid faciat? juſte & congruenter & hæc ſancta & univerſalis ſynodus definit & ſtatuit, quod nullus laicorum, vel monachorum, aut aliquis ex catalogo clericorum, ante diligentem examinationem & ſynodicam ſententiam a communione ſe ſeparet proprii patriarchæ, licet criminalem quamlibet cauſam ejus ſe noſſe prætendat, ſed neque recuſet nomen ipſius referre inter divina myſteria, vel officia. Similiter autem epiſcopos & presbyteros, qui in exterioribus civitatibus & regionibus ſunt, erga proprios metropolitas affectare mandamus: quod etiam circa patriarcham ſuum facere metropolitas oportet. Si vero quis adverſus hanc ſanctam ſynodum deprehenſus fuerit agere, ſi quidem epiſcopus aut clericus eſt, ab omni ſacerdotali operatione decidat & honore; monachus autem aut laicus ſegregetur ab omni eccleſiaſtica communione atque collegio, quouſque converſus per pœnitentiam recipiatur.

Eccli. 11. 7. ex Græco

## XI.

*Quod oportet anathematizare omnem qui impie ac laſis ſenſibus habere hominem duas animas opinatur.*

Veteri & novo teſtamento unam animam rationabilem & intellectualem habere hominem docente, & omnibus Deiloquis patribus & magiſtris eccleſiæ eamdem opinionem aſſeverantibus, in tantum impietatis quidam, malorum inventionibus dantes operam, devenerunt, ut duas eum habere animas impudenter dogmatizare, & quibuſdam irrationabilibus conatibus per ſapientiam, quæ ſtulta facta eſt, propriam hæreſim confirmare pertentent. Itaque ſancta hæc & univerſalis ſynodus, veluti quoddam peſſimum zizanium, nunc germinantem nequam opinionem, evellere feſtinans; immo vero ventilabrum in manu veritatis portans, & igni inextinguibili tranſmittere omnem paleam, & aream Chriſti mundam exhibere volens, talis impietatis inventores & patratores, & his ſimilia ſentientes, magna voce anathematizat, & definit, atque promulgat, nemi-

1. Cor.

neminem prorſus habere, vel ſervare quo- A quomodo ſtatuta hujus impietatis auctorum. Si autem quis contraria gerere præſumpſerit huic ſanctæ & magnæ ſynodo, anathema ſit, & a fide atque cultura Chriſtianorum alienus.

## XII.

*De non recipiendis ullo modo electionibus epiſcoporum per principale ſuffragium & potentiam factis.*

Apoſtolicis & ſynodicis canonibus, promotiones & conſecrationes epiſcoporum & B * potentia & præceptione principum factas penitus interdicentibus, concordantes definimus, & ſententiam nos quoque proferimus, ut ſi quis epiſcopus per verſutiam vel tyrannidem principum hujuſmodi dignitatis conſecrationem ſuſceperit, deponatur omnimodis, utpote qui non ex voluntate Dei, & ritu ac decreto eccleſiaſtico, ſed ex voluntate carnalis ſenſus ex hominibus & per homines Dei * domum poſſidere voluit, vel conſenſit.

* *alias* potestatu.

* *alias* donum.

## XIII.

*Quod oporteat in magna eccleſia, in minori gradu conſtitutos ad majores honores opportune contendere; ſed non eos qui foris ſunt inter illos ad mitti, ſed nec eos in eadem eccleſia connumerari, aut conſtitui, qui procurant, ſeu tuentur proaſtia, vel ſæcularium domos.*

Quoniam quidem dicit alicubi divinum eloquium: *Dignus eſt operarius mercede ſua;* hujus rei gratia & nos decernimus, & promulgamus, ut magnæ eccleſiæ clerici, qui in ſubjectis ordinibus morati ſunt, ad majores gradus aſcendant, &, ſi digni claruerint, melioribus perfrui mereantur honoribus; cum aliqui eorum, qui in ipſis ſunt, aut per incrementum ad ſuperiora miniſteria advocati fuerint, aut per communem naturæ terminum dormientes defuerint; ſed non ex illis, qui foris ſunt, aliqui ſe his innectentes, debitas eis, qui multo tempore laboraverunt, dignitates vel honores recipiant; ac per hoc inveniantur eccleſiæ clerici nullo modo proficere. Nullatenus autem habeant poteſtatem, qui principum domorum, ſeu ſuburbanarum rerum curam geſſerint, inter clerum magnæ eccleſiæ colligi, vel * conſtitui: *nemo quippe Deo militans ſæculi negotiis implicatur.* Si vero quis præter definitionem quam nunc protulimus promotus fuerit in quocumque magnæ eccleſiæ gradu, reprobetur omnimodis ab omni eccleſiaſtico gradu, tamquam qui contra magnam ſynodum provectus extiterit.

*Luc.* 11.

* Ita in exemplaribus Græcis invenitur, & revera nemo militans Deo apud illos impune ceteris mundi negotiis implicatur.

2. *Tim.* 2.

## XIV.

*Quod oporteat eos, qui per divinam gratiam ad epiſcopale officium convocantur, omnem reverentiam & honorem mereri ab iis qui per tempora aut ſtrategatus miniſterium ſortiuntur, aut aliter principari videntur.*

Eos qui a divina gratia ad epiſcopale advocantur officium, tamquam imaginem & figuram ferentes ſanctorum cæleſtium hierarcharum, id eſt angelorum, ſecundum hierarchicum plane gradum & morem, omni honore dignos ab omnibus principibus & ſubditis ſancimus haberi. Et nequaquam ſtrategis, vel quibuslibet aliis principibus obvios procul ab eccleſiis ſuis occurrere, ſed neque ſemet a multo ſpatio de equis vel mulis ejicere, aut cum timore ac tremore procidere ac adorare; ſed nec cum ſæcularibus principibus ad menſam intrare hora prandii, eoſdem quos illi honores ſtrategis exhibentes, ſed ſecundum congruentiam ſpiritalis dignitatis, ac honoris ſui, reddere quidem omnibus debita, cui vectigal, vecti- C gal, cui honorem, honorem: præferri autem & multam a principibus amicorum Chriſti imperatorum venerationem, & reverentiam promereri confeſſores eorum, & honoris ſimilis exiſtentes; ita ut fiduciam habeant epiſcopi arguere ſtrategos multoties, & alios principes, atque omnem ſæculi dignitatem, cum injuſtum & irrationabile agere quid illos invenerint, & per hoc corrigere & reddere meliores. Si vero aliquis epiſcopus, poſt definitionem ſanctam ſynodi, debitum & canonice collatum ſibi contempſerit honorem, & quid D ſecundum veterem & inhumanam ac inordinatam conſuetudinem, præter quæ nunc definita ſunt, fieri permiſerit, ſequeſtretur anno uno, & princeps ille duobus annis non mereatur percipere myſteriorum nec ſanctificationum communionem.

## XV.

*Quod non oporteat alienare cimelia, vel per emphyteuſim ſalaria eccleſiarum tribuere.*

Apoſtolicos & paternos canones reno- E vans ſancta hæc univerſalis ſynodus, definivit neminem prorſus epiſcopum vendere vel utcumque alienare cimelia & vaſa ſacrata, excepta cauſa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet quæ accipiuntur in redemptionem captivorum; ſed nec tradere ſalaria eccleſiarum in emphyteutica pacta, nec alias ruſticas poſſeſſiones venumdare, ac per hoc eccleſiaſticos reditus lædere, quos ad propriam utilitatem, & ob eſcam pauperum & pe-

regri-

ANNO CHRISTI 870.

ACTIO X. CON VIII. GENER.

—regrinorum· ſuſtentationem eſſe decernimus : omnem vero eccleſiaſticarum rerum poteſtatem habentem & has meliorare, ac dilatare prout oportuerit eccleſiaſtica loca, per quæ reditus fiunt; & inſuper propriarum rerum diſpoſitionem diſtribuere, ac committere ſeu conferre quibuſcumque voluerit & judicaverit juxta propriam poteſtatem ac dominatum. Quiſquis autem apparuerit poſt hanc definitionem noſtram contrarium quid huic ſanctæ & univerſali ſynodo agere, deponatur ut prævaricator divinarum legum & præceptorum, caſſata videlicet omnino quæ facta eſt in ſcriptis vel ſine ſcriptis ab epiſcopo venditione, vel emphyteutica traditione, vel alia quavis alienatione, cimeliorum ſcilicet & ſalariorum locorum. Qui vero emerit aut perceperit aliquid ex prædictis cimeliis vel ſalariis, & non reſtituerit eccleſiæ, iterum, quæ eccleſiæ ſunt vel non reddiderit ad incidendam chartam venditionis vel emphyteuſeos, ſit anathema uſquedum fecerit quod ab hac ſancta & univerſali ſynodo confirmatum eſt. Si autem epiſcopus convictus fuerit conſtruxiſſe monaſterium de reditibus eccleſiaſticis; tradat ipſum eidem eccleſiæ monaſterium; ſi vero de propriis rebus, aut de aliis quibuſdam conventionibus, habeat id ſecundum propriam poteſtatem, & voluntatem omni vita ſua; & poſt finem vitæ dimittat & conferat hoc quibuſcumque voluerit, non tamen ſæculare diverſorium fiat.

## XVI.

*De non utendis penitus adinventionibus ad exhonorantiam ſancti ſacerdotii. Imperator vero vel princeps, ſi talia fecerit, redarguatur, & ſeparetur: ſi autem non pœnituerit, etiam anathematizetur.*

Magnis ululatibus & multis lacrymis dignum opus a multis fidelibus ad noſtros pervenit auditus: ajunt enim fuiſſe quoſdam laicos ſub eo qui nuper imperavit in ordine ſenatorio, qui ſecundum diverſam imperatoriam dignitatem videbantur * capillorum comam circumplexam involvere atque reponere, & gradum quaſi ſacerdotalem per quædam inducia & veſtimenta ſacerdotalia ſumere, &, ut putabatur, epiſcopos conſtituere, ſuperhumeralibus, id eſt palliis, circumamictos, & omnem aliam pontificalem indutos ſtolam; qui etiam proprium patriarcham adſcribentes eum qui in adinventionibus riſum moventibus prælatus & princeps erat, & inſultabant, & illudebant quibuſque divinis, modo quidem electiones, promotiones & conſecrationes, modo autem acute calumnias, damnationes & depoſitiones epiſcoporum, quaſi ab invicem, & per invicem miſerabiliter & prævaricatorie agentes & patientes. Talis autem actio nec apud gentes a ſæculo unquam audita eſt, ita ut pejores & miſerabiliores infidelibus nationibus exhibeat & demonſtret hos quos nunc manifeſtos effecimus: qua de re ſancta & univerſalis ſynodus definivit & promulgavit, illos quidem malitiæ nixus omnino ut ſceleſtos abominari, neminem autem fidelium qui Chriſtiana cenſentur appellatione deinceps conari tale quid faciendi, vel admittendi, aut ſilentio tegendi quemquam eorum qui hujuſmodi operantur impietatem. Si vero quiſpiam imperator, vel potentum, aut magnatum, taliter illudere divinis, & talem ac tantam injuriam impie in divinum ſacerdotium facere vel admittere tentaverit, primo quidem arguatur a patriarcha illius temporis, & epiſcopis qui cum ipſo fuerint, & ſegregetur, & indignus divinis myſteriis judicetur; deinde vero accipiat quoſdam alios in duram obſervantiam labores, & pœnas quæ viſæ fuerint : & niſi celeriter ſe pœniteat, etiam anathema ſit ab hac ſancta & univerſali ſynodo, tamquam qui ſinceræ & immaculatæ fidei myſterium dehoneſtaverit. Si vero, præſumentibus quibuſdam hujuſmodi nefas operari, patriarcha Conſtantinopolitanus, & ſuffraganei ejus epiſcopi quod factum fuerit cognoſcentes, neglexerint debitum adverſus eos oſtendere zelum, deponantur, & a proprio ſacerdotio ac honore pellantur: qui autem quoquo modo hujuſmodi miniſtraverunt vel miniſtraturi ſunt impiiſſimæ actioni, & minime confeſſi acceperint conveniens * epitimium, definivimus per triennium ſequeſtratos eſſe, anno quidem uno extra eccleſiam flentes; alio vero anno intra eccleſiam ſtare uſque ad catechumenos; porro tertio, conſiſtere cum fidelibus, & ita dignos fieri myſteriorum ſanctificationibus.

* Ita namque a cervice uſque ad capita contorquebant, ut clericali more in rotundum tonſi viderentur.

* Increpationem, vel inductam pœnam pro culpis.

## XVII.

*De poteſtate patriarcharum, & metropolitanorum ad eos adventu.*

Sancta & univerſalis Nicæna prima ſynodus antiquam conſuetudinem jubet ſervari per Ægyptum, & provincias quæ ſub ipſa ſunt, ita ut horum omnium Alexandrinus epiſcopus habeat poteſtatem, dicens: Quia & in Romanorum civitate hujuſmodi mos prævaluit: qua pro cauſa & hæc magna & ſancta ſynodus tam in ſeniori & nova Roma, quam in ſede Antiochiæ ac Hieroſolymorum, priſcam conſuetudinem decernit in omnibus conſervari, ita ut earum præſules univerſorum metro-

ANNO CHRISTI 870.

metropolitanorum, qui ab ipſis promo- A ventur, & ſive per manus impoſitionem, ſive per pallii dationem, epiſcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant poteſtatem, videlicet ad convocandum eos, urgente neceſſitate, ad ſynodalem conventum, vel etiam ad coercendum illos & corrigendum, cum fama eos ſuper quibuſdam delictis forſitan accuſaverit. Sed quoniam ſunt quidam metropolitanorum, qui ne ſecundum vocationem apoſtolici præſulis occurrant, a mundi principibus ſe detineri ſine ratione cauſantur, placuit talem excuſationem omnimodis eſſe inva- B lidam. Cum enim principes pro ſuis cauſis conventus frequenter agant, impium eſt ut ſummos præſules ad ſynodos pro eccleſiaſticis negotiis celebrandum impediant, vel quoſdam a conciliis eorum prohibeant, licet tale impedimentum, & fictam prohibitionem metropolitanorum ſuggeſtione diverſis modis fieri didicerimus. Conſueverunt autem metropolitani bis in anno ſynodos facere, ideoque, ſicut dicunt, ad patriarchale penitus non poſſe concurrere caput. Sed ſancta hæc & univerſalis ſy- C nodus, nec concilia quæ a metropolitanis fiunt interdicens, multo magis illa novit rationabiliora eſſe ac utiliora metropolitanorum conciliis quæ a patriarchali ſede congregantur; & idcirco hæc fieri exigit: a metropolita quippe unius quidem provinciæ diſpoſitio efficitur, a patriarcha vero ſæpe totius cauſa diœceſeos diſpenſatur. Ac per hoc communis utilitas providetur, propter quod & ſpeciale lucrum propter generale bonum poſtponi convenit, cum a majoribus ſuper hæc facta fuerit advocatio: quamvis apud quoſ- D dam metropolitanorum antiqua conſuetudo, & canonica traditio per contemptum ipſorum poſtpoſita videantur, non currentibus eis ad communem profectum, quos leges eccleſiæ ſevere condemnantes, omni excuſatione remota, ſubjacere vocationibus proprii patriarchæ, ſive cum communiter, ſive cum ſigillatim factæ fuerint, exigunt. Illud autem tamquam peroſum quiddam ab auribus noſtris repulimus, quod a quibuſdam imperitis dicitur, non poſſe ſynodum abſque principali præſentia celebrari: cum nuſquam ſacri canones E convenire ſæculares principes in conciliis ſanxerint, ſed ſolos antiſtites. Unde nec interfuiſſe illos ſynodis, exceptis conciliis univerſalibus, invenimus: neque enim fas eſt ſæculares principes ſpectatores fieri rerum quæ ſacerdotibus Dei nonnunquam eveniunt. Quiſquis ergo metropolitanorum proprium patriarcham contempſerit, & vocationem ejus, quæ ſive ad unum ſolum, ſive ad plures, ſive ad omnes * ſit abſque validiſſima ægrotatione, vel paganorum incurſu, non obedierit, & per totos duos menſes poſt notitiam vocationis, ad proprium venire patriarcham minime feſtinaverit, vel ſi quocumque modo latitare, aut non cognoſcere nuntium ab illo miſſum tentaverit, ſegregetur: ſi vero intra unum annum eamdem contumaciam & inobedientiam demonſtraverit, deponatur omnibus modis, & ab omni ſacerdotali operatione decidat, atque a dignitate & honore, qui metropolitanis convenit, propellatur. Is autem, qui huic definitioni non obedierit etiam, & anathema ſit.

* Forte, fit ii

ACTIO X CON. VIII GENER.

## XVIII.

*Quod non oporteat eccleſiarum res ac privilegia violare ſeu decidere.*

Placuit huic ſanctæ & magnæ ſynodo, ut res vel privilegia, quæ Dei eccleſiis ex longa conſuetudine pertinent, & ſive a divæ recordationis imperatoribus, ſive ab aliis Dei cultoribus in ſcriptis vel ſine ſcriptis donata, & ab eis per annos triginta poſſeſſa ſunt, nequaquam a pote- C ſtate præſulis earum quæcumque perſona ſæcularis per poteſtatem ſubtrahat, aut per argumenta quælibet auferat, ſed ſint omnia in poteſtate ac uſu præſulis eccleſiæ, quæcumque intra triginta ſpatium annorum ab eccleſiis poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Quiſquis ergo ſæcularium contra præſentem definitionem egerit, tamquam ſacrilegus judicetur, & donec ſe correxerit, & eccleſiæ propria privilegia, ſeu res reſtituerit, & reſervaverit, anathema ſit.

## XIX.

D *Quod non oporteat archiepiſcopos aut metropolitas ſub obtentu quaſi viſitationis proficiſci ad alias eccleſias, & ſubjectos ſibi epiſcopos per avaritiam damnis afficere vel gravare.*

Avaritiam utpote ſecundam idololatriam Paulus magnus execratur apoſtolus, cunctos videlicet qui Chriſtiano vocabulo cenſentur ab omni turpi lucro abſtinere volens: multo magis ergo iis qui ſacerdotio funguntur nefas eſt coepiſcopos & ſuffraganeos ſuos per quemcumque modum gravare. Hujus rei gratia definivit ſancta E hæc & univerſalis ſynodus, nullum archiepiſcoporum, aut metropolitanorum, relinquere propriam eccleſiam, & ſub occaſione quaſi viſitationis ad alias accedere, & poteſtate propria in inferiores abuti, & conſumere reditus qui apud illos inveniuntur ad eccleſiaſticam diſpoſitionem, & alimenta pauperum, ac per hoc aggravare avaritiæ modo conſcientias fratrum & comminiſtrorum noſtrorum; excepta hoſpitalitate, quæ aliquando ex ne-

ceſſario

ceſſario tranſitu fortaſſis acceſſerit; ſed & tunc non alia, niſi ex iis quæ ad præſens de compendio præparata inveniuntur, cum reverentia & cum timore Dei dignanter accipiat; & maturius propoſitum iter perambulet, nihil omnino eorum quæ ſunt eccleſiæ illius vel ſuffraganei epiſcopi petens & exigens; ſi enim unumquemque epiſcoporum eccleſiæ propriæ rebus cum multa parcitate uti, & nullatenus in proprias utilitates importune ac ſine ratione diſpendere vel conſumere reditus eccleſiaſticos ſacri canones decernunt; qua, putas, impietate judicabitur dignus, qui aliis epiſcopis commiſſas eccleſias gravare vel ambire, & per hoc ſacrilegii crimen incidere non formidat? Quiſquis ergo poſt hanc definitionem noſtram tale quid facere tentaverit, pœnam ſubeat a patriarcha qui per tempus fuerit, ſecundum congruentiam injuſtitiæ ac avaritiæ ſuæ, & deponatur & ſequeſtretur ut ſacrilegus, & aliter ut idololatra factus, juxta magnum apoſtolum.

## XX.

*Quod non oporteat quemquam epiſcoporum apud ſe, vel per ſe collata loca recipere, ſine illius judicio qui urbi aut regioni illi preeſſe dignoſcitur.*

Et hoc ſancta nunc ſynodus didicit, quod in quibuſdam locis quidam propria uſi auctoritate, ac ſine voluntate illorum quibus hujuſmodi diſpoſitiones commiſſæ ſunt, audacter & tyrannice pellunt eos qui per emphyteuſim perceperint aliquid ex iis locis quæ poſſederunt, occaſione quaſi ruptæ fidei circa penſionis pactum. Non autem licet omnimodis hoc fieri, niſi prius accipiat proteſtationem per quoſdam idoneos & fideles homines is qui emphyteuſim contraxit: quod niſi dederit, uſque ad tres annos deſtinatum tributum cenſus, propellatur a locis a ſe detentis. Oportet enim poſt trium annorum cenſus retentionem accedere ad præpoſitos urbis vel regionis illius, & arguere in conſpectu eorum eum qui emphyteuſim conſecutus eſt, & exhibere contemptum ejus, & tunc ſententia & judicio prædictorum recipiat eccleſia propria in poſſeſſionem. Sed nequaquam quiſquam apud ſe vel per ſe faciat prædictorum ablationem locorum, ſuſpectivum quippe tale, quin & multi turpis lucri & avaritiæ conſiſtit indicium. Si quis ergo epiſcopus aut metropolita præter hanc definitionem noſtram abſtulerit aliquem locum a quoquam, putans quod eccleſiam propriam defendat, ſequeſtretur a proprio patriarcha per aliquod tempus, dans primo quod per poteſtatem ſuam abſtulit vel ſubripuit. Si vero contentioſus quis perſtiterit, non obediens his quæ ſanctæ ac univerſali ſynodo viſa ſunt, deponatur omnimodis.

## XXI.

*Quod non oporteat papam Romanum, vel quempiam aliorum patriarcharum, a quolibet inhonorari*

Dominicum ſermonem, quem Chriſtus ſanctis apoſtolis & diſcipulis ſuis dixit, quia: *Qui vos recipit, me recipit; & qui vos ſpernit, me ſpernit*, (Luc. 10) ad omnes etiam qui poſt eos ſecundum ipſos facti ſunt ſummi pontifices & paſtorum principes in eccleſia catholica dictum eſſe credentes, definimus, neminem prorſus mundi potentium, quemquam eorum qui patriarchalibus ſedibus præſunt inhonorare, aut movere a proprio throno tentare, ſed omni reverentia & honore dignos judicare; præcipue quidem ſanctiſſimum papam ſenioris Romæ, deinceps autem Conſtantinopoleos patriarcham, deinde vero Alexandriæ, ac Antiochiæ, atque Hieroſolymorum; ſed nec alium quemcumque conſcriptiones contra ſanctiſſimum papam ſenioris Romæ, ac verba complicare, & componere ſub occaſione quaſi diffamatorum quorumdam criminum; quod & nuper Photius fecit, & multo ante Dioſcorus. Quiſquis autem tanta jactantia & audacia uſus fuerit, ut ſecundum Photium, vel Dioſcorum, in ſcriptis, vel ſine ſcriptis injurias quaſdam contra ſedem Petri apoſtolorum principis moveat, æqualem & eamdem quam illi condemnationem recipiat. Si vero quis aliqua ſæculi poteſtate fruens vel potens pellere tentaverit præfatum apoſtolicæ cathedræ papam, aut aliorum patriarcharum quemquam, anathema ſit. Porro ſi ſynodus univerſalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de ſancta Romanorum eccleſia quævis ambiguitas & controverſia, oportet venerabiliter, & cum convenienti reverentia de propoſita quæſtione ſciſcitari, & ſolutionem accipere, aut proficere, aut profectum facere, non tamen audacter ſententiam dicere contra ſummos ſenioris Romæ pontifices.

## XXII.

*De ſummorum ſacerdotum electione atque decreto.*

Promotiones atque conſecrationes epiſcoporum, concordans prioribus conciliis, electione ac decreto epiſcoporum collegii fieri ſancta hæc & univerſalis ſynodus definit & ſtatuit; atque jure promulgat, nemi-

ANNO CHRISTI 870.

ACTIO X. CON. VIII GENER.

neminem laicorum principum vel potentum ſemet inſerere electioni vel promotioni patriarchæ, vel metropolitæ, aut cujuslibet epiſcopi, ne videlicet inordinata hinc & incongrua fiat confuſio, vel contentio, præſertim cum nullam in talibus poteſtatem quemquam poteſtativorum vel ceterorum laicorum habere conveniat, ſed potius ſilere, ac attendere ſibi, uſquequo regulariter a collegio eccleſiæ ſuſcipiat finem electio futuri pontificis: ſi vero quis laicorum ad concertandum & cooperandum ab eccleſia invitatur, licet hujuſmodi cum reverentia, ſi forte voluerit, obtemperare ſe aſciſcentibus, taliter enim ſibi dignum paſtorem regulariter ad eccleſiæ ſuæ ſalutem promoveat. Quiſquis autem ſæcularium principum & potentum, vel alterius dignitatis laicus, adverſus communem ac conſonantem atque canonicam electionem eccleſiaſtici ordinis agere tentaverit, anathema ſit, donec obediat & conſentiat in hoc quod eccleſia de electione ac ordinatione proprii præſulis ſe velle monſtraverit.

## XXIII.

*Quod non oporteat quemquam epiſcoporum alienarum locare poſſeſſiones eccleſiarum, ſed nec clericum quemlibet in aliena eccleſia ſacra celebrare myſteria.*

Venit & hoc nunc ad aures noſtras, quod quidam epiſcoporum a quibuſdam rogati, poſſeſſiones, quæ ad alias eccleſias pertinent, irrationabiliter conferant; & per hoc, quantum poſſunt, ad propriam voluntatem in aliorum poteſtatem epiſcoporum uſurpent. Hoc autem & propheticam illis manifeſte maledictionem acquiret, quæ dixit: *Væ qui conjungitis domum ad domum, & agrum ad agrum, ut proximo auferatis aliquid;* & criminis eos ſacrilegii reos conſtituit. Hujus rei gratia placuit magnæ huic & univerſali ſynodo, quod nullus fratrum & coepiſcoporum noſtrorum, vel quiſquam, talem ſibi facere nequiſſimam locationem roget, vel ab aliquo ipſe rogatus quamlibet alienarum & extranearum conferat eccleſiarum poſſeſſionem, nec etiam conſtituat presbyteros aut quemlibet alium clericum in eccleſiis quæ ſibi ſubjectæ non ſunt, præter voluntatem epiſcopi cui eccleſia illa commiſſa eſt; ſed neque quiſquam presbyterorum vel diaconorum, qui ſacris officiis dediti ſunt, ultro ac per ſe eccleſias ingrediens, ſacrum aliquid operetur, in quibus ab initio ſortem minime conſecutus eſt; illicitum enim eſt hoc & omnimodis a canonicis præceptionibus alienum. Quiſquis ergo poſt hanc definitionem noſtram viſus fuerit faciens aliquid horum quæ nunc interdicta ſunt, ſeparetur aliquo indicto tempore, diſciſſo videlicet & dirupto modis omnibus locatorio pacto, quod ſive ſcripto, ſive ſine ſcripto præter canonem factum eſt. Similiter & presbyter ille vel diaconus ſegregatus ſit, donec ab aliena recedat eccleſia. Quod ſi & ſegregationem contempſerit, omnimodis deponatur, & ab omni honore ſacrato dejiciatur.

## XXIV.

*Quod non oporteat metropolitas ſuffraganeis ſuis epiſcopis eccleſiaſtica ſua metropoleos committere miniſteria.*

Divina ſcriptura dicente: *Maledictus omnis homo qui facit opus Domini negligenter*, quidam metropolitanorum in extremam negligentiam & deſidiam delapſi, præceptionibus ſuis ſubjectos ad ſe adducunt epiſcopos, & committunt eis eccleſiæ propriæ divina officia, & litanias, & cuncta omnino ſacra quæ ad ſe pertinent miniſteria, ita ut per illos celebrent omnia quæ per ſemet alacriter agere debuerint, ac per id eos, qui epiſcopalem dignitatem meruerunt, quodammodo clericos ſibi ſubjectos exhibeant. Vacant autem iidem præter eccleſiaſticas leges ſæcularibus curis atque diſpoſitionibus, dimittentes perſeverare in orationibus & obſecrationibus pro ſuis delictis ac populi ignorantiis; quod nuſquam apud aliquos penitus invenitur, cum ſit canonicis nimirum contrarium omnino præceptis: &, quod ſævius eſt, quia ſuis ſtipendiis per diſtinctas menſium vices præcipi dicuntur prædicta perficere miniſteria; quod ab apoſtolico munimine modis omnibus oſtenditur alienum. Hæc autem omnia magnis & multis ac vehementiſſimis damnationibus dignos hujuſmodi ſtatuunt; probantur enim tales per hæc quæ faciunt, etiam ſatanica jactantia & ſuperbia languere. Quiſquis ergo metropolitanorum poſt hanc ſanctæ ac univerſalis ſynodi definitionem eadem audacia vel ſuperbia & contemptu abuſus, non per ſe cum timore & alacritate, ſeu conſcientia bona, debita miniſteria in propria civitate, ſed per ſuffraganeos epiſcopos ſuos efficere tentaverit, pœnas exſolvat coram proprio patriarcha, & aut corrigatur aut deponatur.

Jer. 48. ex Græco.

XXV.

ANNO CHRISTI 870.

ACTIO X. CON. VIII. GENER.

## XXV.

*Quid ſemper depoſiti teneantur qui conſecrationem in quocumque gradu Methodii & Ignatii ſanctiſſimorum patriarcharum habuerunt, & Photio invaſori etiam poſt ſententiam quæ ſynodice facta eſt Conſtantinopoli, conſenſerunt.*

Et hoc debite ſancta ſynodus definivit, quatenus epiſcopi, presbyteri, diaconi & ſubdiaconi magnæ eccleſiæ, qui conſecrationem Methodii & Ignatii ſanctiſſimorum patriarcharum habuerunt, & ſecundum inſolens illud & duriſſimum cor Pharaonis obdurati ſunt, & uſque nunc minime cum hac ſancta & univerſali ſynodo convenerunt, ſed nec nobis conſonare in verbo veritatis voluerunt, quinimmo invaſori Photio concorditer conſenſerunt, depoſiti ſint, & omnino ſacerdotali operatione privati, quemadmodum nec multum ante beatiſſimus papa Nicolaus judicavit; & nequaquam tales in ſacerdotii catalogo recipiantur, etiamſi ex hoc converti voluerint; niſi in perceptione * ſanctificationum, qua dignos nullatenus eos, niſi per multam miſericordiam, judicamus; non enim ſunt digni ad priorem honorem reſtitutionis locum per pœnitentiam invenire, ſecundum exoſum illum Eſau, licet cum lacrymis expetiſſet eam.

* alias myſteriorum.

## XXVI.

*Quod clericus depoſitus, vel injuriam paſſus ab epiſcopo ſuo, poteſtatem habeat recurrere ad majores eccleſiæ catholicæ principes, id eſt, ad ſummos pontifices.*

Placuit & hoc ſanctæ ſynodo, ut quicumque presbyter aut diaconus a proprio epiſcopo depoſitus fuerit, propter aliquod crimen, vel ſi quamlibet injuſtitiam ſe pati dixerit, & non acquieverit judicio proprii epiſcopi, dicens eum ſuſpectum ſe habere, & vel propter inimicitiam quam erga ſe tenuerit, vel propter gratiam quam aliis quibuſdam præſtare voluerit, idcirco in ſe fuiſſe tale quid operatum, poteſtatem habeat ad metropolitam ipſius provinciæ concurrere, & eam quam putat injuſtam depoſitionem, vel aliam læſionem denuntiare: metropolita vero ille libenter ſuſcipiat hujuſcemodi, & advocet epiſcopum qui depoſuit, vel alio modo clericum læſit, & apud ſe cum aliis etiam epiſcopis negotii faciat examen, ad confirmandum ſcilicet ſine omni ſuſpicione, vel deſtruendum per * generalem ſynodum & multorum ſententia clerici depoſitionem. Similiter etiam epiſcopos concurrere ad patriarchale caput decernimus, qui a metropolitis ſuis talia ſe pertuliſſe fatentur, ut apud patriarcham & metro- A politas qui ſub ipſo ſunt, juſtam & ſine ſuſpicione ſententiam quod movetur negotium accipiat. Inſuper etiam nullo modo quiſquam metropolitanorum vel epiſcoporum a vicinis metropolitis vel epiſcopis provinciæ ſuæ judicetur, licet quædam incurriſſe crimina perhibeatur, ſed a ſolo patriarcha proprio judicetur: cujus ſententiam rationabilem, & judicium juſtum, ac ſine ſuſpicione fore decernimus; eo quod apud eum honorabiliores quique colligantur, ac per hoc ratum & firmum penitus ſit quod ab ipſo fuerit judicatum. B Si quis autem non acquieverit iis quæ a nobis edita ſunt, excommunicatus exiſtat.

* alias ampliorem.

## XXVII.

*De eo quod non oporteat palliis præter tempora & loca definita veſtiri, & de eo quod nequaquam eos, qui ex ordine monachico facti ſunt, conveniat ſchemate ac ſtola monachicæ converſationis exuere.*

Secundum traditas formas per ſingulas provincias, ac regiones, & urbes, in eccleſiaſticis promotionibus & conſecrationi- C bus illa quæ indicia & ſigna ſunt ordinis qui unicuique ineſſe videtur, retineri decernimus, ita ut epiſcopi, quibus conceſſum eſt palliis uti certis temporibus, in eiſdem temporibus & locis iis induantur, & tanto & tali non abutantur amictu propter typhum, & inanem gloriam, & humanum placorem, atque ſui amorem; omni videlicet tempore divini ſacrificii, & omnis alius eccleſiaſtici myſterii, hunc inepte portantes: illos autem qui reverenter monaſticam vitam ſectati ſunt, & epiſcopalem meruerunt honorem, conſer- D vare ſchema, & amictum monachicorum indumentorum, & ipſam beatam vitam decernimus: & nullus omnino habeat poteſtatem deponere jam dictum ſchema, propter typhum & arrogantem voluntatem, ne per hoc inveniatur propriorum tranſgreſſor pactorum: ſicut enim ibi continuus palliorum amictus faſtigioſum & ſuæ gloriæ deditum demonſtrat epiſcopum, ita & hic depoſitio ac denudatio monachici habitus nihilo minus eiſdem ſubmittit criminibus eum qui hoc feciſſe captus exſtiterit. Quiſquis ergo epiſcopus præter E definita ſibi ſcripto tempora ſe pallio induerit, aut monaſticarum veſtium ſchema depoſuerit, aut corrigatur, aut a patriarcha proprio deponatur.

Et poſt lectionem canonum, iterum ſtans in medio Bahanes magnificentiſſimus patricius & præpoſitus per juſſionem Chriſti amicorum imperatorum dixit ad ſanctiſſimos loci ſervatores: Poſt lectionem divinorum & ſacrorum canonum quid deliberat ſanctitas veſtra adhuc fieri? Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ ac orientalium ſedium dixerunt:

M

ANNO CHRISTI 870.

xerunt: Subſequatur expoſitus terminus, in quo A curſim omnia continentur quæ acta ſunt in hac ſancta ſynodo, & legatur in audientiam omnium, ſi placet hoc ſanctæ ſynodo. Sancta ſynodus dixit: Placet, juſtum enim & bonum eſt. Et poſt hoc aſcendens Metrophanes Deo amiciſſimus metropolita Smyrnæ in ſuperiori parte ſynodi, legit terminum. Similiter & Cyprianus Deo amiciſſimus metropolita Claudiopoleos in inferiori parte ſynodi eumdem terminum legit in audientiam omnium.

*Terminus ſanctæ ac universalis octavæ ſynodi, quæ facta eſt Conſtantinopoli.*

SAncta, magna, & univerſalis ſynodus, quæ per divinam voluntatem & gratiam & ſanctionem amicorum Chriſti ac Deo confirmatorum imperatorum noſtrorum Baſilii & Conſtantini congregata eſt in hac a Deo conſervanda regia urbe, in famoſiſſimo templo ſanctæ ac magni nominis Sophiæ, definivit ſubter annexa.

Connaturale omnipotentis Dei & Patris Verbum, quod firmavit cælum ſicut cameram, & conſtruxit fines terræ ac ceterorum univerſorum ſtatum, ut inſubſtantialiter eſſet, effecit, & regit, & continet, & ſalvat, qui dicit per Iſaiæ prophetæ vocem: *Aſpice in cælum, quia cælum, ut fumus, ſolidatum eſt; terra autem, ut veſtimentum, veteraſcet: qui autem habitant eam, ſicut hæc, morientur: ſalutare autem meum in æternum erit, & juſtitia mea non deficiet*: qui propter nos ſecundum nos factus eſt, & cæleſtem juſtitiam ſuper terram plantavit, & dixit: *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt*: qui dixit ad omnes qui in eum crediderunt: *Si vos tranſieritis in verbo meo, veri diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos*. Ille ſolus infinitæ potentiæ Dominus & Deus noſter multus quidem alios ab olim, & longe ante, homines mancipatos mendacio, & veritatis inimicos, in agro ſuo, id eſt in eccleſia, mala zizania ſecundum evangelicam ſignificationem ſeminantes, & mundum frumentum divinæ juſtitiæ operire tentantes, veluti quidem ſapientiſſimus & omnipotentiſſimus agricola, evulſit atque diſperdidit, & ad id quod omnino non eſt jure convertit: ſalutare autem ſuum ſemper ad monendum præparavit, & juſtitiam ſuam firmavit, & manifeſtiorem exhibuit. Sed nihil minus, & in inſtantibus temporibus zizaniorum ſatore, per quoſdam praviſſimos & * piiſſimos homines eccleſiaſticum agrum inutilem reddere tentante, æquali eademque providentia & hunc ſolicitudine dignum exhibuit, & a ſordibus iniquitatis eripuit, atque ad puritatem revocavit antiquam; piiſſimum enim & tranquilliſſimum imperatorem noſtrum, qui divinæ juſtitiæ amator, & injuſtitiæ hoſtis, & in mandatis ejus manentem diſcipulum ipſius demonſtratum incorruptum & ſcientem, & conſervantem veritatem, excitavit ad injuſtitiæ confirmationem: qui per ſupernum auxilium, & gratiam eccleſiaſtici tabernaculi, architectos a finibus orbis terrarum in hanc a Deo conſtruendam & regiam Urbem convocavit, & univerſalem ſynodum congregavit, quæ evangelicarum ſanctionum, & Moſaicarum & propheticarum legum, atque apoſtolicorum ac paternorum, nec non & ſynodicorum mandatorum munimina cuſtodiens, pietatis terminos renovavit, & veritatem & juſtitiam in eccleſiaſticis atriis prædicavit. Hinc ergo & Chriſtianorum ſinceram & immaculatam fidem, & dogma orthodoxæ religionis omnes, qui apud eam convenimus ſacrati, roborantes, credimus in unum Deum in tribus conſubſtantialibus & divinis ac principalibus perſonis, utputa quemadmodum in tribus * ſolibus invicem indiſſimilibus, vel in totidem ſplendoribus, unam luminis intuemur naturam: unum quidem & ſingularem Deum ſecundum rationem ſubſtantiæ, trinum autem, vel tria, ſi eum ſecundum rationem perſonarum prædicamus: & neque a ſe, ut eſſet factus, neque ab alio quomodolibet hoc accepiſſe fatemur: ſed ſine initio & æternum & ſolum ſemper exiſtentem, & ſecundum eadem, & ſimiliter habentem, & nullam commutationem vel converſionem admittentem; factorem & conditorem omnium intelligibilium & ſenſibilium exiſtentem: ſic enim & ſancta & magna Nicæna ſynodus exponens fidei ſymbolum ait: & Lumen de lumine, Deum verum Filium de Deo vero Patre manifeſte prædicans, & reliqua, ut catholica eccleſia accepit, quam & nos ſuſcipientes uno ſenſu, veſanum & veritatis inimicum Arium anathematizamus, & omnes qui cum ipſo vel ſecundum ipſum de thearchica & beata Trinitate τὸ ἑτερούσιον, id eſt alteritatem ſubſtantiæ, & diſſimilitudinem læſis ſenſibus opinantur; nihilo minus autem & ſecundam ſanctam & univerſalem ſynodum ſuſcipientes ſimiliter * pneumatomachum, quinimmo * theomachum anathematizamus Macedonium, neque in perſonarum diſcretione differentiam ſubſtantiæ Patris, & Filii, & divini & principalis Spiritus juxta prædictos hæreſiarchas recipientes, neque in una eademque ſubſtantia perſonas ſecundum amentiſſimum Sabellium confundentes. Inſuper & confitemur unicum Dei Verbum incarnatum, & factum fuiſſe propter nos, ſecundum nos. Non enim angelus, non legatus, ſed ipſe Dominus venit, & ſalvavit nos. & nobiſcum factus eſt Emmanuel: & iſte erat Deus verus, Deus Iſrael, & omnium ſalvator, ſecundum divinas & propheticas voces. Unde & ſanctiſſimam & nuptiarum ignaram Mariam, quæ illum peperit, proprie ac veraciter Dei genitricem, fatemur, quemadmodum univerſalis tertia ſynodus quæ prius apud Epheſum congregata eſt prædicavit; cum qua & nos hominis cultorem & jactantiſſimum atque Judaicum ſenſum habentem Neſtorium anathematizamus, duplicem docentes unum eumdemque Chriſtum & Dominum, Deum ſcilicet perfectum & hominem perfectum in una perſona, utriuſque naturæ differentia, ſed proprietates inconvertibiles & inconfuſas perpetuo conſervantem, quemadmodum & ſancta univerſalis quarta ſynodus dogmatizavit: quam cum jam numeratis tribus conciliis, tamquam ſanctorum evangeliorum quaternitatem ſuſcipientes, anathematizamus delirum Eutychetem, & vecordem Dioſcorum: quin & duas naturas in uno Chriſto ſecundum manifeſtiorem expoſitionem ſanctæ quintæ & univerſalis ſynodi prædicantes, anathematizamus Severum, & Petrum, & Zoaram Syrum; Originem etiam qui vana ſapuit, & Theodorum Moſpueſtiæ; Didymum quoque pariter, & Evagrium, qui etiam ſecundum eaſdem & diverſas opiniones eodem perditionis irretiti ſunt barathro, & cum prædictis ſynodis conſonantem & eadem ſentientem ſanctam & univerſalem ſextam ſynodum ſuſcipientes, quæ in unius Chriſti duabus naturis conſequenter etiam duas operationes ac totidem voluntates ſapienter aſſeveravit. Anathematizamus autem Theodorum, qui fuit epiſcopus Pharan, & Sergium, & Pyrrhum, & Paulum, ac Petrum, im-

Margin notes: Iſa. 51. — Luc. 21. — Joan. 8. — Matth. 13. — * Forte, impiiſſimos. — ACTIO X. CON. VIII. GENER. — * Soles dixi, quia in Græco ſcre-peri, cauſa neceſſitatis. — * id eſt, Spiritum impugnantem. — * id eſt, Deum impugnantem.

ANNO CHRISTI 870.

impios præſules Conſtantinopolitanorum eccleſiæ, atque cum eis * Honorium Romæ, una cum Cyro Alexandriæ, nec non & Macarium Antiochiæ, ac diſcipulum ejus Stephanum, qui malæ opinionis Apollinarii, & Eutychetis, ac Severi, impiorum hæreſiarcharum, dogmata ſectantes, ſine operatione ac ſine voluntate animatam anima rationabili & intellectuabili Dei carnem, ſenſibus læſis, & revera ſine ratione, prædicaverunt. Si enim Deus perfectus & homo perfectus unus idem Chriſtus & Deus extitit, certiſſimum eſt, quod nulla ſecundum partem naturarum, quæ ſunt ei, ſine voluntate vel ſine operatione conſiſtat, ſed ſecundum utramque ſubſtantiam volens & operans conſummaverit magnum diſpenſationis myſterium, quemadmodum & omnium deiloquorum chorus, ab apoſtolis uſque ad nos, hoc certiſſime ſciens, etiam imaginem humanæ illius formæ depingens, erexit; impendens utique parti unius Chriſti diſtinctas invicem naturales proprietates: per quas procul dubio ſignificationes, & notiones divinæ ipſius & humanæ naturæ inconfuſe permanere creduntur; ſicut etiam ſeptimam ſanctam & univerſalem, in Nicæa ſecundo celebratam, ſynodum orthodoxe dogmatizaſſe novimus, unum & eumdem Chriſtum & Dominum inviſibilem & viſibilem profeſſam, & incomprenſibilem & comprehenſibilem, & incircumſcriptum & circumſcriptum, impaſſibilem etiam & paſſibilem, atque [a] inſcriptibilem & ſcriptibilem. Cui concordans & ſancta hæc & univerſalis ſynodus magna voce anathematizat Anaſtaſium, Conſtantinum, & Nicetam, irrationalem [b] ſtercoralis nominis præſulatum, vel quod eſt magis dicendum putredinem, nec non & Theodoſium Epheſium, & Siſinnium Paſtilam, & Baſilium Tricacabum, atquin potius & Theodoretum, & Antonium, atque Joannem quondam præſules novæ Romæ, regiæ civitatis Chriſtianorum, immo Chriſti calumniatores; quem videlicet nequaquam valuiſſe idolorum exterminare ſtatuas, ut de eo pronuntiavit prophetarum catalogus, operibus & verbis prædicaverunt: adhuc etiam & Theodorum, qui dictus eſt Crithinus, quem & hæc ſancta & magna ſynodus convocans, & redarguens, magna voce anathema ipſius auribus intulit: ſimili quoque modo anathematizamus & omnes conſentaneos & fautores eorum, a quibus dicebatur quod ſermo divinæ incarnationis per phantaſiam & putative factus extiterit, per abolitionem ſcilicet imaginis Chriſti & ſalvatoris noſtri, ſimul etiam ſublatæ formæ cum ea, veriſſimæ illius & deiſeræ carnis: bifarie quippe intelligitur omne quod nequaquam imagine comprehenditur, aut velut non exiſtens, aut velut exiſtens quidem, ſed minime comprehenſibile, utpote inviſibile & obſtruſum. Si quis igitur horum aliquid forte ſuper Chriſto omnium noſtrum Deo & ſalvatore perhibuerit, impius liquido declarabitur, quandoquidem unum horum non fuiſſe factum ſecundum veritatem hominem Emmanuel oſtendit, alterum vero factum quidem fuiſſe, ſed humanis proprietatibus caruiſſe, & aſſumptam carnem depoſuiſſe, ad divinam * atque incomprehenſibilitatem per omnia recurſum feciſſe demonſtrat: quod alienum eſt ab omnibus divinitus inſpiratis ſcripturis: quæ etiam iterum eum venturum judicem omnium prorſus affirmant, ſimiliterque videndum, quemadmodum viſus eſt diſcipulis & apoſtolis ſuis ad cælos aſſumptus. Illud autem Manichæica opinione ac impietate plenum eſt, quo inſenſate dicitur, de eo divini David eloquium pronuntiatum fuiſſe, & quod perhibet: *In*

* Maximus egregie Honorium papam defendit in dialogo cum Pyrrho, ut dictum eſt ſup. in VI. ſynodo act. 13.

* For. deeſt; naturam. H.

Pſal. 18.

A *ſole poſuit tabernaculum ſuum*; cum videlicet hæc impietas abjectionem ac depoſitionem ſignificari per id dominici ac deifici corporis opinetur: ſed verbum veritatis & de pheronymo * Manete & de ſingulis qui cum eo ſapiunt, & Iconomachicæ ſunt auctores hæreſeos, atque de aliis omnibus hæreſiarchis ac impiis fiducialiter ait: Non cognoverunt neque intellexerunt, ſed in tenebris ambulaverunt. Etenim, O qui derelinquitis vias rectas, & ambulatis in viis tenebrarum: o qui lætamini in malis, & exultatis in everſione mala: quorum ſemitæ pravæ ſunt, & curvi greſſus eorum, ut longe faciant a via recta, & alienos a juſta ſententia. Et rurſus: Qui a vento corrupta ſeminaverunt, & everſio eorum excepit ea. B Et iterum: Qui innititur mendaciis, hic paſcet ventos. Idem autem ipſe perſequetur aves volantes; derelinquit enim vias vineæ ſuæ, in axiis autem agri ſui errat: deambulat enim per inaquoſum deſertum, & terram extenſam in ſiti, congregat autem in manibus ſuis ſterilitatem: propter quod hos omnes tranſmittit anathemati, & dinumeratas nobis ſanctas & univerſales ſeptem ſynodos recipiens, & hanc octavam univerſalem ſynodum congregavit per gratiam omnipotentis Chriſti & Dei noſtri, & pietatem ac ſtudium tranquilliſſimi & divinitus roborati imperatoris noſtri, ad excidendum & diſperdendum per eas exortas propagines injuſtitiæ, ac iniquos niſus ſeu promotiones, ad efficiendum pacificum eccleſiæ C ordinem & orbis ſtabilitatem. Non enim ſola verorum dogmatum privatio novit perdere male opinantes, & tumultuari ac turbare eccleſias, ſed & divinorum mandatorum prævaricationes nihilo minus eamdem perditionem non vigilantibus excitant, & æſtu ac fluctibus implent orbem qui Chriſti appellatione cenſentur: quod etiam & per Photii miſeri inſipientiam & aſtutiam & malignam operationem per inſtantia tempora factum eſt, qui non per oſtium, ſed per feneſtram in caulam ingreſſus ovium, quaſi fur & latro, animarum graſſator, quemadmodum dominicus ſermo deſignat, omni tempore ac omni fortitudine furari & mactare ac perdere rationabiles pecudes Chriſti tentavit, multaſque perſecutiones operans, D plures cuſtodias, & carceres, ac rerum publicationes, atque longiſſimos exulatus, & ſuper hæc inſimulationes, ſed accuſationes & falſiloquia & ſcriptiones fictas, contra omnes zelatores pietatis, & propugnatores veritatis, commentando, non deſtitit juſtiſſimum videlicet & legitimum atque canonicum ſummum ſacerdotem Conſtantinopolitanorum eccleſiæ, ſanctiſſimum ſcilicet patriarcham Ignatium, ut alter quidam Severus ſeu Dioſcorus, expellere machinans, & inſtar latronis adulteri ſedem illius invadens, & mille depoſitoriis ſententiis ac totidem anathematibus affatim eum ſubmittens; atque multifarie multiſque modis inceſſantem turbationem & æſtum cunctis Chriſti & ſalvatoris noſtri eccleſiis excitans. Verumtamen E non eſt infatuatum ſal terræ, neque oculus eccleſiæ penitus extenebratus, neque luminare, malitiæ ſpiritibus, pietatis extinctum eſt; neque ignis divinæ caritatis conſumptoriam & incendentem operationem peccabilis & levis materiæ perdidit, neque ſermo Domini, qui eſt acutior gladio ancipiti, & cogitationum diſcretor, inefficax inventus eſt, neque ſolidæ petræ fundamentum colluſionibus vel inundationibus fluminum & pluviarum demerſum concidit; ſed lapis angularis & pretioſius, qui in Sion, id eſt, in eccleſia poſitus, ſuper quem fundamentum apoſtolorum & prophetarum in ædificationem eccleſiæ poſitum eſt, mul-

ACT. X. CON. VIII. GENER.

* Manes furia quo Manichæi appellati ſunt, qui recte pheronymus Græce dicitur, quia ſecum fert nomen inſaniæ; manes enim inſanus intelligitur.

Oſee 8.

Prov. 10.

tos quidem alios in generatione noſtra emiſit vo- A lubiles lapides ſuper terram, ut * propheta dicit, ab omni ordine catalogi eccleſiaſtici etiam in regnante urbe, ac Roma nova, confringentes ſcilicet & conterentes machinamenta eorum qui devaſtare veritatem & divinam juſtitiam voluerunt & tentaverunt: potius autem atque præcipue veluti quemdam alterum angularem lapidem illius quodammodo conſervantem, quantum fieri poteſt, imaginalem ſimilitudinem contra Photii propugnacula, tamquam a quodam excelſo & perſpicuo loco, Nicolaum beatiſſimum, & * pheronymum papam ſenioris Romæ deſurſum miſit, qui jaculis epiſtolarum ſuarum atque verborum & Photii fautores principes ac potentes perculit, & verſa vice veteris hiſtoriæ, quemadmodum alterum B quemdam Madianitam Photium cum Iſraelitide eccleſia mœchantem, ſecundum zelatorem Phinees, veritatis mucrone pupugit, & * acquieſcentem remedia medicinalis diſciplinæ ſuſcipere ad adulterii vulneris ſanitatem, & cicatricem conſequendam, etiam penitus interfecit: atque cum conjuncta ei quaſi ſacerdotali dignitate per anathema, ut alter Petrus Ananiam & Saphiram, qui divina furati ſunt, morti tranſmiſit. Hujus autem definitionibus ac decretis innixus piiſſimus & Chriſti amicus imperator noſter, quem cæleſtis imperator & dominus majeſtatis in ſalutem orbis terrarum erexit, Photio quidem convenientem impartitus eſt locum; ſanctiſsimum vero patriarcham Ignatium ad thronum proprium revo- C cavit, porro ad perfectam diſcretionem & diſtinctionem ejus quod bonum eſſe conſtat, & expedit. Vicarios etiam ex omnibus patriarchalibus thronis, nec non & omnem epiſcoporum catalogum, qui ſub poteſtate ſua degit, in idipſum collegit: qui videlicet convenientes magnam hanc & univerſalem celebravimus ſynodum, & cum multo ſcrutinio, & probatione, atque tractatu, delinitate ac convenienter ſcandalorum & zizaniorum radices, una cum germinibus, gladio ſpiritus excidimus, inſontem ſcilicet & ſanctiſſimum patriarcham Ignatium in proprii throni cardine ſtabilientes, & Photium pervaſorem atque adulterum cum omnibus ſequacibus ſuis & nequitiæ fautoribus condemnantes. Dicit enim quodam loco D per prophetæ vocem univerſorum Deus: *Propter malitias adinventionum ſuarum de domo mea ejiciam eos; & ultra non addam, ut diligam eos. Doluit Ephraim, radices ſuas aruit, fructum ultra non afferet.* Et iterum: *Chanaan, in manu ejus ſtatera injuſtitiæ, vim inferre dilexit: & dixit Ephraim: Verumtamen dives factus ſum, inveni refrigerium mihi. Omnes labores ejus non invenientes, & propter injuſtitias, quas peccavit.* Et iterum: *Et hereditabunt domus Jacob eos qui hereditate recuperant eos: & erit domus Jacob ignis, & domus Joſeph flamma: domus autem Eſau in ſtipulam, & exardeſcent in eos & comedent eos, & non erit qui ignem ferat domui Eſau, quia Dominus locutus eſt.* Miſer namque Photius erat veraciter ut homo qui non po- E ſuit Deum adjutorem ſuum, ſed ſperavit in multitudinem verſutiarum ſuarum, & prævaluit in vanitatem malitiarum ſuarum, ſecundum veterem illum Ephraim, diſcedens a divinis juſtificationibus: quem irridens & ſubſannans propheticus ſermo, ita dicit. *Ephraim factus eſt ſubcinericius panis, qui non reſervatur, & manducaverunt alieni fortitudinem ejus. Ipſe autem non agnovit, & cani effloruerunt ei & ipſe non cognovit, & humiliabitur injuria Iſrael in faciem ipſius, & in omnibus his non eſt converſus ad Dominum Deum ſuum. Ephraim columba, a menſa Ægyptum invocabat. & in Aſſyrios ibat: cum profecti fuerint, immittam ſuper eos rete meum, ſicut volatilia cæli, & attraham & corripiam eos in auditionem tribulationis eorum.* In ſupremam quippe arrogantiam elatus * eſt contra beatiſſimum papam Nicolaum ſenioris Romæ, malitiæ ſuæ venenum evomuit: & falſos vicarios trium quaſi orientalium ſedium congregans, & concilium ſynodale, ut putabatur, conſtituens, & accuſatorum ac teſtium componens nomina, & perſonas ac verba formans, quæ ſingulis eorum quaſi aptari viderentur, qui in ſynodica judicatione inveniuntur, & quaſi monumenta horum libros falſidicos fingens, & ſcribens, atque componens, anathematizare præſumpſit prædictum beatiſſimum papam Nicolaum, & omnes communicatores ejus; ita ut ex hoc etiam univerſos qui ſub cælo erant pontifices & ſacerdotes, id eſt & ceteras patriarchales ſedes, & omnem ſacrum catalogum qui ſub ipſis degit, ſub eodem comprehenderet anathemate. Erant enim omnes certiſsime communicatores prælati pontificis, in quibus eum & qui cum ipſo ſunt propheticus ſermo redarguens & diffamans, ita dicit: *Multiplicaverunt, ut impie agerent, & legerunt ſoris leges, & invocaverunt confeſſionem.* Et rurſus: *Et meditati ſunt in corde ſuo ſermones injuſtos, & poſuerunt retrorſum judicium, & juſtitia longe receſſit ab eis: quia conſumpta eſt in viis eorum veritas: & per vias rectas non potuerunt tranſire, & veritas ſublata eſt: & tranſtulit mentem ſuam, ut non intelligeret. Et qui declinat a malo, impugnatur: & vidit Dominus, & non placuit ei, quia non erat judicium.* Et rurſus: *Hæc dicit Dominus, ſuper tribus impietatibus Juda, & ſuper quatuor non convertam eum, pro eo quod repulerunt legem Domini, & præcepta ejus non cuſtodierunt.* Hunc itaque qui ſic affectavit, & talibus ac tot conatibus & temeritatibus turbavit & concuſſit totam ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiam, & nullatenus converti ac pœnitere voluit, neque ſubdi decreto & judicio ſanctarum patriarchalium ſedium conſenſit, ut eum & multum ante anathematizavit beatiſſimus papa Nicolaus, ac deinde ſucceſſor ejus ſanctiſſimus Hadrianus papa, ita & ſancta hæc & univerſalis ſynodus reprobavit, & anathema magis ac magis mandavit, dicens ad eum ex perſona cunctorum Dei per Iſaiæ prophetæ vocem: *Quomodo veſtimentum in ſanguine coinquinatum non erit mundum*, ita nec tu eris mundus, quia eccleſiam Chriſti adulteraſti, & populum domini multis partibus & multis modis ſcandalizaſti & perdidiſti: eos autem qui ſe ſic non habent, ſed illi faventes adhærent, ſi quidem epiſcopi vel clerici ſunt, in perpetuum depoſitos fore præcipimus; monachos autem ſeu laicos anathematizamus, quouſque a ſua ſeductione atque malitia convertantur.

* Prophetam hic Zachariam deſignat, qui myſtice inter alia ſecundum veterem editionem dicit: *Romani lapides ſancti volvuntur ſuper terram ipſius.*

* *Forte*, & non acquieſcentem H.

* *Forte*, redundat verbum eſt. H.

*Act.* 5. *Oſee* 9. *Oſee* 12. *Abdias.* *Oſee* 7. *Iſa.* 59. *Amos* 2. *Iſa.* 9.

## NOTÆ EX EDITIONE ROMANA.

*Adnotatio Anaſtaſii Bibliothecarii.*

a *Inſcriptibilem.*) Omne incircumſcriptum & inſcriptibile eſt; Deus enim incircumſcriptus exiſtens nec ſcribitur: non autem omne inſcriptibile etiam incircumſcriptum; etiam anima hominis inſcriptibilis exiſtens, non eſt incircumſcripta: & contra, omne ſcriptibile etiam circumſcriptum eſt; quidquid enim per colores ſcribitur, & loco multum ante circumſcriptum eſt. non ergo circumſcriptum hoc eſt quod ſcriptibile, ſicut de anima hominis & ſimilibus ſentiendum eſt.

b *Stercoralis.*) Stercoralis nominis præſulatum ideo appellat hos quos nominavit, quia cum eſſent Conſtantini imperatoris, qui dicebatur Caballinus, tempore Conſtantinopoleos præſules, hæreſi ejus favorem peſſime commodabant.

c *Pheronymus.*) Pheronymus dicitur, qui verum & congruum ſibi fert nomen. Ergo Nicolaus, qui verum & idoneum actui ſuo nomen ferre viſus eſt, apte pheronymus dictus eſt. Nicolaus quippe vincens populos interpretatur,

tatur, vicit enim quippe recte non ſentientes, ſed inique agentes.

*Baſilius piiſſimus & Chriſti amantiſſimus imperator ad ſanctam ſynodum dixit.*

DIcat nunc ſancta & univerſalis ſynodus, ſi omnibus ſanctiſſimis epiſcopis concordantibus atque conſentientibus præſens terminus ſit depromptus. Oportet enim divina quæque cum univerſorum conſenſu & conſonantia in eccleſiaſticis prædicari & confirmari collegiis. Sancta ſynodus exclamavit: Omnes ita ſapimus: Omnes ita prædicamus: Omnes concinentes & conſentientes prompte ſubſcribimus: Hoc eſt veritatis judicium, Hoc eſt juſtitiæ decretum: Hæc eſt canonum expoſitio: Hæc eſt eccleſiaſticæ ordinationis defenſio: Hanc ſynodum zelator Deus congregavit: Sanctiſſimos vicarios ſenioris Romæ & aliarum trium patriarchalium ſedium ultionum Dominus in idipſum convocavit: Piiſſimum imperatorem noſtrum, & divinitus gubernandum dominum Deus direxit: Nos hæc ſynodica ligamenta & apoſtolica ſine ulla evacuatione cuſtodimus: Non jam locum habebit tyrannis eorum qui eccleſiæ injuriam inferunt: Non jam timore potentatum tenentium mundi violenter & coacte ad illicita labemur; Hæc ſancta & univerſalis ſynodus ſine ſcandalo de cetero conſervabit eccleſiam per gratiam omnipotentis Dei noſtri Jeſu Chriſti: Multos annos imperatorum Baſilii, Conſtantini, ac Leonis; multos annos: Baſilii orthodoxi imperatoris multos annos: Amatorem veritatis, Domine, conſerva: Renovatorem ac cuſtodem divinæ juſtitiæ, Domine, muni: Baſilio novo Conſtantino æterna memoria: Novo Theodoro æterna memoria: Novo Marciano æterna memoria: Novo Juſtiniano æterna memoria: Eudoxiæ piiſſimæ Auguſtæ multos annos: Eudoxiæ novæ Judith æterna memoria. Novæ Helenæ æterna memoria: Novæ Pulcheriæ æterna memoria: Deus conſervet imperium veſtrum; per vos univerſalis eccleſia pacem obtinuit: Princeps pacis Deus pacificet imperium veſtrum: Cæleſtis rex terreſtres conſervet: Photio invaſori & adultero Conſtantinopolitanorum eccleſiæ anathema: Gregorio Syracuſanæ, & Eulampio Apamiæ depoſitis, & veritatis apoſtatis & hoſtibus, anathema: Repulerunt divinarum juſtificationum agnitionem, repulit illos Dominus: Hadriani beatiſſimi papæ Romani & ſanctæ ac univerſalis ſynodi ſeptimæ Nicææ ſecundo celebratæ conſtitutoris æterna memoria: Germani, Taraſii, Nicephori, & Methodii venerabilium patriarcharum æterna memoria: Nicolai beatiſſimi papæ ſenioris Romæ æterna memoria: Propugnatoris veritatis æterna memoria. Hadriani beatiſſimi papæ Romani multos annos: Ignatii ſanctiſſimi patriarchæ Conſtantinopoleos multos annos: Theodoſii ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymorum multos annos: Michaelis ſanctiſſimi patriarchæ Alexandriæ multos annos. Sanctiſſimorum vicariorum ſenioris Romæ & aliorum patriarchalium ſedium multos annos: Sanctæ & magnæ ac univerſalis octavæ ſynodi æterna memoria: Photio & Gregorio ac Eulampio triplici funiculo nequitiæ anathema: Vivifica Trinitas trium typhum depoſuit: Omnibus conſentaneis & ſequacibus eorum anathema: Multos annos imperatorum Baſilii, & Conſtantini, & Leonis: Magnorum imperatorum & dictatorum multos annos: Eudoxiæ piiſſimæ Auguſtæ multos annos: Orthodoxorum imperatorum multos annos: Deus conſervet imperium ipſorum:



A Quiſquis eis tyrannis obſiſtere tentaverit, vel obſiſtentes nequam conſilium contra eos moventes comperiens minime propalaverit, anathema ſit a Patre & Filio & Spiritu ſancto, & eccleſia primogenitorum, qui ſcripti ſunt in cælis, & a ſanctis & univerſalibus octo conciliis.

*Baſilius piiſſimus imperator ad ſanctam & univerſalem ſynodum dixit:*

LIcet manifeſte laboraverit ſanctitas veſtra, tam inter loci capedine, quam temporis mora in munienda divinitus urbe noſtra conſervata; ſed magnis muneribus ac divitiis Chriſtus Deus noſter recompenſabit vobis condignas viciſſitudines, B & tranquilliſſimum & a Deo muniendum imperium noſtrum præſtabit vobis, quidquid ab eo expetieritis ad eccleſiarum veſtrarum commoditatem, & venerationis veſtræ conſolationem; ut & deinceps orationes & preces ſemper faciatis ad Dominum Deum pro univerſali ſtatu & continua pace ac ſalute tranquilliſſimi & mitiſſimi imperii noſtri. Et poſt lectionem termini, Baſilius piiſſimus, & Chriſto amabilis imperator ad ſanctam ſynodum dixit: Utique audiſtis quæ lecta ſunt; quid ergo videtur reverentiæ veſtræ? Bene expoſitus eſt terminus iſte? Placuit vobis canonum expoſitio? an eſt aliquid in mente veſtra ad ambiguam opinionem pertrahens? veram fecit allocutionem ad ſanctam hanc ſynodum imperium C noſtrum, & ſi conſpicitis bonum eſſe, legatur. Sancta & univerſalis ſynodus dixit: Quæ pertinent ad utilitatem eccleſiæ Dei legantur. Et aſcendens Leo famoſiſſimus regius protoſpatharius & a ſecretis, legit:

*Baſilius piiſſimus & Chriſto amabilis imperator dixit.*

MUltam quidem vexationem & laborem veſtra divinitus collecta pertulit ſanctitas, ſingulis vobis hinc inde confluentibus ad feliciſſimam urbem noſtram, cauſa eccleſiaſticæ ordinationis & conſtitutionis; pro qua etiam diuturnam in eo moram ſuſtinuiſtis, & propter quam multi D & ſenectutem contempſiſtis, & corporalem infirmitatem parvipendiſtis, & * exortes facti eorum, quæ requiei congruunt, toleraſtis, & diuturnam ſeparationem ſpiritualium filiorum veſtrorum magnanimiter pertuliſtis. Sed ecce dolorum & laborum veſtrorum videtis quam ſit finis ſuavis, & eccleſiæ Dei valde proficuus. Nam communis concurſus, & in Spiritu ſancto magnæ hujus & univerſalis ſynodi conſenſus, omne ſcandalum & offendiculum e medio removit eccleſiæ, hujuſque multi temporis procellas compeſcuit, & ad limpidam tranquillitatem traduxit. Gratias ergo agimus Domino, patres venerabiles, de omnibus bonis quæ nobis a Deo conceſſa ſunt, & admittimus etiam zelum veſtrum, qui ſecundum Deum E eſt; & optamus a munificentia magni Dei & regis univerſitatis opulentam retribui vobis mercedem, dolores veſtros & labores recompenſantem: pro quibus & tranquillitas noſtra feſtinabit reficere & animare vos, & omne deſiderium veſtrum implere. Juſtum autem duximus in omnium audientiam expreſſe fateri, pro communi omnium noſtrum munimine, & ſanctæ Dei eccleſiæ perſeveranti tranquillitate, propter eos qui communi invident felicitati; & vulnerantur quidem ſagitta ſerpentis ſuper eccleſiaſtica ordinatione, congratulantur autem ejus commotioni & æſtui, atque delicias exiſtimant, ſi viderint eam in tempeſtate flu-

* alias fortes facti eorum, quæ, &c.

ANNO CHRISTI 870.

ACT. X. CON. VIII GENER.

fluctuantem. Talibus ergo expreſſe hodie dicimus: Quiſquis habet aliquid adverſus hanc ſanctam & univerſalem ſynodum dicendum, vel contra hujus canones, aut terminum, ſtet in medio, & quæ ſibi videntur, dicat, ſive epiſcopus ſit ſive quiſquam de eccleſiaſtico clero, ſive laicus, aut ex iis qui civilibus officiis mancipantur, exiſtat; quamquam non datum ſit iſtis ſecundum canonem dicendi quidquam penitus de eccleſiaſticis cauſis: (opus enim hoc pontificum & ſacerdotum eſt) ſed ex abundanti, omne os iniquum obſtruere volentes, licentiam præſtamus omnibus, ut qui in mente habet quid ambiguum de his quæ decreta ſunt ab hac ſancta ſynodo, hoc in medium exhibeat, & ſuſcipiat ſatisfactionis ſalubre remedium. Non modicum certamen certavimus, neque labori cuilibet ceſſimus, ut & ipſi nobiſcum noſtis, ad congregandum eos qui a Romana & ab orientalibus patriarchalibus ſedibus convenerunt: quos conducere multi quidem & ante nos conati ſunt, ſed nullo modo valuerunt. Non modicam vexationem & contritionem etiam Deo amantiſſimi ſummi ſacerdotes ſuſtinuerunt, a longe concurrentes ad ſanctæ hujus ſynodi tractatum: qui ergo habet quid dicendum, dicat, dum hæc celebratur. Nam, ſoluta ſancta & univerſali ſynodo, qui apparuerit eccleſiæ Dei contradicens, aut non communicans ei, ſive epiſcopus ſit, ſive abſolute ſacerdos, ſive dignitate aliqua præditus, vel aliter converſatus, veniam ab imperio noſtro minime conſequetur; ſed juſte condemnabitur, & a civitate noſtra pelletur ut corruptor & peſtilens, & membrum putridum & inutile, & commune corpus eccleſiæ violans. Vos autem amatores virtutum, & Deo amiciſſimi ſummi ſacerdotes, qui epiſcopali decoramini dono, ſinguli commonere proprium gregem, & ad ſalutem ducere ne pigritemini, demonſtrantes quantum malum ſit, eos, eccleſia Dei manente in tranquillitate, ab illa deſilire, & contra eos qui præſunt animabus ſuis inſanire, & divinis myſteriis propter irrationabiles ſeu viles occaſiones ſeſe coercere. Et quidem ſubjectum vobis gregem per unumquemque dominicum diem verbis doctrinæ confirmantes, ad divinarum voluntatum dirigite perfectionem: eos vero qui errore hæreſeos cujuſquam detinentur, tamquam paſtores boni convertite. Noverit enim virtutibus plena perfectio veſtra, quia ſi notum fuerit nobis, quod hæreſis quæcumque in provincia cujuſquam veſtrum latitans, non per aſſiduam doctrinam veſtram radicitus evellatur, & omnes ad orthodoxam fidem * menu ducantur, canonice hujuſmodi epiſcopus a proprio patriarcha condemnabitur: * & ſacris quidem doctrinis atque admonitionibus taliter ſacratiſſimus grex veſter per paſcua ſalutaria paſcatur. Ipſi autem in alterutrum pacifici eſtote, & eccleſiæ vinculum indiſruptum conſervate, in quo laboraſtis & concordaſtis, quodque verbo & manu in præſenti ſancta & univerſali ſynodo confirmaſtis, ne per contentionem, & pertinaciam mutuam, diſruptionem rurſus communis eccleſiæ corporis faciatis, & non habeatis veniam in die juſtiſſimæ retributionis; ſed amicitia veſtra & conſenſus ſit ad ordinationem totius ovilis diſtrictiſſima norma: in vos contemplentur ſubditi, quemadmodum pictores ad principalia, & ad vitam veſtram & mores, ſeu converſationem moderari * probantur. Sed & qui in clero deputati eſtis eccleſiæ Dei, eamdem conſervate conſtitutionem, & alternam concordiam, in nullo declinantes, vel præter quæ ſancita ſunt Spiritu ſancto, ab hac magna & univerſali ſynodo prædicantes. Nam & ipſi in omnibus conveniſtis, & ſole clarius veritatem reſplendere vidiſtis, in quam & conſenſiſtis, & concordantes apparuiſtis. De vobis autem laicis, tam qui in dignitatibus, quam qui abſolute converſamini, quid amplius dicam non habeo, quam quia nullo modo vobis licet de eccleſiaſticis cauſis ſermonem movere, neque penitus reſiſtere integritati eccleſiæ, & univerſali ſynodo adverſari. Hoc enim inveſtigare & quærere patriarcharum, pontificum, & ſacerdotum eſt, qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, qui ligandi & ſolvendi poteſtatem habent: qui eccleſiaſticas & cæleſtes adepti ſunt claves: non noſtrum qui paſci debemus, qui ſanctificari, qui ligari, vel a ligamento ſolvi egemus. Quantacumque enim religionis & ſapientiæ laicus exiſtat, vel etiam ſi univerſa virtute interius polleat, donec laicus eſt, ovis vocari non deſinet: rurſuſque quantacumque epiſcopus ſit irreverentia & * religioſitate plenus, & nudus omni virtute, donec antiſtes eſt, & veritatis verbum recte prædicaverit, paſtoris mentionis & dignitatis damna non patietur: quæ ergo nobis ratio eſt in ordine ovium conſtitutis paſtores verborum ſubtilitate diſcutiendi, & ea quæ ſuper nos ſunt quærendi & ambiendi? Oportet nos cum timore & fide ſincera hos adire, & a facie eorum vereri, cum ſint miniſtri Domini omnipotentis, & hujuſmodi formam poſſideant: & nihil amplius quam ea quæ ſunt noſtri ordinis requirere. Nunc autem videmus adeo multos malitia in inſaniam accendi, ut obliviſcentes proprii ordinis, & quod pedes ſint minime cogitantes, legem ponere velint oculis, non ut natura ſe habet, ſed ut ipſi cupiunt, & ſinguli ad accuſandum quidem majores exiſtunt ſemper promptiſſimi, ad corrigendum autem quidquam eorum in quibus accuſantur & criminantur pigerrimi. Sed moneo & exhortor omnes qui tales ſunt, ut maledictum & alternum odium avertentes, & judicare judices deſinentes, attendant ſibi, & ſecundum divinam voluntatem converſari contendant. Nam non quieſcit ſupernum judicium, ſed contra diſſidentes divinus furor ſtillabit, & ultionem juſtam opere cunctis oſtendet. Oramus autem ſuper omnia ſanctum Deum omnes melioratos, & ſecundum beneplacentem ſibi voluntatem clareſcentes, non ſolum a divina ira intentatos manſuros, ſed æterna bona conſecuturos orationibus & interceſſionibus ſanctiſſimæ dominæ noſtræ Dei genitricis, & omnium ſanctorum, & precibus ac obſecrationibus ſanctæ hujus & univerſalis ſynodi. Amen.

* alias reducantur.
* Forte, ut.
* For. probentur. H.
* Forte, irreligioſitate. H.

Et poſt lectionem Baſilius amicus Chriſti & magnus imperator dixit: Dicat nunc, quicumque voluerit ex ſedentibus in hac ſancta & univerſali ſynodo, in quo iſtorum hæſitet vel ambigat quæ nunc lecta ſunt. Sancta ſynodus exclamavit: Omnibus placent quæ lecta ſunt: Omnes eiſdem ipſis concordamus: Omnes libenter ſubſcribimus. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Quoniam providentia Dei in proſperum finem omnia eccleſiæ devenerunt negotia, oportet nos & in ſcriptis manu propria hæc roborare, ſecundum ſynodicam conſequentiam. Unde volumus ut ſubſcribant primitus Chriſti amatores imperatores, & deinde ſecundum ordinem ſancta hæc ſynodus. Baſilius piiſſimus & Chriſti amicus imperator dixit: Tranquilliſſimum imperium noſtrum ſecutum præcedentes & juſtiſſimos imperatores, Conſtantinum videlicet magnum, & Theodoſium, & Marcianum, ac ceteros, vult ſubſcribere poſt ſubſcriptionem omnium Deo amabilium epiſcoporum. Sed quoniam poſtulat præferri nos ſanctitas veſtra, ſub-

ſubſcribam poſt ſubſcriptionem omnium ſanctiſſi- A morum vicariorum: edocti enim ſumus a Chriſto vero Deo noſtro habere exaltantem humilitatem. Et poſt hoc accipiens Donatus ſanctiſſimus epiſcopus Oſtiæ, ſubſcripſit in quinque libris, & deinde Stephanus epiſcopus Nepæ, & Marinus diaconus reverendiſſimus, * & honorabiliſſimi vicarii ſenioris Romæ: deinde Ignatius ſanctiſſimus patriarcha Conſtantinopoleos, deinde Joſeph reverendiſſimus archidiaconus & vicarius ſedis Alexandriæ, deinde Thomas reverendiſſimus metropolita Tyri, & locum retinens ſedis Antiochiæ: & deinceps Helias Dei cultor monachus & presbyter ac ſyncellus atque vicarius ſedis Hieroſolymorum. Et poſt hos piiſſimi & amatores Chriſti imperatores Baſilius & Conſtantinus, figentes qui- B dem propria manu in quinque voluminibus pretioſæ crucis figuram, Baſilio magno Imperatore, ſimiliter etiam & Conſtantino figente crucem pro ſe & pro fratre ſuo Leone, ſubſcribente quoque nomina trium imperatorum propria manu, & ſubſcriptionis reſiduum ſubſcribente Chriſtophoro protoaſecretis, & * præpoſito caniculi: deinde ſubſcripſerunt univerſi epiſcopi ſecundum proprium ordinem in quinque voluminibus. Poſt hæc interrogati magiſtri & omnes patricii, quid de ſancta & univerſali ſynodo exiſtimarent, vel quomodo eam ſubſcriberent, Theodorus magnificentiſſimus proconſul & magiſter dixit ita: Omnia quæ facta ſunt a Photio contra ſanctiſſimum patriarcham noſtrum Ignatium, & contra beatiſſi- C mum papam Nicolaum, anathematizans, & hanc ſanctam & univerſalem ſynodum ſuſcipiens, recipio quos recipit & anathematizo quos anathematizat. Si vere recepero aliquando quos ſynodus abjicit, anathema ſim a Chriſto. Similiter Chriſtophorus magnificentiſſimus patricius & præpoſitus dixit: Omnia quæ facta ſunt a Photio contra ſanctiſsimum patriarcham Ignatium, & contra ſanctiſsimum papam Nicolaum, anathematizans, & hanc ſanctam & univerſalem ſynodum ſuſcipiens, ſuſcipio quos recepit, & anathematizo quos anathematizat. Si vero recepero aliquando quem ſynodus abjicit, anathema ſim a Chriſto. Et deinceps unuſquiſque prænominatorum in ſeſſione patriciorum ſecundum hæc edidit, ore D proprio per vivam vocem, ſenſum ſuum, velocibus ſcriptoribus excipientibus quæ dicebantur ab unoquoque ipſorum, quæ etiam lecta ſunt in audientiam omnium per Leonem a ſecretis, coram ſancta & univerſali ſynodo voce grandi. Et poſt ſtans in medio Stephanus Deo amabilis diaconus & notarius ſuperlaudavit ita: Multos annos imperatorum Baſilii, Conſtantini ac Leonis: Magnorum principum & imperatorum multos annos: Eudoxiæ piiſsimæ Auguſtæ multos annos: Multos annos imperatorum

* Dele & H.

* Præpoſitus caniculi apud Græcos eſt, qui curam & cuſtodiam gerit caniculi, id eſt, atramentarii, ex quo imperator phœniceas literas ſcribit in chartis.

## SUBSCRIPTIONES.

Ego Donatus gratia Dei epiſcopus ſanctæ Oſtienſis eccleſiæ, locum obtinens domini mei Hadriani ſummi pontificis & univerſalis papæ, omnia quæ ſuperius leguntur, huic ſanctæ & univerſali ſynodo præſidens, uſque ad voluntatem ejuſdem eximii præſulis promulgavi, & manu propria ſubſcripſi.

Ego Stephanus gratia Dei epiſcopus ſanctæ Nepeſinæ eccleſiæ, locum obtinens domini mei Hadriani ſummi pontificis & univerſalis papæ, omnia quæ ſuperius leguntur, huic ſanctæ & univerſali ſynodo præſidens, uſque ad voluntatem ejuſdem eximii præſulis promulgavi, & manu propria ſubſcripſi.

Ego Marinus ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ diaconus, locum obtinens domini mei Hadriani ſummi pontificis & univerſalis papæ, omnia quæ ſuperius leguntur, huic ſanctæ & univerſali ſynodo præſidens, uſque ad voluntatem ejuſdem eximii præſulis promulgavi, & manu propria ſubſcripſi.

Ignatius miſericordia Dei epiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ ſanctam hanc & univerſalem ſynodum ſuſcipiens, & omnibus quæ ab ea judicata & ſcripta ſunt concordans, & definiens, ſubſcripſi manu propria.

B Joſeph miſericordia Dei diaconus, & vices agens Michaelis ſanctiſſimi patriarchæ Alexandriæ, ſanctam hanc & univerſalem ſynodum ſuſcipiens, & omnibus quæ ab ea judicata & ſcripta ſunt concordans, & definiens, ſubſcripſi manu propria.

Ego Thomas miſericordia Dei metropolita Tyri, & vices gerens ſedis Antiochiæ, ſanctam hanc & univerſalem ſynodum ſuſcipiens, & omnibus quæ ab ea judicata & ſcripta ſunt concordans, & definiens, ſubſcripſi manu propria.

Ego Helias miſericordia Dei presbyter & ſyncellus, locum complens apoſtolici throni, ubi patriarcha eſt Theodoſius Hieroſolymorum, ſanctæ Chriſti Dei noſtri civitatis, inſtar ceterorum C vicariorum, omnibus quæ in ſancta hac & univerſali ſynodo geſta ſunt concordans, & definiens, manu propria ſubſcripſi.

Baſilius, Conſtantinus, & Leo, perpetui Auguſti, in Chriſto Dei fideles principes Romanorum, & magni imperatores, ſanctam hanc & univerſalem ſynodum ſuſcipientes, & omnibus quæ ab ipſa definita & ſcripta ſunt concordantes, ſubſcripſimus manu propria.

Baſilius miſericordia Dei archiepiſcopus Epheſi omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Theodulus miſericordia Dei archiepiſcopus Ancyrorum omnia quæ in ſancta & univerſali ſy- D nodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Barnabas miſericordia Dei epiſcopus Cyzici omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Baſilius miſericordia Dei metropolita Chalcedonis omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Nicephorus miſericordia Dei metropolita Amaſiæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Baſilius miſericordia Dei metropolita Gangren- E ſium omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria

Nicephorus miſericordia Dei metropolita Niceæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Cyprianus miſericordia Dei metropolita Claudiopoleos omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Joannes miſericordia Dei metropolita Pergæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata

Non te ſcandalizet ſubſcribentium paucitas, quia dum Photius ſua tyrannidem exercuiſſet, & pene omnes a piis deceſſoribus ſuis ſacratos depoſuiſſet, & in loca eorum ſautores ſuos tantummodo provexiſſet, quorum nullus in hac ſynodo eſt receptus, iſti ſoli ex priorum patriarcharum conſecratione ſuperſtites ſunt inventi. Verum quotquot ſub Nicolao & Hadriano ſummis pontificibus epiſcopi fuerunt, hujus ſynodi ſenſui conſenſerunt; licet hac paucitas gregi illi pio ſui

ANNO CHRISTI 869.

ta ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Stylianus miſericordia Dei metropolita Neocæſareæ omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Juſtitia compatetur, cui dominus dicit: *Nolite timere puſillus grex*, &c.

Theodorus miſericordia Dei archiepiſcopus Theſſalonicæ omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Nicolaus miſericordia Dei metropolita Myrorum omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Siſinnius miſericordia Dei metropolita Laodiceæ omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Niceta miſericordia Dei metropolita Athenarum omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Nicolaus miſericordia Dei metropolita Synadorum omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

* Stylianus miſericordia Dei metropolita Iconii omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

* *alias* Theophylactus.

Hilarius miſericordia Dei metropolita Corinthi omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Michael miſericordia Dei metropolita * Rhodi omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter, &c.

* *alias* Celithi.

Ignatius miſericordia Dei metropolita Hierapoleos omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Euthymius miſericordia Dei metropolita Lariſſæ, omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Metrophanes miſericordia Dei metropolita Smyrnæ omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Michael miſericordia Dei archiepiſcopus Biziæ omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Joannes miſericordia Dei archiepiſcopus Pompejopoleos omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Paulus miſericordia Dei archiepiſcopus Apamiæ omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Gregorius miſericordia Dei archiepiſcopus Parii omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Jacobus miſericordia Dei archiepiſcopus Methymnæ omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Stephanus miſericordia Dei archiepiſcopus Amaſtridis omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

ACTIO X. CONC. VIII. GENER.

A Joannes miſericordia Dei archiepiſcopus Cii omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Joannes miſericordia Dei archiepiſcopus * Ruſſii omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

* Ruſai *in aliis* X. H.

Stephanus miſericordia Dei archiepiſcopus Cypſallorum omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Euphemianus miſericordia Dei archiepiſcopus Euchaitorum omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

B Baſilius miſericordia Dei archiepiſcopus Miſthiæ omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Photius miſericordia Dei archiepiſcopus Nacoliæ omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Theophanes miſericordia Dei archiepiſcopus Selgæ omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Marcianus miſericordia Dei archiepiſcopus Thebarum omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

C Hypatius miſericordia Dei archiepiſcopus Garihelæ omnia quæ in ſanctâ, &c.

Leontius miſericordia Dei archiepiſcopus Neapoleos omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Theophanes miſericordia Dei epiſcopus Tralleos omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Micheal miſericordia Dei epiſcopus Adramiti omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi

D manu propria.

Stephanus miſericordia Dei epiſcopus Pyrgi omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Niceta miſericordia Dei epiſcopus Photiæ omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Nicolaus miſericordia Dei epiſcopus Nyſſæ omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Joſeph miſericordia Dei epiſcopus * Anchorum omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi

* Aneorum.

E manu propria.

Athanaſius miſericordia Dei epiſcopus Magneſiæ omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Ignatius miſericordia Dei epiſcopus Timonis omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Arſapius miſericordia Dei epiſcopus Erythreæ omnia quæ in ſanctâ & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Ma-

ANNO CHRISTI 870.

Macarius miſericordia Dei epiſcopus * * Elizomenæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

* Chyſomenæ.
* Pr., Clazomenæ H.

Philetus miſericordia Dei epiſcopus Tabiæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Ignatius miſericordia Dei epiſcopus Juliopoleos omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Nicephorus miſericordia Dei epiſcopus Aſponis omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Siſinnius miſericordia Dei epiſcopus Berinopoleos omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Taraſius miſericordia Dei epiſcopus Nicopoleos omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Nicolaus miſericordia Dei epiſcopus Adramiæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Petrus miſericordia Dei epiſcopus Palæorum omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Damianus miſericordia Dei epiſcopus Miletopoleos omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Gregorius miſericordia Dei epiſcopus Tripoleos omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Theodorus miſericordia Dei epiſcopus * * Rurippi omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

* al. Rureppi.
* Pr., Euripi. H.

Arſenius miſericordia Dei epiſcopus Aureliopoleos omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Xenophon miſericordia Dei epiſcopus Milaſſi omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Leo miſericordia Dei epiſcopus Daphnuſiæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Baſilius miſericordia Dei epiſcopus Hadrani omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Conſtantinus miſericordia Dei epiſcopus Numericorum omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Stephanus miſericordia Dei epiſcopus Gordoſervorum omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Georgius miſericordia Dei epiſcopus Daſcillii omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Paulus miſericordia Dei epiſcopus Hyberorum omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

ACTIO X. CON. VIII. GENER.

Michael miſericordia Dei epiſcopus Leontopoleos omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Anthes miſericordia Dei epiſcopus * Hiunopoleos omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

* Al. Ioinoleos.

Paulus miſericordia Dei epiſcopus Melæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Germanus miſericordia Dei epiſcopus * Ectri omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

* Hectorei al. Cyri.

Joſeph miſericordia Dei epiſcopus Berræ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Baſilius miſericordia Dei epiſcopus Zuruli omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Meletius miſericordia Dei epiſcopus Heracliæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens, &c.

Conſtantinus miſericordia Dei epiſcopus Tii omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Coſma miſericordia Dei epiſcopus Hadrianopoleos omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Baſilius miſericordia Dei epiſcopus Cratiæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Euſtachius miſericordia Dei epiſcopus Æmoniæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Euthymius miſericordia Dei epiſcopus Sebaſtæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Conſtantinus miſericordia Dei epiſcopus Synai omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus Tampſi omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus Polemonii omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Nicephorus miſericordia Dei epiſcopus Neapoleos omnia quæ in ſancta & univeſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Michael miſericordia Dei epiſcopus Melitopoleos omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Theophanes miſericordia Dei epiſcopus Azameorum omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Ignatius miſericordia Dei epiſcopus Dorylæi A omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Conſtantinus miſericordia Dei epiſcopus Auguſtopoleos omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Cericus miſericordia Dei epiſcopus Gordoriniæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Paulus miſericordia Dei epiſcopus Bareos omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Leo miſericordia Dei epiſcopus Seleuciæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Baſilius miſericordia Dei epiſcopus Adadorum omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Nicolaus miſericordia Dei epiſcopus Docimii omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter, &c.

Theognoſtus miſericordia Dei epiſcopus Parnaſſi omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Georgius miſericordia Dei epiſcopus * Zetunii omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

* *Supra*, Tutitani. H.

Theoclitus miſericordia Dei epiſcopus Lacedæmoniæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Nicephorus miſericordia Dei epiſcopus Crotonæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Nicephorus miſericordia Dei epiſcopus Zacynthi omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Georgius miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ Cyriacæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Gregorius miſericordia Dei epiſcopus Meſinæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria

Demetrius miſericordia Dei epiſcopus Scyllatii omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Michael miſericordia Dei epiſcopus Cercyri omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Leo miſericordia Dei epiſcopus * Agalaſſi omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

* *Pro* Sagalaſſi H

Leontius miſericordia Dei epiſcopus Rhegii omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.

Paulus miſericordia Dei epiſcopus Taurianæ omnia quæ in ſancta & univerſali ſynodo judicata ſunt & definita libenter ſuſcipiens ſubſcripſi manu propria.



*Epiſtola encyclica ſanctæ ac univerſalis octavæ ſynodi.*

E*Xultate Domino adjutori noſtro, jubilate Deo Jacob: & laudationes Dei in portis filiæ Sion annuntiate alacrius & ſufficientius.* Debitum eſt, cariſſimi fratres, ad reverentiam veſtram dicere cum propheta David, & rurſus cum propheta Nahum affari: *Quia ecce veloces pedes evangelizantis & annuntiantis pacem: Celebra Juda feſtivitates tuas, redde Deo vota tua, pro eo quod non adjicient ultra, ut tranſeant in vetuſtatem. Conſummatum* B *eſt, ſublatum eſt, aſcendit inſufflans in faciem tuam, eximens de tribulatione: eo quod vertit Dominus contumeliam Jacob, quemadmodum contumeliam Iſrael.* Quid enim aliud gratius, vel quæ ſpecialis exultationis ac dilectionis materia, ſeu conciliatio eſt, quam videre libere agentem ultionum Dominum, & ſuperbis retributionem juſtam & convenientem, & zelotem Dominum vindicantem inimicos ſuos? Propter hoc enim dicit & pſalmiſta: *Lætabitur juſtus, cum viderit vindictam:* lætabitur autem, non profecto quia fidei adverſantium caterva perit, & in peccato ſuo moritur impius; ſed quia contritam videt peccatorum virgam, ne & juſti manus ſuas ad iniquitates extendant, tranquillam injuſtitiam magis, quam di- C vinam juſtitiam intuentes, & mendacium adverſus veritatem continuo prævalere videntes. Ac per hoc veniant ad mentem illam, & cogitationes * ſuas propheta Malachias inſinuat dicens: *Quia invaluerunt ſuper me, dicit Dominus, verba veſtra: Et dixiſtis: Quid locuti ſumus contra te? Et dixiſtis: Vanus eſt, qui ſervit Domino: Et quod emolumentum quia cuſtodivimus præcepta ejus, & quia ambulavimus triſtes coram Domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes; ſiquidem ædificati ſunt facientes impietatem, & tentaverunt Deum, & ſalvi facti ſunt. Tunc locuti ſunt timentes Deum, unuſquiſque proximo ſuo: Et audivit Dominus, & attendit, & ſcriptus eſt liber monumenti coram eo, timentibus Deum, & cogitanti-* D *bus nomen ejus. Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium: & parcam eis, ſicut parcet vir filio ſuo ſervienti ſibi: & convertimini, & videbitis quid ſit inter juſtum & impium, & inter ſervientem Domino & non ſervientem ei.* Jubilet enim univerſa Chriſti & ſalvatoris noſtri eccleſia, & gratificans ei glorificationes decantet, iterum clamans cum propheta David: *Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis.* Qui enim dixit ad ſanctos diſcipulos & apoſtolos ſuos: *Et ecce ego vobiſcum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi;* & ait ad Petrum apoſtolorum principaliſſimam ſummitatem: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & por-* E *tæ inferi non prævalebunt adverſus eam:* multoties alias inferi portas, apertas contra eccleſiam, & devorare eam tentantes, obſtruxit, contrivit, atque deſtruxit, hæreticas videlicet opiniones, & iniqua conamina, quæ in præteritis generationibus per ſua tempora ſunt exorta, ſed nihilo minus & in inſtantibus temporibus inferno proprium os contra eccleſiam Chriſti aperiente, & dilatante, ſimili parique modo protector ejus factus eſt Chriſtus Deus noſter, qui deſponſavit eam, & ora loquentium iniqua multifarie multiſque modis obſtruxit, & hanc ab eorum læſione & peſtilentia liberavit. Is enim qui formam quidem pie-

*Pſal.* 80.
*Nahum.*
*Pſal.* 57.
* *Forte*, quas propheta H.
*Malach.* 3.
*Pſal.* 144.
*Matth.* 28.
*Matth.* 16.

ANNO CHRISTI 870.

pietatis habere ſimulabat, virtutem autem ejus abnegabat, & ſecundum antiphraſeos tropum Photius appellabatur, multa & varia quidem ab ætate impubi contra eam adinvenit molimina, ſtolidis & nequam ſchiſmaticis concordans, atque concinans, & perſuaſoriis verbis multos ab ea ſequeſtrans, & in laqueum perditionis attrahens: vocari autem Rabbi præter ætatem tota virtute tentans, quibuſdam propriis ſcriptis & chirographis, ſicut ſe, ſimpliciores quoque, quin potius leviores ſub prætextu quaſi diſcendæ diſciplinæ dialecticæ vinciebat: eſſet profecto ipſe inſipiens, & omni privatus intelligentia, quemadmodum divina ſcriptura teſtatur, evidenter aſſeverans: *Dixit Dominus homini, ecce pietas & ſapientia, abſcedere autem a malis diſciplina.* Et iterum: *Initium ſapientiæ timor Domini: intellectus autem bonus omnibus facientibus eum.* Non enim tantum ipſe non abſceſſit a malis, vel præter canonicas ſanctiones pepercit, cum eſſet laicus, didaſcalicum ſibi nomen imponere, & ſeparari a Chriſti eccleſia, ſed & Deum colere volentes, omni machinamento uſus, alienos conſtituere a juſto voto feſtinavit; ut in illo impleretur aperte dominicum eloquium, quod aſſerit: *Væ vobis, ſcribæ & Phariſæi; quia vos non intratis in regnum Dei, ſed intrantes prohibetis*; inſuper & peccatum ſuper peccatum copulans, perſtruxit ut expelleretur ab eccleſia legitimus & canonicus illius pontifex, & ſummus pontifex, paſtor ſanctiſſimus patriarcha Ignatius: & latronis more, atque adulter, in illius ſedem ingreſſus, multam quidem tempeſtatem adverſus eum commovit: plures autem procellas & æſtus contra reſiſtentes ſibi, & propugnatores veritatis, & valentiorem turbationem, & tumultum ſæviſſimum, in omnem locum qui ſub cælo eſt diſperſit: præ omnibus, in paſtorem quidem magnum, deinde vero contra minoreſque paſtores, ſecundum propheticum affatum, extendens propriam manum, percutientem eos & flagellantem, & varie ac diverſe affligentem, & coarctantem, & modo quidem potentes deponens de ſedibus, modo vero carceri & cuſtodiæ mancipans, & per diuturnam famem morti tranſmittens: nonnunquam etiam longiſſimis & ſævis exiliis relegans, & ad ipſas abigens orbis extremitates: nonnunquam vero cænoſis & fœtidis ac tenebroſis locis, quæ mortis umbram convenit dici, concludens, poſſeſſiones diverſas auferens, caſas in montibus virtuti operam dantium & philoſophantium comburens, &, ut abſolute dicatur, omnem afflictionem & tribulationem faciens corpori Chriſti & Dei, qui eſt caput omnium noſtrum: non enim habens ex aliqua beneficentia qualemcumque reverentiam vel ad ſui receptionem de hujuſmodi conatibus & temeritatibus, ſtabiliri ſe præter rationem oportere putabat, cum eſſet bonorum inexpers, & veraciter imperitus. Nam qui convertit prudentes retrorſum, & conſilium eorum infatuat, ut ait propheta, convertit eum, & omnia ſtudia, quæ quaſi ad propriam commoditatem paraverat, ad confuſionem & opprobrium, & everſionem, atque ruinam: quanto enim ille perſuadebat ſibi quæ ad propriam ſecuritatem pertinere videbantur, tanto magis omnia proſpiciens oculus, ea in contrariam opinionem vertebat, oſtendens eum de die in diem, ut terebinthum abjectis foliis, & ſicut hortum aquam penitus non habentem. Sed quoniam ad beatiſſimum papam Nicolaum ſenioris Romæ epiſtolas & legatos ſæpe mittens, & hunc judicem ſuum eligens, & proponens, & omnia quæ pertinebant ad juſtificationem ſui, & ad ſanctiſſimi patriarchæ condemnationem, ſicut voluit ipſe, ſine impedimento dicens; quoties miſit, toties ab eo reprobatus & condemnatus, & ut thronum Conſtantinopolitanum, utpote alienus, dimitteret, prorſus audivit, præſertim vivo adhuc legitimo eccleſiæ viro.

Job. 28. 28 ex Græco.

Pſal. 110.

Luc. 11.

ACTIO X CON. VIII. GENER.

Ad extremum autem non obaudiens, a Chriſto, & ab apoſtolis accepit anathema. Tunc ergo, tunc amplius furens, & a ſuis ſenſibus, & ab omni rationabili mente procul effectus, linguam exacuit etiam adverſus eumdem, beatiſſimum videlicet papam, & quemadmodum fabulæ hippocentauros & tragelaphos fingunt & formant, ita quoque & ipſe ſtercorales quoſque & ſubulcos a plateis, & * cujus conducens viros, & vicarios eos aliarum trium ſedium appellans, atque proponens, præſumpſit ſynodale imaginari judicium perſonas accuſantium & accuſatorum & teſtium, & imperatorum, & magnatum, & metropolitanorum, quaſi inſuſpectas fingens & ſimulans, & hujuſcemodi, ut putabat, depoſuit inverecunde, & anathemati ſubmiſit beatiſſimum papam Nicolaum, & omnes illi communicantes, neque ſummitati ejus, neque, quod magis eſt, eccleſiæ quæ a finibus uſque ad finem conſtat ullo modo) parcens, quæ videlicet Deo accepto illi & Chriſti imitatori & magno pontifici procul dubio communicabat. Sed ſcientiarum Dominus, & manifeſtas ejus nequitias, & quæ latenter fecerat opera tenebrarum, id eſt libros vaniloquos, quos ficte contra beatiſſimum papam illum conſcripſerat intuens, unde dicit propheticus ſermo: *Oculi Domini excelſi aperti in omnes vias hominum, ut det unicuique ſecundum viam ſuam, & ſecundum fructus adinventionum ejus*, commiſit imperatorum regnum principatum Baſilio pheronymo domino, de quo affari liquido univerſitatis Deum arbitramur: *Inveni virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas*, ſecundum beatum regem David. Hic enim meditationem ponens in corde ſuo ambulare ſecundum viam Dei, & cuſtodire mandata ejus, maxime vero experimentum habens eorum quæ nuper injuſte & inique acta ſunt, clara quæque & certa ſibi eorum quæ non apparebant fecit indicia. Et egregios quidem epiſcopos, & ductores monachici ordinis, disjunctos hinc & diſperſos aſpiciens, nec non & eos qui in ſolitaria vita poſiti angelicam & cæleſtem ſincere converſationem dirigebant, quinimmo & illos qui poteſtate ac potentatu præditi bonas opiniones ferebant, execrari pervaſorem & adulterum, veluti aliam quamdam abominationem deſolationis intuens, &, quod omni ratione dignius & præſtantius eſt, videns quod ſenior Roma projiceret eum, & crebris redargutionis ſuæ verbis, tamquam quibuſdam jaculis, ſauciarit, tranſmiſit ocius hunc ad debitum ſibi ignominiæ locum, & throno Conſtantinopoleos proprium pontificem ſecundum ſynodicum judicium ſanctiſſimæ Romanorum eccleſiæ reſtituit: ad manifeſtiorem autem veritatis ſatisfactionem, & certitudinem etiam, loci ſervatores ex omnibus patriarchicis ſedibus convocavit, & omnem nihilo minus epiſcoporum catalogum, qui ſub throno Conſtantinopoleos degit, adduxit, qui gratia & cooperatione Domini Chriſti Dei noſtri & ſanctione ac ſolicitudine ejuſdem Chriſti amatoris imperatoris, hanc magnam & univerſalem celebrantes ſynodum, & cum multo ſcrutinio & probatione quæ acta ſunt examinantes, reperimus & advertimus, quod injuſte, & extra rationem, & præter divinas leges ac jura, ſanctiſſimus patriarcha

* f. vicis.

Jerem. 32. 19 ex Græco.

1. Reg.

Ignatius a Conſtantinopolitanorum eccleſia ſit amotus, & injuſte, & extra rationem, & præter divinas leges ac jura, in eam pro ipſo introductus ſit Photius, & e contra rationabiliter, & juſte, ac diſcrete, ſeu canonice, atque ſynodice, receperit proprium thronum ſæpe memoratus ſanctiſſimus patriarcha Ignatius: & rationabiliter, & juſte, ac diſcrete, ſeu canonice, atque ſynodice projectus ſit Photius; ita ut opportune audire valeat a prophetæ voce dicente. *Quemadmodum feciſti, ita erit retributio tua*: retribuetur tibi in caput tuum. Igitur ſancta hæc & univerſalis ſynodus, ſæpe adducens pervalorem Photium, & per multas & diverſas interrogationes depoſcens, quo patenter confiteretur * ſuperationem ſuam, & humiliaretur in conſpectu gloriæ Dei, & magnitudinis patriarchalium ſedium, aut, ſi hoc nollet, loqueretur aliquid, & duceret excuſationis verba ad propriam ſtabilitatem & juſtificationem; deprehendit eum inexcuſabilem in modis omnibus, abſque voce, ac per opera ſua infirmantem ſibi proverbiale dictum, quod perhibet: *Iniquitates ſuæ capiunt impium, vinculis autem peccatorum ſuorum unuſquiſque conſtringitur*; & adhuc: *Viæ autem impiorum tenebroſæ: neſciunt quomodo offendant.*

* Forte, ſupputationem

Prov. 5. — Prov. 4.

Propter hæc ergo cuncta nolentem intelligere, ut bene ageret, neque obedientiam præeligentem, neque confitentem peccatum ſuum, & iniquiſſimum præſulatum, ſed inobedientem & reſiſtentem ſanctæ huic & univerſali ſynodo, repulimus, & anathematizavimus, atque a tota catholica & apoſtolica eccleſia fecimus alienum, per datam nobis poteſtatem in Spiritu ſancto a primo & magno pontifice noſtro, & * deliberatore ac ſalvatore cunctorum; quemadmodum ſcriptum eſt apud deiloquum Moyſen: *Et anima omnis quæ fecerit in manu ſuperbiæ, ab indigenis vel a proſelytis Domini, iſte irritat: & exterminabitur anima illa de populo ſuo, quia verbum Domini depravavit, & mandata ejus diſſipavit: contritione conteretur anima illa, peccatum ſuum in ea*: quemadmodum & dominicus innuit ſermo, qui peccatum in proximum, & nequaquam correctum, ſed & eccleſiæ Dei non obedientem, monet deputari ac opinari ſicut ethnicum & publicanum. Similiter quoque & eos qui ab ipſo manus impoſitionem acceperunt, & arbore putrida fructus putridiores apparuerunt, & neque poſt ſtercus meliorari voluerunt, concidimus gladio ſpiritus: *Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur*, ſecundum ſermonem dominicum. Si enim radix ſancta, & rami; & ſi fermentum ſanctum, & maſſa; (quemadmodum Paulus magnus apoſtolus aperte clamat) manifeſtum eſt quod e diverſo, ſi radix polluta, & rami; ſi fermentum pollutum, & maſſa: modicum namque fermentum totam maſſam fermentat. Porro coabjectus eſt ab hac ſancta & univerſali ſynodo etiam Theodorus Iconomachicæ hæreſeos princeps qui nuncupatus eſt Crithinus, & quidam alii conſentaneorum illius; quoſdam vero qui ſuſceperunt verbum veritatis recepimus, & choro orthodoxorum connumeravimus: quoſdam autem qui in eadem permanſere mente, impios & pravos cum pheronymo Crithino, quemadmodum paleatos & ſtercorales ex mundiſſimo frumento eccleſiæ per amplius ſequeſtravimus, & vehementius anathematizavimus exponentes & canones numero viginti ſeptem pro eccleſiæ commoditate, Chriſtianorumque munimine, ac ſalute, nec non & univerſali ordinatione. Hæc autem omnia cognoſcentes vos, fratres cariſſimi, & filii ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, cujuſcumque & qualiſcumque dignitatis vel moris eſtis, laudabiliter Deum laudate, protectorem videlicet timentium ſe, & liberatorem omnium qui ſperant in eum: & ſecundum decretum & judicium ſanctæ ac univerſalis ſynodi, malos avertite eos qui ſunt mali ſenſus, abominamini injuſtos, & iniquos odio habetote, libere ſinguli cum divino David pſallentes: *Iniquos odio habui, legem autem tuam dilexi*: ſcriptum eſt enim, quia: *Qui dicit impium juſtum, eſt maledictus in populis, & odibilis inter gentes a Domino*. Et iterum: *Qui juſtum dixerit injuſtum, in juſtum vero juſtum, immundus abominabilis a Deo*. Nullatenus ergo audeat quis eorum qui Chriſtiano vocabulo digni ſunt, quique regimen paſtorale ſortiti ſunt, aut ab alio regi videntur, contrarium quidquam gerere ſanctæ huic & univerſali ſynodo, ac per hoc inveniatur omnium Deo contradicens, & illius conſilium & judicium ſpernens. Dicit enim alicubi Paulus magnus apoſtolus: *Igitur qui ſpernit nos, non hominem ſpernit, ſed Deum vivum, qui dedit Spiritum ſanctum ſuum in nos*. Dicit autem & quidam deiloquorum noſtrorum: Si quis ſciſſus a veritate fuerit, regnum Dei non poſſidebit, ſed in gehennam condemnabitur. Et rurſus: Si quis in aliena ſententia ambulat, hic non eſt Chriſti: cum hujuſmodi ne commiſceamini, ut non cum eo pereatis. Quis enim neſciat quod in medio ſanctæ hujus & univerſalis ſynodi fuerit incomprehenſibilis & incircumſcriptus Chriſtus ac Dominus qui dixit: *Ubi ſunt duo vel tres in nomine meo, ibi ſum in medio eorum*: & voluntate ipſius omnia a Deo mota ſancta hæc & univerſalis ſynodus & tractaverit & fecerit? Et quoniam dicit omnium Deus per Iſaiæ prophetæ vocem: *Et dabo clavem domus David ſuper humerum ejus, & aperiet; & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat*. Et iterum ſcriptura Job dicit. *Si deſtruxerit, quis ædificabit? ſi clauſerit contra hominem, quis aperiet?* Certum eſt, quod quiſquis voluerit aperire januam quam ſancta hæc & univerſalis ſynodus clauſit, vel claudere tentaverit quam aperuit, Dei hoſtis & impugnator invenietur & oſtendetur, & ſuper terram & in cælis. Sed fiat, ut omnes qui invocant nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, caritateque illius freti timorem ejus præ oculis habeant in æquitate veritatis, & fructus juſtitiæ afferentes inveniantur; quatenus omnes cuſtodiantur, & efficiantur digni, & in præſenti ſæculo ſuperna providentia perfrui, & in futuro ſæculo percipiamus cæleſtia & incorruptibilia bona, quæ nobis in promiſſionibus ſunt repoſita in eodem Chriſto Deo noſtro, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

* Forte, liberatore. H. — Num. 15. — Matth. 18. — Matth. 7. — Rom. 11. — Pſa. 118. — Prov. 14. — Prov. 13. — 1. Theſ. 4. — Matth. 18. — Iſa. 22. — Job 12.

*Domino ſanctiſſimo & coangelico maximo ſummo ſacerdoti & univerſali papæ Hadriano, ſancta & univerſalis ſynodus Conſtantinopoli congregata in Domino ſalutem.*

OPportunum eſt cum ſapientiſſimo Salomone nunc & nos clamare: *Sapientia in exitibus laudatur, in plateis autem fiduciam agit, in ſummis murorum prædicatur, in portis autem potentum aſſiſtit, in portis autem civitatis confidens dicit: Quanto tempore innocentes abundant juſtitia, non confundentur; inſipientes autem, injuriæ exiſtentes deſideratores, impii facti ſcientiam oderunt*: hic eſt proverbialis ſermo. Donatus enim Deo amabilis epiſcopus Oſtiæ, & Stephanus Deo amabilis epiſcopus Nepæ, & Marinus honorabiliſſimus diaconus ſanctæ Romanorum eccleſiæ, ſanctiſſimi vicarii ſanctitatis veſtræ, cum eſſent divina ſapientia reple-

Prov. 1.

pleti, & ſapientiæ columnis propriæ animæ do- A
mum fundantes & ſtabilientes, & Deum om-
nium, qui in ſapientia terram fundavit, præ ocu-
lis habentes, fiducialiter egerunt: in plateis pro-
fecto divinarum ſcripturarum, & excelſis, & ſu-
blimibus, & fortiſſimis muris veritatis Dei conci-
lium prædicaverunt, & portis non ſolum poten-
tum, id eſt auditibus eorum qui ſenſus exercita-
tos ad diſcretionem melioris ac deterioris, nec
non & interiorem hominem perfectum habent,
ſed & eorum qui imperfecti, & ſenſibus parvuli
ſunt in civitate viventis Dei luculenter æquita-
tem divinæ juſtitiæ annuntiaverunt; & ſuperiori-
bus quidem manifeſtati ſunt, accuſata divinis le-
gibus & præceptis injuſtitia & malitia: eos vero
quos proverbiale dictum innocentes nominavit, B
per privationem videlicet malitiæ, inconfuſos Dei
boni cooperatione & gratia conſervaverunt. Inſi-
pientiæ autem operarios, & æmulatores nequitiæ
tamquam conviciorum avidos exiſtentes, & im-
pios factos, argumentis veritatis obnoxios oſten-
derunt, quemadmodum alios iterum proverbiale
fatetur eloquium: *Et examinatio perdit impios*:
operibus enim ſuis præpedierunt eos Deo amabi-
les vicarii paternæ ſanctitatis veſtræ, quod hym-
nidicus David ait: *Ad nihilum deductus eſt in con-* Pſal. 14.
*ſpectu ejus malignus, timentes autem Dominum glo-*
*rificat*. Nam & quid aliud hos apparuiſſe opinan-
dum eſt, quam derivatas imagines? immo vero
characteres indiſſimiles quarumdam bonarum & prin-
cipalium tabularum Nicolai beatiſſimi papæ reve- C
ra fortiſſimi pietatis certatoris ſimul & ſanctitatis
tuæ? Sicut enim ille beatiſſimus & veraciter ho-
mo Dei primitus definivit & promulgavit, nec
non & ſumma paternitas tua firmavit, & ſyno-
dice roboravit; ita & ipſi hæc annuntiaverunt,
& egerunt amborum veſtrum ſanctiſsimorum, vi-
delicet ſenioris Romæ pontificum, nomen & me-
moriale, inſtantibus temporibus & cunctis genera-
tionibus, quæ deinceps futuræ ſunt, efficientes
laudabile: ita * & unicuique ipſorum aptetur quod * Forte, ut H
dicit in evangeliis Chriſtus omnium noſtrum ſal- Joan. 7.
vator: *Qui a ſemetipſo loquitur, gloriam propriam*
*quærit: qui autem quærit gloriam ejus qui miſit il-*
*lum, hic verax eſt, & injuſtitia in illo non eſt*. Sed
& benedictus Deus, qui non dedit nos in captio- D Pſal. 123.
nem dentibus odientium nos, ſed eripuit animam
noſtram ſicut paſſerem de laqueo venantium eam,
& orationes veſtras & aſsiduas redargutiones &
admonitiones, quas pheronymus ille & magnus
Dei ſummuſque pontifex beatiſsimus papa Nico-
laus: Dilexi enim jugiter ferre labiis illius beati
nomen introducens, videlicet, per hoc, & ipſius
quoque memoriam, qui per Chriſtum, & cum Chri-
ſto mundum vicit: & ipſe qui & gradus & digni-
tatis & moris ejus ſucceſſor es, pro eccleſiaſtica
pace alacriter exercuiſtis, ad expellendum lupum
ab ovili Chriſti, tamquam veri paſtores rationa-
bilium ovium Chriſti, quinimmo ſummi paſtores,
& principes omnium eccleſiarum. Sed de miſero
quidem Photio, & iis qui ſeducti ſunt ab eo, & E
concordaverunt ei, propheticum illud dicendum
eſt: *Quia recta via Domini, & juſti ambulabunt in* Oſee 14.
*eis; impii autem infirmabuntur*, vel etiam offen-
dent in illis; ſuis enim viis delectari utique per-
neceſſarium erat eis, fructus & mala accidere ju-
ſtum erat eis ſecundum opera manuum ſuarum,
ut quodam in loco dicit magnivocus Iſaias. Quis
autem amatoris Chriſti & tranquilliſsimi impera-
toris noſtri articularibus inſinuare vocibus poterit,
in omnibus quidem aliis, ſed præcipue in eccle-
ſiaſticis rebus atque perſonis æquanimitatem & e-
xercitium? qui pietatis definitionibus & virtutum
proprietatibus omnes ſupergreſſus eſt qui ante ſe
regnaverunt; ita ut magis directionem ejus mo-
ribus, quam noſtris virtutibus fiduciam capiamus,
quem omnipotens Deus & rex univerſorum, qui
per ſolertiam veſtram, interventionem, ac judi-
cium, ſeu ſynodicam expoſitionem, tam ma-
gnam & univerſalem ſynodum congregare digna-
tus eſt, & tantum opus ad finem proſperum per-
ducere maluit, cuſtodiat incolumem utrumque
per multos annorum circuitus, & det ſanctitati
quoque veſtræ condignam laborum viciſſitudinem,
& cum Petro & Paulo principibus apoſtolorum
judices vos demonſtret, & jam in futuro ſæculo
multarum gentium & populorum propriis bonis
operibus, impios & iniquos judicaturos, quemad-
modum & nunc debite feciſtis, a Chriſto guber-
nacula ſumentes eccleſiaſticæ navis.

Igitur libenter oppido & gratanter imitatrice
Dei ſanctitate veſtra omnium noſtrum conven-
tuum & univerſalis hujus atque catholicæ ſyno-
di conſenſum & conſonantiam recipiente, prædi-
ca eam magis, ac veluti propriam, & ſolicitius
confirma coangelicis præceptionibus & admonitio-
nibus veſtris, ut per ſapientiſsimum magiſterium
veſtrum etiam aliis univerſis eccleſiis perſonet, &
ſuſcipiatur veritatis verbum, & juſtitiæ decretum.

Hæc epiſtola miſſa eſt ad omnes patriar-
chales ſedes.

*Baſilius, Conſtantinus, & Leo, in Chriſto Jeſu*
*imperatores Auguſti principes Romanorum*.

Diligentibus Deum cooperari omnia in bonum Rom. 8.
divinitus clamat patenter apoſtolus; quin &
petentem accipere, & quærentem invenire, & pul-
ſanti aperiri ſpei portas dominica vox admonuit;
his ergo dictis & divinitus gubernatum imperium
noſtrum parens, ut poſsibile ſibi fuit, coronæ Apoc. 9.
datorem ſuum diligens, non deſtitit de inventio-
ne eccleſiaſticæ ordinationis noſtræ petendo, quæ-
rendo, & pulſando, quouſque Deo acceptis ora-
tionibus veſtris ſpei fructum adeptum eſt. Incor-
ruptæ enim columnæ eccleſiarum, ſanctiſsimi vi-
delicet ſummi pontifices ſenioris Romæ, multum
ante arripientes laborem pro eccleſiaſtica ordina-
tione, debitam facultatem noſtris contulerunt ne-
gotiis, ita ut honoratiſsimi vicarii ſanctæ Roma-
næ eccleſiæ, cum reverendiſsimo loci ſervatore
ſanctitatis tuæ, & aliarum patriarchalium ſedium,
Dei gratia & cooperatione facilius evellerent ne-
quitiæ zizania, & rus exhiberent mundiſſimum.
Nam condemnatione dignos, & turbationis aucto-
res cum horum acephalo capite, regulariter atque
ſynodice irreprehenſibili judicio condemnaverunt
& reprobaverunt: ei autem qui patenter injuſti-
tiam paſſus eſt, legitimo ſcilicet ſummò ſacerdo-
ti, & iis qui circa ipſum ſunt, decreverunt & con-
tulerunt triumphum, ſubtilitatem præterea eorum
quæ acta ſunt in ſuperius declarata ſancta & uni-
verſali ſynodo ſanctitati tuæ expreſſius exhibebit
geſtorum ejuſdem ſynodi ſeries. Gratias ergo agen-
tes omnipotenti Deo pro eccleſiaſtica conſtitutio-
ne, ac idonea ſynodi terminatione, beatificanteſ-
que & ſuſcipientes ſinceram nobis a Chriſto Deo
collatam divinorum canonum cuſtodiam, & con-
ſervationem ſanctitatis veſtræ; quia ſalvat operi-
bus circa nos benignitatis affectum, manifeſtum
ei præſentamus laude dignum ſanctæ hujus & uni-
verſalis ſynodi finem, quatenus & ipſa gratiarum
Deo una nobiſcum offerat actiones largitori, ſci-
licet pacis, & totius ſaluberrimæ ordinationis au-
ctori; orans & pro divinitus muniendo imperio
no-

noſtro, bene valere ſanctiſſimam paternitatem tuam, tranquilliſſimum imperium noſtrum exoptat, apud Chriſtum mirabiliſſime Data indictione tertia.

Poſtea ſequitur altera epiſtola, cujus initium eſt:

*IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI unius & ſolius veri Dei noſtri Baſilius, Conſtantinus, & Leo, fideles in Domino imperatores Romanorum, Hadriano ſanctiſſimo papæ Romano ſpirituali patri noſtro.*

INdeficientem habentes in mente noſtra memoriam beatitudinis veſtræ, divinamque legem, naturæ hominum conjunctam, honorantes pro viribus, quæ patribus ſpritualibus * viciſſitudine, juxta cultum venerationis, exolvere jubet filios, ſemper de incolumitate veſtra cognoſcere volumus, & divinum nobis ac ſacrum caput, quoniam non poſſumus carnalibus, ſaltem ſpiritualibus labiis per affatum litterarum amplecti: debemus autem hoc, & propter præpoſitas cauſas, & propter amorem ejus qui circa nos eſt; qui zelo veritatis conſperſus oſtendit quidem quanta ſit ſua erga Deum pietas, quantaque circa juſtitias diligentia, & quanta fraternam erga dilectionem flagrantia. Quoniam vero & litterarum gerulum expeditum ad peregrinam profectionem, & magnanimum ad malorum tolerantiam conſecuti ſumus, id ipſum optabile habentem, principi apoſtolorum ante promiſſum cauſa reddendi votum, eumdemque veſtræ paternæ ſanctitati commendamus, ſuper hoc quoque multum tranquillitatem veſtram rogantem. Idem autem eſt hic Theognoſtus, quem & vos bene noſtis, Deo amabilis hegumenus ſuperlaudabilis Dei matris * Peges, & vaſorum cuſtos magnæ eccleſiæ. Per ipſum ergo quæ noſtri deſiderii ſunt opportune adimplere conſpeximus; implorantes coangelicam ſanctimoniam veſtram, in primis quidem de habitu veſtro, qui ſecundum Deum eſt, deinde etiam de Deo amabilium apocriſiariorum & vicariorum proſpero itinere, litteris per eum ſignificari nobis celerius. Jam enim tempus habemus non modicum expectantes, & neſcimus evidenter tarditatis cauſam. Sed & ſi hactenus deeſſe clamaverint, ſaltem ſero hoc nobis agnitum fiat. Specialis autem pater noſter & magnæ civitatis noſtræ patriarcha poſtulavit a nobis ſcribere ſanctitati tuæ de his lectoribus qui a Photio promoti ſunt, multis & innumerabilibus exiſtentibus eis in diverſis provinciis: inſuper autem & de Paulo reverendiſſimo bibliothecario verbo & vita præfulgido, ac Theodoro metropolita, qui & ipſe nimis eccleſiæ utilis eſt; quatenus diſpenſatio fiat a ſanctitate veſtra ſuper ipſis, quibuſdam quidem ad aſcenſus majores ſacrorum graduum, quibuſdam vero ad receptionem ſedium ſuarum, ad hoc rogantibus Dei imitatricem virtutem * ſuam; horum quidem multitudinem, hujus vero labores, & pro veritate ſudores, illius autem culpæ reprehenſionem, & quod ex canonicâ ſit manus impoſitione promotus conſiderantem: & pro his & imperium noſtrum flagitat pietatem tuam diſpenſandum aliquid hunc humanius. Bene vale, mi amantiſſime pater: bene vale, memor imperii noſtri in Deo acceptis precibus tuis quæ ſunt ad Dominum: legimus.

* Patris, viciſſitudinem. H

* Peges, id eſt Fontis monaſterium eſt apud Conſtantinopolim ſic vocatum.

* Patris, tuam. H.

Tranſmiſimus autem ſanctitati veſtræ gratia commemorationis imperii noſtri, & dilectionis quam circa illam habemus, quæ per ſpecies deferuntur, veſtimenta diaſpra tria, eſophorum dicitrinum cancellatum, id eſt chaſdium erodium, habens ornaturam auream & vellus praſinum, id eſt vilarai pinnioum pro caſula facienda, id eſt uſin rubeum ærem habentem, id eſt uſinallum, id eſt malchumat, id eſt planetilia caſtanea duo.



Subſequens epiſtola pro tribus capitulis, quæ quidem nec omnes patriarchales ſedes cum tota ſynodo auſæ ſunt definire, ſed horum diſpoſitionem per patriarcham Ignatium a ſede apoſtolica conſueverunt humiliter poſtulari.

*Per omnia ſanctiſſimo & ſacratiſſimo fratri & comminiſtro Hadriano beatiſſimo papæ ſenioris Romæ Ignatius a Deo miſericordiam conſecutus archiepiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ in Domino ſalutem.*

LApis, qui de monte abſciſſus eſt ſine manibus, & percuſſit imaginem illam magnam impiorum regnorum omnium ſuper pedes teſteos & ferreos, & ventilavit eam ut pulverem ab area æſtiva, & factus eſt in montem magnum, & replevit univerſam terram propria magnitudine & gloria, Chriſtus videlicet, qui eſt ſolus infinitæ potentiæ dominus, & Deus noſter; & olim quidem illuſtrem & perſpicuam operatus eſt veſtram magnam civitatem Romam per eos ſanctos lapides qui ab oriente ad eam devoluti ſunt, Petrum ajo & Paulum, eximiam principalem apoſtolorum ſummitatem: ſed nihilo minus in noſtris temporibus, quin potius & illuſtriorem & clariorem demonſtravit per eos quibus in generatione noſtra pontificalia gubernacula ejus commiſſa ſunt, ſanctos & pretioſos revera lapides, Nicolaum videlicet beatiſſimum & fraternam ſanctitatem tuam: qui quemadmodum a quodam ſublimi loco contra injuſtitiæ & mendacii machinamenta demiſſi & devoluti uſque ad urbem noſtram per ſapientiſſimas epiſtolas veſtras & ſanctiones, ſed & ſanctiſſimos & Deo amiciſſimos loci ſervatores, contriviſtis omnes machinas & munimina adverſantium veritati, & nunc pacificam conſtitutionem agentes per miſerationes & gratiam qui vere princeps pacis & pacificus eſt Chriſtus Deus noſter, & per diligentiam veſtram ac excitationem, gratias agimus omnium bonorum auctori & miſericordiſſimo Domino, & ſalvatori ac redemptori univerſorum, qui ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiam deſponſavit, & caput ſe hujus nominare dignatus eſt, & membra corporis ejus vos & nos in uno ſpiritu compaginata & convenientia per operationem ſancti Spiritus, & alternam conſonantiam & conſpiramentum exhibuit. Quinimmo & beatitudini ſanctitatis veſtræ gratificas voces debite commendamus, exorantes ſemper ad Deum, qui eſt ſuper omnia Deus, quo ſanctitatem veſtram cæleſtiis & propriis laboribus & certaminibus dignis & congruis recompenſet viciſſitudinibus; quippe qui ſolus eſt dator & largitor magnarum & vos decentium retributionum. Verumtamen & noſtra humilitas memor caritatis veſtræ, ac amabilis quem circa nos habet affectus, & ad hoc ipſum voluntatem & meditationem habens, invenit procurantem, ut mitteretur in viam, quæ eſt ad magni nominis Romam, orationis cauſa, intimum filium noſtrum reverendiſſimum abbatem Fontis, & ſcevophylaca magnæ eccleſiæ dominum Theognoſtum, & idcirco magis ſtuduimus adimplere deſiderium veſtrum, quem & miſimus cum præſenti epiſtola noſtra viſitaturum, & ſalutaturum, ac adoraturum

Dan. 2.

ANNO CHRISTI 870.

rum fraternam ſanctitatem veſtram: nuntiaturum etiam & a Chriſto nobis donatam incolumitatem in hac vita multis paſsionibus & tribulationibus plena, quemadmodum ipſe voluit & judicavit qui omnia ſapienter & congruenter diſpenſat, & ante in tua piiſsimorum, & Chriſto amicorum, ac a Deo gubernatorum, atque divinitus munitorum imperatorum noſtrorum proſperitatem & trophæa, & in melius de die in diem rerum Romani imperii translationem, ut & vos gaudentibus nobis congratulemini per mutuam unius corporis membrorum coaffectionem & compaſsionem, & iterum Dei boni gratia & cooperatione ad mediocritatem noſtram maturius remeaturum, & bona nuntia amabiliſsima vitæ veſtræ allaturum ad eccleſiam noſtram, ut & in hac parte coliætemur vobis, & eum, qui ſolus eſt inveſtigabilis dominus, & ſapientiſsimus ſubſtantiarum factor, & continuus procurator univerſorum, glorificemus & magnificemus, qui magis ac magis roboret ſanctitatem tuam, & conſervet utrimque immaculatam atque illæſam ad eccleſiaſticorum negotiorum perſonarumque profectum, & utilitatem & gloriam omnitenentis Dei principalis benignitatis ejus. Quod autem, ſanctiſsimis vicariis paternæ ſanctitatis veſtræ adhuc præſentibus, penitus perfectum non eſt, neque finem accepit, rogamus nunc terminari, & diſponi perfecte, ac integre ſcribi ad humilitatem noſtram de his lectoribus qui tonſi ſunt a Photii manus impoſitione: qui cum ſint pene innumerabilis multitudinis in univerſis regionibus & civitatibus eccleſiæ, poſtulant ex neceſsitate aliorum fieri ſacerdotalem provectum: ut cognoſcamus etiam & ſuper hac re veſtram voluntatem atque decretum certiſsime & manifeſtiſsime, utrum ſint digni promoveri ad majores ſacerdotii gradus, an non ſint: dubium enim hoc tantum dimiſerunt: & adhuc poſtulamus etiam de intimo filio noſtro, & fortiſsimo veritatis agoniſta, Paulo videlicet charthophylace, ut, ſi eſt poſsibilis in eum diſpenſationis aliqua ratio, recipiat dignitatem epiſcopatus, quemadmodum & antea in litteris noſtris efflagitavimus. Deinde quoque ſuper Theodoro, qui a nobis quidem conſecratus eſt metropolita Cariæ, multum autem laboravit, & afflictus eſt ab initio injuſtæ ac iniquæ dejectionis noſtræ, in noviſſimis vero cum miſero Photio conveniens, propter ejus immenſa tormenta quæ ſibi reſiſtentibus inferebat, conſenſit, & uſque ad ultimum ipſius diem repœnitens, nihilominus rurſus corde contrito & ſpiritu humilitatis veniam expetivit. Prohibuerunt enim eum ſacerdotio fungi quoquo modo ſanctiſſimi vicarii almitatis veſtræ, & quod ſubſcripſerit, ut fatebantur in eam, quæ facta eſt ab infeliciſſimo Photio quaſi depoſitio beatiſſimi & optimi patris noſtri Nicolai deceſſoris ſanctitatis tuæ. Hæc ſunt de quibus rogamus ſanctitatem veſtram, ut ſi poſſibile ſit, utatur verbo diſpenſationis & miſericordiæ in his, cum alia omnia optimum & commodum finem ac diſpoſitionem ſuſceperint. Ceterum dona nobis ſanctas & cum Deo loquentes orationes tuas, ſanctiſſime & imitator Dei frater noſter: donet is nobis per multa annorum curricula utrimque incolumes. Indicia vero magnæ & caræ dilectionis noſtræ miſimus ſanctitati tuæ iſta, Græcolatinum evangelium diligentiſſime correctum, orarium deauratum, caſulam optimam, theriacam probatiſſimam; Deus autem qui omnia condidit, & contrariarum qualitatum operationem in unam & eamdem coaptavit ſubſtantiam, & continet, & ſalvat, per ſanctas orationes tuas pacificet magis ac magis, & conſonantem ac unius opinionis a finibus uſque ad fines ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiam habere dignetur.

ACTIO X CON. VIII. GENER.

*Hadrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectiſſimis ac ſpiritualibus filiis Baſilio, Conſtantino, & Leoni, piiſſimis & tranquilliſſimis imperatoribus.*

LEctis excellentis imperii veſtri litteris, dilectionis veſtræ * quæ erga nos flagrat, indicia & pietatis ſolita ſtudia non tam cognovimus, quam recognovimus; unde gratiarum multimodas actiones ſummæ divinitati referimus, & multiplices laudes ejus concinere non ceſſamus, ob id maxime, quia circa religionis cultum accenſi, poſtpoſitis ceteris ſæcularibus curis, ante omnia eccleſiaſticæ paci conſuluiſtis, & quia ſedis apoſtolicæ decreta, ſana, priſcaque lege ſuper exortis controverſiis exquiſiſtis; & in colligendo magno ſanctoque collegio pium ſtudium & deſiderium oſtendiſtis, in quo, abdicato pravitatis auctore, definitio rectæ fidei & catholicæ ac paternæ traditionis, atque jura eccleſiæ perpetuis ſæculis profutura, & ſatis idonea, fixa ſunt & firmata: in quo etiam illud mirabilius & laudabilius ſublimitatis veſtræ prædicatur inſigne, quod non judicum vel aſſertorum, ſed conſciorum tantum & obſecundatorum perſona uſi fuiſſe dignoſcimini: ita ut per humilitatis arcem ad culmen virtutum pervenire dilexeritis potius, quam per imperialis altitudinis faſtum ad inanis gloriæ ima delabi conſenſeritis. Præterea noſtri habitus qualitas, quam ſcire ſe velle benignitas veſtra pio deſignat affectu, ita ſe habet, ut ſuperna providentia, quæ cuncta creavit, & continua proviſione gubernat, expedire nobis perſpicit, & quod expedierit conſulte diſpenſat. Apocriſiarios quoque noſtros, ſuper quorum nihilominus reverſione ſcripſiſtis, licet ſero, poſt multa tamen pericula, deprædationes, atque propriorum hominum trucidationem, nudos tandem recepimus non cujuslibet hominis fretos auxilio, ſed Dei ſolius præditos adminiculo: unde audientes hæc univerſi gemunt; & quia iſti pertulerunt quæ ſub nullo piorum principum quemquam ſedis apoſtolicæ miſſum pertuliſſe recolunt, omnes ſtupefacti mirantur, fitque continui clamoris ab eccleſia noſtra murmur, quod ita diſpoſitionis veſtræ conſtitutio improvide prodire potuerit, ut in barbarorum gladios, nullo imperii veſtri fulti præſidio, miſeranter inciderint. Præſertim cum hos quos ab apoſtolica ſede toto deſiderio poſtulaveritis, & ab ipſis apoſtolorum principum tectis per legatos veſtros ſalvos acceperitis, ſalvos rurſus, diſpoſitis rite propter quæ miſſi fuerant, ad propria remittere ſumma diligentia procurare debueritis, exemplo ſaltem provocati Michaelis decedentis imperatoris, qui quos ab apoſtolica ſede ſuſcipere meruit, idoneo ſociatu prævio, ut noſtræ illæſi præſentarentur eccleſiæ ſolerti cura ſategit. * Et præterea & aliud quod prima pietatis veſtræ opera, vel circa ſedis apoſtolicæ prioris benignitatis indicia contra ſpem noſtram decoloraſſe convincitur, immo funditus deſtruxiſſe probatur: videlicet quia favore veſtro frater & coepiſcopus noſter Ignatius in Bulgarorum regione conſecrare præſumpſit antiſtitem, unde mirati ſumus, & quia a pia intentione veſtra retro reverſi ſitis, admodum obſtupuimus. Verumtamen ſaltem nunc jam dictum reverendiſſimum præſulem ab illius regionis diſpoſitione ſalubribus monitis, quæſumus, coercete: alioquin nec ipſe canonicam effugiet ultionem, nec ii qui præſulatus vel alte-

* Forte, quæ H.

* Forte, et. H.

ANNO CHRISTI 870.

alterius officii ſibi nomen illic uſurpant, cum ex- A communicatione, qua jam tenentur aſtricti, etiam proprii gradus jactura carebunt.

Porro de tribus capitulis, ſuper quibus, præfato poſtulante ſanctiſſimo fratre & coepiſcopo noſtro Ignatio, divinitus protectum imperium veſtrum nos deprecatum eſſe dignoſcitur; nil poſſumus ab eo quod jam conſtitutum eſt, ordinare diverſum vel diſponere, maxime de Photii conſecratione aliquantiſper verſum: niſi forte nos, quibuſdam ex utraque parte in præſentia noſtra repertis, contigerit ſcire, quæ uſque huc neſcimus: vel diſcere quæ nunc penitus ignoramus. Non enim eſt in nobis eſt & non eſt. Et ſi quæ deſtruximus, eadem reædificaverimus, prævaricatores nos legis eſſe conſtituemus Satis enim no- B ta ſunt quæ cum ſuo auctore deſtruximus, & quæ conſtruenda mandavimus. Ab illis quippe ſacratiſſimis conſtitutis, quæ vel apoſtolicæ memoriæ prædeceſſor noſter papa Nicolaus antea ſalubriter ſanxit, vel nos poſtea diſpenſatorie protulimus, nulla motione vel mutatione diſcedemus, aut ad dextram vel ſiniſtram quoquo modo declinabimus. Quæ videlicet jam dudum probavit eccleſia, & immutilata ſervanda nuper geſtum univerſale concilium ſtatuit. Neque enim nobis moris eſt, ut pro libitu proprio paternis ſanctionibus abutamur; quemadmodum quibuſdam, qui apud vos ſumma rerum eccleſiaſticarum gubernacula moderantes, tunc ſynodorum ſtatuta, vel etiam apoſtolicæ ſedis decreta proferunt, cum vel alios læ- C dere, vel ſe juvare cupiunt. & hæc tunc ſub ſilentio tegunt, quando fortaſſe contra ſe, vel pro aliis proponerentur. Si noſtra, more priorum, æquitas in veſtræ urbis præſules, majorum regulis obviantes, commoveri ſeverius voluiſſet, quamvis multa inſtantia, & certamen viri prudentiſſimi & religioſiſſimi hegumeni ac ſacrorum vaſorum cuſtodis Theognoſti, qui de pietatis veſtræ virtutibus, & probabilium morum inſignibus, & trophæorum triumphis, atque de beneficiorum veſtrorum pie ſibi præſtitorum multitudine, nos plurimum relatione ſua lætificavit, & qualiter diebus veſtris, ſuperno brachio, atque ſtudio, & ſolertia veſtra Chriſtianitas proſperetur, enarrans, ad multimodas laudes ſanctæ Trinitati reddendas, & gratias, alacriores exhibuit, ad poſtulata divinitus muniendo imperio veſtro concedenda, nos ſupra modum efflagitaverit, & ultra quam dici poſſit ſolito & priſco more, ac pro eccleſiaſticis utilitatibus frequenter impenſo, crebris ſuggeſtionibus * inveſtigarit. Super quibus tamen propter jam deſignatam cauſam, nec annuere poſſumus, nec quidquam præter id quod jam evangelizatum eſt, ullo modo definire.

ACTIO X. CON. VIII GENER.

* *Forte*, inſtigatis. H.

Deus autem omnipotens, per quem reges regnant, & in cujus manu omnia jura regnorum conſiſtunt, imperium veſtrum ad eccleſiæ ſuæ ſanctæ pacificam conſtitutionem & populi Chriſtiani perpetuam libertatem magis ac magis corroboret, ejuſque potentibus plantis cunctarum infidelium nationum cervices inflectat, dilectiſſimi & deſiderabiliſſimi filii. Data IV. Idus Novembris, indictione V.

An. Ch. 87.

## Nota ex editione Romana.

* Quæritur, cur ſedes apoſtolica eos qui a Photio damnato in diverſis ſunt eccleſiæ gradibus conſtituti, ſine recuperatione depoſuerit: cum ab Ebione damnato ſacratos, & poſt aſtantibus epiſcopis depoſitos, inſtaurari decreverit. Sed ſciendum eſt, quia Photius tamquam neophytus & adulter, qui ſcilicet eccleſiam viventis invaſerit, nunquam fuiſſe epiſcopus, dictus & promulgatus eſt, ſed nec ii qui ab eo manus impoſitionem acceperunt, comparati videlicet Maximo Cynico, & ordinatis ab eo a ſecunda ſynodo cum ordinatore repulſis: Ebio autem, licet poſtea ſit depoſitus, quandoque tamen epiſcopus fuit, quemadmodum & Acacius, de cujus ordinatione papa ſtatuit Anaſtaſius: ut ſcilicet quos poſt damnationem ordinavit Acacius, nulla portio læſionis attingeret. Denique ſi pater meus adulter eſt, & ego ex adulterio naſcor, profecto ut non legitimus ex hereditate repellor: quod tamen non paterer, etiam ſi pater meus probaretur veraciter homicida.








# ΤΑ ΠΡΟ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗΣ ΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΙ ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΟΓΔΟΗΣ.

# QUÆ SANCTAM OECUMENICAM CONSTANTINOPOLITANAM SYNODUM OCTAVAM PRÆCEDUNT.

## ΒΙΟΣ, ΗΤΟΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΓΝΑΤΙΟΥ

Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως.

*Συγγραφὴ δὲ παρὰ Νικήτα δούλου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ καὶ Δαυὶδ τοῦ Παφλαγόνος.*

ΠΑντων μὲν τῶν ἁγίων τοὺς βίους ἀναπτύττεσθαι καὶ διηγεῖσθαι, παίδευμά τε πρὸς ἀρετὴν καὶ παράκλησιν ταῖς ἐπιούσαις τῷ βίῳ παραδιδόναι γενεαῖς, κάλλιστον ὁμοῦ καὶ σωτήριον μάλιστα δὲ τῶν ἱεραρχίᾳ σεπτῇ κεκοσμημένων, καὶ διὰ τῆς B οἰκείας λαμπρότητος τοῦ βίου εἰς ζῆλον ἀκάθεκτον τὸν πικρὸν διώκτην ἀνερεθισάντων καὶ δυσμενῆ, καὶ διὰ τῆς ἀνενδότου τῶν πόνων ὑπομονῆς καὶ γενναιότητος λαμπρὰν ἐπιδεδειγμένων τὴν ἀριστείαν κατ' αὐτοῦ. εἰ δὲ καὶ πρὸς τοῖς ἐσχάτοις, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς τούτοις ἐγγίζοντες τύχοιεν καιροῖς, πολλῷ μᾶλλον ἀξιομνημονευτότατοι ἂν εἶεν ἁπάντων καὶ ἀξιεπαινετοὶ, ὡς πολὺ πλέον οἰκοδομεῖν τῇ ἐγγύτητι δυνάμενοι τὴν ἐκκλησίαν. τὸ γὰρ ἀρχαῖον καὶ πάμπολυ κατὰ χρόνον διεστὸς, εἰ καὶ πιστεύεται τῇ ἀξιοπιστίᾳ τῆς γραφῆς, ἀλλὰ καὶ θᾶττον ἂν τοῖς πολλοῖς πρὸς τὴν μίμησιν ἀπογινώσκοιτο, λογιζομένοις, ὡς κρεῖττον ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν, τῶν C πρεσβυτέρων ἐκείνων δυναμένων κατορθοῦν γενεάν. ὅσα δ' ἂν τοῖς καθ' ἡμᾶς κατορθοῦσθαι πιστεύοιτο

## VITA, SIVE CERTAMEN SANCTI PATRIS NOSTRI IGNATII

Archiep. Conſtantinopolitani.

*Auctore Niceta ſervo Jeſu Chriſti, cognomento Davide Paphlagone.*

PRæclarum juxta & ſalutare eſt, cum ceterorum quidem ſanctorum omnium res in vita geſtas exponere & enarrare, poſteriſque ſæculis vitæ documenta, pariterque ad virtutem incitamenta tradere: tum vero B maxime eorum qui fuere præditi venerando pontificatu, quique ſuo vitæ ſplendore acerbum adverſarium ad graviſsimam provocarunt invidiam, & cum invicta laborum omnium patientia, animique magnitudine, fortitudinem contra inſectatorem eximiam declararunt. Quod ſi autem eoſdem ad extremam & noſtram ætatem propius accedere contingat, tum vero multo maxime præ cunctis memorandi omnique laude prædicandi ſint; ut qui propter temporum vicinitatem multo magis eccleſiæ prodeſſe poſsint. Quod enim pervetuſtum eſt, longiſque temporum intervallis remotum, etſi fidem propter ſcribentis auctoritatem mereatur, deſ- C peratur tamen a pleriſque ſtudium imitandi; ut qui putent, illis majorum noſtrorum ſæculis multo promptius fuiſſe quam noſtris

Hujus verſionis auctor Matthæus Raderus S J quod poſt Romanos editores Binius & Regius collector ſecuti ſunt.

VITA IGNATII PATRIAR.

ſtris cum virtute vivere. Quæ vero noſtra A memoria recte facta creduntur, illa multo acrius, opinor, piorum mentes ad virtutis decus æmulandum inflammant. Quapropter ingens me deſiderium animi impulit ad cauſam hanc ſive certamen oratione proſequendum, duceque & adjutore Deo, ſpiritu veritatis, oſtendendum neſcientibus, qui vir Ignatius, qualiſque & quantus hic antiſtes & regiæ paſtor urbis in vitæ ſuæ ratione fuerit: Ignatius, inquam, iſte, qui ævo quidem poſterior, noſtra ætate floruit, prioribus tamen illis venerandis pontificibus nihil vel de fide, vel confeſſione, vel decertatione pro juſtitia, laudeve pietatis erga Deum conceſſit. Hujus ego totum vi B tæ curſum dum ab ipſo exordio ad exitum uſque ſingulari cura exigo, rerumque de illo apud nos teſtatiſſimarum veritatem ſive fama, ſive ſcripto acceptarum, ſine ulla affectus indulgentia & fraude expono, certo mihi perſuadeo futurum, ut primum teſte ipſa vivente ac per ſe ſubſiſtente veritate, æqua præſcribam; deinde nubem annorum utcumque multorum intercapedine concretam, animoſque tenebris ignorantiæ involventem, diſcutiam diſſipemque: ut qui veritatem penitus perſpicere volent, æquitatis & virtutis cultorem vere noſſe, celebrare laudibus, æmularique poſſint; malitiæ vero & improbitatis architectum jure deteſtari. Sed hinc jam C nobis eſt exordiendum.

Beatiſſimus hic & divinus antiſtes Ignatius Conſtantinopolim in terris patriam habuit, hanc, inquam, totius ditionis & imperii præclariſſimam regiam: parentes vero, Michaelem imperatorem & Procopiam imperatricem, nobiliſſimos & religioſiſſimos principes. Atque Michael quidem Theophylacto patricio ſplendidiſſimo viro natus; Procopia vero a Nicephoro pio imperatore procreata eſt. Nicephoro porro ad cæleſte imperium evocato, & Stauracio filio, cum regnum exiguo tempore adminiſtraſſet, extin- D cto; Michael hic Nicephori gener, ut dictum eſt, mortuo Nicephoro, cum inter palatinos (nam curopalates erat) principem locum teneret, auſpice Deo, ſenatuſque decreto imperii ſceptra ſuſcepit. Cujus ego religionem in Deum, omniaque virtutis ornamenta iis narranda relinquo qui res ab illo geſtas ſigillatim perſequi volent. Nobis ad decus illius memorandum ſufficiat morum lenitas & clementia, quam minime fucatam factis ipſis declaravit. Etenim cum non toto biennio imperium ſanctiſſime adminiſtraſſet, Leoni Armeno per tyrannidem regnum invadenti libens volenſque ceſſit; quamvis ipſe præfecturam exercitus in oriente E illi prius commiſiſſet. Expeditionem tamen cum in Bulgaros ſuſcepiſſet, ibi per inſidias defectionem molienti, ſponte beatus ille imperium conceſſit, ſeſeque ab omni faſtu, belliſque civilibus atque invidia regni ſubduxit; ratus multo ſibi reique publicæ commodiorem utilioremque voluntariam regni abdicationem & pacem, ut qui paci veræ natus eſſet, fore. Decedit ergo ex urbe cum tota familia, atque in Principes inſulas ſecedit; ibique vitam monaſticam cum conjuge & liberis, non cu[illegible] tantum

ANNO CHRISTI 860.

A ἀκοαῖς, μᾶλλον ἂν οἶμαι ταῦτα παρακνίζειν τοὺς εὐσεβεστέρους, καὶ πρὸς τὸν ἴσον τῆς ἀρετῆς διερεθίζειν ζῆλον. διὰ ταῦτά μοι τοῦτον ἐνστήσασθαι * νῦν τῷ λόγῳ τὸν ἀγῶνα, καί μοι σφοδρότατος κατακάρδιος ἀληθινοῖς διηγήμασι, καὶ πάσης προλήψεως ἀπηλλαγμένοις ψάλλειν, τὸν μέγαν ἱεράρχην καὶ ποιμένα τῆς βασιλίδος Ἰγνάτιον, ὑπό γε Θεῷ πνεύματι τῆς ἀληθείας ὑφηγητῇ καὶ συλλήπτορι, τοῖς ἀγνοοῦσιν ὁποῖος ἦν, ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν πολιτείας ἀποδεῖξαι. Ἰγνάτιόν φημι τοῦτον, τὸν ὕστερον μὲν τῷ χρόνῳ, καὶ πρὸ τῆς καθ' ἡμᾶς ταύτης ἀναδειχθέντα γενεᾶς, οὐδενὸς δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ τιμίων ἱεραρχῶν τὴν πίστιν, τὴν ὁμολογίαν, τὴν ὑπὲρ B τῆς δικαιοσύνης ἄθλησιν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εὐδοκίμησιν ἀπολειπόμενον. τούτου τὴν παρακολουθήσασαν ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους βίωσιν μετὰ πλείονος ὑφηγούμενος τῆς ἀκριβείας, καὶ πᾶσαν τὴν περὶ αὐτὸν ἀλήθειαν ἐκ τῶν ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων ἀπροσπαθῶς καὶ ἀνυποστόλως διηγούμενος, πέποιθα πρῶτον μὲν ἐνώπιον τῆς ἐνυποστάτου καὶ ζώσης δίκαια γράψειν ἀληθείας· δεύτερον δὲ, τὸ χρόνοις ἱκανοῖς ἤδη καταπυκνωθὲν τῆς ἀγνωσίας νέφος, καὶ τὰς τῶν πολλῶν ἀμαυρῶσαν διανοίας, λεπτῦναί τε καὶ σκεδάσαι· ὥστε τοὺς ἐθέλοντας πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν εἰλικρινῶς ὁρᾷν, τὸν ἐργάτην μὲν ἀληθῶς τῆς δικαιο- C σύνης καὶ τῆς ἀρετῆς εἰδέναι, καὶ ὑμνεῖν, καὶ ζηλοῦν· τὸν αὐτουργὸν δὲ τῆς κακίας καὶ τῆς ἀδικίας ἐνδίκως ἀπωθεῖσθαι. ἀρκτέον δὲ ἐντεῦθεν.

Ἰγνάτιος οὗτος ὁ μακαριώτατος καὶ θεῖος ἱεράρχης πατρίδα μὲν ἔσχεν ἐπὶ τῆς γῆς Κωνσταντινούπολιν, ταύτην δὴ λέγω τὴν πάσης χώρας καὶ πόλεων περιφανεστάτην βασιλίδα· πατέρας δὲ Μιχαὴλ καὶ Προκοπίαν, τοὺς εὐγενεστάτους καὶ πιστοτάτους βασιλεῖς. ὧν ὁ Μιχαὴλ μὲν Θεοφυλάκτου πατρικίου μεγαλοπρεποῦς υἱὸς ἦν, Προκοπία δὲ Νικηφόρου θυγάτηρ τοῦ εὐσεβοῦς ὑπῆρχε βασιλέως. τούτου δὲ πρὸς τὰ ἄνωθεν χωρήσαντος βασίλεια, καὶ τοῦ υἱοῦ δὲ Σταυρακίου ὀλίγιστον χρόνον ἐπιβιώσαντος τῇ βα- D σιλείᾳ, καὶ αὐτοῦ μεταναστάντος, Μιχαὴλ ὁ προρρηθεὶς οὗτος, ἅτε γαμβρὸς ὢν ἐπὶ θυγατρὶ τοῦ τετελευτηκότος Νικηφόρου, καὶ τὰ πρῶτα τῶν ἐν τῷ παλατίῳ τιμωμένων ἀποφερόμενος· κουροπαλάτης γὰρ ἦν· ψήφῳ μὲν Θεοῦ, ψήφῳ δὲ τῆς συγκλήτου πάσης, τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἐγχειρίζεται. τούτου τὴν περὶ τὸ θεῖον εὐσεβῆ γνώμην, καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην, τοῖς ἱστορεῖν κατὰ μέρος ἐθέλουσι παρήσομεν· ἡμῖν δὲ ἀρκέσει πρὸς ἔπαινον ἡ τοῦ ἤθους πραότης τε καὶ ἐπιείκεια, ἣν ἔργοις ἐκεῖνος, καὶ οὐ πλάσματι μόνον ἐπεδείξατο· διετοῦ γὰρ ὀλίγου δεῖν χρόνον εὐσεβέστατα τὴν βασιλείαν διιθύνας, ἑκουσίως αὐτῆς ἐξίσταται, καὶ E τῷ τυραννικῶς ἐπιθεμένῳ, Λέοντι δὴ τῷ Ἀρμενίῳ φημὶ, στρατηγῷ μὲν πρῶτον ἐπ' αὐτοῦ τῶν ἀνατολικῶν προχειρισθέντι, κατὰ Βουλγάρων δὲ στρατευσαμένῳ, κἀκεῖθεν τὴν ἐπανάστασιν βουλευσαμένῳ, ὑποχωρεῖ τῆς ἀρχῆς ὁ μακάριος ἑκὼν, καὶ τῆς κοσμικῆς ἀλαζονείας, καὶ τῶν ἐμφυλίων πολέμων καὶ φθόνων· πολλῷ κρείττω καὶ λυσιτελεστέραν ἑαυτῷ τε καὶ τῷ κοινῷ τὴν ἑκούσιον ὑποχώρησιν καὶ τὴν εἰρήνην, ὡς υἱὸς τῆς ἀληθοῦς εἰρήνης, ἡγησάμενος. ἀπαίρει μὲν τῆς πόλεως πανοικὶ· πρὸς τὰς Πριγκιπείους δὲ νήσους μετακεχωρηκώς· καὶ τὸν μονήρη βίον

ANNO CHRISTI 869

βίον ἅμα γυναικὶ καὶ τέκνοις, οὐ τῷ σχήματι μόνον, A ἀλλὰ καὶ τῷ πράγματι καταδεξάμενος, τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ τὴν αὐτοῦ χεῖρα καὶ δίκην ἀνέθετο.

Τούτῳ δὴ τῷ μακαρίῳ Μιχαὴλ, τῷ θαυμαστῶς τὴν ἐπίγειον τῆς οὐρανίας ἀντικαταλλαξαμένῳ βασιλείας, παῖδες οἱ πάντες, πέντε λέγουσι γενέσθαι· ὧν θήλειαι δύο, πρώτη μὲν ἡ καλουμένη Γεωργώ, πάντων δὲ ἐσχάτη Θεοφανώ· αἳ καὶ παρθενικὸν τὸν ὅλον βίον καὶ μοναχικῶς διαβιώσασαι, μακαρίως ἐκοιμήθησαν. ἄρρενες δὲ τρεῖς, Θεοφύλακτος, Σταυράκιος, Νικήτας. τούτων Θεοφύλακτος μὲν ὁ πάντων πρωτότοκος, καὶ ὁ Σταυράκιος, ἀμφότεροι τῷ διαδήματι πρῶτον τῆς βασιλείας ἐστεφάνωνται· εἶτα ὁ μὲν κομιδῇ νέος ὢν ἔτι ὁ Σταυράκιος B πρὸ τῆς καταβάσεως τελευτᾷ· Θεοφύλακτος δὲ ἅμα τοῖς πατράσιν αὐτοῦ καὶ βασιλεῦσι τότε κειράμενος, εἰς Εὐστράτιον μετωνομάσθη. Νικήταν δὲ πρῶτον μὲν δεκαέτη τυγχάνοντα, τῶν λεγομένων ἱκανάτων παρὰ Νικηφόρου φασὶ τοῦ πάππου προβεβλῆσθαι, δι' ὃν ἐκεῖνο τὸ πρᾶγμα πρῶτον καταστῆναι. τεσσαρεσκαιδεκαέτης δὲ γεγονὼς, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς ἅμα τοῖς ἀγαθοῖς τοκεῦσι βασίλεια καταλιμπάνων, ἀποκείρεται μὲν καὶ αὐτὸς, Ἰγνάτιος δὲ μετονομάζεται.

Ὁ τοίνυν Λέων ἐκεῖνος, ὁ δυσώνυμος θὴρ, ἣν ὠδίνησεν ἀδικίαν ἐκτετοκὼς, καὶ τῆς βασιλείας τυραννικῇ περιδεδραγμένος χειρὶ, οὐ πρὸς τὸν παντέφορον ἀπέβλεπεν ὀφθαλμὸν, οὐ τὴν ἐπιείκειαν τῶν μακαρίων C ηὐλαβήθη φυγάδων, οὐδὲ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας, ἧς αὐτὸν οἱ μακάριοι παρ' ἀξίαν κατηξίωσαν, ἐπὶ τοσοῦτον τῷ δολερῷ τῆς κακοτρόπου δελεασθέντες γνώμης ὥστε καὶ ἀνάδοχον αὐτὸν ἀπὸ τῆς πνευματικῆς κολυμβήθρας τῶν τῆς βασιλείας ἀναδεῖξαι τέκνων. οὐδὲν τούτων τὴν ἀπηνῆ καὶ θηριώδη κατεδυσώπησε ψυχήν· ἀποστείλας δὲ, διείργει μὲν αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ἰδίᾳ κατὰ τὰς νήσους ἕκαστον περιορίζων. καὶ ὑπὸ ἀσφαλεῖ καταπιέζων φρουρᾷ· ἀφαιρεῖται δὲ τοὺς παῖδας καὶ τῶν γεννητικῶν, καταδικάσας ὁ ἀμείλικτος μελῶν ἀτυχίᾳ· ἐντεῦθεν αὐτὸς μὲν πονηρὰν τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ καταβαλόμενος ἀρχὴν, καὶ τέλος ἄξιον ἀπηνέγκατο τῆς ἀρχῆς. D τὴν γὰρ πάλαι κακῶς μὲν καὶ θεοστυγῶς μελετηθεῖσαν τῶν Εἰκονομάχων αἵρεσιν ὑπὸ Λέοντος ἐκείνου τοῦ δυσσεβοῦς, καὶ Κωνσταντίνου τοῦ δυσσεβεστέρου κρατυνθεῖσαν υἱοῦ, καλῶς δὲ καὶ εὐσεβῶς διὰ προνοίας Θεοῦ καὶ τῆς ἁγίας ἑβδόμης συνόδου καθαιρεθεῖσαν καὶ καταπαυθεῖσαν, ὁ μιαρὸς οὗτος ὄφις καὶ τῆς ἀληθείας παραλογιστὴς ἀνανεοῦν αὖθις ἐπιχειρεῖ· καὶ τῷ πύργῳ τῆς ὀρθοδοξίας ἐκραγεὶς· Νικηφόρος δὲ οὗτος ἦν, ὁ τῆς εὐσεβείας προστάτης, καὶ τῆς βασιλίδος ἱεράρχης· τοῦτον προσβαλὼν θωπείαις καὶ ἀπειλαῖς, ἐπειδὴ στερροτέρῳ μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν αὐτοῦ περιέπιπτε βουλὴν, ἐξελαύνει μὲν τυραννικῇ τοῦ θρόνου χειρὶ ἐννέα ἔτεσιν ἤδη Ἀποστολικῶς ἰθύναντα τὴν ἐκκλησίαν, E πρὸς δὲ τοῖς δεξιοῖς τοῦ Στενοῦ μέρεσι κατά τι σεμνεῖον αὐτὸν ὁ ἀπηνὴς ὑπερορίζει· ὅπου δὴ χρόνους ἑπτακαιδέκατον ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἐν τῇ καλῇ διαβεβιωκὼς ὁμολογίᾳ, πρὸς τὸν Θεὸν μετέστη. Θεόδοτον δέ τινα τῶν ἐν πολιτικοῖς φενακιζομένων ἀξιώμασιν, ἄνδρα κοσμικοῖς ἤθεσί τε καὶ πράγμασιν ἐντεθραμμένον, οὐδεμιᾶς δὲ παιδείας, οὐ γνώσεως ἀγαθῆς μετεσχηκότα, μόνον δὲ τῆς χριστιανοκατηγορικῆς τῶν εἰκονομαχούντων αἱρέσεως ζηλωτὴν νομιζόμενον, κληρικὸν ἀποκείρας ὁ παμβέ-

A corporis, ſed re ipſa degit, cauſa ſua ſupremo numini permiſſa.

VITA IGNATII PATRIAR.

Beato huic Michaeli, omnique admiratione proſequendo, qui terrarum regna cæleſtibus permutavit, quini omnino fuiſſe liberi perhibentur; muliebris ſtirpis gemini, Georgo prima natuque maxima, minima Theophano; quæ virginitatis laude per omnem vitam in religione ſanctiſſime cuſtodita, feliciter obierunt: tres vero ſtirpis virilis, Theophylactus, Stauracius, Nicetas: quorum natu maximus Theophylactus, & Stauracius, diademate imperii inſigniti ſunt: ſed Stauracius admodum adoleſcens ante patris abdicationem B oppetiit; Theophylactus autem una cum parentibus tunc in monachum attonſus, Euſtratius eſt appellatus. Nicetam primum decennem ab avo Nicephoro hicanatorum domeſticum ajunt creatum, cujus gratia munus illud primo inſtitutum: quartum vero decimum ætatis annum agens, terreſtri ſimul cum bonis parentibus regia relicta, & ipſe monachum induit, & Ignatius eſt cognominatus.

Leo igitur, illa infauſti nominis fera, cum, quam conceperat, peperiſſet iniquitatem, occupato per vim ac tyrannidem imperio, nullam omnia ſpectantis oculi rationem habuit, C neque beatorum exulum reveritus eſt modeſtiam & æquitatem; immemorque erat omnium beneficiorum, quibus beati illi indignum exornarant: a quo improbæ mentis artibus illecti erant adeo, ut imperator regiorum illum liberorum in ſacra baptiſmatis tinctione ſponſorem & patrinum deſignaret. Sed nihil horum immitem illius ferocemque animum potuit flectere. Etenim in exilium amandatos, alterum ab altero ſeparavit, ſingulisque ſuam inſulam aſſignavit, firm.que cuſtodia circumſepſit. Filiis porro virilitatem ademit, membrorum caſtratione plectens, pluſquam inhumanus & crudelis. Hinc ſa- D ne, cum tam impia imperii jeciſſet fundamenta, vitam, exitu principiis reſpondente, finiit. Impiam enim inviſamque Deo Iconomachorum ſectam, ab impio illo Leone quondam meditatam, & a Conſtantino Leonis filio, patre etiam deteriore, corroboratam, ſed divina providentia per ſanctam ſeptimam ſynodum pie recteque ſopitam ac ſublatam, inviſus draco, diſtortuſque veritatis interpres conatus revocare, contra orthodoxæ pietatis propugnaculum, Nicephorum, inquam, religionis tunc antiſtitem, ac urbis imperantis patriarcham, erectus, illum minis juxta ac blanditiis oppugnat. Sed cum multo firmiorem quam ſperarat, E experiretur, vi tyrannica de throno deturbatum, ad dexteriorem Steni, id eſt anguſti freti regionem, in monaſterium quoddam importunus ejecit (cum eccleſiam apoſtolice per novennium curaſſet) ubi beatus ille ſeptenis denis annis in præclara confeſſione exactis, ad Deum emigravit. In throno vero Conſtantinopolitano Theodotum quemdam profanis moribus ac negotiis innutritum, atque omnis doctrinæ & liberalis diſciplinæ prorſus expertem (hoc tamen uno, quod Chriſtianos calumniantis Iconomachorum hæreſeos æmulator haberetur)



 atton-

VITA IGNATII PATRIAR.

attonſum profaniſſimus collocavit. Hinc ſæva crudelique piorum vexatione inſtituta, juxta vias ſuas, ſtipendia peccati mortem accepit. Nam intra & paulo plus ſeptennium regia poteſtate illi præciſa, in medius Dei matris templi (quod in palatio Pharum nuncupat) adytis, infelix, ritu canis, gladiis confectus eſt. Ita, quam tanta contentione impietatis ſementem fecit, hanc quoque laborum ſuorum meſſem collegit. Etenim Michael Balbus, excubitorum tum præfectus, ſeu domeſticus, de affectato regno delatus, & in cuſtodiam datus, a commilitonibus ſuis & ſociis conjurationis, qui clericorum habitum ementiti, clam ſummo mane palatium ingreſſi tyrannum occiderunt, extemplo imperator eſt conſalutatus: qui tyrannum conciſum, atque in ſaccum conjectum, in inſula Prota, ſine ullo apparatu, contemptim ſepeliri præcepit, liberoſque caſtrari & tonderi: uti Scriptura teſte, *converſus ſit labor ejus in caput ejus, ac in ejus verticem iniquitas ejus deſcenderit.*

Michael porro Amorianus patria, ſectaque Sabbatianus, ſceptris imperii per novennium & ſemeſtre tractatis, rectæ religionis curam geſſit nullam: ſubinde tamen veræ pietatis ſtudioſis vim attulit. Theodoto, quem Caſſiteram appellitabant, extincto, Michael Antonium, cognomento * Byrſodepſam, jam Pergæ metropolitam, & hæreſeos participem, tunc ceſſantem accenſit, urbiſque regiæ patriarcham pronuntiat.

* Hoc eſt, corriarium. H.

Secundum Michaelem Theophilus, Michaelis filius, ſceptris potitus annos tredecim imperavit; cetera non malus, æquitatis quoque propugnator. Sed in ſacrarum imaginum inſectatione nullo retro Iconomachorum inferior habebatur, credebaturque: id vero maxime Joannis, quem Antonio patriarcham ſuffecerat, impulſu feciſſe.

In hoc rerum ſtatu cum res & civiles & eccleſiaſticæ verſarentur, eccleſia catholica totos triginta annos periculis innumerabilibus, & ærumnis, cædibuſque conflictata, cum impii ſancta profanis pedibus conculcarent, & ſacra pollutis manibus contrectarent, Nicetas ſive Ignatius, velut generoſiſſimus in domo Domini ſurculus plantatus, & in atriis monaſticæ vitæ educatus, nec ei qui ipſum plantaverat infructuoſus, nec ad ſpeciem foliis tantum copioſis, ut male dicta illa ficulnea, hoc eſt, indumentis nihil boni continentibus viſendus: ſed qui ſecus cæleſtium aquarum decurſus, & uberrimos Spiritus ſancti fontes ſitus, & vetus omne teſtamentum, novumque totum meditatus, ſanctorum patrum monumentis ſtudioſe addictus, illorum & facta imitando, & contemplationes mente revolvendo, totumque interiorem hominem ſaginando confirmatus, dulciſſimos virtutis fructus Deo progignebat. Primum itaque temperantiam in abſtinendo, ſtudium in vigilando, pſalmis canendis, quando id jubebatur, precandoque proferebat: adde callos in genibus, lacrymas, pectoris

A σιλος, τῷ τῆς βασιλίδος ἐνιδρύει θρόνῳ. ἐντεῦθεν διωγμὸν πικρὸν καὶ ἀπάνθρωπον κατὰ τῶν εὐσεβεῖν βουλομένων ἐπισπραμμένος, ἄρε δὴ κατὰ πόδας καὶ τὰ τῆς ἁμαρτίας ὀψώνια τὸν θάνατον, ἐν ἑπτὰ μὲν ἔτεσι καὶ μικρόν τι πρὸς τῆς ἀρχικῆς ἐξουσίας συντετμημένης αὐτῷ, ἐν μέσοις δὲ τοῖς ἀδύτοις τοῦ ναοῦ τῆς θεομήτορος, ὃν δὴ Φάρον ἐν τῷ παλατίῳ φασί, κυνὸς τρόπον τοῖς ξίφεσιν. ὁ μὲν οὖν οὕτω φιλοτίμως τὰ τῆς ἀσεβείας σπέρματα καταβαλόμενος, ἀναλόγως τῶν αὐτοῦ πόνων ἐξεύγησε καὶ τὰς ἐπικαρπίας. Μιχαὴλ γάρ, ὃν καὶ Ψελλὸν φασι, δομέστικος τῶν ἐξκουβίτων ὢν τότε, καὶ εἰς τυραννίδα μελετῶν διαβληθείς, καὶ κατακλεισθείς, B διὰ τῶν αὐτοῦ δὲ συνωμοτῶν καὶ συνασπιστῶν λεληθότως τοῖς βασιλείοις ἐν σχήματι κληρικῶν ἐπεισελθόντων ὄρθρου, καὶ τὸν τύραννον ἀνῃρηκότων, αὐτὸς αὖθις ἀναγορευθείς, τὸν μὲν ἐν σάκκῳ συγκεκομμένον βαλών, εἰς τὴν Πρώτην καλουμένην νῆσον ἀτίμως προσέταξε ταφῆναι, τούς τε αὐτοῦ υἱοὺς ἐκτμηθῆναι καὶ καρῆναι· ὡς ἐπιστρέψαι τὸν πόνον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, κατὰ τὴν γραφήν, καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτοῦ τὴν αὐτοῦ ἀδικίαν καταβῆναι.

Αὐτὸς δὲ Μιχαὴλ Ἀμοριανός, καὶ τὴν αἵρεσιν Σαββατιανὸς ὤν, ἐπὶ ἐννέα μὲν χρόνους καὶ ἥμισυ τὰ σκῆπτρα διεῖπε τῆς ἀρχῆς, οὐδεμίαν δὲ τῆς ὀρθοδοξίας φροντίδα ἐποιεῖτο, ἀλλὰ καὶ βίαν C τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλουσιν ἐπῆγεν. Θεοδότου δὲ τοῦ Κασσιτερᾶ λεγομένου τεθνηκότος, τὸν Βυρσοδέψην καλούμενον Ἀντώνιον, μητροπολίτην μὲν ἤδη Πέργης γενόμενον, καὶ τῆς αἱρέσεως κοινωνόν, σχολάζοντα δέ, ὁ αὐτὸς Μιχαὴλ ἀναλαβών, Ἀρχιερέα Κωνσταντινουπόλεως ἀποδείκνυσι.

Μετὰ δὲ τὸν Μιχαὴλ Θεόφιλος ὁ υἱὸς ἐπὶ δέκα καὶ τρεῖς χρόνους ἐγκρατὴς γίνεται τῆς βασιλείας. καὶ ἦν τἆλλα μέν, ὥς φασιν, οὐ κακός, καὶ δικαιοσύνης ἀντεχόμενος· τὴν ἀθέτησιν δὲ τῶν ἱερῶν, καὶ τὸν τῶν ὀρθοδόξων διωγμὸν οὐδενός, ὡς εἰπεῖν, τῶν πρὸ αὐτοῦ διωκτῶν ἐνομίζετο κουφότερος· καὶ τοῦτο ἐπιστεύετο εἶναι καὶ γίνεσθαι ἐξ ὑποβολῆς μάλιστα τοῦ D Ἰωάννου, ὃ μετὰ τὸν Ἀντώνιον ἐκεῖνος ἐπὶ τὸν πατριαρχικὸν ὕψωσε θρόνον.

Ἐν τούτοις τῶν τε πολιτικῶν καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὄντων, καὶ ἐπὶ τριακονταέτη χρόνον τῆς ὀρθοτομούσης μὲν ἐκκλησίας μυρίοις ὅσοις κινδύνοις καὶ θανάτοις καὶ θλίψεσι προσομιλούσης, τῶν ἀσεβῶν δὲ τὰ ἅγια καταπατούντων βεβήλοις ποσί, καὶ ἀκαθάρτοις τὰ θεῖα μεταχειριζομένων χερσί, Νικήτας ὁ καὶ Ἰγνάτιος, οἷά τις εὐγενέστατος ὄρπηξ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ φυτευθείς, καὶ ἐν ταῖς αὐλαῖς τῆς μοναδικῆς πολιτείας ἐξηνθηκώς, οὐκ ἔμελλεν ἄκαρπος ἐνώπιον τοῦ φυτεύσαντος αὐτὸν ὁρᾶσθαι, οὐδὲ φύλλοις μόνον, εἴτουν E ἀπειροκάλοις ἐνδύμασι κομᾶν καὶ στολαῖς, κατὰ τὴν κατηραμένην ἐκείνην συκῆν· παρ' ὕδασι δὲ θείοις καὶ ἀφθονωτάτοις τοῦ πνεύματος μὲν ἐπιρροαῖς, καὶ πᾶσαν μὲν παλαιὰν διαθήκην, πᾶσαν δὲ νέαν ἐκμελετῶν, πᾶσι δὲ λόγοις τῶν ἱερῶν πατέρων φιλοπείρως ἐσχολακώς, καὶ τούτων τήν τε πρᾶξιν μιμούμενος, καὶ τὴν θεωρίαν ἀναλεγόμενος, καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον ὅλως πιαινόμενος, ἐν τούτοις καὶ κραταιούμενος, καρποφορεῖ τὸν ἥδιστον τῆς ἀρετῆς καρπὸν τῷ θεῷ. καρποφορεῖ πρῶτον μὲν νηστείαν, ἀγρυπνίαν, ψαλμῳδίαν ἐπιτεταγμένην, καὶ προ-

ANNO CHRISTI 870.

A καὶ προσευχὰς, τύλους γονάτων, δάκρυα, στηθῶν ἐπιτίμησιν, γλώσσης ἐγκράτειαν, ὑπομονὴν πρὸς πάσας αἰκίας, τοῦ καθηγουμένου σκληροῦ τὴν γνώμην ὄντος, καὶ τοῖς εἰκονομάχοις χαρίζεσθαι, σκληρῶς πάνυ παιδαγωγοῦντος αὐτόν· πρὸς τούτοις πρᾳότητα, καὶ ταπείνωσιν, καὶ ὑπακοὴν πᾶσαν πρὸς πᾶσαν τὴν κατὰ Κύριον ἀδελφότητα. πρῶτον μὲν ταῦτα διὰ πράξεως ὁ μακάριος μετῄει, καὶ τούτοις παιδοτριβούμενος, καὶ κάλλιστα προπλώμενος, ἀκολούθως τῇ αὐξήσει τοῦ σώματος, καὶ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν προκόπτων κατωρθοῦτο. ἔπειτα καρποφορεῖ τῷ Θεῷ τὰ τελειότερα, πίστιν δὴ λέγω, καὶ ἐλπίδα, καὶ ἀγάπην· πίστιν τελείαν ἐκ τελείας καὶ ὁλοκλήρου διανοίας τῷ τελείῳ προσαγομένην Θεῷ· πίστιν ἀνυπόκριτον, ἐλπίδα ἀκαταίσχυντον, ἀγάπην εἰλικρινῆ ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τὸν πλησίον κατὰ τὴν ἐντολὴν κατορθουμένην. ταῦτα καρποφορῶν ὁ θεῖος Ἰγνάτιος, κἀν τούτοις ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας τοῖς κατορθώμασι συζῶν πάντα τὸν χρόνον, ᾧ τὴν θεὸν οἱ ἀσεβοῦντες παρεπίκραινον, αὐτὸς πρὸς τὴν εὐσέβειαν κατωρθοῦτο τελειότατα. ὡς γὰρ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ καθηγητοῦ τὸν ἀνθρώπινον μετηλλαχότων βίον, πάσης δὲ τῆς ἀδελφῶν ἐπιμελείας, καὶ τῆς ψυχῶν ἐπιστασίας ὡς ποιμὴν καλὸν καὶ τῶν λογικῶν προβάτων καθηγητὴν περιστάμενος εἰς αὐτὸν, ἔδειξεν ἐν πρώταις εὐθὺς τὴν ἐσύστερον ἐν αὐτῷ τοῦ πνεύματος δύναμιν ἀναφανησομένην. οὕτω γὰρ ταῖς συνεχέσι τῶν λόγων ὁμιλίαις, καὶ ταῖς σοφαῖς παραινέσεσι τὰς αὐτῶν ἐξέτρεφε ψυχὰς, καὶ ἐπὶ τὰς ἀειθαλεῖς ὡδήγει τοῦ Θεοῦ νομὰς, ὡς πολλαπλασιασθῆναι μὲν αὐτῷ τὸ τῆς χάριτος τάλαντον καὶ τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας, πολλαπλασιασθῆναι δὲ καὶ τὸ ποίμνιον ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς μηκέτι τούτους ἐν ἑνὶ τόπῳ μηδὲ μιᾷ μονῇ δύνασθαι χωρεῖσθαι, τέσσαρα δὲ τὰ πάντα διὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἀναστῆναι καὶ καταστῆναι μοναστήρια· ἑκάστου τὰς ἁρμοζούσας οἰκοδομὰς, καὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ τῶν ἀναγκαίων χρειῶν τὴν περιποίησιν, καὶ πᾶσαν τὴν αὐτοῖς πρέπουσαν κατασκευήν τε καὶ διάταξιν διὰ τῆς τοῦ μεγάλου λαμβανόντων ἐπιμελείας. ὡς πάντων ἐπ' ἐκείνῳ καθηγεμόνι καὶ πατρὶ διδασκομένων, ἔργον μὲν ποιεῖσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ δοξολογίαν καὶ προσευχὴν, ἐν παρέργῳ δὲ καὶ τῆς κατ' αὐτοὺς ἕκαστον ἀντιλαμβάνεσθαι διακονίας, καὶ πάντα ποιεῖν εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον Θεοῦ.

Πλάτη μὲν οὖν καὶ Ὕατρος τότε καὶ Τερέβινθος, αἱ πριγκίπειοι νῆσοι προσαγορευόμεναι, ταῖς ἐκείνου προνοίαις οἰκιζόμεναι, εἰς ἐκκλησίας Κυρίου καὶ εὐαγεῖς μοναχῶν καθίσταντο μονάς. καὶ γὰρ τὴν ἀντικρὺ τούτων κατὰ τὴν ἤπειρον πρὸς τῇ αὐτῇ κειμένην, τούτην δὴ λέγω τὴν προκαθημένην τοῦ μεγάλου ταξιάρχου μονὴν, ἐπὶ τῷ τέλει τῆς αὐτοῦ ζωῆς ὁ μακάριος τελευταίαν ἀνεστήσατο, καὶ καθηγίασε τῷ Θεῷ· ἧς τὴν ἐπισημότητα καὶ περιφάνειαν, τοῦ τε ναοῦ ὑπέρκαλον ἀγλαΐαν καὶ μεγαλοπρέπειαν, καὶ τὴν ὅλην ἁγιοπρέπειαν καὶ δόξαν, ὡς λόγου κρείττω, ταῖς ὄψεσι παραχωροῦντες, ἐπὶ τὰ ἑξῆς τοῦ βίου προΐωμεν. Ἐν τούτοις τοίνυν ὁ ὅσιος ἐνώπιον εὐαρεστῶν Κυρίου, ψήφῳ μὲν θείου πνεύματος, ψήφῳ δὲ τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνιζομένων καὶ δεδιωγμένων θεοφόρων ἱεραρχῶν, τῆς ἁγίας ἱερωσύνης ἀξιοῦται· καὶ χειρὶ μὲν Βασιλείου·

A planctus, linguæ continentiam, verberumque tolerantiam a pædagogo tetrico pravique judicii homine inflictorum, qui illum, ut Iconomachis gratificaretur, dure admodum educavit. Ad hæc lenitatem, animique demissionem, ergaque omnem fraternitatem quæ secundum Deum est, obsequium. Hisce primum rebus factisque dum beatus exercetur, hisce in studiis versatur, & præclare se componit, ordine cum ipsis annis & corpore succrescente, puerilem ætatem ducens ad perfectiora confirmabatur. Deinceps vero perfectiores Deo procreat fructus, fidem inquam, spem, & caritatem: fidem perfectam ex perfecta ac tota mente B Deo perfecto offerens: fidem sinceram, spem quæ non confunditur, caritatem non fictam ex puro corde erga Deum & proximum, ex præcepto recte institutam. Hos virtutis fructus dum sacer hic Ignatius producit, atque in his recte factorum studiis a teneris usque annis tempus omne collocat, quo Deum impii ad iracundiam provocabant, ipse ad omnem religionis laudem conscendebat. Patre enim & pædagogo e vita sublatis, statim fratrum sibi animarumque cura & præfectura commissa, in ipso muneris exordio ostendit, quæ sancti Spiritus vis deinceps ex se esset effulsura. Adeo quippe frequentibus concionibus sapientibusque C hortationibus suorum mentes pascebat, semperque ad virentia Dei pascua deducebat, uti mirifice cresceret in illo gratiæ & spiritalis magisterii donum, adeoque augeret suis institutionibus ovile Christi, ut illud nec unus jam locus, nec una domus amplius caperet, sed quaterna illius studio cœnobia excitarentur, constituerenturque; ita ut singulis sua commoda essent domicilia, sacrumque instrumentum, ceteraque ad usum monasterii necessaria. Omnia denique decenti, ipsisque convenienti apparatu suscepta cura, magnus ille instruebat componebatque. Docebantur omnes ab illo magistro & parente, in primis ipsorum esse Deum laudibus D celebrare, & orationi vacare: deinde ut singuli sua ministeria obirent, omniaque ad Dei laudem & gloriam referrent.

Itaque Plate, & Hyatros, ac Terebinthus, quas Principes appellant insulas, illius cura & studio inhabitatæ, in ædes sacras & monachorum domicilia sunt conversæ. Nam e regione harum in continente ad mare situm, hoc, inquam, eximium magni cælitum principis Michaelis cœnobium E in fine vitæ postremum condidit, Deoque initiavit. cujus nobilitatem templi, magnificentiam, & claritatem, eximiumque splendorem, & ornatum omnem ac majestatem, (quando pro dignitate a me exprimi nullo modo potest) ego spectantium oculis permitto, simulque ad reliqua illius vitæ acta exponenda progredior. His ergo sanctus Deo probatus, Spiritus sancti decreto, sanctorumque pontificum, eorum inquam, qui pro vera pietate pugnabant, extremaque omnia patiebantur, sententia, sacro presbyterii honore insignitur manu Basilii, qui

sacræ

VITA IGNATII PATRIAR.

ANNO CHRISTI 869.

ſacræ Pareorum eccleſiæ epiſcopus, pro ſacrarum imaginum cultu caſibus innumeris graviſſimiſque ærumnis conflictabatur. Hujus, inquam, Baſilii manu ſpectabili, vi autem ac virtute ſanctiſſimi Spiritus, primum quidem lector, ſive ſacrarum litterarum præco ſanctus, deinde hypodiaconus, tum diaconus ac ſacerdos lege & ordine eccleſiaſticorum graduum conſecratur. Studebat vero hoc perpetuo, uti largitori gratiæ talentum multiplici fenore auctum redderet, neque per ſocordiam defoderet. Ut autem, cum in cœnobio viveret, ſua pietate ſtudioque multos traxit; ita per ſacerdotium iterum innumerum numerum infantium baptiſmate abluens, Deo conſignavit. Perdiu enim hæretica caligine, velut denſa nocte, & tyrannide ſacrilegorum mercenariorum incumbente, omnes prope mortales, qui Conſtantinopoli rectam fidem defendebant, quique Bithyniæ oppida colebant, alii alios Ignatium laudibus prædicando excitabant, ſuoſque liberos ad illum deducebant, precabanturque, ut ab illo baptizarentur, Deoque initiarentur. Et erat hunc videre, tamquam aliquem e primis Chriſti diſcipulis, cum ad ſe venientes alacriter, ut a Chriſto miſſos, exciperet, atque inſtitueret: qui quidem documenta illius ita arripiebant, dum doceret ſingulos & hortaretur, ut ſinceram & catholicam religionem propugnarent, atque hæreticorum perverſitatem & inſaniam averſarentur, omneſque ſe ab omni mentis & corporis labe repurgarent, ac virtutis omnis & temperantiæ honeſtatiſque laudem procurarent. Hæc & his ſimilia parentes edocebat, horumque liberos prius rite inſtitutos, Deo per aquam & Spiritum ſanctum conſecrabat.

Et gravis quidem tum & vehemens eccleſiam tempeſtas, ſacroſque acerba divexatio premebat, quicumque pro Chriſti imagine ob prototypum ſibi periclitandum putaverunt: tranquillus vero & ſerenus omnibus tempeſtate jactatis portus a ſuprema numinis dextra ſacer hic Ignatius deſtinatus erat, & domus ejus tota. Ecquis enim pro pietate decertantium, malorum ærumnarumque ſuarum refrigerium ab eo non percepit? Quis in cuſtodiam datus, quis in exilium ejectus, quis vinculis & fame cruciatus, ab eo non eſt relevatus, neceſſariiſque auxiliis liberaliter inſtructus? Nam quicumque tyrannorum vim & rapinas patiebantur, ſuiſque bonis ac fortunis exuebantur, omniumque rerum inopia conflictabantur, præſertim ſacri religioſique viri, nullum aliud vitæ & ærumnarum pertugium habebant quam eximium hunc Ignatium, parentemque Ignatii Procopiam, ac ſororem, quæ ævum in multos annos propagabant, adeoque benigne hilariterque opes effundebant, Deique miſericordiam æmulabantur, ut veriſſime de illis ſacrum illud oraculum proditum expletumque videretur. Tota enim quodammodo die miſerabantur & commodabant, & ſemen eorum in benedictione erat. Atqui is quidem hunc in modum una cum athletis Chriſti propugnabat, cum dolentibus dolebat, cum afflictis afflictus ſuſtinebat, egentibus opem ſuggerebat: in precandi ſtudio aſſiduus

Pſal 36.

τῆς κατὰ τὸ Πάρεον δὲ οὗτος ἱερᾶς ἐκκλησίας Ἀρχιερεὺς ὤν, πλείσταις ὅσαις ὑπὲρ τῶν ἱερῶν εἰκόνων θλίψεσι τότε προσωμίλει καὶ διωγμοῖς· τούτου χειρὶ τὸ φαινόμενον, αὐτουργίᾳ δὲ τοῦ παναγίου πνεύματος τὸ νοούμενον, πρῶτον μὲν ἀναγνώστης, ἤτοι τῶν θείων ἱεροκήρυξ γραφῶν, εἶτα ὑποδιάκονος, εἶτα διάκονος, καὶ ἱερεὺς μετὰ ταῦτα, τάξει καὶ νόμῳ πνευματικῆς καθίσταται ἀκολουθίας. ἠγωνίζετο δὲ ἀεὶ πολλαπλάσιον τῷ εὐεργέτῃ τὸ τῆς χάριτος τάλαντον ἀποδιδόναι, καὶ μὴ τῇ ὀκνηρίᾳ καταχῶσαι, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ περισσεῦσαι· ὥσπερ δὲ τῷ μοναδικῷ βίῳ πολλοὺς διὰ τῆς οἰκείας ἀσκήσεως προσηγάγετο καὶ σπουδῆς, οὕτω διὰ τῆς ἱερατικῆς πάλιν ἀναρίθμητα πλήθη παίδων βαπτίζων ἐσφράγιζε Θεῷ. ἐπὶ πολὺ γὰρ τῆς αἱρετικῆς ἀχλύος, οἷα νυκτὸς χαλεπῆς ἐπικρατούσης, καὶ τῆς τυραννίδος δὲ τῶν ἀνιέρων ἐπικειμένης μισθωτῶν, πάντες ὀλίγου δεῖν ἄνθρωποι, ὅσοι κατὰ τὸ Βυζάντιον τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀντείχοντο, καὶ ὅσοι δὲ Βιθυνίου, καὶ τὰς ἐχομένας κατῴκουν κωμοπόλεις, ἄλλος ἄλλον ταῖς ὑπὲρ τοῦ Ἰγνατίου διανιστῶντες εὐφημίαις, τὰ οἰκεῖα τέκνα προσῆγον, καὶ δι' αὐτοῦ βαπτίζεσθαι ταῦτα καὶ ἁγιάζεσθαι κατελιπάρουν. καὶ ἦν ὁρᾶν τοῦτον, ὥσπερ ἕνα τῶν πρότερον Χριστοῦ μαθητῶν, ἔργον τοῦτο ποιούμενον, τοὺς πρὸς αὐτὸν ἰόντας, ὡς ὑπὸ Χριστοῦ πεμπομένους προθύμως καταδέχεσθαι, διδάσκειν τε καὶ νουθετεῖν πάντα ἄνθρωπον, ἀντέχεσθαι μὲν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἀπέχεσθαι δὲ τῆς τῶν αἱρετικῶν δυσφημίας καὶ φρενοβλαβείας, καὶ πάσης μὲν ἑαυτοὺς ῥυπαρίας, καὶ παντὸς ἀνακαθαίρειν πνεύματος μολυσμοῦ καὶ σαρκός, πάσης δὲ ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι καὶ κοσμιότητος καὶ σωφροσύνης· ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια τοὺς πατέρας παιδεύων καὶ νουθετῶν, τὰ τούτων βρέφη προκατηχῶν ὁ μακάριος, δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἡγίαζε τῷ Θεῷ.

Ὁ μὲν οὖν κατὰ τῆς ἐκκλησίας τότε χειμὼν βαρύς, καὶ ἡ κατὰ ἱερέων δίωξις χαλεπή, ὅσοι Χριστοῦ τῆς εἰκόνος διὰ τὸ πρωτότυπον προκινδυνεύειν εἵλοντο δεῖν· εὔδιος δὲ πᾶσι καὶ γαλήνιος ὅρμος τοῖς χειμαζομένοις, ὁ ἱερὸς Ἰγνάτιος καὶ ὅλος αὐτοῦ ὁ οἶκος παρὰ τῆς τοῦ ὑψίστου προητοίμαστο δεξιᾶς. τίς γὰρ τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας θλιβομένων οὐχ εὕρισκεν ἐκεῖθεν αὐτάρκη τῶν θλίψεων ἀναψυχήν; τίς τῶν ἐν ὑπερορίαις καὶ δεσμοῖς κατεχομένων, καὶ λιμοῖς καταγχομένων, οὐ τῆς δεούσης ἐτύγχανε παρηγορίας, καὶ ἄφθονον εἶχε τῶν ἀναγκαίων τὴν ἐπιχορηγίαν παρ' αὐτοῦ, οἱ δὲ τὰς τῶν τυράννων φέροντες χεῖρας, καὶ τῶν ἰδίων ὑπάρξεων στερούμενοι καὶ ἐκπίπτοντες, καὶ ἐσχάτῃ πενίᾳ περιπίπτοντες· ὅσοι δὲ τῆς ἱερατικῆς μάλιστα, καὶ ὅσοι τῆς μοναδικῆς ἐτύγχανον ὄντες τάξεως, οὐδὲν ἄλλο τοῦ βίου παραμύθιον καὶ τῶν λυπηρῶν εἶχον ἀπαλλαγήν, ἢ τὸν μέγαν Ἰγνάτιον καὶ Προκοπίαν, τὴν αὐτοῦ λέγω μητέρα, καὶ τὴν ἀδελφήν, ἐπὶ πολὺ τοῦ βίου παρατεταμένας, καὶ οὕτως ἀφειδῶς τε καὶ ἱλαρῶς τὸν πλοῦτον ἐκκενούσας, καὶ τὸν ἔλεον μιμουμένας τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐπ' αὐταῖς ἀληθῶς τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο πληροῦσθαι λόγιον. ὅλην γὰρ ὡς εἰπεῖν τὴν ἡμέραν ἠλέουν καὶ ἐδάνειζον, καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν εἰς εὐλογίαν ἦν. ὁ μὲν οὖν οὕτω τοῖς ἀγωνισταῖς συνηγωνίζετο, τοῖς κακοπαθοῦσι συνεπάθει, τοῖς δεομένοις ἐπήρκει, καὶ τὰ θλίψει μὲν τοῖς θλιβομένοις ὑπέμενε συλλυπούμενος· τῇ προσευχῇ δὲ προσκαρτερῶν ἀδιαλείπτως, καὶ τῇ ἀγρυπνίᾳ, καὶ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ἄρτου, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων

χρείαις

ANNO CHRISTI 869.

χρείαις κατὰ τὸν Ἀπόστολον κοινωνῶν, ὅπω πρὸς τοὺς μείζους ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας ἡτοιμάζετο. ὅπω δὲ τὴν μέλλουσαν ἐπ' αὐτὸν ἐμφανίζεσθαι χάριν τῆς ἱεραρχίας ὁ θαυμάσιος τοῖς ὁρῶσιν ἐπεδείκνυεν, ὅτι καὶ Θεοφάνην ἐκεῖνον τὸν μέγαν ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσι, καὶ πολλοῖς ἐν σημείοις καὶ θαύμασι, τὸν τῆς καλουμένης Σιγριανῆς λέγω μονῆς οἰκιστὴν, ἐπιδεδημηκότι ποτὲ πρὸς αὐτὸν τῷ μακαρίῳ νέῳ ἔτι τυγχάνοντι, τὴν δεξιὰν, ὡς λόγος, ἐπιβαλεῖν, καὶ ὡς πατριάρχην αὐτὸν εὐλογεῖν.

Ἐν τούτοις τοίνυν αὐτοῦ διαπρέποντος τοῖς κατορθώμασι, τελευτᾷ μὲν ὁ Θεόφιλος, εἰς Θεοδώραν δὲ τὴν εὐσεβεστάτην βασιλίδα, τὴν τιμιωτάτην τῶν γυναικῶν καὶ πιστοτάτην, περιίσταται τὰ τῆς ἀρχῆς. ἔτι δὲ νήπιος κομιδῇ τότε Μιχαὴλ ὁ υἱὸς ἦν. ἐντεῦθεν ἡ μὲν κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων αἵρεσις ἐκλείπει· τὸ ἁγίασμα δὲ τῆς ἱερᾶς ἐκκλησίας ἐξανθεῖ. ἐντεῦθεν καὶ Ἰωάννης αὐθὶς ὁ δυσώνυμος Ἰαννῆς, ὃν καὶ λεκανομάντιν ἔλεγον, καὶ τῆς Θεοφίλου πλάνης ὑπαίτιον, τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου καὶ τῆς ἱερωσύνης ἐνδίκως καθαιρεῖται, ἀνίσταται δὲ κέρας σωτηρίας τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ Μεθόδιος ὁ καλὸς ὄντως τοῦ Χριστοῦ προβάτων ποιμὴν, καὶ τῶν ὀρθῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων ὀρθοτόμος ὑφηγητής· ὃς πολλοὺς ἔτι μάλιστα πόνους καὶ κινδύνους ὑπὲρ τῶν ἁγίων πρότερον ὑπομεμενηκὼς εἰκόνων, ἀνίσταται μὲν Θεοῦ ψήφῳ καὶ τῆς βασιλίδος συνεργίᾳ πρόεδρος τῆς ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως. καθαιρεῖ δὲ πάντας καὶ κατασπᾷ τῶν ἐκκλησιῶν, ὅσοι τῷ μύσει τῆς αἱρέσεως ὑπήχθησαν· ἀνίστησι δὲ ἐκκλησίαν καινὴν, ἱερεῖς τε καὶ ἀρχιερεῖς ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῆς κατ' αὐτὸν ὀρθοδόξου πίστεως προχειρίσατο. καὶ γὰρ τῶν αἱρεσιωτῶν, ὡς ἤδη καὶ πρότερον ἐπὶ Ταρασίου τοῦ θείου καὶ ἱεροῦ ποιμένος, καὶ τῆς εὐσεβοῦς Εἰρήνης, ἀναθεματιζόντων μὲν τὴν αἵρεσιν, καὶ οὕτω συγκεχωρημένων, παλινδρομησάντων δὲ, καὶ πρὸς τὴν αὐτὴν αὖθις λύμην ὑπενηνεγμένων· τούτων μὲν οὖν τελείαν καθαίρεσιν καὶ διηνεκῆ Νικηφόρος τε ἔτι τῷ βίῳ παρὼν ὁ μέγας, καὶ αὐτὸς οὗτος θεοβούλευτος ὁ ἱερὸς κατεψηφισάμενος Μεθόδιος, καὶ τοῦ θεοφόρου ταῖς ὑποθήκαις Ἰωαννικίου κατὰ πάντων τῶν αἱρεσιωτῶν ἀποφηνάμενος, εὐθεῖαν ἔτι τοῖς ὀρθοτομεῖν ἐθέλουσι τὴν τῆς ὀρθοδοξίας ὑπέδειξεν ὁδόν. ἐπὶ τέσσαρας δὲ χρόνους κάλλιστά τε καὶ ἀμέμπτως τὴν τοῦ Κυρίου ποιμάνας ἐκκλησίαν, ἐν εἰρήνῃ πρὸς αὐτὸν μετέστη. πολλῶν τοιγαροῦν εἰς προστασίαν τῆς ἐκκλησίας προχειριζομένων, καὶ ἄλλων δι' ἄλλας αἰτίας διαμαρτανόντων τοῦ σκοποῦ, ἵνα ἡ προορισθεῖσα τοῦ Θεοῦ βουλὴ μείνῃ, Ἰγνάτιος ὁ ὁσιώτατος πρεσβύτερος, πλείστοις ἔτεσιν ἤδη τοῖς τῆς ἱερωσύνης χαρίσμασιν ἐνδιατετριφὼς, καὶ βαθμὸν ἑαυτῷ καλὸν ἐν πολλῇ παρρησίᾳ καὶ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πίστει περιποιησάμενος, καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων διὰ τοῦτο στόμασιν ᾀδόμενος, καίτοιγε πλεῖστα παραιτούμενος, καὶ τὸν ὄγκον τοῦ ἀξιώματος ὑποδιδράσκων πανταχόθεν· ὅμως ἐνεργείᾳ μὲν θείου πνεύματος, συνεργίᾳ δὲ καὶ ψήφῳ Ἀρχιερέων Θεοῦ, τῆς θείας ἱεραρχίας ἀξιοῦται, καὶ τῷ θρόνῳ τῆς βασιλίδος ἐνιδρύεται, καὶ τῇ λυχνίᾳ ὁ λύχνος ἐπιτίθεται. πρὸ πάντων δὲ τῶν Ἀρχιερέων καὶ τῶν λαῶν, τῆς βασιλίδος ἀποστειλάσης, καὶ ἀξιωσάσης διὰ Κυρίου γνωρίσαι τὸν ἄξιον, προφητικῶς ὁ μέγας τοῦτον Ἰωαννίκιος ψηφίζεται. καὶ οὕτως διὰ τῆς θύρας ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων εἰσελθὼν, τὰ ἴδια πρόβατα ἐκάλει

& in euchariſtia & communione panis, & ſanctorum neceſſitatibus ſecundum apoſtolum communicans, ſic ad majora pro virtute certamina ſeſe comparabat; hæc ſigna gratiæ in futuro patriarchatu exercendæ ſpectantibus prodebat, ut ingens ille in virtutis palæſtra Theophanes, prodigiis & miraculis illuſtris; ille, inquam, Sigriani ſeu Agriani cœnobii conditor, olim peregre ad ſe advenienti beato illi tum adoleſcenti, tamquam patriarchæ, manu dextra porrecta jam tum bene ſit precatus.

VITA IGNATII PATRIAR.

Optimis igitur hiſce ſtudiis præclare occupato Ignatio, Theophilus decedit, totumque imperium in Theodoram matronarum religioſiſſimam, præſtantiſſimamque & Chriſtianiſſimam imperatricem, Michaele filio admodum adhuc tenero, devolvitur. Hinc inimica ſacrarum imaginum ſecta conquieſcit: ſanctificatio autem eccleſiæ ſanctæ effloreſcit. Hinc Joannes, immo infauſti nominis Jannes (quem lecanomantin, ſeu magnum dictitabant, a quo Theophilus in errorem actus creditur) ſede Conſtantinopolitana, ipſoque ſacerdotio merito ſpoliatur: erigitur autem cornu ſalutis populo Dei Methodius vere bonus Chriſtiani gregis paſtor, veræque doctrinæ eccleſiæ verus magiſter; qui multis antea pro ſanctarum imaginum defenſione laboribus & periculis defunctus, Conſtantinopolitanæ eccleſiæ præficitur Dei nutu, & Imperatricis opera. Exauctoratis ergo omnibus & diſſipatis, qui hæreſeos labe infecti erant, novam eccleſiam condit, ſacerdotes & epiſcopos in ſuæ rectæ fidei fundamento collocat. Etenim hæreticis (uti etiam antea ſub Taraſio, ſacro divinoque paſtore, & pia Irene) ſectam ſuam damnantibus, & veniam impetrantibus, atque iterum ad hæreſeos perniciem prolabentibus, Nicephorus vir eximius, adhuc ſuperſtes; & hic Methodius, divinitus decreta illorum exſtirpatione, virique divini Joannicii impulſu in omnes hæreticos declarata, rectam adhuc viam incedere quærentibus, veritatis tramitem oſtendit. Sed cum eccleſiam Dei optime ſanctiſſimeque per quadriennium rexiſſet, ad Deum ſempiternæ potiturus pace abiit. Multis vero tum ad eccleſiæ adminiſtrationem deſignatis, aliiſque alias ob cauſas voto fruſtratis, uti deſtinata Dei ſententia ſtaret, Ignatius ſanctiſſimus presbyter, cum per multos annos ſacerdotii muneribus magna cum laude perfunctus eſſet, bonumque ſibi in multa auctoritate, & in Jeſum Chriſtum fide jam gradum exſtruxiſſet, ac propterea omnium ore celebraretur, quantumvis dignitatis magnitudinem refugiens, vi tamen ſancti Spiritus, & antiſtitum auctoritate & ſententia, honore ſacro digniſſimus judicatus, in imperantis urbis ſacra ſede collocatur, lucernaque candelabro imponitur; cum ante omnium epiſcoporum & populi ſententias Imperatrix ad Joannicium anachoretam conſultum miſiſſet, ecquemnam hoc patriarchatus honore dignum per Dominum cognoſceret; Ignatium eximius ille Joannicius divinitus pronuntiavit. Atque ita bonus paſtor per oſtium in ovile ovium ingreſſus, oves proprias vocabat nominatim: quas ex noxiis & peſtiferis herbis, omnique hæretica peſte & exitio ereptas, ad immortalia ſemperque virentia rectæ fi-

dei

VITA IGNATII PATRIAR.

dei justitiæque paſcua deducebat inducebatque. Ipſe vero tum ab omni crimine abhorrebat, tum in omne præſertim virtutum principalium & æquitatis ſtudium ſingulari conatu incumbens, ad perfectæ pietatis culmen enitebatur. Prudentia namque illi curæ erat, non ut opulentiam ſibi, humanamque gloriam, & voluptates conquireret; ſed ut Dei voluntatem ſanctam, bene placentem & perfectam, in ſpiritu recti judicii bene intelligeret & ſequeretur. Fortitudo vero erat ipſi, ne unquam ſervitutis peccato ſuccumberet, ſed liber eſſet, & dominaretur optimatibus, atque ex Apoſtoli præſcripto, peccantem acriter caſtigaret, & hoc ſæpe coram omnibus, nec ſervili modo ſe ſubjiceret; ut & ceteri, inquit, in officio per timorem contineantur. Temperantiam autem non tantum in corpore coluit ſuo, quam a teneris annis adeo laboribus ſudoribuſque aſſiduis perfecte eſt aſſecutus, ut ſenſum omnem, omneſque cupiditates corporis noxias penitus extinxerit. Non ergo his tantum finibus temperantiæ ſplendorem circumcluſit, ſed eccleſiam ſuam totam, morum & doctrinæ ſuæ gravitate aſſiduitateque, ad eam provexit honeſtatem & verecundiam, ut inter ejus familiares ne nomen quidem fornicationis, vel cujuſpiam impuritatis audiretur. Perinde enim ut ipſe vias Domini rectas ambulabat: ita ſponſam Domini optimus paranymphus per inculpatam vitæ ſemitam deducebat. Jam ut fuerit æqui tenax, juſtitiæve obſervans, quid dicam? cum ita rigide eam ſervavit, ut illius cauſa non raro ab iniquis æquitatis arbitris reprehenderetur, paſtorque vere mitis ac divinæ imitator juſtitiæ, aſperrime condemnaretur. Etenim non in civilibus tantum rebus, ſed multo magis in eccleſiaſticis diſceptationibus & judiciis facile agnoſcebatur ad veritatis æquitatiſque momentum lancemve propendere; contra vero mendacium, & quamlibet injuſtitiam vehementiſſime ſeveriſſimeque inſectari. Nec erga plebejos tantum & viliores, in quos, ſi quid peccent, cuivis facilis & libera eſt cenſura; ſed adverſus principes etiam magiſtratus ac dynaſtas, ipſoſque Imperatores, ardor ac divina dicendi libertas antiſtitis elucebat: quod mea nunc declarabit oratio.

Bardam illum, quem, uti ſcio, noſtis omnes Theodoræ Auguſtæ bonæ principis non bonum, ſed ſævum admodum & crudelem fuiſſe fratrem. Quamquam enim in rerum civilium adminiſtratione egregius induſtriuſque eſſet, rei tamen divinæ atque eccleſiaſticæ nemo illum unquam commodum dixit; ut qui nurus ſuæ amore ita fureret, ut ejus rei fama totam urbem peragraret: nec inter plebem tantum hæreret, ſed ad patriarchæ quoque aures facti indignitas deferretur. Quid ergo patriarcha? non hominis dignitatem reveritus, facinus ſilentio preſſit; ſed ex lege arguit, reprehenditque, & hortatus eſt, ut ne ſalute neglecta, animam ſuam perditum iret, ſed fœdum & enorme ſcelus expiaret. Ille tamen non modo ſe ab improbitate ſua non

κατ' ὄνομα· καὶ πάσης μὲν κομπῆς θρασείας καὶ βλαβερᾶς, πάσης δὲ λύμης καὶ ἀπωλείας ἔξω ἦγεν αἱρετικῆς, πρὸς τὰς ἀειζώους δὲ καὶ ἀειθαλεῖς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ δικαιοσύνης ὡδήγει καὶ εἰσῆγε νομάς. καὶ αὐτὸς μὲν κακίας ἁπάσης τοσοῦτον ἀπείχετο, ὅσῳ πάσης ἀντείχετο δικαιοσύνης· ἐξαιρέτως δὲ πρὸς τὰς τῶν ἀρετῶν κατορθούμενος γενικάς, τῆς κατ' εὐσέβειαν πληρότητος ἐπεμελεῖτο. φρόνησις μὲν γὰρ αὐτῷ διεσπούδαστο, οὐχ ὥστε πλοῦτον ἑαυτῷ καὶ δόξαν πορίζεσθαι κοσμικήν, καὶ ποικίλας σώματος ἡδονάς, ἀλλ' ὥστε τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον ἐν διακρίσεως πνεύματι καλῶς συνιέναι καὶ ποιεῖν. ἀνδρία δὲ αὐτῷ, τὸ μὴ ἡττᾶσθαί ποτε τῆς ἁμαρτίας, ἀλλ' ἐλεύθερον εἶναι καὶ δεσπόζειν τῶν δυναστῶν· ἀποτόμως δὲ τὸν ἁμαρτάνοντα κατὰ τὸν Ἀποστολικὸν νόμον διελέγχειν, καὶ τοῦτο πολλάκις ἐνώπιον πάντων, καὶ μὴ καθυφίεσθαι δουλοπρεπῶς, ἵνα καὶ οἱ λοιποί, φησί, φόβον ἔχωσι. σωφροσύνη δέ, οὐ τοῦ οἰκείου σώματος μόνον ἡ ἁγνότης τε καὶ καθαρότης, ἣν ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας οὕτω πόνοις συχνοῖς καὶ ἱδρῶσι κατωρθώσατο, ὡς εἰς ἄκραν αὐτὸν ἀπάθειαν, ἤτοι παντελῆ νέκρωσιν τοῦ σαρκίνου φρονήματος ἐλθεῖν. οὐ ταύτῃ γοῦν μόνον τὸ τῆς σωφροσύνης ὡρίζετο καλόν, πάσῃ δὲ σπουδῇ καὶ τὴν κατ' αὐτὸν ἐκκλησίαν ἐπὶ τοσοῦτον ἥγνιζε, καὶ τῷ ἐμβριθεῖ τε καὶ συνεχεῖ τῆς τοῦ πνεύματος διδασκαλίας ἐσωφρόνιζεν, ὡς μηδ' ὄνομα πορνείας, ἢ τινος ἄλλης ἀκαθαρσίας ἐν τοῖς αὐτῷ πλησιάζουσιν ἀκούεσθαι. ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς τὴν ἄμωμον ὁδὸν τοῦ Κυρίου ἀμώμως ἐπορεύετο, οὕτω καὶ τὴν ἐκείνου νύμφην, ὡς ἀγαθὸς νυμφοστόλος, ἐν ἀμώμῳ προσῆγε πολιτείᾳ· περὶ δικαιοσύνης δὲ τί χρὴ καὶ λέγειν; ἣν οὕτω στερρῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ὁ μακάριος ἐνεδέδυτο, ὥστε καὶ μέμψιν δι' αὐτὴν ἐπέχειν πολλάκις παρὰ τοῖς ἀδίκοις τοῦ δικαίου διαιτηταῖς, καὶ σκληρότητι καταγινώσκεσθαι τὸν ὡς ἀληθῶς πρᾶον ποιμένα, καὶ Θεοῦ μιμούμενον δικαιοσύνην· καὶ γὰρ οὐκ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πολὺ μᾶλλον ἀμφισβητήσεσι καὶ κρίσεσι, τὸ πρὸς ἀλήθειαν μὲν καὶ δικαιοσύνην ἐπιρρεπές, ὑπεροπτικὸν δὲ αὐτοῦ καὶ ἀπότομον πρός τε τὸ ψεῦδος καὶ ἀδικίαν πᾶσαν ἐγνωρίζετο· καὶ οὐ πρὸς τοὺς πολλοὺς μόνον καὶ χυδαιοτέρους, πρὸς οὓς ἀδικοῦντας τάχα καὶ ἄλλος ἂν παρρησιάσαιτο, ἤδη δὲ καὶ πρὸς τοὺς ταῖς πρώταις περιβεβλημένους δυναστείαις, καὶ πρὸς τοὺς βασιλέας αὐτοὺς ὁ τοῦ Ἀρχιερέως ζῆλος καὶ ἔνθεος παρρησία διεδείκνυτο· δηλώσει δὲ νῦν ὁ λόγος.

Τὸν Βάρδαν ἐκεῖνον οἶδ' ὅτι πάντες ἀκούετε, * ὡς Θεοδώρας μὲν τῆς ἀγαθῆς βασιλίδος ἀδελφὸς ὤν, οὐκ ἀγαθὸς δέ, ἀλλὰ καὶ λίαν πικρὸς καὶ ἀπάνθρωπος· ὃν σπουδαῖον μὲν εἶναι καὶ δραστήριον περὶ τὴν τῶν πολιτικῶν πραγμάτων μεταχείρισιν, οὐδεὶς δὲ περὶ τὴν ἐκκλησίαν χρηστὸν ἔφησε γενέσθαι. τοῦτον τῇ ἰδίᾳ φασὶν οὕτως ἐπιμανῆναι νύμφῃ, ὡς ἀνὰ πᾶσαν ταύτην τὴν πόλιν περιβομβηθῆναι· καὶ οὐκ ἄχρι τῶν πολλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ Ἀρχιερέως τὴν πονηρὰν φήμην ἐλθεῖν. τί οὖν ἐκεῖνος; οὐ τὸ μέγεθος ηὐλαβήθη τοῦ προσώπου, οὐδὲ συνεσκίασε τὸ ἀμπλάκημα τῇ σιωπῇ, ἀλλὰ καὶ ἤλεγξε κατὰ τὴν ἐντολήν, ἀλλὰ καὶ ἐπετίμησεν, ἀλλὰ καὶ παρεκάλεσε φείσασθαί τε τῆς ἰδίας ψυχῆς, καὶ τὸ φρικτὸν τοῦτο μύσος ἀπορρίψασθαι· ὁ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἀπείχετο τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας· ἑορτῇ δὲ τῶν ἁγίων

ANNO CHRISTI 869.

* al. οἱ.

ANNO CHRISTI 869.

ἁγίων θεοφανείων ἦν· καὶ αὐτὸς ἀναιδῶς προσῆλθε, A τῶν θείων μεθέξων μυστηρίων· τί δὲ ὁ Ἀρχιερεύς; ἀποβάλλεται τῆς κοινωνίας, ἀνάξιον τοῦτον τῆς τοῦ δεσποτικοῦ σώματος κρίνων μεταλήψεως. ὁ δὲ μαίνεται μανίᾳ πικρᾷ, καὶ κατὰ τῆς ἰδίας ὁπλίζεται ψυχῆς· ἀπειλεῖ τὸ οἰκεῖον ξίφος τοῖς σπλάγχνοις τοῦ ἱεράρχου καταχῶσαι· ὁ δὲ ἀνταπειλεῖ, τὸν δυνάμενον ἐκκαλούμενος ἐπιστρέψειν τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ ἐπ' αὐτόν. αὕτη γίνεται σκανδάλων ἀρχή· αὕτη πρώτη τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκαταστασίας ἀφορμή. ἐντεῦθεν βαρὺν ἑαυτῷ χόλον καὶ μῆνιν ὁ Βάρδας ἐκεῖνος ἐναποθέμενος κατὰ τοῦ Ἰγνατίου, πάντα κάλων ἐκίνει, τὸ δὴ λεγόμενον, τῷ βασιλεῖ τοῦτον διαβαλεῖν· πατρίκιος δὲ τότε καὶ τῶν σχολῶν δομέστικος ὤν, ὅλην B τοῦ Μιχαὴλ, ἅτε δὲ θεῖος, εἰς ἑαυτὸν τὴν ἀρχὴν ὑπεποιεῖτο. καί ποτε προσεληλυθὼς τῷ μειρακίῳ καὶ λόγοις κατηγορῶν ἀπατηλοῖς· ἵνα τί, ἔλεγεν, ὦ δέσποτα, παραχωρεῖς τὴν βασιλείαν τῇ μητρὶ καὶ ταῖς ἀδελφαῖς; μὴ γὰρ ἔτι νήπιος εἶ; μὴ τὴν ἡλικίαν ἀτελής; ἀλλ' ἰδού, φησίν, ἐζεύχθης καὶ γυναικί, καὶ ἤδη εἰς ἄνδρας τελεῖς· ὀφείλεις καὶ φρόνημα λοιπὸν ἀναλαβεῖν ἀνδρός. τὴν μητέρα δὲ καὶ τὰς ἀδελφάς, τὸν πατριάρχην μετακαλεσάμενος, ἀποκεῖραι πρόσταξον. σὲ γὰρ βασιλεύειν μόνον λοιπόν, καὶ τοὺς ἐκ σοῦ τεχθησομένους, καὶ Θεῷ καὶ πᾶσιν ἡμῖν ἀρεστόν. αὐτίκα τοίνυν ἐκεῖνος τὸν τίμιον ἱεράρχην μεταπέμπεται· εὐρίπιστον γὰρ ἡ νεότης, καὶ ῥᾳδίως C ταῖς κεναῖς τῶν ἐλπίδων μετεωριζόμενον. εἰ δὲ καὶ ἐξουσίας ὑπεροχὴ προσείη, μείζων μὲν ἡ κουφότης, εἰς μείζω δὲ ἄνοιαν καὶ πτῶσιν ὡς τὰ πολλὰ προχωρεῖ. ὅτε τοίνυν ἀρχὴν ταῖς κατ' αὐτὸν ἀταξίαις καὶ ἀπαιδευσίαις, μᾶλλον δὲ ἀσεβείαις, ὁ Μιχαὴλ καταβαλλόμενος· ταχὺ τὴν ἐμὴν μητέρα καὶ τὰς ἀδελφὰς πρὸς τὸν δίκαιον, ἔφη, λαβών, ἀπόκειραι, τῷ μοναχικῷ σχήματι ταύτας καταδίκασον· ὁ δὲ παρρησιασάμενος· ἀδύνατόν μοι τοῦτο ποιεῖν, εἶπεν, ὑπολαβών· τῆς γὰρ ἐκκλησίας τοὺς οἴακας τὴν ἀρχὴν ἐγχειριζόμενος, ἔγγραφον ὅρκον ἐθέμην, μηδεμίαν τῆς βασιλείας ὑμῶν ἐπιβουλήν, ἢ οἱανοῦν ἐπήρειαν D ποτε διαλογίσασθαι. καὶ νῦν τί τὸ ἀδίκημα τῶν βασιλίδων; καὶ τίς ἡ κατ' αὐτῶν αἰτία, ὅτι τὸ ὑμέτερον κράτος ταῦτα κατ' αὐτῶν διενοήθη; οὕτως εἰπόντος τοῦ Ἀρχιερέως, καθοσιώσεως τοῦτον Βάρδας ἐγράψατο γραφήν, Γηβοβασιλευτὸν ἔναντι τοῦ βασιλέως διαλοιδορούμενος. ἦν δὲ ὁ Γήβων οὗτος ἐπίληπτος ἄνθρωπος, καὶ τὰς φρένας οὐ πάνυ καθεστηκώς· ὃς πρὸ ὀλίγων ἐκείνων ἡμερῶν ἀπὸ τοῦ Δυρραχίου παρεγένετο, σχῆμα μὲν περικείμενος κληρικοῦ, παῖδα δὲ ἑαυτὸν τῆς βασιλίδος Θεοδώρας ἐξ ἀνδρὸς ἑτέρου ληρῶν· ᾧ οἱ πολλοὶ τοῦ δήμου ὡς βασιλεύειν μέλλοντι προσεῖχον· τότε δὲ ἐν Ὀξείᾳ τῇ νήσῳ ἐν ἀσφαλεῖ συνείχετο φρουρᾷ· ὁ μὲν οὖν πατριάρχης E ἐν ὑπονοίᾳ διὰ ταῦτα τῷ Μιχαὴλ καταστάς, εὐθὺς ὑπονοστεῖ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν· ὁ δὲ παραχρῆμα τὴν μητέρα καὶ τὰς ἀδελφὰς καταγαγών, ἐν τοῖς Καριανοῦ λεγομένοις ἀπενεχθῆναι κελεύει καὶ καρῆναι. μετὰ μικρὸν δὲ καὶ αὐτὸν ἀπελαύνει τοῦ πατριαρχείου τὸν Ἰγνάτιον, καὶ πρὸς τὴν νῆσον Τερέβινθον αὐτὸν ὑπερορίζει· κατ' αὐτὴν δὲ τὴν ἡμέραν καὶ Γήβωνα ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς Ὀξείας εἰς Πρίγκιπον μετενεγκών, τά τε σκέλη καὶ τοὺς βραχίονας ἐξέκοψε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύξας, ἀπέκτεινεν αὐτόν, οἰόμενος τούτῳ τὸν πατριάρχην ἀμύνεσθαι. οὔπω τρεῖς μετὰ τὴν



VITA IGNATII PATRIAR.

A abſtinuit, ſed ipſo Epiphaniæ die feſto in ædem ſacram, euchariſtiæ myſteria percepturus, impudenter eſt progreſſus. Quid hic patriarcha? a ſacris arcet, indignum eum judicans corporis dominici participatione. Ille vero diro percitus œſtro furit, ſuumque in exitium armatus, ſe gladium in antiſtitis viſcera defixurum minitatur. Sed Ignatius contra comminatur, Deum invocans, qui potens eſſet gladium in illum convertere. Hinc offenſionum prima origo: hic fons eccleſiaſticæ perturbationis. Hinc gravi Bardas ira odioque concepto, ac altius in pectus demiſſo, omnem, ut dicitur, rudentem contra Ignatium movebat, ut eum B apud Imperatorem criminaretur. Patricius tum erat Bardas, & ſcholarum domeſticus, ſibique totam imperii adminiſtrationem, utpote avunculus Michaelis, vindicabat. Hic aggreſſus aliquando adoleſcentem, verbiſque inſidioſis captans: Quid, inquit, domine, imperium matri & ſororibus permittis? Atqui non es amplius infans, ævique immaturus: immo, inquit, & jam uxore ducta virum agis. Debes ergo in poſterum virilem animum gerere. Itaque a patriarcha accerſito matrem & ſorores tonderi velarique jube. Ut enim deinceps ſolus cum procreandis a te liberis imperes, & numini cæleſti placet, & nobis æquiſſimum C videtur. Accerſit ergo illico venerandum patriarcham. Eſt enim inconſtans & mutabilis adoleſcentia, facileque vana ſpe effertur. Quod ſi potentiæ quoque faſtigium accedat, major etiam eſt illius levitas, majoremque in amentiam & caſum ſæpenumero prolabitur. Tunc igitur Michael corruptelarum, morumque depravatorum, & vero magis impietatum ſuarum principio poſito; Matrem, inquit, meam ſororeſque e veſtigio arreptas attonde, & religioſa velatas veſte vitæ religioſæ addicito. At libere patriarcha; Hoc, inquit, a me fieri nefas: nam eccleſiæ gubernacula ſedemque ſacram cum ſuſciperem, fidem jurejurando D meam per ſcriptum aſtrinxi, nunquam me imperio veſtro inſidias poſiturum, vel conſilium ejuſcemodi agitaturum. Et vero nunc, quod reginarum eſt facinus, quæve in illis cauſa, ut majeſtas veſtra adverſus eas talia machinetur? Hæc memorantem patriarcham Bardas reum majeſtatis poſtulavit, & coram imperatore * Gebobaſileutum (ſeu Gebonis pſeudo-imperatorii generis ſimilem) per convicium vocavit. Erat Gebo hic ſtolidus, maleque ſanus homo, qui proximis diebus Dyrrachio venerat, veſte quidem eccleſiaſtica indutus, ſe vero pro filio Theodoræ Auguſtæ ex alio viro gerebat; cui non pauci ex plebe velut regnaturo adhære- E bant: tunc vero in inſula Oxia, ſeu Acuta, firma cuſtodia tenebatur. Patriarcha ergo propterea Michaeli ſuſpectus, ſtatim ad eccleſiam ſe recepit. Michael vero extemplo matrem cum ſororibus in Cariani ædes detruſam deportari tonderique imperat. Nec multo poſt ipſum quoque patriarcham Ignatium pellit, atque in inſulam Terebinthum ejicit; eodemque die Gebonem illum ex Acuta in Principes transfert, & cruribus brachiiſque præciſis, oculiſque erutis, interficit, ratus ſe hac ratione ultum ire patriarcham: Nec dum triduum a patriar-

* Gebobaſileutum, hoc eſt, Gebonis ſtolidi hominis, & imperium temere affectantis, parti faventem.

patriarchæ diſceſſu fluxerat, cum adſunt qui A putabantur inter epiſcopos primarii; chirographum ſive libellum abdicationis ob præſentium temporum iniquitatem ab eo petentes. Et quinam hi? qui antea illi per ſcriptum juraverant, ſe prius ſupremam Trinitatis majeſtatem negaturos, quam ſine canonica damnationis ſententia paſtorem ſuum exauctorari paſſuros. Verum ii re infecta reverterunt. Intra paucos autem dies patricii, judicumque clariſſimi cum iiſdem epiſcopis egreſſi, omnibus machinis & pollicitationibuſque comminationibuſque compellebant, ut epiſcopatu ſe abdicaret, ſi in apertum nollet committere ſe periculum. Sed non minus firmus immotuſque ſtetit, quam B maritima cautes altis in terram defixa radicibus, fluctuum inſultibus nihil cedens. Ergo cum non haberent, unde illum læderent, nulla per eum data cauſa, cujus rationem reddere non poſſet; nudo, quod ajunt, capite, perfrictaque fronte ad omne fas nefaſque deſcenderunt. Et dominus quidem noſter Jeſus Chriſtus, utpote Deus verus & veri Patris ſoboles, non ſolum qua Deus eſt æternus, omnia antequam ſint, prævidit; ſed etiam qua homo pro nobis factus, deificata ſua mente omnia præſciens. *Neceſſe eſt*, inquit, *ut veniant ſcandala: væ autem illi, per quem ſcandalum venit*. Omnium ergo ſectarum, quæ C a divina Chriſti in humanitatem præſentia ad hodiernum uſque diem in eccleſias cum pernicie irrepſerunt, auctores, veluti ſcandalorum duces, digni ſunt, qui primi malum, quod Chriſtus minatur, participent. Sed non minus, opinor, ii qui noſtro ævo maligne egerunt, quam illi priſci & decantatiſſimi hæreſiarchæ, cæleſtis iram vindictamque numinis ſentient, ut qui innumerabilium offenſionum & malorum toti terrarum orbi ſint auctores. Neque enim propterea juſtorum albo adſcribentur, quod rectis ſcilicet dogmatibus, & ſcriptionibus innumeris Deum fateri videantur: ſed idcirco damnabuntur, quod, ut D eſt in ſacris paginis, Deum factis ipſis negarint, abominabiles facti, & contumaces, & ad omne opus bonum reprobi. (Tit. 1.) Nec quia perſonam pietatis, vultumque religionis ementiti agunt omnia efficiuntque, ut juſti ab hominibus putentur, ideo ſunt juſti apud occultorum cognitorem & judicem Deum: ſed quod nervo pietatis eliſo, mores ad evangelii præcepta non conformarint; quod amore ſui cæci, avaritiæ & voluptatibus, ambitionique venundati & emancipati, innocentes omni genere injuriarum, perjuriorum, crucis abnegationum, inſidiarum, & maleficiorum opprimentes, optime compoſitum eccleſiæ ſtatum E perturbarint, everterintque; rem autem divinam, nomenque & ſacra ſanctæ eccleſiæ tot impietatibus & flagitiis contaminarint, polluerint, profanarint, ut periculum ſit (pene dicam) ne pietatis myſterium in verbis nudis potius, quam in rebus ac veritate conſiſtere videatur: idcirco juſtiſſimam damnationis a Deo ferendæ ſententiam incurrent.

Horum porro malorum omnium ſtirps & radix, primaque cauſa & certiſſima extitit is, qui a principio homicida fuit: qui quod

κατῄεσαν διαλλαχθεῖσαι ἡμέραι, καὶ παρῆσαν τῶν ἐπισκόπων οἱ νομιζόμενοι λογάδες, λίβελλον ἀποταγῆς, ἤτοι παραίτησιν διὰ τὴν ἐνεστῶσαν τοῦ καιροῦ κακίαν ἀξιοῦντες λαβεῖν παρ' αὐτοῦ. καὶ τοῦτο τίνες; οἱ ἐγγράφως αὐτῷ πρότερον ὀμωμοκότες, καὶ αὐτῆς ἐκπεσεῖν τῆς ὑπερουσίου τριάδος ἀξιούμενοι, εἴγε τὸν οἰκεῖον ποιμένα ἄνευ καταγνώσεως ἀθετήσαιεν κανονικῆς. ἀλλ' αὐτοὶ μὲν ὑπέστρεφον ἀνήνυτα πεπονηκότες. μετ' ὀλίγας δὲ αὖθις ἡμέρας πατρίκιοι, καὶ τῶν κριτῶν οἱ ἐπιφανέστατοι σὺν τοῖς προλαβοῦσιν ἐπισκόποις ἐξιόντες, πάσαις μηχαναῖς, ὑποσχέσεσί τε καὶ ἀπειλαῖς τὸν θρόνον ἐγγράφως παραιτήσασθαι κατεβιάζοντο, εἴγε μὴ μέλλοι εἰς προφανῆ καθεῖναι κίνδυνον ἑαυτόν. ἔμενε δὲ ἀμετάθετος οὐδὲν ἧττον ἢ πέτρα παράλιος εἰς βάθος γῆς ἐρριζωμένη, καὶ πάσαις ἀνένδοτος κυμάτων ἐπιφοραῖς. ἐπειδὴ οὖν οὐκ εἶχον ἀλόγως παρανομεῖν, οὐδεμιᾶς αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ ἀνευθύνου προφάσεως ἐνδιδομένης, γυμνῇ, λεγόμενον τῇ κεφαλῇ, καὶ ἀναιδεῖ προσώπῳ, κατὰ τὸ ᾀδόμενον, πρὸς πᾶσαν ἐχώρουν ἀδικίαν καὶ παρανομίαν. ὁ μὲν οὖν Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἅτε θεὸς ἀληθινὸς καὶ ἀληθινοῦ πατρὸς ὢν, οὐ τῷ θεὸς εἶναι μόνον προαιώνιος, τὰ πάντα πρὸ τῆς αὐτῶν γενέσεως οἶδεν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἄνθρωπος ὑπὲρ ἡμῶν γενέσθαι, τῷ τεθεωμένῳ νοῒ τὰ πάντα προκατανοῶν· ἀνάγκη, φησὶν, ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα. οὐαὶ δὲ δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται· καθ' ὅλας μὲν οὖν τὰς ἀπὸ τῆς θεανδρικῆς αὐτοῦ παρουσίας μέχρι τοῦ δεῦρο παρεισφθαρείσας αἱρέσεις ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, οἱ τῶν αἱρέσεων ἔξαρχοι, ὡς τῶν σκανδάλων ἐξηγούμενοι, πρῶτοι ἂν ἀξίως αὐτοὶ μετέχοιεν καὶ τοῦ ταλανισμοῦ· οὐχ ἧττον δὲ οἶμαι τῶν πάλαι θρυλλουμένων αἱρετικῶν καὶ οἱ κατὰ ταύτην πονηρευσάμενοι τὴν γενεὰν, ὡς αἴτιοι σκανδάλων μυρίων τῷ κόσμῳ γενόμενοι, τῆς ἄνωθεν πεῖραν λήψονται ὀργῆς· οὐ γὰρ ὅτι δόγμασιν ὀρθοῖς δῆθεν καὶ συγγραφαῖς ἀμέτροις θεὸν δοκοῦσιν ὁμολογεῖν, διὰ τοῦτο μόνον δικαιωθήσονται. ἀλλ' ὅτι τοῖς ἔργοις, κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον, ἠρνήσαντο αὐτὸν, βδελυκτοὶ γενόμενοι καὶ ἀπειθεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι, τούτου γε ἕνεκεν κατακριθήσονται. οὐδ' ἔτι μόρφωσιν εὐσεβείας, καὶ σχῆμα γοῦν τι καὶ πλάσμα κενὸν εὐλαβείας περιθέμενοι πάντα δρῶσι καὶ πραγματεύονται, ὥστε δικαιωθῆναι παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, διὰ τοῦτο δίκαιοι καὶ παρὰ τῷ τῶν κρυφίων ἐπόπτῃ καὶ ἐξεταστῇ· ἀλλ' ὅτι τῆς εὐσεβείας τὴν δύναμιν, καὶ τὴν κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ἀπηρνήσαντο ζωὴν, πάσαις μὲν φιλαυτίαις καὶ φιλαργυρίαις, φιληδονίαις τε πάσαις καὶ φιλαρχίαις ἑαυτοὺς ἀπεμπολήσαντες, πάσαις δὲ ἀδικίαις, ἐπιορκίαις, σταυροπατίαις, καὶ κακουργίαις δὲ κατὰ τῶν ἀθῴων καὶ ἐπηρείαις χρώμενοι, πᾶσαν τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐνομίαν διέλυσαν καὶ συνέχεαν· τὸ θεῖον δὲ τῆς ἱερᾶς ἐκκλησίας πρᾶγμα καὶ ὄνομα οὕτω ταῖς ποικίλαις αὐτῶν ἀθεσμίαις καὶ παρανομίαις ἐβεβήλωσαν, ὥστε κινδυνεύειν, ὀλίγου δεῖν, ἐν ψιλοῖς ἡμῶν λόγοις, ἀλλ' οὐκ ἐν ἀληθείᾳ καὶ πράγματι τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον ὑπονοεῖσθαι· διὰ ταῦτα δικαιοτάτης τεύξονται πρὸς θεοῦ τῆς κατακρίσεως.

Τούτων δὲ τῶν κακῶν ἁπάντων αἰτία προκαταρκτικὴ καὶ ῥίζα, ὁ ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος καθέστηκε δηλαδή· ὃς τῷ ἀποστῆναι τοῦ ἀγαθοῦ, πάσης κακίας

ANNO CHRISTI 869.

VITA IGNATII PATRIAR.

κίας γενόμενος δημιουργός, οὐ παύεται μέχρι καὶ νῦν τὸν οἰκεῖον ἰὸν τοῖς πρὸς ὑποδοχὴν ἑτοίμοις κατὰ πᾶσαν ἐναπερευγόμενος γενεάν. καὶ τοσούτῳ μᾶλλον τὴν παρ᾽ ἑαυτοῦ κακίαν ἐπιδαψιλεύεται, καθ᾽ ὅσον ἂν καὶ ἐπιτηδειοτέροις πρὸς τὸν οἰκεῖον περιτύχοι σκοπόν. συγχωροῦνται δὲ πολλάκις κρατεῖν, καὶ κοσμικαῖς δυναστείαις οἱ τοιοῦτοι μεγαλύνεσθαι, ὡς ἂν ἐκ πολλῶν καρδιῶν, κατὰ τὸ θεῖον λόγιον, ἐκφανῶσι διαλογισμοί. καὶ ὥστε τὸν σῖτον διαχωρισθῆναι τοῦ ἀχύρου, καὶ πυρωθῆναι μὲν ταῖς ἐπηρείαις τὸν δίκαιον, ὥσπερ ἐν χωνευτηρίῳ χρυσόν, καὶ τοῖς οὐρανίοις ταμιευθῆναι βασιλείοις, ἀποπεμφθῆναι δέ, καθάπερ σκωρίαν, ὅσον ἀδόκιμον καὶ ἀνάξιον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. B πρὸς οὖν ταῦτα οὐκ οἶμαί τινα τῶν εὐσεβούντων ἀντερεῖν.

Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν ἱερὸν Ἰγνάτιον παρηκολουθηκότα, καὶ ὅσα κατὰ τῆς ἐν αὐτῷ κεκρυμμένης ἀληθείας, καὶ ἀρετῆς ὁ τῶν ἁγίων ἐχθρὸς καὶ ἐπίβουλος διὰ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτοῦ τῇ κακίᾳ κατεπράξατο· ἀλλὰ πάντα μὲν κατὰ μέρος ἐπεξιέναι ἀμήχανον εἰδώς, καὶ κρεῖττον ἢ κατ᾽ ἰσχὺν ἐμήν, τοῖς κυριωτέροις δὲ τὸν λόγον ἐπαφιείς, πειράσομαι καθ᾽ ὅσον οἷόν τε πανταχοῦ τῆς ἀληθείας πεφροντικὼς μηδὲν τῶν ἀξίων μνήμης παραλιπεῖν.

C Ἐπειδὴ τοίνυν οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως πάντα πολλὰ πειράσαντες, τὸ πρὸς παρανομίαν ἐνδόσιμον οὐχ οἷοί τε ἐγεγόνεισαν παρὰ τοῦ Ἰγνατίου λαβεῖν, γενναίαις ἐνστάσεσι παραιτήσασθαι μὴ καταδεξαμένου, παρ᾽ ἑαυτῶν ἔλαβον τοῦτο λοιπόν· καὶ πλεῖστα καθ᾽ ἑαυτοὺς συσκεψάμενοι, καὶ πᾶσαν κεκινηκότες βουλήν, Φώτιον πρωτοσπαθάριον ὄντα καὶ πρωτασηκρῆτιν, εἰς Ἀρχιερέα τῆς βασιλίδος προχειρίζονται. ἦν δὲ οὗτος ὁ Φώτιος οὐ τῶν ἀγενῶν τε καὶ ἀνωνύμων, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐγενῶν κατὰ σάρκα, καὶ περιφανῶν, σοφίᾳ τε κοσμικῇ καὶ συνέσει τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ στρεφομένων εὐδοκιμώτατος πάντων ἐνομίζετο· γραμματικῆς μὲν γὰρ καὶ ποιήσεως, ῥητορικῆς τε καὶ φιλοσοφίας, ναὶ δὴ καὶ ἰατρικῆς, καὶ πάσης ὀλίγου δεῖν D ἐπιστήμης τῶν θύραθεν τοσοῦτον αὐτῷ τὸ περιόν, ὡς μὴ μόνον σχεδὸν φάναι τῶν κατὰ τὴν αὐτοῦ γενεὰν πάντων διενεγκεῖν, ἤδη δὲ καὶ πρὸς τοὺς παλαιοὺς αὐτὸν διαμιλλᾶσθαι. πάντα γὰρ συνέτρεχεν ἐπ᾽ αὐτῷ, ἡ ἐπιτηδειότης τῆς φύσεως, ἡ σπουδή, ὁ πλοῦτος, δι᾽ ὃν καὶ βίβλος ἐπ᾽ αὐτὸν ἔρρει πᾶσα· πλέον δὲ πάντων ὁ τῆς δόξης ἔρως, δι᾽ ὃν αὐτῷ καὶ νύκτες ἄϋπνοι περὶ τὴν ἀνάγνωσιν ἐμμελῶς ἐσχολακότι. ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν αὐτόν, ὡς μὴ ὤφελεν, ἐπεισελθεῖν ἔδει, καὶ τῶν διὰ τοῦτο βιβλίων τῆς ἀναγνώσεως οὐ κατὰ πάρεργον ἐπεμελήθη· ἀγνόημα δὲ ἠγνόησεν, ἵν᾽ εἴπω θεολογικῶς, σφόδρα τῆς αὐτοῦ σοφίας ἀνάξιον· οὐ γὰρ ἠθέλησε προσέχειν τὸν νοῦν, ὅτι εἴτις θέλει σοφὸς γενέσθαι E ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός. οὐδὲ τὴν ὁδὸν εἵλετο τῆς ταπεινοφροσύνης, δι᾽ ἧς ἡ μεγάλη τοῦ Θεοῦ χάρις, καὶ ἡ ἀληθὴς σοφία δίδοται καὶ κατορθοῦται· οὐδὲ στραφῆναι καὶ γενέσθαι ὡς τὸ παιδίον διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν, ὡς ἡ τοῦ Κυρίου διαμαρτυρία, κατεδέξατο· ἀλλ᾽ οὐδὲ σκάψαι τὴν αὐτοῦ ψυχήν, καὶ βαθῦναι τὴν διάνοιαν διὰ πάσης ὑποταγῆς, κατὰ Κύριον, καὶ ἀτιμοτέρας ἀγωγῆς καὶ ταπεινόφρονος, καὶ δι᾽ ἀπαθείας οὕτω τῇ πέτρᾳ προσεγγίσαι Χριστῷ, καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ θεῖναι θε-

A a bono defecit, omnis maleficii artifex effectus, hodieque non ceſſat venenum in eos ſuum eructare, quos omnibus ſæculis ad id hauriendum paratos habet: eoque largius latiuſque virus ſuum diffundit, quanto ad rem ſuam aptiores offendit. Permittuntur autem tales ſæpe rerum potiri, terrarumque imperiis extolli, ut ex multorum cordibus, quemadmodum eſt in divinis oraculis, revelentur cogitationes; utque triticum a paleis ſecernatur, & juſtus igne moleſtiarum, velut aurum in fornace, coquatur, cæleſtibuſque theſauris reſervetur; rejiciaturque, quidquid ut ſcoria adulterinum eſt, & cæleſti regno indignum. Atque his, B opinor, nemo contradicet eorum qui pietatem colunt. *Luc. 2*

Sed videamus porro, quæ deinceps B. Ignatio acciderint, quantaque mala veterator ac hoſtis ſanctorum virorum adverſus latentem in illo fidem ac virtutem, per ſuos adminiſtros, malitia ſua machinatus ſit. At vero cum intelligam me ſigillatim omnia percenſere non poſſe, rebuſque tantis parem non fore, oratione ad res præcipuas enarrandas converſa, nudam rei veritatem ubique ſtudioſe perſecutus, pro mea virili curabo, uti ne quid rerum quæ ſint memoria dignæ, prætermittam.

Poſtquam igitur adminiſtri regii, ſæpe tentata re, C non potuerunt flectere Ignatium ad id quod inique petebant, ſuam illo dignitatem fortiter & conſtanter tuente, a ſe ipſi conſilium de cetero petiverunt; rebuſque inter ſe diu agitatis, omnemque in partem verſatis, tandem Photium protoſpatharium & primum a ſecretis, patriarcham urbis regiæ deſignant; hominem ſane minime obſcurum & ignobilem, ſed claris & illuſtribus oriundum natalibus, rerumque civilium & politicarum uſu, prudentiaque & ſcientia clariſſimum. Grammaticæ enim litteraturæ, & carminis pangendi, dicendique laude, quin & philoſophiæ & medicinæ, & omnium prope liberalium diſciplinarum D externarum ſtudio cognitioneque tantopere florebat, ut ævi ſui facile princeps haberetur, immo & cum veteribus jam certare poſſet. Omnia quippe in illo concurrerant, aptitudo quædam & naturæ vis ac felicitas, ſtudium, opes, quibus ſibi librorum omnium maximam copiam comparabat: &, quod præ cunctis, gloriæ laudiſque cupido, qua incenſus totas noctes, ut lectioni aſſidue vacaret, ducebat inſomnes. Quoniam vero ſacrum etiam (quod utinam nunquam fuiſſet) thronum eccleſiæ conſcenſurus erat, ſacra quoque & eccleſiaſtica volumina ſtudioſe cœpit lectitare. Verum * ut Theologi Nazianzeni ritu loquar, quod E ſane ipſius ſapientia indignum fuit, ignorationem ignoravit. Noluit enim animadvertere, quoniam: *Si quis vult ſapiens fieri in hoc mundo, ſtultus ſit, ut ſapiens fiat*. Neque viam modeſtiæ & ſummiſſionis ingreſſus eſt, qua ad cæleſtem gratiam, veramque ſapientiam pervenitur: neque depoſito faſtu voluit converti, & fieri ut parvulus, propter regnum Dei, juxta Domini vocem: neque animam ſuam & mentem altius fodere, & omni ſubjectione demittere, ut jubet Dominus, per abjectiorem humilioremque ſemitam, atque ita per affectuum morti-

* *Potius, ex more loquar Scripturæ ſacræ* H.

*1. Cor. 3.*

*Matth. 18.*

tificationem petræ Chriſto conjungi, & ſuper ipſum inconcuſſum fidei fundamentum ponere, & piis operibus ſeipſum domicilium ſapientiæ conſtituere. Nihil horum huic venit in mentem, alia omnia cogitabat: fragili & arenoſo, vanæ profanæque ſapientiæ fundamento & inſolentiæ, non ſecundum Chriſtum doctrinæ cor ſuum mentemque confirmans, variis hominum laudibus & plauſibus inflatus, elatuſque inani gloria, per ipſam inimicæ Deo ſuperbiæ ſe conjunxit: ex quo omnis impietatis, omniumque offenſionum materiem edoctus eſt. Ergo jactis ſacerdotii ſui improbandis fundamentis, extrema initiis conſentanea ſortitus eſt. Nec enim repudiavit eccleſiam, tamquam a profanis magiſtratibus profane & ſacrilege ſibi demandatam; neque velut alteri viro nuptam, ſibi per adulterium deſponderi veritus eſt: ſed contra potius exultabundus, avide impudenterque in illius complexum ruit, alienamque tamquam propriam palam arrogavit, ſuaque infamia & dedecore gloriabatur, & laudabatur in iniquitate ſua; intraque ſex non amplius dies, manibus hominum initiatus, concupitam eccleſiæ cathedram invaſit. Eratque vere cernere, ut fertur adagio, extemporalem fictitiumque, ſen perſonatum ſanctum. Nam primo die monachus ex laico, altero lector, tum hypodiaconus, ac diaconus & presbyter: ſexto deinde, qui fuit Chriſti natalis, & ipſe ſacrum conſcendens tribunal, pacem populo, nihil vera pace dignum cogitans, nuntiavit.

Erat huic auctor & initiator in omnibus Gregorius ille cognomento Asbeſta, quem Syracuſanum olim pontificem fuiſſe ferunt, tum Conſtantinopoli de maleficiis reum factum, & jam Romæ, quod contra leges & ſanctiones eccleſiaſticas peccaſſet, exauctoratum. Hunc Ignatius, cum eſſet patriarcha conſecrandus, ne initiationi ſuæ intereſſet, admonuit, donec per otium cauſa ipſius diligenter cognoſceretur. Quod patriarchæ inter initia factum multi, quamvis juſte factum, reprehenderunt.

Hinc, o quis ex his paucis verbis ortam cladem illam & noctem explicet? quis turbas & factiones, liteſque & improbitatem illius * probi Siculi dicendo aſſequatur? Simul ac enim ejus rei nuntium accepit, non ſe philoſophum oſtendit, & infamiam ſuam prudenter dedecuſque contexit; ſed cereos de Ignatii conſecratione acceptos abjecit, & impudentiſſimo ore innocentem coram univerſa eccleſia fœdiſſime conviciatus, lupum pro paſtore ſubſtitui furioſe clamitavit. Quem & Petrus quidam Sardorum epiſcopus cognomento Miſer, & Eulampius Apameæ, aliique e clero * obſcuriores, ſeipſos ab eccleſia ſine cauſa ſejungentes, ſecuti ſunt.

Undecim igitur ipſius annis Ignatius a recepta primum ſede Conſtantinopolitana, omni ratione conatus, omnique verborum humanitate & liberalitate adhibita, nunquam tamen potuit Asbeſtæ improbitatem extinguere. Etenim potentiorum limina terebat, apud omnes virum nullam ob cul-

* Pro, improbi: vel dictum per ironiam. H.

* ignobiliores.

A μέλλον πίστεως ἀῤῥαγῆ, καὶ δι' ἀγαθῶν πράξεων οἶκον τῆς * σοφίας ἑαυτὸν οἰκοδομεῖν· οὐ ταῦτα διενοήσατο ὁ σοφός· πολλοῦ γε δεῖν· καὶ οὐδὲν τούτων ἐπὶ νοῦν ἦλθεν αὐτῷ, ἀλλ' ἐπὶ σαθρῷ θεμελίῳ καὶ ἀμμώδει, τῇ κοσμικῇ σοφίᾳ, καὶ τῇ ἀλαζονείᾳ τοῦ μὴ κατὰ Χριστὸν πεπαιδευμένου λόγου τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν στηρίξας καὶ τὸν νοῦν, καὶ τοῖς κενοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπαίνοις καὶ κρότοις φυσιούμενος, καὶ ἐπὶ πολὺ τῇ κενοδοξίᾳ μετεωριζόμενος, δι' αὐτῆς τῇ ἐχθρᾷ τοῦ θεοῦ ὑπερηφανίᾳ προσεπέλασε, δι' ἧς κακουργίαν τε πᾶσαν, καὶ πᾶσαν σκανδάλων ὑπόθεσιν μυσταγωγεῖται. ὅθεν ἀδόκιμον αὐτοῦ τὴν τῆς ἱεραρχίας καταβαλόμενος ἀρχὴν, ἀκόλουθον ἔσχε τῇ ἀρχῇ τὸ τέ-

B λος. οὐ γὰρ παρῃτήσατο τὴν ὡς παρὰ κοσμικῶν ἀρχόντων ἀκόσμως αὐτῷ καὶ ἀθέσμως ἐνδιδομένην ἐκκλησίαν, οὐδ' ὡς ἑτέρῳ ἀνδρὶ καθηρμοσμένην μοιχικῶς ἑαυτῷ κατεγγυᾶσθαι ηὐλαβήθη· τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ περιχαρῶς, ἢ ἀναιδῶς μᾶλλον, κατησπάζετο, καὶ ὡς ἰδίας τῆς ἀλλοτρίας σαφῶς ἀντεποιεῖτο, καὶ ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτοῦ ἐγαυρία δοξαζόμενος, καὶ ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτοῦ ἐνευλογεῖτο, καὶ ἐν ἓξ ταῖς ὅλαις ἡμέραις χερσὶν ἀνθρώπων πλασάμενος, τῆς ἐπιθυμουμένης ἐπελαμβάνετο καθέδρας· καὶ ἦν ἀληθῶς ἐκεῖνον ὁρᾷν αὐθήμερον ἅγιον πλαττόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν. πρώτῃ γὰρ ἡμέρᾳ μοναχὸς ἀντὶ λαϊκοῦ, τῇ δευτέρᾳ δὲ ἀναγνώστης, καὶ

C ὑποδιάκονος τῇ ἑξῆς, εἶτα διάκονος, εἶτα πρεσβύτερος· ἔπειτα τῇ ἕκτῃ· Χριστοῦ δὲ ἦν τὰ γενέθλια· καὶ αὐτὸς τῷ ἱερατικῷ προσβὰς θρόνῳ, τὴν εἰρήνην τῷ λαῷ προσεφώνει, μηδὲν τῆς ἀληθινῆς εἰρήνης ἄξιον ἐννοούμενος.

Ἦν δὲ αὐτῷ καθηγητὴς καὶ ἱεροτελεστὴς τὰ πάντα Γρηγόριος ἐκεῖνος ὁ καλούμενος Ἀσβεστᾶς, ὃν ποτε καὶ Συρακούσης μὲν ἐπίσκοπον ἔφασαν γενέσθαι, ἐπ' ἐγκλήμασι δέ τισιν εἰς τὸ Βυζάντιον κατηγορούμενον, ἤδη δὲ καὶ ὑπὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας ὡς παρὰ κανόνας πράξαντα, καθῃρημένον. Ἰγνάτιος ἄρτι πρῶτον χειροτονεῖσθαι μέλλων, μὴ παρεῖναι

D τοῦτον τῇ χειροτονίᾳ διεπέμψατο, ἄχρις οὗ τὰ κατ' αὐτὸν, φησὶν, ἐπὶ σχολῆς ἀκριβέστερον διαγνωσθῇ. τοῦτο ὁ πατριάρχης ἐν πρώτοις, οὐ καλῶς μὲν, ὥστε δοκεῖν τοῖς πολλοῖς, πέπραχε δ' οὖν ὅμως ἐν δικαιοσύνῃ.

Ἐντεῦθεν, ὦ τίς ἂν ἐξείποι τὴν ταραχὴν καὶ τὴν σκοτόμαιναν; τίς τὴν ἀπὸ τοῦ μικροῦ ῥήματος φιλονεικίαν καὶ ἔριν, καὶ μνησικακίαν τοῦ δεινοῦ ἐκείνου Σικελοῦ παραστῆσαι; εὐθὺς γὰρ ἀκούσας, οὐκ ἐφιλοσόφησε πρὸς τὴν ἀγγελίαν. οὐ τὴν ἰδίαν ὡς φρόνιμος συνεκάλυψεν αἰσχύνην, τοὺς ἐπὶ χειροτονίᾳ δὲ κηροὺς τῶν αὐτοῦ χειρῶν ἀποῤῥίψας, καὶ καταναιδευσάμενος, πάσης ἐνώπιον τῆς ἐκκλησίας ἐσχάτως διελοι-

E δορεῖτο τὸν ἀναίτιον, καὶ λύκον ἀντὶ ποιμένος ἐπεισφέρεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ μανιωδῶς διϊσχυρίζετο· ᾧ καὶ Πέτρος ὁ Σαρδέων, ὁ λεγόμενος Δειλαῖος, πρὸς δὲ καὶ ὁ Ἀπαμείας Εὐλάμπιος, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν * ἀσημοτέρων εἵποντο κληρικῶν, ἀλόγως τῆς ἐκκλησίας ἀποῤῥηγνύμενοι.

Ἐν ὅλοις μὲν οὖν ἕνδεκα χρόνοις τῆς πρώτης αὐτοῦ ἱεραρχίας ὁ Ἰγνάτιος ἀποπειρώμενος, καὶ πᾶσαν μὲν λόγων, πᾶσαν δὲ δωρεῶν προτεινόμενος φιλοτιμίαν, οὐχ οἷός τε ἐγεγόνει τὴν τοῦ Ἀσβεστοῦ κακίαν κατασβέσαι. διήρχετο πάσας οἰκίας τῶν δυναστῶν, μάτην διαλοιδορούμενος καὶ διασύρων πικρῶς, καὶ



* ἰσ. τῇ σοφίᾳ.

* ἀν ἀσημοτέροι.

ANNO CHRISTI 59.

A καὶ μηδὲ Χριστιανὸν ὀνομάζειν τὸν ἅγιον ὁ ἐναγὴς ἀξιῶν, μάλιστα δὲ πάντων παρὰ Φωτίῳ καὶ τοῖς αὐτοῦ συγγενέσι τιμώμενος, μέγας τις ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ χρηματίζειν ἐπιστεύετο· ὅθεν καὶ παρ' αὐτοῦ πρώτου χειροτονηθεὶς ὁ Φώτιος, ἐκ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ὅλην τοῦ ἀνδρὸς κατὰ τοῦ ἀναιτίου μανίαν ἐπεσπάσατο. καὶ ὥσπερ εἰς αὐτὸ τοῦτο πατριάρχης προχειρισθεὶς, ἵνα πάσαις ἐπινοίαις τρόποις πᾶσι τὸν ἀθῷον τιμωρήσηται, οὕτως ἠγωνίζετο, οὐ τῆς ἱερωσύνης μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς αὐτὸν ἀπαλλάξειν, εἰ δυνατὸν, τῆς ζωῆς· καί τοιγε χειρόγραφα παρὰ τῶν καταδεχομένων αὐτὸν πρότερον ἀπαιτηθεὶς μητροπολιτῶν, ὥστε πατρικὴν ἀπονέμειν τῷ Ἰγνατίῳ τιμὴν, καὶ πάντα κατὰ βούλησιν αὐτοῦ δρᾷν, καὶ ἐν B μηδενὶ τοῦτον παραλυπεῖν. οὔπω δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν δύο μῆνες παρῆλθον, καὶ αὐτὸς τοὺς ὅρκους ἀθετήσας, πρῶτον μὲν τοὺς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τεταγμένους, οὓς οἰκειοτέρους εὕρισκε τοῦ πατριάρχου, κατακλείων, καὶ αἰκισμοῖς βιαίοις καὶ μάστιξι καταικιζόμενος· καὶ κολακεύων δὲ πάλιν, καὶ δῶρα προτείνων καὶ προκοπὰς, καὶ χειρόγραφα ἀπαιτῶν, καὶ πᾶσιν ὥστε πέμψαι, καὶ ἔρευναν ἀκριβῆ ποιήσασθαι κατὰ τοῦ Ἰγνατίου, ὡς αὐτοῦ λάθρα τυρεύοντος κατὰ τῆς βασιλείας. εὐθὺς οὖν ἄρχοντες ἀπηνεῖς καὶ στρατιῶται θρασεῖς τὴν Τερέβινθον καταλαβόντες, καὶ πᾶσαν ποιήσαντες ἐξέτασιν, καὶ πᾶσαν βάσανον, τοὺς ὑπ' ἐκεῖνον ἀνθρώπους βασανίσαντες, ἐπειδὴ ἐξέλιπον ἐξερευνῶντες C ἐξερευνήσεις, καὶ λοιπὸν οὐδὲν εἶχον, ὥστε δικαίως τιμωρήσασθαι, τῇ ἀδικίᾳ καθαρᾷ χρῶνται. λαβόντες γὰρ τὸν ἱερὸν ἄνδρα μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ πρὸς τὴν λεγομένην Ἱέρειαν περάσαντες, δέσμιον τοῦτον εἰς μάνδραν αἰγῶν κατέκλεισαν. ἐκεῖθέν τε πρὸς τὰ Προμήτου λεγόμενα διαπεραιοῦσιν, ὅπου δὴ Λέων ἐκεῖνος ὁ Λαλάκων ἐπονομαζόμενος τῶν Νουμέρων δομέστικος ὤν, ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοῦ τοῖς ῥαπίσμασι κατέκοψε τὰς σιαγόνας, ὡς δύο μύλας ἐκεῖ τοῦ ἱερωτάτου γέροντος ἐκπεσεῖν· εἶτα δύο μοχλοῖς σιδηροῖς, ἀνδροφόνων τρόπον, τοὺς αὐτοῦ πόδας κατασφαλισάμενοι, καὶ μικρᾷ φρουρᾷ κατακλείσαντες D ἀπῄεσαν, δύο παῖδας καὶ μόνον πρὸς ὑπηρεσίας αὐτῷ καταλιπόντες. ὅλος δὲ αὐτοῖς ὁ ἀγὼν καὶ ἡ ἔπειξις ἦν, ὥστε λίβελλον αὐτοὺς ἀποταγῆς δοῦναι, καὶ ἑκουσίως τοῦ θρόνου παραχωρεῖν. ὁ δὲ τὸν λύκον κατὰ τῆς ποίμνης δεινῶς ἐπεισφρήσαντα θεασάμενος, ὅσον ἦν ἐπ' αὐτῷ, τὴν ἔφοδον ἐξεῖργεν. ἡμερῶν δὲ παρελθουσῶν ὀλίγων, εἰς τὰ Νούμερα τοῦτον περάσαντες, σιδηροδέσμιον ἐγκλείουσιν· εἶτα Αὐγούστου ἐνίστατο μηνὸς, καὶ εἰς πλοῖον αὐτὸν ἐμβαλόντες, εἰς Μιτυλήνην ἐξορίζουσι. πάντας δὲ τοὺς ὑπονοουμένους οἰκείους εἶναι καὶ φίλους αὐτοῦ, οὓς μὲν δαρμοῖς ἀφορήτοις καὶ θανατηφόροις παρεδίδουν πληγαῖς· οὓς δὲ τὸ φιλανθρωπότερον, ὑπερώριζον τῆς πόλεως. E ὅτε δὴ καὶ τὸν χαρτοφύλακα Βλάσιον διὰ τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας παῤῥησίαν ἐγλωσσοτόμησαν. ἐν Μιτυλήνῃ δὲ διατρίβοντος, ὁ Φώτιος τὴν κατ' αὐτὸν ἐκκλησίαν τῶν πονηρευομένων συναγαγὼν, καὶ πρὸς τῷ ἱερῷ τεμένει τῶν πανενδόξων Ἀποστόλων γενόμενος, καθαίρεσιν ἀποφαίνεται κατὰ τοῦ μὴ παρόντος Ἰγνατίου· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἀναθεματίζει καὶ ἀποκηρύττει, αὐτὸς κατήγορος γινόμενος καὶ κριτής. καὶ ὅσους μὲν ἑώρα τῷ αὐτοῦ σκοπῷ καὶ τῇ παραλόγῳ πράξει ταύτῃ συνᾴδοντας, καὶ τοῖς τελουμένοις ὑπογράφοντας, ἐν τοῖς πρώτοις τῶν φίλων καὶ γνησιωτάτων

VITA IGNATII PATRIAR.

A pam criminabatur, & acerbe conviciis proſcindebat, & ſanctum execratus, ne Chriſtiani quidem cognomine dignabatur. Præſertim vero Photio Photianiſque gratiſſimus honoratiſſimuſque, magnus quidam homo Dei credebatur. Quare ab eodem Photius primum eſt initiatus; qui hominis auctoritate inductus, totum ex illo adverſus inſontem Ignatium furorem hauſit: perinde quaſi ad hoc ipſum patriarcha eſſet conſecratus, ut omnibus conſiliis, modiſque omnibus innoxium iret perditum: ſic pugnabat, ut illum non ſacerdotio tantum privaret, ſed vita etiam, ſi poſſet, exueret: licet eſſent ab eo per metropolitas B ſuos, a quibus eſt receptus, exacta chirographa, ut paternum Ignatio honorem tribueret, omniaque ex ejus voluntate gereret, nec ulla in re moleſtus eſſet: ipſe tamen vix poſt duos a creatione ſua menſes juramento ſuo violato, primum Ignatii familiares conjecit in vincula, diriſque flagris & plagis multavit: deinde rurſus blanditus, muneraque & honores pollicitus, chirographa petiit, & omnibus modis ſtuduit adverſus Ignatium exitii cauſam reperire. Cumque nihil horum quæ ipſe cupiebat, inveniret, ſcelerato Bardæ, perque Bardam Michaeli leviſſimo ſuggerit, ut mittat, qui in Ignatium velut imperio inſidiantem ſeve- C re inquirant. Ergo crudeles præfecti, atroceſque ſatellites extemplo Terebinthum petunt, omniaque genera quæſtionum inſtituunt, & famulos Ignatii tormentis omnibus excruciant. Poſtquam vero defecerunt ſcrutantes ſcrutinia, nec quidquam deprehenderunt, quo jure in illum animadverterent, aperto ſcelere in eum graſſantur. Arreptum enim virum ſanctum & ſuos in inſulam Hieriam traduxerunt, atque Ignatium vinctum ſtabulo caprario incluſerunt. Inde ad ea loca transferunt, quæ Prometi dicebantur; ubi Leo ille cognomento Lalaco, Numerorum domeſticus, tam immaniter colaphis genas illius cecidit, ut ſacratiſſimo ſe- D ni duos molares excuteret dentes. Deinde vectibus geminis, latronum inſtar, pedes ſtrinxerunt, anguſtoque concluſum ergaſtulo, duobus dumtaxat pueris adminiſtris illi conceſſis, reliquerunt. Tota autem vis hæc & vexatio eo pertinebat, ut Ignatius abdicationis libellum ſcriberet, ſponteque throno patriarchatus cederet. Sed Ignatius, cum lupum in gregem atrociter graſſari cerneret, quantum poterat, impetum reprimebat. Elapſis autem haud multis inde diebus, in Numera deductum, in carcere catenis onerant: dein Auguſto menſe appetente, in navigium conjectum Mitylenem deportant. Porro eos qui habebantur E ejus familiares & amici, immaniſſimis cruciamentis, plagiſque lethalibus afficiebant: quos autem humaniſſime tractabant, exilio multabant; Blaſioque chartophylaci ob fidem & dicendi libertatem linguam detruncarunt. Ignatio porro Mytilenæ commorante, Photius eccleſia malignantium ſibi affinium coacta, abſentis Ignatii, in ipſo glorioſiſſimorum apoſtolorum templo, exauctorationem pronuntiat: nec pronuntiat tantum, ſed anathemate Ignatium ferit damnatque, & damnatum idem accuſator, idem judex proclamat. Qui quos factiom ſuæ ſtudere,

VITA IGNATII PATRIAR.

ANNO CHRISTI 869.

dere, factiſque inſanis accinere, ac decretis ſubſcribere videbat, hos vero inter intimos amicos ac ſymmyſtas habuit. Qui autem ejus amentia offendebantur, factaque (ut qui ſincero judicio forent) non probabant, prætorio & vinculis peſſime acceptos tradebat. Multis igitur muſſitantibus, improbaque Photii acta damnantibus; quin & ipſe Photius cum ſuis factis & conſcientia reprehenderetur, conſilium improbum potius quam ſapiens capit. Non enim bono malum, ſed malum malo ſanare, minorique malo majus addere cogitat. Nam ut virtutis viam ingreſſi, per bona opera quaſi per gradus ad Deum enituntur: ita improbi relicto recto tramite, per opera mala auctori malitiæ copulantur, ſceluſque ſcelere cumulare non deſiſtunt, donec in profundum malefactorum ſuorum præcipites agantur.

Legationem ergo & ille Romam veterem deſtinat, & a Nicolao papa legatos petit, qui in ſpeciem quidem collapſam eccleſiæ diſciplinam emendent, & damnatæ Iconomachorum ſectæ reliquias penitus extinguant; revera autem, ut Romanæ eccleſiæ auctoritate Ignatii exauctorationem firmaret, teſtatioremque redderet. Legat ergo Theophilum Amorii epiſcopum, & Samuelem, qui ad illum diem Chonarum antiſtes Laodiceno ſubjectus, archiepiſcopi honore dignatus eſt a Photio. Per quos egregius ille non veritus eſt ad pontificem maximum mendacia perſcribere; Ignatium ſenio & morbo confectum, corporiſque invaletudine laborantem, ſe munere abdicaſſe, ſuaque in inſula & cœnobio commorari, & a principibus populoque, & tota eccleſia, omni honore & officiis coli. Pontifex legatis exceptis, rerum Conſtantinopoli geſtarum ignarus, duos legatos, Zachariam & Rhodoaldum epiſcopos ablegat.

Interea athleta Chriſti ſemeſtri Mitylenæ exacto, ab exilio redit: redit autem voluntate principum reſtitutus inſulæ Terebintho, non tam honori, quieti & ſolatio, quam ignominiæ, vexationi, majorique afflictioni. Quanta enim inimicus in eo malignatus ſit, quantaſque ærumnas Nicetas regiæ claſſis drungarius cognomento Oryphas, quantas item contumelias, ut Photio & principibus gratificaretur, irrogarit, quæ oratio aſſequatur? Quis ſingillatim impetum, convicia, verbera, tormenta, quæ ille in familiares illius cruenta manu exercuit, exponat? Acceſſit & alia ſancto viro calamitas. Ea tempeſtate Rhoſſi gens Scytharum, a Ponto Euxino ad Stenum excurſione facta, omnem circa regionem, omniaque monaſteria deprædati ſunt: inſulanorum quoque Byzantinorum per populationem vaſa omnia diripuerunt, argentum abſtulerunt, captos ad unum omnes trucidarunt. Ipſius denique patriarchæ cœnobia barbarico furore & impetu incurſantes, tota ſupellectili direpta, ſpoliarunt, duoſque ſupra viginti ex familiariſſimis captos, in uno navigii trochantere omnes ſecuribus trucidarunt. Quas ille clades cum accepiſſet, unicam hanc in ore vocem ſemper habuit *Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt:*

A εἶχε συλλειτουργῶν. ὅσοι δὲ τῇ ἀχρείτῳ κρίσει προσοχθήσαντες, συναινέσαι ταῖς ἀλογιστίαις ταύταις οὐκ ἠβούλοντο, τούτους τῷ πραιτωρίῳ καὶ φυλακαῖς πολυξόνοις κολασθησομένους παρεδίδου. πολλῶν οὖν διαγογγυζόντων, καὶ ἐπὶ ταῖς ἀχρειστίαις ταύταις Φωτίου καταγινωσκόντων, ὑπό τε τῶν οἰκείων ἔργων ἐκεῖνος καὶ τῆς συνειδήσεως διελεγχόμενος, βουλὴν βουλεύεται πονηρὰν μᾶλλον ἢ συνετήν. οὐ γὰρ ἀγαθῷ, ἀλλὰ κακῷ τὸ κακὸν ἰάσασθαι διανοεῖται· μᾶλλον δὲ τῷ ἥττονι τὸ μεῖζον ἐπενεγκεῖν. ὥσπερ γὰρ οἱ τὴν ὁδὸν ἀνιόντες τῆς ἀρετῆς, διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ὡς διὰ κλίμακος ἀναβαίνουσι πρὸς τὸν θεόν· οὕτως οἱ τὴν εὐθεῖαν ἀφιέντες, διὰ τῶν πονηρῶν πρά-
B ξεων τῷ τῆς πονηρίας προσοικειοῦνται πατρί. καὶ κακῷ κακὸν ἐπιπλέκοντες οὐ διαλείπουσιν, ἕως ἂν εἰς τὸν τῶν οἰκείων ἔργων ἐκραγῶσι βόθρον.

Διανοεῖται τοίνυν κἀκεῖνος πρεσβευτὰς εἰς τὴν πρεσβυτέραν ἀποστεῖλαι Ῥώμην, καὶ παρὰ Νικολάου τοῦ πάπα τοποτηρητὰς αἰτῆσαι, πρόφασιν μὲν εἰς διόρθωσιν τῆς ἐκκλησίας, εἴτουν ἐκτομὴν τελείαν τῶν ἔτι τῆς χριστιανοκατηγορικῆς τῶν εἰκονομάχων αἱρέσεως ἀντεχομένων· τὸ δὲ ἀληθὲς, ὡς ἂν μετὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων χειρὸς περιφανεστέραν τοῦ Ἰγνατίου ποιήσηται καθαίρεσιν. ἀποστέλλει τοίνυν Θεόφιλον ἐπίσκοπον τοῦ Ἀμορίου, καὶ Σαμουὴλ ἐπίσκοπον ἄχρις ἐκείνου τῶν Χωνῶν ὑπὸ Λαοδίκειαν τυγχάνοντα, ἀρχιεπίσκοπον
C τετιμηκώς· δι' ὧν καὶ τὰ ψευδῆ πρὸς τὸν πάπαν γράφειν ὁ γενναῖος οὐκ ὀκνεῖ, γράφει γὰρ, ὡς Ἰγνάτιος διὰ γῆρας καὶ νόσον καὶ σώματος ἀδυναμίαν παραιτησάμενος, ὑπεχώρησε τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐν τῇ κατ' αὐτὸν νήσῳ καὶ τῷ μοναστηρίῳ μένων, πάσης τιμῆς καὶ θεραπείας ὑπό τε τῶν βασιλευόντων, ὑπό τε πάσης τῆς πόλεως καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἐκκλησίας ἀξιοῦται. τούτους ὁ πάπας δεξάμενος, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν ἀγνοῶν, δύο τοποτηρητὰς, Ζαχαρίαν καὶ Ῥοδόαλδον ἐπισκόπους ἀποστέλλει.

Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἐπάνεισι μετὰ τῆς ἐξορίας ὁ ἀθλητὴς, ἓξ μῆνα ἐν Μιτυλήνῃ πεποιηκώς· ἐπάνεισι δὲ διὰ τῆς τῶν κρατούντων προνοίας πρὸς τὴν
D Τερέβινθον ἀποκαθιστάμενος, οὐ πρὸς τιμὴν μᾶλλον ἢ ἀτιμίαν, οὐδὲ πρὸς ἀνάπαυσιν καὶ παραμυθίαν, ἀλλὰ πρὸς θλίψιν καὶ κάκωσιν περισσοτέραν. ὅσα γὰρ ὁ ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ ἐπονηρεύσατο, καὶ ὅσας αὐτῷ Νικήτας ὁ τοῦ βασιλικοῦ στόλου δρουγγάριος, ὁ Ὠρύφας λεγόμενος, θλίψεις ἐπήνεγκε καὶ ἐπηρείας, Φωτίῳ καὶ τοῖς κρατοῦσι χαριζόμενος, τίς λόγος παραστῆσαι δύναται; τίς καθ' ἓν ἀπαγγεῖλαι τὰς ἐπαγωγὰς, τὰς ὕβρεις, τὰς ζημίας, καὶ τοὺς δεσμοὺς, ὅσα χειρὶ μιαιφόνῳ κατὰ τῶν τοῦ μακαρίου οἰκείων ἐκεῖνος ἐπεκτήνατο; ἐπεγένετο δὲ καὶ ἄλλη τῷ ἁγίῳ συμφορά. κατ' ἐκεῖνον γὰρ τὸν καιρὸν τὸ μιαιφονώτατον τῶν Σκυθῶν ἔθνος, οἱ λεγόμενοι Ῥῶς, διὰ τοῦ Εὐξείνου
E πόντου προσκεχωρηκότες τῷ Στενῷ, καὶ πάντα μὲν χωρία, πάντα δὲ μοναστήρια διηρπακότες, ἔτι δὴ καὶ τῶν τοῦ Βυζαντίου περιοικίδων κατέδραμον νησίων, σκεύη μετὰ πάντα ληϊζόμενοι καὶ χρήματα, ἀνθρώπους δὲ τοὺς ἁλόντας πάντας ἀποκτείνοντες· πρὸς οἷς καὶ τῶν τοῦ πατριάρχου μοναστηρίων βαρβαρικῷ καταδραμόντες ὁρμήματι καὶ θυμῷ, πᾶσαν μετὰ τὴν εὑρεθεῖσαν κτῆσιν ἀφείλοντο, εἴκοσι δὲ καὶ δύο τῶν γνησιωτέρων αὐτοῦ κεκρατηκότες οἰκετῶν, ἐφ' ἑνὶ πρυμναίῳ πλοίου τοὺς πάντας ἀξίναις κατεμέλισαν. τούτων δὲ τῶν συμφορῶν ἐκεῖνος ἐπακούων, μίαν ἀεὶ ταύτην ἐπὶ στόματος

εἶχε

ANNO CHRISTI 869.

VITA IGNATII PATRIAR.

ἦχε φωνήν· ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως ἐγένετο· καὶ τὰ ἑξῆς· οὕτως εὐχαριστῶν, καὶ ταῖς προσευχαῖς ἀδιαλείπτως πρὸς τὸν Θεὸν ἀνατεινόμενος, τὴν παρ' αὐτοῦ κρίσιν καὶ βοήθειαν ἐπεκαλεῖτο, ματαίαν δὲ πᾶσαν τὴν ἀπὸ τῶν κρατεῖν δοκούντων ἡγεῖτο σωτηρίαν· οἵ γε καὶ ἡνίκα τοῦτον τηλικαύταις περιπεσεῖν ἀνίαις ἤκουσαν καὶ θλίψεσι, τοσοῦτον ἀπεῖχον τοῦ συμπαθῆσαι καὶ παραμυθήσασθαι, ὥστε καὶ λύπης πρόφασιν ἡγήσασθαι, ὅτι μὴ καὶ αὐτὸς τῇ βαρβαρικῇ ἑάλω χειρί, καὶ τοῖς οἰκείοις συνανῃρέθη φασίν· οὐ μᾶλλον ἀθυμοῦντες ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις, ἢ ἀνιώμενοι ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τοῦ δικαίου. καὶ οὐ θαυμαστόν. ψυχὴ γὰρ πᾶσα τῆς ἀγάπης μὲν B ἀλλοτριωθεῖσα, τοῦ δὲ μίσους ἀναπλησθεῖσα, καὶ ὡς πυρὸς ὑπ' αὐτοῦ δαπανωμένη, μίαν ταύτης ἡγεῖται τοῦ πάθους ἀναψυχήν, τὴν ἀπώλειαν τοῦ μισουμένου. οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ πάλιν συνέδρια, πάλιν ἀρχόντων καὶ ἀρχιερέων κατὰ τοῦ ἀθῴου βουλευτήρια· ὁ μὲν οὖν εἰς τὰ Ποσέως ἐκάθητο, τὴν κατ' αὐτοῦ σκευωρίαν ἐφορώμενος. Φώτιος δὲ τὴν κατ' αὐτὸν ἐκκλησίαν καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἥκοντας λαβὼν τοποτηρητάς, τὸν ἱερὸν τῶν Ἀποστόλων κατειλήφει ναόν. παρῆσαν καὶ οἱ βασιλεῖς, παρῆσαν καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες, καὶ πᾶσα σχεδὸν ἡ πόλις παρῆσαν ἐκεῖ. ἐπειδὴ οὖν συνεληλύθεισαν, πρῶτον μὲν Βαάνην πραιπόσιτον, τὸν Ἀγγουρὴν ἐπικαλούμενον, καὶ ἄλλους δέ τινας ἐξευτελισμένους Ῥωμαίους πρὸς Ἰγνάτιον ἀπο- C κρισιαρίους προχειρίζονται. οἳ καὶ παραγενόμενοι· ἡ μεγάλη, φασί, καὶ ἱερὰ σύνοδος καλεῖ σε πρὸς ἑαυτήν· ἐλθὲ τάχιστα ἀπολογησόμενος πρὸς τὰ δικαίως ἢ ἀδίκως θρυλλούμενα κατὰ σοῦ. ὁ δὲ μακάριος· εἴπατε, φησίν, ἀξιῶ, πῶς ἐλεύσομαι; ὡς ἐπίσκοπος, ἢ ἱερεύς, ἢ θεραπευτής; οἱ δέ, μὴ εἰδέναι τί πρὸς ταῦτα ἀποκριθῶσιν, εἶπον· ἀλλὰ νῦν ἀπιόντες πρὸς τοὺς ἀποστείλαντας, βεβαίαν ἀπόκρισιν αὖθις ἰόντες κομιοῦμεν. τῇ οὖν ἐπαύριον οἱ αὐτοὶ παραγενόμενοι· οἱ τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας, ἔφασαν, Ῥώμης, Ῥοδόαλδος καὶ Ζαχαρίας, δι' ἡμῶν τῶν ἀναξίων δηλοῦσι τάδε· εἰς τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον ἀνυπερθέτως ἀπάντησον, ὡς D ἔχει σου ἡ συνείδησις. εὐθὺς οὖν τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν ἐκεῖνος ἐνδυσάμενος, σὺν ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, καὶ πλήθει πολλῷ μοναχῶν τε καὶ λαϊκῶν, ἀπῄει πεζοπορῶν. πλησίον δὲ τοῦ ναοῦ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, ὅπου σταυρὸς ἐν μαρμαρίνῳ κίονι κατὰ μέσον ἀνεστήλωται τῆς λεωφόρου, γενομένῳ, Ἰωάννης πατρίκιος, ὁ Κόξης λεγόμενος, ἀπήντησεν αὐτῷ, λέγων ἀπὸ τοῦ βασιλέως ἀπεστάλθαι, καὶ ἀπειλῶν, ὡς εἰ μὴ παγανικῷ ἐν μοναχικῷ τῷ συνήθει σχήματι προέλθοι, θάνατον ἐπηρτῆσθαι τὴν ζημίαν. ὃ καὶ πεποιηκότα τὸν ἀοίδιμον τῷ συνεδρίῳ παρεστήσαντο. καὶ δὴ παριστάνουσιν ἑβδομήκοντα καὶ δύο ψευδομάρτυρας, οὓς ἐκ πολλοῦ προητοιμάσαντο, ἀνθρώπους ἀσεβεῖς πάντας, ἀγελαίους καὶ συγκλητικούς, ὧν ἡγεῖτο Λέων πατρίκιος ἐκεῖνος, ὁ Κρητικὸς ὀνομαζόμενος, καὶ Θεοδοτάκιος πατρίκιος μετ' αὐτόν, ᾧ καὶ τῆς ἐπιορκίας μισθὸν τὴν ἀξίαν μαγίστρου προετείνατο. ἐφ' οἷς καὶ τοὺς λοιποὺς ἀφ' ἑκάστου βαθμοῦ καὶ τοῦ καταδεεστάτου πάντων συλλεξάμενοι, οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν λεγομένων διβαπτιστῶν, καὶ ἀπὸ παντός, ὡς εἰπεῖν, τάγματος τοὺς αἰσχίστους καὶ μιαρωτάτους τῶν ἀνθρώπων χρυσοῦ τε καὶ ἀξιωμάτων ἐξαγορασάμενοι, ἓν καθ' ἓν προσῆγον, ὀμνύοντας, ὡς ὁ δωδεκαε-

A & quæ ſequuntur. Ita gratias agens & orationi aſſidue intentus, a Deo judicium & auxilium, nullam a principibus ſalutem expectans, implorabat. Nam illi, ubi hunc tantis oppreſſum malis & ærumnis audiverunt, tantum abeſt ut dolerent, vel afflictum ſolarentur, ſed moleſte etiam ferrent, eum non cum domeſticis ſuis barbarica vi captum interiiſſe; non magis læti de interemptis, quam triſtes de ſalute juſti viventis. Quod mirum videri non debet, mens enim omni caritate deſtituta, odioque penitus imbuta, velut igne ſubjecto conſumpta, ejus quem odit, exitium, unicum putat mali ſui le- B vamentum. Nec multum temporis fluxit, & rurſum conciliabula, rurſus principum & pontificum adverſus ſanctum conventicula. Atque Ignatius quidem in ædibus Poſeos morabatur, inſidioſaſque contra ſe machinationes obſervabat. Photius autem cum ſua factione, & miſſis ab urbe pontificis legatis, ſacram apoſtolorum ædem occuparat. Aderant imperatores, aderant & principes cuncti, totaque prope civitas confluxerat. Frequentes ergo cum adeſſent, primum Baanem præpoſitum cognomento Angoram, alioſque nonnullos ex vilioribus Romanis, apocriſiarios ad Ignatium deſtinant. Qui C coram Ignatio, magna, inquiunt, & ſacra ſynodus te citat. Quamprimum ergo ades, cauſam de objectis tibi ſive veris, ſive falſis criminibus dicturus. His beatus: Agite, inquit, obſecro, quomodo veniam? an ut epiſcopus, an ſacerdos, an monachus? Illi hærentes: nunc, inquiunt, abimus, cras ad te certa relaturi. Poſtridie igitur iidem reverſi: Legati, inquiunt, veteris Romæ, Rhodoaldus & Zacharias, per nos indignos hæc nuntiant tibi, uti ſine mora ad ſanctam & œcumenicam ſynodum adſis, ut tua conſcientia tibi dictat. Ergo (Ignatius) extemplo ſacrum patriarchæ ornatum indu- D tus, cum epiſcopis & clero, magnaque religioſorum frequentia, civiumque concurſu & comitatu, viam pedes ingreſſus, cum ad ædem ſancti Gregorii Theologi, ubi crux in media publica via marmoreæ columnæ impoſita eſt, veniſſet, Joannes patricius, Coxes nuncupatus, illi occurrit; ſeque ab imperatore miſſum dicit; ac niſi privata & uſitata monachi veſte prodiret, ei capitis periculum ac ſupplicium imminere. Paret vir ſanctus, ſynodoque ſiſtitur. Apponunt duos ſupra ſeptuaginta perjuros teſtes, quos jam olim impios omnes ſubornarant, gregarios juxta ac ſenatorios; quorum dux erat E Leo patricius cognomento Creticus, & ſecundum illum Theodotacius item patricius, cui & perjurii pretium magiſtri dignitas delata eſt. His reliquos ex unoquoque gradu ſorteque vel deterrimos adjunxerunt. Neque hos tantum, ſed quos dibaptiſtas appellitant hæreticos. Atque, ut ita dicam, ex omni hominum fæce & colluvie turpiſſimos quoſque nequiſſimoſque auro dignitatumque pollicitationibus inductos, ſingillatim produxerunt, qui jurati teſtarentur, Ignatium, qui patriarcha jam fuerat annos prope duodecim, non rite & ordine creatum,

VITA IGNATII PATRIAR.

Pſal. 25. Canon apoſtol. 29 alias 31.

tum, cathedram eccleſiæ occupaſſe. Quid vero ſtolidi horum judices, *in quorum manibus iniquitates ſunt, & dextera eorum repleta eſt muneribus*? Quid contra perjurium hoc decreverunt? Triceſimum ſubito canonem ſubjiciunt, qui ſic habet: Si quis epiſcopus ſæcularibus poteſtatibus uſus, per ipſos eccleſiam obtineat, deponatur. Quod autem ſequitur in eodem capite: ut & omnes communicantes cum illo; &c. fraudulenti malitioſe tacuerunt. Oportebat enim, ſiquidem pro ſanctione apoſtolica propugnabant, non partem, ſed totum canonem obſervare: & ſi accuſationem admiſiſſent, ut Ignatium, ita ab illo initiatos, & cum illo communicantes exauctorare: ſicque in operibus manuum ſuarum peccatores manifeſte deprehenſi eſſent. Contra jus autem faſque decernentes, hoc pronuntiarunt tantum, quod pro ipſis ad evertendum Ignatium ab illis ſine cauſa læſum, faciebat. Quod autem ſequitur in canone, quo illi ipſi eidem ſubjiciuntur cenſuræ, diſſimularunt: id quod illis tacentibus opportune patriarcha ipſe ſucclamavit. O improbitatem, o ſtuporem! Quis enim ignorat Ignatium epiſcoporum omnium calculis, & totius populi applauſu legitime canoniceque creatum fuiſſe: ipſum autem Photium potius ab execrato Barda, & ſæcularibus armatum principibus, contra leges, magiſque per tyrannidem, quam eccleſiaſticum ritum, thronum invaſiſſe? Sed non cognoverunt, neque intellexerunt, qui in avaritiæ & ambitionis tenebris ambulant, ſe iiſdem conſiliorum laqueis, quos aliis paraverant, comprehendi.

Poſt longam ergo verborum altercationem, laborem, & cunctationem, ſola impotenti freti potentia, præter jus faſque omne, * pontificali cultu panoſo & ſordenti primo induunt, rurſuſque poſtea a tergo exuunt. Erat autem hypodiaconus quidam Procopius nomine, ab eccleſia ejectus; quippe quem mente inſanum, moribuſque profanum patriarcha non ita pridem gradu moverat. Hic primus ablato a patriarcha pallio, veſteque reliqua ſacra, iſtud ſolemne proclamabat: Indignus. Zacharias & Rhodoaldus, nonnullique alii nefarii homines idem vociferantes, impio decreto ſuffragabantur. Quos tamen omnes brevi cæleſtis vindicta conſecuta eſt, cum illos ſancti vatis Zachariæ falx illa jure optimo demeſſuit. Photius autem quo pacto ſuum adverſus inſontem occultum aliter odium univerſo orbi proderet, ſeipſumque longiſſime a pacifico mitique paſtore Jeſu abeſſe oſtenderet, quam res ejuſcemodi machinando, juſtoque viro injurias tantas irrogando? Hoc judicium nemo fuit qui non reprehenderet, atque indignitatem rei, aut potius immanitatem non averſaretur. Neque enim illi ſoli, qui rectam rationem ſequebantur, ſed ipſius quoque Photii propinqui & familiares ad hanc rerum geſtarum infamiam ingemiſcebant, augurabanturque, hanc omnem improbitatem in ipſius quondam iniqui judicis caput & exitium redundaturam. Quid vero ille? an homines eſt reveritus? an timuit diligentem juſtitiam & judicium, Deum? illoque ex tempore iram poſuit? minime vero. Quinimmo odium odio, invidiam in-

* pan. & ſord. primo, cum pontif. cultu

A τῇ μικροῦ δεῖν χρόνον ἀρχιερατεύσας Ἰγνάτιος ἀψηφίστως χειροτονηθεὶς, ἐκράτησε τῆς ἐκκλησίας. τί οὖν οἱ μάταιοι τῶν τοιούτων κριταὶ, ὧν ἐν χερσὶν αἱ ἀνομίαι, ὧν ἡ δεξιὰ αὐτῶν ἐπλήσθη δώρων; τί ἤτοι πρὸς τὴν ψευδορκίαν ταύτην ἀνθυπήνεγκαν; τὸν τριακοστὸν εὐθὺς ὑπαναγινώσκουσι κανόνα· εἴ τις ἐπίσκοπος, λέγοντα, κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς ἐκκλησίας γένηται, καθαιρείσθω. τὸ ἑξῆς δὲ τοῦ κεφαλαίου· ὅτι καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες· κακούργως οἱ δόλιοι παρεσιώπησαν· ἔδει δὲ πάντως, εἴπερ Ἀποστολικὸν νόμον ἠγωνίζοντο τηρεῖν, οὐκ ἐκ μέρους, ἀλλὰ τελείως τηρεῖν· καὶ εἰ ἀληθῶς εἶχεν ἡ κατηγορία, ὥσπερ ἐκεῖνον, B οὕτω καὶ τοὺς ὑπ' ἐκείνου χειροτονηθέντας, καὶ αὐτῷ κοινωνήσαντας, καθαιρεῖν· καὶ οὕτως ἂν ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν οἱ ἁμαρτωλοὶ σαφῶς συνελαμβάνοντο. ἀδικώτατα δὲ διανοούμενοι, ὅσον μὲν αὐτοῖς πρὸς βλάβην τοῦ παρ' αὐτῶν ἐπηρεαζομένου συνετέλει, τοῦτο ἐξεφώνησαν, τὸ ἑξῆς δὲ, ὡς καὶ αὐτοὺς τῷ αὐτῷ ἐμβάλλον ἐπιτιμίῳ, κατεκρύψαντο· ὃ δὴ καὶ ὁ πατριάρχης αὐτοῖς τότε παρασιωπήσασιν εὐστόχως ἐπεφώνει. ὢ τῆς κακουργίας, ὢ τῆς σκαιότητος. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὡς Ἰγνάτιος μὲν ψήφῳ πάντων ὁμοῦ τῶν Ἀρχιερέων, καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης συναινέσει, κανονικῶς καὶ ἐνθέσμως προκεχείρισται. αὐτὸς δὲ ὁ Φώτιος μᾶλλον τῷ τε δεινῷ Βάρδᾳ καὶ τοῖς C κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος συνεργοῖς, ἀκανονίστως καὶ τυραννικῶς μᾶλλον ἢ ἐκκλησιαστικῶς τοῦ θρόνου καθαδράττεται; ἀλλ' οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν οἱ τῷ τῆς φιλαργυρίας καὶ δοξομανίας σκότῳ διαπορευόμενοι, ὡς ἐν αἷς διαβουλίοις, συλλαμβάνονται.

Μετὰ πολλὴν οὖν τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἅμιλλαν καὶ σπουδὴν καὶ τριβὴν, κατ' οὐδένα δικαιοσύνης νόμον, μόνῃ δὲ τῇ ἐξουσίᾳ μανικῶς χρώμενοι, ἐνδύουσι τοῦτον ἱμάτια διερρωγότα καὶ ῥυπῶντα, καὶ τὴν ἱερατικὴν στολὴν περιβαλόντες, ἐκ τῶν ὄπισθεν ἀπαμφιάζουσιν. ἦν δέ τις ἐκκήρυκτος ὑποδιάκονος, Προκόπιος τοὔνομα, τὸν λόγον ἄλογος, τὸν βίον D βέβηλος, ὃν ὁ πατριάρχης πρώην διὰ τοῦτο ἔρριψε τοῦ βαθμοῦ. οὗτος πρῶτος ἀναιρούμενος τὸ ὠμοφόριον, καὶ τὴν λοιπὴν ἐσθῆτα, ἐβόα τὸ, ἀνάξιος. Ζαχαρίας τε καὶ Ῥοδόαλδος, καί τινες ἄλλοι μιαροὶ τὰ ἴσα κραυγάζοντες, τῇ ἀνοσίᾳ ψήφῳ συνεπεψηφίζοντο· οὓς πάντας οὐ μετὰ πολὺ μετῆλθεν ἡ δίκη, καὶ τὸ τοῦ Ζαχαρίου τοῦ θείου δρέπανον ἐνδικώτατα κατακτεῖναι συνετέλεσε. Φώτιος μὲν οὖν τὴν ἐνδομυχοῦσαν ἐν αὐτῷ κατὰ τοῦ ἀνεγκλήτου μῆνιν πῶς ἂν ἄλλως τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ κατεστήσατο φανεράν, καὶ πῶς ἂν ἑαυτὸν ὡς πορρωτάτω τοῦ εἰρηνικοῦ καὶ πράου ποιμένος ἀπέφηνεν Ἰησοῦ, ἢ τοιαῦτα διανοηθεὶς, καὶ οὕτως ἀδικώτατα τῷ E δικαίῳ ἐπιθέμενος; ταύτην τὴν κρίσιν οὐκ ἦν ὅστις οὐκ ἐμέμψατο, καὶ τῆς ἀλογιστίας, μᾶλλον δὲ μισανθρωπίας τὸ ὑπερβάλλον ἀπεστράφη. οὐδὲ γὰρ οἱ τῷ μέρει μόνον τοῦ ὀρθοῦ λόγου τιθέμενοι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ Φωτίου οἱ συγγενεῖς καὶ οἰκεῖοι κατεστέναξαν τῶν γενομένων, καὶ εἰς κακὸν ταῦτα προβήσεσθαι τῷ τῆς ἀδικίας οἰωνίσαντο κριτῇ. τί δὲ ἐκεῖνος; ἆρ' ᾐδέσθη τοὺς ἀνθρώπους, ἢ τὸν δικαιοσύνην ἀγαπῶντα καὶ κρίσιν Θεὸν φοβηθεὶς, ἐξ ἐκείνου κατέπαυσε τὴν ὀργήν; οὐδαμῶς· ἀεὶ δὲ φθόνον φθόνῳ, καὶ κακίαν ἐπισυνάπτων τῇ κακίᾳ, ἠγωνίζετο

ANNO CHRISTI 869.

σπουδῇ

σπουδῇ πάσῃ καὶ μηχανῇ οὐ θανατῶσαι μόνον, ἀλλὰ τὸ τούτου χεῖρον, καὶ ὡς θανάτου ἄξιον αὐτὸν ἀνελεῖν. τότε μὲν οὖν, ὡς ὑπέλαβον, καθαιρήσαντες καὶ ἐκκηρύξαντες, ἀνθρώποις αὐτὸν ὠμοτάτοις καὶ ἀσεβεστάτοις τιμωρεῖσθαι πικρῶς παραδεδώκασιν, ἄχρις ἂν οἰκείᾳ χειρὶ τὴν ἰδίαν καθαίρεσιν ὑποσημειώσηται. ἦσαν δὲ οἱ κολαφίζοντες καὶ ταλαιπωροῦντες αὐτὸν, καὶ πήξεως οὔσης δριμείας, ἐν χιτωνίσκῳ πιέζοντες, καὶ σταυροῦντες αὐτὸν, καὶ πυρπολοῦντες, καὶ ἐν δυσὶν ἑβδομάσιν ἐμφρούρως συνέχοντες, καὶ ἀσιτίᾳ τελείᾳ κατατήκοντες· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῆς αὐτὸν τοῦ Κοπρωνύμου τῆς λάρνακος ἐκάθιζον ἀναβιβάζοντες, καὶ τῶν ποδῶν αὐτοῦ κάτωθεν λίθους ἐξαρτῶντες βαρεῖς, καὶ ἐπὶ πλεῖον τῇ τοῦ μαρμάρου τὴν ἕδραν ὀξύτητι πικρῶς ἄγαν πλήσσοντες ἐπέτριβον. οἱ οὖν ταῦτά τε καὶ ἄλλα πλείω συμβιβάζοντες εἰς τὸν μακαριώτατον, καὶ λόγοις καὶ ἔργοις ἐμπαροινοῦντες εἰς αὐτὸν, σπέρμα πονηρὸν, ὡς εἰπεῖν, υἱοὶ ἄνομοι, ὁ μωροθεόδωρος ἐκεῖνος, καὶ ὁ Γοργονίτης Ἰωάννης, καὶ ὁ Θεοδούλου Νικόλαος ὁ Σκουτελόψις ἦν.

Μετὰ γοῦν τὰς κολάσεις, ἃς οὗτοι προσήγαγον τῷ ὁμολογητῇ τοῦ Χριστοῦ, μετὰ τὰς ἀπειλὰς, μετὰ τὰς ἁλύσεις, ἃς κατὰ τῶν τιμίων ἐπέβαλον ποδῶν, μετὰ τὰ ῥαπίσματα, μετὰ τὸ σταυροειδῶς ἐπὶ πρόσωπον κατὰ τῶν μαρμάρων ἐφαπλῶσαι, καὶ ὅλην τὴν νύκτα δεδεμένον τιμωρήσασθαι, μετὰ τὸ ἐπιβιβάσαι τῇ λάρνακι εἰς τὴν ἑξῆς νύκτα πᾶσαν, εἶθ' οὕτως ἀπολῦσαι τῶν δεσμῶν, καὶ κατὰ τοῦ ἐδάφους αὐτὸν ἀκοντίσαι καὶ συντρίψαι, καὶ τῷ αἵματι φοινίξαι τὴν γῆν· μετὰ ταῦτα πάντα μικρόν τι ἐμπνέοντα· συνείχετο γὰρ μάλιστα λελυμένῃ καὶ ἡ γαστήρ· βίᾳ τῆς τοῦ ἁγίου χειρὸς ὁ μωροθεόδωρος κρατήσας, καὶ χάρτην λαβὼν, ἔπηξεν ὡς δι' αὐτοῦ σταυρὸν, ὃν καὶ ἀναφέρων ἐπιδέδωκε Φωτίῳ· ὁ δὲ τὸν σταυρὸν λαβὼν, ἐξ ἑαυτοῦ ὑπέγραψεν οὕτως· Ἰγνάτιος ἀνάξιος Κωνσταντινουπόλεως ὁμολογῶ ἀψηφίστως εἰσελθεῖν, καὶ τὰ ἔτη ταῦτα οὐχ ἡγίαζον, ἀλλ' ἐτυράννουν. ταύτης τῆς συγγραφῆς τῷ βασιλεῖ πεμφθείσης, ἀφίεται μὲν ὁ μακάριος ἐκείνης τῆς συνοχῆς, τὸν μητρικὸν δὲ οἶκον τὰ Ποσέως καταλαβὼν, μικρόν πως ἀπὸ τῶν πολλῶν πόνων ἀνέψυχεν ἐκεῖ· ὁ ἐχθρὸς δὲ οὐκ ἐπαύετο δόλους ἐν καρδίᾳ τεκταινόμενος, καὶ πονηρὰ κατὰ τοῦ ἀθώου διαλογιζόμενος. τοίνυν συμβάλλει τοῖς κρατοῦσιν ἐπὶ τὸν τῶν Ἀποστόλων αὖθις αὐτὸν ἀναγαγεῖν ναὸν, καὶ βιάζεσθαι, πρῶτον μὲν τὴν οἰκείαν καθαίρεσιν ἀνεγνωκότα ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος ἀναθεματίζειν ἑαυτόν· μετὰ ταῦτα δέ· ὢ τῆς μιαιφόνου βουλῆς· ὢ τῆς δεινότητος· τούς τε ὀφθαλμοὺς ἐκκόψαι καὶ τὴν χεῖρα, μανιωδῶς ἐβυσσοδόμευσεν. οὕτως αὐτῶν εἰς βάθος τὸ μῖσος καθήψατο, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνης λόγος παρ' αὐτοῖς οὐδεὶς, καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος ἀπῆν, καὶ ὁ τοῦ διαβόλου ζῆλος ἐσπουδάζετο. αὐτὴ συνεπληροῦτο ἡ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς ἡμέρα. καὶ ἰδοὺ πλῆθος στρατιωτῶν ὁπλοφόρων τὸν οἶκον ἐξαίφνης, ἐν ᾧ κατήγετο, περιεκύκλου. ἰδὼν οὖν ὁ ἅγιος ἐκεῖνος τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτὸν, καὶ τὴν ἀδελφοκτόνον μανίαν αἰσθόμενος Ἠσαῦ, βουλὴν βουλεύεται, ἀντίρροπον μὲν τῆς τοῦ καιροῦ κακίας, τῆς αὐτοῦ δὲ συνέσεως καὶ τοῦ ὁδηγοῦντος αὐτὸν Θείου πνεύματος ἐπάξιον. τίς δὲ ἡ βουλή; ἀλλοιοῖ μὲν ἑαυτὸν, οἰκτρὰν καὶ λαϊκὴν παρὰ τῶν οἰκετῶν ἀνειλημμένος στολὴν, δύο δὲ σπυρίδας ἐφ' ἑνὸς ζο-

A vidia, ſcelus ſcelere cumulans, illum omni ratione vique conabatur non tantum perſ-ſumdare, ſed, quod eſt atrocius, veluti noxium, ultimoque ſupplicio dignum e medio tollere. Itaque tunc, ut cœperant, exauctoratum, publicoque præconio damnatum, immaniſſimis ſceleſtiſſimiſque hominibus excruciandum tradidere, quoad ſua manu ſuæ ipſius abdicationi ſubſcriberet. Ergo illum colaphis plectunt, miſereque divexant: & cum frigore prope contabeſceret, unica tantum tunicula indutum macerant, urunt, atque diſcruciant. Cumque binas illum hebdomadas in carcere tenuiſſent, extrema prope fame conficiebant. Immo & Copronymi B ſepulcrum ſeu arcam conſcendere cogebant, in eaque collocato, ingentia a pedibus ſaxa ſuſpendebant, ſæpeque marmoris acumine ſedem concuſſam atterebant. Hæc & his plura tormenta, ſannas, contumeliaſque impium ſemen, ut ſic loquar, & impia progenies viro ſanctiſſimo dictis factiſque, & ſtolidus ille Theodorus, & Gorgonites Joannes, atque Nicolaus Theoduli Scutelopſis, irrogabant.

Ergo poſt cruciamenta, quibus Chriſti confeſſorem affixerant, poſt comminationes, poſt catenas & compedes venerandis pedibus injectas, poſt alapas, & poſtquam eum ad formam crucis in faciem in marmore C proſtratum ac diſtentum, tota nocte vinctum inſuper torſiſſent, atque tumbæ impoſitum totam inſequentem noctem cruciaſſent, tandemque ſolutum humi projeciſſent ſoditaſſentque, ut ſanguine etiam terram purpuraret: poſt hæc, inquam, omnia, cum adhuc modice ſpiraret, (urgebatur enim & alvi ſolutioris profluvio) tum inſanus Theodorus ſacra viri manu per vim arrepta, chartaque ſubjecta, quaſi per illum crucem impreſſit, allatamque Photio porrexit. Qui ſigno accepto, ſua ipſe manu ſubſcripſit: Ignatius indignus Conſtantinopolitanus confiteor, me non lege & ſuffragiis creatum eccleſiæ thronum invaſiſſe, neD que his annis rite & ſancte eccleſiam rexiſſe, ſed tyrannidem exercuiſſe. Hoc pſeudochirographo imperatori miſſo, vir ſanctus e cuſtodia eſt dimiſſus, materniſque in ædibus Poſeos paululum a tot ærumnis reſpirabat. Sed enim hoſtis non deſiit fraudes animo verſare, peſſimaque adverſus innocentem conſilia coquere. Itaque ſuggerit imperatoribus, ut Ignatius ad ædem apoſtolorum reductus, primum exauctorationem ſuam ipſe publice pro ambone legat, atque ſibiipſi anathema dicat. Deinde, o crudele conſilium, o ſingularem immanitatem! ambo illi effodere lumina, manumque præcidere illa furia meditabatur. Tam altum impii odium conE ceperant, ut divinæ vindictæ rationem ducerent nullam. Aberat omnis Dei metus, & quidam diaboli furor illos agitabat. Pentecoſtes ſancta dies complebatur, cum ecce ibi armatorum manus domicilium in quo degebat, corona præter omnem expectationem repente cingit. Vir ſanctus ubi animadvertit ſe peti, & parricidæ Eſau furorem ſenſit, conſilium contra temporum improbitatem opportunum, ſuaque ſapientia, & Spiritu ſancto ejus rectore dignum capit. Quodnam illud? Vilem a ſervis & ſæcularem ſumit veſtem, geminaſque ſportas ab humeris una a per-

A a pertica ſuſpenſas bajuli ritu geſtans, deceptis per noctem cuſtodibus, uno comitatus Cypriano diſcipulo ſuo, protinus iter ingreſſus per embolum ad Sybariticum, ſaucio & afflicto pectore, velut alter David, cum profugeret a facie Saul. Enim vero per tenebras eunti divinitus occurrit vir auguſta admodum facie decorus, coma barbaque decenter promiſſa, veſte candida, niveoque vectus equo, quaſi Blachernas tenderet. Ignotus autem ille vir, cum propter luminis inopiam eum videre clare non poſſet, nihilo ſecius, quiſquis ille erat, divino Spiritu impulſus pronuntiavit: Deus, inquit, & ſanctiſſima Dei mater, ſacratiſſime domine, te & comites B tuos tuetur. Quam vocem ille cum tamquam oraculum e cælo miſſum accepiſſet, & loco itinerarii ſubſidii, quaſi viaticum ſibi datum putaret, multo alacrius iter carpebat: & tenui illo ac ſervili habitu ignotus navigium conſcendit, & Principes, Præconeſum, aliaſque Propontidis inſulas, aliam ex alia permutando, per ſolitudines in montibus & ſpeluncis, cavernisque terræ, ut cum apoſtolo loquar, abſconditus errabat, egenus, afflictus, anguſtiatus, victumque rogatoris inſtar a piis Chriſtianis emendicabat. At Photius amiſſa, quam ſpe devorarat, præda: omnia cœnobia, urbemque totam ac ſuburbia veſtigabat, ſicubi velut C igne evanidum reperiret ſitienem. Cum ergo nihil eorum quæ cupiebat, ſuccederet; procurato edicto regio, Oryphan illum cum ſex curſoribus ad cuncta loca maritima, cunctaſque inſulas luſtrandas amandat: ut quocumque loco deprehenſum, veluti perturbatorem everſoremque imperii, de medio tolleret. Itaque venatici illi canes cum ſæpius & pluribus in locis in Ignatium ipſum incidiſſent, ſervili tunicula decepti non agnoverunt. Quin & ipſum inter illos medios tranſeuntem quæritantes, velut Aſſyrii cæcitate percuſſi, non ſenſerunt. Abierunt ergo, quod eſt in proverbio, ut fruſtrati præda hiantes lupi. D Ignatius vero ſolutus ſalvatori pro tutela votis, per multas tribulationes ad regnum cælorum contendebat. Atque illi quidem hæc agebant. Quid vero hæc illis molientibus, longanimis, juſtus, & fortis Deus, qui non iraſcitur per ſingulos dies? an diutius extremas has malorum ærumnas potuit diſſimulare? minime vero.

Ἄλλα [illegible] ἰδίων ἀπαιωρήτας ὤμων, ἀχθοφόρυ τινὸς δίκην ἀνίδρα, τὰς φύλακας κατὰ μέσας νύκτας λαθών. ἐστάλη δὲ ἅμα τῷ μαθητῇ Κυπριανῷ, τὴν ἐπὶ τὸ Συβαριτικὸν διὰ τῶ ἐμβόλυ ποιέμενος πορείαν. τὴν ψυχὴν δὲ συντριβόμενος, καὶ τὰς δακρύοις περιρραινόμενος, καὶ σφόδρα κατάπικρος τὴν καρδίαν καὶ κατώδυνος ὤν, ἐξεχεῖτο ὥσπερ Δαυὶδ ἐκεῖνος ἀπὸ προσώπυ διαδράναι Σαούλ. κρείττων δὲ τις ἀνθρώπινα συντυχεῖν τούτῳ διὰ τῆς νυκτὸς ἰόντι ἀνήρ τις πάνυ τὴν πρόσοψιν ἀστραπτής, τόν τε πώγωνα καὶ τὴν κόμην καλῶς καθειμένος τῆς κεφαλῆς· καὶ αὐτὸς στολὴν λευκὴν ἐσταλμένος, καὶ ἵππῳ ἐπιβαίνων λευκῷ, τὴν ὡς ἐπὶ Βλαχέρνας ἐβάδιζεν ὁδόν. αἴτιος B δὲ ὁ ἀήρ, ὅτι πυρσὸς ὑδαμῶ, καὶ ἔχειν ... τὸν ἰδεῖν οὐκ ἦν πλήν, ὅσις ποτὲ ἦν, πνεύματι θείῳ κινηθείς, εἶπεν· ὁ Θεὸς καὶ ἡ Θεοτόκος, λέγων θεοπρόπε ἀκέραιον τε, πανίερε δέσποτα, καὶ τὰς μετὰ σῦ διαφυλάξει. τοῦτο τὸ ῥῆμα, οἷάπερ ἐφόδιον ἀγαθὸν ἄνωθεν ἥκον ἐπ' αὐτόν, ὁ μακάριος ὑποδεξάμενος, προθυμότερον ἐβάδιζε· καὶ τῷ δουλικῷ καὶ πενιχρῷ σχήματι πάντας λαθών, καὶ εἰς πλοῖον ἐμβὰς καὶ τὰς Πριγκηπίους, καὶ Προικοννήσιος, καὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς Προποντίδος νήσους, ἄλλην ἐξ ἄλλης ἀμείβων, καὶ ἐν ἐρημίαις πλανώμενος, ὄρεσί τε καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, Ἀποστολικῶς φάναι, κατακρυπτόμενος, ὑστερούμενος, θλιβόμενος, κακουχούμενος, καὶ πρὸς τὰς ζωῆς ἀφορμὰς ἐ C παίτυ τρόπον διὰ τῶν φιλοχρίστων ἠρανίζετο. Φώτιος δὲ τῆς θήρας διαμαρτών, πάντα μὲν μοναστήρια, πᾶσαν δὲ τὴν πόλιν, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ἠρεύνατο, εἴ πως ἄρα καταλάβοι τὸν ὥσπερ ἄλλον * [illegible] ἐκ προσώπου πυρός. μηδὲν δὲ ἀνύειν δυνάμενος ὧν ἐβούλετο, παρασκευάζει προστάγματι βασιλικῷ, τὸν χαλεπὸν ἐκεῖνον Ὠρύφαν σὺν ἓξ δρομεῦσι πάσας τὰς νήσους, καὶ τὴν παράλιον ἀνερευνᾶσθαι, καὶ εἴ που συμβαίη ληφθῆναι τὸν Ἰγνάτιον, ὡς ταραχοποιὸν ἀναιρεῖσθαι, ὡς ὅλην ἀνατρέποντα τὴν βασιλείαν. πολλάκις οὖν καὶ κατὰ πλείους τόπους αὐτῷ περιπίπτοντες οἱ θηραταί, διὰ δουλικὴν οὐκ ἐπέγνωσαν στολήν. καὶ ἄλλοτε πάλιν διὰ μέσου αὐτῶν παρερχόμενον, ἀορασίᾳ D ληφθέντες, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἐλισσαῖον Ἀσσύριοι τοῦτον οὐκ ἠδυνήθησαν ἰδεῖν. καὶ αὐτοὶ μέν, ὡς λύκοι μάτην κεχηνότες ἀπῆλθον, κατὰ τὴν παροιμίαν. ὁ δὲ τὰς εὐχαριστηρίους εὐχὰς ἀναπέμπων τῷ σωτῆρι διὰ πολλῶν θλίψεων τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν ἠγωνίζετο. οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν. τί δὲ ὁ μακρόθυμος Κύριος, ὁ δίκαιος, ὁ ἰσχυρός, ὁ μὴ τὴν ὀργὴν ἐπάγων καθ' ἑκάστην ἡμέραν; ἆρ' ἐπὶ πολὺ τὰς ὑπερβολὰς τῶν κακῶν ταύτας ἠνέσχετο καθορᾶν; οὐδαμῶς.

Auguſtas inflabat mentes, & tremoribus horrificis Conſtantinopolis quatiebatur: a E des nutabant omnes, omniaque mortalium pectora metu palpitabant, nemo non morbis horrore occupatus clamitabat, unicam plane hujus prodigii ſeu motus cauſam eſſe injuriam & ſacrilegium in patriarcham Ignatium commiſſum. Urbe autem totos quadraginta dies continuo tremente, uſque adeo ferocia & immanitas illorum mitigata eſt, ut ipſi principes publice jurejurando conteſtarentur, neque fugam ſacro illi exuli, nec hoſpiti exulis, apud quem delituiſſet, fraudi futuram: ſed abſolutum crimine, innocentemque pronuntiatum, ſine

Αὔγυστος ἐσείσατο μήν, καὶ σεισμοῖς ἐξαισίοις ἡ βασιλεύουσα κατεδονεῖτο. καὶ πᾶς οἶκος ἐκλονεῖτο. E καὶ πᾶσα καρδία τῷ φόβῳ κατεσείετο· καὶ πᾶς ἄνθρωπος τῷ τῦ θανάτυ δέει συνεχόμενος ἐβόα, μίαν αἰτίαν εἶναι τῦ σεισμῦ, μίαν τὴν εἰς τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον ἀδικίαν καὶ παρανομίαν. ἐν ἡμέραις δὲ τεσσαράκοντα μηκυνόμενος ὁ σεισμὸς ἐπὶ τοσοῦτον αὐτῶν τὴν ὠμότητα καὶ ἰταμότητα κατέκαμψεν, ὡς καὶ τὰς κρατῦντας αὐτὸς ὅρκον προθεῖναι δημοσίᾳ, μήτ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἱερὸν φυγάδα, μήτε τὸν ἐν κρύπτειν φανερώμενον, ὑπεύθυνον καθίστασθαι λοιπόν, ἀθῶον μὲν δὲ εἰς τὴν οἰκείαν ἀνεγκλήτως ἀποκαθίστασθαι μονήν· τοίνυν ὅπως ἀκούσας ὁ ἀθλη-

ANNO CHRISTI 869. | VITA IGNATII PATRIAR.

ὁ ἀθλητὴς, καταδηλοῖ ἑαυτὸν αὐτίκα τῷ πατρικίῳ Πετρωνᾷ· ὃς τοῦ αὐτοκράτορος θεῖος πρὸς μητρὸς ὢν, καὶ τοῦ βασιλέως ἄρας ἐγκόλπιον, εἰς ἐνέχυρον φέρων δίδωσι τῷ πατριάρχῃ· ὁ δὲ τοῦτο τοῦ τραχήλου ἀπαιωρήσας, καὶ πρὸς τὸν Βάρδαν ἀναχθεὶς, ἔστη. πρὸς ὃν ἐκεῖνος. ἱνατί, φησί, τρόπον δραπέτου μεμηχανημένος, ἄλλην ἐξ ἄλλης χώραν ἀμείβων περινοστεῖς; ὁ δέ· Χριστὸς, ἔφη, ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς καὶ πατὴρ ἐνετείλατο· ἐὰν διώκωσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην. ἡττηθεὶς οὖν τοῖς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς ἴχνεσι, ἀθῷον τοῦτον καὶ ἄνετον εἰς τὴν αὐτοῦ καταστῆναι κελλίου μονήν. αὖθις οὖν καὶ ὁ σεισμὸς ἔστη. οἱ Βούλγαροι δὲ τότε προνοίας Θεοῦ, βιαίῳ καταπταίσαντες λιμῷ, ἅμα δὲ καὶ τοῖς δώροις τοῦ αὐτοκράτορος θελχθέντες, τὰ ὅπλα καταθέμενοι, τῷ ἁγίῳ προσῄεσαν βαπτίσματι.

Τότε καὶ οἱ προλεχθέντες τοποτηρηταὶ Ῥώμης φιλοφρόνως ὑπὸ Φωτίου δωροδοκηθέντες, τὴν Ῥώμην παλινοστήσαντες κατέλαβον. ὡς ὁ πάπας ἀνακρίνας Νικόλαος, καὶ τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον ἠκριβωκὼς, καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν ὑποδίκους αὐτοὺς πεφωρακὼς, ὡς ἐπισυστασίως λῃστρικῆς, ἀλλ᾽ οὐ κανονικῆς συνόδου κατάρξαντας, διηνεκεῖ καθαιρέσει καὶ ἀναθεματισμῷ καθυποβάλλει. καὶ οὐ μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν Φώτιον, ὡς ἐπιβήτορα καὶ μοιχὸν, ἀποκηρύττει, καὶ ὑπὸ συνόδῳ κανονικῇ καὶ ψήφῳ πάσης τῆς ὑπ᾽ αὐτὸν ἐκκλησίας ἀναθεματίζει καὶ καθαιρεῖ· οὐδὲν αὐτὸν διαφέρειν Μαξίμου τοῦ Κυνικοῦ, τοῦ τῷ θεολόγῳ Γρηγορίῳ ἐπιφυέντος, καὶ τὴν ἐκκλησίαν συγχέαντος, ἀποφηνάμενος. ὅθεν αὐτόν τε, ὡς τῶν σκανδάλων αἴτιον, καὶ τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ κεχειροτονημένους, ὡς ὁμόφρονας τούτῳ δηλονότι καθεστῶτας, Ἀποστολικῇ κρίσει τῇ αὐτῇ ὑποβάλλει καταδίκῃ. οὐ τοῦτο δὲ ποιεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας Φωτίῳ, αὐτόν τε τὸν βασιλέα καὶ τὴν ὑπ᾽ αὐτὸν πολιτείαν πᾶσαν δι᾽ ἐπιστολῶν ἀφορίζει. ταῦτα δὲ ζήλῳ θείῳ ὁ Νικόλαος καταπραξάμενος, καὶ τοῖς τῆς ἀνατολῆς πατριάρχαις τὴν ἔνθεσμον κρίσιν ταύτην διεπέμψατο.

Κατ᾽ ἐκείνας δὲ τὰς ἡμέρας καὶ ἐμπρησμὸς μέγας σφόδρα εἰς τῆς Σοφίας γενόμενος, ἀμύθητον ὅσην καταφθορὰν καὶ λύμην τοῖς προσοικοῦσιν ἐνειργάσατο. οὐδὲν δὲ τούτων εἰς μετάμελον ἦγε τοὺς ἀνομεῖν διεγνωκότας· μᾶλλον μὲν οὖν, κατὰ τὴν Ἀποστολικὴν πρόρρησιν, ἐπὶ τὸ χεῖρον προέκοπτον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι.

Βάρδας μὲν γὰρ ἐφ᾽ ἑαυτὸν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν ὑποποιούμενος, πρῶτον μὲν κουροπαλάτης, μετὰ μικρὸν δὲ Καῖσαρ ἀναγορευθεὶς, τῆς τοῦ ἀνεψιοῦ εὐηθείας κατετρύφα, αὐτὸς ἀκρασίας τε πάσης καὶ πάσης ἡδονῆς ἀσελγοῦς ἀνδράποδον ἀποδεικνύμενος· ὁ Μιχαὴλ δὲ νεωτερικαῖς ἐπιθυμίαις ὅλος κατεφθαρμένος τὸν νοῦν, παίγνιον ἔθετο τὰ θεῖα, παίγνιον αὐτὸς ἀκρασίας τε πάσης καὶ ἁμαρτίας, καὶ τοῦ τῆς ἁμαρτίας γεγεννημένου πατρός. καὶ δὴ μιαρωτάτους τινὰς ἀνθρωπίσκους, καὶ βεβηλοτάτους, καὶ ἐξαπίλους ἐκλεξάμενος, ἀμοίρους μὲν ἁγίου παντάπασι πνεύματος, τοῦ ἐναντίου δὲ πνεύματος τῆς ἐνεργείας πεπλησμένους, ἀνευλαβῶς τε καὶ ἀπηρυθριακότως ἱερεῖς καὶ Ἀρχιερεῖς κατὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἐναγῆ μίμησιν ὁ ἀνίσατος ἐχειροτόνει· καὶ ἐν αὐτοῖς Θεόφιλόν τινα πρωτοσπαθάριον, ἄνδρα γελωτοποιὸν καὶ μῖμον, καὶ

A cujuſquam moleſtia in ſuo cœnobio ſecure permanſurum. Quod cum Chriſti athleta accepiſſet, Petronæ ſe patricio, materno imperatoris avunculo, aperit: qui pretioſum geſtamen, quod ad ſinum imperatoris pendebat, pro pignore allatum tradit patriarchæ, quo ille de collo ſuſpenſo ad Bardam accedit; qui ad patriarcham: Quid, inquit, fugitivi more ex loco in locum profugus oberras? cui Ignatius: Chriſtus, inquit, rex noſter ac ſalvator præcepit: *Si perſequentur vos in una civitate, fugite in aliam.* Matth. 10 Victus innocentia & virtute viri Bardas, innoxium liberumque in monaſterium remitti ſuum jubet. Statimque moveri terra B deſiit, & Bulgari providentia Dei fame urgente, muneribuſque ab imperatore deliniti, armis poſitis, cæleſtis baptiſmatis unda ſunt luſtrati.

Legati quoque pontificii a Photio donis blande corrupti Romam redierunt. Quos Nicolaus pontifex de patriarcha Ignatio interrogatos, & ſevere inquiſitos, cum ſuis illos verbis captos conviciſſet, illos ſicariæ potius factionis, quam legitimæ ſynodi præſides egiſſe, perpetua exauctoratione damnatos anathemate percuſſit. Nec legatos tantum, ſed ipſum quoque Photium tyrannum & adulterum pronuntiat, & legitimæ ſynodi ſententia totius eccleſiæ ſuæ anathemate C ferit deponitque, ipſumque a Maximo Cynico, qui Gregorio Theologo inſultans, eccleſiam turbis omnibus permiſcuit, nihil differre declarat. Quare illum, ut ſcandalorum auctorem, & ab illo conſecratos, apoſtolica auctoritate, veluti conjuratos, eidem ſententiæ ſubjicit. Nec his contentus, aſſeclas illius, ipſumque imperatorem cum ſenatu ejus omni per litteras a cœtu fidelium excludit. Quæ Nicolaus cum divino zelo inflammatus egiſſet, æquiſſimam judicii ſui ſententiam ad orientis patriarchas tranſmiſit.

D

Per idem fere tempus ingens in ædibus Sophiæ incendium extitit, nec quantum vicinis calamitatem, quantumque exitium attulerit, dicendo explicari poteſt. Quæ tamen res eos qui perverſe agere decreverant, ad meliorem mentem non reduxit; ſed ex apoſtolico oraculo, in pejus proficiebant, errantes, & in errorem mittentes. 2. Tim. 3

Bardas enim imperium affectans, primum Curopalates, mox Cæſar renuntiatus, imperatoris, ſororis filii, ſtultitia abutebatur, ſeipſumque omnis intemperantiæ, effuſæque libidinis mancipium prodebat. Michael vero animo juvenilibus deſideriis corrupto, E rem divinam pro fabula ſeu ludibrio ducebat, ludibrium ipſe factus omnis fœditatis & peccati, ipſiuſque peccati patris. Etenim homunciones quoſdam impuriſſimos, & profaniſſimos, & ſcurras, divini quidem Spiritus cæleſtiſque gratiæ omnino expertes, peſſimiſque dæmonis artibus inſtructiſſimos, ſacrilege impudenterque ſacerdotes & antiſtites ad eccleſiæ profanam imitationem dementiſſimus conſecravit, illiſque Theophilum quemdam protoſpatharium, ſcurram & mimum, interque profanos profaniſſimum, patriarcham præfecit, riſum ſibi & cachinnum improbum de-

VITA IGNATII PATRIAR.

ANNO CHRISTI 869.

teſtandus & deridendus quæritans. Per quæ oblationi ſanctæ fiebat injuria, nomen vero Dei contumeliis affectum inter gentes blaſphemabatur.

Sed Michael tantopere infamia hac gloriabatur, uti nec publice quidem hæc erubeſceret jactare: Mihi Theophilus, Cæſari Photius, Chriſtianis Ignatius eſt patriarcha. In hoc amentiæ ne dicam, an impietatis potius, tandem chaos eſt devolutus? Ita ſacrilegus ille ſcurra, ut dixi, Theophilus, exerta ſua petulantia aulas lambens regias, nefandis ſceleribus, laſcivia & facetiis, turpiſſima imitatione per contemptum rerum divinarum, myſteria & ſacramenta traducebat & illudebat; quod ne gentes quidem quamvis impiæ auſæ ſunt aliquando. Quæ Photius, cum coram ſe geri cerneret, rem indigniſſimam nec reprehendit, nec reſtitit impietati, neque, quod res divina ludibrio haberetur, verbum ullum contra ſeu grave ſeu leve edidit. Quod mirum videri non debet: erat enim mercenarius opilio, non germanus paſtor: quocirca illi de pereunte grege cura nulla. Ad hæc duo tantum toto pectore intentus: Alterum ut iis qui rerum potiri videbantur, blandiendo, modiſque omnibus gratificando & obſequendo, patriarchatum ſibi firmaret: Alterum, ut Ignatium, ſi qua ratione fieri poſſet, etiam vita exueret. Atque hæc ita ſe habere, non eſſe autem verba inania, facta ipſa clamant. Ecquis enim technis illius auditis, atrocem animum non illico perſpexit? Nam die quapiam advena quidam prius ignotus omnibus, monachi habitu indutus, Euſtratius nomine, recta ad patriarchium properabat, ingreſſuſque binas litteras fictas palam promptas porrigebat; quas quidem ſapientiſſimus ille Photius per dolum excogitarat, ut poſtmodum manifeſte patuit: alteras Ignatii nomine ad Nicolaum pontificem datas, quibus ſtatum patriarchatus ſui immutatum, & injurias imperatoris exponebat; quas ajebat pontificem ne aſpicere quidem voluiſſe, ac proinde a ſe reportatas: alteras quaſi a Nicolao ad ipſum Photium miſſas, quibus purgabat priorem inter Photium & pontificem diſſenſionem, & caritatem amicitiamque in omne reliquum tempus ſtabiliebat. Has ille turbarum artifex arreptas e veſtigio imperatori & Cæſari tradit, contraque innocentem egregie mentiendo principes accendit: Veſtram, inquit, majeſtatem Ignatius ad exteras etiam gentes traducit, veſtrique imperii potentiam improbiſſimus calumniator in crimen vocat. Qui tametſi juſtam haberet cauſam, tamen vita illi jure adimeretur, dum hæc in veſtram ſerenitatem machinatur: ſed en, inquit, teſtes perfidiæ litteras, & fidem dictis faciant, quæ nobis nihil obfuere, ſed profuere; cum papa rei veritatem ſit edoctus, & inter nos amicitiam ac benevolentiam etiam confirment. Sed indignum judicavi veſtram majeſtatem per illum adeo conculcari. Hæc ſycophanta Photius. Acceſſitur ſatellitium, Ignatius per calumniam circumventus arcta cuſtodia ſervatur, inquiritur acriter, & quæſtiones, an ita ſe res habeat, exercentur. Adductus quoque in

πάντων ἐναγῶν ἐναγέστατον, πατριάρχην ἐπ' ἐκείνοις προσχεδιαζόμενος ὠνόμαζεν, γέλωτα ἑαυτῷ καὶ καγχασμὸν ἀσελγῆ ὁ κατάπτυστος κατασχεδιαζόμενος, καὶ καταγέλαστος· δι' ὧν ὑβρίζετο μὲν ἡ ἁγία προσφορὰ, ὑβρίζετο δὲ καὶ ἐβλασφημεῖτο τοῖς ἔθνεσι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ.

Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ τῇ ἀλογιστίᾳ ἐνετρύφα ταύτῃ καὶ ἐνεκαλλωπίζετο, ὥστε μηδὲ τοῦτο παῤῥησίᾳ λέγειν αἰσχύνεσθαι· ὅτι ἐμοὶ μὲν πατριάρχης ὁ Θεόφιλος, ὁ Φώτιος δὲ τῷ Καίσαρι, καὶ τοῖς Χριστιανοῖς ὁ Ἰγνάτιος καθέστηκεν. εἰς τηλικοῦτον αὐτὸν ἀφροσύνης μᾶλλον ἢ ἀσεβείας κατενεχθῆναι βόθρον. ὁ μὲν οὖν εἰρημένος βωμολόχος ἐκεῖνος Θεόφιλος οὕτω παῤῥησίᾳ τοῖς βασιλείοις κωμάζων αὐλαῖς, ἀῤῥητοποιίαις τε πάσαις, καὶ ἀσελγείαις, καὶ εὐτραπελίαις δι' αἰσχίστης μιμήσεως τῶν ἱερῶν μυστηρίων κατωρχεῖτο καὶ κατέπαιζε· πρᾶγμα μηδὲ τοῖς ἀσεβεστάτοις τῶν Ἑλλήνων πώποτε τολμηθέν. ὁ Φώτιος δὲ τούτων τελουμένων, καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ πραττομένων, οὐκ ἤλεγξε τὸ τοῦ ἐπιτηδεύματος ἄτοπον, οὐκ ἀντέστη τῇ παρανομίᾳ, οὐ μικρὰν, οὐ μεγάλην ὑπὲρ τῶν ὑβριζομένων θείων ὀργίων ἀφῆκε φωνήν. καὶ οὐ θαυμαστόν· ἦν γὰρ μισθωτὸς, καὶ οὐ ποιμήν· διὸ οὐδεμία τούτῳ περὶ τῶν ἀπολλυμένων προβάτων ἐγίνετο φροντίς. πρὸς δύο δὲ μόνον ὅλως αὐτῷ συνετέτατο τῆς ψυχῆς ὁ σκοπός· ἓν μὲν, ὅπως τὰ πάντα χαριζόμενος τοῖς κρατεῖν δοκοῦσι, τὸ τῆς πατριαρχείας κράτος μόνιμον ἑαυτῷ διατηρῇ· δεύτερον δὲ, ὅπως καὶ αὐτῆς ἀποστερῆσαι τὸν Ἰγνάτιον, εἰ δυνατὸν, τῆς ζωῆς. καὶ ὅτι ἀληθῆ ταῦτα, καὶ οὐ λόγοι κενοὶ, αὐτὰ βοᾷ τὰ πράγματα. τίς γὰρ ἀκούσας ἐκεῖνο τὸ σκευώρημα, οὐ τὴν φονικὴν παρευθὺ τοῦ ἀνδρὸς ἔγνω προαίρεσιν; καὶ γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ξένος τις ἄνθρωπος ἄχρις ἐκείνου πρὸς πάντων ἀγνοούμενος, σχῆμα δὲ μοναχοῦ περικείμενος, Εὐστράτιος δὲ καλούμενος, τὸν πατριαρχικὸν ἐξαπίνης οἶκον ἐπιβὰς, καὶ εἰσελθὼν, δύο πλασματογραφίας ἐνώπιον πάντων ἀποκαλύψας ἐπεδίδου· ἃς αὐτὸς ὁ σοφώτατος Φώτιος, ὡς σαφὲς ὕστερον ἐγένετο, δολιευόμενος κατεσκεύαστο. μίαν μὲν ἐκ προσώπου τοῦ Ἰγνατίου πρὸς Νικόλαον τὸν πάπαν ἐπιστολὴν, τὴν περὶ αὐτὸν γενομένην καινοτομίαν καὶ ἀδικίαν τοῦ βασιλέως σαφῶς διαγράφουσαν· ἣν, ὡς ἔλεγε, τοῦ πάπα μηδὲ προσβλέψαι καταδεξαμένου, ἐκεῖθεν αὐτὸν αὖθις ἀνενεγκεῖν· μίαν δὲ πρὸς τὸν Φώτιον αὐτὸν τοῦτον, ὡς ἀπὸ τοῦ Νικολάου αὐτοῦ διεκομίζετο, δύναμιν ἔχουσαν ἀπολογίας ὑπὲρ τοῦ μεταξὺ αὐτῶν πρώην παρακολουθήσαντος παροξυσμοῦ, ἀγάπης δὲ τοῦ λοιποῦ καὶ κοινωνίας δῆθεν ἀῤῥήκτου κυρωτικήν. ταῦτα ὁ ταραχοποιὸς ἐκεῖνος δεξάμενος ἀνὴρ, εὐθὺς τῷ τε βασιλεῖ καὶ τῷ Καίσαρι κατὰ τοῦ ἀναιτίου ἐμφανίζει, καὶ παροξύνει κατ' αὐτοῦ. πονηρεύεται, λέγων, κατὰ τῆς ὑμετέρας βασιλείας Ἰγνάτιος, καὶ διαβάλλει πρὸς τοὺς ἔξω, καὶ κατηγορεῖ, καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἐξουσίας κράτος συκοφαντεῖ· καὶ εἰ πρὸς δίκαιον εἶχεν, οὐδ' ἂν ζῆν συνεχωρεῖτο, τοιαῦτα κατὰ τῆς ὑμῶν διανοούμενος γαληνότητος. καὶ ἡ τῆς κακουργίας, φησὶν, ἀπόδειξις· ἰδοὺ καὶ αὐτὰ μαρτυροῦσι τὰ γράμματα, ἅπερ ἡμᾶς μὲν ἔβλαψεν οὐδὲν, ὠφέλησε δὲ μᾶλλον, πληροφορηθέντος τοῦ πάπα τἀληθῆ, καὶ ἀγάπην κεκυρωκότος εἰς ἡμᾶς. οὐχ ἡγοῦμαι δὲ δίκαιον εἶναι τὴν ὑμῶν βασιλείαν οὕτως ἐξουθενεῖσθαι παρ' αὐτοῦ. ταῦτα μὲν ὁ συκο-

ANNO CHRISTI 869.

συκοφάντης. φύλακες δὲ παρ' αὐτῷ, καὶ φρουρὰ περὶ τὸν A ἀναιτίως κατηγορούμενον ἀσφαλής, ἐγίνετο πολλὴ σφόδρα καὶ ὀξεῖα ζήτησις, εἰς ποτὲ τοῦτον γένοιτο τὸν ξένον. παρήγετο τοίνυν εἰς μέσον ὁ γραμματοφόρος ἐκεῖνος, καὶ ἀπῃτεῖτο δεῖξαι, πρὸς τίνος εἰλήφει τὴν πρὸς τὸν πάπαν ἐπιστολήν. ὁ δὲ ἅμα προειρηκὼς, ὡς Κυπριανὸς ἐκεῖνος ὁ τοῦ Ἰγνατίου τά τε γράμματα ταῦτα καὶ ἐφόδια ἐγχειροδοτήσειεν ἱκανά, οὕτως ἐπὶ μῆνα σχεδὸν ὅλον ἀπαιτούμενος τοῦτον ἐπιδεῖξαι, ἠλέγχετο μήτ' αὐτὸν εἰδὼς τὸν Κυπριανὸν, μήτε τιν' ἄλλον τῶν ἀνθρώπων Ἰγνατίου. οὕτω δὲ τῆς σκευωρίας φωραθείσης, μάστιξιν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πικροτάταις ἐκεῖνος κατῃκίσθη. ὃν καὶ πολλὰ Φώτιος λυτρώσασθαι διεσπουδακὼς, οὐκ ἠδυνήθη. εἰς παραμυθίαν δὲ μετὰ B ταῦτα διωγμιτῶν τοῦτον ἄρχοντα καθίστησι, πλῆθος ῥαβδούχων ὑποτάξας αὐτῷ. ταύτης καταφανοῦς γενομένης τῆς κακοξοτίας, οὐκ ἦν ὅστις οὐ προσώχθισε τῷ κατασκευαστῇ τῶν κακῶν.

Μετὰ ταῦτα τῆς Χριστοῦ μὲν ἀναλήψεως ἐπλεῖτο μνημόσυνον, πρὸς ἑσπέραν δὲ σεισμὸς γίνεται τῶν πώποτε γενομένων ὁ φρικωδέστατος. δι' ὅλης καὶ τῆς ἐπιούσης ἐπεκράτει νυκτός. βοὴ δέ τις καὶ ἄσημος θροῦς ἔκ τε γῆς, ἔκ τε θαλάσσης σφοδρῶς ἀναδιδόμενος, πάντων ἀνθρώπων ταῖς καρδίαις παράλυσιν ἐνεποίει καὶ θραυσμόν. τότε δὴ καὶ ἡ στήλη Ἰουστίνου ἐκ τῶν γονάτων πεσοῦσα κατερράγη. τότε καὶ Βασίλειος ἐκεῖνος ὁ πρότερον μὲν Κρήτης ἐπίσκοπος γενόμε- C νος, διὰ δὲ τὴν τῶν Ἀγαρηνῶν ἔφοδον εἰς Θεσσαλονίκην μετατεθείς· εἰς αἰσχύνην καὶ τοῦτο τοῦ τῆς βασιλίδος προκαθεζομένου. τολμήσας αὐτὸς πρόσεισι τῷ Μιχαὴλ, παραινετικῶς ἅμα καὶ διδασκαλικῶς ἀπέχεσθαι τῆς τῶν ἱερατικῶν ἔργων αἰσχρᾶς καὶ ἀνοσίου μιμήσεως παρακαλῶν· ἐντεῦθεν γὰρ τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ ἀνακαίεσθαι διϊσχυρίζετο. ὁ δὲ τοῖς ἐλέγχοις ὑπερβαλλόντως πληγεὶς, ῥαπίσμασι μὲν ἰσχυροῖς τοῦ τιμίου γέροντος τοὺς ὀδόντας ἐξερρίζωσεν, οὕτω δὲ καὶ τὸν νῶτον κατῃκίσατο, ὡς ὀλίγου δεῖν αὐτὸν ταῖς βασάνοις ἐναποθανεῖν· τούτων δὲ οὐδὲν ἔμελε τῷ μισθωτῷ. ἠρέμα γὰρ καὶ αὐτὸς D συνήδετο τοῖς τελουμένοις, καὶ ἅμα τοῖς μιαροῖς μίμοις ἐκείνοις συνεχέστερον τῷ μειρακίῳ συνερχόμενος καὶ συμποσιαζόμενος, οὐδὲ τῆς διατριβῆς ἐκείνων καὶ καταφρονήσεως μακρὰν ἦν· μέριμνα δὲ αὐτῷ καὶ πολλὴ σφόδρα περὶ τὸν Ἰγνατίου ἐνέκειτο φροντὶς, καὶ ἐγλίχετο κατ' αὐτοῦ ἀκούειν, καὶ ἐκνήθετο τὴν ἀκοήν· καὶ εἴ τινα διαλοιδορούμενον εἰκῇ ἑώρα, ἢ ἵνα ψιλὴν κατ' ἐκείνου καὶ ματαίαν κατηγορίαν ἐνιστάμενον, φίλον τοῦτον ἐτίθετο πιστὸν, καὶ ἤκουεν ἡδονῇ πολλῇ· καὶ γὰρ οὐδὲν οὕτως ἡδύνει ψυχὴν ἔχθρᾳ κακῇ καὶ μίσει προκατειλημμένην, ὡς ἡ κατὰ τοῦ μισουμένου λαλιά. ἀεὶ οὖν ἐκ τῶν τοῦ πατριάρχου συνήθων καὶ ὑπηκόων, ὅσους ἠδύνατο, E δώροις καὶ ἀξιώμασι πλέπτων καὶ ὑποποιούμενος, δι' αὐτῶν ἐξιχνίαζε, καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ δικαίου ἐθήρευε ψυχήν. τούτων εἷς καὶ Ἰγνάτιος ἦν ἐκεῖνος ὁ τοῦ ἁγίου μαθητὴς, ὃς κατὰ Δημᾶν ἐκεῖνον τὸν πάλαι, τὸν νῦν ἠγαπηκὼς αἰῶνα, Φωτίῳ προσφεύγει· καὶ ἄρχων μὲν τέως τῶν μοναστηρίων τῶν κατὰ τὴν Προποντίδα, ἔπειτα καὶ μητροπολίτης ὑπ' αὐτοῦ τῆς Ἱεραπόλεως καθίσταται. οὗτος τῆς τιμῆς αὐτὸν ἀμειβόμενος· ὦ δέσποτα, ἔφη, θαυμάζω, πῶς τηλικοῦτόν σε τοῦ Ἰγνατίου διέλαθεν ἁμάρτημα, καὶ ἀδιόρθωτον παρημελήθη· μισοῦ γὰρ πλα-

VITA IGNATII PATRIAR.

A medium Tabellarius ille jubetur indicare, a quo litteras ad Nicolaum pontificem acceperit. Tabellarius a Cypriano illo Ignatii diſcipulo prius ſe litteras & viaticum accepiſſe reſpondet. Sed cum nec Cyprianum, etiam toto menſe ad inveſtigandum dato, oſtendere poſſet, nec quemquam ex Ignatii comitatu noſſe videretur, fraude deprehenſa, loris a Cæſare acerrime eſt multatus: pro quo liberando tametſi omnia faceret Photius, nihil tamen perinde profecit. Tandem ut ſolaretur hominem, lictorum præfectum creavit. Hac Photii perfidia detecta, nemo fuit, qui improbas has artes non indigniſſime ferret.

B

Agebatur non multo poſt ſacer aſcenſionis Chriſti dies anniverſarius, cum ſub veſperam terra tanto motu, quanto nunquam ante, cœpit contremiſcere, neque tota inſequenti nocte conſtitit. Et obſcurus quidam fragor ac mugitus e terra marique ingens editus hominum pectora ita metu fregit, ut pene diſſolverentur. Juſtini quoque ſtatua a genibus convulſa concidit. Tum Ba- C ſilius Cretenſis antea epiſcopus, Agarenis autem Cretam invadentibus, Theſſalonicam translatus, (non ſine Photii tum cathedram Conſtantinopolitanam occupantis infamia) auſus ipſe Michaelem adit, eumque partim admonentis auctoritate, partim docentis, a tam impia & ſacrilega rerum ſacrarum inimica imitatione & irriſione dehortatur: inde enim numinis iram accendi affirmabat. Qua reprehenſione Michael graviſſime offenſus, colaphis atrociſſimis venerando ſeni dentes ſtirpitus eliſit, tergumque flagris ita laniavit, ut nihil propius factum ſit, quam ut inter tormenta animam ederet. De quo nihil ſolicitus erat D mercenarius opilio, quin ipſe paulatim ſacrilegiis illis pariter oblectabatur, & una cum impuris hiſtrionibus pueroque conſueſcebat & comeſſabatur, neque ab eorum conſuetudine & ludibrio procul aberat. Verum ejus cura omnis ad Ignatium opprimendum vertebatur: avebat enim aliquid adverſus illum audire, & pruriebant illi aures. Ubi etiam caſu in calumniatorem illius incidebat, qui vel tenuem de illo obviamve calumniam ſpargeret, hunc vero mox in album amicorum ſuorum referebat, magnaque cum voluptate obtrectantem audiebat. Nihil quippe ita capit animos invidia odioque occupatos, quam ſiniſtra de eo quem ode- E rint, narratio. Itaque per familiares & ſubjectos Ignatii, quotquot ex iis donis & honoribus poterat eblandiri, ſibique obnoxios reddere, ſemper inveſtigabat, contraque juſti animam cauſam quærebat. Ex quibus Ignatius, ille hujus S. Ignatii diſcipulus, erat, qui, ut Demas olim, ſæculum diligens ad Photii caſtra tranſiit; & aliquamdiu præfectus cœnobiorum Propontidis, tum ab illo archiepiſcopus Hierapolis creatus eſt. Qui ut beneficium compenſaret: Mirari ſubit, inquit, domine, quonam pacto tantum Ignatii delictum facinuſque vel

igno.

VITA IGNATII PATRIAR.

ANNO CHRISTI 869.

ignores, vel omnino negligas. Nam in media inſulæ platea ædes ſacra quadraginta martyribus eſt excitata; junctum vero eſt illi Dei matris oratorium, cujus aram Rhuſſi nuper, cum inſulam depopularentur, everterunt, quam inſtauravit Ignatius & repoſuit. Quid hic Photius? an culpam aut parvam aut nullam ratus ſubticuit? an leve turbarum incendium hanc ob cauſam excitavit? nequaquam vero; ſed rem apud imperatorem, velut immane & inexpiabile facinus, exaggerabat: atque conſilio cum factione ſua communicato, Amphilochium Cyzici, & Theodorum Patrarum, archiepiſcopos, quin & Pantaleonem ſenatorem cognomento Bothrum in inſulam ablegas, B qui ſacrilegis manibus ſanctam illam arulam diſturbent. Mandarat inſuper Photius, ut ara ad littus maris deportata, * quadragies unda tingeretur, atque ita demum reducta reponeretur. Quid te, mi homo, non demiremur? (nam ſumma me perverſitatis tuæ indignitas, quamvis invitum & alienum, cogit te conviciis proſcindere) immo vero quid primum, quid poſtremum ſublannemus? animi ne tui ſtuporem, an mentis perverſæ pravitatem? invidentiæ magnitudinem, an ſtudium ambitioſæ improbitatis? Hæccine te docet diuturna litterarum meditatio & vigilatæ noctes, codicumque prope innumerabilium copia? legentium C item & diſputantium viciſſitudo, proque eruditionis laude aſſidua concertatio? Iſtoſne tibi fructus ex litteris capiendos veteris novæque legis tabulæ, ſapientum profanorum dicta, ſanctorumque patrum decreta proponunt; uti perſequaris hominem inopem & mendicum, & ſpiritu & corde compunctum quæras ad mactandum? Non ſatiavit implacabilem animi tui furorem tyrannica de throno dejectio, illicitæ depoſitiones, iniquiſſimæ proſcriptiones, compedes & vincula, infinita exilia, calumniæ, ærumnæ, vexationes, quibus illum abluiſti? revera enim tantopere illum abluiſti, quantopere teipſum inquinaſti. Nec his contentus, in- D ſuper fontem ipſum fluminis altercando ſtudes exhaurire, & ab ipſo abſolutum numine condemnare, modiſque indigniſſimis circumventum veluti reum noxiumve perdere, ut hoc ſtultiſſimo conſilio ſcelerum tuorum judicium poſſis declinare, perinde quaſi rebus humanis nullus præſideat Deus, aut ille ſuo tempore non ſit unicuique redditurus ſecundum opera ſua. Ego vero arbitror te quoque in die viſitationis tuæ a Deo dicente auditurum: *Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* & quæ deinceps in ſacra pagina ſequuntur. Equidem melius actum iri cenſeo cum homine imperitiſſimo, omniſque E litteraturæ & diſciplinæ experte, ſi cum pura conſcientia inculpatam vitam degat, quam cum eo, qui omnia divinæ & humanæ ſapientiæ oracula ore volvat jactetve, longiſque logis & logorum voluminibus laudatus, adverſus alterum exitialem nocendi foveat voluntatem. Et tu, audita magni Baſilii ſententia, nihil reformidas, cum de quopiam admirabundus dixit: nullum ex omnibus totius orbis hæreſiarchis, qui fuere quam plures, auſum fuiſſe reſecrare, præter Euſtathium Ancyrogalatam, cujus nefarium ſce-

*al. ſed G. legit. deportata, alia reponeretur.

Pſal. 49.

Vide Baſil. epiſt. ad E... 

A τείας τῆς νήσου ναὸς τοῖς τεσσαράκοντα μάρτυσιν ἐνίδρυται, αὐτοῦ δὲ ἐχόμενα τῆς Θεομήτορος εὐκτήριον. τούτου τὴν τράπεζαν πρώην οἱ Ρῶς τὴν νῆσον πορθοῦντες κατέβαλον εἰς γῆν, ὁ Ἰγνάτιος δὲ ταύτην αὖθις ἀνεθρόνισε. τί οὖν ἐκεῖνος; ἆρα μικρὸν τοῦτο, ἢ οὐδὲν ἄτοπον ἡγησάμενος παρεσιώπησεν, ἢ μικρὰν ὑπὲρ τούτου ταραχὴν ἀνῆψεν; οὐ μὲν οὖν· ἀλλὰ καὶ τοῖς κρατοῦσιν ὡς μέγα τι καὶ δεινὸν οἷον ἀνέθετο. καὶ τῇ κατ᾽ αὐτὸν ἐκκλησίᾳ κοινωσάμενος, Ἀμφιλόχιόν τε Κυζίκου, καὶ Θεόδωρον τῶν Πατρῶν, μητροπολίτας, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ Πανταλέοντα συγκλητικὸν τὸν ἐπικαλούμενον Βόθρον, εἰς τὴν εἰρημένην ἀποστείλας νῆσον, βεβή- B λοις χερσὶ τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο τραπέζιον καθεῖλεν. ἐνετείλατο δὲ πρὸς τῷ αἰγιαλῷ τῆς θαλάσσης καταγαγεῖν, καὶ * τεσσαράκοντα πλύσεις δοῦναι, καὶ οὕτως ἀναγαγεῖν καὶ καθιδρῦσαι· τί σου θαυμάσαιμεν ἄνθρωπε; προάγει γάρ με λοιδορεῖσθαί σοι μὴ βουλόμενον ἡ τῆς κακίας ὑπερβολή. μᾶλλον δὲ τί σου πρῶτον, ἢ τί ὕστατον ἐπιμυκτηρίσαιμεν; τὴν ματαιότητα τῶν λογισμῶν, ἢ τὴν τῆς διανοίας δυστροπίαν; τὴν τῆς μνησικακίας ὑπερβολὴν, ἢ τῆς ἀδικίας τὴν φιλοτιμίαν; ταῦτα ἡ μακρὰ μελέτη, καὶ νύκτες ἄϋπνοι, καὶ ὁ δυσαρίθμητος τῶν βιβλίων ἑσμὸς, καὶ τῶν ἀμοιβαίων ἀναγνωστῶν καὶ συνομιλητῶν αἱ ποικίλαι περὶ τοὺς λόγους φιλοτιμίαι, καὶ C διαπαρατριβαί; τοιαῦτά σε καρποφορεῖν αἱ παλαιαὶ διαθῆκαι καὶ καιναί, αἱ τῶν ἔξωθεν σοφῶν γνῶμαι, καὶ τῶν ἁγίων οἱ νόμοι καὶ λόγοι παροτρύνουσιν, ὥστε καταδιώκειν ἄνθρωπον πένητα καὶ πτωχὸν τῷ πνεύματι, καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ, τοῦ θανατῶσαι, οὐκ ἤρκεσέ σου τὸν ἄμετρον ἀποπλῆσαι θυμὸν ἡ βιαία τοῦ θρόνου ῥίψις, αἱ ἀθεσμόταται καθαιρέσεις, αἱ ἀδικώταται ὑπερορίαι, αἱ κατὰ τῶν ποδῶν ἁλύσεις, αἱ μυρίαι φυγαὶ, καὶ θλίψεις, καὶ συκοφαντίαι, καὶ διαβολαὶ, αἷς αὐτὸν ἔπλυνας; καὶ γὰρ ἔπλυνας ἀληθῶς τοσοῦτον, ὅσον ἐρρύπανας σεαυτόν. οὐκ ἤρκεσε ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἔτι βιάζῃ ῥοῦν ποταμοῦ μάτην ἀπολέσαι φιλονεικῶν, καὶ D τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δικαιούμενον κατακρίνειν, καὶ ἀδικώτατα καταδικάζειν ἐπιτιθέμενος, καὶ ταύτῃ τὸν ἔλεγχον τῶν ἰδίων ἀνομημάτων διαδρᾶναι λίαν ἀνοήτως διανοούμενος, ὥσπερ οὐκ ἐφεστώσης Θεοῦ προνοίας τοῖς πράγμασιν, ἢ καιροῖς ἰδίοις ἑκάστῳ πάντως τὴν ἰδίαν ἀποδώσει πρᾶξιν. ἐγὼ λογίζομαι, ὅτι καὶ αὐτὸς ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς πρὸς τοῦ λέγοντος ἀκούσῃ Θεοῦ· ἱνατί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου; καὶ ὅσα τῆς ἱερολογίας ἑξῆς. κρεῖττον γὰρ οἶμαι ἀνδρὶ ἀναλφαβήτῳ πάντῃ καὶ ἀμαθεῖ μετὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἀνεπιλήπτως βιοῦν, ἢ πάντας θείους καὶ ἀνθρωπίνους λόγους σοφίας ἀνελίτ- E τοντι διὰ γλώσσης, καὶ μακροῖς λόγων συντάγμασιν ἐπαινουμένῳ, φονικὴν ἀναρριπίζειν κατὰ τοῦ πλησίον βουλήν. πῶς οὐδὲ τοῦ μεγάλου Βασιλείου τῶν λόγων κατηχούντων ηὐλαβήθης, ἐν ἐκπλήξει περί τινος εἰπόντος, ὅτι πλειόνων ἀκμασάντων αἱρεσιαρχῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, οὐδεὶς ἀναθρονιασμοὺς τελέσαι ἐθάρρησεν, εἰ μὴ ὁ Ἀγκυρογαλάτης Εὐστάθιος, οὗ τινος τὴν μυσαρότητα ἡ ἐν Γάγγραις ἁγία παρίστησι σύνοδος; ἀλλὰ τούτοις ὁ σοφώτατος οὐ μόνον οὐκ ἐνεκαλύπτετο, ἀλλὰ τοὐναντίον καὶ ἐνελαμπρύνετο, δόξαν μᾶλλον τὰ ἔργα

* ἄλ. καὶ ἄλλην καθιδρῦσαι.

ANNO CHRISTI 869.

VITA IGNATII PATRIAR.

γα τῆς ἱερωσύνης, καὶ ἰδίαν τιμὴν ἡγούμενος, εἴγε ἀπροσφερῆ, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως ἀλλότρια τεχνάζοιτο. ἀλλ' ὁ μὲν οὕτως.

Οὐ κατασιγηθήσεται ἐγὼ τὸ τοῦ Καίσαρος ὄνειρον· οὐδὲ δίκαιον. εἰ γὰρ καὶ οἱ πολλοὶ μὲν αὐτῶν ἐκ τῶν μεθημερινῶν φροντίδων καὶ ἐνθυμημάτων ἔχουσι τὰς ἀρχάς, πολλοὶ δὲ καὶ ὑπὸ δαιμόνων καθεύδουσιν ἀποτυποῦνται· ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀγγέλων Θεοῦ ἔστιν ὅτε προστάγματι σχηματίζονται Θεοῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἄρχουσι δὲ μάλιστα καὶ βασιλεῦσιν, εἰ καὶ μὴ εὐσεβεῖς εἶεν. ἀλλ' ἂν τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας, εἴτε πρὸς τὸ αὐτοῖς ἐκείνοις, εἴτε τοῖς ὑπηκόοις λυσιτελοῦν, πολλάκις ἐνεργεῖν οἶδεν· ὡς ἐπὶ τοῦ Φαραὼ καὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ μεμαθήκαμεν. οὕτω καὶ Βάρδας ὁ Καῖσαρ οὗτος Φιλόθεον ἐκεῖνον γενικῶν τότε λογοθέτην, καὶ φίλον αὐτῷ πιστὸν ὄντα προσκαλεσάμενος, λίαν ἐῴκει τεθορυβημένῳ· καὶ ἄσθματι πυκνῷ συνεχόμενος· ὦ Φιλόθεε, ἔφη, ὅραμα εἶδον, καὶ πάντα μου συνέτριψε τὰ ὀστᾶ, καὶ τοὺς ἁρμοὺς τῆς ὀσφύος μου ἔλυσεν. ᾤμην γὰρ κατὰ ταύτην τὴν νύκτα, ὡς δῆθεν προελεύσεως οὔσης, εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν μετὰ τοῦ βασιλέως εἰσιέναι· κατὰ πάσας δὲ θυρίδας τὰς ἄνω καὶ τὰς κάτω εἰκόνας ὁρᾶν ἐδόκουν ἀρχαγγελικὰς πρὸς τὸν ναὸν βλεπούσας· καὶ ὅτε πλησίον ἦμεν τοῦ ἄμβωνος, ὤφθησαν ὥσπερ κουβικουλάριοι δύο ἀπότομοι καὶ ἐμβριθεῖς· ὧν ὁ μὲν δέσμιον τὸν βασιλέα λαβὼν, καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ κατασύρων, ἐξωθεῖτο τῆς σολέας, κατακρίτων ὡς ὑπεύθυνον· ἐμὲ δὲ ὁ ἕτερος ὁμοιοτρόπως διὰ τῶν ἀριστερῶν ἀπῆγεν. ἄφνω δὲ περιβλεψάμενος, ὁρῶ ἐν τῷ συνθρόνῳ τοῦ ἀδύτου καθήμενον ἄνδρα γηραλέον, ἀπαραλλάκτως ἐοικότα τῇ εἰκόνι τοῦ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων Πέτρου. καὶ αὐτῷ δύο τινὲς παρειστήκεισαν σοβαροὶ, πραιποσίτων τάξιν ἐπιφαίνοντες. ὁρῶ δὲ πρὸς τοῖς γόνασι τοῦ καθημένου τὸν Ἰγνάτιον ἱκετεύοντα, καὶ πολλοῖς δάκρυσι περιρραινόμενον οὕτως, ὥστε καὶ αὐτὸν συλλυπούμενον στενάξαι. καὶ αὐτὸς ἐβόα· κλειδοῦχε τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ πέτρα ἐν ᾗ Χριστὸς ὁ Θεὸς τὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν ἐστήριξατο, εἰ οἶδας, ὅτι ἠδικήθην, παραμύθησόν μου τὸ πολύθλιπτον γῆρας· ὁ δὲ πρὸς αὐτόν. δεῖξον, ἔφη, τὸν ἀδικήσαντά σε. καὶ ὁ Θεὸς σὺν τῷ πειρασμῷ ποιήσει καὶ τὴν ἔκβασιν. καὶ στραφεὶς ὁ Ἰγνάτιος τῇ δεξιᾷ χειρὶ ἐπέδειξεν ἐμὲ, λέγων· οὗτος πικρότερον πάντων ἐλυμήνατό με· καὶ κόρον τῆς κατ' ἐμοῦ ὕβρεως οὐκ ἔσχεν. νεύσας οὖν ὁ ἐπὶ τοῦ θρόνου πρὸς τὸν ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ καθεστηκότα, καὶ μικρὰν πάνυ μάχαιραν ἐκβαλὼν, εἰς ἐπήκοον πάντων ἀπεφθέγξατο· τὸν θεόργιστον Βάρδαν παράλαβε. καὶ πρὸς τοῦ νάρθηκος ἔξω κατάκοψον μεληδόν. αὐτίκα τοίνυν, ἑλκόμενος δῆθεν πρὸς θάνατον, εἶδον, ὅτι καὶ τῷ βασιλεῖ τὴν χεῖρα ἐπισείων, ἔκδεξαι, ἔφη, ἀσεβότεκνον· καὶ οὕτως ἐμαυτὸν εἶδον ὡς ὕπαρ καταμελιζόμενον. ταῦτα μὲν ὁ Καῖσαρ θαμβούμενος ἅμα καὶ κλαίων ἐξηγεῖτο. πρὸς ὃν ἐκεῖνος· φεῖσαι, ὦ δέσποτα, τοῦ παναθλίου γέροντος, εἶπε, καὶ πρὸς τὸ τοῦ Θεοῦ κριτήριον ἀφορῶν, μήτε δικαίως, μήτ' οὖν ἀδίκως ἔτι πονηρεύου κατ' αὐτοῦ. ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνος οὐδ' οὕτως ἐβουλήθη συνιέναι τοῦ ἀγαθῦναι·

A lus ſynodus Gangrenſis exponit. Sed ob hæc ſapientiſſimus ( noſter Photius ) non modo nullo pudore ſuffundebatur, ſed magnifice etiam ſe oſtentabat, ratus ex honore id ſuo dignitateque fore, ſi qua nova & ab eccleſiaſtica diſciplina aliena excogitaret. Atque ita quidem ſe gerebat Photius.

Sed a me, per ſomnum Bardæ Cæſari objecta ſpecies ( neque enim fas eſt, ) ſilentio præteriri non debet. Quamvis enim multa a negotiis per diem actis vel cogitatis cauſam trahant, nec pauca a dæmonibus per imagines ſubjiciantur; eſt tamen cum etiam a bonis angelis juſſu Dei ſuggeruntur, præſertim magiſtratibus & regibus, B quamvis impiis. Nam ſpiritus prophetiæ vim ſuam, ſive ad ipſorum principum, ſive illis ſubjectorum ſalutem novit ſæpe exerere: id quod Pharaoni & Nabuchodonoſori accidiſſe didicimus. Ita Bardas Cæſar familiarem ſuum certumque amicum Philotheum, quondam genicorum logothetam, perturbatiſſimus acceſſivit; multumque anhelans: mi Philothe, inquit, ſomnium vidi, quod omnia oſſa mea contrivit, omneſque corporis nervos diſſolvit. Hac nocte enim videbar tanquam in publica pompa cum imperatore ad magnam baſilicam prodire, videreque archangelorum effigies per feneſtras omnes ſuperiores & inferiores in templum C reſpicere: & cum ad ambonem veniſſemus, ſpectati ſunt veluti duo a cubiculis, ſeveri ac truces: quorum alter ipſum imperatorem vinctum capiens, ad dextrum latus tractum, e pavimento cancellis proximo velut noxium damnatumque pellebat: alter vero me pari modo ad ſiniſtram partem abducebat. Et dum repente circumſpicio, animadverto in throno patriarchali in adytis virum principi apoſtolorum Petro forma ſimillimum, geminoſque illi aſſiſtentes, ſane formidabiles, qui præpoſitorum dignitatem præ ſe ferebant. Ad ſedentis porro genua procumbentem cerno Ignatium ſupplicem, multiſque lacrymis perfuſum; adeo ut ipſe quoque D Petrus Ignatii vicem miſeratus ingemuerit. Porro Ignatius clamitabat: Claviger cæleſtis regni, & petra ſuper quam Chriſtus Deus eccleſiam ſuam firmavit, ſi quidem tibi ignotum non eſt, quam inique mecum actum ſit, ſolare afflictiſſimam ſenectam meam. Cui B. Petrus: Oſtende vexatorem tuum, & Deus faciet cum tentatione proventum; & converſus Ignatius manu me indicabat; & : Hic, inquit, plus omnibus me afflixit, ut quem nulla ſatietas mei cruciandi ceperit. Tum qui in throno conſidebat, cum annuiſſet illi qui ad dextram aſſiſtebat, educta ſicula, palam omnibus audientibus ſententiam pronuntiavit. Hunc, inquit, inviſum Deo Bardam prehende, & foris in E atrio fruſtatim concide. Extémplo ergo ad ſupplicium abreptus, vidi quod & imperatori minaci manu diceret: Expecta impie fili. Atque ita mihi viſus ſum re vera concidi. Hæc Cæſari attonito & cum lacrymis narranti, Theophilus: Parce, inquit, domine infeliciſſimo ſeni, & ad Dei tribunal reſpiciens, cum neque jure, neque injuria lædas. Sed Bardas ne ſic quidem voluit intelligere, ut bene ageret; ſed formidandis hiſce comminationibus oblivione ſepultis, properavit peccata ſua adimplere, ut juſtam

Dei

Dei vindictam in ſe concitaret. Statim quippe, ipſo ſolemnis jejunii exordio, Leonem illum cognomento Ptaolemen, cognatum Photii, cum ſatellitio in inſulam mittit, adeoque arcte cuſtodiri præcipit Ignatium, ut ne ſacris quidem operari poſſet, neque cuiquam copia fieret illius conveniendi, nec illi exeundi. Cum ad tertium menſem ita circumcluſus manſiſſet, ſomnii prædictio maturabatur. Michaele namque expeditionem in Cretam ſuſcipiente, Bardas cum illo jam ad Hortorum locum qui dicitur progreſſus, quod inſidias imperatori ſtruere diceretur (cæleſti nempe vindicta illum proſequente) ultimas Deo pœnas exſolvit, gladiiſque miſerandum in modum membratim eſt diſſectus. Tam infami letho extinctus eſt, ut ipſius quoque familiariſſimus in eum inveheretur, quamvis ab eo ſummis beneficiis affectus, patriarchatus dignitatem accepiſſet. Sed hunc ille vivum quidem mirifice colebat, ſuumque quaſi vitæ præſidem omnibus præconiis efferebat: perempto vero palinodiam cecinit, ac velut execrandum quoddam piaculum dignum tali morte dictitabat. Hoc ingenio improbus ille veterator & ſophiſta fuit, ut ſemper foro & tempori, principumque ſtudiis obſequeretur. Qui enim cæleſti ſpiritu ductuque, fide deſtitutus, non agitur, & ſpes ſuas in mortalibus ſitas habet, cum vitioſo putrique fundamento mente nitatur, tandem inconſtans & perfidus in omnes deprehenditur: potentium palpator, calumniator vero pauperum; qui id unum ſtudet, ut placeat potentibus, ne dignitate ſpolietur.

Imperator tum repente converſo itinere Conſtantinopolim repetit. Erat autem pentecoſte, & Baſilium patricium cubiculi ſacri præfectum, Cæſarem impoſito ſtemmate renuntiat. Sed verſutus Photius plurima in Nicolaum pontificem moliens, cum operam luſiſſet, imperatori multis verbis incitato fit auctor cogendæ ſynodi, qua Nicolaus pontifex (eadem ſententia in illum lata, quam nuper ille in Photium tulerat) exauctoretur. Evocat ergo præclarus ille Photius epiſcopos omnes ſibi ſubjectos, alioſque nonnullos fœdos & ſordidos homunciones, quaſi patriarcharum orientis legatos, pſeudoque ſynodum inſtituit, & exauctorationem, ut putabat, atque anathema nullam ob rationem in Nicolaum papam pronuntiat: regem quoque Franciæ Lodoechum (ſeu Ludovicum) & Ingelbertam reginam conjugem ſolicitat, & imperatores Conſtantinopoli creatum iri pollicetur, ſi operam navarent ad impium ſuum conatum exequendum, & virum juſtum ex eccleſia ſua exigendum. Iis vero dicto citius pollicentibus, fruſtra ſtultus ſuam ſtultitiam oſtentabat. Hinc ſubſcriptiones, & vota hominum ſacrorum & profanorum, archiepiſcoporum & patriciorum: vana omnia, omnia theatralibus fabulis ineptiora. Nam quæ illi a puero adhæſerat arrogans ſui exiſtimatio, eadem ad ſummam illum inſolentiam extremamque dementiam evectum adducebat, ut talia tam audenter & impu-

A αἰωνίῳ καὶ τὴν φρικώδη ταύτην παρασχεῖν ἀπειλήν, ἔσπευδε τὰς οἰκείας ἀναπληρῶσαι ἁμαρτίας, ἵν᾽ ἐνδίκως ἄνωθεν ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἐπισπάσηται τὴν ὀργήν. εὐθὺς γὰρ πρὸς αὐταῖς τῶν νηστειῶν ταῖς εἰσβάσεσι, Λέοντα ἐκεῖνον τὸν Πτωλήμην ἐπονομαζόμενον, συγγενῆ Φωτίου τυγχάνοντα, μετὰ στρατιωτῶν εἰς τὴν νῆσον ἀποστέλλει, καὶ παραγγέλλει οὕτω τηρεῖσθαι τὸν Ἰγνάτιον, ὡς μὴ ἐξεῖναι αὐτῷ παντάπασι τὴν ἱερὰν ἀναφέρειν λειτουργίαν, μήτ᾽ οὖν εἰσιέναι τινὰ πρὸς αὐτόν, μήτ᾽ ἐξιέναι συγχωρεῖσθαι. ἐπὶ τρεῖς δὲ μῆνας ἡ τοιαύτη περὶ αὐτὸν ἐστρέφετο φυλακή, καὶ οὕτως ἡ τοῦ ὀνείρατος ἔφθασεν ἀπόφασις. ἐπειγομένῳ γὰρ κατὰ τῆς Κρήτης τῷ Μιχαὴλ B καὶ αὐτὸς ὁ Βάρδας ἄχρι τῶν λεγομένων κήπων συστρατεύων, ἐκεῖ δὴ τὴν ἐσχάτην ἔτισε δίκην. προφάσει γὰρ ὡς ἐπιβουλεύοντα τῷ βασιλεῖ ἡ θεήλατος αὐτὸν μετῆλθεν ὀργή, καὶ ξίφεσι μεληδὸν ἀθλίως κατακοπτόμενος, οὕτω δυσκλεὲς τέλος ἀπηνέγκατο, ὥστε καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ στηλιτευθῆναι τοῦ φιλτάτου· ὁ γὰρ τὰ μεγάλα εὐεργετηθείς, καὶ τὴν πατριαρχικὴν ὑπ᾽ ἐκείνου τιμὴν κληρωθείς, ζῶντα μὲν ὑπερετίμα, καὶ προστάτην εἶχε τοῦ βίου, παντοίαις εὐφημίαις ὑπερεπαινῶν· ἀποθανόντι δὲ παλινῳδίας ᾖδε, καὶ ὡς ἀλιτήριον τοῦτον καὶ τρισκατάρατον, ἄξιον τοιαύτης ἀπεφῄνατο πληγῆς. τοιοῦτος ὁ δεινὸς ἐκεῖνος ἦν σοφιστής, ἀεὶ πρὸς τοὺς καιροὺς C μεταβαλλόμενος καὶ τὰ πράγματα, καὶ τοῖς τῶν κρατούντων συμπεριαγόμενος θελήμασιν· ὁ γὰρ τῆς θεαρχικῆς βουλῆς καὶ ῥοπῆς δι᾽ ἔλλειψιν πίστεως διαμαρτών, καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐκπληκτικῶς, ἐπειδὴ σαθρῷ θεμελίῳ τὸν νοῦν ἐπερείδεται, ἄπιστός τε πρὸς πάντας καὶ ἀβέβαιος ἐλέγχεται· ὑψουμένοις μὲν συνήγορος, κατήγορος δὲ γινόμενος ταπεινουμένοις· καὶ πρὸς ἓν μόνον ὁρῶν ἀρέσκειν τοῖς δυνατοῖς, τοῦ μὴ τῆς κατ᾽ αὐτὸν ἀρχῆς ἐκπεσεῖν.

Τότε μὲν οὖν ὁ αὐτοκράτωρ παρελθὼν πρὸς τὴν βασιλεύουσαν παλινοστεῖ. πεντηκοστὴ δ᾽ ἄρ᾽ ἦν, καὶ Βασίλειον πατρίκιον ὄντα καὶ παρακοιμώμενον, στέμματι κατακοσμήσας, ἀναγορεύει βασιλέα. ὁ D πολύτροπος δὲ Φώτιος πάμπολλα κατὰ Νικολάου τοῦ πάπα μηχανορραφῶν, ἐπειδὴ οὐδὲν εἶχεν ἄλλο δρᾶν κατ᾽ αὐτοῦ, πείθει πολλαῖς παραινέσεσι τὸν βασιλέα συναινέσαι, σύνοδον συγκροτῆσαι, καὶ τοῦτον καθαιρῆσαι, καὶ τοῖς αὐτῷ κοινωνοῦσιν ἀφορισμὸν ἀντιστηκότα τῷ παρ᾽ ἐκείνου πρώην πεμφθέντι διαπέμψασθαι. συναγαγὼν οὖν πάντας τοὺς ὑπ᾽ αὐτὸν ἐπισκόπους ὁ γεννάδας, καί τινας μικροὺς ἀνθρωπίσκους καὶ ἀσήμους ἐκ τῶν ἀνατολικῶν δῆθεν πατριαρχείων τοποτηρητὰς ἐπαγόμενος, καὶ ψευδοσύλλογον ποιούμενος, καθαίρεσιν, ὡς ἐνόμιζε, καὶ ἀναθεματισμὸν ἐπ᾽ οὐδενὶ λόγῳ ποιεῖται Νικολάου. δώροις γὰρ λαμπροῖς ἔτι μάλιστα τὸν ῥῆγα Φραγγίας Λοδόηχον, καὶ Ἡγγιβέργαν δὲ τὴν αὐτοῦ E γαμετὴν ἐξοικειούμενος, βασιλεῖς τούτους ἀναφημεῖν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπηγγέλλετο, εἴγε συνεργήσαιεν αὐτῷ πρὸς τὴν ἄτοπον ταύτην καὶ ἄθεσμον ἐπιθυμίαν, καὶ τὸν δίκαιον ἄνδρα τῆς κατ᾽ αὐτὸν ἐκκλησίας βιαίως ἐξωθήσαιεν. τούτων δὲ ὑπισχνουμένων λόγου θᾶττον, ἀλόγως ὁ μάταιος μάτην ἀπεφαίνετο. ἐντεῦθεν ὑπογραφαὶ καὶ φωναὶ κανονικῶν τε προσώπων καὶ πολιτικῶν, μητροπολιτῶν καὶ πατρικίων· πάντα κενά, πάντα τῶν ἐπὶ σκηνῆς θρυλλουμένων ματαιότερα καὶ καταγελαστότερα· ἡ γὰρ ἐκ

ANNO CHRISTI 869

VITA IGNATII PATRIAR.

ἐκ παιδὸς αὐτῷ παρετρέφετο τῆς ψυχῆς οἴησις, εἰς A ὑπερηφανίαν τε τὴν ἐσχάτην καὶ ἀπόνοιαν μεταποιήσασα, ἀδεῶς τε καὶ ἀναιδῶς ἀνέπειθε τὰ τοιαῦτα τολμᾶν. ὁ μὲν οὖν ταῦτα κατασκευασάμενος, διὰ χειρὸς Ζαχαρίου τοῦ Κωφοῦ, ὃς ὑπ' αὐτοῦ τῆς Καλχηδόνος κεχειροτόνητο μητροπολίτης, καὶ Θεοδώρου τοῦ ἀπὸ Καρίας εἰς Λαοδίκειαν μετατεθέντος, τὰς παραλόγους αὐτοῦ καὶ ἐναγεῖς πράξεις πρὸς Ἰταλίαν ἐξαπέστειλεν. αὐτὸς δὲ τῆς ἐμφύτου κατὰ τοῦ ἁγίου μήνιδος εἴχετο, καὶ τῶν γνησίων αὐτοῦ θεραπόντων, μᾶλλον δὲ νόθων, ὅσους ἠδύνατο, κλέπτων, καὶ ταῖς ματαιότησι τῶν ἀξιωμάτων δελεάζων, δι' αὐτῶν τὴν πτέρναν τοῦ ἀναιτίου ἐπετήρει· ἡμάρτανε δὲ τῶν ἐλπίδων· πάσης γὰρ ὑψηλότερος κατηγο- B ρίας ὁ μακάριος ἦν· ἐν τοῖς ἔργοις δὲ τῶν χειρῶν αὐτοῦ κακούργων συνελαμβάνετο. ἀγνοῶν δὲ ἀληθῶς εἰς τίνα τὸ κράτος τῆς βασιλείας περιίσταται, ποτὲ μὲν πρὸς τὸν Μιχαὴλ διέβαλλε Βασίλειον, αὖθις δὲ τοῦτον πρὸς ἐκεῖνον, ἀμφοῖν, ὡς ἐνόμιζε, φιλίαν καταπραττόμενος, ὁ ἀμφοτέρων τὴν φιλίαν οὐκ ἐν ἀληθείᾳ ὑποκρινόμενος, καὶ οἰόμενος, ὡς ὁποῖος ἂν τούτων μονοκράτωρ ἀναδειχθῇ, τοῦτον εἰς οἰκειότητα προστήσεται. οὐκ ἤρεσκε δὲ τῷ Βασιλείῳ ταῦτα, πάνυ δὲ ταῖς πανουργίαις προσώχθισε τοῦ σοφοῦ. μικρὸν τὸ ἐν μέσῳ, καὶ αὐτὸς ὁ Μιχαὴλ πρὸς τῷ τεμένει τοῦ μάρτυρος Μάμαντος δολοφονεῖται, ἀξίαν τῆς ἀνοίας, εἴτουν C ἀδικίας αὐτοῦ καὶ ἀσεβείας δεξάμενος τελευτήν· χρόνους μὲν πεντεκαίδεκα καὶ μῆνας ὀκτὼ συμβεβασιλευκὼς τῇ μητρί, ἐννέα δὲ παρὰ βραχὺ μόνος ἔτη κεκρατηκώς, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιον τῆς ἐκκλησίας Κυρίου πεποιηκώς, τελευτᾷ. πρώτη μὲν ἰνδικτιὼν εἶχεν ἀρχήν, εἰκάδα δὲ καὶ τετάρτην ὁ Σεπτέμβριος, καὶ ὁ Βασίλειος πρὸς τὰ βασίλεια κατευθυνόμενος, αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύετο. παρευθὺ δὲ πέμψας εἰς καταδρομὴν, τοὺς περὶ τὸν Ζαχαρίαν Καλχηδόνος ἐκ μέσης ἀπέστρεψε τῆς ὁδοῦ. τῇ ἑξῆς δὲ μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν, τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου τὸν Φώτιον καταβιβάζει, καὶ ἐν μοναστηρίῳ τινὶ καλουμένῳ Σκέπη τοῦτον εὐθὺς ὑπερορίζει· καὶ τῇ ἐπαύ- D ριον Ἡλίαν τὸν περιφανέστατον τοῦ βασιλικοῦ στόλου δρουγγάριον σὺν τῷ βασιλικῷ δρόμωνι πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἀποστέλλει πατριάρχην, ὅπως αὐτὸν ἐκ τῆς νήσου πρὸς τὴν βασιλεύουσαν μετὰ τῆς πρεπούσης ἀνενέγκῃ τιμῆς· καὶ τέως μὲν ἐν τοῖς γονικοῖς αὐτοῦ παλατίοις τοῖς καλουμένοις Μαγκάνοις ἀποκαθίστησιν αὐτόν.

Ἵνα δὲ πᾶσα ἡ κατὰ τοῦ ἁγίου γένηται πονηρία καταφανής, ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, πολυπλόκων δὲ βουλὰς ἐξιστῶν, αὐτὸς ἐμβάλλει καὶ τῷ αὐτοκράτορι Βασιλείῳ λογισμόν. καὶ ἀποστέλλει πρὸς Φώτιον· τὰ ἰδιόχειρα πάντα, E ὅσα ἀπὸ τοῦ πατριαρχείου ἔλαβεν, ἀνυπερθέτως αὐτῷ πέμψαι παρακελευόμενος· ὁ δὲ ὅρκοις ἐψεύδετο, μηδὲν τοιοῦτον ἐκεῖθεν λαβεῖν, τῷ κατεπείγεσθαι πρὸς τὴν κατάβασιν. ὡς οὖν ταῦτα παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν πραιπόσιτον Βαάνην ἐλέγετο, οἱ αὐτοῦ θορυβούμενοι θεραπευταί, ἑπτὰ σάκκους πλήρεις ἐσφραγισμένους μολίβδῳ εἰς τὸν πλησίον ἐνίεσαν καλαμῶνα κατακρύβοντες· οὓς οἱ περὶ τὸν πραιπόσιτον ἰδόντες, καὶ τῆς χειρὸς ἀφαρπάσαντες, πρὸς τὸν βασιλέα ἀπεκόμισαν. ἀνοίξαντες δὲ τούτους, δύο εὑρίσκουσι βιβλία χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ σὺν ὀξέ-

A denter auderet. His ille omnibus procuratis, inſana & ſacrilega (conciliabuli ſui) acta per Zachariam Cophum a ſe Chalcedonenſem metropolitam creatum, Theodorum tranſlatum a Caria ad Laodicenſem epiſcopatum, in Italiam tranſmiſit. Ipſe vero inſitum contra ſanctum virum odium alebat, ac quotquot ex ejus germanis, aut ſpuriis potius ſectatoribus poterat, furtim ad ſe trahebat, dignitatibuſque veſaniæ ſuæ illiciebat, per quos innocentis calcaneo inſidiabatur. Sed enim ſpe fruſtrabatur, quod beatus ille jam extra omnem eſſet aleam calumniarum: Photius autem in operibus manuum ſua- B rum malignans capiebatur. Qui cum dubius hæreret, ad quem tandem ſumma imperii eſſet perventura, ſubinde apud Michaelem carpebat Baſilium, & viciſſim apud Baſilium obtrectabat Michaeli, ratus amborum ſe ita amicitiam ſibi comparaturum, dum erga utrumque benevolentiam ſimularet, ut uter tandem ex illis ſolus imperium obtineret, illum ſibi devinctiſſimum haberet. Atqui non probavit ſe Baſilio, qui admodum veteratoris illius ſtrophis offendebatur. Nec ita multo poſt ipſe Michael ad ſancti Mamantis martyris ædem per inſidias mactatur, merito dignoque ſua amen- C tia, ſcelere & impietate, fato perfunctus; cum imperium una cum matre annos quindecim, menſes octo, ſolus novem prope annos adminiſtraſſet: cumque malum feciſſet in conſpectu eccleſiæ Dei, periit. Initio autem indictionis primæ, nono Kal. Octobris, Baſilius regia occupata imperator eſt conſalutatus: qui miſſis ad revocandum ex itinere Zachariam, illum e media via retraxit. Poſteroque die quam renuntiatus erat imperator, Photium de throno deturbatum, in cœnobium Scepen appellatum ejicit; poſtridieque Eliam ſplendidiſſimum regiæ claſſis drungarium cum dro- D mone regio, ſeu celoce, ad ſanctiſſimum patriarcham ex inſula Conſtantinopolim ea qua par eſt honoris pompa reducendum mittit: qui illum tantiſper in paternis ædibus ſuis, quas Mangana appellant, collocat.

Ut vero improbæ artes omnes contra virum ſanctum omnibus pateant, qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium pravorum diſſipat, ille etiam imperatori injecit eam mentem, ut ad Photium mitteret, juberetque, omnia quæ E a patriarchio ſumpſiſſet, manu ſua ſcripta, quamprimum ſibi tranſmitti. Sed pejerabat ille, nihil ſe ex patriarchio ſecum accepiſſe, eo quod urgeretur ad diſceſſum. Dum hæc ad Baanem præpoſitum dicerentur, famuli præpoſiti a tumultuantibus inter ſe Photii ſervis, ſeptem ſaccos refertos, plumboque ſignatos, in proximum arundinetum condendos ferri animadvertunt, manuque injecta ereptos ad imperatorem deportant. Et dum reſignant, duo volumina auro argentoque bracteata, ſericoque extrorſum velata, introrſum vero ele-

VITA IGNATII PATRIAR.

eleganter & ſcite litteris venuſtis exarata reperiunt. Alterum continebat actiones ſeptem ſynodicas contra Ignatium, quæ nec ſunt, nec fuerunt unquam celebratæ, ſed gratis aſtutia dumtaxat mente confictæ. In quarum ſingulis initiis, manu ipſius Syracuſani Asbeſtæ (egregie enim, ad cumulum, reor, malorum, & pingendi artificium didicerat;) coloribus artificioſis expreſſus erat Ignatius. O rabioſum furorem, o furioſam rabiem, cui nihil addi poſſit! Atque in prima quidem actione raptatum & verberatum Ignatium effinxit, ſupraque caput inſcripſit: Diabolus. Numquid non maledicti exhorreſcitis atrocitatem? Sed non eſt, quod miremini. Nam ſi patremfamilias appellarunt Beelzebub, domeſticos ejus quomodo appellarent? In altera actione ſputis fœdatum, magnaque vi tractum efformavit, cum hoc elogio: Principium peccati. In tertia, de throno deturbatum, cum hoc titulo: Filius perditionis. In quarta, vinculis colligatum & exterminatum, itaque inſcriptum: Avaritia Simonis Magi. In quinta, collari furca incluſum, cum hac calumnia: Qui ſe extollit ſupra omne id quod dicitur aut colitur Deus. In ſexta depinxit quaſi jam damnatum, cum dicto: Abominatio deſolationis. In ſeptima & ultima finxit raptatum, capiteque multatum; & inſcriptio erat: Antichriſtus. Quæ ego per veritatem ſine pudore neque pronuntio, neque in mentem revoco: ob eam que cauſam ſciatis, velim, me ſilentio præteriturum fuiſſe, niſi viderem horum auctores, auctorumque aſſeclas hæc non ſolum non erubeſcere, ſed in his palam etiam gloriari, Photioque ſanctitatis opinionem falſo tribuere. Sed verax ille non mentitur, qui dixit: *Impius cum in profundum venerit, contemnit*: ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium. Juraverunt per timorem Domini, & gloriam fortitudinis ejus, qui in ſacrilegarum actionum illarum lectione adfuerunt, duo ſupra quinquaginta capita ad B. Ignatii calumniam perſcripta fuiſſe omnium confeſſione falſa, & ex impia potius quam furioſa mente conficta. Relinquebant & in ſingulis accuſationibus verſum ad finem vacuum, ut ſi quem laqueo dignum donorum & dignitatum largitione irretiſſent, mendacio is ſubſcribendo haberet locum. Et hæc quidem alter diaboli continebat liber. Alter vero ſynodicus in Nicolaum pontificem Romanum tela torquebat, omniſque generis calumnias & atrocia maledicta in illius ſancti exauctorationem & damnationem complectebatur, impie & tragico prope modo concinnatus; ſane ipſe quoque dictantis Stygii doctoris magiſterio & Photii miniſterio dignus. Hos eodem exemplo libros cum impudens bis deſcribendos curaſſet, geminos quidem libros Zachariæ & Theodoro ſupra indicatis, cum ſingularibus laudum encomiis, multiſque ac ſplendidiſſimis muneribus ad Ludovicum Franciæ regem deferendos dedit, ut is Nicolaum pontificem velut exauctoratum de throno deturbaret: duos penes ſe retinuit. Hæc quatuor volumina imperator illa ere-

Proverb. 18.

ANNO CHRISTI 869.

A σιν ἐνδύμασιν ἔξωθεν κεκοσμημένα, ἔσωθεν δὲ φιλοκάλως καὶ ἐπιμελῶς γράμμασι γεγραμμένα περσικοῖς. περιεῖχε δὲ τὸ ἓν πράξεις ἑπτὰ συνοδικάς, τὰς μηδέποτε οὔσας, ἢ γενομένας, κατὰ τοῦ Ἰγνατίου, μάτην δὲ κακοδαίμονι μόνον ἀναπεπλασμένας διανοίᾳ. ἐν ταῖς ἀρχαῖς δὲ τούτων ἐφ' ἑκάστης πράξεως, αὐτουργίᾳ τοῦ Συρακουσίου Ἀσβεστᾶ· ἦν γὰρ καὶ ζωγράφος ὁ γενναίδας, εἰς προσθήκην τῶν αὐτοῦ κακῶν, οἶμαι· διὰ χρωματικῆς ζωγραφίας ἐνεγέγραπτο Ἰγνάτιος. καί, ὢ τῆς ἀκαθέκτου λύσσης, ὢ μανίας οὐδεμίαν ὑπερβολὴν ἀπολειπούσης· κατὰ τὴν πρώτην μὲν πρᾶξιν συρόμενόν τε αὐτὸν καὶ ῥαβδιζόμενον ἐμόρφωσεν, ἄνω- B θεν δὲ τῆς κεφαλῆς ἐπέγραψεν· ὁ διάβολος· ἆρ' οὐκ ἐφρίξατε τὴν ὑπερβολὴν τῆς βλασφημίας; ἀλλὰ μὴ θαυμάσητε. εἰ γὰρ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν, τί πρὸς τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ; κατὰ τὴν δευτέραν δὲ ἐμπτυόμενον, καὶ βιαίως ἑλκόμενον αὐτόν, καὶ ἡ ἐπιγραφή. ἀρχὴ τῆς ἁμαρτίας. κατὰ τὴν τρίτην δὲ καθαιρούμενον, καί, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ἐπιγραφόμενον. δεσμούμενον δὲ καὶ ἐξοριζόμενον κατὰ τὴν τετάρτην πρᾶξιν εἰκόνισεν αὐτόν, καὶ πλεονεξίαν τοῦ μάγου Σίμωνος, ἐπέγραψε. κατὰ τὴν ἀρχὴν δὲ τῆς πέμπτης κλοιοὺς αὐτὸν σχηματίζει περικείμενον, καὶ ἡ λοιδορία· ὁ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα Θεὸν καὶ σέβασμα. κατὰ τὴν ἕκ- C την δὲ εἰς καταδίκην αὐτὸν ἐμβαλλόμενον εἰκόνισεν. ἡ δὲ κατ' αὐτοῦ * ἀργολογία· βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως· κατὰ τὴν ἑβδόμην δὲ καὶ τελευταίαν πρᾶξιν, συρόμενον αὐτὸν καὶ καρατομούμενον διεζωγράφησε· καὶ ἡ ἐπιγραφὴ αὐτοῦ, ἣν ἔγραψεν, ἦν· ὁ Ἀντίχριστος. Ταῦτα ἐγὼ μὲν αἰσχύνομαι νὴ τὴν ἀλήθειαν ἐπὶ γλώσσης ἄγων, καὶ εἰς μνήμην τύπων ἰών· καὶ διὰ τοῦτο παντάπασιν, εὖ ἴστε, κατεσιγήσα ἄν, εἰ μὴ ἑώρων τοὺς ταῦτα κατεπραξαμένους, καὶ τοὺς αὐτῶν οἰκείους, οὐ μόνον ἐν τούτοις οὐκ ἐγκαλυπτομένους, ἀλλὰ καὶ ἐγκαλλωπιζομένους, καὶ δόξαν ἁγιωσύνης ἐπιψευδομένους αὐτῷ· ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπών· ὅταν ἔλθῃ ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν, καταφρονεῖ· D ἐπέρχεται δὲ αὐτῷ ἀτιμία καὶ ὄνειδος. ὤμοσαν κατὰ τοῦ φόβου Κυρίου, καὶ κατὰ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, οἱ ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῶν ἐναγῶν πράξεων ἐκείνων εὑρεθέντες, πεντήκοντα καὶ δύο ἀναμφίβολα, καὶ πᾶσιν ὡμολογημένα ψευδῆ κεφάλαια γεγράφθαι, ἐξ ἀσεβοῦς μᾶλλον ἢ μανικῆς διανοίας εἰς κατηγορίαν τοῦ μάκαρος Ἰγνατίου προσφερόμενα. ἑκάστης δὲ κατηγορίας πρὸς τῷ τέλει ἄγραφον στίχον κατέλιμπανον, εἴ τινά ποτε τῶν ἀξίων ἀγχόνης δώροις ἢ ἀξιώμασιν ἀπατῆσαι δυνηθεῖεν, ἵν' ἔχῃ τόπον ἐγγράψασθαι τῷ ψεύδει. καὶ ταῦτα μὲν ἡ μία τοῦ διαβόλου περιεῖχε βίβλος. ἡ ἑτέρα δὲ συνοδικὴ κατὰ Νικολάου τοῦ πάπα Ῥώμης κατεσκεύα- E στο, πᾶσαν συκοφαντίαν καὶ βλασφημίαν ἄτοπον εἰς καθαίρεσιν ἀνδρὸς ἁγίου καὶ ἀναθεματισμὸν ἀθέως καὶ πονηρῶς δραματουργοῦσα, ἀξία καὶ αὐτὴ τῆς τε τοῦ πονηροῦ δαίμονος ὑπαγορείας, καὶ τῆς τοῦ Φωτίου ὑπουργίας. ἀπαραλλάκτως δὲ ταύτας ὁ τολμητίας δὶς ἀναγραψάμενος, τὰς δύο μὲν Ζαχαρίᾳ παρέσχετο καὶ Θεοδώρῳ τοῖς προειρημένοις, μετὰ εὐφημιῶν καὶ δώρων πολλῶν καὶ λαμπρῶν πρὸς τοὺς τῆς Φραγκίας βασιλεῖς ἀπενεγκεῖν, τοῦ τὸν πάπαν Νικόλαον ὡς καθῃρημένον ἐξώσασθαι τοῦ θρόνου. τὰς δύο δὲ παρ' ἑαυτῷ κατεῖχε. τούτων τῶν τεσσάρων βι-

βλίων

* al. ἀπολογία.

ANNO CHRISTI 869.

βλίων δραξάμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ τῇ συγκλήτῳ πρότερον καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ φανερῶς καταφανεῖς, τὴν ὅλην οὕτω Φωτίου σκευωρίαν καὶ κακίστην συνείδησιν ὑπ' ὄψιν ἁπάσῃ τῇ πολιτείᾳ κατεστήσατο. ἐξίστη πᾶς ἄνθρωπος ὁρῶν καὶ ἀκούων ταῦτα, οὐ μόνον ἐπὶ τῇ κακονοίᾳ καὶ περτερρημοσύνῃ τοῦ σοφιστοῦ, ἀλλὰ καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῆς μακροθυμίας καὶ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ. ἀλλὰ ταύτας μετὰ τὰς βίβλους ὕστερον ἐνεγκόντες ἐπὶ τῆς συνόδου, καὶ κατὰ πρόσωπον τῷ αὐτουργῷ αὐτῶν παραστήσαντες καὶ παραδειγματίσαντες, οὕτω παρέδωκαν τῷ πυρί.

Τότε δὲ καὶ ὁ αὐτοκράτωρ Βασίλειος σιλέντιον ἐπὶ τῷ παλατίῳ Μαγναύρας ποιούμενος, καὶ τὸν πατριάρχην ἀγαγὼν, καὶ πολλοῖς τοῦτον ἐπαίνοις κατέστεψε. Κυριακὴ μὲν τῶν ἡμερῶν ἦν, εἰκάδα δὲ καὶ τρίτην εἶχε Νοέμβριος, ὥσπερ καὶ ὅτε πρῶτον ἐξωρίζετο· καὶ αὐτὸς ὑπερασπισμῷ καὶ χρηστότητι τοῦ Θεοῦ δι' ἐννέα τελείων χρόνων τελείαν ἄθλησιν ὑπὲρ ἀρετῆς ἐπιδειξάμενος, ἀποκαθίσταται τῇ ἐκκλησίᾳ· καὶ ὁ λύχνος λαμπρότερον ἀναφθεὶς, περιφανέστερον ἢ πρόσθεν τῇ λυχνίᾳ ἐπιτίθεται· καὶ ὁ ποιμὴν ἐπέγνω τὰ πρόβατα, καὶ αὐτὸς τοῖς προβάτοις σαφέστερον ἐπεγνώσθη. πάσης οὖν σχεδὸν φάναι τῆς πόλεως ἐπευφραινομένης αὐτοῦ τῇ ἀναβάσει, προαγούσης τε καὶ ἑπομένης ἐν ἀγαλλιάσει, αὐτὸς μὲν διὰ τοῦ ἁγίου φρέατος ἀνάγεται· πρὸς τοῖς ὑπερῴοις δὲ τοῦ μεγάλου ναοῦ διὰ τῆς δεξιᾶς πύλης εἰσιόντι προσυπαντᾷ αὐτῷ τῶν πατρικίων ἡ τάξις προσκυνοῦσα καὶ δεξιουμένη· ἡ ἱερὰ δὲ τότε λειτουργία κατὰ τὸ ἔθος ἐτελεῖτο. ἄξιον δὲ μηδὲ τὴν ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ συμπεσοῦσαν ἱερὰν κληδόνα παραλιπεῖν· ὁ μὲν γὰρ εἰσῄει, οἱ δὲ προσεκύνουν· ὁ ἱερεὺς δὲ, εὐχαριστήσωμεν τῷ Κυρίῳ, τὴν ἀναφορὰν ἐν τοῖς ἀδύτοις ποιούμενος ἀνέκραγεν· ὁ λαὸς δὲ, ἄξιον καὶ δίκαιον, ἀπεκρίνατο. οὕτως ὁ ἱερὸς Ἰγνάτιος ὑπ' ἀγαθοῖς συμβόλοις τὸν οἰκεῖον θρόνον ἀπειληφὼς, καὶ τοὺς οἴακας αὖθις τῆς ἐκκλησίας ἐγχειρισθεὶς, εἴργει μὲν τῆς ἱερᾶς λειτουργίας οὐ Φώτιον μόνον, καὶ τοὺς χειροτονηθέντας ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς κεκοινωνηκότας αὐτῷ· ἐκλιπαρεῖ δὲ τὸν βασιλέα οἰκουμενικὴν σύνοδον κροτῆσαι, δι' ἧς ἔσεσθαι τῶν σκανδάλων πάντων ὑπελάμβανε τὴν ἴασιν. εὐθέως τοίνυν Ἰωάννης μὲν ὁ τῆς Πέργης, ὡς ἐν πάσαις ταῖς θλίψεσιν Ἰγνατίῳ συγκακοπαθῶν, ἐκ τοῦ μέρους τοῦ κατ' αὐτὸν, ἐκ τοῦ κατὰ τὸν Φώτιον δὲ Πέτρος ὁ τῶν Σάρδεων, πρὸς τὸν πάπαν Νικόλαον ἀποκρισιάριοι προεχειρίζοντο· σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ Βασίλειος ὁ καλούμενος Πινακᾶς ἀπῄει, σπαθάριος τὴν ἀξίαν καθεστώς· καὶ ἀπῄεσαν ἐν δυσὶ δρόμωσι στελλόμενοι τὸν πλοῦν. ἀλλὰ Πέτρος μὲν ὁ καλούμενος Δειλαῖος, ἐν τῷ κόλπῳ Δαλματίας κινδύνῳ περιπεσὼν, δείλαιος ὤλετο. Ἰωάννης δὲ σὺν Βασιλείῳ διασωθεὶς Ἀδριανὸν εὗρε πάπαν, τοῦ Νικολάου ἤδη τὴν ἐν σώματι καταλιπόντος ζωήν. οὐ πολὺς οὖν ἐν τῷ μέσῳ χρόνος, καὶ παρῆσαν τοποτηρηταὶ, Στέφανος μὲν καὶ Δονᾶτος ἐπίσκοποι τοῦ πάπα Ῥώμης, καὶ Μαρῖνος εἷς τῶν ἑπτὰ διακόνων σὺν αὐτοῖς. ἐκ δὲ τῶν τῆς ἀνατολῆς πατριαρχείων, τοῦ αὐτοκράτορος δώροις καὶ γράμμασι τὸν τῆς Συρίας ἄρχοντα παρακαλέσαντος, Ἰωσὴφ μὲν ἀρχιδιάκονος καὶ σύγκελλος, τοποτηρητὴς Μιχαὴλ ἦλθε τοῦ πάπα τῆς κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείας· Θωμᾶς δὲ μητροπολίτης Τύρου τόπον Μιχαὴλ ἐπλήρου τοῦ τῆς



VITA IGNATII PATRIAR.

A pta, prius ad ſenatum totamque eccleſiam palam detulit: atque ita omnes Photii machinationes & impiam conſcientiam omnium oculis totique reipublicæ ſpectandam propoſuit. Quibus viſis & auditis attoniti omnes obſtupuere, non ſolum propter perverſam ſophiſtæ mentem, verſutamque verboſitatem, ſed etiam ob incredibilem Dei patientiam & diuturnam vindictæ dilationem. Hoſce libros ad œcumenicam poſtea ſynodum delatos, auctorique præſenti cum probro ob os obtruſos, igni tradiderunt.

Tunc vero Baſilius imperator adductum in Magnauræ palatium Ignatium, B ſilentio indicto, multis laudibus cohoneſtavit. Dies erat dominica, tertia & vigeſima Novembris; quo etiam anni tempore prius in exilium pulſus erat, qui Dei præſidio & clementia fretus, novennalem ac perfectam ex virtutis certamine lauream adeptus, eccleſiæ ſuæ throno reſtituitur: & lampas magis accenſa, clarior quam antea, candelabro imponitur: paſtorque rurſus oves agnoſcit ſuas, & a ſuis viciſſim ovibus clarius agnoſcitur. Ergo tota quaſi urbe triumphante, illumque ad templum aſcendentem a tergo & fronte proſequente, lætitiaque geſtiente, cum per ſacrum puC teum ad ſuperiora templi duceretur, dextra parte ingredientem ordo patricius occurſans venerabundus excepit: res vero tunc divina fiebat. Nec par eſt, ut ſacrum omne, quod in ingreſſu Ignatii accidit, prætermittamus. Intrantem namque Ignatium populus quidem ſupplex venerabatur, ſacerdos autem in adytis oblationem Domino faciens clamabat: Gratias agamus domino Deo noſtro: & mox populus reſpondebat: Dignum & juſtum eſt. Ita ſacer Ignatius bonis ominibus throno ſuo recepto, & gubernaculis eccleſiæ reſumptis, arcet a ſacris non Photium tantum, & omnes ab illo initiaD tos, ſed omnes etiam illius ſectatores cum illo communicantes: precatur inſuper imperatorem, ut œcumenicam ſynodum cogat, qua omnia eccleſiæ vulnera ſanari arbitrabatur. Extemplo igitur Joannes Pergæ epiſcopus, Ignatii in omnes caſus & ærumnas comes, & malorum omnium, quantum in ipſo erat, ſocius: ex Photii vero factione Petrus Sardienſis metropolita, ad Nicolaum pontificem legati mittuntur; quibus allegatur Baſilius cognomento Pinacas, qui ſpatharii dignitatem obtinebat: uſique ſunt gemino dromone, cum ſolverent. Sed Petrus, qui Dilæus, hoc eſt, miſer appellabaE tur, in Dalmatico ſinu periclitatus, miſer naufragio periit: Joannes vero cum Baſilio incolumis evaſit, & Nicolao jam vita functo, Hadrianum papam invenit. Nec diu cunctati pontificis vicarii Conſtantinopolim venerunt Stephanus & Donatus epiſcopi, Marino ex ſeptem diaconis adjuncto. Ex orientis vero patriarchiis (imperatore principem Syriæ donis ac litteris propitiante) Joſephus archidiaconus & ſyncellus ex Ægypto, legatus Michaelis patriarchæ Alexandrini; Thomas metropolita Tyri, vicarius Michaelis

VITA IGNATII PATRIAR

ANNO CHRISTI 869.

lis patriarchæ Antiocheni Syriæ, Elias presbyter & ſyncellus vicem Theodoſii patriarchæ Hieroſolymitani explebat. Hi omnes præſentes fuere cum ſanctiſſimo patriarcha Ignatio Conſtantinopolitano, & epiſcopis duodenis, perpetuis in omni fortuna & ærumnis ſociis; qui ad dexteram, ubi locus catechumenorum eſt, templi quod a ſapientia nomen Sophiæ accepit, aſſidente Baſilio imperatore præſederunt.

Propoſitis ergo venerandis vivificæ crucis lignis, ſanctiſque evangeliis explicatis, præſente etiam ſacro ſenatu; primum quidem miſſæ ab Hadriano veteris Romæ pontifice, & patriarcharum ex oriente litteræ ex ordine lectæ, omnem ſacro jure requiſitum ordinem, fidem, innocentiam, integritatemque legatorum, nec non jus, & auctoritatem mittentium declarabant.

Deinde poſtero die ſacerdotes & antiſtites omnes, qui a Methodio & Ignatio ſanctiſſimis patriarchis conſecrati erant, artibuſque & inſidiis, omnique genere tormentorum ad Photii communionem abrepti erant, libellis pœnitentiæ porrectis, cum lacrymis ſupplices ad ſanctæ ſynodi pedes procubuerunt; & deprecatu imperatoris, quod vim paſſi eſſent, de ſententia legatorum pontificis Romani venia dignati, præſcriptum ſibi epitimium ſeu pœnam ſuſceperunt; perindeque ac alii inculpati, epiſcoporum ſedem locumque receperunt.

Deinceps illa ſynodus per epiſcopos duos ſupra centum celebrata, omnia ordine decenterque, & ratione optima ex legum, & canonicorum decretorum præſcripto dicendo agendoque, reum Photium quamvis reluctantem, præſentem adeſſe cogit. Et ſevere illi objiciunt conſilia exitialia adverſus Ignatium inita, ſactam præter rationem inſana mente ejus depoſitionem; mendacia item, & calumnias, aliaque omnia, quæ clam adverſus Nicolaum pontificem fuerat molitus. Deinde quærunt ex eo, quid reſpondeat ad illam olim Romæ latam contra ſe damnationis ſententiam. * Cum obmuteſceret, quod nullam criminum ſuorum veram defenſionem reperiret; a legatis Romanis; ipſoque imperatore & toto ſenatu admonitus, ut veniam precaretur, & ſaltem tamquam laicus ad fidelium communionem reciperetur; ſuperbo & contumaci animo conſilium penitus repudiavit. Ergo communi omnium æquiſſimo judicio damnatur, abdicatur, anathemateque percellitur, veluti violator & adulter, maximarumque calamitatum, & infinitarum offenſionum ac ſcandalorum in eccleſia Dei auctor; & pronuntiat ſynodus juxta Nicolai papæ ſententiam, qua primum Photius maturo cum judicio, canonicaque ſeu ſynodica fuerat depoſitione damnatus. Subſcripſere (epiſcopi) depoſitioni calamis, non nudo atramento, ſed, in quo penitus contremiſcas (ut eos qui rem norant, aſſeverantes audivi) ipſo ſalvatoris ſanguine tinctus. Ita,

* al. Cum vero ille reſpondiſſet, ſe nihil habere quod dicat.

A Ἀντιοχείας τῆς κατὰ Συρίαν πατριάρχου, Ἠλίας δὲ πρεσβύτερος καὶ σύγκελλος εἰς τόπον Θεοδοσίου πατριάρχου τῶν Ἱεροσολύμων παρῆν· οὗτοι πάντες ἅμα Ἰγνατίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ δώδεκα τὸν ἀριθμὸν ἐπισκόποις τοῖς συγκεκακωκόσι, καὶ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους συνηθληκόσιν αὐτῷ, ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμενείων τοῦ περιωνύμου ναοῦ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας, μετὰ τοῦ αὐτοκράτορος Βασιλείου προεκάθισαν.

Τῶν τιμίων δὲ καὶ ζωοποιῶν ξύλων, τῶν τε ἱερῶν εὐαγγελίων προκειμένων, συμπαρούσης δὲ καὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου· πρῶτον μὲν αἱ πεμφθεῖσαι B παρὰ τοῦ πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Ἀδριανοῦ ἐπιστολαί, καὶ αἱ παρὰ τῶν ἀνατολικῶν πατριαρχῶν κατὰ τάξιν ἀναγινωσκόμεναι, πᾶσαν, καὶ ἱερὰν εὐθημοσύνην, τό, τε πιστὸν καὶ ἄμωμον, καὶ ἀνεπίληπτον τῶν ἀποσταλμένων τοποτηρητῶν, τό, τε κανονικὸν καὶ ἔνθεσμον τῶν ἀποστειλάντων αὐτούς, ἐνώπιον πάντων ἀπεδείκνυσαν.

Ἔπειτα τῇ ἑξῆς ἱερεῖς τε καὶ Ἀρχιερεῖς πάντες, ὅσοι Μεθοδίου μὲν καὶ Ἰγνατίου χειροτονίας τῶν ἁγιωτάτων ἐτύγχανον πατριαρχῶν, πανουργίαις δὲ παντοδαπαῖς καὶ ποικίλαις κολάσεσι καὶ ἐπινοίαις, Φωτίου τῇ κοινωνίᾳ συναπήχθησαν· οὗτοι πάντες λιβέλλους μετανοίας ἐπιδεδωκότες, καὶ μετὰ δακρύων τῇ C ἁγίᾳ συνόδῳ προσπίπτοντες καὶ ἐξομολογούμενοι, καὶ μέντοι καὶ συγγνώμης κατὰ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν τοῦ βασιλέως παράκλησιν, καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ψῆφον, ὡς βιασθέντες, ἀξιούμενοι, ναὶ δὴ καὶ τῷ διωρισμένῳ θέμενοι ἐπιτιμίῳ, ὑπὸ τῆς τῶν ἐπισκόπων καθέδρας τοῖς ἀνεγκλήτοις ὁμοίως καὶ αὐτοὶ κατηξιοῦντο.

Ἐντεῦθεν εἰς ἑκατὸν δύο τὸν ἀριθμὸν ἐπισκόπους ἡ σύνοδος ἐκείνη συγκροτουμένη, καὶ πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν, καὶ πάντα σὺν λόγῳ κυρίῳ καὶ κανονικαῖς διατάξεσι λέγειν καὶ πράττειν διαλογιζόμενοι, τὸν ὑπεύθυνον Φώτιον παράγουσι μὴ βουλόμενον· καὶ διελέγχουσι μὲν ἀποτόμως τῆς φονικῆς D κατὰ Ἰγνατίου τοῦ ἱεράρχου προαιρέσεως, καὶ τῆς παραλόγου καὶ μανιώδους καθαιρέσεως· ἐλέγχουσι δὲ καὶ τὰς ψευδοεπείας αὐτοῦ καὶ δυσφημίας, καὶ ὅσα κατὰ Νικολάου τοῦ πάπα πεφώραται δεδρακώς. εἶτα πυνθάνονται παρ' αὐτοῦ, εἴ τι ἔχει δικαίωμα πρὸς τὴν κατ' αὐτοῦ πάλαι γενομένην παρὰ τῶν Ῥωμαίων κατάκρισιν ἀνθυπενεγκεῖν. * αὐτοῦ δὲ σιωπῶντος τῷ μηδεμίαν εὔλογον ἔχειν ἀπολογίαν πρὸς τὰ ἐγκαλούμενα· ἐπειδὴ ὑπό τε τῶν τοποτηρητῶν αὐτῶν, ὑπό τε τοῦ βασιλέως καὶ τῆς συγκλήτου παραινούμενος συγγνώμην αἰτῆσαι, ὥστε κἂν τῆς τῶν πιστῶν κοινωνίας ὡς λαϊκὸς ἀξιωθῆναι, παντάπασιν ἐξ E αὐθαδείας ἀπεσείσατο τὴν συμβουλίαν· κοινῇ λοιπὸν ψήφῳ καὶ δικαιοτάτῃ κατακρίνουσι, καθαιροῦσί τε τοῦτον καὶ ἀναθεματίζουσιν, ὡς ἐπιβήτορα καὶ μοιχόν, καὶ διωγμῶν χαλεπωτάτων, καὶ σκανδάλων μυρίων τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας αἴτιον γενόμενον. καὶ ἀποφαίνονται * σὺν ἅμα Νικολάου τοῦ πάπα καθαιρετικῇ ψήφῳ, τῇ μετὰ πολλῆς ἀκριβείας πρώτον καὶ κανονικῆς, ἤτοι συνοδικῆς κρίσεως ἀποφανθείσῃ κατ' αὐτοῦ. ὑπογράφουσι δὲ τῇ καθαιρέσει, οὐ ψιλῷ τῷ μέλανι τὰ χειρόγραφα ποιούμενοι, ἀλλά, τὸ φρικωδέστατον, ὡς τῶν εἰδότων ἀκήκοα διαβεβαιουμένων, καὶ ἐν αὐτῷ τοῦ σωτῆρος τῷ αἵματι βά-

* aliter codex legit, αὐτοῦ δὲ σιωπῶντος τὸ μηδεμίαν.

* al. συνωδικῶς τῇ Νι.

ANNO CHRISTI 869.

VITA IGNATII PATRIAR.

βάλλοντες τὸν κάλαμον, οὕτως ἐξεκήρυξαν Φώτιον, οὕτως αὐτὸν κατεδίκασαν, καὶ πάντας τοὺς κεχειροτονημένους ὑπ' αὐτοῦ.

Ἐνταῦθα γενόμενος, κατηγορήσειν μοι δοκῶ τῆς συνόδου· μέμψομαι δὲ καὶ τὴν κρίσιν ταύτην, εἰ καὶ τολμηρόν. πάσας γὰρ τὰς πράξεις καὶ τοὺς διωρισμένους ἐν αὐτῇ κανόνας ὁμοίως τοῖς ἐν ταῖς προλαβούσαις ἑπτὰ συνόδοις οἰκουμενικαῖς, καὶ τούτους ὡς θεοπνεύστους λίαν προσιέμενός τε καὶ ἀποδεχόμενος, τοῦτο μόνον τῆς ὀγδόης συνόδου ταύτης ἐπιμέμφομαι, οὐχ ὅτι θυμῷ βαρεῖ καὶ μνησικακίᾳ, ὥς τινες οἴονται, τῶν ὑπευθύνων ἀπηνῶς κατεψηφίσατο, μᾶλλον μὲν οὖν τοὐναντίον μεμπτέα τυχὸν αὕτη παρά γε δικαίῳ τῶν τοιούτων κριτῇ, ὅτι φιλανθρωπότερον ἢ ἔδει τὴν κρίσιν ποιουμένη, οὐκ ἀπροσωπόληπτον, οὐδὲ καθαρῶς Ἀποστολικὴν ἐπήγαγε ψῆφον· δέον τῷ τριακοστῷ κεφαλαίῳ ᾧ πρῶτον τὸν ἄμεμπτον ὁ συκοφάντης κατεδίκαζεν ὡς διὰ κοσμικῆς δυναστείας ἐγκρατῆ γενόμενον τῆς ἐκκλησίας, τούτῳ μᾶλλον ἰσχυρίσασθαι νῦν κατ' ἐκείνου, ὡς οὐ ψήφῳ Θεοῦ καὶ ἱερέων, ἀλλ' ὑπερβολῇ φιλαρχίας καὶ δοξομανίας, διὰ κοσμικῆς δυναστείας τυραννήσαντος τῆς ἐκκλησίας. αὐτόν τε διὰ ταῦτα καθαιρεῖν ἔδει, καὶ ὅτι παρὰ καθῃρημένου χειροτονεῖσθαι κατηξίου, καὶ τοὺς κεκοινωνηκότας δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀποστολικὴν ἀπόφασιν πάντας· καὶ μὴ φιλανθρωποτέρους Θεοῦ, καὶ Θεοῦ γινομένους κρίσεως, τὴν ἀπόφασιν τοῦ παναγίου πνεύματος ἀκυροῦν. τοῦτο τὸ ἄνω, κάτω πεποίηκε. τοῦτο τὸ κρῖμα οὐκ ἔστιν ὅσων εἰπεῖν κακῶν αἴτιον καὶ σκανδάλων ἐχρημάτισεν. οἶμαι γάρ, ὡς εἰ ἀποστολικῶς τότε καὶ κανονικῶς κατὰ πάντων ἀπεφήναντο, οὐ τὸν αἴτιον μόνον τῆς διχοστασίας τε καὶ τῶν σκανδάλων, ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνήσαντας αὐτῷ πάντας ἐκκηρύξαντες, οὐδεμίαν ἂν ἔτι κατὰ τῆς ἐκκλησίας εἶχε παρείσδυσιν ἡ ἀδικία. ὥσπερ δὲ πρῶτον κατὰ τὴν ἐπὶ Ταρασίου τοῦ θείου σύνοδον κατὰ τῶν Εἰκονομάχων γενομένην, ἐπειδὴ συμπαθέστερον μᾶλλον ἢ δικαιότερον ἐχρήσαντο τοῖς αἱρετικοῖς, καιροῦ πάλιν ἐκεῖνοι δραξάμενοι, τὴν οἰκείαν δυσσέβειαν χαλεπώτερον ἀνενεώσαντο· οὕτω καὶ νῦν τῆς συνόδου ταύτης πεφεισμένως, ἀλλ' οὐκ ἀπροσπαθῶς καὶ κανονικῶς τὴν κρίσιν ἀποφηναμένης, εὗρεν αὖθις ἡ πονηρία κατὰ τῆς ἐκκλησίας χώραν. καὶ διὰ τῶν * προειλημμένων ὁ ἀπόβλητος, καὶ διὰ τῶν * ἀποκρίτων ὁ καθῃρημένος, ὡς κοινωνικῶν ὄντων αὐτῷ, καταδραμών, καὶ αὖθις τὸν ἱεραρχικὸν θρόνον τυραννήσας, καὶ τῶν ἱερῶν καταπαίξας θεσμῶν, καὶ πάντα μὲν Ἀποστολικὸν κανόνα, πᾶσαν δὲ παράδοσιν ἐκκλησιαστικὴν καταπεπατηκώς, καὶ πάντας μὲν τῶν οἰκείων ὁμολογιῶν χειρογράφων ἀθετητάς, πάντας δὲ σταυροπάτας, ὡς ἐκεῖνος, γίνεσθαι καταναγκάζων, καὶ τῶν πρώτων τὰ ἔσχατα χείρω διαθέμενος, τὰς ἁπάντων συνειδήσεις ἐβεβήλωσε καὶ κατέχρανε. τοῦτο μὲν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, τῆς συνόδου ταύτης τὸ ἐλάττωμα, διὰ τῆς καταδοχῆς καὶ κοινωνίας τῶν παραπεσόντων. καὶ τὸν λύκον, ὡς οὐ προσεδόκα, τοῖς προβάτοις ἐπεισαγούσης. τοῦτο δέ τινες καὶ ἀπὸ τῶν παρηκολουθηκότων τοῖς τότε χρόνοις τεκμηρίων ἐμφρόνως ἐστοχάσαντο. καὶ γὰρ μήπω ταυτησὶ τῆς συνόδου συγκεκροτημένης, ἔτι δὲ ἐλπιζομένης, βάβαλοι ἔξωθέν ποτε ἐλαυνόμενοι, κατὰ μέσης διηγεῖτο τῆς

* al. προσειλημμένων ἀπ. * [illegible]

inquam, demum Photium exauctorarunt damnaruntque, unaque omnes ab illo ſacris initiatos.

Hic ego mihi ſynodum jure quodammodo reprehenſurus videor: reprehendam autem, etſi fortaſſe audacius, hoc ipſum judicium. Actiones enim omnes & definitos in ea canones, perinde ac in aliis ſeptem œcumenicis ſynodis, ita in hac quoque ut ſanctos, & a Spiritu ſancto dictatos valde probo, admittoque. Hoc tantum in hac octava non laudo; non quod (ut aliqui cenſent) gravius commota, durius in reos decreverit; ſed contra potius reprehendenda forſitan ſit apud æquum arbitrum, quod multo clementius quam oportebat, judicarit; habita nempe perſonarum aliqua ratione, non ex lege apoſtolica ſincere lata ſententia. Trigeſimus * canon adhibendus erat, quo innocentem ante Ignatium Photius ſycophanta damnarat, quaſi per ſæcularem poteſtatem eccleſiam invaſiſſet. Hoc magis nunc innitendum erat in eum, ut qui non Dei, non myſtarum ſententia, ſed incredibili gloriæ & ambitionis furore correptus, per ſæcularem poteſtatem ſolium vi tyrannica occupaſſet. Hanc ille ob cauſam, & præterea, ab exauctorato ſe conſecrari voluerit, de gradu deturbandus erat, omneſque qui cum illo communicabant, ſecundum apoſtolicam ſanctionem: nec oportuit eos Deo, Deique judicio clementiores eſſe, & ſacroſancti Spiritus decretum antiquare. Hæc quippe illorum indulgentia omnia ſuſque deque egit. Hoc judicium dici non poteſt quantum offenderit, quantorumque cauſam præbuerit malorum. Perſuaſum enim habeo, ſi tunc ex apoſtolorum & canonum auctoritate ſententiam rite, & in auctorem ſchiſmatis & offenſionum, & in totam ejus factionem cum illo communicantem, omnibus exauctoratis, tuliſſent, futurum fuiſſe, uti omnis ab eccleſia impietas in poſterum excluderetur. Sed quemadmodum ante, divino Taraſio patriarcha, & ſynodo contra Iconomachos celebrata, cum indulgentius quam ex præſcripto juſtitiæ, hæreticos tractaſſent, illi arrepta occaſione impietatem ſuam multo magis confirmarunt: ita nunc ſynodo hac remiſſius agente, nec ſine affectu, neque ex apoſtolico canone damnationis ſententiam ferente, malitia rurſus contra eccleſiam invenit locum. Nam per homines antea corruptos exploſus, & per ejectos damnatus quaſi familiares, poſtliminio recurrens, rurſus patriarchæ thronum per vim invaſit; ſacriſque legibus & apoſtolicis ſanctionibus eluſis, traditionibus omnibus eccleſiaſticis proculcatis; cum omnes in ſua teſtimonia & chirographa perjuros, & crucis conculcatores, ut ipſe erat, fieri coegiſſet, & extrema primis deteriora feciſſet, omnium conſcientias inquinavit & profanavit. Atque id in hac ſynodo deſideratur, ut ego ſentio, quod & lapſi ad communionem recepti, & lupus præter ipſius expectationem in ovile eſt admiſſus. Quod & quidam ex ſignis temporibus illis viſis ſapienter conjecerunt. Nondum enim hac ſynodo celebrata,

* Canon eſt XXIX. Apoſtolorum. H.

Non damnat Niceta œcumenicum concilium, quaſi apoſtolicos canones violarit: ſed ex iis rebus, quæ poſt concilium evenere, majorem ſeveritatem deſiderat: quippe cum clementius egiſſe videatur, quam per canones ipſos agere licuiſſet, ſi ſummo jure agere cum Photio, Photianiſque voluiſſet, inquit F. Raderus.

brata, ſed adhuc ſperata, bubalos quondam aliunde huc adductos, perque mediam viam actos, repente furor corripuit, aliiſque alio ruentibus, unus recta adverſus magnam eccleſiam delatus, irrupit, atque ad ambonem uſque curriculo hora diei nona pervenit; qui rem æſtimare ſcientibus viſus eſt malus eſſe nuntius. Sed majus iſto argumentum erat, terrificus plane, qui eadem tempeſtate nono Januarii accidit, terræ tremor, quo multa templa, plurimæ porticus, ædificiaque conciderunt. Hominum ac jumentorum tanta ſtrages edita eſt, quanta verbis exprimi nullis poteſt. Quin & ipſum Sophiæ auguſtum Dei templum multis in partibus concuſſum, niſi cura ſingularis principum antevertiſſet, ruinæ periculum adiiſſet. Atque hæc ante ſynodum evenere. Poſt ſynodum vero menſe Octobri jam ineunte, repente tantus venit turbo, tantaque ingruit procella, ut multa templa, multaque palatia, atque ipſius etiam patriarchii plumbeum tectum inſtar membranæ convolutum in terram dejecerit. Immo & obeliſci in hippodromo tetragoni ex perpetuo lapide facti aheneus turbo, ſeu ſtrobilus ingenti pondere columnæ impoſitus, procul ejectus & eliſus eſt. Nec vana ſane hæc, quæ tum acciderunt, fuere prodigia, ſed futuri motus & perturbationis per architectum turbarum dæmonem eccleſiæ impendentis aperta ſigna & argumenta. Quæ fortaſſe eveniſſent nunquam, ſi cauſam Photii ſynodus ex decreto apoſtolico, ut eſt dictum, decidiſſet. Enimvero hæc patriarchæ Ignatii gloriæ labem nullam aſpergunt, quod non eſſet illi auctoritas agendi quæ vellet: Romanis enim pro eccleſiaſtica antiqua traditione, judicandi poteſtatem permittebat. Quin & ipſa ſynodus non tantopere volebat iis qui cum Photio, quamvis inviti & coacti, communicarant, indulgere, quantopere ſimplicitas, ne dicam levitas, imperatoris, victa nempe hominum precibus, & laudibus inflata humanis, & clementiæ nomine perfecta Dei æquitate penitus deſtituta. Atque hæc ita tum geſta ſunt.

Magnus porro Ignatius denuo gubernaculis eccleſiæ admotus, vel ſua ſponte cæcutientibus oſtendit, quam fruſtra hoſtis contra ſe gloriatus ſit. Peritius enim quodammodo, ſanctiuſque & ſecurius quam antea, eccleſiam adminiſtravit; ut qui multis & diuturnis variiſque caſibus & ærumnis uſum regendi majorem ſibi comparaſſet. Incorrupte enim, nullaque perſonarum habita ratione jus dicebat. Singularem curam in conſecrationibus adhibebat; injuria oppreſſis ferebat auxilium, afflictos ſolabatur, egentes ſublevabat, eorumque inopiam ſuis copiis, ut poterat, hilariter recreabat. Infirmos quidem fide, aut etiam corpore, confirmabat & ſolabatur. Puſillanimes vero Spiritus ſancti gratia ad ſpem per doctrinam erigebat. Denique omnibus omnia factus, pro viribus ſtudebat omnes in viſceribus Jeſu Chriſti lucrifacere. Geminas ſemper propoſitas habebat vias: alteram, qua recta per puras & aſſiduas preces tendebat ad Deum: alteram ad eccleſiæ ſuæ ædifica-

A πόλεως· ἀθρόως δὲ θρηνῳδοῦντες, ὧδε κἀκεῖσε διεσκορπίζοντο. εἷς δὲ αὐτῶν κατὰ τῆς μεγάλης ἐνδυδρομήσας ἐκκλησίας, καὶ εἴσοδον τοῦ ἱεροῦ γεγονώς, ἄχρις αὐτοῦ τείχους τοῦ ἄμβωνος κατήντησεν. ὥρα δὲ ἦν ἐνάτη τῆς ἡμέρας· καὶ αὐτὸς οὐκ ἀγαθὸς ἄγγελος τοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν εἰδόσι κατεφαίνετο. Τούτου δὲ μείζων ἀπόδειξις, ὁ φρικωδέστατος σεισμός, ὃς κατ' ἐκεῖνον συνέβη τὸν καιρόν. ἐνάτην εἶχεν Ἰανουάριος, καὶ πολλαὶ μὲν ἐκκλησίαι, ἔμβολοι δὲ πλεῖσται καὶ οἶκοι ἠφανίσθησαν, κτηνῶν τε καὶ ἀνθρώπων ἀμύθητος γέγονε πανωλεθρία, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ μέγας τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας οἶκος κατὰ πολλὰ μέρη διεκινδύνευετο ῥηγνύμενος, εἰ μὴ B τῆς ἀξίας πρὸς τῶν κρατούντων ἐτύγχανεν ἐπιμελείας. ταῦτα μὲν πρὸ τῆς συνόδου. καὶ μετ' αὐτὴν ἐξαίφνης ἐπῆλθε πνεύματος σφοδρὰ καταιγίς· Ὀκτώβριος ἐνίστατο μήν. καὶ οὕτω βιαίως ἐπέθετο τὸ πνεῦμα, ὡς πολλῶν μὲν ἐκκλησιῶν, πολλῶν δὲ παλατίων, καὶ τοῦ πατριαρχικοῦ δὲ οἴκου τὸν μόλιβδον οἷα μεμβράνας συνελίσσειν, καὶ εἰς τοὔδαφος κατασπᾶν· οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ τοῦ τετραπλεύρου μονολίθου κίονος ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ τὸ ἐπὶ τῆς κορυφῆς ἑστηλωμένον χαλκοῦν στροβίλιον βαρύτατον ὂν ὡς πορρωτάτω συνετρίβη πεσόν. οὐκ εἰκῇ δὲ ταῦτα παρηκολούθηκε τὰ σημεῖα, ἀλλὰ τῆς μελλούσης αὖθις ἀκαταστασίας καὶ ταραχῆς διὰ τοῦ ταραχοποιοῦ C δαίμονος ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἐνίστατο τεκμήρια σαφῆ· ἅπερ ἴσως οὐκ ἂν συνέπεσεν, εἰ μετὰ τὸν ἀποστολικόν, ὡς εἴρηται, τὰ κατ' αὐτὸν ἐκρίθη θεσμόν· ἀλλ' ὅμως οὐ ῥυπαίνει ταῦτα τὴν τοῦ πατριάρχου δόξαν, ὅτι μὴ αὐθεντικῶς εἶχε πᾶν ὃ ἐβούλετο δρᾶν· μᾶλλον δὲ τοῖς Ῥωμαίοις μετὰ τὴν ἄνωθεν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν, τὴν τῆς κρίσεως ἐξουσίαν παρεχώρει. ἀλλ' οὐδ' ἡ σύνοδος ἐκείνη τοῖς κεκοινωνηκόσι Φωτίῳ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα βιασθεῖσι, τοσοῦτον ἤθελε συμπαθεῖν, ὅσον ἡ τοῦ βασιλέως ἁπλότης, ἵνα μὴ λέγω κουφότης, προσώπων ἡττωμένη παρακλήσεσι, καὶ τοῖς παρὰ τούτων ἐπαίνοις ὑποχαυνουμένη, καὶ φιλανθρωπίας ὀνόματι τῆς ἀκριβοῦς τοῦ D Θεοῦ δικαιοσύνης ὡς ἐπίπαν ἀποπίπτουσα. πλὴν ταῦτα μὲν τοῦτον γέγονε τὸν τρόπον.

Αὐτὸς δὲ ὁ μέγας Ἰγνάτιος τῶν τῆς ἐκκλησίας οἰάκων τὸ δεύτερον ἐπιλαβόμενος, ἔδειξε καὶ τοῖς τυφλώττειν ἑκουσίως ἐθέλουσιν, ὡς μάτην ὁ ἐχθρὸς ἐνεκαυχήσατο κατ' αὐτοῦ. ἐπιστημονικώτερον γάρ, καὶ μᾶλλον θειότερόν πως καὶ ἀσφαλέστερον ἢ πρώην τὴν ἐκκλησίαν ἐκυβέρνα· ἅτε δὴ ταῖς μακραῖς ταλαιπωρίαις καὶ ποικίλαις θλίψεσιν ἱκανὴν ἐμπειρίαν ἑαυτῷ συνειλοχώς· ἀδέκαστος μὲν πάντῃ καὶ ἀπροσωπόληπτος ἐν ταῖς κρίσεσι δεικνύμενος, λίαν δὲ ἀκριβὴς ἐν ταῖς χειροτονίαις, τοῖς ἀδικουE μένοις ἐπικουρῶν, τοῖς λυπουμένοις συλλυπούμενος, τοῖς πενομένοις ἐπαρκῶν, καὶ τὴν ἔνδειαν τούτοις ὅση δύναμις ἱλαρῶς παραμυθούμενος· καὶ τοὺς ἀσθενοῦντας μὲν τῇ πίστει ἢ καὶ τῷ σώματι παρακαλῶν καὶ ψυχαγωγῶν, τοὺς ὀλιγοψύχους δὲ τῇ χάριτι τῆς τοῦ πνεύματος ἀνακτώμενος διδασκαλίας· καὶ πᾶσι πάντα γινόμενος, ἔσπευδε κερδαίνειν, ὅσον ἐπ' αὐτῷ, πάντας ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ. δύο μὲν αὐτῷ διὰ σπουδῆς ἦσαν ὁδοί· ἡ μὲν πρὸς Θεὸν ἰθυτενῶς ὁρῶσα διὰ καθαρᾶς τε καὶ ἀνεκλείπτου προσευχῆς· ἡ δὲ πρὸς τὴν τῆς ἐκκλησίας οἰκοδομὴν καὶ περιποίησιν.

ANNO CHRISTI 869.

σιν. διὰ τῆς αὐτῆς δὲ σπουδῆς ἀμφότερα κατώρθου, οὐ μετὰ παρέργου, οὐδὲ ῥᾳθύμως, ὥσπερ τινές, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐπιμελῶς καὶ συντόνως ἐκ νεότητος ἕως γήρως καὶ πρεσβείου βαθέος ταῖς ἱεραῖς λειτουργίαις ὑπηρέτει, καὶ μετὰ πάντα σεβάσμιον οἶκον τῇ τε πανυμνήτῳ μητρὶ τοῦ Θεοῦ, τοῖς τε θείοις Ἀποστόλοις καὶ μάρτυσιν ἐν ἀγαλλιάσει καρδίας θεοπρεπῶς ἐπανηγύριζεν. οὕτω δὲ θεοφιλῶς καὶ πνευματοκινήτως ἀνῆγε τὴν προσφοράν, ὡς ἐπ' αὐτῆς ὁρᾶν τῆς θείας τραπέζης ἐναργῆ τῆς τοῦ πνεύματος παρουσίας τεκμήρια. ὡρᾶτο γὰρ ὁ θεῖος ἄρτος ὅλος ἠλλοιωμένος, ὅλος ὥσπερ ἄνθραξ οὐράνιος χάριν ἀποστίλβων τοῦ οὐρανίου πυρός. ὦπται ποτε κραδαινόμενος καὶ ὁ ὑπεράνω τῆς ἁγίας τραπέζης αἰωρούμενος σταυρός, ἠρέμα μὲν πολλάκις σειόμενος ὑψουμένου τοῦ ἄρτου καθωρᾶτο, τὴν τοῦ ἁγίου δηλαδὴ πνεύματος ἐπισκίασιν ὑποσημαίνων. ἐν ἡμέρᾳ δέ ποτε τοῦ πάσχα μάλιστα οὕτω διεκινήθη σφοδρῶς, ὡς πάντας ἱερεῖς καὶ Ἀρχιερεῖς, καὶ μάλιστα τοὺς ἐκ τῶν ἄλλων πατριαρχικῶν θρόνων, τὸ μυστήριον ἐκπεπληγμένους, μεγάλῃ φωνῇ δοξάζειν ἐπὶ πολὺ τὸν Θεόν. οὕτως ὁ μέγας ἱεράρχης ἀχράντους θυσίας ἐν πληρότητι πίστεως γνησίως ἀναφέρων, καὶ ταύταις ἱλασκόμενος τὸν Θεόν, ἱεροπρεπῶς ἱερούργει τὴν σωτηρίαν τοῦ λαοῦ. ἀεὶ δὲ τοὺς ἐγγίζοντας αὐτῷ τοιαύταις κατεφώτιζε διδαχαῖς. προσέχετε, λέγων, ἑαυτοῖς ἀδελφοί, καὶ βλέπετε, πῶς ἀκριβῶς τοῦ βίου περιπατεῖτε τὴν ὁδόν, μὴ ὡς ἄσοφοι, ἀλλ' ὡς σοφοί. καὶ μὴ γίνεσθε ἄφρονες, ἀλλὰ συνιέντες τὰ ἀρεστὰ τῷ Θεῷ. καὶ μὴ σχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε μετὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς καὶ εἰδέναι ὅ, τι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον· καὶ τίς ἡ κλῆσις τῆς πίστεως ὑμῶν καὶ τῆς ἐλπίδος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. ἤτω ὁ λύχνος τῆς καρδίας ὑμῶν τῷ Κυρίου πνεύματι ἀεὶ καιόμενος, καθαρός, εἰλικρινής, ἁπλοῦς ὅλος, διαυγής, καὶ φωτοφανής, ἵν' ὅλη δι' αὐτοῦ καταυγάζηται ὑμῖν ἡ ψυχή. ἔσω ὁ νοῦς ὑμῖν ἀνατεταμένος ἀεὶ πρὸς Θεόν, μονότροπος, μονολόγιστος, ἓν ἔργον καὶ μίαν προηγουμένως ἔχων ἐνέργειαν, τὴν θεωρίαν τοῦ ἀγαθοῦ, πρὸς μόνον τὸ φύσει καὶ κυρίως ὂν ἀγαθὸν ἐπεστραμμένος ἀεί, καὶ ἐν αὐτῷ ζῶν καὶ κινούμενος καὶ ὤν, αὐτῷ λαμπρυνόμενος καὶ ἀγαθυνόμενος, καὶ κατὰ τὸ ἐφικτὸν ὁμοιούμενος καὶ θεούμενος. οὕτω γὰρ ὑψοῦ τὸν λογισμὸν αἴροντες, καὶ πάντων μὲν αἰσθητῶν, πάντων δὲ νοητῶν κτισμάτων ὑπεραναβαίνοντες, μόνῃ δὲ τῇ τριαδικῇ θεαρχίᾳ, μόνῃ τῇ ἐν ἀπορρήτοις ἑστώσῃ κρυφιότητι καὶ ὑπερουσιότητι τὸν οἰκεῖον ἱδρυσάμενοι νοῦν· καὶ μίαν μὲν πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ὥσπερ φύσιν θεότητος, οὕτω καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν καὶ δόξαν καὶ μεγαλοπρέπειαν ὁμολογοῦντες καὶ πιστεύοντες· τὸν ἕνα δὲ τῆς τρισυποστάτου θεαρχίας τὸν ἄναρχον καὶ συνάναρχον τῷ πατρὶ λόγον τὸν ἀόρατον, τὸν ἀσώματον, τὸν ὁμοφυῆ τῷ γεννήτορι καὶ ὁμοδύναμον, τοῦτον υἱὸν ἀνθρώπου καθ' ἡμᾶς ἐκ τῆς ὑπεραμώμου γενομένης θεομήτορος εἰδότες. καὶ ἕνα μὲν τῷ προσώπῳ, διπλοῦν δὲ ταῖς φύσεσι καὶ ἐνεργείαις καὶ θελήσεσι κηρύσσοντες· καὶ ταύτῃ σχολάζοντες ἐπιμελέστερον τῇ θεωρίᾳ τῶν θείων, καὶ θεολογίᾳ, καὶ διὰ τῆς ἱερᾶς τῶν γραφῶν μελέτης ἀνακαθαιρόμενοι, καὶ δι' ἀεννάου προσευχῆς ἁγνιζόμενοι, ὑπεροράσει τῶν

VITA IGNATII PATRIAR.

A tionem & profectum referebat : verum eadem ſimul opera utrumque recte adminiſtrabat ; non perfunctorie, vel, ut nonnulli, oſcitanter, ſed accurate & decenter a prima juventa ad ultimam uſque ſenectam ſacris operabatur ; atque in omnibus templis, & laudatiſſimæ Dei matri, & divinis apoſtolis, martyribuſque, geſtienti corde, cum ea qua par erat, ac divinam decebat majeſtatem, pietate panegyres dieſque feſtos agitabat. Tam pie vero & religioſe, Spiritu nempe ſancto illum complente, rem divinam faciebat, ut in ipſo altari videre eſſet aperta Spiritus ſancti præſentiæ argumenta. Videbatur enim
B panis divinus penitus immutatus, totuſque veluti cæleſtis carbo, gratiæ radios ſpargere cæleſtis flammæ. Crucis quoque ſignum, quod aræ deſuper imminebat, ſæpe placide concuti cernebatur, cum ſacra hoſtia extollebatur, ſancti Spiritus videlicet ſignificans obumbrationem. Sed ipſo die paſchæ potiſſimum adeo vehementer commotum eſt, uti presbyteri & epiſcopi omnes, maximeque ii qui ex aliis patriarchiis aderant, myſterio perculſi, ingenti voce diutius numen laudibus celebrarint. Ita ſacerdos magnus ſacrificium intemeratum perfecta plenaque fide offerebat, Deoque per illud propitiato, populi
C ſalutem, ut ſacerdoti par erat, operabatur. Eos porro qui ad illum accedebant, hujuſcemodi documentis erudiebat. *Attendite*, inquit, *vobis, fratres, & videte, quomodo caute ambuletis, non ut inſipientes, ſed ut ſapientes : & nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes voluntatem Dei :* (Ephes. 5.) & , *nolite conformari huic ſaeculo, ſed transformamini*, ſecundum apoſtolum, *renovatione mentis veſtræ ; ut probetis vos, & ſciatis, quæ ſit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta : & quæ vocatio fidei veſtræ, & ſpei in Chriſto Jeſu domino noſtro*. (Rom. 12.) (Ephes. 1.) Sit lucerna cordis veſtri ſemper ardens Spiritu ſancto, pura, ſincera, liquida & ſplendida, (Luc. 11.)
D ut illa tota anima veſtra illuminetur. Sit vobis mens ſemper intenta ad Dominum, ſimplex & recta, cujus unicus labor ſit & ſtudium, unicuſque & primarius finis propoſitus, boni ſummi contemplatio. Ad illud, (Act. 17.) inquam, natura ſua verum germanumque bonum mens veſtra ſit converſa ſemper, & in illo vivat, moveatur & ſit ; in illo illuminetur, bonaque reddatur : illi, quoad ejus fieri poteſt, ſimilis efficiatur, & deificetur. Ita enim animo ſupra naturam totam ſeu corporatam, ſeu intelligentem elevato, mentem noſtram in ſanctiſſimæ Trinitatis majeſtate, quæ ſola inexplicabilis, abſcondita, ſupraque naturam evecta omnem per ſe eſt
E exiſtitque, ſtabiliemus. Sicuti vero unam Patris & Filii & Spiritus ſancti naturam divinitatis, ita potentiam, operationem, gloriam & magnificentiam profiteamur & credamus : unum autem diviniſſimæ Trinitatis intemporaneum, cointemporaneum Patri Verbum, ab oculorum acie remotum, a corporis concretione purum, ejuſdem ac Patris eſſentiæ, potentiæ ejuſdem ; hunc ipſum ſcientes hominis quoque filium ſecundum noſtram naturam ex immaculata Dei matre natum, unum quidem perſona, gemina porro natura, operatione,

vo-

voluntate prædicemus : atque his rerum divinarum & theologicarum meditationibus penitus occupati , ſacrarumque litterarum ſtudiis repurgati , atque aſſidua oratione luſtrati , contemptis humanis rebus , curas inanes negligamus , neque nos fœdis cupiditatibus ſubmittamus , neque ad cogitationes ſtultas prolabamur . Omnis ferina iracundia , omne deſiderium a ratione alienum a nobis excludatur : immo ira telum nobis ſit in peccatum , peccatique auctorem . Cupiditas vero ad verum germanumque bonum translata , ad præcepta Domini cuſtodienda nobis adjutrix fiat . Hæc documenta , dilecti , primum quidem a prophetis , deinde a præſtantibus Chriſti diſcipulis & evangeliſtis , tum vero a patribus , ſive ſanctis doctoribus accepta , immo per unum & eumdem Spiritum dictata , variiſque modis prædicata , ne contemnamus , nec ſegniter & ignave exequamur , ſed acriter & ſtudioſe virtutis opus perſequamur ; ut benignitate in egentes , fideque a peccatis expiati , caritate perfecta , & ſubmiſſione ſincera , ab omnibus animi & corporis inquinamentis defæcati , ſecundum Dei voluntatem ambulantes , regno ſupremi patris in Chriſto Jeſu digni habeamur . Omnes ergo animi vitioſitates & malitiæ fibras elidamus , uti puris ad puriſſimum nobis pateat acceſſus . Pernicioſam ventris ingluviem , veluti peſtem virtutis & omnis fontem impietatis, procul habeamus : illius loco temperantiam veluti diploidem induamus ; temperantiam , inquam , beatarum mentium ſociam , cælitum contubernalem , cæleſtiumque deliciarum ac voluptatum conciliatri-
*Epheſ. 5.* cem ac pignus . Fornicatio autem ne nominetur quidem in nobis , ut non ſolum opere & facto , ſed ne cogitationum quidem impurarum monſtris inquinemur . Totis proinde viribus , omnique connixu , & ſumma animi depreſſione , precibuſque elementa luxuriæ penitus eradamus , cœnoſamque impuritatis ſcaturiginem , & voluptatis focum intemperantiæ ſuſcitabulum, idolum cordis obſcœniſſimum evertamus aut minuamus . Sic enim in nobis continentiæ decus efflorefcet , ſanctumque & divinum ſpiritalem ſponſum ad nos pie ſan-
*Coloſſ. 3.* cteque attrahemus . Avaritiam & ſtudium habendi non ſecus atque idololatriam re-
*Epheſ. 5.* fugiamus . Idem enim ſunt , ut lex apo-
*1. Tim. 3* ſtoli docet , quando pecuniam appetentes a fide aberrarunt , ſeipſoſque inſeruerunt doloribus multis . Cum ergo nobis fidem ſalutarem tollat , multaſque vitæ calamitates pariat ; quomodo non omni ope erit fugienda , & execranda ei qui nolit
*Philipp. 3.* cauponis more animam vendere ? Quapropter ſi converſatio noſtra in cælis eſt , ſi cælum cogitamus , atque ad vitam immortalem , ac ſalutem ſempiternam aſpiramus , habentes victum & amictum , his
*1. Tim. 6.* contenti ſimus . Sic enim probe inſtructos expedite arduum virtutis clivum juvabit ſuperare ; haud ignaros , ut ales humi retibus implicata ad cælum eniti non poteſt , ita perinde fieri nullo modo poſſe , ut is qui copiis & opibus fortunarum devinctus ſit , expedite callem ad cælum ducentem decurrat . Iram vero ,

μαλαίαν ὑπερίδωμεν μερίμνων, καὶ τοῖς τῆς ἀτιμίας μὴ ὑποπίπτωμεν πάθεσι, καὶ πρὸς ἀτονήτους φροντίδας μὴ καταπίπτωμεν. καὶ πᾶς θυμὸς θηριώδης, καὶ πᾶσα παράλογος ἐπιθυμία ἀρθήτω ἀφ' ἡμῶν· μᾶλλον δὲ ὁ μὲν θυμὸς ὅπλον ἡμῖν κατὰ τῆς ἁμαρτίας, καὶ τοῦ τῆς ἁμαρτίας ἔσω πατρός. ἡ ἐπιθυμία δὲ πρὸς τὸ κυρίως καὶ ἀληθῶς ἐπιθυμητὸν μετασχηματιζομένη πᾶσα, συνεργὸς ἡμῖν γινέσθω πρὸς τήρησιν τῆς δεσποτικῆς ἐντολῆς. τοιαύτας οὖν ἔχοντες παραγγελίας, ἀγαπητοί, διὰ προφητῶν μὲν πρῶτον, ἔπειτα διὰ τῶν ὑψηλῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν καὶ εὐαγγελιστῶν, καὶ διὰ τῶν πατέρων δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ἱερῶν διδασκάλων γινομένας εἰς ἡμᾶς, μᾶλλον δὲ δι' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος λαλουμένας ἀεὶ, καὶ πολυτρόπως κηρυσσομένας ἐν ἡμῖν, μὴ καταφρονῶμεν, μηδὲ ῥαθύμως καὶ ἐκμελῶς, ἐπιμελῶς δὲ τὴν πρᾶξιν καὶ σπουδαίως μετίωμεν τῆς ἀρετῆς, ἐλεημοσύναις μὲν καὶ πίστει πάσης ἁμαρτίας ἀποκαθαιρόμενοι, ἀγάπῃ δὲ τελείᾳ, καὶ ταπεινοφροσύνῃ ἀληθεῖ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος ἀποδιυλιζόμενοι· ἵνα κατὰ πᾶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ περιπατήσαντες, ἄξιοι τῆς τοῦ ἐπουρανίου πατρὸς βασιλείας ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἀναφανῶμεν. Ἀπωθώμεθα τοιγαροῦν πᾶν πάθος, καὶ πάντα πονηρίας ἀποξυσώμεθα λογισμόν, ἵνα καθαροὶ τῷ καθαρωτάτῳ προσεγγίσαι δυνηθῶμεν. ἀπορριψώμεθα γαστριμαργίας πάθος ὀλέθριον, ὡς πάσης ἀλλότριον ἀρετῆς, καὶ παντοίας γεννητικὸν κακίας· ἀντ' αὐτῆς δὲ τὴν κοσμιωτάτην ἐγκράτειαν ὡς διπλοΐδα περιθώμεθα, τὴν τῶν ἀγγέλων σύντροφον, τὴν τῶν ἁγίων σύσκηνον, τὴν τῆς ἄνω τερπνότητος πρόξενον καὶ τρυφῆς. πορνεία δὲ μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ἡμῖν, οὐ μόνον ἡ κατ' ἐνέργειαν καὶ πρᾶξιν, ἀλλὰ μηδὲ πορνικαῖς φαντασίαις ῥυπαινώμεθα. πάσῃ δὲ μηχανῇ καὶ σπουδῇ, πάσῃ ταπεινοφροσύνῃ τε καὶ προσευχῇ τὴν κακίαν ῥίζαν προθέλυμνον ἐκτίλλωμεν, τὴν θολερὰν πηγήν, τὸ τῆς ἡδονῆς ἐμπύρευμα, τὸ τῆς ἀκολασίας ζώπυρον, τὸ πορνικὸν τῆς καρδίας εἴδωλον πρῶτον ἐξανέλωμεν ἢ μειώσωμεν. οὕτω γὰρ ἡμῖν τὸ ἱερὸν τῆς σωφροσύνης ἐπανθήσει κάλλος, οὕτω καὶ τὸν νοητὸν νυμφίον καὶ ἅγιον ἁγιοπρεπῶς ἑαυτοῖς ἐπισπασόμεθα. φιλαργυρίαν δὲ καὶ πλεονεξίαν πᾶσαν, ὡς εἰδωλολατρείαν ἀποφύγωμεν. ταυτὸν γὰρ κατὰ τὸν τοῦ Ἀποστόλου πέφυκε νόμον, εἴπερ οἱ ταύτης ὀρεγόμενοι ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς. εἴπερ οὖν καὶ τῆς σωτηρίου πίστεως ἀλλοτριοῖ, καὶ πολυώδυνον ἡμῖν καθίστησι τὴν ζωήν, πῶς οὐχὶ φευκτέα μᾶλλον ἁπάντων καὶ βδελυκτὴ τῷ γε μὴ πάντη καπηλικῷ τὴν ψυχήν. εἰ γοῦν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ἀποτιθέμενοι, καὶ πρὸς τὸν ἐκεῖ βίον καὶ τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον μεταπετόμενοι, ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκώμεθα. καὶ γὰρ οὕτω κούφους ἡμᾶς καὶ εὐσταλεῖς τὴν ἀρετῆς ἀνιέναι τὴν κλίμακα δεῖ, εἰδότας, ὅτι ὥσπερ ἀμήχανον ὄρνιν ἐπὶ γῆς δεδεμένην ἀναπτῆναι πρὸς οὐρανόν, οὕτως ἀνένδεκτον εἶναι τὸν γηΐνοις κτήμασι καὶ χρήμασιν ἐν προσπαθείᾳ καταδεδεμένον, τὴν πρὸς Θεὸν ὑψοῦσαν εὐθυβόλως οἶμον δραμεῖν. ὀργὴν δὲ, ὡς ἐκστάσεως οὖσαν παράφυσιν, ὡς ἀσχημοσύνης μητέρα, καὶ ὡς τοῦ πονηροῦ τυγχάνουσαν ἔξαλμα, φυγῇ φύγωμεν, μήποτε τῇ ταύτης ἐξαναλωθῶμεν φλογί. ἀναλάβωμεν δὲ πραότητα, ἐπιει-

ANNO CHRISTI 869.

ἐμισήσωμεν, μακροθυμίαν. ταῦτα γὰρ τῆς τοῦ Ἰησοῦ γνωρίσματα φιλανθρωπίας, καὶ ταῦτα ὑπερούσιος ἐκεῖνος ὤν, ταῦτα νομοθετεῖ. σχεδὸν γὰρ αἱ ἐντολαὶ πᾶσαι τοῦ Κυριακοῦ στόματος, πραΰτητος διδασκαλία καὶ ἀνεξικακίας εἰσίν, δι' ὧν καὶ ἡ κορυφαία τῶν ἀρετῶν ἀγάπη συνίσταται καὶ κατορθοῦται. λύπην δὲ καὶ ἀκηδίαν ἐκβδελυξώμεθα, ὡς ἐμποδίζοντα καὶ σκῶλα καθεστώσας τῆς ὁδοῦ. ῥίψωμεν λύπην, τὴν δι' ἀποτυχίαν ἢ ἔλλειψιν γηΐνου πράγματος ἐγγινομένην, καταβαρύνουσάν τε καὶ πιεζοῦσαν ἡμῶν τὴν ψυχήν, καὶ οὕτω σκληρῶς ἐκθλίβουσαν καὶ ἐκπιέζουσαν, ὥστε μὴ δύνασθαι πρὸς τὸν δοτῆρα τῆς ἀληθινῆς ἀτενίσαι χαρᾶς, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐν ἀγαλλιάσει πνεύματος ἁγίου δραμεῖν. ῥίψωμεν ἀκηδίαν τῆς κακῆς λύπης ἔγγονον, τὴν ῥᾳθυμίας μητέρα, τὴν ἀπογνώσεως φίλην, τὴν ἐκλελυμένην, τὴν πάρετον, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐντολὴν θείαν, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμον. ἐνδυσώμεθα δὲ μᾶλλον τὴν κατὰ Θεὸν λύπην, τὴν μητέρα τῆς μετανοίας, τὴν κατανύξεως γέμουσαν, τὴν χαρᾶς πλήρη πνευματικῆς. ἐνδυσώμεθα προθυμίαν, σπουδήν, εὐσέβειαν πᾶσαν, καὶ ἀρετήν. καὶ τῷ πνεύματι ζέοντες, τῷ Κυρίῳ δουλεύοντες, τῇ ἐλπίδι χαίροντες, τῇ θλίψει ὑπομένοντες, τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες, δυνηθείημεν ἂν οὕτω καὶ τῆς ἀνοσίας κενοδοξίας, καὶ τῆς ἀνοσιωτέρας ὑπερηφανίας, τῶν ἀκροτάτων παθῶν, τῶν πρωτογόνων τοῦ διαβόλου θυγατέρων ὑπέρτεροι γενέσθαι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· καὶ δι' ἄκρας μὲν ταπεινώσεως τὸν πολύπλοκον δαίμονα τῆς κενοδοξίας ἐκκρουόμενοι καὶ συμπατοῦντες, τὸν κολοφῶνα δὲ τῶν κακῶν τὴν ὑπερηφανίαν ἐν πίστει καὶ δυνάμει Θεοῦ τέλειον ἀναξέοντες καὶ καταργοῦντες· καὶ οὕτως ὅλον τὸ σμῆνος τῶν πονηρῶν τῆς ψυχῆς ἀναιροῦντες παθῶν, τὴν ἱερὰν ἀπάθειαν, καὶ τὸν τῆς ἀπαθείας Θεὸν καθαρῶς ἐπενδυσόμεθα. καὶ οὕτως ἡμᾶς διὰ πάσης κατηρτισμένους ἀρετῆς ὁ μονογενὴς καὶ ἀγαπητὸς υἱὸς ἀγαπήσει, καὶ ἐλεύσεται μετὰ τοῦ πατρὸς, ὡς ὑπέσχετο, καὶ μονὴν ποιήσει παρ' ἡμῖν.

Τοιαύταις ἀεὶ παραγγελίαις ὁ θεῖος Ἰγνάτιος, τοιαύταις νουθεσίαις καὶ διδασκαλίαις κεχρημένος, καὶ ἰδίᾳ μὲν τοὺς μοναχικοὺς καὶ ἐρημικοὺς, ὡς πρακτικωτέρους ταῖς ἐμπράκτοις ὁμιλίαις ψυχαγωγῶν, καὶ τὸν πόθον αὐτοῖς τῆς ἀσκήσεως ἐπιτείνων· ἰδίᾳ δὲ τοῖς πλουσίοις παραγγέλλων μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδ' ἐπ' ἀδηλότητι πλούτου πεποιθέναι· τοῖς ἄρχουσι μὴ φυσιοῦσθαι, μηδὲ κατεπαίρεσθαι τῶν πενήτων παραινῶν. ἰδίᾳ δὲ πάλιν ἱερεῖς τε καὶ Ἀρχιερεῖς ὡς ἱεραρχικώτατος καὶ γραφικώτατος ταῖς κανονικαῖς θεσμοθεσίαις ἐπανορθούμενος· καὶ πᾶσι, συνόλως εἰπεῖν, δι' ὧν ἐποίει καὶ ἐδίδασκε, τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον καὶ τὴν ἐντολὴν ὑποτιθέμενος, εἰς λιπαρὸν ἤδη καὶ πῖον ἐληλάκει γῆρας· ἐπεθύμει δὲ τὴν ἀνάλυσιν, καὶ τῶν χρονίων κόπων καὶ νόσων καὶ θλίψεων ἐπόθει τὴν ἀπαλλαγήν. καὶ μέν τοι καὶ τυγχάνει ταύτης, καὶ ἐπ' ἀγαθαῖς ἄγαν ἐλπίσι τοῦ μέλλοντος ἀποτίθεται τὴν παροῦσαν ζωήν. ἐξίσταται θορύβων καὶ ταραχῆς, καὶ φθόνου, μίσους τε καὶ ἀντιλογίας τῶν ἀπίστων ἀνθρώπων καὶ μοχθηρῶν· ἐν εἰρήνῃ δὲ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐκοιμήθη καὶ ὕπνωσε· καὶ εἰς χεῖρας Κυρίου τὸ πνεῦμα παραθέμενος, προσι-

A ut inſaniæ affinem, ignominiæ parentem, malique dæmonis ſcintillationem, remis veliſque fugiamus, ne hoc olim incendio hauriamur. Sed affectemus manſuetudinem, animi æquitatem, patientiam. Hæc enim ſunt vera clementiæ Jeſu ſymbola; & hæc ille cum ſupereſſentialiter ſit, hæc præcipit. Omnia enim propemodum Chriſti dominica præcepta continent lenitatis & manſuetudinis, atque in tolerandis malis patientiæ documenta; per quæ & caput omnium virtutum rite conſtituitur acquiriturque caritas. Mœrorem autem & acediam deteſtemur, ut quæ viam paliuris obſepiant claudantque. Abjiciamus mœrorem B qui fit propter rerum fluxarum non acquiſitarum defectum, qui premit mentem, & urit animum, adeoque divexat & affligit, ut non poſſit in ſinceri gaudii largitorem intueri, ad ipſumque in Spiritus ſancti gaudio evolare. Abjiciamus tædium, velut pravi mœroris fetum, ignaviæ parentem, & ſocium deſperationis, ſolutum, remiſſum, atque ad omnia divina præcepta operaque bona minus idoneum. Immo vero illam pœnitentiæ matrem quæ Deo placet, triſtitiam induamus, plenam compunctionis, cæleſtique gaudio delibutam. Induamus alacritatem, diligentiam, omnemque cultum virtutis. Simus ſpiritu ferven- (Rom. 12.) C tes, Domino ſervientes, ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, in oratione perſeverantes; ut poſſimus vanam & execratam gloriam, atque hac multo deteriorem ac caput ſcelerum ſuperbiam, principales diaboli filias in Chriſto Jeſu ſuperare: dum per ſummam animi demiſſionem, verſutum veteratorem vanæ laudis explodimus & conculcamus, vitiorumque omnium reginam ſuperbiam in fide & virtute Dei proſternimus elidimuſque atque ita totam vitiorum animi ſentinam exhaurientes, poſitis omnibus noxiis affectibus mentis, integritatem ſanctam & auctorem integritatis Deum pure induemus. Sicque omni virtutum ornatu excultos dilectus D Dei unigenitus nos diliget, & ad nos cum (Joan. 14.) Patre veniet, ut promiſit, & manſionem apud nos faciet.

Hujuſcemodi monitis divinus noſter Ignatius, hujuſcemodi præceptis & documentis utebatur: & ſeparatim quidem religioſos & ſemotos a turbis viros, ut actioni magis deditos, ſermonibus actione firmatis alliciebat, amoremque religioſæ diſciplinæ in illis incendebat. Seorſum etiam divitibus præcepta vivendi dabat, ne magnifice & ſuperbe ſentirent, neque fluxis rebus & incertis fortunis fiderent: principibus, ne faſtu turgerent, (1. Tim. 6.) humilioreſque præ ſe contemnerent. Sigillatim etiam ſacerdotes & antiſtites ipſe maxi- E mus antiſtes divinarum & eccleſiaſticarum inſtitutionum cognitione erudiebat. Denique per id omne quod agebat & docebat, cæleſtem legem ac præcepta proponebat. Cumque jam ad extremam ultimamque vergeret ſenectutem, optabat ſolvi, multorumque laborum ac morborum, atque adeo tot ærumnarum finem expectabat, quem tandem etiam eſt conſecutus. Nam ſpe certa futuræ conſequendæ præſentem vitam ponit, turbarumque motus atque invidiæ, odiique & inſectationis infelicium & impiorum evadit; atque in pace in idipſum dormit & requieſcit ſpi-

VITA IGNATII PATRIAR.

VITA IGNATII PATRIAR

ſpiritumque in manus Domini commendat; atque apponitur ad ſanctos ſanctus, ad hierarchas magnus hierarcha, ad confeſſores confeſſor, ad magnos patres ille pro Dei juſtitia & veritate non minus atque illi, certamine fatigatus.

Enimvero par eſt, ut quo pacto de ſtatione vita deceſſerit, expenamus. Jacebat ſanctus extremum ægrumque trahens ſpiritum, dum & ipſe, ut * magnus ille, a cæleſti choro expectaretur. Jam vocis inſtrumenta prope tota ceciderant, vitaliſque aura defecerat, omneſque artus exanimati erant; ipſa denique anima non niſi profectionem ſpectabat. Cum ecce tibi miniſter pro ritu eccleſiæ ſumma nocte ingenti voce illud ſolemne: Jube domne benedicere, intonat & proclamat: & beatus ſenſim manu ora ſignans, modiceque veneranda labia motans, voce intermortua, quam ægre, qui proximi ſtabant, percipiebant, quærit, cujus ea die memoria ſancti celebretur. Jacobi, inquiunt, domine, fratris Domini, cum magno ſenſu pietatis inquit, mei. Valete ergo: tum ait: Benedictus Deus noſter omni tempore, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Simulque cum hymno & gratiarum actione animam edidit, mortalemque vitam reliquit. Statim igitur non tam funus, ſeu mortem dicas, quam vitam curant: * (vita enim, poſtquam abiit a morte ad vitam, vita fuit, & manſit vita) illumque ſacro patriarchæ ornatu ex more domeſtici veſtiunt, & venerandum Jacobi fratris Domini ſuperhumerale cum veneratione illi induunt, quod ante aliquot annos Hieroſolymis ſibi miſſum tanta veneratione proſecutus eſt, ac ſi ipſum Jacobum apoſtolum, & primum in eo humerali pontificem ſpectaret. Hoc propterea voluit ut ſecum ſepeliretur. Et ſane illo ipſo die memoriæ ſancti Jacobi ſacro, ipſe quoque Ignatius ex hac vita die tertia ſupra vigeſimam Octobris ad Dominum emigravit, certo admodum indicio familiaritatis erga fratrem Domini & migrationis ad illum accepto. Atque ſic quidem ſacrum illud & venerabile pignus ſancte & religioſe ad funus compoſitum, ligneo ſarcophago clauditur, atque ad principem Sophiæ ædem deportatum, exequiis & juſtis pro dignitate honoratur.

* Baſilius ſcilicet, de quo Greg. Naz. ſequentia verba protulit orat. ſua in eundem Baſil.

* Nam quia migravit ad vitam, & eſt, & ſtatus eſt vita

Tanta vero pietas populum inceſſerat, uti & feretri, in quo jacebat, fragmenta reliquiarum loco diſtraxerit; & velum quo tectus erat, in partes mille diſcerptum, ſacri pignoris loco inter pios ſit diviſum. Cum ergo corpus ægre e manibus populi eſſet ereptum, ad nobilem magni martyris Menæ ædem pervenit; ibique aliquamdiu depoſitum, ſacris quoque hymnis honorifice, ut par erat, eſt exceptum. In quo loco binæ feminæ a malis occupatæ dæmonibus, horrendumque exagitatæ, ſolo tumbæ contactu, ſpectante univerſo cœtu, liberatæ, certiſſimam ſanitatem ſunt conſecutæ; quæ & ingentes Deo magna voce gratias perſolverunt. Hinc vero cum familiares nobilem hunc reliquiarum theſaurum navi impoſuiſſent, mareque jam ante vehementer intumuiſſet, & violenta Noti procella fluctus decumanos tolleret, qui navigationem impedituri viderentur, ſimul ac ſacra arca navem attigit, ſtatim mirum quid

ANNO CHRISTI 869.

A θεται τοῖς ἁγίοις ὁ ὅσιος, τοῖς ἱεράρχαις ὁ μέγας ἱεράρχης, τοῖς ὁμολογηταῖς ὁ ὁμολογητής, καὶ μεγάλοις πατράσιν ὁ ὑπὲρ δικαιοσύνης Θεοῦ καὶ ἀληθείας οὐδὲν ἧττον ἐκείνων κεκοπιακώς.

Ἄξιον δὲ μηδὲ τὸν τρόπον τῆς τούτου παραδραμεῖν μεταστάσεως. ἔκειτο μὲν τὰ τελευταῖα πνέων ὁ ἅγιος, καὶ αὐτὸς κατὰ τὸν μέγαν ἐκεῖνον ὑπὸ τῆς ἄνω χοροστασίας ἐπιζητούμενος· καὶ τὰ τῆς φωνῆς ὄργανα τούτῳ ἤδη παρείθη, καὶ ἡ ζωτικὴ δύναμις ἔσβη, καὶ τὰ μέλη νεκρὰ πάντα, καὶ ὅλη τῆς ἐκδημίας ἦν ἡ ψυχή. καὶ ἰδοὺ ὁ ὑπηρέτης κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας τύπον· μέσαι δὲ νύκτες ἦσαν· καὶ μεγάλῃ φωνῇ τὸ, εὐλόγησον δέσποτα, βοῶν ἀνακέκραγεν. καὶ ὁ μακάριος ἠρέμα τῇ χειρὶ τὸ στόμα σφραγίσας, καὶ τὰ τίμια χείλη βραχὺ κεκινηκώς· μόλις διακρινομένῃ τοῖς ἔγγιστα παρεστῶσιν ἐπύθετο τῇ φωνῇ, τίνος ἁγίου σήμερον μνήμη; οἱ δὲ, Ἰακώβου, φασὶ, τοῦ ἀδελφοθέου, τοῦ φίλου σου ὦ δέσποτα. ὁ δὲ μακάριος πρὸς αὐτοὺς, τοῦ δεσπότου μου, κατανυκτικῶς ἔφη· λοιπὸν σώζεσθε. εἶτα λέγει· εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. καὶ ἅμα τῇ δοξολογίᾳ περιαπῆλθε, καὶ τῇ εὐχαριστίᾳ συγκατέληξε τὴν ζωήν. εὐθὺς οὖν κηδεύουσι τὴν ζωὴν, ὡς ἄν τις εἴποι αὐτόν· ζωὴ γὰρ, ἐπεὶ μετέστη πρὸς τὴν ζωὴν, καὶ ἔστι, καὶ γέγονε· καὶ τὴν ἱεραρχικὴν οἱ οἰκεῖοι, ὡς ἔθος, ἀμφιεννύντες στολὴν, ἐπ᾽ αὐτῇ καὶ σεβασμίαν αὐτῷ ἐπωμίδα τοῦ ἀδελφοθέου σεβασμίως ἐπιβάλλουσιν, ἣν πρὸ χρόνων τινῶν ἐξ Ἱεροσολύμων ἀποσταλεῖσαν αὐτῷ οὕτως ἐτίμα καὶ πανευλαβῶς ἐσέβετο, ὡς αὐτὸν ἐκεῖνον Ἰάκωβον τὸν μέγαν Ἀπόστολον καὶ πρῶτον ἱεράρχην ἐν αὐτῇ καθορῶν· ταύτην αὐτῷ διὰ τοῦτο καὶ συνταφῆναι κατεδέξατο. καὶ μέντοι κατὰ τὴν ἐκείνου μνήμην· εἰκάδι γὰρ τρίτῃ Ὀκτωβρίου καὶ αὐτὸς ἀπῆρε πρὸς Κύριον. ἔνδειγμα τοῦτο σαφὲς τῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου οἰκειώσεώς τε αὐτοῦ καὶ μεταστάσεως. οὕτω μὲν οὖν τότε τὸ τίμιον ἐκεῖνο δέμας καὶ ἱερὸν ἱερῶς καὶ τιμίως ἐνταφιαζόμενον, γλωσσοκόμῳ ξυλίνῳ κατακρύπτεται, καὶ πρὸς τὸν ναὸν τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης Σοφίας πρῶτον κατατεθὲν, τῆς προσηκούσης δοξολογίας τε καὶ προσκυνήσεως καταξιοῦται.

B

C

D

Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ τὸ εἰς αὐτὸν σέβας ἀνῆπται τοῖς λαοῖς, ὥστε καὶ τὰ ἐπὶ τοῦ σκίμποδος, ἐν ᾧ κατέκειτο, θραύειν ἀντὶ λειψάνων διηρπάσθαι, καὶ τὸ ἐπ᾽ αὐτοῦ δὲ κείμενον πέπλον μυρίοις καταδιαιρούμενον τμήμασιν, εἰς ἁγιασμοῦ δῶρον καταμεμερίσθαι τοῖς πιστοῖς. μόγις οὖν τότε τὸ σῶμα τοὺς κρατοῦντας διαφυγὸν, καὶ πρὸς τὸν μεγάλου ναὸν τοῦ μεγαλομάρτυρος καταντήσαν Μηνᾶ, ἐκεῖ δὴ πάλιν κατατίθεταί τε βραχὺ, καὶ τῆς ἐκ τῶν ὕμνων, ὡς θέμις, τυγχάνει δεξιώσεως. ὅπου καὶ δύο γυναῖκες ὁμοῦ πονηροῖς πνεύμασιν ὀχλούμεναι, καὶ δεινῶς ἀναβρασσόμεναι, ὡς μόνον ἔψαυσαν τῆς τοῦ ἁγίου σοροῦ, ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ κατέστησαν ὑγιεῖς, ἀναντιρρήτου τυχοῦσαι τῆς ἰάσεως, καὶ μεγάλῃ φωνῇ δοξολογοῦσαι τὸν Θεόν. ἐντεῦθεν τῶν περὶ αὐτὸν ἐν πλοίῳ κατατεθειμένων τὸν πολύτιμον θησαυρὸν, τῆς θαλάσσης μὲν τότε κορυφουμένης, ἐν ἀνέμῳ δὲ Νότῳ βιαίῳ τῶν κυμάτων εἰς ὕψος αἰρομένων, καὶ ἀπρόσιτον ἀποδεικνυόντων τὸν πλοῦν, ὡς μόνον ἡ

E

θεία

ANNO CHRISTI 869.

θεία σορὸς ἐκείνη ἐπιβέβηκε τῆς νηὸς, ἣν ὁρᾷν παρῆν τὴν γενομένην δεσποτικὴν θαυματουργίαν. ἀοράτως γὰρ ὑπὸ τοῦ μεγάλου Ἀρχιερέως τῆς καταιγίδος ἐπιτιμωμένης, ἵστατο μὲν εἰς αὔραν ἡ θάλασσα, τῶν κυμάτων δὲ κατασιγαζομένων, οἱ τοῦ ἁγίου θεραπευταὶ ἐν γαλήνῃ διαπεραιούμενοι καὶ δοξάζοντες, καὶ πρὸς τὸν ἱερὸν καὶ πάγκαλον τοῦ ἀρχιστρατήγου ναὸν τὸν πιστότατον οἰκοδόμον ἐκείνου καὶ λάτριν ἀγαγόντες, πρὸς τοῖς δεξιοῖς σεβασμίως ἐν μαρμαρίνῃ κατατιθέασι σορῷ, νόσων τε παντοδαπῶν ἰατρεῖον, καὶ πνευμάτων πονηρῶν ἐλατήριον, καὶ συντόμως εἰπεῖν, παντοίων παθῶν ψυχῆς τε καὶ σώματος τοῖς ἐγγίζουσιν ἀλεξητήριον.

B Οὕτως ὁ ἱερὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος διὰ πολλῶν θλίψεων ἐν γῇ πειρασθεὶς, καὶ ὡς χρυσὸς ἐν χωνευτηρίῳ δοκιμασθεὶς, καὶ ἄξιος οὕτως ἀποδειχθεὶς τοῦ Θεοῦ, τῆς οὐρανίου μακαριότητος καὶ τῆς ἐν ὑψηλοῖς τῶν ἁγίων κατηξιώθη τιμῆς. ἐματαιώθη δὲ ἡ σκοτία, διώξασα μὲν τὸ φῶς, οὐ καταλαβοῦσα δέ. τοσούτῳ δὲ μᾶλλον εὐηργέτησεν, ὅσῳ πλέον ᾠήθη λυπεῖν. διώκουσα γὰρ, ἵνα πατήσῃ καὶ κατακαυχήσηται, ἑαυτῆς μὲν τὸ φέγγος ἐμάκρυνε, προσεγγίσαι δὲ παρεσκεύασε καὶ μὴ βουλομένη τῷ ἀγαθῷ τοσοῦτον, ὅσον ἑαυτὴν τῷ κακῷ διὰ τῆς πολυμηχάνου ἐξαγγελίας προσῳκειώσατο.

C Δέκα μὲν οὖν ἔτη τὸ δεύτερον, τὰ πάντα δὲ τριάκοντα καὶ μικρόν τι πρὸς, ὁ μέγας ἀρχιερατεύσας Ἰγνάτιος, ὀγδοηκοστὸν δὲ ἤδη γεγονὼς ἔτος, ἐν εἰρήνῃ πρὸς τὸν Ἀρχιερέα τὸν μέγαν ἀνελήφθη Χριστόν.

Ὅσοις μὲν οὖν καὶ ἡλίκοις αὐτὸν τεραστίοις ὁ ἐν αὐτῷ δοξαζόμενος ἐδόξασε Κύριος, καὶ ἔτι δὲ δοξάζων οὐ διαλιμπάνει, ἱστορίας ἔργον, καὶ οὐ τοῦ παρόντος ἂν εἴη διηγεῖσθαι καιροῦ. ὀλίγα δὲ ἐκ πολλῶν, καὶ ὅσα τὴν αὐτοῦ μὲν πίστιν, τὴν τοῦ Θεοῦ δὲ ἐν αὐτῷ χάριν μετρίως ὑποδείκνυσιν, ἐπιτόμως ὑπομνήσαντες, τὰ κατὰ μέρος ὡς ἀριθμὸν ὑπερβαίνοντα παρήσομεν.

D Παῖς γὰρ ὡς ὀκτὼ ἢ καὶ ἐννέα καθεστὼς χρόνων, πνεύματι ἀσθενείας πληγεὶς, καὶ ἀθρόως παρεθεὶς ὅλος, οὐ μόνον ἄναυδος πάντῃ καὶ ἀνήκοος, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀκίνητος ὁλοτελῶς γεγονὼς, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων αὐτοῦ βασταζόμενος, τῷ κοινῷ τῶν πιστῶν ἰατρείῳ, τῷ ἱερῷ τοῦ θεοφόρου πατρὸς προσρίπτεται τάφῳ. δι' ἡμερῶν δὲ τεσσάρων τῆς τοῦ ἁγίου καταξιωθεὶς ἐπισκέψεως, ἐξαπίνης ἰδίοις ἐξανίστη ποσὶ, καὶ δι' ἑαυτοῦ τὴν τοῦ ναοῦ πύλην ἀνοίξας, καὶ ὑγιὴς ὅλος ἐξελθὼν ἔξω, ἐλάλει τοῖς παροῦσι καὶ ἤκουεν, εὐλογῶν τὸν Θεὸν, καὶ τὰ θαυμάσια ἀναγγέλλων τοῦ ἁγίου.

E Ἄλλος, πλὴν ἐξ ἐπηρείας οἶμαι καὶ τοῦτο τοῦ πονηροῦ, ἐπιληψίας ἑαλωκὼς πάθει, δεινῶς ἐξέστραπτο μὲν τὸ στόμα, παρῄρητο δὲ καὶ τοῦ κατὰ φύσιν φθέγματος τὴν φωνὴν, ὡς ἐλεεινόν τε αὐτὸν καὶ δυσέντευκτον θέαμα προκεῖσθαι. οὗτος ἐπεὶ ἀδιστάκτῳ πίστει ἐπεκαλεῖτο τὸν ἅγιον, ὁρᾷ μὲν αὐτὸν ὄναρ ὥσπερ τινὰ κλεῖδα κατέχοντα τῇ χειρὶ, καὶ ταύτην τῷ στόματι αὐτοῦ ἐμβαλόντα, καὶ ὡς δῆθεν θύραν ἀνοίγοντα, συστρέψαι, καὶ πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν· οἶδας, τίς εἰμι ἐγώ; τὸν δὲ μὴ εἰδέναι φάμενον, ἀκοῦσαι πρὸς αὐτοῦ, ὡς αὐτὸς εἴη Ἰγνάτιος πατριάρχης· καὶ ἰδοὺ, φησὶν, ἀπὸ τοῦ νῦν κα-



A eſt dominica virtute factum: nam magno illo antiſtite procellam inviſibiliter increpante, fluctibus leniter cadentibus, placida mare conſtitit aura. Ergo curatores funeris ſerenatum mare Dominum concelebrando trajiciunt, atque in nobile templum cæleſtis militiæ principis atque archangeli ædificatorem illius Ignatium & cultorem deportant, atque ad dexteram ædis partem magna cum veneratione marmoreo conditum tumulo reponunt, morborum nempe variorum medicam quaſi officinam, ubi & ſpiritus infeſti pelluntur, omniſque generis ægri (ut compendio dicam) tum corporis, tum animi morbis, cum tumulo admoventur, potenter curantur.

VITA IGNATII PATRIAR.

B Ita vir Dei in terris multis ærumnis conflictatus, & tamquam aurum in fornace probatus, atque ita dignus Deo exhibitus, cæleſtem beatitudinem & honorem in excelſis, quo fruuntur ſancti, conſecutus eſt. Stultæ vero egerunt tenebræ lumen perſecutæ, quod nunquam apprehenderunt: immo tanto magis profuerunt perſequendo, quanto magis illud a ſe vexari putaverunt. Nam dum perſequerentur lumen hoc, ut captum conculcarent, & inde illi inſultarent, lucem quidem a ſe quam longiſſime repulerunt, illamque vel nolentes tanto propius ſummo bono admoverunt, quanto ſe magis cum malo extremo deterrimis ſuis conſiliis conjunxerunt.

C Ergo Ignatius iterum patriarcha decennio præfuit; tricennium vero, pauloque amplius univerſe magnus antiſtes ſolium tenuit; annorumque octoginta in pace ad magnum illum pontificem Chriſtum eſt profectus.

Porro quot ac quantis illum Deus ſignis ac prodigiis celebrarit, & celebrare ſemper in illo celebratus Dominus non deſinat, non hujus inſtituti operis eſt, ſed hiſtoriæ & juſti voluminis labor. Ego de multis pauca (nam ſingula perſequi infinitum ſit) quæ tamen Dei gratiam, & ipſius fidem mediocriter declarent, compendio exponam.

D Puer octennis, ſummum novennis, morbo perculſus, ac totus repente fractus, non ſolum uſum linguæ & aurium amiſerat, ſed membris omnibus captus, a ſuiſque geſtatus, ad communem credentium, ſacramque curationum officinam, ad ſancti (inquam) patris tumulum projicitur: quartoque die ſancti auxilio dignatus, confeſtim ſuis inſiſtens veſtigiis conſurrexit; portaque ſua manu aperta, ſanus integerque egreſſus, obviis quibuſque loquebatur, & audiebat, immenſas Deo gratias agens, & ſancti enarrans miracula.

E Alius invidia, reor, cacodæmonis epilepſia vehementer correptus, os fœde diſtorſerat, & naturali vocis ſonitu orbatus erat ut miſerabile juxta ac triſte ſpectaculum oculis proponeretur. Hic firmiſſima fide, ope ſancti implorata, per nocturnam ſpeciem videt Ignatium manu clavem geſtantem, & ori ſuo admoventem, ac vertentem, quaſi inde januam aperiret, ad ſe dicere: noſtin', qui ſim? negantem, poſtea audiviſſe ab illo, Ignatium eſſe patriarcham. Et ecce jam nunc, inquit, es curatus. Poſtea experrectum, adeo ſalvum & incolumem repertum,

VITA IGNATII PATRIAR.

uti ne veſtigium quidem in ſe morbi deprehenderet.

Alius item dyſenteria laborans jam in extremis erat, & a medicis conclamatus: qui tamen, ut ſancti opem e longinquo plena fide implorabat, ſpectat hunc per ſomnum ſibi aſſiſtentem, bonumque animum habere jubentem, & illico ſiccata alvus conſtitit, cibique orexis reverſa, hominem perfectæ reſtituit incolumitati.

Femina quoque nupta viro, triumque liberorum parens, aridis ſemper & ſiccis erat papillis, ita ut ſtatim partus ſuos cogeretur alienis nutricibus alendos committere; donec propinquis venit in mentem, ut ad ſanctum properarent: ubi abſterſo e ſancti viri coma liquore, & recens enixæ ad ſorbendum propinato, ſubito tanta lactis copia redundare viſa eſt, ut plus quam fuerit neceſſe, papillæ lactis ſuppeditarent. Atque id non ei ſoli, ſed alteri quoque eodem naturæ laboranti morbo narratur accidiſſe, quæ pariter ex eodem capillamenti illius detumpto liquore ſanitatem recuperarit.

Alia nobilis item & illuſtris matrona, quæ nobili viro in matrimonium collocata, pluribus annis infecunda ſterilisque erat, mariti fide ad cineres viri ſancti procumbentis, oleoque ſancto inde uxori allato, atque ex fide allito; illa magno pontifice ſuppliciter invocato, fecunda ſubito reddita, prolem edidit numeroſam.

Enimvero non ii dumtaxat, qui ſacram complexi tumbam, hæc miracula ſunt experti: peregrinis etiam, & ultima terrarum incolentibus, Deo plenus pater adeſt imploratus. Cujus rei ampliſſimus teſtis prætor eſt Siciliæ, qui id ſanctiſſime juratus affirmavit. In Agarenos (Siciliam invadentes) pugnaturus, cum ingenti cura pavoreque angeretur, magnum Ignatium in auxilium ardentibus votis invocat: qui (inquit prætor) manifeſtus in aere velut albo inſidens equo me monuit, ut in dexteram partem flecterem agmen, illicoque gloriam Dei me viſurum. Quod cum præfectus Muſilices nomine feciſſet, ingenti prælio devictos hoſtes cepit.

Quo pacto vero feminæ alterius admirandum caſum, & ſtupendum amplius viri ſancti in illa auxilium reticebimus? Quæ cum marem ferret utero, & jam doloribus partus proximis urgeretur, puer in pedes editus, & hærens progredi non poteſt amplius: parturienti interim acutiſſimi intolerandique cruciatus augentur. Cumque jam in eo res eſſet, ut femina ſimul cum puero interiret, medici vulnerarii adſunt, ut fetum membratim diviſum per partes extrahant. Sed meliore providentia numinis, magnum noſtrum miraculorum patratorem in memoriam revocant. Et forte quidam ex præſentibus minimam ex reliquiis veli illius partem in funeris cura ante populis fidelibus diſtributi proferrt, Ignatiique ope im-

A θέντηκας ὑγιής· ἔξυπνον δὲ τοῦτον γενόμενον, ὑγιῆ παντελῶς ἑαυτὸν εὑρεῖν, ὡς μηδέποτε ἴχνος τοιαύτης ἑωρακότα κακώσεως.

ANNO CHRISTI 869.

Ἄλλος πάλιν νόσῳ κοιλιακῇ περιπεσὼν, καὶ πρὸς ταῖς ἐσχάταις ἠγγικὼς δὴ αὐτὴν ὥραις, τῆς μὲν ἀπὸ τῶν ἰατρῶν βοηθείας λοιπὸν ἀπέγνω, τὸν ἅγιον δὲ πόρρωθεν ἐξ ὁλοκλήρου πίστεως ἀνακαλούμενος, ὁρᾷ μὲν τοῦτον ὄναρ αὐτῷ παρεστῶτα, καὶ εὐθυμεῖν ἐπαγγελλόμενον. αὐτίκα δὲ τῆς ῥύσεως ἀναξηρανθείσης τῆς γαστρὸς, εἰς τροφῆς ἔφεσιν ὁ κάμνων καὶ τελείαν ὑγείαν ἀποκαθίσταται.

Πάλιν γυνή τις ἀνδρὶ νομίμως συνοικοῦσα, καὶ παίδων μήτηρ γεγονυῖα τριῶν, ξηρὰν πάντη καὶ ἄικμον προΐβαλλε τὴν θηλὴν, ὥστε τὰ ὑπ' αὐτῆς τικτόμενα βρέφη παραυτὰ ξέναις ἐκδίδοσθαι τιθηνεῖσθαι τροφοῖς, ἕως ἐπὶ νοῦν ἦλθε τοῖς οἰκείοις αὐτῆς τῷ ἁγίῳ προσδραμεῖν. καὶ δὴ τῶν ἁγίων αὐτοῦ τριχῶν ἀπομυρισθεισῶν, καὶ τῇ ἀρτιτόκῳ πιεῖν δεδωρημένων, ἐπὶ τοσοῦτον εὐθὺς γαλοῦχος ἀπεφάνθη, ὡς καὶ πολὺ πλέον τῆς χρείας τὸ γάλα τῶν μαζῶν καταρρεῖν. καὶ τοῦτο οὐκ εἰς μίαν μόνην φασὶ γυναῖκα γεγονέναι, ἀλλὰ καὶ εἰς ἑτέραν πάλιν τῷ αὐτῷ καμνοῦσαν ἀρρωστήματι τῆς φύσεως, διὰ τῆς ὁμοίας τῶν ἁγίων τριχῶν ἀπομυρίσεως τῆς ὁμοίας ἰάσεως τυχεῖν.

Ἄλλη δὲ πάλιν γυνὴ τῶν εὐγενῶν καὶ περιφανῶν, καὶ αὐτὴ νομίμως ἀνδρὶ ἐπιδόξῳ συνοικοῦσα, ἐν ἔτεσι

C πλείοσι στεῖρα καὶ ἄπαις ἐγνωρίζετο. τῇ ἀνδρὸς δὲ πίστει τῷ τάφῳ προσπεπτωκότος τοῦ ἁγίου, καὶ ἔλαιον ἅγιον ἐκεῖθεν εἰληφότος τῇ γυναικὶ, κἀκείνης ἐκ πίστεως ἀλειψαμένης, καὶ τὸν τοῦ μεγάλου Ἀρχιερέως εὐχὴν ἐπικαλεσαμένης, παραυτίκα τῶν τῆς στειρώσεως ἀπελύθη δεσμῶν, καὶ λοιπὸν τέκνων πλειόνων ἀναδείκνυται μήτηρ.

Ἀλλ' οὐ μόνον τοῖς τῷ ἱερῷ τάφῳ πελάζουσιν αἱ θαυματουργίαι τοῦ ἱεράρχου πηγάζουσιν· ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ἐπ' ἀλλοδαπῆς γῆς, καὶ τὰ ἄκρα τῆς οἰκουμένης οἰκοῦσιν, ἐπικαλουμένοις ὁ θεόληπτος πατὴρ ἐπιφαίνεται. καὶ τούτου μάρτυς ἡμῖν ἀψευδὴς ὁ τῆς Σικελίας στρατηγὸς, φρικτοῖς ὅρκοις πληροφορῶν, ὡς μέλλων

D εἰς πόλεμον συμβαλεῖν ἐν Σικελίᾳ τοῖς Ἀγαρηνοῖς, καὶ ἀγῶνι πολλῷ συνεχόμενος, καὶ τὸν μέγαν Ἰγνάτιον εἰς συμμαχίαν θερμῶς ἐπικαλούμενος· εἶδον, φησὶν, αὐτὸν ὀφθαλμοφανῶς ἐπὶ τοῦ ἀέρος ὥσπερ ἐφ' ἵππου λευκοῦ καθήμενον καὶ παρεγγυώμενον, πρὸς τοῖς δεξιοῖς μέρεσιν ὁδηγεῖν τὸν στρατὸν, καὶ τὴν δόξαν εὐθὺς καθορᾷν τοῦ Θεοῦ. ὃ καὶ πεποιηκότα τὸν στρατοπεδάρχην· Μουσιλίκης δὲ ὄνομα τῷ ἀνδρί· κατακράτος τοὺς ὑπεναντίους ἑλεῖν.

Πῶς δὲ τὸ τῆς γυναικὸς ἐκείνης θαυμάσιον πάθος, καὶ τὴν θαυμασιωτέραν ἐπ' αὐτῇ τοῦ ἁγίου παραδοξοποιίαν σιωπήσαιμεν, ἥ τις ἄρρεν ἐγκυμονοῦσα, καὶ ὠδίνουσα ἤδη πρὸς τὸ τεκεῖν, ἐπειδὴ ἐπὶ πό-

E δας τὸ βρέφος κατηνέχθη, οὔτ' αὐτὸ προελθεῖν ἔτι δυνατὸν ἦν, καὶ τῇ τικτούσῃ ὀξυτάτας καὶ ἀνυποίστους τὰς ἀλγηδόνας προσετίθη. καὶ ἐπεὶ εἰς ἀμηχανίαν περιέστη τὸ πρᾶγμα, ἵνα μὴ καὶ ἡ γυνὴ συναπόληται, παρῆσαν μὲν ἰατροὶ χειρουργεῖν τὸ ἔμβρυον, καὶ ἐξέλκειν τεμνόμενον μεληδόν. προνοίᾳ δὲ θειοτέρᾳ τοῦ καθ' ἡμᾶς ὑπεμνήσθησαν μεγάλου θαυματουργοῦ. καί τις ἐκ τῶν παρόντων λείψανον ἔχων τοῦ πέπλου βραχύτατον, τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς αὐτοῦ κηδείας ἐκ πίστεως καταμεμερισμένου τοῖς λαοῖς, καὶ τοῦτο προαγαγὼν, καὶ τὸν ἅγιον ἐπικαλεσάμενος, ἐπειδὴ μόνον τῇ

ὀσφύϊ

ANNO CHRISTI 869.

ὀσφύϊ περιῆψε τῆς γυναικός, περιέστραπται μὲν τὸ A βρέφος εὐθὺς ἐπὶ κεφαλὴν, ἐκδυθεὶς δὲ λοιπὸν γεννηθὲν, Ἰγνάτιος πρὸς τῶν γεννητόρων κατωνόμασται, εἰς ὑπόμνησιν ἥκων διὰ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπ' αὐτῷ γενομένης διὰ τοῦ πατριάρχου θαυματουργίας. τοῦτο τί τῶν Ἀποστολικῶν τεράτων ἀπολείπεται; τοῦτο τί τῆς ἐν Πέτρῳ καὶ Παύλῳ δυνάμεως ἐνδεῖ; ἡ γὰρ ἐν ἐκείνοις ἐνεργοῦσα χάρις τοῦ πνεύματος, ὡς καὶ διὰ τῶν σουδαρίων καὶ σιμικινθίων ἐκείνων θαυμασιώτατα δρᾶν, αὕτη καὶ νῦν διὰ τοῦ Ἀποστολικοῦ τούτου ἀνδρὸς, νέου ὡς ἀληθῶς Θεοφόρου, καὶ διὰ τῶν ἐπὶ τοῦ σκίμποδος ἱματίων τῶν τῷ ἱερῷ λειψάνῳ ἐγγισάντων, καὶ διὰ τῶν σιδηρῶν κλοιῶν, οἷς τοὺς ἱεροὺς πόδας ἀνδρὸς κατέκλεισαν ἀσεβεῖς, τὰ ὅμοια πεπίστευται δρᾶν εἰς τὴν τοῦ B Θεοῦ δόξαν, καὶ σωτηρίαν τῶν πιστῶν.

Ἐῶ λέγειν, ὅσους νεφριτικῷ τετρυχωμένους νοσήματι, καὶ ἐκτενῶς ἐπικαλεσαμένους ἐθεράπευσεν· ὅσους λεπροὺς καὶ ἐλεφαντιῶντας ἐκαθάρισε, καὶ τυφλοὺς ἐφώτισε, καὶ παρειμένους ἀνώρθωσε, καὶ ξηρὰς χεῖρας καὶ πόδας ἔχοντας ἰάσατο. ἀφίημι καὶ ὅσους ὑπὸ πυρετοῦ καὶ ῥίγους τρυχομένους, καὶ ὅσους ὑπὸ πνευμάτων πονηρῶν ἐταζομένους ἄχρι καὶ τήμερον ἰᾶται, καὶ διὰ τῆς τιμίας ἁλύσεως πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἀποκαθαίρων τῶν ἐν ἀληθείᾳ καὶ πίστει προσφευγόντων τῇ ἁγίᾳ θεραπείᾳ σορῷ. οὐδὲ γὰρ εἰ βουληθείημεν, ταῦτα τῷ λόγῳ δυνατὸν ἐξαριθμεῖ- C σθαι. ἑνὸς δὲ ἔτι μνημονεύσαντες τῶν θαυμασίων, ὀλίγα τῶν μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου κοίμησιν ἱστορουμένων ἔτι τῷ λόγῳ συνάψομεν. πῶς γὰρ τοῦ Λυδοῦ σακελλαρίου σιωπῇ τὸ πρᾶγμα παραπέμψομεν; ὃς ὑποβολῇ Φωτίου τοῦ ἀναιδῶς εἰς τὸ μοναστήριον εἰσελθὼν, ὥστε πάντας τοὺς τῷ ἁγίῳ τάφῳ προσλιπαροῦντας ἀσθενεῖς μετὰ μαστίγων ἐξῶσαι καὶ ὕβρεων· καὶ τοῦτο δεδρακὼς, προστίθησι κακὸν τῷ κακῷ, καὶ προστάσσει πλησιαίτατα τοῦ ἱεροῦ τάφου κατορύσσειν, καὶ εἰς βάθος ἀνασκάπτειν τὴν γῆν, πρόφασιν μὲν, ὡς ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ πρώην ὑπὸ τοῦ πατριάρχου χρυσίου κατακρυβέντος πολλοῦ. τὸ δ' ἀληθὲς, ὡς ἂν ἀτιμίαν τῷ τιμίῳ λειψάνῳ προστρίψαιτο. οὕτως αὐτῷ ὁ φθόνος D πάντη κατακεκυριεύκει τῆς μανιώδους ψυχῆς, οὐδὲ μετὰ τὸν θάνατον ἠρεμεῖν ἐᾶν. ἅμα δὲ τῷ λόγῳ τοῦ ἀθεμίτου ἐκείνου προστάγματος, καὶ θεήλατος τὸν ἀσεβῆ μετῆλθεν ὀργή. ἐνταῦθα μόνον οὐκ ἀνασχομένης ἐπ' αὐτῷ τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας, ἀλλ' ὀξυτάτην ἐνδίκως ὑπενεγκούσης τὴν τομήν. εὐθὺς οὖν μεγάλα βοῶν ὁ σαθρὸς οἷα σφαγιαζόμενος, ἄνωθέν τε καὶ κάτωθεν τῷ οἰκτίῳ αἵματι κρουνηδὸν περιρραινόμενος, καὶ φορείῳ οἴκαδε ἀναγόμενος, ἄφωνος ἐν ἡμέραις τέσσαρσιν ἀπέψυξε τιμωρούμενος.

Τοιαῦτα τοῦ ἡμετέρου πατρὸς τὰ διηγήματα. τοιαῦτα τοῦ καλοῦ ποιμένος τὰ προτερήματα. οὕτως ὁ μακαριώτατος καὶ ζῶν ἐπὶ γῆς ἐννομώτατός τε ἦν καὶ E χριστοφιλέστατος, πάντα λέγων καὶ πράττων εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ τῆς ἐκκλησίας οἰκοδομήν· καὶ πρὸς Θεὸν μεταστὰς, ὠφελιμώτατος καὶ σωτήριος, ὡς ἀμέσως ἐντυγχάνων ὑπὲρ ἡμῶν τῷ Θεῷ.

Τί δὲ ὁ λεγόμενος Φώτιος; ἆρα τὴν ἐπ' αὐτῷ γενομένην κρίσιν ὡς ἔνδικον καταδεξάμενος, τῶν πολυπλόκων ἀπέσχετο διαβουλίων; ἢ ὑπὸ τὴν κραταιὰν τοῦ Θεοῦ χεῖρα ταπεινωθεὶς, τῆς θείας ἑαυτὸν ῥοπῆς ἐξῆψε λοιπόν; ἢ πλεῖον μὲν τῆς αὐτοῦ κακομηχανίας οὐκ ἐξέστη, μετριώτερος δὲ ἑαυτοῦ καὶ ἐπιεικέστερος διὰ τῆς καταγνώσεως κατέστη;

VITA IGNATII PATRIAR.

A plorata, ad ilia admovet, fœminaque tacta ſolum, infans repente in caput verſus, indeque ſalvus & incolumis editus, Ignatius a parentibus, ut ab ipſo nomine ſibi impoſito rediret in memoriam miraculi a patriarcha perpetrati, eſt appellatus. Et hoc cur apoſtolicis illis prodigiis inferius ducatur? Quid Petri & Pauli virtuti cedit? Vis enim Spiritus ſancti in illis efficiebat, ut ſudaria & ſemicinctia illorum ingentia ſigna ederent. Hæc eadem modo per apoſtolicum hunc virum, novum vere deiferum, efficit, ut velamenta feretri, quæ ſacras illas reliquias tantum contigerant, compedeſque ferreæ, quibus impii homines ſacros illius B pedes preſſerant, non minora ad Dei laudem, fideliumque ſalutem feciſſe credantur.

Mitto dicere, quot renum doloribus confectos toto animo rogatus curarit: quot elephanticos ſeu leproſos abſterſerit, quot cæcos illuſtrarit, fractos & jacentes erexerit, & qua manibus, & qua pedibus aridos reſtituerit. Prætereo febrientes, aut ab improbis ſpiritibus tortos, quot ſanarit, hodieque ſanet, ac per veneranda vincula omnes prope morbos, omneſque ægritudines pellat curetque eorum omnium, qui ſincera fide ad ſacrum illius tumulum confugiunt. Neque ſane, quamvis volens, C poſſim omnia dicendo percenſere. Unum tamen illud miraculum adjungentes, pauca ex iis quæ poſt viri ſancti mortem eveniſſe narrantur, hiſtoriæ adjiciemus. Etenim quo pacto Lydi illius ſacellarii facinus ſilentio prætereamus? qui ab impudente Photio ſubmiſſus in cœnobium venit, ut ægros omnes ad ſepulcrum illius ſupplicantes, conviciis & flagris exigeret. Quo facto ſcelus addit ſceleri: terram enim proximam ſacræ tumbæ alte jubet effodi; in ſpeciem quidem, quaſi ingentem auri vim patriarcha illic condiderit; reipſa autem, ut ſacris oſſibus contumeliam irrogaret, adeo animum hominis furioſum invidia occuparat, D uti ne poſt mortem quidem ( Ignatii ) ab illo ceſſerit. Simul ac enim hoc ille verbo impie edixerat, vindicta numinis impium proſecuta eſt: hic duntaxat Dei patientia ſe diutius continere non potuit, ſed e veſtigio plagam inflixit. Ergo ſuperbus ille horrendum boans, & tanquam victima ſupra infraque ſanguine diffluens, domumque delatus, elinguis intra quatriduum a Deo punitus expiravit.

Hæ ſunt rerum a patre noſtro geſtarum narrationes. Hæ boni paſtoris prærogativæ. Ita beatiſſimus ille dum in terris ageret, ſe E quam ſanctiſſime religioſiſſimeque geſſit, rebus omnibus ad Dei laudem & eccleſiæ ædificationem relatis: & per mortem ad Deum profectus, nobis apud illum ſalutaris juxta ac utiliſſimus eſt patronus, ut qui Deo præſens citra ullum medium interpellat pro nobis.

Quid autem is qui dicitur Photius? an judicium de ſe rite factum eſt veritus, atque impia conſilia abjecit? An ſub potenti manu Dei humiliatus, divinæ ſe deinceps voluntati commiſit? An perſeveravit quidem in improbis machinationibus ſuis ſemper, ſed ex damnatione ſui ſeipſo æquior

& mo-

& modeſtior eſt redditus : Nihil minus. A Toto illo decennali exilio infinitas technas & inſidias adverſus ſanctum impia mente molitus eſt. Cumque illum irretire capereve nullo modo poſſet, imperatoris animum ſibi conciliare tentat. Ergo artibus omnibus ſtrophiſque in conſilium adhibitis, reperit viam, qua imperatoris ſimplicitatem levitatemque caperet, & vide quam probabilem, & ipſius ingenio dignam. Obſervatis enim nominibus ſingulorum, ipſius, inquam, imperatoris Baſilii, & Eudociæ Auguſtæ conjugis, liberorumque, Conſtantini, Leonis, Alexandri, Stephani; ex primis ſingulorum nominum literis compoſitis componendæ fraudis occaſionem arripit. B Hiſtoriam enim, ſive genealogiam, quæ nuſquam eſt, aut fuit, contexens, Tiridatem illum inclytum Armeniæ regem, qui ſancti Gregorii martyris ævo imperitavit, ſtirpis caput fingit. Ex illo, nominibus pro arbitratu excogitatis, gentem deducit, & alios ex alio fabuloſa narratione condit. Quando demum ad parentem Baſilii pervenit, ſcripſit, naſciturum ex eo talem plane virum, qualis ipſe erat Baſilius, eique nomen eſſe Beclas; quem omnium retro regum feliciſſime & diutiſſime regnaturum vaticinatur: innumeraque mendacia, quibus auditorem capi intelligebat, in librum ſuum concenturiat, & C litteris Alexandrinis in vetuſtiſſima charta ad ipſam antiquitatis ſpeciem expreſſis conſcribit, atque theca, ſeu tegumento ex antiquiſſimo codice detracto veſtit, atque in illa nobili palatinaque bibliotheca clam reponit.

Adminiſter & fidus illi in hac ſcena & fabula Theophanes erat, palatinus ea tempeſtate clericus, habenſque apud imperatorem eruditionis opinionem, ac poſtea in improbæ operæ præmium epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ creatus. Hic commentitium hunc libellum in bibliotheca, ut dictum eſt, re- D poſitum, opportuno tempore extrahit, imperatorique librum, velut ceteris omnibus admirabiliorem & arcanis refertiorem, exhibet: ſimulatque neque ſe, neque mortalium quemquam ejus myſteria, præter unum Photium, aſſequi poſſe. Ergo extemplo ad Photium mittitur. Prætexit ille, nulli poſſe arcanum illud, niſi ſoli imperatori committi, de quo illud ipſum perſcriptum eſſet. Quid igitur? capitur imperatoris ſimplicitas hac fabula, & cum Photio in gratiam redit. Solent enim ſtultæ, quamvis vaniſſimæ prædicationes excelſam & gloriæ appetentiorem indolem eludere & enervare, penituſque in ſuam poteſtatem redigere. E Hæc inter Baſilium & Photium origo familiaritatis. Hinc eccleſiæ tranquillius ſtatus funditus everſus. Hæc primæ turbæ & diſſenſionis redintegratio. Hinc aſſiduus in palatio Photius benevolentiam imperatoris furtim colligebat, & demum ſuis præſtigiis & morum illecebris totum ſibi virum vindicavit. Exiit mox & alia neceſſitudinis occaſio, Theodorus ille habitu vel ſpeciem monachus, ſed omnium improborum improbiſſimus, & verſutorum verſutiſſimus, Santabarenus, inquam, de quo,

οὐδαμῶς. πάντα δὲ τὸν δεκαετῆ χρόνον τῆς ὑπερορίας, μυρίας κατὰ τοῦ ἁγίου κακονοίας κινῶν, ἐπειδὴ πανταχόθεν ἀνάλωτον αὐτὸν ἑώρα καὶ ἄληπτον, τοῦ βασιλέως ἐφ᾽ ἑαυτὸν τὴν εὔνοιαν ἐπισπάσασθαι μηχανᾶται· καὶ πᾶσαν μὲν βουλήν, πᾶσαν δὲ τριβὴν λογισμῶν πρὸς τοῦτο κινῶν, εὗρεν ὁδὸν λοιπόν, δι᾽ ἧς τῆς ἁπλότητος, ἤτοι κουφότητος κατωρχήσατο τῆς βασιλικῆς. καὶ σκοπεῖτε ὡς πιθανήν, καὶ τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἀξίαν. τῶν ὀνομάτων γὰρ ἕκαστον περισκεψάμενος, αὐτοῦ δέ φημι Βασιλείου τοῦ βασιλέως, Εὐδοκίας τε τῆς αὐτοῦ γαμετῆς, καὶ τῶν παίδων, Κωνσταντίνου, Λέοντος, Ἀλεξάνδρου, καὶ Στεφάνου· ἐξ ἑκάστου δὲ τὸ πρῶτον γράμμα λαβὼν καὶ συντιθείς, ἐντεῦθεν λαμβάνει τῆς ἀπάτης τὴν ἀφορμήν. ἱστορίαν γάρ, ἤτοι γενεαλογίαν τὴν μήτ᾽ οὖσαν, μήτ᾽ οὖν ποτε γενομένην ἀναπλάσας, Τηριδάτην μὲν ἐκεῖνον τὸν μέγαν Ἀρμενίων βασιλέα, τὸν ἐπὶ τοῦ ἱερομάρτυρος λέγω Γρηγορίου, προπάτορα τίθεται τῷ λόγῳ, ἐξ ἐκείνου δὲ τὴν γενεαλογίαν ὀνόμασιν, οἷς ἠθέλησεν, ἐπισυνείρων, καὶ ἄλλους ἐξ ἄλλων τῷ πλασματώδει κατάγων ἱστορίᾳ, ἡνίκα δὴ πρὸς τὸν πατέρα κατῆλθε Βασιλείου, τοῦτον ἔγραψεν, ὡς ἄνδρα γεννήσει τοιοῦτον, οἷος αὐτὸς Βασίλειος ἦν· τὸ δὲ ὄνομα εἶναι Βεκλᾶς· ὃν εὐτυχέστατα καὶ πολυχρονιώτατα τῶν ἐξ αἰῶνος βεβασιλευκότων βασιλεύσοντα προ[illegible]ει. μυρίοις δὲ ψεύδεσιν, οἷς ᾔδει γάννυσθαι τὸν ἀκούοντα, τὸ σύγγραμμα καταρτισάμενος, ἐπὶ παλαιοτάτων μὲν τοῦ χαρτίων γράμμασιν Ἀλεξανδρείοις, τὴν ἀρχαϊκὴν ὅτι μάλιστα χειροθεσίαν μιμησάμενος, γράφει· ἀμφιέννυσι δὲ καὶ πτύχαις παλαιοτάταις, ἐκ παλαιοτάτου βιβλίου ἀφαιρούμενος, κἀντεῦθεν τῇ μεγάλῃ τούτου τοῦ παλατίου ἀποτίθεται βιβλιοθήκῃ.

Ὁ κατὰ ταῦτα δὲ πιστῶς ὑπηρετούμενος, καὶ τὴν ἀπάτην αὐτῷ τοῦ δράματος συγκατασκευαζόμενος, Θεοφάνης ἐκεῖνος ἦν, κληρικὸς μὲν τότε βασιλικός, καὶ δόξαν σοφίας ἱκανῶς ἔχειν παρὰ τῷ βασιλεῖ νομιζόμενος, ὕστερον δὲ Καισαρείας Καππαδοκίας ἐπίσκοπος γεγονώς, ἆθλον δηλαδὴ τοῦτο τῆς κακοτεχνίας ταύτης λαβών. λαβὼν γὰρ τὸ πλασματῶδες ἐκεῖνο βιβλίον, καὶ τῇ βιβλιοθήκῃ, καθὼς εἴπον, ἀποθέμενος, εἶτα ὥρας εὐθέτου δραξάμενος, ἐπιδείκνυσι τῷ βασιλεῖ, ὡς πάντων καὶ βιβλίων θαυμασιώτατον καὶ μυστικώτατον ὄν. σκήπτεται ἀπορεῖν, οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἄλλος τις, φησίν, ἀνθρώπων, ἢ Φώτιος, τοῦτο διαγνῶναι δύναιτ᾽ ἄν. πι[illegible] εὐθὺς ἀποστέλλεται πρὸς αὐτόν. σχηματίζεται ἐκεῖνος, μὴ δύνασθαι πρὸς ἄλλον εἰπεῖν τὸ μυστήριον, ἢ πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ οὗ καὶ γέγραπται τοῦ βασιλέως. τί οὖν; ἡττᾶται λοιπὸν τῆς ῥᾳδιουργίας ταύτης ὁ Βασίλειος, ἀποτίθεται τὴν δυσμένειαν, καὶ εἰς καταλλαγὰς ἐντεῦθεν χωρεῖ. οἶδε γὰρ ἡ ἀγαθὴ πρόρρησις, κἂν ὅτι μάλιστα ψευδὴς ᾖ, καταχαυνοῦν καὶ ἐκλύειν καὶ ὅλην ἑαυτῆς ποιεῖσθαι τὴν μεγαλόφρονα καὶ φιλοδοξοτάτην ψυχήν. τοῦτο πρὸς Βασίλειον τῆς τοῦ Φωτίου φιλίας ἀρχή· τοῦτο τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης κατάλυσις, καὶ τῆς πρώτης ἀποστασίας ἀνανέωσις. ἐντεῦθεν συνεχῶς τοῖς βασιλείοις ὁ πολυμήχανος ἐπεχωρίαζε, κλέπτων μὲν τὴν εὔνοιαν τοῦ κρατοῦντος, ὅλον δὲ πρὸς ἑαυτὸν τὸν ἄνδρα ταῖς γοητείαις τῶν λόγων καὶ αἱμυλίαις τῶν τρόπων κατασκευαζόμενος. ἐπεγένετο δὲ καὶ ἄλλη τις

ANNO CHRISTI 869.

τις δὲ αὐτῷ οἰκειώσεως ἀφορμή. Θεόδωρον γὰρ ἐκεῖνον, ἄχρι τοῦ σχήματος τὴν ἱματίων ἀββᾶν, πάντων δὲ δεινῶν ὄντα δεινότατον, καὶ πανούργων πανουργότατον, τὸν Σανταβαρηνὸν οἶδ' ὅτι πάντες ἀκούετε· τοῦτον οὐκ οἶδ' ὅπως ὁ Φώτιος ἐραστής· καὶ γὰρ τῷ ὁμοίῳ αὐτοῦ, κατὰ τὴν παροιμίαν, προσκολληθήσεται ἀνήρ· ὡς ἄνδρα ἅγιον, καὶ διορατικώτατον, καὶ προφητικώτατον, ταῦτα μὲν οὐκ ὄντα, πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ· μαντικῆς δὲ, μᾶλλον δὲ μαγικῆς, φασὶ, καὶ ὀνειροκριτικῆς, ἤτοι δαιμονιώδους σοφίας καὶ ψυχικῆς μετεσχηκότα τῷ αὐτοκράτορι προσάγει, καὶ μυρίοις ἐπαίνοις προσοικειοῖ· καὶ ἐγκόλπιον αὐτῷ ποιησάμενος, τῷ πατριάρχῃ μὲν ἐπιβουλεύει, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ πατριαρχείου ῥῖψιν δι' αὐτοῦ λαθραίως ἐπάγειν ἐπειρᾶτο, ἑαυτῷ δὲ αὖθις ἀνόμως τὴν ἀνάβασιν ἐμνᾶτο. ἐπεὶ δὲ τοῦτο συνεῖδε σκληρὸν ὂν, φανερῶς εἰς ἱερωσύνην παρὰ τοῦ ἁγίου δεχθῆναι, πᾶσαν ἐμηχανᾶτο μηχανήν. ἀλλ' ὁ πατριάρχης κανόσι Θεοῦ καὶ θεσμοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀκολουθῶν, καίτοιγε πολλὰ παρενοχληθεὶς, οὐ κατεδέξατο, οὐδὲ τῷ φονίῳ λύκῳ κατὰ τοῦ ποιμνίου πάροδον παρέχειν, ἵνα μὴ αὐτὸς ἑαυτῷ περιπέσῃ, καὶ ταῖς ἰδίαις ἐναντιωθεὶς ὁμολογίαις, ἐνδίκως ἀποστερηθῇ τῆς τιμῆς. τὸν γὰρ ὑπὸ συνόδου κανονικῶς καθῃρημένον, οὐ μερικῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ οἰκουμενικῆς, μᾶλλον δὲ ὡς μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐνθέσμως τῆς ἱεραρχίας ἁψάμενον πλέον αὐτὸν ἀποκεκηρυγμένον, ἀμήχανον εἶναι διετείνετο ἄνευ συνόδου μείζονος καὶ κυριωτέρας ἀθῳοῦσθαι. ἀλλ' ἐκεῖνος οὐδενὸς λόγον κανόνος ἢ νόμου ποιούμενος, ἑαυτῷ τὰ τῆς ἱερωσύνης ἐπέξεψε· καὶ ἤδη πρὸς τοῖς βασιλείοις ἐπὶ τῇ καλουμένῃ Μαγναύρᾳ καθήμενος, ἐξάρχους τε προεβάλλετο, καὶ χειροτονίας ἐπετέλει, καὶ ὅσα πρὸς ὕβριν μὲν τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, θλῖψιν δὲ τοῦ πατριάρχου, ἀπώλειαν δὲ τῆς ἰδίας ψυχῆς, ἀνοσίως ὁ ἀνοσιώτατος εἰργάζετο. οὕτω τῆς βασιλικῆς εὐηθείας κατεφρόνει, μᾶλλον δὲ τῆς ἀνοχῆς τοῦ Θεοῦ καὶ μακροθυμίας ὁ δοξοχαρὴς ἐκεῖνος καὶ σκανδαλοποιὸς ἄνθρωπος ὑπερφρονῶν, καὶ πᾶν τὸ περὶ τὸν βασιλέα θεραπευτικὸν καὶ οἰκίδιον ὑποποιούμενος, καὶ τὴν ἐνδομυχοῦσαν αὐτῷ κακίαν καὶ πονηρίαν πολὺ μᾶλλον ἢ πρώην ἐντονωτέραν ἐπιδεικνύμενος, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς κοσμικῆς δυναστείας πολλῷ πλέον προσλαμβανόμενος ῥοπήν· οὕτω τρίτη μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου παρῆλθε μετάστασιν ἡμέρα, καὶ τὸν πατριαρχικὸν ἐπικαταλαμβάνει θρόνον, καὶ τὴν πάλαι λῃστρικὴν αὐτοῦ καὶ τυραννικὴν γνώμην, καὶ τὴν κατὰ τοῦ ἁγίου λύτταν ἀνανεούμενος, πάντας μὲν τοὺς οἰκείους ἐκείνου θεράποντας φυλακαῖς καὶ πληγαῖς καὶ ἐξορίαις καὶ θλίψεσιν ἀνηκέστοις περιέβαλλε· πάντας δὲ τοὺς ἀντιλέγοντας αὐτοῦ τῇ ἀνόδῳ, ὡς οὐ κανονικῶς, ἀλλ' ἀθέσμως καὶ παρανόμως γινομένῃ, μυρίαις ἐπινοίαις κατεστρατήγει· οὓς μὲν δώροις καὶ ἀξιώμασι, καὶ θρόνων μεταθέσεσι πρὸς τὴν μετ' αὐτοῦ κοινωνίαν ἐπαγόμενος· οὓς δὲ συκοφαντῶν, καὶ ἐπ' αἰσχρουργίαις ἀρρήτοις διασύρων τὸ πρῶτον, καὶ πικρῶς διαλοιδορούμενος, εἴτις αὐτῶν αὐτῷ μετὰ ταῦτα κοινωνεῖν ἀνωμολόγησε, αὔραις φέρειν ἐξαπίνης ἐκεῖνα πάντα παρεχώρει· καὶ συλλειτουργὸς αὐτῷ σήμερον ὁ ἱερόσυλος χθές· καὶ ἱεροφάντης μέγας καὶ τίμιος ὁ κλέπτης καὶ πόρνος καὶ βέβηλος πρώην ὑπ' αὐτοῦ μεθ' ὅρκων ἀποδεικνύμενος· οὓς δὲ πρὸς τὴν αὐτοῦ κοινωνίαν εὗρε στερρῶς ἀνθισταμένους· ἐνίσταντο δὲ πάντες,

VITA IGNATII PATRIAR.

opinor, audiviſtis omnes. Hunc neſcio quomodo repertum, (nam pares, ut dicitur, cum paribus facile congregantur) ut virum ſingulari ſanctitate, præſcientia, rerumque futurarum cognitione pollentiſſimum: quibus tamen virtutibus non ſolum caruit omnibus, ſed contra, ut ajunt, magicis præſtigiis, & ariolandi, conjectandi, incantandi, animaſque evocandi artibus inſignis habebatur: hunc imperatori ſiſtit, immenſiſque celebratum laudibus commendat. Cumque jam imperatore intimo familiariſſimoque uteretur, Photius per eum patriarchæ Ignatio inſidiatur, ſedemque amiſſam occulte recuperare conatur, ſibique denuo reditum ſacrilege comparat. Quod tamen ubi fore difficile ſenſit, aperte, ut in ſacerdotium reſtitueretur, a viro ſancto omni ope contendit. Sed patriarcha canonum divinorum, legumque eccleſiaſticarum obſervantiſſimus, tametſi vehementer ſollicitatus, illum tamen haud admiſit, nec graſſanti lupo reditum ad Chriſti caulam indulſit, ne ſecum ipſe pugnaret, ſuaſque oppugnaret ſubſcriptiones, meritoque deinde de gradu dignitatis deturbaret. Nam a ſynodo rite exauctoratum, non modo provinciali, ſed etiam generali, immo qui nec ab initio quidem unquam legitime ſedem ſacram occupaſſet, atque inſuper publice damnatus eſſet, niſi majorem & amplioris auctoritatis ſynodo non poſſe abſolvi contendebat. At ille canonibus legibuſque contemptis, ultroque ſibi ſacerdotio denuo arrogato, ſedebat in regia Magnaura dicta, conſtituens exarchos, & ſacros ordines conferens. Nam quidquid ad eccleſiæ contumeliam, virique ſancti afflictionem, ſuumque ipſius exitium ſpectabat, ſacrilege profaniſſimus audebat, adeo imperatoris ſimplicitate, immo longa Dei patientia & pœnitentiæ expectatione abuſus homo ambitioſus peſſimique exempli, & palatinis omnibus ſibi conciliatis, ſuaſque in partes traductis, latente intus ſcelere multo quam antea magis apertiuſque prodito, multoque majore quam antea vi ſæcularis poteſtatis comparata, non toto, quam Ignatius obierat, triduo elapſo, tribunal patriarchale, revocata priſtina & patricidali tyrannicaque mente, occupavit; & furore adverſus ſanctum renovato, cunctos illius domeſticos ac ſervos cuſtodiis, verberibus, exiliis, aliiſque intolerandis malis & ærumnis oppreſſit. Provectioni porro illius contra leges & ſanctiones eccleſiaſticas factæ quicumque repugnabant, hos mille artibus expugnavit. Alios quippe muneribus & honoribus permulcendo, vel ſedium epiſcopalium permutationibus, ad ſocietatem & communionem attraxit. Alios primum criminationibus inauditiſque calumniis traducendo, graviterque lancinando; quos tamen eoſdem mox, ſi ſe ad ejus partes adjunxiſſent, cauſa tota ventis commiſſa, abſolvit. Ita qui modo illi ſacrilegus erat, is eidem mox ſymmyſta & comminiſter fiebat. Qui prius fur, adulter, & profanus ab illo juratiſſimo probabatur, ille mox eidem magnus & venerandus ſacrorum antiſtes habebatur. Quos autem in ſententia firmos, ſuam communionem penitus averſari videbat: averſabantur autem omnes qui vere Chriſtiani erant, quique perſuaſum habebant, ſe cum eo

VITA IGNATII PATRIAR.

eo qui a ſancta & œcumenica ſynodo rite A ſanctèque damnatus eſſet & depoſitus, ſine ſummo ſalutis periculo & exitio communicare non poſſe: neque cum illo in unum Chriſti corpus coaleſcere, qui millies venerandam Chriſti crucem pedibus conculcaſſet, alioſque omnes per chirographa vi extorta conculcare coegiſſet: hos, inquam, omnes quotquot vinculis flagriſque frangere non poterat, affini ſuo Leoni cognomento Catacalo, biglæ, ſeu vigiliarum præfecto, quem ipſe ad eam dignitatem provexerat, homini ſæviſſimo immaniſſimoque tradebat: qui ut ſe de beneficio gratum exhiberet, miſſos ad ſe cunctos (ut brevi carnificinam illam comprehendam) Liciniana quadam im- B manitate excruciabat. Ex quibus multos pro veritate ad necem uſque propugnantes ſuſtulit: plures tamen intolerandis victos tormentis, præclari muneris loco, mittenti remittebat. Quis, per Deum immortalem, temporis hujus tempeſtatem & iniquitatem; immo quis tortuoſi draconis illius inſidias & machinationes dicendo aſſequatur? Multos veterator ille perjura lingua calumniatus, aut per falſas criminationes exauctoratos, mox ut cum eo rurſum communicabant, commendatos reſtituebat, & nonnunquam ad majores dignitates transferebat. Deinde ſi quis iterum veſana illius inſania offenſus, ſe denuo ab illius ſocie- C tate abſtinuiſſet, hunc rurſum damnabat; & damnatum, ſi ceſſiſſet, mox admittebat. Tanta gloriæ dominandique ſiti æſtuabat, ut illius cauſa per furioſam ambitionem leges divinas, jura omnia, ſacraque permiſceret. In primis autem hoc agebat, ut ordinationes patriarchæ tranſmutaret, atque ab eo damnatos ſedibus reſtitueret. Sed cum id imperatori non probaretur, videte quid tentarit. Conſecratos a ſancto Ignatio reſecrare conatur. Quod cum æque parum ſuccederet, omneſque indigniſſime ferrent, atque execrarentur; ne ita quidem defecit iniquitas. Humeralibus & orariis, & aliis ſtatus ſacerdotalis coemptis inſignibus, ſe- D creto preces ſuper ea quaſdam, (ſi tamen preces, & non potius diræ execrationes appellandæ ſunt) pronuntiabat: ſicque ea ſingulis loco muneris largitioniſque dabat. Atque ut peccatum fieret ſupra modum peccans, ubique juriſjurandi ſacramenta, ubique chirographa exigebat, ſive initiaret, ſive honores & dignitates eccleſiaſticas conferret, ſive epiſcopatus permutaret. Quibuſcumque demum ſe beneficium præſtare cenſebat, hos ſibi obſtringebat, & teſtatiſſimis chirographis exactis ſibi cavebat, ubique ſuam dumtaxat gloriam affectando, noviſque rebus ſtudendo. Neque Dei nutu vel providentia ſibi bene fore unquam credebat, E aut ſperabat; ſed per multiplex ingenium ſuum ſeu artificium, immo maleficium, ſeſe communiebat: adeoque totum eccleſiæ ſtatum permiſcebat, omniumque mortalium animos peſſimis exemplis offendebat; atque ut Chriſti nomen blaſphemaretur, impiis artibus ſuis efficiebat.

Ergo ubi iterum patriarchatum invaſit, Theodorum illum (quem ipſe exul Patrarum metropolitam creavit, quem quidam facete Aphantopolis, hoc eſt, nuſquam extantis civitatis metropolitam nuncupabant) hunc, in-

A ὅσοι ἀληθῶς τῆς χριστιανικῆς πίστεως ἀντείχοντο, τῷ ὑπὸ ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου κανονικῶς ἀναθεματισμένῳ καὶ καθῃρημένῳ ἐπικινδυνότατον λογιζόμενοι καὶ ὀλέθριον κοινωνεῖν, καὶ εἰς ἓν σῶμα Χριστοῦ συγκεκρᾶσθαι, τῷ μυριάκις τὸν τίμιον τοῦ Χριστοῦ καταπεπατηκότι σταυρὸν, καὶ πάντας καταπατεῖν διὰ τῆς τῶν χειρογράφων ἀπαιτήσεως καταβιαζομένῳ· τούτων οὖν ὅσους φυλακαῖς καὶ μάστιξι πείθειν οὐκ εἶχε, τῷ ὠμοτάτῳ πάντων ἀνθρώπων καὶ ἀπηνεστάτῳ παρέπεμπε γαμβρῷ· Λέων δὲ οὗτος ἦν ὁ καλούμενος Κατάκαλος, τῆς βίγλας δρουγγάριος ὑπ' αὐτοῦ προβιβασθείς· ὃς τῆς τιμῆς αὐτὸν ἀμειβόμενος, πάντας τοὺς πρὸς αὐτὸν πεμπομένους· B ἵνα μικρῷ λόγῳ τὴν μιαιφονίαν παραστήσω· ἴσα Λικινίῳ τῷ πάλαι τῇ κατὰ τῶν ἁγίων ὠμότητι ἐχρῆτο. καὶ πολλοὺς μὲν ἀνεῖλεν ἄχρι τέλους τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἔνστασιν ἐνδειξαμένους· πλείους δὲ τῶν ἀνυποίστων βασάνων ἡττωμένους, ὡς δῶρα τίμια πρὸς τὸν πέμποντα τούτους ἀντεπέστελλε. τίς ἱκανῶς τὸ τότε καιροῦ τὴν κακίαν, μᾶλλον δὲ τίς τοῦ σκολιοῦ δράκοντος ἐκείνου τὰς ἐνέδρας ἐξείποι καὶ μηχανάς; πολλοὺς πολλάκις ὁ δόλιος δολίᾳ γλώσσῃ συκοφαντῶν, ἢ ἐπ' ἐγκλήμασι δῆθεν καθαιρῶν, εἰ συνετίθεντο μετ' αὐτοῦ κοινωνεῖν, τούτους αὖθις ἀποκαθίστη συνιστῶν, καὶ ἐπὶ μείζους ἐνίοτε θρόνους μεθιστῶν. καὶ μετὰ ταῦτα δὲ πάλιν εἴ τις αὐτοῦ προσ- C οχθηκὼς ταῖς ἀτοπίαις ἀπέσχετο τῆς κοινωνίας, αὖθις καθῄρει τοῦτον, καὶ μετανοοῦντι προσίετο πάλιν. οὕτως ἔτρεχεν ἐν δίψει πάντα κανόνα θεῖον, καὶ πᾶσαν θεσμοθεσίαν ἱερὰν διὰ τῆς αὐτοῦ φιλαρχίας συγχέει καὶ δοξομανίας. πρὸ τούτων δὲ πάντων ἐπειρᾶτο τὴν τοῦ πατριάρχου προχειρίσεων μεθιστᾶν, καὶ τοὺς κατ' αὐτὴν καθῃρημένους ταῖς ἐκκλησίαις ἀντικαθιστᾶν· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἤρεσκεν οὕτω τῷ βασιλεῖ, ὁρᾶτε οἷον ἐτόλμα. τοὺς ὑπὸ τοῦ ἁγίου τετελεσμένους ἐπειρᾶτο ἀναχειροτονεῖν· ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο τῶν ἀτοπωτάτων ἔδοξε καὶ ἀπευκτῶν, οὐδ' οὕτως ἠρέμησεν ἡ πονηρία· ὠμοφόρια δὲ καὶ ὠράρια ὠνούμενος, καὶ ὅσα τῆς ἱερατικῆς σύμβολα χρηματίζει τελειώ- D σεως, καὶ τούτοις ἐν μυστηρίῳ οἰκείας ἐπιλέγων εὐχάς· εἴγε ταύτας εὐχὰς, ἀλλ' οὐ δυσφημίας ἐναγεῖς ὀνομάζειν χρεών· οὕτως ἑκάστῳ λόγῳ φιλοτιμίας ἐδίδου καὶ χαρίσματος. ἵνα δὲ καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς γένηται ἡ ἁμαρτία, πανταχοῦ ὅρκος, πανταχοῦ τῶν χειρογράφων ἀπαίτησις, ἐν χειροτονίαις, ἐν ἀξιώμασιν, ἐν μεταθέσεσιν· ἐν πᾶσιν οἷς εὐεργετεῖν ἐνομίζετο, καπηδεῖ τότε καὶ ἰδιοχείροις ἰσχυροτάτοις ἠσφαλίζετο. πανταχόθεν τὴν ἰδίαν δόξαν ζητῶν, καὶ χαίρων ταῖς καινοτομίαις· καὶ οὐ διὰ τοῦ Θεοῦ, οὐδὲ διὰ τῆς ἐκείνου συστῆναι ποτὲ προνοίας ἢ πιστεύων, ἢ προσδοκῶν, διὰ τῆς οἰκείας δὲ πολυτεχνίας ἢ κακοτεχνίας ἑαυτὸν ἐπιχειρῶν συ- E νιστᾶν, καὶ πᾶσαν ὅλην συγχέων ἐκκλησίαν, καὶ πᾶσαν οὕτω σκανδαλίζων ψυχὴν, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ βλασφημεῖσθαι διὰ τῆς αὐτοῦ κακομηχανίας παρασκευαζόμενος.

Μετὰ γοῦν τὸ τὸν θρόνον τὸ δεύτερον κατασχεῖν Θεόδωρον ἐκεῖνον, ὃν ἐν ἐξορίᾳ καθήμενος αὐτὸς μὲν εἰς τὰς Πάτρας ἐχειροτόνησε μητροπολίτην· Ἀφαντοπόλεως δὲ τοῦτον ἀστείως οἱ παρ' ἐκείνῳ κατωνόμαζον· τοῦτον πρὸς Ἰωάννην τὸν πάπαν ἀποκρισιά-

ριον

ANNO CHRISTI 869.

ANNO CHRISTI 869.

εἶεν προεχειρίσατο γράψας, ὅτι βίᾳ πολλῇ τῆς ἐκκλησίας ὅλης καὶ τῆς πολιτείας ἀναγκασθεὶς, ἐπὶ τὸν θρόνον ἀνῆλθε καὶ μὴ βουλόμενος. ἵνα δὲ βεβαιώσηται τὸ ψεῦδος τῶν ἐπιστολῶν, διὰ τοῦ μυστογράφου Πέτρου, ὃς καὶ τῆς Σάρδεως ὕστερον ἔπαθλον τῶν πλασμάτων ἐνήνεκται, δι᾽ αὐτοῦ κλέπτει μὲν τὰς σφραγῖδας τῶν βουλλωτηρίων τῶν ὅλων μητροπολιτῶν· συναρπάζει δὲ καὶ αὐτοὺς μὴ εἰδότας ὑπογράψαι τῷ λιβέλλῳ, πρόφασιν ὡς ἐπὶ μυστικῇ ἀγορασίᾳ. τοσοῦτος τὴν πανουργίαν ἐκεῖνος, καὶ πηλικοῦτος ὑπῆρχε τὴν δεινότητα. πῶς δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν Εὐφημιανὸν ἐκεῖνον παρέλθωμεν σιωπῇ; ὃς Εὐχαϊτῶν μὲν ἐπίσκοπος ἦν, ἐπειδὴ δὲ ὁ Σανταβαρηνὸς τῆς ἐπισκοπῆς ἐκείνης ὡς γείτων ὠρέγετο, τὸν μὲν βίᾳ σχολάζειν ἀναγκάζει, τὸν δὲ ἀντ᾽ αὐτοῦ χειροτονεῖ. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἐπισκοπὰς ἐκ τῶν γειτνιαζουσῶν μητροπόλεων, ὅσας ἐκεῖνος ἤθελεν, ἀφαιρεῖται, καὶ δίδωσιν αὐτῷ. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ παρ᾽ ἑαυτῷ καθίζων πρωτόθρονον τοῦτον κατωνόμαζε. καὶ Νικηφόρον μὲν Νικαίας μητροπολίτην ὄντα βιάζεται παραιτησάμενον ὀρφανοτρόφον εἶναι, Ἀμφιλόχιον δὲ τὸν Κυζίκου πρὸς τὴν Νίκαιαν μεθίστησι. καὶ τυχὸν θανόντος αὐτοῦ, τὸν Συρακούσιον ἀντικαθίστησι Γρηγόριον· ὃν καὶ αὐτὸν μετ᾽ οὐ πολὺ θανόντα οἵοις ἐσέμνυνεν ἐπιταφίοις, ὡς τῶν μεγάλων πατέρων ἐφάμιλλον βεβιωκότα βίον, δι᾽ οὐδὲν ἄλλο τοσοῦτον, ὅσον ὅτι κατὰ τοῦ ἁγίου καθώσπερ ξυρὸν ἄχρι τέλους τὴν γλῶσσαν ὁ δύστηνος παρέθηξε.

Διὰ ταῦτα καὶ ἔτι πλείω τούτων ἀτοπώτερα ἦλθεν ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας· καὶ ἄφνω μὲν τότε τῷ βασιλεῖ τέθνηκε Κωνσταντῖνος ὁ τριπόθητος καὶ πρωτότοκος υἱὸς, ὃν καὶ ἅγιον ὁ τολμητίας οὗτος εἰς τὴν τοῦ πατρὸς χάριν ἐξ ἑαυτοῦ χειροτονῶν, μοναστηρίοις τε καὶ ναοῖς ἀνθρωπαρεσκίᾳ τιμᾶν οὐκ ηὐλαβεῖτο.

Αὐτίκα δὲ καὶ ἡ μεγάλη πόλις Συρακοῦσαι τὴν φρικτὴν ὤλετο πανωλεθρίαν· καὶ πᾶσα νῆσος, καὶ πᾶσα πόλις καὶ χώρα προνομεύεται καὶ καταφθείρεται μέχρι καὶ σήμερον τοῖς ἐχθροῖς, οὐδεμιᾶς ἐκ τῶν ἱερᾶσθαι δοκούντων ἱλεουμένης τὸν Θεὸν προσευχῆς· ἀλλὰ κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἐγενόμεθα ὄντως πρόβατα, οἷς οὐκ ἔστι ποιμήν. χρονίσασα γὰρ ἡ κακία, καὶ πολλοῖς ὑποδείγμασι παγιωθεῖσα, νόμος νενόμισται τοῖς ἀνομοῦσι, καὶ τὸ ἔθισμον ἔθος εἰς φύσιν τρόπον τινὰ τοῖς καταφρονηταῖς καταστὰν, ὅλην ἐπισπᾶται τοῦ Θεοῦ τὴν ὀργήν.

Ἀλλὰ τὸ μὲν καθέκαστον ἐπεξιέναι τὰς καινοτομίας καὶ παρανομίας αὐτοῦ τε Φωτίου τοῦ πρωτοστάτου τῶν ὑποκριτῶν καὶ σταυρομάχων, καὶ πάντων καθεξῆς τῶν αὐτοῦ διαδόχων καὶ τῆς φιλαρχίας κοινωνῶν, ἱστορίας ἔργον, καὶ οὐ τοῦ παρόντος τῷ λόγῳ σκοποῦ.

Ἡμεῖς δὲ τὴν ὑπεράπειρον μακροθυμίαν καὶ ἀνοχὴν ὑμνοῦντες τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, δεχώμεθα τῆς μερίδος ἐξαιρεθῆναι τῶν τὰ σκάνδαλα καὶ τὰς διχοστασίας διὰ τῆς κακίστης αὐτῶν ἐπιθυμίας κατεργαζομένων, κοινωνοὶ δὲ γενέσθαι τοῦ τῶν ἁγίων κλήρου, τῶν διὰ πίστεως καὶ ἀγάπης Θεοῦ, ταπεινοφροσύνης τε καὶ πραΰτητος, τῆς ἐπουρανίου βασιλείας καὶ ἱεραρχίας ἁγίας τοῦ ὑπεραγίου κατηξιωμένων, πρεσβείαις τῆς ὑπεράγνου καὶ παναμώμου θεομήτορος, καὶ τῶν ἐκλεκτῶν καὶ ἱερῶν ἀγγέλων καὶ τῶν πανευφήμων Ἀποστόλων καὶ τῶν πανενδόξων ἀθλοφόρων, καὶ ὅλων

VITA IGNATII PATRIAR.

A quam, Theodorum ad Joannem papam apocriſiarium deſtinavit; per quem ſcripſit, ſe per vim a tota eccleſia, totaque republica coactum, tribunal ſacrum denuo perinvitum conſediſſe. Atque ut mendacium in epiſtola ſcriptum ſtabiliret, per Petrum a ſecretis, qui poſtea ob figmenta Sardium pontifex præmii loco dictus eſt, omnium metropolitarum ſigna furatur; adeoque ipſos ſibi metropolitas ſuffuratur ignaros ſe libello ſubſcripſiſſe, cum arcanam fundi emptionem prætendiſſet. Tantus ille & tam inſignis fraudum omnium & nequitiarum artifex erat. Sed qua ratione taciti cauſam Euphemiani illius Euchaitarum epiſcopi diſſimulabimus, B cujus epiſcopatum propter vicinitatem Santabarenus appetebat? Hunc ergo epiſcopatu cedere cogit, & illi Santabarenum ſufficit. Neque id tantum, ſed epiſcopatus etiam, quoſcumque ille expetebat, vicinis metropolitis ereptos, huic donat: inſuperque juxta collocatum primatem nominabat. Præterea Nicephoro Nicææ metropolitæ, per vim abdicato orphanotrophi curam ac tutelam pupillorum committit. Amphilochium vero Cyzici præſulem Nicæam transfert; cui mox extincto Gregorium Syracuſanum ſubrogat: quem & ipſum mox ſublatum hujuſmodi Photius epitaphiis ornavit, ut magnis illum patribus vita & virtute æquarit: nec id aliam ob cau- C ſam, quam quod infelix linguam ſuam ſicut novaculam acuerit in ſanctum Ignatium uſque in finem.

Has, & his multo plures ac deteriores ob cauſas venit ira Dei ſuper filios diffidentiæ. Subito namque imperatori filius & cariſſimus & natu maximus Conſtantinus eſt ereptus; quem audax Photius in gratiam imperatoris, per ſe in ſanctorum cenſum relatum, templis cœnobiiſque, ad aucupandam hominum gratiam, colere nihil veritus eſt.

Deinde etiam magna Syracuſanorum civitas horrenda clade periit: inſulæque omnes, & cuncta oppida, & omnis provincia hoſtili manu fœde etiamnum hodie vaſtatur, diri- D pitur. & peſſumdatur, nullo ex iis qui rem ſacram adminiſtrare videntur, Deum precibus placante: ſed, ut ſcriptum eſt: *Facti ſumus ſicut oves errantes ſine paſtore*. Matth. 9. Etenim inveterata tempore iniquitas, multiſque exemplis corroborata, pro lege impiis & exlegibus habetur, ipſoque uſu & conſuetudine corruptelarum in morem & naturam abit, atque adeo iram in ſe Dei provocat univerſam.

Enimvero ſigillatim percenſere omnia quæ novata & impie geſta ſunt a Photio architecto & magiſtro hypocritarum hoſtiumque crucis, & omnibus ſucceſſoribus illius & ſociis ambitionis, juſtæ ſit opus hiſtoriæ, non hu- E jus loci argumentum.

Nos vero infinitam Dei patientiam clementiamque memorantes, Dominum univerſorum deprecemur, uti nos a ſorte eorum qui tot ſcandalorum offenſionumque & diſſenſionum cupiditatibus ſuis peſſimis auctores extitere, ereptos, ſortis ſanctorum, qui per fidem & caritatem Dei, humilitatem & manſuetudinem, regno & ſacerdotio ſancto Dei, qui ſanctorum caput eſt omnium, ſunt dignati; precibus intemeratæ puriſſimæque Dei matris, ſelectorumque cælitum angelorum, glorioſiſſimorum apoſtolorum victorum-

VITA IGNATII PATRIAR.

ANNO CHRISTI 869.

que nobiliſſimorum martyrum, ſanctorumque omnium; cumque omnibus noſtri ſancti patris Ignatii patriarchæ CP. vere novi confeſſoris ac deiferi patris, conſortes efficiat in Chriſto Jeſu Domino noſtro: cui laus, honor, adoratio cum æterno Patre, pariterque æterno & vivificante ipſius Spiritu, nunc & ſemper, & in omnes omnium ſæculorum æternitates. Amen.

A τῶν ἁγίων τοῖς ἀπροσδέκτοις καὶ ἱεραῖς ἱκετηρίαις. πρὸς τούτοις πᾶσι δὲ καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰγνατίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ νέου ἀληθῶς ὁμολογητοῦ καὶ θεοφόρου, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ προσκύνησις ἅμα τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ, καὶ τῷ συνανάρχῳ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ENCOMIUM IGNATII PAPÆ.

## EX ENCOMIO S. IGNATII patriarchæ Conſtantinopolitani,

*A Michaele monacho presbytero & ſyncella compoſito.*

## ΑΠΟ ΤΟΥ ΕΓΚΩΜΙΟΥ ΤΟΥ ΕΙΣ τὸν ἅγιον Ἰγνάτιον τὸν γεγονότα πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως,

B Συντεθέντος παρὰ Μιχαὴλ μοναχοῦ πρεσβυτέρου καὶ συγκέλλου.

Eodem interprete Matthæo Radero S.I.

ALter hic & eximius, deifer Ignatius, nobilis ex nobilibus, illuſtris ex illuſtribus, ſanctuſque ex ſanctis oriundus parentibus Auguſtis fuit. Nam pater hujus Michael Rhangabus cognomento, avus illi maternus Nicephorus Genicorum fuit; amboque imperium Romanum adminiſtrarunt. Sanctus porro Ignatius poſt ejectum & abdicatum imperio parentem exectus a Leone eſt Armeno, qui Michaele ſceptris exuto, imperium vi occupavit. Ignatius erepta ſibi virilitate monachum induit, multiſque annis in rerum divinarum ſtudio, & frangendis C corporis cupiditatibus deſudavit. Mater huic erat Procopia, digna plane, propter excellentem animi virtutem, tali filio mater; quæ & ipſa cum viro ſuo Michaele Auguſta religioſa admodum fuit: patria vero hæc ipſa magna urbs Conſtantinopolis. Ferunt Ignatium, poſtquam creatus eſt patriarcha, divi Jacobi Domini fratris ſuperhumerale nactum, ſæpe dum viveret eo ornatum, in eoque ſacris operatum eſſe, & cum eodem poſt mortem ſepultum. Leo tyrannus Ignatium jam viro ſpoliatum præceptori committit improbo, & hæreſiarchæ truculento, qui modis illum omnibus exagitavit, ſævaque imperia præſcripſit; quæ ſi propter corporis imbecillitatem D non exhauſiſſet, plagis, nempe non tam ob neglectum officium, quam quod ab illius dogmatis a vera pietate alieniſſimis abhorreret, rectamque religionem teſtis admiratione dignus defenderet, crudeliter cædebatur. Deinde tyranno vitæ curriculum demenſo, ferulæ ſubductus, nunquam deſtitit cum Joannicio prophetiæ dono præſtante viro, & Theophane cœnobii Agriani præfecto, confeſſione fidei & miraculis illuſtri, familiariter verſari; qui illum patriarcham creatum iri, uti factum eſt, jam ante denuntiarant. Etenim beatiſſimo Methodio ſolium vitamque relinquente, Theodora pia E Auguſta celebrato ſanctorum patrum conventu, præſente quoque ſenatu & univerſo clero, Ignatium patriarcham dicit. Is Chriſti gregem multis annis ſancte præclareque paſcit. Quid demum facit invidia ſtimulatus cacodæmon? adverſus paſtorem bonum, virum concitat præpotentem, Bardam, inquam, Cæſarem, quem a ſacris tremendis arcuerat, quod contra jus faſque cum femina inconceſſa conſueſſet. Qua de cauſa Ignatius throno deturbatur, exilio damnatur, arcta cuſtodia tenetur, vinculis oneratur, inedia fameque torquetur. Tum mun-

ΟΝΕΟΣ οὗτος καὶ μέγας θεοφόρος Ἰγνάτιος, εὐγενὴς ἐξ εὐγενῶν, περιφανὴς ἐκ περιβλέπτων, ἅγιος ἐξ ἁγίων γονέων γεγένητο βασιλέων χρηματισάντων. τούτου γὰρ πατὴρ ὁ Μιχαὴλ ἐχρημάτισεν, ᾧ τὸ ἐπίκλην Ῥαγγαβέ· πάππος δὲ πρὸς μητρὸς Νικηφόρος ὁ ἀπὸ Γενικῶν. καὶ ἄμφω δὲ βασιλεῖς Ῥωμαίων γεγόνασι. γέγονε δὲ ὁ θεῖος οὗτος Ἰγνάτιος μετὰ τὴν τῆς βασιλείας ἔκπτωσιν τοῦ πατρὸς, ἐκτομίας, τοῦτο παθὼν παρὰ Λέοντος τοῦ ἐξ Ἀρμενίων, ὃς τυραννίδι τὸν Μιχαὴλ τῆς βασιλείας ἀπώ- C σατο. μετὰ γοῦν τὸ ἐκτμηθῆναι τὰ παιδογόνα, ἐκείρατό τε τὴν θρίχα, καὶ ἐπὶ μακρὸν ἀσκητικοῖς ἱδρῶσι τὸ σαρκίον ἐδάμασε. τούτῳ μήτηρ ἡ Προκοπία, ἀξία τοῦ υἱοῦ διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ ἀρετήν· ἡ δὲ βασιλὶς καὶ αὐτὴ σὺν τῷ ἀνδρὶ Μιχαὴλ πάνυ εὐσεβὴς γέγονε· καὶ πατρὶς αὐτῇ ἡ Κωνσταντίνου ἡ μεγαλόπολις· ἐπεὶ δ' ὕστερον εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνήχθη θρόνον, λέγεται τὸ τοῦ θεαδέλφου οὗτος Ἰακώβου, ὠμοφόριον κτήσασθαι, κἀκείνῳ ζῶν τε κοσμεῖσθαι, καὶ οὕτως ἱερατεύειν Θεῷ, καὶ θανὼν τῷ τάφῳ μετὰ τοῦ αὐτοῦ ὠμοφορίου ἀποτεθῆναι. τοῦτον μετὰ τὴν τῶν παιδογόνων εὐθὺς ἐκτομὴν ὁ τύραννος Λέων κακόφρονι παραδίδωσι καὶ δεινῷ αἱρεσιάρχῃ καθηγεμόνι, ὃς καὶ παν- D τοίως ἐκάκου αὐτὸν, ὑπηρεσίας ἐπιτάττων βαρείας, καὶ εἰ μὴ ταύτας δι' ἀσθένειαν σώματος, μαστίζων αὐτὸν ἀφειδῶς· καὶ μᾶλλον ὅτι οὐδὲ τοῖς δόγμασιν ἐκείνου ὁ ἅγιος συνετίθετο, ἀλλοτρίοις οὖσι τῆς καθ' ἡμᾶς ὀρθῆς πίστεως· καὶ μάρτυς ὁ θαυμαστὸς Ἰγνάτιος ἐχρημάτισεν. εἶτα τοῦ τυράννου Λέοντος τὴν ζωὴν ἐκμετρήσαντος, ἀδείας λαβόμενος οὐ διέλιπεν ὁμιλῶν τῷ τε διορατικῷ Ἰωαννικίῳ καὶ τῷ θαυματουργῷ καὶ ὁμολογητῇ Θεοφάνῃ τῷ τοῦ μεγάλου Ἀγροῦ· οἳ καὶ ἀρχιερέα τοῦτον γενήσεσθαι προεφήτευσαν, ὃ δὴ καὶ γέγονε· τοῦ γὰρ τρισμάκαρος Μεθοδίου τὸν πατριαρχικὸν θρόνον θανάτῳ ἀπολιπόντος, ἡ χριστόφρων Θεοδώρα σύνοδον E πατέρων ποιησαμένη, μετά γε τῆς ἐν συγκλήτῳ βουλῆς καὶ τοῦ κλήρου παντὸς, τὸν Ἰγνάτιον πατριάρχην καθίστησι. ποιμαίνει τὸ ποίμνιον ἐπὶ πολυετίᾳ ὁ ὅσιος καλῶς τε καὶ θεαρέστως. εἶτα τί φθονεῖ ὁ διάβολος; κατὰ τοῦ καλοῦ ποιμένος ἐγείρει ἄνδρα τῶν παραδυναστευόντων τὸν κράτιστον τὸν Καίσαρα λέγω Βάρδαν, ὃν τῆς μυστικῆς καὶ φρικτῆς ἀπεῖρξε κοινωνίας, ἀθέσμως γυναικὶ συμμιγνύμενον. διὸ καὶ τοῦ θρόνου ἐκβάλλεται, καὶ ἐξορίᾳ παραδίδοται· εἶτα δὴ φρουρᾷ περικλείεται, καὶ σιδηροπεδεῖται, καὶ λιμαγχονεῖται. γῆ τότε ἐσείσθη νεύματι τοῦ παντουργοῦ δεσπό-

ANNO CHRISTI 859

VITA IGNATII PATRIAR.

δεσπότου Θεοῦ, εἰς τὸ ἀναστεῖλαι τοὺς ματαιόφρονας, λοὺς κατὰ τοῦ Ἀρχιερέως καὶ τῶν σὺν αὐτῷ καταδικαζομένων ἱερωμένων τοιαῦτα ψηφιζομένους. ἀλλ' οὐκ ἦν ὁ συνιών. καὶ ὁ μὲν δόλος τῶν κρατούντων, καὶ ἡ κατὰ ἁγίου καταδίκη φανερὰ ἦν διὰ μυσαρὰν μοιχοζευξίαν· ἡ δὲ κεκρυμμένη ῥᾳδιουργία, ὅτι μὴ τὴν μητέρα καὶ τὰς τοῦ ἄνακτος ἀδελφὰς ἀποκείρειεν. ἀλλ' οὗτοι μὲν δικαιοτάτῃ κρίσει Θεοῦ πικρὸν δεδώκασι θάνατον. ὁ δὲ ἀδίκως κατακριθεὶς μετ' εὐφημίας τῷ ἱερατικῷ θρόνῳ ἀποκαθίσταται, τοῦ ἐκ Μακεδόνων Βασιλείου τὸν θρόνον τῆς Βασιλείας τηνικαῦτα παρειληφότος. ὃς καὶ παρευθὺ τὸν μέγαν καὶ νέον θεοφόρον Ἰγνάτιον ἐκ τῆς πολυετοῦς ἐξορίας ἀνακαλεῖται, καὶ τῇ τοῦ λαοῦ παντὸς αἰτήσει πεισθεὶς, λαμπρῶς καὶ μεθ' ὅσης εἰπεῖν οὐκ ἔνι τιμῆς εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀναβιβάζει θρόνον. ὃ δὴ μαθόντες καὶ οἱ τῶν ἄλλων πατριαρχικῶν θρόνων προεστῶτες, σφόδρα ἠδύνθησαν.

Οὕτως οὖν τοῦ λαμπροῦ τῆς οἰκουμένης φωστῆρος πάλιν τὸν θρόνον ἀπολαβόντος, καὶ ἐπὶ χρόνοις τὸ μέγα Χριστοῦ ποιμάναντος ποίμνιον, μικρὰ ἐπελθοῦσα νόσος τὸν ἤδη παντοίως καταπεπονημένον κοιμίζει τὸν κατὰ Θεὸν ὕπνον καὶ προστίθησι τοῖς πατράσιν αὐτοῦ ἐν γήρᾳ βαθεῖ, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς μνήμης τοῦ θεαδέλφου Ἰακώβου, καὶ κατατίθεται ἐν τῇ τοῦ Σατύρου μονῇ, ἣν αὐτὸς ἐδομήσατο. ὅτε δὴ καί τι τοιοῦτον τεθαυματούργηται. τῆς γὰρ θαλάσσης ἀγριουμένης· διὰ γὰρ ταύτης ἔδει μετακομισθῆναι τὸ ἱερώτατον λείψανον· ἀθρόον γαλήνη ἐγένετο, καὶ οὕτως ἐν ἱλαρότητι τὸ πάνδημον πλῆθος τὸ συνεπόμενον διεπεραιώθη πρὸς τὴν τοῦ Σατύρου μονήν. τούτῳ δὴ ἔτι ζῶντι καὶ ἕτερον ἀξιάγαστον ἐθαυματουργήθη. ἐν γὰρ ταῖς ἐξορίαις κατατρυχομένῳ, καὶ ἄλλον ἐξ ἄλλου τόπον ἀμείβοντι, καὶ κατὰ Μιτυλήνην γεγονότι, ἐπεὶ ἐν αὐτῇ ποταμός τις Λύκος οὕτω καλούμενος, ὑπερχειλὴς τηνικαῦτα ἔρρει, καὶ δυσδιάβατος ἦν, ἄραντι τὰς χεῖρας ὕψου, δι' εὐχῆς τὸ πολὺ τοῦ ὕδατος ἀθρόον κατεστορέσθη. εἰ δ' ὅσα ζῶντι καὶ μετὰ θάνατον τεράστια ὁ τοῦ Θεοῦ μιμητὴς διεπράξατο, διηγήσασθαι ἐγχειρήσω, οὐκ ἂν δυνηθείην, ὡς οὐδὲ ἄμμον θαλάσσης διαμετρῆσαι. ἀλλ' ὦ Θεοῦ ὄντως ἄνθρωπε· πρὸς σὲ γὰρ τὸν λόγον τρέψω· νῦν ἄνωθεν ἐποπτεύοις ἡμᾶς, ὁ μηδὲ ἀποδέων ἀγγέλου, ἅτε μᾶλλον τοῦ σώματος λελυμένος, καὶ τὰς πέδας τῆς ἰλύος ἀποβαλών. εἰ γὰρ ἔτι τῇ σαρκὶ ὡς παραπετάσματι καλυπτόμενος, βασιλικῶς διὰ τοῦ νοὸς περιαθρεῖν εἶχες τὰ ἀξιάστου θεάματα, πῶς κατὰ τὸν μέγαν τῆς οἰκουμένης λαμπτῆρα τὸν Ἀθανάσιον καὶ τοὺς κατ' αὐτὸν διδασκάλους, οὐκ ἂν νῦν ἡμᾶς ἐποπτεύειν δυνήσαιο; καὶ ἡ ψήφῳ γὰρ Θεοῦ συγκροτηθεῖσα σύνοδος πάλαι τοῦτο προεθέσπισεν, οὕτω γράψασα· εἴ τις οὐκ αὐτοὺς λέγει τοὺς ἁγίους ἡμῖν ἐπιφαίνεσθαι, ἀλλὰ τοὺς τοῦνδε, φησὶν, ἀγγέλους, ἔστω ἀνάθεμα. ἀλλ' ἐπόπτευε καὶ συντήρει ἡμᾶς.

A di conditor Deus ingenti tremore nutu terram concuſſit, ut patriarchæ, eorumque qui patriarchæ cauſa e clero damnati erant, adverſarios talia decernentes coerceret, percelleretque. Sed non erat qui intelligeret. Fraus quidem & damnationis ſententia principum in ſanctum propter inceſtos Bardæ thalamos, aperta erat: ſed occulta rei perficiundæ cauſa, quod patriarcha imperatoris matrem & ſorores tondere recuſarit. Enimvero hi juſto Dei judicio dira cæde pœnas dedere; iniqua vero ſententia damnatus Ignatius, ingenti cum gloria ſacrum tribunal recuperavit, ſimul ac Baſilius Macedo imperium accepit: qui continuo exi- B mium & novum hunc deiferum Ignatium, ex diuturno exilio revocatum, permotus univerſi populi poſtulatis, ſummo cum honore, ſummaque veneratione in patriarchium reſtituit. Quod cum reliqui orientis antiſtites accepiſſent, ingenti omnes gaudio ſunt perfuſi.

Cum ergo clariſſimum orbis terrarum ſidus thronum recepiſſet, ac poſtea aliquot inſuper annos magnum ovile Chriſti paviſſet, laboribus immenſis exhauſtum tenuiculus morbus in Domino quieſcentem ſopivit, patribuſque ſuis ultima confectum ſenecta, ipſo die memoriæ S. Jacobi quem fratrem Domini appellamus, extinctum appoſuit, & in Satyri cœnobio, quod ipſe condiderat, C depoſuit. Quo tempore hoc miraculum accidiſſe ferunt. Mari ſæva tempeſtate concitato (nam per hoc ſanctiſſimi corporis exuviæ tranſportandæ erant) ſubito ſucceſſit ſumma ſerenitas, adeoque ingenti cum lætitia populus univerſus ſacrum funus proſecutus, ad Satyri ædem ſacram trajecit. Quin & vivo alterum quiddam admiratione dignum evenit. Dum in exilio afflictus degeret, & locum ex loco mutaret, atque Mitylenæ verſaretur, Lycus amnis vocitatus, ripis effuſus late ſtagnabat, ægreque vadari poterat; cum ſublatis hic in cælum manibus, ſtatim precibus ſuis ingens agmen aquarum repreſſit. Quod ſi cuncta quæ Dei imitator D vivus mortuuſque ſigna prodigiave patravit, coner exponere, non minus id quam arenam numerare poſſim. Sed o vere vir cæleſtis (nam te mea compellat oratio) qui nihil admodum a beatis angelorum differs cœtibus, jamque ab omni concretione corporis liber, corporis nempe ſeu limi compedibus expeditus; e cælo nos modo reſpice. Etenim ſi corporis nube tectus, regia tamen mente circumſpicere cuncta potuiſti, quæ te ſpectacula decebant, quomodo non ex magni Athanaſii publicæ mundi facis aliorumque doctorum ſententia, jam & non poſſis reſpicere? Nam Dei voluntate coacta ſynodus olim hoc decreverat, cum ita cen- E ſeret: Si quis non ipſos ſanctos nobis apparere, ſed horum dumtaxat angelos dicat, anathema ſit. Sed tu reſpice nos, ac tuere.

Λίβελλος περιέχων πάντα τὰ κατὰ τὸν μέγαν Ἰγνάτιον, πεμφθεὶς πρὸς Νικόλαον πάπαν Ῥώμης, προσωποποιηθεὶς ὑπὸ Θεογνώστου μοναχοῦ καὶ ἀρχιμανδρίτου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ ἐξάρχου Κωνσταντινουπόλεως, εἰς ὄνομα Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου.

*Libellus de tota Ignatii cauſa miſſus ad Nicolaum papam Romanum, Ignatii patriarchæ nomine a Theognoſto monacho & archimandrita veteris Romæ, & exarcho Conſtantinopolitano ſcriptus*

A

LIBELLUS IGNATII.

ANNO CHRISTI 869.

*Ignatius tyrannide oppreſſus, multiſque ærumnis conflictatus, & qui mecum infelicia tempora experti ſunt, metropolitani decem & quindecim epiſcopi, cœnobiarcharum inſuper ac presbyterorum, monachorumque infinita multitudo, ſanctiſſimo domino noſtro & beatiſſimo præſidi, cunctarum ſedium patriarchæ, S. Petri principis apoſtolorum ſucceſſori, œcumenico papæ Nicolao, epiſcopiſque illius ſanctiſſimis, & ſapientiſſimæ eccleſiæ Romanæ univerſæ in Domino ſalutem.*

Ἰγνάτιος ὁ τυραννηθεὶς, καὶ πολλοῖς πειρασμοῖς προσωμιληκὼς, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ τῶν καιρῶν πεῖραν λαβόντες, δέκα μητροπολῖται, δέκα πρὸς τοῖς ε. ἐπίσκοποι, ἡγουμένων τε καὶ πρεσβυτέρων καὶ ἑτέρων μοναχῶν πλῆθος ἄπειρον, τῷ δεσπότῃ ἡμῶν τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ προέδρῳ καὶ πατριάρχῃ πάντων τῶν θρόνων, καὶ τῷ κορυφαίου διαδόχῳ, καὶ οἰκουμενικῷ Νικολάῳ πάπᾳ, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις, καὶ πάσῃ τῇ σοφωτάτῃ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Jer. 9. QUis dabit capiti meo, ut eſt in ſacris litteris, aquam, & oculis meis fontem B lacrymarum: & deplorabo mala quæ acciderunt mihi, & eorum qui me perſequuntur, barbaricam immanitatem? Frigore enim & nuditate, fameque & extremis malis omnibus infeſti me hoſtes & alaſtores exagitarunt. Quindecim ipſos dies acerrimo frigore, locoque gelidiſſimo, ergaſtulo me occulto tenebricoſoque rebus deſtitutum omnibus incluſerunt, vinculiſque conſtrinxerunt, ita ut ad me adire nemini vel de cauſa liceret, morbo jam alias gravi laborantem: crudelem inſuper in modum ceciderunt, omneſque artus meos verberibus afflixerunt. Cauſam porro, ex qua hæc in me mala redundarunt, ecce jam totam expono.

Verſabar in palæſtra & lucta cum imperatoris avunculo tyrannidem exercente Barda, quem ego gladio ſpiritus, ſeu verbo Dei everberare non deſinebam; qui contra me minis inſidiiſque appetebat.

Argumentum & cauſa reprehenſionis erat Herodianum in Barda exemplum & inceſtus. Eum contumacem, neque reſipiſcentem ab eccleſia rejeci. Deinde imperator ipſe modo pro illo deprecabatur, modo atrociter minabatur, niſi avunculum in gratiam reciperem. Poſtquam vero impulſus a Barda ſtatuit matrem cum ſororibus a palatio ſubmovere, præcepit mihi ut illas attonderem: quas ego invitas tondendas non exiſtimavi. Has ergo ob cauſas a throno deturbatus ſum, & pulſatus atque eliminatus, & in cuſtodia vinculiſque, cum iis qui mecum fuere ſenſeruntque, eadem paſſis, detentus ante judicum veſtrorum adventum. Cum autem ad vos litteras, quibus epiſcopos ſtatum rerum omnium docebamus, per Laurentium presbyterum & duos Stephanos dediſſemus (quorum alter ſubdiaconus, alter laicus) illos etiam ſacramento adegimus, uti eas ipſi manu ſua tuæ ſanctitati porrigerent, nihil egere.

Nos vero ut juſſi ſumus ad tribunal Caiphano non abſimile comparere, ad ſanctitatis veſtræ judicium magno clamore provocavimus. Sed non erat qui nos audiret. Dein E de rurſum citati rogavimus: Quomodo nos, o patres, jubetis comparere? ut monachos & damnatos, an ut judicandos? Qui renuntiarunt: Perinde ut digni eſtis. Sacro igitur ornatu induti ad concilium, immo latrocinium, perreximus. cumque jam prope abeſſemus, ſubmiſit tyrannus in publicam viam, qui ſacris nos veſtibus exuerent. Cumque jam ad templum protruſi eſſemus, tres prædicti judicum viatores, Laurentius & duo Sthephani ad nos mittuntur, qui ad me: Quid tu, inquiunt, tot ob crimina damna-

*Eodem Radero interprete.*

TIΣ δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, κατὰ τὸ λόγιον, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων· καὶ κλαύσομαι τὰ συμβεβηκότα μοι κακὰ, καὶ τὴν τῶν διωκόντων με βαρβάρων ἀπήνειαν; ἐν ψύχει γάρ με καὶ γυμνότητι καὶ λιμῷ καὶ παντοίοις ἄλλοις κακοῖς ἐξήτασαν οἱ ἀλάστορες. δεκαπέντε ἡμέρας ἐν καταψύχῳ καὶ τόπῳ καὶ κρύῳ, ἔν τινι παρ' αὐτοῖς ἀπορρήτῳ ἐγκατακλείσαντες δωματίῳ ἀδάπανόν τε καὶ ἀνεπισκόπητον, κατεδέσμευσαν, καὶ ταῦτα νόσῳ βαρείᾳ προκατειλημμένον, αἰκίζοντές τε δεινῶς, καὶ πᾶν μέλος συνθλῶντες ῥάβδοις. ὅθεν δὲ ταῦτά C μοι συνεχώρησεν, ἰδοὺ γράφω.

Προϋπῆρχον ἐν πάλῃ καὶ μάχῃ πρὸς τὸν τοῦ βασιλέως θεῖον Βάρδαν τὸν τυραννήσαντα, καὶ παίων τοῖς τοῦ πνεύματος λόγοις οὐκ ἐπαυόμην· ἀντετυπτόμην δὲ τοῖς ἀπειλαῖς καὶ ἐπιβουλαῖς.

Ἡ δ' αἰτία, ὅτι ἤλεγχον τοῦτον διὰ τὴν Ἡρωδιακὴν χαμαιτυπίαν· καὶ μὴ πειθόμενον ἔξω ἐθέμην τῆς ἐκκλησίας. ἐπὶ τούτοις ὁ κρατῶν ποτὲ μὲν ἐδυσώπει με. ποτὲ δ' ἠπείλει τὰ δεινὰ, εἰ μὴ πεισθείην δέξασθαι τὸν θεῖον αὐτοῦ. ὡς δὲ τούτῳ πεισθεὶς ὁ κρατῶν ἠβουλήθη τήν τε μητέρα καὶ τὰς ἀδελφὰς ἐξοστρακίσαι τῶν βασιλείων, ἐγκελεύεταί μοι κεῖραι αὐτάς. ἐγὼ δ' οὐκ ἐπειθόμην, διὰ τὸ D τῶν γυναικῶν περὶ τὴν κουρὰν ἀκούσιον. διὰ ταῦτα γοῦν καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀπηλάθην, εἶτα καὶ ἐτυπτήθην, καὶ ἐξωρίσθην, καὶ δέδεμαι, καὶ κέκλεισμαι ἀπὸ τῆς τῶν καθ' ὑμᾶς κριτῶν ἐνδημίας· καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ δὲ ταῦτα πεπόνθασιν· αἱ δὲ παρ' ἡμῶν δοθεῖσαι τοῖς ἐπισκόποις ἔγγραφοι πίστεις, ἤγουν ἐπιστολαὶ, διὰ τοῦ πρεσβυτέρου Λαυρεντίου καὶ τῶν δύο Στεφάνων, τοῦ τε ὑποδιακόνου καὶ τοῦ λαϊκοῦ, οὓς καὶ ἐνωρκωσάμην, ταῖς χερσὶ τῆς σῆς ἁγιότητος αὐτοὺς ἀποδοθῆναι, ἄπρακτοι μεμενήκασιν.

Ὡς δὲ παρεστῆναι ἐκελευόμεθα εἰς τὸ Καϊαφαϊκὸν ἐκεῖνο κριτήριον, ἐκράξαμεν ἐπὶ τῆς ὑμῶν ἁγιότητος προκαλούμενοι κριθῆναι. ἀλλ' οὐδεὶς ἦν ὁ ἀ- E κούων. μετὰ τοῦτο μετάκλητοι πάλιν γενόμενοι ἠρωτήσαμεν· πῶς κελεύετε ἡμᾶς, ὦ πατέρες, πρὸς ὑμᾶς παραγενέσθαι; ὡς μοναχοὺς καὶ καταδίκους, ἢ ὡς κριθησομένους; καὶ ἀντέπεμψαν ἡμῖν· ὅτι ὡς ἐστὲ ἄξιοι. ἐφορεσάμενοι οὖν τὰς ἱερατικὰς στολὰς, καὶ οὕτως ἐχωροῦμεν πρὸς τὸ συνέδριον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ληστήριον. καὶ ὡς πλησίον γεγόναμεν, πέμψας ὁ τύραννος ἐπὶ τῆς λεωφόρου, τὴν ἱερὰν ἀποδύει στολήν. εἶτα ὡς ἔνδον τοῦ νεὼ συνωθισθημένοι, ἀποστέλλονται πρὸς ἡμᾶς οἱ προειρηθέντες τρεῖς τῶν κριτῶν ὑπηρέται, ὅ, τε Λαυρέντιος καὶ οἱ δύο Στέφανοι, καὶ εἰ-

πον

ANNO CHRISTI 869.

τὸν πρός με· τί ὅτι κατεγνωσμένος ἐπὶ τοσαύταις αἰτίαις καὶ καθῃρημένος, τὴν ἱερὰν ἐτόλμησας περιβαλέσθαι στολήν; ἀποσπάσαντες οὖν με τῆς σὺν ἐμοὶ βίᾳ, μόνον τῷ κρατοῦντι παρέστησαν, καὶ ὁ κρατῶν εὐθὺς ὕβρεσι πλύνει με. ἐμοῦ δὲ φιλανθρωποτέρας τὰς ὕβρεις τῶν βασάνων εἰπόντος, μικρὸν κατέπαυσε τὸν θυμόν, καὶ εἰς ξυλόσκαμνον καθεσθῆναί με ἐκέλευσε. καὶ διαλόγου μεταξὺ γεγονότος, * Ῥαδόαλδον καὶ Ζαχαρίαν ἐζήτουν προσαγορεῦσαι τοὺς τοποτηρητάς. καὶ ἐνδοθέντες μοι, προσηγόρευσα· καὶ ἠρόμην τὴν ἐπιδημίας τῆς σφῶν αἰτίαν. οἱ δὲ εἶπον· τοποτηρηταί ἐσμεν Νικολάου πάπα Ῥώμης, καὶ ἀπεστάλημεν κρῖναι τὰ κατὰ σέ. πάλιν ἠρόμην, εἰ γράμμα μοι κεκομίκασι τῆς ἁγιωσύνης σου. οἱ δὲ εἶπον, μὴ ἔχειν, διὰ τὸ μηδὲ πρὸς πατριάρχην ἔρχεσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὸν ὑπὸ τῆς οἰκείας συνόδου καθαιρεθέντα, καὶ ἕτοιμοί ἐσμεν τὰ κατὰ κανόνας πράττειν. οὐκοῦν, ἔφην ἐγώ, πρότερον ἐκ μέσου τὸν μοιχὸν ποιήσατε· εἰ δὲ μὴ τοῦτο δύνασθε, οὐδὲ κριταί ἐστε. ἐκεῖνοι δὲ ἀντέφησαν πάλιν, δείξαντες τῇ χειρὶ τὸν κρατοῦντα· οὕτω θέλει ἐκεῖνος. ἐπὶ τούτοις πρὸς παράκλησιν μετέπεσον οἱ περὶ τὸν βασιλέα, καὶ τὴν ἀπόταξιν ἐζήτουν, ποτὲ μὲν παραινοῦντες, ποτὲ δὲ καὶ ἀπειλοῦντες· ἀλλ' οὐκ ἔπειθόν με. διὸ καὶ πρὸς τοὺς μητροπολίτας ἐτράπησαν, ἄλλους ἄλλως διαβάλλοντες καὶ αἰτιώμενοι, ὅτι τὴν ἀπόταξιν τὴν ἐμὴν τάχα αὐτοὶ ἔφερον, καὶ πῶς πάλιν ζητοῦσί με πατριάρχην; πρὸς οὓς οἱ μητροπολῖται ἀντεῖπον· ὅτι δύο κακῶν προκειμένων, τοῦ τε βασιλικοῦ θυμοῦ, καὶ τῆς τοῦ πλήθους ἐπαναστάσεως, τὸ κουφότερον ἐξελεξάμεθα τότε. ἀλλ' ὑμεῖς οἱ περὶ τὸν βασιλέα ἀπόδοτε τὸν θρόνον τῷ πατριάρχῃ, καὶ περὶ ἡμῶν μὴ φροντίσητε. ἀλλ' ἐν τούτοις πάλιν πρὸς παράκλησιν ἐχώρουν οἱ βασιλικοί, αἰτοῦντες ἐμὲ καθαρῶς ἀποτάξασθαι, καὶ οὕτω τὸν μοιχὸν τὴν ἐκκλησίαν ἀδεῶς κατέχειν. ὡς δ' οὐκ ἐπειθόμην, παρῆλθεν ἡ ἡμέρα ἐκείνη. ἐπὶ τούτοις διελύθη τὸ σύστημα· τὸ αὐτὸ δὲ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐποίουν. ὡς δὲ τοῦ σπουδαζομένου ἀπέτυχον, ἐφ' ἕτερον μηχανῆς εἶδος τρέπονται, καὶ τοὺς προρρηθέντας τῶν κριτῶν λειτουργοὺς πέμψαντες, εἰς τὸ συνέδριον προσκαλοῦνταί με. ἐγὼ δὲ ἔφην, ὅτι ἐκεῖ οὐκ ἔρχομαι· οὐδὲ γὰρ οἶδα ὑμᾶς τοὺς κριτὰς κατὰ βαθμὸν ἐκκλησιαστικόν τι πράττοντας, ἐπεὶ οὐδὲ τὸν ἐπιβήτορα ἐκ μέσου πεποιήκατε, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ συνεσθίετε τούτῳ, καὶ τὰ δῶρα αὐτοῦ μακρόθεν ἐδέξασθε. κατὰ γὰρ τὴν Ῥαιδεστὸν ὑμῖν αὐτὰ ἀπηντήκασιν, ἱμάτιά τε καὶ φελώνια, καὶ ἐγκόλπια. ὑμᾶς ἐγὼ κριτὰς τοιούτους οὐ δέχομαι, ἀλλὰ πρὸς τὸν πάπαν με ἀπαγάγετε, κἀκεῖθεν τὴν κρίσιν ἀσμένως δέχομαι.

Τοῦτο καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἐξεβόησαν. εἶτα τὰς προδηλωθείσας ἐπιστολὰς ἀναγνῶναι ἐζητήσαμεν αὐτούς. κανονικαὶ γὰρ ἀποδείξεις ἐν αὐταῖς ἐνεφέροντο τοῦ Ἰννοκεντίου πάπα ὑπὲρ τοῦ ἐν ἁγίοις Χρυσοστόμου· ὅτι οὐ δεῖ Ἰωάννην εἰς τὸ δικαστήριον εἰσελθεῖν, πρὶν αὐτὸν εἰς τὸν οἰκεῖον ἀποκατασταθῆναι θρόνον. καὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ κανὼν δ'. ὡς ἐάν τις ἐπίσκοπος καθαιρεθῇ, καὶ λέγῃ πάλιν ἔχειν ἀπολογίαν, μὴ πρότερον εἰς τὴν καθέδραν αὐτοῦ ἕτερον ἀντικαταστῆναι, πρὶν ἂν τὸν τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον ὅρον περὶ τούτου ἐξενεγκεῖν. καὶ ἕτερα δὲ πολλὰ τοιαῦτα ταῖς ἐπιστολαῖς ἐνεγέγραπτο, ἃ καὶ ζητῆσαί σε δυσωποῦμεν, πατέρων καὶ προέ-

* Ῥαδόαλδον

LIBELLUS IGNATII.

A tus exauctoratuſque, ſacram tamen ſtolam auſus es induere? Ergo me per vim a meis avulſum ſolum ad imperatorem ſiſtunt, qui me contumeliis extemplo onerat. Reſpondente porro me, convicia paulo mitiora eſſe tormentis, paululum repreſſit furorem, juſſitque in ligneo ſcamno me ſedere. Interim cum verba ultro citroque fierent, rogavi ut Rhodoaldum & Zachariam legatos tuos liceret mihi ſalutare, factaque poteſtate eos conſalutavi, atque interrogavi, qui adeſſent. Legati, inquiunt, ſumus Nicolai papæ Romani, cauſæ tuæ cognoſcendæ gratia miſſi. Quærenti rurſum, an a ſanctitate tua litteras ad me haberent, reſponde- B runt, nullas ſe habere; eo quod, ajebant, non ad patriarcham, ſed ad eum qui in provinciali concilio ſuo damnatus eſſet, veniremus, parati omnia ex canonum decretis definire. Ergo, inquam, prius adulterum removete: quod ſi facere non poteſtis, ne judices quidem eſtis. Qui manu imperatorem indicantes: Ita imperat inquiunt, ille. Deinde palatini ad me converſi hortantur, exiguntque nunc conſulendo, nunc minitando, abdicationem: ſed fruſtra. Ergo ad metropolitanos verſi, alios aliis calumniis & criminationibus inſectantur, cur ſcilicet, qui jam depoſitioni meæ non repugnaſſent, nunc denuo me patriarcham peterent? Quibus C metropolitæ: Duobus, inquiunt, malis propoſitis, ira nempe imperatoris, ac populi ſeditione, minus ſcilicet elegimus. At vos palatini proceres reddite nunc patriarchæ noſtro dignitatem ſuam, & de nobis nihil laborate. Hic rurſum regia factio me impellit, uti mea ſponte me palam patriarchatu abdicem, atque ita ſecurus adulter eccleſiam teneat. Recuſante me, cum dies abiiſſet, conventus eſt dimiſſus. Idem poſtea cum ſæpius fruſtra tentaſſent, ad alias artes ſe convertunt, ſupraque nominatos judicum miniſtros ad me ablegant, atque ad conciliabulum citant. Ego vero, inquam, non compareo, neque video vos judices quid- D quam ex præſcripto eccleſiæ agentes, Photio tyranno non ejecto, ad cujus etiam menſam accumbitis, & cujus munera procul etiam ſtantes accepiſtis. Ad Rhædeſtum enim urbem vobis miſſæ veſtes, planetæ, ornamenta ad ſinum pendentia. Hujuſcemodi ego judices non agnoſco: ad papam provoco; lubens judicium illius ſubibo.

Hoc idem qui mecum erant magna voce clamitarunt. Deinde, ut dictæ epiſtolæ lege- E rentur, poſtulavimus, quæ canonicas Innocentii papæ pro ſancto Chryſoſtomo ſanctiones continebant, Joanni concilium judicum non prius eſſe ſubeundum, quam is loco ſuo thronoque eſſet reſtitutus. Et in Sardicenſi concilio canon quartus: Si quis epiſcopus fuerit depoſitus, dicatque ſe habere defenſionem: non prius ſufficiatur in ejus locum alius, quam de eo Romanæ eccleſiæ pontifex decernat. Hæc & alia id genus multa illis epiſtolis continebantur, quæ uti quæras legaſque, te patrum & antiſtitum reverendiſſime, fratrumque amantiſſime, rogamus. Cum vero

LIBELLUS IGNATII.

ANNO CHRISTI 869.

tu nihilo minus adhuc nos urgerent, uti ad ſe veniremus, ita teſtati ſumus: Ut apparet, patres mei, neque canones legiſtis, neque decretum eccleſiaſticum noſtis. Lex enim eſt hæc, ut citatus a ſynodo epiſcopus, per duos epiſcopos vocetur, & hoc iterum ac tertio. Vos autem per duos me accerſitis, diaconum alterum, alterum laicum. Et nos quidem hæc excuſabamus. Illi vero teſtes produxere, qui dicerent, ſe paratos eſſe jurejurando confirmare, me non rite & lege creatum conſecratumque eſſe. Hic ego: Qui ſunt, inquam, illi? quis illis credat? Quis vero canon decernit, ut imperator teſtes producat? Ergo, ſi ego archiepiſcopus non ſum, ne tu quidem imperator es, neque iſti epiſcopi, ſed neque mœchus; omnes enim vos indignis manibus meis precibuſque eſtis conſecrati. Si adulter membrum eſſet eccleſiæ, vel mea ſponte annuerem: nunc vero alienum quomodo paſtorem ovium Chriſti conſtituam? Multa huic adverſantur, Primum, ex iis quod ſit, qui ab eccleſia damnati, & anathemate præciſi: qui quidem id non a nobis dumtaxat paſſi ſunt, & aliis quoque patriarchis, ſed & ab ipſa veſtra poteſtate, cum illis per nefarium Zachariam interdictum eſſet, ne ſacris operarentur, neve communicarent, aut ſacris quemquam initiarent: qui tamen his contraria omnia, priuſquam cenſura ſolverentur, factitarunt. Alterum eſt, Photium forenſem ſeu militarem & laicum, prius creatum eſſe paſtorem, quam fuiſſet ovis. Præterea, eumdem ab excommunicato & exauctorato conſecratum. Quin etiam quando metropolitanis perſuaſit ut ſuas partes ſequerentur, dedit poſtulantibus chirographum de me, & juratus ſcripſit, nihil ſe præter mea dicta veluti germani patris eſſe facturum. Nec omnino dies quadraginta ab ejus inauguratione fluxerant, cum ille me publice quamvis abſentem depoſuit, & anathemate damnavit. Archiepiſcopo quoque Cyziceno, mandato Photii, digiti fracti, exemplumque, ut is putavit (ſibi ſatis eſſe) chirographi ſurreptum; & ipſe de throno dejectus eſt. Alios vero vexando, alios donis placando adduxit, ut chirographum quod de me ſcripſerant, peſſumdarent. Ad quæ tyranus reſpondit nihil, ſed ſubornatos ad jusjurandum edendum contra me, perinde quaſi non rite ſancteque promotus & conſecratus eſſem, teſtes produxit. Hic ego præſentes epiſcopos magna voce appellavi. Admittite, patres, abjectiſſimi ſenis unicam hanc petitionem, atque huc ad nos venite. Ergo ſevocatum me a reliquis tum judices, tum tyranni rogarunt denuo, ut juri meo renuntiarem, atque cederem. Recuſanti minitari cœperunt. Tunc carnifices illi epiſcopos mecum reliquerunt, & ſe ſubduxerunt. Epiſcopi vero rurſum agere mecum inſtituerunt (de libello nempe renuntiationis) quibus ergo reſpondebam, oportere illos ſtatum cauſæ meæ cognoſcere, ac tum demum a me exigere quod poſtularent: nec illos aliunde, niſi a me uno res meas poſſe dicere; quod aliorum nemo de tanta multitudine hegumenorum, ſacerdotum, monachorum & laicorum auderet libere loqui. Viderant enim Ancyranum metropolitanum, quod in concilio liberius pro veritate locutus eſſet, a nefario ipſo parricida vagina gladii ſecundum caput ita vul-

A δρων αἰδεσιμώτατοι καὶ φιλαδελφότατοι, καὶ ἀναγνῶναι. ἐπεὶ δὲ καὶ ἔτι ἐνέκειντο ζητοῦντες ἐλθεῖν ἡμᾶς πρὸς αὐτοὺς, καὶ ταύτην πεποιήκαμεν τὴν ἀπολογίαν· ὡς ἔοικε, πατέρες μου, οὔτε κανόνας ἀνέγνωτε, οὔτε ὅρον ἐκκλησιαστικὸν οἴδατε. ὅρος γάρ ἐστι τοιοῦτος, ἵνα ὁ καλούμενος ἐπίσκοπος ἀπὸ συνόδου, διὰ δύο ἐπισκόπων καλῆται, καὶ τοῦτο γίνηται δὶς καὶ τρίς. ὑμεῖς δὲ ἀπὸ δύο, διακόνου καὶ λαϊκοῦ, ἡμᾶς προσκαλεῖσθε. καὶ ἡμεῖς μὲν τοιαῦτα ἀπολογούμεθα. ἐκεῖνοι δὲ παρήγαγον μάρτυρας τοὺς λέγοντας, ἑτοίμους εἶναι ὀμόσαι, ὡς ἀψήφιστος παρεβλήθην καὶ ἐχειροτονήθην. πρὸς ὅπερ ἐγὼ πάλιν ἀντεῖπον· τίνες οὗτοι; καὶ τίς πιστεύσει αὐτοῖς; ποῖος δὲ κανὼν παρακε- B λεύεται, μάρτυρας τὸν κρατοῦντα παράγειν; οὐκοῦν εἰ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ Ἀρχιερεὺς, οὐδὲ σὺ βασιλεὺς, οὐδ' οὗτοι ἐπίσκοποι, ἀλλ' οὐδὲ ὁ μοιχός. πάντες γὰρ ὑμεῖς τῶν ἀναξίων μου χειρῶν καὶ εὐχῶν ἐστε ἀποτέλεσμα. εἰ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἦν ὁ μοιχὸς, συνένευσα ἂν καὶ ἑκὼν αὐτῷ· νῦν δὲ ἀλλότριον πῶς καταστήσω ποιμένα τῶν τοῦ Χριστοῦ προβάτων; πολλὰ τούτῳ τὰ ἐναντία πρόσεστιν. ἓν μὲν, ὅτι ἐκ τῶν ἀκοινωνήτων καὶ ἀναθεματ-μένων ἐστίν. οὐ μόνον δὲ παρ' ἡμῶν τοῦτο πεπόι ασι, καὶ τῶν λοιπῶν θρόνων, ἀλλὰ καὶ ·ρὰ τῆς ·μῶν ἐξουσίας ἐπιτιμηθέντες διὰ τοῦ φαύλου Ζαχα μὴ ἔχειν αὐτοὺς ἐξουσίαν λειτουργῆσαι, ἢ κοινωνῆσαι, ἢ χειροτονῆσαι, τὰ ἐναν- C τία ἅπ πεποιήκασι, πρὶν λυθῆναι αὐτούς. ἕτερον δὲ, π ἦν καὶ ἐκ λαϊκοῦ τάγματος, καὶ πρὶν γενέσθαι πρόβατον, ποιμὴν ἐχρημάτισεν. ἔτι γε μὴν, ὅτι καὶ παρὰ ἀναθεματισθέντος καὶ καθαιρεθέντος ἐχειροτονήθη. ἀλλὰ καὶ ὅτε τοὺς μητροπολίτας ἔπεισε συν·θεῖν αὐτῷ, ἀπῃτήθη παρ' αὐτῶν ἰδιόχειρον περὶ ἐμοῦ, καὶ ἔγραψεν ἐνωμότως, μηδὲν πράττειν παρὰ τὸν ἐμὸν λόγον, ὡς οἰκείου πατρός. καὶ οὔπω τεσσαράκοντα ἡμέραι μετὰ τὴν χειροτονίαν παρῆλθον, καὶ καθῄρησέ με δημοσίως, καὶ ἀνεθεμάτισε μὴ παρόντα, κατέθλασαν δὲ καὶ τοὺς δακτύλους τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κυζίκου κατ' ἐπιτροπὴν αὐτοῦ, καὶ ἥρπασαν, ὡς ἐνόμισε, τὸ ἴσον τοῦ ἰδιοχεί- D ρου αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν δὲ ἐκεῖνον καθῄρησε· καὶ οὓς μὲν κακῶς διέθετο ἐφ' ᾧ πατῆσαι τὸ πρός με χειρόγραφον· οὓς δ οις ἐδεξιώσατο. ἀλλ' ὁ τύραννος πρὸς ταῦτα μὴ ·ποκριθεὶς, ἀντεπέφερε τοὺς προθυμουμένους ὀμόσαι, ὅτι ἀψήφιστος προεβλήθην καὶ ἐχειροτονήθην. ἐγὼ δὲ πρὸς τοὺς παρόντας ἐπισκόπους ἀνέκραξα· δέξασθε πατέρες μίαν τοῦ ταπεινοῦ γέροντος δέησιν, καὶ δεῦτε πρὸς ἡμᾶς. λαβόντες οὖν με μόνον οἵ τε κριταὶ καὶ οἱ τύραννοι, καὶ τῶν λοιπῶν ἀποδιαστήσαντες, πάλιν ἐξελιπάρουν με περὶ τῶν προτέρων. ὡς δ' οὐδὲν ἤνυον, πρὸς ἀπειλὰς ἐχώρουν, εἶτα κατέλειψαν τοὺς ἐπισκόπους οἱ δήμιοι σὺν ἐμοὶ, καὶ ὑπεχώρησαν· καὶ οἱ ἐπίσκοποι τοῖς E αὐτοῖς ἐνεχείρουν. ἐγὼ δὲ ἔλεγον, ὅτι χρὴ αὐτοὺς μαθεῖν τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ τότε ἀπαιτεῖν με ὃ ἀπαιτοῦσι. πόθεν δὲ μαθεῖν ἔχουσιν, ἢ ἀπ' ἐμοῦ μόνου; ἄλλος γὰρ οὐ τολμᾷ ἀπὸ τοσούτου πλήθους τῶν ἡγουμένων, τῶν ἱερέων, τῶν μοναχῶν τε καὶ λαϊκῶν πεπαῤῥησιασμένως λαλῆσαι. εἶδον γὰρ ἐκεῖνοι τὸν μητροπολίτην Ἀγκύρας ἀνακράξαντα τὴν ἀλήθειαν ἐν τῷ συνεδρίῳ, ὅπως αὐτόχειρ ὁ βάρβαρος τῷ κουλεῷ τοῦ ξίφους κατὰ κεφαλῆς ἔπληξε, καὶ αἵματος τὴν ἐκείνου στολὴν ἔπλησε, καὶ εἰς τοὺς λοιποὺς ὅσα ἔπραξε τὰ δεινά. ταῦτα εἶπον ἐγὼ, καὶ συνθεμένων ἐκεί-

ANNO CHRISTI 869.

ἐκείνων τῇ ὑστεραίᾳ ἐλθεῖν, διέστημεν ἀπ' ἀλλήλων A οἴκαδε. καὶ μετὰ δεκάτην ἡμέραν τῷ Καϊαφαϊκῷ συνεδρίῳ ἀνάρπαστόν με παρέστησαν, καὶ τοὺς καταμαρτυροῦντας, ὅτι ἀψήφιστος προεβλήθην, παρέστησαν. καὶ ὅσας μοι τότε πληγὰς ἐπέθεντο, τί χρὴ λέγειν; ἐν ἑπτὰ γὰρ ὅλαις κολασθέντα ἡμέραις ἄσιτον, ἄϋπνον, ἀκάθιστον διαμεῖναι ἐβίασαν. ταῦτα ἐν ὀλίγῳ ἐδήλωσα. σὺ δὲ ἁγιώτατε δέσποτά μου δεῖξον ἐν ἐμοὶ σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, καὶ κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον εἰπὲ καὶ αὐτός· τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; ἐνθυμήθητι τοὺς πρὸ σοῦ πατριάρχας, λέγω δὴ Φαβιανὸν, Ἰούλιον, Ἰννοκέντιον, Λέοντα, καὶ ἁπλῶς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας κατὰ τῆς ἀδικίας ἀνδρισαμένους· ὧν ζήλωσον τούτους, καὶ εἰς τὴν B ἡμῶν τῶν ἀδικηθέντων τοσαύτα ἐκδίκησιν διαναστῆθι.

Ἐκ τῶν πρακτικῶν τῆς συνόδου τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ῥώμης.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΝΙΚΟΛΑΟΥ.

Νικόλαος ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας, πᾶσι τοῖς τῆς ἀληθοῦς θρησκείας λειτουργοῖς, τοῖς ἁγιωτάτοις τε καὶ εὐλαβεστάτοις πατριάρχαις, καὶ μητροπολίταις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις καὶ κληρικοῖς, καὶ πᾶσι πιστοῖς τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν τε καὶ Εὐρώπην καὶ Λι- C βύην συνεστῶσι.

ΓΝΩΣΤΟΝ προφέρομεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ περὶ τῶν παρ' ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς ἀποστελλομένων γραφῶν, ὅτι τοιοῦτον αὐτῶν ἐστι τὸ ὕφος μετὰ προσηκόντων γραφικῶν τε καὶ κανονικῶν ἀποδείξεων.

α'.

Ἐν πρώτῳ μὲν τούτῳ ἐστὶ προοίμιον ἐν συντόμῳ δηλοῦν ἀνέκαθεν ἅπαντα τὰ ἐν Κωνσταντινουπόλει συνδεδραμηκότα· ὅτι Μιχαὴλ ὁ περιβόητος, καὶ Βάρδας ὁ τούτου μητράδελφος Καῖσαρ, τὸν σοφὸν αὐτῶν Ἀρχιερέα τῆς ἰδίας μετέστησαν ἕδρας, οὐ τῆς ἀρχιερωσύνης· μένει γὰρ Ἀρχιερεὺς παρὰ τῷ Θεῷ· οἳ D ἔστειλαν πρὸς ἡμᾶς ἐπιστολὴν μετὰ ἀποκρισιαρίου, κατηγοροῦσαν ἔν τισι τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ ἐπισκόπου Ἰγνατίου, ἅμα δὲ διηγουμένην καὶ περὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων, καὶ ὅτι ἀπεστείλαμεν τῆς καθ' ἡμᾶς Ἀποστολικῆς καθέδρας ἀποκρισιαρίους καὶ συνεπισκόπους δύο, ἐντειλάμενοι αὐτοῖς τὰ πρακτέα.

β'.

Ἐν δευτέρῳ δὲ, ἡ γραφὴ περιέχει ἐπιστολὰς δύο, ἃς ἐπέμψαμεν πρὸς τὸν γαληνότατον βασιλέα Μιχαὴλ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἰγνατίου, πῶς καὶ διὰ τί ἐξεβλήθη, καὶ περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων. ἀλλὰ καὶ πρὸς Φώτιον, ὅτι οὐδόλως αὐτὸν E ἐν κλήρῳ ἀποδεχόμεθα, ἕως ἂν ἀκριβῶς παρὰ τῶν ἡμετέρων ἀποκρισιαρίων τὰ κατ' αὐτὸν ἐξετασθῇ, καὶ ἡμῖν δοθῇ εἴδησις.

γ'.

Ἐν τρίτῳ χωρίῳ ἔγκειται, ὅτι ὑπέστρεψαν οἱ παρ' ἡμῶν πεμφθέντες δύο ἐπίσκοποι μετὰ καὶ ἀποκρισιαρίου τοῦ βασιλέως. οἱ δὴ ἐπίσκοποι ἐδήλωσαν ἡμῖν τὰ τῆς λῃστρικῆς συνόδου, καὶ τῆς κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἰγνατίου τυραννίδος.

Ὡς ἔγνωμεν παρανόμως γενέσθαι τὰ πραχθέντα, κατ' ὄψιν τοῦ ἀποκρισιαρίου μετὰ πάσης τῆς ἐκ-

A neratum, ut ejus veſtem ſanguine perfunderet. Viderant quam item in alios immaniter idem auſus eſſet. Hæc ego cum commemoraſſem, illi conventum in ſequentem diem indixerunt. Et ſeparati domum petivimus. Poſt decimum vero diem me ad Caiphanum tribunal raptatum abduxerunt, teſteſque qui me non legitime creatum dicerent, appoſuere. Quid hic dicam me tot plagis afflictum? ſeptemdiali inedia, vigilia, ſtationeque perpetua cruciarunt. Hæc ſumma cauſæ compendio expoſita. Tu ſanctiſſime domine oſtende in me viſcera miſerationum, & cum magno apoſtolo & ipſe dicas: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Intuere majores tuos patriar- B chas, Fabianum, inquam, Julium, Innocentium, Leonem, & omnes denique qui pro fide & veritate viriliter decertarunt: illoſque æmulare, & vindex pro nobis tam indigna paſſis exurge.

EPISTOLA NICOLAI PAPÆ.

*Ex actis ſynodi ſanctiſſimi papæ Romani.*

## EPISTOLA NICOLAI.

*Nicolaus epiſcopus ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ, omnibus vere pietatis cultoribus, ſanctiſſimis & religioſiſſimis patriarchis, metropolitis, & ceteris epiſcopis clericiſque, & omnibus qui ſunt in Aſia, Europa, Libya fidelibus.*

NOtum facimus caritati veſtræ de ſcriptis noſtris, quæ ad vos mittuntur, illorum ejuſmodi eſſe contextum & filum, cum demonſtrationibus quæ ibi fiunt ex ſcripturis ſacris & canonibus.

I.

Primo quidem loco procemium eſt, quod ſummatim complectitur omnia prius Conſtantinopoli tranſacta; a Michaele nempe illo famoſo, & Barda ejus avunculo Cæſare, eorum patriarcham Ignatium virum ſapientem a ſe- D de ſua, non patriarchatu (nam patriarcha vere eſt apud Deum) dejectum; miſſaſque ab illis ad nos cum legato litteras, quibus fratrem noſtrum & epiſcopum Ignatium de nonnullis accuſarunt, ſimulque de venerandis imaginibus egerunt. A nobis autem miſſos eſſe duos ſedis noſtræ coepiſcopos legatos, quibus quæ agenda eſſent, præcepimus.

II.

Alterum ſcriptum geminas continet epiſtolas, quas ad ſereniſſimum imperatorem Michaelem miſimus, quomodo & quam ob cauſam frater noſter & ſymmyſta Ignatius fuerit exactus, itemque de imaginibus ſacris. Ad Photium quoque ſcripſimus, eum a nobis nul- E lo modo inter clerum admitti, quoad accurate per noſtros apocriſiarios tota illius cauſa excutiatur, nobiſque ſignificetur.

III.

Tertio exponitur, legatos a nobis miſſos, duos epiſcopos, cum imperatoris apocriſiario reverſos, nobis explicaſſe acta concilii, ſeu potius latrocinii, nec non vim & tyrannidem adverſus fratrem noſtrum Ignatium exercitam.

Ut ergo ſacrilege acta didicimus, præſente legato imperatoris, cum tota noſtra eccleſia & con-

& concilio impiam hanc actionem anathemati ſubjecimus, Photiumque nunquam a nobis in communionem & ſacerdotium receptum iri declaravimus.

ἐκκλησίας ἀναθεματίσαμεν τὴν τοιαύτην ἄθεσμον πρᾶξιν, καὶ ὡς οὐ ποτε τὴν Φωτίου χειροτονίαν ἢ κοινωνίαν δεξόμεθα.

IV.

In quarto capite rurſus epiſtola eſt ad imperatorem, in qua teſtamur, vim Ignatio per-in que illatam nullo modo nobis probari. Altera epiſtola ad Photium eſt, illum ad nullum ſacerdotii gradum a nobis recipi.

δ.

Εν τετάρτῳ δὲ κεφαλαίῳ ἐστὶ πρὸς τὸν βασιλέα ἐπιστολή, πῶς οὐκ ἐδεξάμεθα τὴν βίαν τὴν ἄδικον, τὴν κατὰ Ιγνατίου· καὶ πρὸς τὸν Φώτιον ἑτέρα ἐπιστολή, ὅτι ἐν οὐδεμιᾷ τάξει τῆς ἱερωσύνης αὐτὸν ἀποδεχόμεθα.

V.

In quinto exponitur, epiſcopos a nobis ſynodice exauctoratos excommunicatoſque eſſe, & Photium adulterum ac raptorem, ſanctæque eccleſiæ Conſtantinopolitanæ invaſorem. Primum, quod in factione ſchiſmaticorum fuerit, qui ſua ſponte ab eccleſiæ ſocietate, & Ignatii coepiſcopi noſtri communione diſceſſerunt, poſtquam ſæpius exauctorati atque a communione reſecti fuerunt. Deinde quod Photius neophytus ex militarium & laicorum cœtu fuerit promotus. Tertio, quod a ſchiſmaticis ante dictis fuerit ordinatus. Præterea, quod in ſuum ipſius chirograpbum metropolitis pro Ignatio datum perjurus exiiterit. Has & alias plures ob cauſas Photium abdicamus, & Photianos. Quod ſi depoſitionem modeſte non ferant, etiam anathematizamus.

ε.

Αλλὰ καὶ ἐν πέμπτῃ τάξει, ὅτι τοὺς ἐπισκόπους συνοδικῶς ἐκαθήραμεν καὶ ἀφωρίσαμεν, καὶ Φώτιον ὁμοίως τὸν μοιχόν τε καὶ ἐπιβήτορα τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἁγίας ἐκκλησίας. πρῶτον μὲν, ὅτι τοῦ μέρους ὑπῆρχε τῶν ἀποσχιστῶν, τῶν ἑαυτοὺς ἀποσχισάντων, μετὰ τὸ πολλάκις καθαιρεθῆναι τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ τῆς τοῦ συνεπισκόπου ἡμῶν Ιγνατίου κοινωνίας. δεύτερον, ὅτι καὶ νεόφυτος, καὶ ἐκ ταξιωτικοῦ καὶ λαϊκοῦ τάγματος προήχθη. τρίτον, ὅτι ἀπὸ τῶν προειρημένων ἀποσχιστῶν ἐχειροτονήθη. ἔτι γε μὴν ὅτι καὶ ἐναντίως τοῦ ἰδιοχείρου ἔπραξεν, ὃ πρὸς τοὺς μητροπολίτας ἐποίησε περὶ τοῦ Ιγνατίου. ἀλλὰ καὶ δι' ἕτερα πλείονα καθαιροῦμεν τὸν Φώτιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ· εἰ δὲ μὴ στέργουσιν ἡσύχως τῇ καθαιρέσει, καὶ ἀναθεματίζομεν.

Reſtituimus autem Iguatium in ſuam ſedem, omneſque cum illo ejectos in ſuos quemque thronos reducimus.

Αποκαθίσαμεν δὲ τὸν Ιγνάτιον εἰς τὸν οἰκεῖον θρόνον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐκβεβλημένους εἰς τοὺς οἰκείους εἰσάγομεν θρόνους.

VI.

In ſexto capite de Theopaſchitis nec ſtraque vera relatione tractatur.

ς'.

Εν ἕκτῃ δὲ ἐρρέθη γραφὴ τὰ περὶ Θεοπασχιτῶν, καὶ περὶ τῆς ἡμῶν ὀρθῆς πίστεως.

VII.

In ſeptimo de Rhodoaldo prævaricatore agitur.

ζ.

Καὶ ἐν ἑβδόμῃ, τὰ περὶ τὸν παραβάτην Ραδόαλδον.

VIII.

In octavo eſt admonitio, ne quis veſtrum latrocinali ſynodo contra Ignatium conſentiat & abripiatur, ſed noſtram ſententiam ſequatur. Itemque nos nihil veritos, ne male judicaverimus, hæc ſcripſiſſe. Nam ſedes Petri a nemine judicatur, niſi ab eo qui illi claves regni dedit. Sed vos ut antiquum morem ſervetis, neque judicetis, neque approbetis quidquam ſine noſtra auctoritate. Hæc autem eo ſcripſi vobis, quod non ita pridem venerit ad nos palatinus ſpatharius cum imperatoris epiſtola, qui gloriabatur ab imperatore ſynodum adornari, eo quod nos jam perſcriptam injuriam (Ignatio factam) noluerimus approbare.

η.

Καὶ ἐν ὀγδόῃ, παραινέσεις, ἵνα μή τις συναπαχθῇ ὑμῶν τῇ κατὰ Ιγνατίου λῃστρικῇ πράξει, ἀλλ' ἕπεσθαι τῇ ἡμετέρᾳ γνώμῃ. καὶ ὅτι οὐ δεδιότες ἡμεῖς ὡς παρακρίναντες, ταῦτα ἐγράψαμεν. οὐδὲ γὰρ ὁ Πέτρου θρόνος ὑπ' ἄλλου κρίνεται, ἢ ἀπὸ τοῦ δεδωκότος αὐτῷ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας· ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς κατὰ τὸ ἀρχαῖον διαφυλάττησθε μὴ κρίνειν, ἢ συναινεῖν ἀντὶ τῆς ἡμῶν παραδόσεως. τοῦτο δὲ ἔγραψα, διὰ τὸ κατὰ τὸν παρελθόντα χρόνον ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς βασιλικὸν σπαθάριον μετὰ καὶ ἐπιστολῆς βασιλικῆς, ἐγκαυχώμενον, ὅτι σύνοδον ἀθροίζει ὁ βασιλεὺς, διὰ τὸ μὴ καταδέξασθαι ἡμᾶς τὴν γεγραμμένην ἀδικίαν.

IX.

In nono, ſi divinis non parent ſanctionibus, ut mittant Romam fratrem noſtrum Ignatium cum epiſcopis illum ſequentibus, & Photium, ut audiantur, & inter ſe ſincero & incorrupto judicio dijudicentur. Quo pacto quis enim juſtam ab adverſariis ſententiam impetret?

θ'.

Εν ἐννάτῃ περιοχῇ, ὅτι ἐὰν μὴ πείθωνται τοῖς θείοις θεσμοῖς, ἵνα ἀποστείλῃ τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν Ιγνάτιον μετὰ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ τὸν Φώτιον, ὡς ἀναδέξασθαι· καὶ μετ' αὐτοῦ κριθῶσιν ἐν καθαρῷ καὶ ἀπροσωπολήπτῳ συνεδρίῳ. πῶς γὰρ ἄν τις δικαίως κριθήσεται παρὰ τῶν κατηγόρων αὐτοῦ;

X.

In extremo continetur, ut beatorum apoſtolorum noſtræque tenuitatis diaconos recipiatis, illiſque veſtrum auxilium ubicumque implorantibus pro viribus ſuccurratis, præſertim in communi certamine. Communis enim omnium labor eſt in reducendis (Armeniis dico) fratribus in viam, atque ad meliorem Dei cognitionem informandis.

ι.

Δέκατον καὶ τελευταῖον συμπέρασμα, ἵνα δέξησθε τοὺς διακόνους τῶν μακαρίων Αποστόλων καὶ τῆς ἡμῶν εὐτελείας· καὶ ἔνθα ἂν ἐξαιτῶνται τὴν ὑμῶν βοήθειαν, ἐπαμύνητε αὐτοῖς κατὰ τὸ ὑμῖν δυνατὸν, μάλιστα εἰς τὸν κοινὸν ἀγῶνα. κοινὸς γὰρ ἀγὼν, ἡ τῶν πλανωμένων ἀδελφῶν ἐπιστροφὴ, καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπίγνωσις, τῶν Αρμενίων δηλονότι.

Νικό-

A

ANNO CHRISTI 869.

EPISTOLA NICOLAI PAPÆ.

Νικόλαος ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν τοῦ Θεοῦ δούλων, τῷ ἁγιωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Ἰγνατίῳ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως.

ΦΡΑΣΑΙ οὐχ οἷόν τε, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ὁπόσοις ὀδυρμοῖς καὶ ἀνιαροῖς ὑπὲρ τῶν ἀμετρήτων ὑμῶν συνεχόμεθα διωγμῶν. τοιγαροῦν μετὰ τὸ τοὺς ἀποκρισιαρίους ἡμῶν Ῥαδόαλδον καὶ Ζαχαρίαν, τούς ποτε ἐπισκόπους, οὓς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπέμψαμεν, ὑπέρ τε τοῦ ζητῆσαι τὴν αἰτίαν τῆς ἀποκινήσεως ὑμῶν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἱερῶν εἰκόνων, πρὸς ὑμᾶς ἐπιστρέψαι, καὶ τῇ αὐτῶν ἀναφορᾷ μαθεῖν ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ ἀποκρισιαρίου, ὡς αὐτοὶ ἀπόφασιν καθ᾽ ὑμῶν ἐξενηνόχασι, πολλῇ ὀδύνῃ περιεβλήθημεν, διὰ τὸ πρᾶξαι αὐτοὺς ἐναντία οἷς ἐνετάλθησαν. διὸ καὶ παρόντος τοῦ βασιλικοῦ ἀποκρισιαρίου συγκαλεσάμενοι πᾶσαν τὴν παρ᾽ ἡμῖν ἐκκλησίαν, καὶ ἐκ πολλῶν ἐπαρχιῶν τῶν δυτικῶν χωρῶν ἁγιωτάτους ἐπισκόπους σφόδρα πολλούς, πρῶτον ψήφῳ κοινῇ τὸν Ζαχαρίαν καθαιρέσει ὑπεβάλομεν. περὶ δὲ τοῦ Ῥαδοάλδου, διὰ τὸ μὴ παρεῖναι τότε αὐτόν, τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ ἀνηρτήσαμεν. ὕστερον δὲ οὐδὲ αὐτὸς τὴν κατ᾽ αὐτοῦ ψῆφον ἐξέφυγεν.

Ἔτι γε μὴν καὶ τὸν Φώτιον καθείλομεν, προσεπισκήψαντες, ὡς ἐὰν μετὰ τὴν καθαίρεσιν ταύτην εἰς τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον προεδρεύσῃ, ἢ ὑμῖν πρὸς τὸ ἀπολαβεῖν τὴν ἐκκλησίαν ἐμποδίσῃ, ἢ τῆς ἱερᾶς λειτουργίας ἐφάψηται, ἀνάθεμα ἔστω. ὁμοίως καὶ τὸν χειροτονήσαντα αὐτόν, Γρηγόριον τὸν τῆς Συρακουσῶν ἐκκλησίας ἐπίσκοπον, ὑπὸ ἀνάθεμα τίθεμεν, εἰ μετὰ ταῦτα ἱερουργίας οἱασδήτινος ἅψηται. καὶ οὓς δὲ ὁ Φώτιος ἐχειροτόνησε, πάσης τῆς τῶν κληρικῶν ἐγυμνώσαμεν τάξεως. καὶ ταῦτα μὲν περὶ ἐκείνων ὡρίσαμεν. ὑμᾶς δὲ τῇ αὐθεντίᾳ τοῦ μεγάλου κριτοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἐθεσπίσαμεν, μηδέποτε εἶναι καθῃρημένους, ἢ ἀναθέματι ὑποβεβλημένους. πάντα δὲ τὸν μὴ τῇ παρούσῃ ἡμῶν κρίσει εἴκοντα, ἢ ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς ὑμῶν κοινωνίας ἀφορίζοντα, ἢ ἐσχάτως καθ᾽ ὑμῶν τινα κρίσιν χωρὶς τῆς τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου συναινέσεως ἐκφέροντα, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, πάσης τῆς τῶν κληρικῶν τάξεως ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων εἶναι ἀλλότριον· εἰ δὲ λαϊκός, πάσης εὐλογίας πατρικῆς στερηθήσεται, καὶ εἰ μὴ μεταμεληθῇ, καὶ ἀναθεματισθήσεται. τοὺς δὲ ἐπισκόπους, ὅσοι ἢ ὑπερορίᾳ συνέχονται, ἢ τῆς λειτουργίας, ἢ τοῦ βαθμοῦ ἕνεκα σοῦ * ὑστερήθησαν, ὡρίσαμεν τὰς ἰδίας ἐκκλησίας καὶ τοὺς βαθμοὺς ἀπολαβεῖν. καὶ εἴτις τούτῳ ἡμῶν τῷ θεσπίσματι ἐναντιωθῆναι τολμήσει, ἀνάθεμα ἔστω, ἕως οὗ πειθαρχήσῃ. εἰ δέ τινες κατηγορηθέντες ἐξεβλήθησαν τῶν οἰκείων ἐκκλησιῶν, ὡρίσαμεν τούτους τὰς μὲν ἐκκλησίας ἀπολαβεῖν, κριθῆναι δὲ ὑπὸ τοῦ τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου Ῥωμαίων ἱεράρχου. ταῦτά εἰσιν ἀδελφέ, ἅπερ ἐν τῇ μιᾷ συνόδῳ τῶν ἀδελφῶν καὶ συνιερέων ἡμῶν διαφόρων ἐπαρχιῶν τῶν δυτικῶν, ἑπόμενοι τῶν προγενεστέρων ἡμῶν τῇ παραδόσει, ἐπράξαμεν· καὶ διὰ τοῦτο τῇ μακαριότητι ὑμῶν γνωρίσαι διενοήθημεν, ὅπως γνῷς τὴν ἡμετέραν ὑπὲρ ὑμῶν διάθεσιν.

* Γρ. ἐστερήθησαν.

*Nicolaus ſervus ſervorum Dei ſanctiſſimo fratri & comminiſtro noſtro Ignatio patriarchæ Conſtantinopolitano.*

EXprimere verbis non poſſum, reverendiſſime frater, quibus lacrymis, quantoque luctu ob tuas immenſas afflictiones & ærumnas afficiar. Etenim poſteaquam apocriſiarii noſtri Rhadoaldus & Zacharias olim epiſcopi, Conſtantinopolim, ut cauſas depoſitionis tuæ cognoſcerent, & de ſacris imaginibus quærerent, miſſi redierunt, noſque ex illorum relatione, atque ab ipſo imperatoris legato di- B dicimus, quemadmodum ipſi contra te damnationis ſententiam pronuntiarint, magno ſane dolore afflicti ſumus, quod contra quam illis imperavimus, fecerint. Quapropter præſente apocriſiario regio, vocato noſtræ eccleſiæ concilio, atque evocatis etiam ex multis occidentalium regionum provinciis, ſanctiſſimis plurimiſque epiſcopis, primum Zachariam de communi ſententia damnavimus: Rhadoaldi autem exauctorationem, quod tunc abeſſet, diſtulimus. Qui tamen poſtea ſententiam damnationis non effugit.

Præterea vero Photio dignitatem abrogavimus, denuntiavimuſque, ut ſi poſt damnatio- C nem iſtam thronum Conſtantinopolitanum denuo audeat aſcendere, aut tibi quo minus ad tuam ſedem redeas, impedimento ſit, aut ſacra contingere tentarit, anathema ſit. Pariter etiam Gregorium Syracuſanum, a quo Photius ordinatus eſt, anathemate percellimus, ſi poſthac ſacra quæcumque adminiſtrarit. Præterea quoſcumque Photius ſacris initiavit, gradu clericorum omni privamus ac dejicimus. Atque hæc quidem de illis decrevimus. Te autem auctoritate ſupremi judicis domini Dei ſalvatoris noſtri, nec depoſitum, nec anathemate vinctum unquam fuiſſe declaramus. Quicumque vero ſententiæ noſtræ repugnaverit, aut ſe a tua communione ſeparaverit, D demum adverſum te ſine apoſtolicæ ſedis auctoritate ſententiam tulerit, clericus omni honore dignitateque clerici coram Deo & hominibus exutus eſto: laicus omni benedictione paterna careto: qui niſi reſipuerit, anathemate quoque ferietur. Epiſcopos vero, quicumque tua cauſa exulant, aut ſolio ſuo honoreque privati ſunt, ſedibus ſuis & dignitati reſtitui jubemus. Quicumque huic noſtro decreto reſiſtere conabitur, anathema eſto, quoad nobis ille ſe ſubjiciat. Si qui vero per criminationem ſunt ejecti, illos ad ſuas revocandos eccleſias ſtatuimus, cauſamque eorum ad tribunal Romani pontificis decidendam. Hæc ſunt frater, quæ in una fratrum & con- E ſacerdotum noſtrorum, diverſis ex provinciis evocatorum, majorum noſtrorum inſtituta ſequentes ſynodo conſtituimus, tuæque beatitudini ſignificare voluimus, ut noſtrum erga te animum perſpectum haberes.

A

EPIST. II. NICOLAI PAPÆ.

ANNO CHRISTI 869

*Epiſtola altera ejuſdem papæ ad ſenatum Conſtantinopolitanum, ut ne probent Ignatii damnationem, ſed Photium pellere ſtudeant.*

Επιςολὴ ἑτέρα τȣ͂ αὐτȣ͂ πάπα πρὸς τὺς συγκλητικὺς Κωνςαντινȣπόλεως, ὡς ἂν μὴ συνδοκήσωσι τῇ καθαιρέσει Ιγνατίȣ, ἀλλὰ τὸν Φώτιον σπȣδάσωσι διωχθῆναι.

Alia item epiſtola ad ſanctiſſimos orientis patriarchas, & potiſſimum Hieroſolymitanum, qua declarat, quæ tractarit ipſe papa in ſynodo Romana de Ignatii depoſitione & Photii damnatione. Hortatur vero, ut idem omnes ſecum ſentiant.

Καὶ ἄλλη ἐπιςολὴ πρὸς τὲς κατὰ ἀνατολὴν ἁγιωτάτȣς πατριάρχας, καὶ μάλιςα πρὸς τὸν Ιεροσολύμων, δηλȣ͂σα, ὅσα ... ἔπραξεν ὁ αὐτὸς πάπας περὶ τῆς καθαιρέσεως Ιγνατίȣ, καὶ τῆς ἀποβολῆς Φωτίȣ, καὶ παραινȣ͂σα τῆς αὐτῆς γνώμης εἶναι καὶ αὐτές.

*Epiſtola Epiphanii archiepiſcopi Cypri ad Ignatium patriarcham Conſtantinopolitanum, poſt ipſius reditum.*

B

Επιςολὴ Επιφανίȣ ἀρχιεπισκόπȣ Κύπρȣ πρὸς Ιγνάτιον τὸν Κωνςαντινȣπόλεως, μετὰ τὴν ἐπάνοδον αὐτȣ͂.

Etſi perindignus atque abjectiſſimus domini mei ſacratiſſimi & coangelici ſervus ſim, auſus ſum tamen ſcribere. Apprehenderunt quidem & tuam ſanctam ac divinam mentem, ſacratiſſime, tentationes dæmonis omnis mali auctoris, qui tentat omnes qui volunt ſecundum Deum vivere. Quod vero illæ te omnibus probatiorem firmioremque oſtenderint, atque ut aurum in fornace excoctum ſplendidiorem illuſtrioremque reddiderint, nemini eſt obſcurum. Revera in vanum laboravit & vigilavit, qui te cuſtodiendo, ad tuam conſtantiam veluti petram offendit. Ecce veritatis calumniatores evanuere: ſidus autem orbis terrarum ſplendorem recepit ſuum. Quapropter convolat, & lætitia geſtit ob reſtitutionem tuam univerſus orbis, ipſæque adeo beatæ mentes mortalibus applaudunt. Vehementerque ſane & nos, quamquam peccatores & abjecti, ultimam hanc inſulam incolentes, tui gaudii participes eſſe cupimus, ſpiritalibuſque donis repleri. Sed timore & reverentia prohibemur, ne temeritatis arguamur, ſi id agamus injuſſi. Indignum enim cenſemus, hoc ſine religioſorum juſtiſſimque, & magnorum principum noſtrorum, tuæque ſanctitatis imperio, tentare.

C

D

Verumtamen etſi corpore abſumus, animo tamen una gaudemus; & communicamus, & approbamus omnia quæ a vobis & veſtra ſacra ſynodo ſunt decreta. Atque ſeptem prioribus apponimus, omneſque qui hanc non recipiunt, repudiamus.

ΤΟΛΜΩΝ ὁ ἀνάξιος καὶ πανάθλιος τȣ͂ πανιέρȣ καὶ ἰσαγγέλȣ δεσπότȣ μȣ δȣ͂λος γράφω· ἥψαντο μὲν καὶ τῆς ὑμετέρας ἁγίας καὶ θεοειδȣ͂ς ψυχῆς, ἱερώτατε παρὰ τȣ͂ πειράζοντος πάντας τȣ̀ς κατὰ Θεὸν ζῶντας ἀρχεκάκȣ δαίμονος οἱ πειρασμοί. ὅτι δὲ δοκιμώτερον καὶ κραταιότερόν σε ἀνέδειξαν, καὶ ὥσπερ χρυσὸν ἐν καμίνῳ πυρώσαντες, λαμπρότερον καὶ φαιδρότερον κατέςησαν, πᾶσιν ἄδηλον. ὄντως εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων, τῇ ἐμπέτρᾳ ςερρότητι, πέτρᾳ προσκόψας. ἰδȣ̀ οἱ συκοφάνται τῆς ἀληθείας παρῆλθον, καὶ ὁ φωςὴρ τῆς οἰκȣμένης αὖθις τὴν ἰδίαν ἀπέλαβε δόξαν. διὸ καὶ συντρέχει καὶ συνευφραίνεται ἐπὶ τῇ ἀποκαταςάσει σȣ πᾶσα ἡ οἰκȣμένη, καὶ συνεορτάζȣσι τούτοις καὶ αἱ ἄνω δυνάμεις. πάνυ δὲ καὶ ἡμεῖς ἐφιέμεθα οἱ ταπεινοὶ καὶ ἁμαρτωλοὶ, οἱ τὴν ἐσχατιὰν ταύτην οἰκȣ͂ντες, τῆς περὶ σὲ εὐφροσύνης κοινωνῆσαι, καὶ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ἐμφορηθῆναι· ἀλλὰ κωλυόμεθα φόβῳ καὶ αἰδοῖ, μήπως καὶ προπετείας κριθῶμεν, ἀκελεύςως τȣ͂το δράσαντες. ἀνάξιον γὰρ ἡγȣ́μεθα, ἄνευ τῆς προςάξεως τῶν εὐσεβῶν καὶ δικαίων μεγάλων βασιλέων ἡμῶν, καὶ τῆς ὑμετέρας δεσποτικῆς ἁγιωσύνης, τȣ͂το κατατολμῆσαι.

Πλὴν εἰ καὶ τῷ σώματι ȣ̓ πάρεσμεν, ἀλλὰ τῇ ψυχῇ καὶ συνευφραινόμεθα, καὶ συγκοινωνȣ͂μεν, καὶ συνευδοκȣ͂μεν πᾶσι τοῖς ὑφ᾽ ὑμῶν καὶ τῆς ἱερᾶς ὑμῶν συνόδȣ δεδογμένοις. καὶ συντιθέμεθα ταύτην ταῖς ἁγίαις ἑπτὰ συνόδοις ταῖς παρελθȣ́σαις· καὶ τȣ̀ς ταύτην μὴ δεχομένȣς ἀποβαλλόμεθα.

## EX ACTIS S. OECUMENICÆ ſynodi octavæ, quorum hoc eſt proœmium.

## ΕΚ ΤΩΝ ΠΡΑΚΤΙΚΩΝ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ οἰκουμενικῆς ὀγδόης συνόδου, ὧν τὸ προοίμιον τȣ͂το.

S. Matthæi Raderi S. I. interpretatio a Romanis editoribus in locis interpolata. Matth. 7.

Diviniſſimum Verbum Chriſtus omnium noſtrum dominus & ſalvator, qui hæc ante quam fierent, omnia novit, ſceleſtorum verſutias prædixit, cum ait: *Attendite vobis a pſeudoprophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Fuit ergo & noſtra tempeſtate homo, interiore quidem homine ex fraude & ſcelere compoſitus, qui propter ambitionem, gloriæque cupiditatem, pietatis perſona velatus, imperatores inde a grege Chriſti abſtraxit, noſtræque eccleſiæ thronum invaſit, germano eccleſiæ hujus & beatiſſimo principe paſtorum Ignatio ejecto

E

Ο ΘΕΑΡΧΙΚΩΤΑΤΟΣ λόγος Χριςὸς, καὶ πάντων ἡμῶν σωτήρ τε καὶ Κύριος, καὶ πάντα εἰδὼς πρὶν ταῦτα γενέσθαι, τὰς τῶν κακȣ́ργων πανȣργίας προδεδήλωκεν, οὕτως εἰπών· προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτȣ́ς. γέγονε τοίνυν κἀν τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς χρόνοις ἀνὴρ πανȣργίας καὶ κακȣργίας πεπληρωμένον ἔχων τὸν ἔνδον ἄνθρωπον, διὰ δὲ φιλαρχίαν καὶ κενοδοξίαν τὴν μόρφωσιν τῆς εὐσεβείας σχηματιζόμενος. ὅθεν καὶ τȣ̀ς τηνικαῦτα κρατȣ͂ντας ἀπεβȣκόλησε, καὶ οὕτω τῆς

καθ

ANNO CHRISTI 869.

καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας ἐκράτησε, τοῦ νομίμου ἀρχιποίμενος ταύτης τοῦ παμμάκαρος Ἰγνατίου παρανόμως ἀποβληθέντος. ἀλλὰ θᾶττον τοῦ προσωπείου περιαιρεθέντος, κατεφωράθη ἀπὸ τῶν καρπῶν τὸ δένδρον· καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις τοῖς παραδυναστεύσασι, καὶ τοῦτον προχειρισθῆναι παρασκευάσασι, συνηπὲς γέγονεν, ἀλλὰ δὴ καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην εὐσεβέσι, διαφερόντως δὲ τῇ ἁγιωτάτῃ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς κατ' ἀνατολὴν πατριαρχικοῖς θρόνοις. διὸ καὶ ὁ τῶν ἐκδικήσεων Κύριος, καθάπερ ἄλλον Ἠλίαν ζηλωτὴν, τὸν μακαριώτατον πάπαν Νικόλαον ἐξήγειρε κατ' αὐτοῦ, ὃς καὶ τὸν ἅρπαγα καὶ λύκον ὡς λῃστὴν καὶ κλέπτην ἀνεῖλε, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τῆς αἰσχύνης ἱερεῖς, διακονησαμένου καὶ καθυπουργήσαντος τῇ θείᾳ βουλῇ καὶ ψήφῳ τοῦ φιλοχρίστου καὶ θεοκυβερνήτου μεγάλου Βασιλέως ἡμῶν Βασιλείου. οὗτος γὰρ οἰκουμενικὴν σύνοδον συναθροίσας, τὰ δόξαντα τῷ ἁγίῳ πνεύματι θεοσεβῶς ἀπεπλήρωσεν, ἀποδοκιμασθέντος μὲν τοῦ κατ' ἀντίφρασιν Φωτίου, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντων· βεβαιωθέντος δὲ εἰς τὸν ἴδιον θρόνον τοῦ θειοτάτου Ἰγνατίου.

A Sed celeriter perſona depoſita, e ſuis fructibus arbor eſt cognita. Quin & iis ipſis qui tunc magna auctoritate pollebant, & quorum potentia evectus erat, odioſus evaſit, atque adeo bonis omnibus ac religioſis, præſertim vero ſanctiſſimæ Romanæ eccleſiæ, atque orientis patriarchis. Quapropter Deus ultionum, quaſi alterum Eliam zeloten, beatiſſimum papam Nicolaum contra illum excitavit, qui raptorem hunc & lupum, furem & latronem, una cum infamiæ ſuæ miniſtris ſive ſacerdotibus ſuſtulit, ſubſerviente, atque adminiſtrum ſe præbente Dei conſilio Chriſti amante, atque a Deo gubernato magno imperatore noſtro Baſilio. Coacto enim generali B concilio, quod eſt Spiritui ſancto viſum, pie executus eſt; Photio quidem tenebricoſo condemnato cum omnibus ab eo conſecratis, ſacratiſſimo vero Ignatio in ſuo throno confirmato.

ACTIO I. SYNODI

## ΠΡΑΞΙΣ α΄.

ΕΝ ὀνόματι τοῦ Κυρίου καὶ δεσπότου πάντων Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, ὑπατείᾳ τῶν θεοστέπτων καὶ γαληνοτάτων ἡμῶν δεσποτῶν, Βασιλείου μὲν ἔτους τρίτου, Κωνσταντίνου δὲ υἱοῦ αὐτοῦ ἔτους δευτέρου, ἰνδικτιῶνι γ΄. πρὸ δύο νωνῶν Ὀκτωβρίου.

Προτεθέντων τῶν τιμίων ξύλων, καὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων, ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμένων τοῦ πανευφήμου ναοῦ τῆς ἁγίας καὶ μεγαλωνύμου Σοφίας. συνελθόντων Δονάτου καὶ Στεφάνου τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, καὶ Μαρίνου τοῦ θεοφιλεστάτου διακόνου ἐπεχόντων τὸν τόπον Ἀδριανοῦ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης· καὶ Ἰγνατίου τοῦ τιμιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς μεγαλωνύμου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ τῶν ἁγίων τοποτηρητῶν τῆς ἀνατολῆς, δηλονότι Θωμᾶ τοῦ ἁγιωτάτου μητροπολίτου Τύρου, τὸν τόπον ἐπέχοντος τοῦ θρόνου Ἀντιοχείας, διὰ τὸ χηρεύειν τὴν αὐτῶν ἐκκλησίαν· καὶ Ἠλία τοῦ θεοσεβεστάτου πρεσβυτέρου καὶ συγκέλλου, τὸν τόπον ἐπέχοντος Θεοδοσίου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων· καὶ κατὰ κέλευσιν τῶν φιλοχρίστων βασιλέων, συνακροωμένων τῶν πανευφήμων πατρικίων, Θεοδώρου πατρικίου καὶ μαγίστρου, Βαάνους τοῦ πραιποσίτου, Ἡμερίου, Θεοφίλου, Ἰωάννου λογοθέτου τοῦ δρόμου, Λέοντος δομεστίκου τῶν ἐξκουβίτων, Παύλου ὑπάρχου τῶν πραιτωρίων, Μανουήλ, Θεοφυλάκτου, Πετρωνᾶ, Ὀρέστου πρωτοσπαθαρίου καὶ δομεστίκου τῶν ἱκανάτων. τούτων οὖν συναθροισθέντων, οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ Ἰγνάτιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἱ τιμιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς ἀνατολῆς εἶπον.

Εἰσελθέτωσαν οἱ ἐπίσκοποι πάντες, ὅσοι κεκοπιάκασι καὶ ἐνήθλησαν ὑπὲρ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, ὡς ὁμόφρονες Ἰγνατίου. καὶ εἰσελθόντων, καὶ καθισάντων αὐτῶν, Βαάνης ὁ πανεύφημος πατρίκιος καὶ πραιπόσιτος εἶπε πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον· ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ὁ ἅγιος ἐπαναγνωστικὸν ἀπέστειλε· καὶ εἰ κελεύετε, προσφωνηθήτω τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

## ACTIO PRIMA.

ACTIO I CONC. VIII. GENER.

C IN nomine domini & dominatoris omnium Jeſu Chriſti Dei noſtri, conſulatus sereniſſimorum imperatorum noſtrorum a Deo coronatorum, Baſilii anno tertio, Conſtantini filii ipſius ſecundo. Indictione III. III. Nonas Octobris.

Propoſitis (S. crucis) lignis, ac ſanctis evangeliis, in dextra parte catechumenorum celeberrimi ſanctique & magnifici templi Sophiæ. Convenientibus Donato & Stephano Dei amantiſſimis epiſcopis, & Marino dilectiſſimo Dei diacono, Hadriani ſanctiſſimi veteris Romæ archiepiſcopi legatis: Ignatio reverendiſſimo magnificæ urbis Conſtantinopolitanæ novæ Romæ archiepiſcopo, ſanctiſque vicariis orientis, nempe Thoma ſanctiſſi- D mo metropolita Tyri, locum tenente ſedis Antiochenæ, eo quod ille thronus tum vacaret; & Elia religioſiſſimo presbytero & ſyncello, vices gerente ſacratiſſimi Theodoſii epiſcopi Hieroſolymorum, præſentibus etiam juſſu Chriſtianiſſimorum imperatorum, clariſſimis patriciis, Theodoro patricio & magiſtro, Baane præpoſito, Hemerio, Theophilo, Joanne logotheta dromi, Leone domeſtico excubitorum, Paulo præfecto prætorio, Manuele, Theophylacto, Petrona, Oreſte protoſpathario & domeſtico hicanatorum. His igitur collectis, ſanctiſſimi legati veteris Romæ, & Ignatius ſanctiſſimus patriarcha Conſtantinopolitanus, & reverendiſſimi orien- E tis vicarii dixerunt:

Ingrediantur epiſcopi, quotquot pro verbo veritatis Ignatio adjuncti depugnarunt, & deſudarunt. Ergo cum ingreſſi conſediſſent, Baanes clariſſimus patricius & præpoſitus ad ſanctum concilium dixit. Pius imperator noſter miſit epanagnoſticum, quod legatur, ſi placet ſanctæ ſynodo

A Sanctiſſimi legati veteris Romæ & orientis dixe unt: Recitetur.

Theodorus devotus a ſecretis legit.

Cum divina & benigniſſima Dei providentia nobis orbis terræ gubernacula commiſerit, omnem dedimus operam, ut etiam ante communes reipublicæ curas eccleſiaſticæ controverſiæ componantur. Quarum cauſa cenſuimus aliorum quoque patriarcharum vicarios accerſendos, qui ductu Dei adſunt.

Ergo, fratres, monemus & hortamur, uti cum omni modeſtia & reverentia ad ſanctam & œcumenicam ſynodum, veluti ad B publicam & inſtructam medicamentis officinam, poſitis omnibus affectibus & diſſidiis, partiumque ſtudiis, accedatis, neque ad contentioſas altercationes declinetis; ſed ſciatis bene potius vinci, quam culpabiliter vincere. Ad vos autem judices ita dicimus. Eſſe quidem vos veritatis amantes, minime ignoramus; nos tamen pro data nobis poteſtatis menſura non tacebimus quæ pro rebus eccleſiaſticis dicenda nobis videbuntur. Quapropter veſtram pietatem obſecramus, ut ſine omni partium gratia affectione judicium hoc peragatis.

Lecta admonitione legati dixerunt: Recte C ſacri imperatores noſtri monuere. Tum rurſus Baanes clariſſimus præpoſitus ſurrexit, & ad legatos dixit: Epiſcopi cum ſenatu intelligere cupiunt, qua cum poteſtate a ſanctiſſimis patriarchis miſſi ſitis.

Donatus & reliqui veteris Romæ legati dixere: Nuſquam reperimus Romanos legatos unquam in concilio œcumenico examinari. Baanes reſpondit: Non ex contemptu hoc fit, ſed propter Rhadoaldum & Zachariam, qui paulo ante huc advenientes nos deceperunt, aliaque quam quæ iis fuerant imperata, fecerunt.

Legati dixere: Ecce vobis propterea litteras ad imperatorem & patriarcham exhibemus. D Poſtquam enim legati imperatoris & patriarchæ Ignatii Romam ad Nicolaum tum pontificem, qui interim ad dominum emigrarat, venerunt, Hadrianus ſucceſſor illius litteras accepit, & nos cum litteris huc levavit.

*Hadrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

*Deo amabili & religioſiſſimo imperatori Baſilio Auguſto Chriſtianiſſimo deſideratiſſimoque filio.*

E

CElſitudinis tuæ præclariſſimos legationis nuntios ad apoſtolicæ ſedis anteceſſorem meum papam Nicolaum miſſos excepimus nos, Deoque gratias perſolvimus, quod noſtris temporibus tuum a Deo cuſtoditum excitarit imperium, quod tempeſtatem adverſus ſanctam & apoſtolicam eccleſiam Conſtantinopolitanam adhuc ſævientem pacaret. Intellexiſti enim, quemadmodum litteræ clementiæ tuæ docent, quibus vulneribus cruentata ſit eccleſia veſtra, quodque hæc noſtra cathedra hujuſcemodi ul-

Οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ ἀνατολῆς εἶπον· ἀναγνωσθήτω.

Καὶ λαβὼν Θεόδωρος ὁ καθωσιωμένος ἀσηκρῆτις ἀνέγνω.

Τῆς θείας καὶ φιλανθρώπου προνοίας τὰ πηδάλια τῆς οἰκουμενικῆς ὁλκάδος ἡμῖν ἐγχειρησάσης, πᾶσαν ἐθέμεθα σπουδὴν καὶ πρὸ τῶν δημοσίων φροντίδων τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἔριδας διαλῦσαι. κεκρίκαμεν οὖν ἀπὸ τῶν ἄλλων πατριαρχικῶν θρόνων τοποτηρητὰς ἀγαγεῖν διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν, οἳ καὶ συνήχθησαν τῇ συνεργίᾳ Θεοῦ.

Διὸ καὶ παρεγγυώμεθα, καὶ παραινοῦμεν πᾶσιν ὑμῖν, ἀδελφοί, μετὰ πολλῆς αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας προσεληλυθέναι τῇ ἁγιωτάτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, ὡς πρός κοινὸν καὶ ἄφθονον ἰατρεῖον, μηδεμίαν ἐπιφερομένους κίνησιν ἐμπαθῆ καὶ διάθεσιν, μηδὲ πρὸς ἐριστικὴν ἀποβλέποντας γνώμην, ἀλλ' εἰδότας μᾶλλον ἡττᾶσθαι καλῶς, ἢ νικᾶν ἐπισφαλῶς καὶ ἀθέσμως. καὶ πρὸς ὑμᾶς δὲ τοὺς κριτὰς οὕτω φαμέν· ὅτι ἀληθείας μὲν ἐραστὰς ὑμᾶς εἶναι οὐκ ἀγνοοῦμεν· πλὴν καὶ ἡμεῖς κατὰ τὸ δοθὲν ἡμῖν μέτρον τῆς ἐξουσίας, ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασιν οὐ παρασιωπῶμεν ἃ ὀφείλομεν λέγειν. διὸ καὶ ἀξιοῦμεν τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν, ἐκτὸς πάσης προσπαθείας τὴν κρίσιν ποιήσασθαι.

Μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν εἶπον οἱ τοποτηρηταί· καλῶς ἐκέλευσαν οἱ βασιλεῖς ἡμῶν οἱ ἅγιοι. μετὰ τοῦτο πάλιν ἀνέστη Βαάνης ὁ πανεύφημος πραιπόσιτος, καὶ εἶπε πρὸς τοὺς τοποτηρητάς· οἱ ἐπίσκοποι αἰτοῦντι ἅμα τῇ συγκλήτῳ ἰδεῖν, πῶς ἀπεστάλητε παρὰ τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν.

Δονάτος οὖν καὶ οἱ λοιποὶ τῆς Ῥώμης τοποτηρηταὶ εἶπον· ὡς οὐχ εὑρήκαμεν ἐν οἰκουμενικῇ συνόδῳ τοὺς τοποτηρητὰς τῆς Ῥώμης ἀνακρινομένους. Βαάνης εἶπεν· οὐχ ἕνεκεν ἀτιμίας τοῦτο γίνεται, ἀλλὰ διὰ τὸν Ῥαδοαλδον καὶ τὸν Ζαχαρίαν τοὺς πρὸ μικροῦ ἐλθόντας ἐξαπατῆσαι ἡμᾶς, καὶ ἄλλα ποιῆσαι παρὰ τὰ προσαχθέντα.

Οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον· καὶ διὰ τοῦτο ἰδοὺ διδόαμεν τὰς ἐπιστολὰς πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τὸν πατριάρχην. ἐπεὶ γὰρ ἀποκρισιάριοι τοῦ τε βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου Ἰγνατίου ἦλθον εἰς Ῥώμην πρὸς τὸν τηνικαῦτα πάπαν Νικόλαον, ἐκεῖνος δὲ πρὸς Κύριον ἀπεδήμησεν, ἐδέξατο τὰς ἐπιστολὰς ὁ μετ' αὐτὸν πάπας Ἀδριανός, καὶ ἔπεμψεν ἡμᾶς μετὰ τῶν ἐπιστολῶν τούτων.

Ἀδριανὸς ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ.

Τῷ θεοφιλεῖ καὶ εὐσεβεστάτῳ αὐτοκράτορι Βασιλείῳ Αὐγούστῳ, τῷ Χριστιανικωτάτῳ καὶ ποθεινοτάτῳ μοι τέκνῳ.

ΤΗΣ ὑπερφυοῦς σου πρεσβείας τοὺς ὡραιοτάτους ἀποκομιστάς, τοὺς τῷ προκατόχῳ μου τῆς ἀποστολικῆς Ῥώμης πάπᾳ Νικολάῳ ἀποσταλέντας ἡμεῖς ἀπελαβόμεθα, καὶ εὐχαριστίας τῷ Θεῷ ἀνεθέμεθα, ὅτι ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις ἐξήγειρε τὴν σὴν θεοφρούρητον βασιλείαν, τοῦ καταπαῦσαι τὸν σάλον τὸν ἔτι κινούμενον κατὰ τῆς ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως. συνῆκας γάρ, καθὼς τὰ γράμματα τῆς σῆς πρᾳότητος διαγορεύουσι,

ποίοις

ANNO CHRISTI 869

ACTIO I. CON VIII. GENER.

τοίοις μώλωψι τετραυματίσαι ἡ παρ' ὑμῖν ἁγία ἐκκλησία, καὶ ὡς αὕτη ἡ καθέδρα ἰατρεύειν δύναται τὰ τοιαῦτα ἕλκη. καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα θεραπευθῆναι ἐπιποθῶν, τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου τῇ ἐκθέσει τὴν θεραπείαν ὑγιῶς ἐξεζήτησας. γνῶθι οὖν τέκνον ἠγαπημένον καὶ τιμιώτατον, Αὔγουστε, ὅτι εἴτι ἂν περὶ τὸν ἀδελφὸν καὶ συνεπίσκοπον ἡμῶν Ἰγνάτιον, καὶ περὶ τὸν σχισματικὸν Φώτιον θεόθεν ἔδρασας ἐμπνευσθείς, καλῶς ἔδρασας, καὶ καθὼς ἡ Ἀποστολικὴ καθέδρα μετὰ πάντων τῶν ἑσπερίων προέδρων ἐθέσπισε. καὶ γινωσκέτω ἡ ἀγάπη σου, ὅτι ὥσπερ διαφόρῳ τρόπῳ ἥμαρτον οἱ κατὰ Ἰγνατίου φρονήσαντες, οὕτω διαφόροις αὐτοὺς τρόποις ὅρων ὑποβληθῆναι οὐκ ἀσκόπως χρῆναι νομίζομεν. τούτων μέντοι τὰς διαφορὰς τοὺς τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου πρέσβεις ἅμα τῷ ἀδελφῷ ἡμῶν καὶ συλλειτουργῷ Ἰγνατίῳ συνερχομένους * προθυμῆσαι συνείδομεν. ἐὰν μέντοι ἀνανήψωσι, χρηστοτέρως * οἰκονομηθήσονται. ὥστε μετὰ τοῦ ἁγίου πάπα Γελασίου εἰπεῖν καὶ ἡμᾶς, τὰ ἀναγκαῖα τῶν πραγμάτων τῇ οἰκονομίᾳ συνέχομεν. χρὴ οὖν καὶ ἡμᾶς ἴσον λόγον ὑπὲρ τοῦ κερδῆσαι τοὺς ἀδελφοὺς ἀποδοῦναι, τὴν τῶν καιρῶν ἀνάγκην προορῶντας. τὸν Φώτιον μέντοι ἀναντιρρήτως ἀπὸ τῆς εὐσεβείας * παντάπασιν ἀφορίζομεν. βουλόμεθα δὲ διὰ τῆς ὑμετέρας εὐσεβοῦς σπουδῆς οὐκ εὐαρίθμητον ἐν τοῖς αὐτόθι τελεσθῆναι σύνοδον, ὡς ἂν οἱ ἡμέτεροι ἀποκρισιάριοι προκαθεσθέντες, καὶ τὰς τῶν πταισμάτων τε καὶ προσώπων διαφορὰς σαφέστερον διαγνόντες, ὁλικῶς τὰ τοῦ ἀνοσίου συνεδρίου ὑπομνήματα παραχρῆμα ἐκ τῶν κατεχηκότων αὐτὰ ἀφαιρεθέντα κατακαύσωσι. τὸ γὰρ τοιοῦτον συνέδριον οὐδὲν διαφέρειν οἰόμεθα τοῦ ἐν Ἀριμίνῳ ὑπὸ Κωνσταντίου, τοῦ ἐν Ἐφέσῳ παρὰ Διοσκόρου συναθροισθέντος. ἀλλὰ καὶ εἴ τις ταῦτα ἀποκρύψαι πειραθείη, ἢ ἐκδικῆσαι, τοῖς δημοσίοις ὑποπιπτέτω νόμοις. τούτων οὕτω τεθεσπισμένων, δυσωποῦμεν τὴν θεοφρούρητον τῆς γαληνότητός σου κεφαλήν, εἰς τὸ ἐναρχθὲν τῆς εὐσεβείας ἔργον περὶ τὸν ἀδελφὸν καὶ συνιερέα μου Ἰγνάτιον διαμεῖναι, καὶ ἀπὸ τῶν ἐνταλμάτων τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου μὴ παρεκκλῖναι, φροντίσαι δὲ τάχιον ἐλθεῖν εἰς ἡμᾶς τοὺς ἀποκρισιαρίους ἡμῶν, ὡς ἂν δι' αὐτῶν μάθωμεν πᾶν ἀγαθὸν περὶ τὴν ἁγίαν σου βασιλείαν. τὸ εὐλαβέστατον κράτος ὑμῶν ἡ ἀνωτάτω χάρις διαφυλάξαι, καὶ πάντα τὰ ἄπιστα ἔθνη ὑποτάξαι αὐτῷ.

Μετὰ τοῦτο ἀνεγνώσθη καὶ τὸ γράμμα τοῦ πατριάρχου Ἱεροσολύμων, τὸ πρὸς τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον, ὃ περὶ τὸ τέλος ἔχει οὕτως.

Οὐκ ἀγνοεῖς ὁσιώτατε δέσποτα τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὔτε γράφειν, οὔτε ἀποστέλλειν δυνάμεθα πρὸς ὑμᾶς· μήποτε γενώμεθα πρὸς τὴν κρατοῦσαν ἡμῶν ἐξουσίαν ἐν ὑποψίᾳ καὶ ὑπονοίᾳ. καὶ γὰρ εὔνοιαν πολλὴν ἐνδείκνυνται εἰς ἡμᾶς, ἄδειαν παρέχοντες οἰκοδομεῖν τὰς ἐκκλησίας ἡμῶν, καὶ κρατεῖν ἀκωλύτως τὰ ἔθη ἡμῶν. καὶ νῦν δὲ καὶ διὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς Ἀμηρᾶ ἐκελεύσθημεν γράψαι. ἐκλιπαροῦμεν τοίνυν λαλῆσαι εἰς τὰ ὦτα τοῦ θεοστέπτου ἡμῶν δεσπότου, τοῦ χαρίσασθαι ἡμῖν ὅσους ἂν βούλοιτο Σαρρακηνούς· ὡς ἂν διὰ τῆς τούτων προσαγωγῆς ἐξημερώσωμεν τὸ ἀγριαῖνον τῶν ἐξουσιαζόντων ἡμῶν. ἐστείλαμεν τὸν ποδήρη καὶ τὴν ἐπωμίδα σὺν τῇ μίτρᾳ, τὴν ἱεραρχικὴν στολὴν τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου, τῇ σῇ περιποθήτῳ καὶ τιμίᾳ κεφαλῇ· ἅμα δὲ καὶ

* ἴσ. προμυθῆναι.
* ἄλ. οἰκονομηθήσονται.
* ἀπὸ ταύτης τῆς φιλαυτίας ex Anaſt.

ceribus mederi poſſit. Quapropter cum hæc curari cuperes, apoſtolicæ ſedis decreto medicinam ſaniſſime requiſiſti. Noveris ergo, dilecte fili venerabilis Auguſte, te, quidquid erga fratrem noſtrum & coepiſcopum Ignatium, vel circa Photium ſchiſmaticum divinitus inſpiratus ſtatuiſti, bene feciſſe, & ſicut apoſtolica hæc cathedra cum totius Heſperiæ præſulibus ſanxit: ſciatque caritas tua, ut variis modis errarunt, qui contra Ignatium ſenſerunt, ita nos exiſtimare diverſa quoque ratione decreto ſententiæ noſtræ non inconvenienter ſubjiciendos. Horum certe diſcrimina ſedis apoſtolicæ legatis convenientibus una cum fratre noſtro & comminiſtro Ignatio moderanda commiſimus. Si tamen ad meliorem mentem redierint, mitius agetur cum eis, ut cum ſancto Gelaſio papa dicamus & nos, neceſſaria rerum diſpenſatione conſtringimur. Oportet igitur & nos, æqua pro lucrandis fratribus ratione temporum neceſſitati conſulendo, hoc imitari: Photium dumtaxat ab hujuſmodi moderamine uſum pietatis prorſus excipimus. Volumus autem per veſtræ pietatis induſtriam Conſtantinopoli numeroſum celebrari concilium; cui noſtri quoque legati præſidentes, delictorum hominumque diſcrimine perſpecto, ſtatim cuncta impii conciliabuli exemplaria, ab iis qui illa retinent, ablata, ignibus concremanda tradant. Hujuſcemodi enim conventiculum nihil diſtare putamus vel ab Ariminenſi per Conſtantium imperatorem, vel ab Epheſino per Diſcorum coacto. Sed & ſi quis hæc occultare vel defendere conabitur, publicis legibus judicandus ſubjiciatur. His ita decretis, obſecramus divinitus redimitum tranquillitatis tuæ caput, ut in cœpto pietatis opere erga fratrem meum & conſacerdotem Ignatium perſeveres, neque a decretis apoſtolicæ ſedis recedas; cureſque ut noſtri legati quamprimum ad nos redeant, ut per illos intelligamus feliciſſimum imperii tui ſtatum. Piiſſimum imperium veſtrum ſuprema gratia cuſtodiat, omneſque gentes a fide alienas illi ſubſternat.

Epiſt. Gelaſii cap. 1. n. 1.

Tum lectus eſt libellus patriarchæ Hieroſolymorum ad patriarcham Ignatium cujus hæc extrema eſt clauſula.

Haud neſcis ſanctiſſime domine cauſam, cur ad te neque ſcribere, neque litteras mittere poſſimus, ne apud principes noſtros in ſuſpicionem aliquam vocemur. Nam & benevolentiam erga nos declarant ſingularem, & templorum excitandorum, & tenendorum ſine impedimento morum noſtrorum ſecuritatem præſtant. Nunc vero noſtri Amirani juſſu ſcripſimus. Rogamus autem ut imperatori noſtro a Deo coronato ſuggeras, uti nobis quotquot placuerit, Saracenos concedat, ut his offerendis eis qui nos dominantur, ipſorum ſævitiam mitigemus. Miſimus tibi, venerande & dilecte domine, poderem & ſuperhumerale cum mitra, pontificalem habitum ſancti Jacopi apoſtoli fratris Domini; ſacrum item vas ex cimeliis ſanctæ reſurrectionis, craterem argenteum

teum cum imaginibus expreſſum, ad ſanctifi- A cationem eccleſiæ veſtræ.

Lecta epiſtola placuit libellum legi, quem Roma expoſuit eccleſia, lectuſque eſt primum Latine, deinde Græce in hæc verba.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Imperatoribus religioſiſſimis dominis noſtris, Baſilio & Conſtantino ejus filio ſemper Auguſtis, anno III. menſe Octobris, indictione III.

Prima ſalus eſt, rectæ fidei regulam cuſtodire, deinde a conſtitutis Dei & patrum nul- B latenus deviare: quæ nos ſecuti anathematizamus omnes hæreſes ſimul cum Iconomachis. Anathematizamus etiam Photium, qui adverſus ſacros canones repente de curiali adminiſtratione, & ſæculari militia, ſuperſtite ſanctiſſimo patriarcha Ignatio, Conſtantinopolitanam eccleſiam latronum more per quoſdam intruſus ſchiſmaticos invaſit. Amplectimur & ſanctam ſynodum, quam beatæ recordationis papa Nicolaus celebravit; cui tu quoque domine coangelice ſumme pontifex Hadriane ſubſcripſiſti: recipimuſque omnes quos recipit illa; damnamus omnes quos damnavit illa, præſertim Photium & Gregorium Syracuſanum, patricidas videlicet, qui contra ſpiritua- C lem patrem ſuum linguas exerere minime formidarunt; ſectatores item eorum in ſchiſmate perſeverantes, quique cum illis in communionis ſocietate permanent. Eccleſias vero malignantium, & perverſorum dogmatum adinventiones ſub Michaele imperatore bis contra beatiſſimum patriarcham Ignatium, & ſemel adverſus ſedis apoſtolicæ principatum coactas, inſolubilibus anathematis nexibus innodamus, unaque omnes qui eas (ſynodos) defendunt, aut impia earum acta occultant.

De Ignatio porro reverendiſſimo patriarcha, & iis qui cum illo ſentiunt, quidquid apoſto- D lici throni decrevit auctoritas, tota mente complectimur. Hanc ergo profeſſionem ego N. ſanctæ eccleſiæ N. epiſcopus feci, & manu mea ſubſcripſi, ac tibi ſanctiſſimo domino & magno pontifici, œcumenicoque papæ Hadriano per apocriſiarios tradidi.

Lecto libello, Baanes præpoſitus ampliſſimus ſurrexit; & ſacri, inquit, nobis imperatores, quod æquum eſt, quærunt.

Legati dixerunt: Placet omnibus hic libellus.

Vicarii autem orientis poſtulaverunt, ut ab ipſis quoque expoſita definitio recitaretur, E quæ & lecta eſt a Stephano diacono, cujus hic erat tenor.

*Sententia ſive definitio Thomæ metropolitæ Tyri primatis & exarchi, & Eliæ presbyteri & ſyncelli eccleſiæ Hieroſolymorum; pronuntiata Conſtantinopoli antequam legati veteris Romæ veniſſent.*

IN ſumma veſtrarum rerum eccleſiaſticarum perturbatione, quæ per invidiam cacodæmonis omnis boni hoſtis concitata eſt, exci



A ἱερὸν σκεῦος τῶν κειμηλίων τῆς ἁγίας Αναστάσεως, κρατῆρα ἀργύρεον ἐν εἰκόνι διάγλυφον, πρὸς ἁγιασμὸν τῆς καθ᾽ ὑμᾶς ἐκκλησίας.

Μετὰ τὴν τῆς ἐπιστολῆς ταύτης ἀνάγνωσιν, ἠρέσθη ἀναγνωσθῆναι τὸν λίβελλον, ὃν ἡ ἁγία τῶν Ρωμαίων ἐκκλησία ἐξέθετο. καὶ ἀνεγνώσθη πρῶτον μὲν Ρωμαϊστὶ, εἶτα δὲ καὶ Ελληνιστὶ, ἔχων οὕτως.

Εν ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. βασιλευόντων τῶν δεσποτῶν ἡμῶν τῶν εὐσεβεστάτων καὶ αἰωνίων Αὐγούστων Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου υἱοῦ αὐτοῦ, ἔτους γ. μηνὶ Οκτωβρίῳ, ἐπινεμήσεως τρίτης.

Πρώτη σωτηρία ἐστὶ, τοὺς τῆς ὀρθῆς πίστεως κα- B νόνας παραφυλάττειν, καὶ ἀπὸ τῶν διατάξεων τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν πατέρων μηδαμῶς ἐκκλίνειν. τούτοις οὖν ἑπόμενοι καὶ ἡμεῖς, ἀναθεματίζομεν πάσας τὰς αἱρέσεις, καὶ αὐτὴν τῶν Εἰκονομάχων. ἀναθεματίζομεν καὶ Φώτιον, τὸν ἐναντίως τῶν ἱερῶν κανόνων ἄφνω ἀπὸ τῆς βουλευτικῆς ὑπηρεσίας καὶ κοσμικῆς στρατείας προαχθέντα, ἐνυπάρχοντος Ιγνατίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, εἰς τὴν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίαν λῃστρικῶς παρά τινων σχισματικῶν· ἑπόμεθα δὲ καὶ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ἣν ὁ τῆς μακαρίας μνήμης πάπας Νικόλαος ἐτέλεσεν. ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς δέσποτα ἰσάγγελε ἱεράρχα Αδριανὲ ἔγραψας· ἀποδεχόμενοι οὓς ἐκείνη ἀποδέχεται, καὶ κατακρίνοντες τοὺς C ἐν αὐτῇ κατακριθέντας· κατ᾽ ἐξαίρετον Φώτιον καὶ Γρηγόριον τὸν Συρακούσης, τοὺς πατροκτόνους δηλαδὴ, τοὺς κατὰ τοῦ πνευματικοῦ πατρὸς αὐτῶν τὰς γλώσσας κινήσαντας· καὶ τοὺς ἐμμένοντας ἐν τῷ σχίσματι ὀπαδοὺς αὐτῶν, καὶ οἵτινες εἰς τὴν τῆς κοινωνίας αὐτῶν μετοχὴν ἐμμένουσι. τὰς δὲ συναγωγὰς τῶν πονηρευομένων, καὶ τὴν ἐφεύρεσιν τῶν διεστραμμένων δογμάτων ὑπὸ Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως δὶς κατὰ τοῦ μακαριωτάτου πατριάρχου Ιγνατίου, καὶ ἅπαξ κατὰ τοῦ κορυφαιοτάτου τοῦ Αποστολικοῦ θρόνου, ἀλύτοις ἀναθέματος δεσμοῖς συνέχομεν, καὶ τοὺς διεκδικοῦντας αὐτὰς, ἢ τὰς ἀσεβεῖς αὐτῶν πράξεις ἀποκρύπτοντας.

Περὶ δὲ τοῦ τιμιωτάτου Ιγνατίου τοῦ πατριάρχου, D καὶ περὶ τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ φρονούντων, ὅπερ ἡ αὐθεντία τοῦ Αποστολικοῦ θρόνου ἐξέθετο, ὅλῃ διανοίᾳ ἀκολουθοῦμεν. ταύτην οὖν τὴν ὁμολογίαν ἐγὼ ὁ δεῖνα ἐποίησα ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας, ὁ δεῖνα, ἐκκλησίας· καὶ χειρὶ οἰκείᾳ ἔγραψα, καί σοι τῷ ἁγιωτάτῳ δεσπότῃ καὶ μεγάλῳ Αρχιερεῖ καὶ οἰκουμενικῷ πάπᾳ Αδριανῷ διὰ τῶν ἀποκρισιαρίων ἐπιδέδωκα.

Μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν ἀναστὰς Βαάνης ὁ πανεύφημος πραιπόσιτος· οἱ βασιλεῖς, εἶπεν, ἡμῖν οἱ ἅγιοι τὸ δίκαιον ζητοῦσι.

Καὶ οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον· ἀρέσκει πᾶσιν ὁ λίβελλος οὗτος.

Οἱ δὲ τοποτηρηταὶ τῆς ἀνατολῆς ἐζήτησαν ἀνα- E γνωσθῆναι καὶ τὸν παρ᾽ αὐτῶν ἐκτεθέντα ὅρον, ὃς καὶ ἀνεγνώσθη παρὰ Στεφάνου ἐπιγεγραμμένος οὕτως.

Ορος Θωμᾶ μητροπολίτου Τύρου πρωτοθρόνου καὶ ἐξάρχου, καὶ τοποτηρητοῦ τῆς Θεουπόλεως, καὶ Ηλίου πρεσβυτέρου καὶ συγκέλλου τοῦ θρόνου Ιεροσολύμων, ἐκφωνηθεὶς ἐν Κωνσταντινουπόλει πρὸ τοῦ τὰς τοποτηρητὰς ἀφικέσθαι τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης.

ΤΩΝ καθ᾽ ὑμᾶς ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων συγχυσιν πεπονθότων ἐξ ἐπηρείας τοῦ μισοκάλου δαιμο-

ANNO CHRISTI 869.

ACTIO I. CON. VIII. GENER.

δαίμονος, ὁ πάντων κηδεμὼν Κύριος ἀνέστησε τῇ Ῥωμαϊκῇ ἀρχῇ βασιλέα θεοφιλέστατον, τὸν εὐσεβέστατον Βασίλειον, δι' οὗ τὰ ἐκκλησιαστικὰ σκάνδαλα ἀνελεῖν ἠβουλήθη· ὃς μετεκαλέσατο καὶ τὴν ἡμετέραν ταπείνωσιν ἐκ τῶν ἀνατολικῶν θρόνων καὶ διοικήσεων, ἵνα μετὰ τῶν προσδοκωμένων ἀφικέσθαι ἀπὸ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἁγιωτάτων τοποτηρητῶν περιεσκεμμένως τὰς ἐκκλησιαστικὰς διαλυσώμεθα ἔριδας. ἐπεὶ δὲ πολλὴ γέγονεν ἡ ἐκείνων βραδύτης, δι' ὑποψίαν τῆς ἐκ τῶν Ἀγαρηνῶν τυραννικῆς ἐξουσίας, καὶ φόβον τοῦ μὴ παθεῖν ἡμᾶς καὶ ὅλον τὸ τῶν Χριστιανῶν γένος τι ἀνήκεστον, καὶ πρὸ τῶν ἐκ Ῥώμης ἐλευσομένων τότε τὴν γνώμην ἡμῶν ἐγγράφως δεδώκαμεν.

Ἔστι τοίνυν ἡμῖν δεδογμένον περὶ τῶν νῦν κινουμένων ὑμῖν πραγμάτων, ἐξ ἅπαντος ἕπεσθαι καὶ πειθαρχεῖν τοῖς ὅροις τοῦ μακαριωτάτου πάπα Νικολάου πάντας ἀνθρώπους, οἷς καὶ ἡμεῖς συνηγοροῦμεν καὶ συμφθεγγόμεθα. καὶ ἔσται ὁ μὲν ἁγιώτατος Ἰγνάτιος πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, οἱ δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ φρονοῦντες πάντες καὶ αὐτοὶ ἀποκατασταθήσονται, ἕκαστος εἰς τὸ ἴδιον τάγμα. ἀλλὰ καὶ οἱ τῷ Φωτίῳ συνεργεῖν ἀνεχόμενοι, ἐὰν ἐν τῇ καθαιρέσει ἐκείνου τῇ ἐκκλησίᾳ προσέδραμον, ἢ προσδράμωσι μέχρι τῆς περαιώσεως τῆς ἁγίας συνόδου ταύτης, δεχθήσονται, ἐν ἐπιτιμίοις ὑποβληθέντες τοῖς δοκοῦσι τῷ πατριάρχῃ Ἰγνατίῳ. τὸν δὲ Φώτιον παντάπασιν ἡγούμεθα τῆς ἱερατικῆς ἐνεργείας καὶ ὀνομασίας ἀλλότριον, καὶ ἀναθεματίζομεν, ἐὰν μὴ πειθαρχήσῃ τῇ συνοδικῇ κρίσει. ὁ γοῦν ἀπὸ τῆς διαγνώσεως τῶν ἐνταλμάτων τοῦ μακαριωτάτου πάπα Νικολάου, καὶ τῆσδε ἡμῶν ἐπικρίσεως, κατατολμήσων ἀθετῆσαί τι, ἢ παραδέξασθαι τοὺς τοιούτους, ὅστις ἂν εἴη, ἀνάθεμα ἔστω.

Μετὰ οὖν τὴν τοῦ τοιούτου ὅρου ἀνάγνωσιν, οἱ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης τοποτηρηταὶ εἶπον· ἀρέσκει ἡμῖν ὁ ὅρος. συνεφθέγξαντο δὲ οἱ λοιποὶ πάντες οἱ ἐν συγκλήτῳ τε καὶ συνόδῳ.

Ἠρώτησε δὲ ἡ σύγκλητος διὰ Βαάνους πραιποσίτου τοὺς τοποτηρητὰς Ῥώμης· τὸν Φώτιόν ποτε μὴ ἰδόντες, πῶς καθείλετε, καὶ ἀνεθεματίσατε;

Καὶ εἶπον οἱ τοποτηρηταί· ὁ ἁγιώτατος πάπας Νικόλαος ἰδὼν τὰ γράμματα καὶ τὰς ἐπιστολὰς Φωτίου τοῦ ἐπιβήτορος, καὶ ἀπόντα ὡς παρόντα διὰ τῶν ἐπιστολῶν καὶ τῶν ἀποκρισιαρίων ἔκρινεν αὐτόν. ἦσαν γὰρ ἀποκρισιάριοι ἐκείνου καὶ τοῦ βασιλέως, καὶ αἱ γραφαὶ περιεῖχον τὴν ἐκβολὴν τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου, ᾔτουν δὲ σταλῆναι καὶ ἀποκρισιάριον εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν. καὶ ἀπεστάλησαν Ῥαδόαλδος καὶ Ζαχαρίας, οἳ καὶ πεποιηκότες παρὰ τὰ ἐντάλματα ἀπὸ τοῦ πάπα, καθῃρέθησαν παρ' αὐτοῦ, μετὰ τὸ ἐκεῖσε ἐπιδημῆσαι, ἐπιγνόντος πάντα τὰ πραχθέντα ἐν τῇ καθαιρέσει Ἰγνατίου παράνομα. ταῦτα εἶπον οἱ τοποτηρηταὶ Ῥώμης.

Πάλιν οὖν πραιπόσιτος τοὺς ἀνατολικοὺς ἤρετο τοποτηρητάς. ὑμεῖς δὲ πολὺν ἐνταῦθα διάγοντες καιρὸν, πῶς ἐγγὺς ἔχοντες τὸν Φώτιον, οὐκ ἐξητάσατε τὰ κατ' αὐτὸν, καὶ οὕτω κατεκρίνατε; καὶ ἀναστὰς ὁ σύγκελλος, ὁ τὸν τόπον τῶν Ἱεροσολύμων ἐπέχων· Γινώσκετε πάντες, εἶπεν, ὅτι διὰ τοῦτο τὰς πατριαρχικὰς κεφαλὰς ἐν τῷ κόσμῳ ἔθετο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ ἀναφυόμενα σκάνδαλα δι' αὐτῶν ἀφανίζωνται. τοι-

A tavit omnium curator dominus Romano imperio principem Dei amantiſſimum, religioſiſſimum Baſilium, per quem eccleſiæ offenſiones & ſcandala tollere voluit: qui & nos ex orientis ſedibus & diœceſibus excivit, ut cum expectatis veteris Romæ ſanctiſſimis legatis prudenter eccleſiaſticas controverſias componeremus. Poſtquam vero illi diu cunctati ſunt, nos propter ſuſpectam Agarenorum tyrannicam poteſtatem, & metum, ne quid nobis gravius accideret, totumque Chriſtianorum genus in ſummum diſcrimen veniret, non expectato Romanorum adventu, noſtram ſententiam ſcripto conſignatam tradidimus.

B Eſt igitur nobis de rebus modo agitatis viſum, beatiſſimi papæ Nicolai decretis omni ex parte ſtandum ab omnibus & parendum eſſe, quibus & nos ſuffragamur & aſſentimur. Sanctiſſimus Ignatius patriarcha Conſtantinopolitanus eſto, cunctique illum ſecuti, ſinguli in ſuas ſedes & dignitatem reſtituentur. Quin & qui cum Photio conſpirarunt, ſi in exauctoratione Photii ad eccleſiam confugiant, aut dum ſancta ſynodus celebratur, confugerint, epitimiorum cenſuræ ſubjecti ad Ignatii patriarchæ judicium, recipientur. Photium autem a ſacerdotali officio & nomine penitus alienum judicamus, & anathemati tradimus, C niſi in ſynodi poteſtate eſſe voluerit. Quicumque igitur poſt cognita beatiſſimi papæ Nicolai præcepta, & hoc noſtrum judicium, his refragatus, in ſententia contumax perſtiterit, aut contumaces receperit, quicumque ille ſit, anathema eſto.

Perlecta hac ſententia, veteris Romæ legati dixere: Placet nobis ſententia, acclamaruntque ceteri omnes, cum ex ordine ſenatorio, tum univerſi qui in ſynodo erant præſentes.

Quærebat deinde per Baanem præpoſitum D ſenatus ex legatis Romanis: Qua ratione Photium nunquam vobis antea viſum damnaviſtis, & anathemate perculiſtis?

Legati dixerunt: Sanctiſſimus papa Nicolaus cum vidiſſet litteras & epiſtolas Photii qui thronum invaſit, abſentem, tamquam per ipſius litteras præſentem, & per apocriſiarios ipſius, damnavit. Erant enim apocriſiarii ipſius & imperatoris, quorum ſcripta continebant Ignatii ejectionem, petebantque uti legatus Conſtantinopolim mitteretur, miſſique ſunt Rhadoaldus & Zacharias: qui tamen cum contra Nicolai imperium & mandata feciſſent, poſt reditum in urbem a Nicolao papa agnoſcente omnia quæ contra Ignatium acta eſſent, E contra canones fuiſſe peracta, exauctorati ſunt. Hæc legati veteris Romæ.

Rurſum Baanes præpoſitus ad legatos orientis: Vos autem hic diu morati, quare vicinum habentes Photium ejus acta non indagaſtis, demumque (poſt indagationem) condemnaſtis? Hic cum ſyncellus, patriarchæ Hieroſolymorum legatus, ſurrexiſſet: Haud, inquit, ignoratis patriarcharum vertices in orbe propterea a Spiritu ſancto eſſe inſtitutos, uti pullulantia in eccleſia mala & ſcandala per illos opprimerentur. Quapropter cum Romanæ

ACTIO I. CON VIII. GENER.

ANNO CHRISTI 869.

næ eccleſiæ prima ſedes Photium non recepe- A rit, neque tres orientis throni, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus, non opus erat eum in quæſtionem & judicium denuo vocari; uti & nos minime maleſecimus, cum a Romana eccleſia & orientis eccleſiis non receptum ad inquiſitionem non adduximus: clara enim illius cauſa erat & damnatio. Et nos quando Conſtantinopolim venimus, & quando exulabat adhuc Ignatius, patriarcham eum, quamvis ſuo pulſum ſolio, agnovimus. Et quamquam cum Photio coram non egerimus, cum ſectatoribus tamen illius diverſis congreſſi ſumus, vanaſque illius defenſiones excuſationeſque indagavimus. Ajebant enim Ignatium ejectum in exilium ſeſe abdicaſſe. Quod B ſi qui vero cenſent, eos qui Photium conſecrarunt, eadem ſententia damnandos eſſe, non recte ſentiunt. Etenim cum natura infirmi ſimus, mortis metum nobis imminentis non ferebamus. Quapropter & nos, qui metu (tyrannorum) capita ſubmiſimus, mox tamen illa rurſum execrati ſumus quæ ille auſus eſt (Photius) adverſus Ignatium, venia digni ſumus. Hæc ab ipſis Photianis audita legati orientis expoſuerunt. At vero magnificentiſſimi & glorioſiſſimi principes hac ratione accepta immortales Deo gratias perſolverunt, quod omni dubitatione eſſent exſoluti; conciliumque illo die cum fauſta imperatorum ac- C clamatione dimiſerunt. Statim enim Stephanus ſacer notarius exclamavit:

Multos annos Auguſtis
Baſilio, Conſtantino, Leoni,
Eudociæ piiſſimæ Auguſtæ.
Nicolao papæ Romano memoria ſempiterna.
Hadriano multos annos.
Ignatio multos annos.
Patriarchis orientis multos annos.

γαροῦν τοῦ προκαθημένου θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης μηδαμῶς ἀποδεξαμένου τὸν Φώτιον, μήτε μὴν τῶν τῆς ἀνατολικῆς τριῶν θρόνων, τοῦ Ἀλεξανδρείας, τοῦ Ἀντιοχείας, τοῦ Ἱεροσολύμων, οὐκ ἦν χρεία μετακαλεῖσθαι αὐτὸν εἰς ἐξέτασιν καὶ ἀνάκρισιν. ὥστε καὶ ἡμεῖς καλῶς ἐποιήσαμεν, τὸν μηδέποτε τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ, ἢ τοῖς ἀνατολικοῖς θρόνοις ἀποδεχθέντα, μηδαμῶς ἀγαγόντες εἰς ἐξέτασιν· εἶχε γὰρ πρόδηλον τὴν καταδίκην. καὶ ὅτε δὲ εἰς Κωνσταντινούπολιν παρεγενόμεθα, * Ἰγνάτιος ἐξόριστος ἦν, καὶ ἡμεῖς τότε αὐτὸν εἴχομεν πατριάρχην, κἂν ἔξω ἦν τοῦ οἰκείου θρόνου. καὶ τῷ Φωτίῳ δὲ εἰ οὐ συνετύχομεν αὐτοπροσώπως, ἀλλὰ διαφόροις τοῖς ὁμογνώμοσιν αὐτοῦ συνετύχομεν, καὶ ἐμανθάνομεν τὰς ἀπολογίας αὐτοῦ ματαίας. ἔλεγον γὰρ, ὅτι μετὰ τὸ ἐξορισθῆναι τὸν Ἰγνάτιον, παρῃτήσατο. εἰ δὲ λέγουσί τινες, ὅτι οἱ τὴν χειροτονίαν Φωτίου ποιησάμενοι, ἄξιοί εἰσι τῆς αὐτῆς αὐτῷ κατακρίσεως, τοῦτο οὐ καλῶς λέγουσι. καὶ γὰρ φύσεως ἀσθενοῦς ὑπάρχοντες, οὐκ ἐφέρομεν τὸν θάνατον ἐπιόντα ἡμῖν. διὸ καὶ οἱ διὰ φόβον ὑποκύψαντες, εἶτα μετ' ὀλίγον ἀπαρεσθέντες τοῖς παρ' αὐτοῦ τετολμημένοις κατὰ Ἰγνατίου, συγγνώμης ἐσμὲν ἄξιοι. τοιαῦτα ἀπὸ φωνῆς τῶν περὶ τὸν Φώτιον εἶπον οἱ ἀνατολικοὶ τοποτηρηταί. οἱ δὲ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες θεραπευθέντες ἐκ τοῦ τοιούτου λόγου, ἐφ' οἷς ἠπόρουν, εὐχαρίστησαν τῷ Θεῷ, καὶ ἔπαυσαν τὸν σύλλογον τὴν ἡμέραν ἐκείνην, συγκλείσαντες τὸν λόγον εἰς εὐφημίαν τῶν βασιλέων. εὐθὺς γὰρ Στέφανος ὁ καθωσιωμένος νοτάριος εἶπε.

Πολλὰ τὰ ἔτη τῶν βασιλέων
Βασιλείου, Κωνσταντίνου, καὶ Λέοντος,
Εὐδοκίας τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης.
Νικολάου πάπα Ῥώμης αἰωνία ἡ μνήμη.
Ἀδριανοῦ πολλὰ τὰ ἔτη.
Ἰγνατίου καὶ τῶν τριῶν ἀνατολικῶν πατριαρχῶν πολλὰ τὰ ἔτη.

* Γρ. ἦν Ἰγνάτιος.

D

## ACTIO SECUNDA.

ACTIO II. CON VIII. GENER.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Nonis Octobribus, coactis in concilium iis qui priore actione deſcripti ſunt, ſacerdotibus & ſenatu, in medium progreſſus Paulus Deo amabilis chartophylax, dixit: Epiſcopi, qui dum Photius thronum occuparet, ceciderunt, adſunt cum libello ſupplici, & cupiunt admitti.

Romani, orientiſque legati dixerunt: Introducantur.

Ingreſſi epiſcopi libellos legi petiverunt.

Stephanus acceptum unum, & in hunc modum ſcriptum legit. E

Si quidem Romæ ignota eſſent, quæ Photius indigna in eccleſiæ antiſtites excogitavit, eſſet cur noſtra tenuitas longam pertexeret orationem, qua res noſtras graviore querimonia deploraremus. Sed cum ejuſmodi is homo fuerit, cui nemo unquam ingenii pravitate & ſcelere par eſſet, impoſuit nobis, ut qui ex omnibus orientis ſedibus fictitios legatos ſubornarit, qui ſecum contra ſanctum Ignatium conſpirarent; & nos hunc in modum ab

## ΠΡΑΞΙΣ β'.

ΕΝ ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. νωνῶν Ὀκτωβρίου, συναχθέντων τῶν ἐν τῇ πρώτῃ πράξει ἀπογεγραμμένων ἱερέων καὶ συγκλητικῶν, ἔστη ἐν τῷ μέσῳ Παῦλος ὁ θεοφιλὴς χαρτοφύλαξ, καὶ εἶπεν· οἱ πεπτωκότες ἐπὶ τῶν ἡμερῶν Φωτίου ἐπίσκοποι ἦλθον μετὰ λιβέλλων, καὶ αἰτοῦσιν εἰσαχθῆναι.

Εἶπον οὖν οἱ τοποτηρηταὶ Ῥώμης καὶ τῆς ἀνατολῆς· εἰσαχθήτωσαν.

Καὶ εἰσῆλθον οἱ ἐπίσκοποι, αἰτοῦντες ἀναγνωσθῆναι τοὺς λιβέλλους.

Καὶ λαβὼν τούτους Στέφανος, ἀνέγνω ἕνα αὐτῶν ἔχοντα οὕτως.

Εἰ μὲν ὑπῆρχον ἄγνωστα ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ τὰ ἐπισυμβάντα δεινὰ παρὰ τῆς τοῦ Φωτίου διανοίας εἰς τοὺς τῆς ἐκκλησίας προμάχους, ἔδει τὴν ἡμετέραν μετριότητα πολὺν ἐξυφᾶναι λόγον ἐκτραγῳδοῦντα τὰ καθ' ἡμᾶς. ἐπεὶ δὲ τοιοῦτος ἦν ὁ ἀνὴρ, οἷος οὐδέποτε εἰς κακόνοιαν γέγονεν, ὑπεσκέλισεν ἡμᾶς, συναγαγὼν ἐκ τῶν ἀνατολικῶν πάντων πατριαρχικῶν θρόνων, ὡς δῆθεν ἀποκρισιαρίους συμφρονοῦντας αὐτῷ κατὰ τοῦ ἡγιασμένου Ἰγνατίου,

ANNO CHRISTI 869.

τὴς, καὶ ὅπως ἡμεῖς περιπεπτώκαμεν. ὁ δὲ εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον καὶ μέγαν Ἀρχιερέα Ἰγνάτιον τοσαῦτα κακὰ σκευωρήσας, ἐξορίας, αἰκισμοὺς, περιορισμοὺς, λιμαγχονήσεις, καὶ ὅσα ἄλλα οὐκ ἀγνοεῖτε, πῶς ἡμῶν τῶν ἁπλῶν ἔμελλε φείσασθαι ὁ σκοτεινὸς Φώτιος; διὸ καὶ ὑπήχθημεν ἄκοντες διὰ φόβον· καὶ ἐξομολογούμεθα αἰσχυνόμενοι, καὶ ἔχομεν ἐλπίδα σωτηρίας, οὐκ ἐκ τῶν ἔργων ἡμῶν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὑμᾶς ὑπάρχειν θεομιμήτους. μετὰ γοῦν τῆς τοιαύτης ἐλπίδος, ἐν ταπεινώσει ψυχῆς καὶ συντριβῇ καρδίας εἰς τὴν ὑμῶν ἁγιωσύνην προσερχόμενοι, τὸν παρόντα λίβελλον ἐπιδεδώκαμεν, οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις, ἀλλ' ἐξ εἰλικρινοῦς καθαρότητος· ὡς οὐκέτι Φωτίῳ τῷ ματαιόφρονι, ἢ τοῖς ἐκείνου ὁμόφροσι προσκολληθῶμεν, ἕως ἐμμένωσιν εἰς τὴν κακίαν αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐπιστρέφωσιν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ καθολικὴν ἐκκλησίαν. ὁμολογοῦμεν καὶ λαμβάνειν καὶ τὸ διωρισμένον ἀπὸ τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιερέως ἡμῶν ἐπιτίμιον ἀσμένως.

Καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν, οἱ τοποτηρηταὶ, δεχόμεθα ὑμᾶς, εἶπον.

Δοθήτω δὲ ὁ λίβελλος, πάντες ἐξεβόησαν, τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ Ἰγνατίῳ.

Εἶπεν οὖν ὁ πατριάρχης· τεθήτω ὁ λίβελλος εἰς τὰ τίμια ξύλα, καὶ οὕτως αὐτὸν λάβωσι, καὶ δώσουσί μοι αὐτοί. οὗ γεγονότος, ἔλαβεν ὁ πατριάρχης τὰ ὠμόφορα τῶν ἐπισκόπων, καὶ δέδωκε τούτοις, εἰπὼν πρὸς Θεόδωρον τὸν Καρίας· ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται· καὶ ἐκάθισεν ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν τάξιν μετ' εὐχαριστίας πολλῆς.

Πάλιν οὖν ὁ θεοφιλὴς χαρτοφύλαξ εἶπε καὶ περὶ πρεσβυτέρων ὁμοίως λιβέλλους ἐπιφερομένων καὶ ζητούντων εἰσελθεῖν· ὃ καὶ ἐπετράπη. καὶ εἰσῆλθον κἀκεῖνοι μετὰ τῆς αὐτῆς τῶν ἐπισκόπων ταπεινώσεως καὶ ἐξομολογήσεως, καὶ ἔτυχον τῆς αὐτῆς συμπαθείας. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς διακόνοις γέγονε, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῦ κλήρου τάγμασιν.

Εἶπε δὲ μετὰ τοῦτο ὁ πατριάρχης· τὰ ὁρισθέντα ἐπιτίμια πᾶσι τοῖς περιπεπτωκόσιν εἰς ἐπήκοον ἀναγνωσθήτωσαν.

Καὶ λαβὼν Στέφανος νοτάριος ἀνέγνω. ἔστω τὸ ἐπιτίμιον τῶν μὲν κρεωφαγούντων, ἀποχὴ κρέατος, τυροῦ καὶ ὠοῦ· τῶν δὲ μὴ κρεωφαγούντων, τυροῦ, καὶ ὠοῦ, καὶ ἰχθύος, τετράδα καὶ παρασκευήν· ἐσθιέτωσαν ὄσπρια καὶ λάχανα μετὰ ἐλαίου βραχέος καὶ οἴνου· ποιεῖν τε γονυκλισίας καθ' ἡμέραν, ν. καὶ τὸ, Κύριε συγχώρησόν μοι, κράζειν, ρ. καὶ στιχολογεῖν τὸν ς'. ψαλμὸν, τὸν λζ'., καὶ τὸν ν. ταῦτα ἐντέλλομαι φυλάττειν ἄχρι τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, ὁπότε δὲ ἀπολήψεσθε καὶ τὴν τῆς ἱερωσύνης ἀξίαν. μετὰ τὴν τοιαύτην ἀνάγνωσιν πάλιν ἐγένοντο αἱ συνήθεις εὐφημίαι τῶν βασιλέων, καὶ ἐπαύθησαν.

## ΠΡΑΞΙΣ γ'.

ΕΝ ὀνόματι τοῦ Κυρίου καὶ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ τὰ λοιπὰ ὡς ἐν ταῖς λοιπαῖς πράξεσιν. ΙΝ. Γ. πρὸ πέντε εἰδῶν Ὀκτωβρίων. ἐπὶ παρουσίᾳ τῶν τε τοποτηρητῶν, καὶ τῶν συγκλητικῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων. τούτων συνελθόντων, ἀναστὰς Μητροφάνης ὁ Σμύρνης, Νικηφόρος Ἀμασείας, καὶ Νικήτας Ἀθηνῶν, εἶπον· εὔσχημόν ἐστι τὸ τὴν ἁγίαν



ACTIO II. CON. VIII. GENER.

illo circumventi ſumus. Ille vero cum in virum Dei ſacrumque antiſtitem Ignatium tanta mala machinatus eſset, exilia nempe, verbera, carceres, extremam famem, & quæ ipſi alia non ignoratis, quomodo nobis viliſſimis abjectiſſimiſque tenebricoſus ille Photius peperciſset? Quapropter metu oppreſſi coactique, illi ſuffragati ſumus: quod ſane haud abſque rubore confitemur; ſperamuſque nos, haud noſtra tamen virtute & factis, ſed per vos Dei imitatores, ſalutem eſse conſecuturos. Hac ergo ſpe freti, in humilitate animæ noſtræ & contritione cordis ad veſtram ſanctitatem provoluti, hunc libellum porreximus, non in labiis doloſis, ſed ex ſincera & integra mente, ut nunquam amplius inſipienti Photio adhæſuri, neque Photianis conſenſuri ſimus, dum in prava animi ſua contumacia perſtiterint, neque ad eccleſiam catholicam revertentur. Profitemur etiam nos conſtitutam a ſanctiſſimo antiſtite noſtro pœnam libenter accepturos.

Lecto libello, veteris Romæ legati dixerunt: Recipimus vos.

Exclamarunt omnes: Detur libellus ſanctiſſimo patriarchæ Ignatio.

Patriarcha dixit: Ponatur libellus ſuper pretioſa ligna, & ſic receptum mihi porrigant. Quo facto, patriarcha accipiens epiſcopalia ſuperhumeralia, iis dedit, & Theodoro epiſcopo Cariæ dixit: *Ecce ſanus factus es, jam noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat*: ſingulique ſuo quique loco aſſederunt, actis immenſis Deo gratiis. Jo. 5.

Rurſus Deo amabilis chartophylax etiam de presbyteris pariter libellum ſupplicem offerentibus, audientiamque petentibus, retulit. Admiſſi eadem cum animi ſubmiſſione & culpæ confeſſione, quam antea epiſcopi adhibuerant, ingreſſi ſunt, eamdemque clementiam ſunt experti. Quod idem & a diaconis & reliquis clericorum ordinibus eſt factitatum.

Tum patriarcha dixit: Præſcripta epitimiorum pœna cunctis lapſis, audientibus omnibus legatur.

Acceptam ergo Stephanus notarius legit: Qui carnibus veſcuntur, pœna eſto, ne carnibus, caſeo, ovo veſcantur Qui alias a carnibus abſtinent, abſtineant ab ovo, caſeo, piſce, feria quarta & ſexta; oleraque & legumina comedant cum modico oleo & vino. In genua procumbant quotidie quinquagies, & illud, Domine ignoſce mihi, inclament centies, recitentque pſalmos, ſextum, & trigeſimum ſeptimum, & quinquageſimum. Hæc obſervari volo uſque ad natalem Domini, quando ſimul recipietis ſacerdotii dignitatem. His lectis, uſitatis rurſus acclamationibus in Auguſtos factis, actio finita eſt.

## ACTIO TERTIA.

ACTIO III. CON. VIII. GENER.

IN nomine domini, domini Jeſu Chriſti; & quæ ſequuntur, more priorum actionum. Indictione tertia, v. Idus Octobres. Præſentibus legatis & ſenatu, reliquiſque epiſcopis, in quorum cœtu ſurrexerunt Metrophanes Smyrnæ, Nicephorus Amaſiæ, Nicetas Athenarum, epiſcopi, qui: Par, inquiunt, eſt, ut hæc ſancta & œcumenica ſynodus audiat epiſtolas imperatoris ad ponti-

A ficem Romanum, & antiſtitum orientis, noſtrique patriarchæ.

Romani legati dixere: Audivimus quoſdam epiſcopos ex iis quos S. Methodius & ſanctus noſter Ignatius conſecrarunt, in errore verſari. Veſtræ ergo pietati mandamus, ut ex auctoritate canonica illos accerſitum eatis, ut faciant quod decretum eſt a veritate, atque a ſancta ſynodo ſuſcipiantur, fidem in libello ſupplici promiſſam præſtantes, uti & ceteri fecerunt. Idem juſſere reliqui orientis legati. Ergo nuncupati metropolitæ ad Theodulum Ancyræ, & Nicephorum metropolitam Nicææ abiere, ſynodique mandata expoſuere. Qui reſponderunt: De propoſitis B ſubſcriptionibus affirmamus, nos propter præteriti temporis & æquas & iniquas ſubſcriptiones vexatos, inter nos caviſſe & vinculo devinxiſſe, nunquam nos amplius ſubſcripturos aliud quam quod ſubſcripſimus, atque in ſymbolo fidei noſtræ profeſſi ſumus: quod & in chartophylacio, cum conſecraremur, reconditum eſt. Quamobrem & ſanctam ſynodum rogamus, ut ſi fieri poſſit, permittat a nobis ea quæ profeſſi ſumus, obſervari. Quæ cum metropolitani ad legatos retuliſſent, imperarunt legati ut eadem ſynodo publice renuntiarent. Quod ubi factum, legati dixere: C

*Legatur epiſtola imperatoris ad papam Nicolaum; quam devotus notarius in hunc ſenſum ſcriptam legit.*

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, unius & ſolius veri Dei, Baſilius fidelis Romanorum imperator Nicolao ſanctiſſimo papæ Romano.

Quis noſter animus & conſilium de rerum eccleſiaſticarum apud nos ſtatu (ſancte divineque D pontifex) ſit, prioribus litteris expoſuimus. Viſum autem eſt, & nunc quaſi ſummatim eadem in mentem revocare, & quod ibi præteritum eſt, hic adjicere. Prior epiſtola docebat, in quibus malis eccleſiam noſtram offenderimus, cum imperium ſuſciperemus, ſuo nempe germano paſtore viduatam, alienoque mercenario oppreſſam. Quid præterea a nobis ſit ea in re tentatum, quid item veſtræ paternæ ſanctitati relictum. Nos enim Photium gradu movimus, ut in ordinem redactus ſibi vivat; Ignatium vero injuria affectum, ut judicio veſtro variis in epiſtolis veſtris declaraſtis, quas qui ante nos imperaverunt, ſupprimere conati ſunt, ſolio ſuo reſtituimus. Ut reliquis vero rebus finis imponatur, atque ut hæc ipſa confirmentur, ſanctitati tuæ integrum reliquimus: de lapſis, inquam, ſacerdotibus, & quicumque artibus Photii & E inſidiis circumventi ſunt. Perpauci quippe reperiuntur, quos ille caſſibus ſuis non irretiverit: de quibus ut ſententia & judicium a ſanctitate tua feratur, petivimus, & vero nunc petimus, hoc de reſipiſcentibus adjecto litteris noſtris capite; ne eccleſiæ noſtræ antiſtites commune naufragium patiantur. Ut autem ſanctitatis tuæ divinum & apoſtolicum judicium de ſanctiſſimo patriarcha Ignatio, & infeliciſſimo Photio, Photianis quoque palam fiat, ab utraque parte, atque alii quoque a nobiſipſis miſſi ſunt legati; ut

A ταύτην καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον ἀκοῦσαι τὰς ἐπιστολὰς τοῦ βασιλέως, τὰς πρὸς τὸν πάπαν Ῥώμης, καὶ τῶν τῆς ἀνατολῆς προέδρων, καὶ αὖθις τοῦ πατριάρχου ἡμῶν.

Εἶπον οἱ τοποτηρηταὶ Ῥώμης· ἀκηκόαμεν, ὅτι εἰσί τινες ἐπίσκοποι πλανηθέντες, χειροτονίας ὄντες τοῦ μακαριωτάτου Μεθοδίου καὶ τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου. ἐντελλόμεθα τῇ εὐλαβείᾳ ὑμῶν πορευθῆναι πρὸς αὐτοὺς, καὶ κατὰ τὴν κανονικὴν αὐθεντίαν προσκαλέσασθαι, ἵνα ποιήσωσι τὸ κεκριμένον καὶ δεδογμένον τῇ ἀληθείᾳ, καὶ δεχθῶσι παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου, ποιήσαντες κατὰ τὴν τοῦ λιβέλλου πληροφορίαν, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ ἐποίησαν. τοῦτο εἶπον καὶ οἱ λοιποὶ τοποτηρηταί. καὶ ἀπῆλθον οἱ εἰρημένοι μητροπολῖται πρὸς Θεόδουλον B Ἀγκύρας, καὶ Νικηφόρον μητροπολίτην Νικαίας, καὶ εἶπον τὰ ἐντεταλμένα. οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν· περὶ τῆς προκειμένης ὑπογραφῆς λέγομεν, ὅτι διὰ τὰς προγεγενημένας παραλόγους καὶ ἀλόγους ὑπογραφὰς βαρυνθέντες, ὡρίσαμεν ἑαυτοῖς, καὶ δεσμὸν ἐπιτεθείκαμεν, μηκέτι ὑπογράψαι, πλὴν τοῦ, ὅ, τι ὑπεγράψαμεν καὶ ὡμολογήσαμεν, δηλαδὴ τοῦ τῆς πίστεως ἡμῶν συμβόλου, ὃ ἀπόκειται ἐν τῷ χαρτοφυλακίῳ ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἡμῶν. διὸ παρακαλοῦμεν τὴν ἁγίαν σύνοδον, ἐάν ἐστι δυνατὸν, ἵνα παραχωρήσῃ ἡμῖν φυλάξαι ὅπερ ὡρίσαμεν. ἀπήγγειλαν ταῦτα τοῖς τοποτηρηταῖς οἱ μητροπολῖται. οἱ δὲ εἶπον, καὶ πρὸς τὸ κοινὸν αὐτὰ λαληθῆναι. οὗ γεγονότος, C πάλιν εἶπον οἱ τοποτηρηταί.

Ἀναγνωσθήτω ἡ ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως πρὸς τὸν πάπαν Νικόλαον. καὶ λαβὼν ταύτην ὁ καθωσιωμένος νοτάριος ἀνέγνω ἔχουσαν οὕτως.

Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ· Βασίλειος πιστὸς βασιλεὺς Ῥωμαίων Νικολάῳ τῷ ἁγιωτάτῳ πάπᾳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης.

Τῆς ἡμετέρας γνώμης ὅπως ἔχει τὸ βούλευμα D περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, ἐν τῷ πρὸ τούτου παρεδηλώσαμεν γράμματι· συνείδομεν δὲ καὶ νῦν ὥσπερ ἐν κεφαλαίῳ τὰ αὐτὰ ἐπιμνησθῆναι, καὶ τὰ λείποντα προσθεῖναι. ἐκεῖνο τὸ γράμμα εἶχεν, ἐν ποίοις κακοῖς τὴν καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίαν εὑρήκαμεν, ἄρτι τῆς βασιλείας ἀψάμενοι, οἰκείου ποιμένος γεγυμνωμένην, ὀθνείῳ ποιμένι δεδουλωμένην. ἔτι εἶχεν, ἃ μὲν ἡμῖν πέπρακται· ἃ δὲ τῇ ὑμετέρᾳ πατρικῇ ὁσιότητι καταλέλειπται. ἡμεῖς μὲν γὰρ τὸν Φώτιον τοῦ θρόνου μετεκινήσαμεν, ὥστε πρὸς ἑαυτὸν ἡσυχάζειν. Ἰγνάτιον δὲ τὸν ἀδικηθέντα, κατὰ τὴν ἐν διαφόροις ἐπιστολαῖς ὑμῶν κρίσιν, ἃς οἱ προκατάρξαντες ἡμῶν ἀποκρύψαι ἐσπούδασαν, ἐπὶ τὸν ἴδιον θρόνον ἀποκατεστήσαμεν. τοῖς λοιποῖς δὲ τὸ πέρας ἐπιθεῖναι, μᾶλλον δὲ καὶ ταῦτα ἐπισφραγίσαι τῇ σῇ ὁσιότητι καταλελοίπαμεν· φαμὲν δὴ περὶ τῶν E ἡμαρτηκότων ἱερέων, καὶ ὅσους ἀπάτῃ καὶ πανουργεύμασιν ὁ Φώτιος ἐφενάκισεν. ὀλίγοι γὰρ παντελῶς ἀνώτεροι τῆς ἐκείνου παγίδος γεγόνασι, περὶ ὧν ψῆφον κρίσιν τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην ποιήσασθαι ᾐτησάμεθα, καὶ νῦν δὲ αἰτούμεθα· προστιθέντες τῷ γράμματι περὶ τῶν μετανοούντων, ὡς ἂν μὴ τοῖς τῆς καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας Ἀρχιερεῦσι κοινὸν ἀπαιτήσῃ ναυάγιον. ἵνα δὲ φανερὰ καὶ τοῖς τῷ Φωτίῳ προσκειμένοις ἡ ὑμετέρα ἔνθεος καὶ Ἀποστολικὴ γένηται γνώμη περὶ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἰγνατίου, καὶ τοῦ παναθλίου Φωτίου, ἐστάλησαν

ANNO CHRISTI 869.

ἐξ ἀμφοτέρων μερῶν ἀποκρισιαρίων, καὶ παρ' ἡμῶν ἑτέρων, ὥστε ἐνώπιον αὐτῶν τὰ δοκοῦντά σοι διορίσασθαι, συναποστεῖλαί τε καὶ ἀποκρισιαρίους πρὸς ἡμᾶς εἰς πληροφορίαν τῆς ὅλης ἐκκλησίας. ἀσπάζομαι τὴν ὁσίαν καὶ ποθουμένην ἐμοὶ κεφαλὴν ὡς χείλεσι τοῖς γράμμασιν. ἔρρωσο.

Μετὰ τὴν τοιαύτην ἐπιστολὴν ἀνεγνώσθη ἡ τοῦ πατριάρχου Ἰγνατίου ἐπιστολὴ πρὸς τὸν πάπαν Νικόλαον, ἔχουσα οὕτως.

Τῷ θεοτιμήτῳ ἠγαπημένῳ μοι ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ, Νικολάῳ τῷ ἁγιωτάτῳ πάπᾳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, Ἰγνάτιος ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης.

Τῶν ἐν τοῖς μέλεσιν ἀνθρώπων παρυφισταμένων τραυμάτων τε καὶ μωλώπων πολλοὺς ἰατροὺς ἡ τέχνη προεχειρίσατο· τῶν ἐν τοῖς μέλεσι δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος, τῆς πάντων ἡμῶν κεφαλῆς καὶ νυμφίου τῆς καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, ἕνα καὶ μόνον ἐξῃρημένον τε καὶ καθολικώτατον ἰατρὸν αὐτὸς ὁ θεαρχικώτατος καὶ πανάλκιστος λόγος προεχειρίσατο, τὴν σὴν δηλονότι ἀδελφικὴν καὶ πατρικὴν ὁσιότητα, δι' ὧν φησι Πέτρῳ τῷ τιμιωτάτῳ καὶ κορυφαιοτάτῳ τῶν Ἀποστόλων· σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. καὶ πάλιν· σοὶ δίδωμι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας, καὶ ὃ ἂν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ ὃ ἂν λύσῃς, ἔσται λελυμένον. τὰς δὲ τοιαύτας μακαρίας φωνὰς οὐ κατά τινα πάντως ἀποκλήρωσιν τῷ κορυφαίῳ μόνῳ περιέγραψεν, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ καὶ πρὸς πάντας τοὺς κατ' ἐκεῖνον ἱεράρχας τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης παρέπεμψε. καὶ τούτου χάριν ἔκπαλαι καὶ ἀνέκαθεν ἐν ταῖς ἀναφυείσαις αἱρέσεσι καὶ παρανομίαις ἐκριζωταὶ τῶν πονηρῶν ζιζανίων γεγόνασιν οἱ τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου ὑμῶν διάδοχοι. καὶ νῦν δὲ ἡ σὴ μακαριότης ἀξίως διαπραξαμένη [?] τῆς δεδομένης σοι Χριστόθεν ἐξουσίας, τοὺς τῆς ἀληθείας ἀντιπάλους κατέβαλε, καὶ τὸν διὰ τῆς θυρίδος εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων λῃστρικῶς εἰσελθόντα, καὶ καταλαζονευσάμενον τοῦ Θεοῦ τοσοῦτον, ὥστε καὶ σύνοδον ἀναπλάσαι κατὰ τῆς σῆς ἀνεπιλήπτου ἱεραρχίας, καὶ πρὸς τὸν ῥῆγα λανθανόντως ἐκπέμψαντα, τῇ χειρουργίᾳ τῆς ἱεραρχικῆς σου καὶ Ἀποστολικῆς ἐξουσίας, τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας ἐξέτεμες σώματος, καὶ τοὺς ἠδικημένους ἡμᾶς ὡς φιλάδελφος ἐδικαίωσας δικαίως, καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίᾳ, δι' ὧν ἔγραψας ἀποκατέστησας. ὁ γὰρ θεοπρόβλητος ἡμῶν βασιλεὺς τῇ γνώμῃ καὶ ψήφῳ τῆς σῆς ὁσιότητος ἐξυπηρετούμενος, ὡς τέκνον ὑμῶν πιστότατον, ἑκατέρῳ κατ' ἀξίαν ἀπένειμεν. ἀνθ' ὧν ἁπάντων τῷ Θεῷ τὰς εὐχαριστηρίους εὐχὰς πέμψαντες, πεπόμφαμεν Ἰωάννην τὸν εὐλαβέστατον μητροπολίτην Συλαίου, ἅμα μὲν ἀνθ' ἡμῶν ἀπολογησόμενον, ἅμα δὲ καὶ περὶ τῶν ἐφεξῆς ἐκκλησιαστικῶν διοικήσεων ληψόμενον τὰς δοκούσας Θεῷ καὶ τῇ ὑμετέρᾳ σοφίᾳ διατάξεις.

Διττῆς γὰρ οὔσης τῆς τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου χειροτονίας· καὶ τῶν μὲν ἐξ ἡμῶν αὐτὴν δεδεγμένων, καὶ χειρογραφησάντων ὑπὲρ ἡμῶν αὐθαιρέτως, τῶν δὲ παρὰ τοῦ ἀνοσιωτάτου καὶ παλαμναίου Φωτίου, ἄλλων μὲν ἑκόντων, ἄλλων δὲ βιαζομένων παρ' ἐκείνου· περὶ τούτων πάντων ἀξιοῦμεν δοῦναι διάταξιν. ἔτι γε μὴν ζητοῦμεν καὶ τοποτηρητὰς τῆς ὑμετέρας μα-



præſentibus illis cauſa a te definiatur, tuique legati una cum noſtris certiſſimam toti eccleſiæ fidem facturi mittantur. Sacrum tuum ac deſideratum caput per litteras non ſecus ac ore exoſculor & complector. Vale.

ACTIO III. CON VIII GENER.

Lecta imperatoris epiſtola, legitur & Ignatii patriarchæ ad papam Nicolaum in hanc ſententiam ſcripta.

A Deo honorato, dilecto fratri & ſymmyſtæ Nicolao ſanctiſſimo papæ veteris Romæ.

Ignatius Dei miſeratione archiepiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ.

Ad artus humani corporis plagis & vulneribus ſaucios curandos, medendi ars magnam medicorum copiam ſuppeditavit; in membris autem Chriſti Dei ac ſalvatoris, omnium capitis ac ſponſi catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, unum tantum ac ſolum ſelectum ac univerſaliſſimum medicum, tuam nempe fraternam paternamque ſanctitatem, ſupremum & fortiſſimum Dei Verbum conſtituit, cum Petro ſupremo ſanctiſſimoque apoſtolorum vertici dixit; *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* (Matth. 16.) Et rurſum: *Tibi dabo claves regni (cælorum,) & quod ligaveris ſuper terram, ligatum erit in cælis; & quod ſolveris, erit ſolutum.* Hujuſcemodi enim beatas voces non ſoli apoſtolorum principi privata quadam ſorte tranſcripſit & aſſignavit, ſed per ipſum ad omnes Romanæ ſedis pontifices illi ſucceſſuros tranſmiſit. Hinc retro olimque ſemper, cum hæreſes & ſcelera pullularent, noxias illas herbas & zizania apoſtolicæ ſedis veſtræ ſucceſſores extirparunt; & nunc tua beatitudo digne tractans acceptam a Chriſto poteſtatem, veritatis hoſtes fudit, & latronum more in Chriſto ovile per feneſtram aſcendentem, contraque Deum adeo ſe per arrogantiam ſurrigentem, ut etiam adverſus ſacroſanctam & inculpatam tuam poteſtatem ſynodum refingeret, & clanculum * regem per legatos ſolicitaret, medica manu ſacroſanctæ & apoſtolicæ auctoritatis a communi eccleſiæ corpore præcidiſti, & nos ab illo per ſcelus oppreſſos, ut amantiſſimus frater recte innocentes pronuntiaſti, noſtræque nos eccleſiæ per litteras reſtituiſti. Nam divinitus evectus imperator noſter, ut fideliſſimus filius veſter, tuæ ſanctitatis ſententiam & decretum executus, utrumque (me inquam & Photium) pro æquitate cauſæ tractavit. De quibus omnibus Deo votis rite perſolutis, virum religioſiſſimum Joannem Sylæi metropolitam miſimus, qui & noſtram cauſam tueatur, & ſimul rerum eccleſiaſticarum deinceps adminiſtrandarum rationem, quæ Deo veſtræque ſapientiæ probabitur, accipiat.

* imperatorem Ludovicum.

Etenim cum duplex ſit ſacrorum hominum conſecratio; aliorum quidem, qui a nobis initiati ſunt, quique pro nobis ſponte chirographa conſcripſerunt: aliorum vero qui ab ſceleſtiſſimo Photio conſecrati, chirographa vel lubentes, vel coacti ſcripſere: rogamus, ut de his omnibus aliquid decernatur. Demum petimus, ut veſtræ ſanctitatis lega-

legati ad nos mittantur idonei, quibuſcum A ecclesiæ noſtræ ſtatum bene & convenienter diſponamus.

Deinde lecta eſt epiſtola Hadriani papæ ad patriarcham Ignatium.

*Epiſtola Hadriani papæ.*

Neque ſcribendo explicari, neque dicendo exprimi poteſt, dilectiſſime frater, quantos certaminum labores is qui me præceſſit, ſanctæ memoriæ papa Nicolaus cum ſubjecta ſibi eccleſia, tum pro eccleſia Conſtantinopolitana componenda, tum pro te reſtituendo, ſubierit. Cujus affectum & nos, quemadmodum & illi ſuffecti ſumus, induimus, eoſdemque pro te labores ſuſcipiemus. Ceterum quidquid modo nominatus Nicolaus B apoſtolicæ memoriæ pontifex de ſchiſmatico & adultero Photio, nec non de te ſpeciatim, deque iis qui tecum mala perpeſſi ſunt, ſynodice canoniceque decrevit, illa & ego decerno.

De quibus vero judicium noſtrum & ſententiam rogaſti, nos omnino decretis Nicolai anteceſſoris noſtri ſtamus, & ante omnes Gregorium Syracuſanum, & Photium tyrannum, & quoſcumque ille in quocumque clericorum gradu collocavit, merito exortes communionis facimus. Photius enim iſte, homo profanus & forenſis, curialis & neophytus, qui ut adulter eccleſiam invaſit, olimque anathemate damnatus, nihil ha- C buit, nihil dedit. Tuarum vero ærumnarum ſocios ob animi conſtantiam, quam pro veritate declararunt, complectimur: ac par eſt, ut horum virtutes pro meritus compenſes; ut eos etiam qui in te ſen volentes, ſeu inviti aliquando pejerarunt, ſi cum ea pœnitentia, cum qua decet, acceſſerint, recipiendos dicimus, ac demum omnia præ deceſſoris noſtri ſanctiſſimi papæ decreta ſervanda. Illos vero qui in impio conciliabulo Conſtantinopoli in ſedis apoſtolicæ contumeliam & dedecus celebrato ſponte ſubſcripſerunt, cujuſcumque ſint ordinis aut profeſſionis, nulla venia clementiaque dignandos judicamus, niſi ejuſdem, quam offendere D conati ſunt, eccleſiæ ingens eos præveniat commiſeratio. Quod & in generali concilio Chalcedonenſi factum eſt, cum Dioſcorus ſanctiſſimo papæ magnæ urbis Romæ Leoni eſt auſus excommunicationem impingere. Hinc & Anatolius dixit, Dioſcorum non propter fidem condemnatum eſſe, ſed quod excommunicationem Leoni papæ fecerit. Lectis in hunc modum epiſtolis, ad imperatorum acclamationes verſi, conventum ſolverunt.

χαριότητος ἐπισκόπους ἀξιολόγους ἐλθεῖν, ἵνα σὺν αὐτοῖς καλῶς καὶ προσηκόντως διοικήσωμεν τὴν καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίαν.

Μετὰ τοῦτο ἀνεγνώσθη ἐπιστολὴ τοῦ πάπα Ῥώμης Ἀδριανοῦ πρὸς τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον.

Οὔτε γραφὴ διασαφῆσαι, οὔτε γλῶσσα ὁλικῶς ἐξαρκέσει διηγήσασθαι, ὦ ἠγαπημένε ἀδελφέ, ὁπόσας ὑπέρ τε συστάσεως τῆς ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ὑπὲρ τῆς σῆς ἀποκαταστάσεως παλαίστρας ἀγώνων ὁ προκάτοχός μου, ὁ τῆς ἁγίας μνήμης πάπας Νικόλαος ἅμα τῇ ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίᾳ ὑπέστη. οὗ τὴν διάθεσιν καὶ ἡμεῖς ἀναδεξάμενοι, καθὼς τοῦτον διαδεξάμεθα, οὕτω καὶ τοὺς ὑπὲρ σοῦ καμάτους διαδεξόμεθα. λοιπὸν ἅπερ ὁ προλεχθεὶς τῆς Ἀποστολικῆς μνήμης Ἀρχιερεὺς κανονικῶς τε καὶ συνοδικῶς περί τε σχισματικοῦ καὶ μοιχοῦ Φωτίου, καὶ περὶ σοῦ εἰδικῶς, καὶ περὶ τῶν συγκακοπαθησάντων σοι ὥρισεν, ἐκεῖνα διατάττομαι καὶ αὐτός.

Καὶ περὶ ὧν δι' ἡμᾶς οἰκονομίαν καὶ κρίσιν ἐζήτησας, τοῖς αὐτοῖς ὅροις ἑπόμενοι τοῦ μακαριωτάτου προκατόχου ἡμῶν, πρὸ πάντων Γρηγόριον τὸν Συρακούσης, καὶ Φώτιον τύραννον, καὶ οὓς αὐτὸς ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ προεβάλετο, ἀφορίζομεν ἐπαξίως. οὗτος γὰρ ὁ Φώτιος ἀνὴρ ἀγοραῖος, βουλευτικός, νεόφυτος, ἐπιβήτωρ καὶ μοιχός, καὶ ἀναθεματισμένος, οὐδὲν ἔσχεν, οὐδὲν ἔδωκεν. τοὺς δὲ σὺν σοὶ κακοπαθήσαντας καὶ ἀποδεχόμεθα τῆς προθυμίας ἣν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐνεδείξαντο· καὶ ἀμείψασθαί σε τούτους ἀξίως πρέπει, ὥσπερ καὶ τοὺς παρορκίσαντάς ποτε εἰς σέ, ἢ ἑκόντας ἢ ἄκοντας, ἐὰν μετὰ τῆς προσηκούσης μετανοίας προσέρχωνται, χρῆναι δεχθῆναι λέγομεν· καὶ ἁπαξαπλῶς ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὅροις τοῦ πρὸ ἡμῶν ἁγιωτάτου πάπα ἕπεσθαι κρίνομεν. περὶ δὲ τῶν ἐν τῷ ἀθεμίτῳ συνεδρίῳ τῷ ἐφ' ὕβρει καὶ ἀτιμίᾳ τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου ἐν Κωνσταντινουπόλει γεγενημένῳ ἑκουσίως ὑπογραψάντων, ἧς τινος ἂν τάξεως ἢ ἐπαγγελίας, μηδεμιᾶς χρηστότητος ἀξίους εἶναι κρίνομεν, εἰ μὴ ἡ πολλὴ εὐσπλαγχνία τῆς αὐτῆς καθέδρας, ἣν βλάψαι ἐπεχείρησαν, προφθάσῃ. ὅπερ καὶ ἐν τῇ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῇ κατὰ Καλχηδόνα γέγονεν. ἐτόλμησε γὰρ τότε ὁ Διόσκορος καὶ ἀκοινωνησίαν συνθεῖναι εἰς τὸν ἁγιώτατον πάπαν τῆς μεγάλης Ῥώμης Λέοντα. ἔνθεν καὶ Ἀνατόλιος φάσκει, ὡς οὐ περὶ πίστεως κατακέκριται Διόσκορος, ἀλλ' ὅτι ἀκοινωνησίαν ἐπήγαγε τῷ μακαρίῳ πάπα Λέοντι. οὕτω τῶν ἐπιστολῶν ἀναγνωσθεισῶν, εἰς εὐφημίαν τῶν βασιλέων ἐξάπησαν, καὶ τὸν σύλλογον διέλυσαν.

## ACTIO QUARTA.



In nomine domini, domini noſtri Jeſu E Chriſti: & quæ more priorum actionum ſequuntur. Indictione III. III. Idus Octobres. Cum episcopi conveniſſent, in medium progreſſus clariſſimus patricius Baanes præpoſitus dixit: Sunt conſecrati a ſancto Methodio epiſcopi Theophilus & Zacharias, qui cum Photio communicarunt: ſi videtur, ingrediantur ad ſanctum œcumenicum concilium.

Patres dixere: Omnino oportet ut veniant. Miſſi ergo ex legatorum veteris Romæ co-

## ΠΡΑΞΙΣ δ'.

Ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου καὶ δεσπότου πάντων Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ τὰ λοιπὰ τὰ κατὰ τὰς παρελθούσας πράξεις. ἰνδικτιῶνος γ'. πρὸ γ'. εἰδῶν Ὀκτωβρίων. τούτων οὕτω συνελθόντων, στὰς ἐν μέσῳ Βαάνης ὁ πανεύφημος πραιπόσιτος· εἰσὶν ἐπίσκοποι, εἶπε, χειροτονίαν ἔχοντες τοῦ μακαριωτάτου Μεθοδίου, Θεόφιλος καὶ Ζαχαρίας, οἱ τὸν Φώτιον ἀποδεχόμενοι. εἰ οὖν δοκεῖ, εἰσελθέτωσαν εἰς τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον.

Εἶπον οὖν οἱ τῆς συνόδου· ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐλθεῖν ἐκείνους. καὶ ἀπεστάλησαν ἐκ μὲν τῶν τοποτηρη-

τῶν

ANNO CHRISTI 869.

τῶν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Παγκράτιος ὁ εὐλαβέστατος κληρικός· ἐκ δὲ τῶν τῆς ἀνατολῆς, Ἀνανίας ἕτερος κληρικός· ἀπὸ δὲ τῶν τῆς συγκλήτου Γρηγόριος σπαθαροκουβικουλάριος. καὶ εἶπον τοῖς ἐπισκόποις· καλεῖ ὑμᾶς ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος. οἱ δὲ εἶπον· ἡμεῖς τοῦ κυρίου Μεθοδίου ἐσμὲν χειροτονία, καὶ κοινωνοῦμεν τῷ κυρίῳ Φωτίῳ τῷ πατριάρχῃ. καὶ ὑποστρέψαντες οἱ ἀποσταλέντες εἶπον ἃ ἤκουσαν. ἐξεβόησεν οὖν ἡ ἁγία σύνοδος· ἡ μερὶς Θεοφίλου καὶ Ζαχαρίου μετὰ Φωτίου. μετὰ ταῦτα οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· οἱ βασιλεῖς ἡμῶν οἱ ἅγιοι ἀπέστειλαν τοὺς δούλους αὐτῶν, τὴν καλουμένην σύγκλητον, ἵνα ὦμεν ἀκριβεῖς τῶν πραγμάτων ἀκροαταί. εἰ βούλεσθε οὖν, παρελθέτωσαν ὁμοῦ τε Φώτιος καὶ οἱ ἐπίσκοποι αὐτοῦ, ἵνα ἐνώπιον ἡμῶν φραγῶσιν αὐτῶν τὰ στόματα ἐκ συνοδικῶν καὶ * τυπικῶν διατάξεων. εἰ γὰρ μὴ οὕτω γένηται, οὐ γράψει ἡ χεὶρ ἡμῶν ἓν γράμμα εἰς τὴν σύνοδον ταύτην. Μητροφάνης ὁ θεοφιλὴς μητροπολίτης Σμύρνης ἀναστὰς εἶπεν· ὁ θεῖος Ἀπόστολός φησι· προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε· πάντα δοκιμάζοντες, τὸ καλὸν κατέχετε. τοὺς ἁγιωτάτους τοποτηρητὰς τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ὡς προφήτας ἀπεδεξάμεθα, καὶ οὐκ ἐξουθενοῦμεν· δοκιμάζοντες δὲ τοὺς λόγους τῶν μεγαλοπρεπεστάτων ἀρχόντων, εὑρίσκομεν τούτους δικαίους.

* κανονικῶν.

Καὶ λέγει ἡ ἁγία σύνοδος· ὁρίζομεν, ἵνα ἐκεῖνοι μετακληθῶσιν, ὡς ἂν ἐνώπιον αὐτῶν ἀπολογουμένων ἡ κρίσις γένηται.

Εἶπον οἱ τοποτηρηταὶ τῆς Ῥώμης· οὓς λέγετε, ἀγνοοῦσι τί ἔκρινεν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἁγία ἐκκλησία;

Βαάνης εἶπεν· ἀγνοοῦσιν, οὐδὲ γὰρ ἦσαν ἐκεῖ.

Οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον· ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀναξέειν τὴν κρίσιν τῶν τῆς Ῥώμης ἱεραρχῶν. πῶς δὲ ἀγνοοῦσιν οἱ διὰ τῶν ἰδίων ἀποκρισιαρίων ἐκεῖ ἐνδημοῦντες, καὶ τὰ γεγονότα μαθόντες; ἀλλ' ὅμως εἰσελθέτωσαν· πρόφασιν δὲ ζητοῦσιν. οὐδεὶς γὰρ ἀγνοεῖ, ὡς ἀπὸ τῆς ια. ἐπινεμήσεως κατέκρινεν αὐτοὺς ὁ ἁγιώτατος πάπας Νικόλαος. καὶ διὰ τῶν τοσούτων καιρῶν οὐκ ἔγνωσαν τὴν ἀπόφασιν τὴν ἐξενεχθεῖσαν κατ' αὐτῶν; ἀλλ' ἔοικεν, ὅτι φυγεῖν ζητοῦσι τὴν κρίσιν. οἱ ἄρχοντες εἶπον εἰ ἤθελον φυγεῖν, οὐκ ἂν ἐβόων ἵνα κριθῶσιν.

Οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον· εἰσελθέτωσαν, καὶ στήτωσαν εἰς τὸν ἔσχατον τόπον, καὶ ἀκουσάτωσαν τὴν ἐπιστολὴν τὴν πρὸς τὸν βασιλέα Μιχαὴλ ἀπὸ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Νικολάου διὰ Ῥωδοάλδου καὶ Ζαχαρίου.

Οἱ ἄρχοντες εἶπον· παρακαλοῦμεν, ἵνα συνεισέλθωσι Φωτίῳ κἂν τρεῖς ἢ τέσσαρες, ὡς ἂν ἀκούσωσι, κἂν ὡς οὗτοι οἱ κοσμικοὶ, οἱ ἱστάμενοι ὀπίσω ἡμῶν.

Οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον· εἰσελθέτωσαν, ἐὰν ὁμολογῶσιν οἱ τρεῖς ἐκεῖνοι ἀντὶ πάντων τῶν λοιπῶν ἔρχεσθαι τῶν ἐκ τοῦ μέρους αὐτῶν ὄντων. πλὴν οὐ φιλονεικίας ἕνεκα προσκαλούμεθα τούτους, ἀλλ' ἵνα μόνον ἀκούσωσιν. ἀπεστάλησαν οὖν τινες τῶν παρεστώτων προσκαλέσασθαι ἐκείνους· ἀλλ' οὐχ εὗρον αὐτούς· εὑρέθησαν μόνοι ὅ, τε Θεόφιλος καὶ ὁ Ζαχαρίας, οἱ ὑπὲρ Φωτίου φρονοῦντες, οἱ καὶ τὸ πλῆθος ἦσαν διαστρέφοντες. ἔλεγον γὰρ, ὅτι συνε-

A mitatu, Pancratius religioſiſſimus clericus; ex orientis vero legatorum ſocietate, Ananias, alter clericus; ex ordine ſenatorio, Gregorius ſpatharocubicularius; renuntiarunt epiſcopis: ſancta & œcumenica ſynodus vos accerſit. Nos, inquiunt illi, a domino Methodio conſecrati pro patriarcha Photio ſtamus. Reverſi qui miſſi erant, expoſuerunt quid reſponſum eſſet. Exclamavit ergo ſancta ſynodus: Pars Theophili & Zachariæ cum Photio. Deinde magnificentiſſimi ampliſſimique proceres dixere: Sanctiſſimi imperatores noſtri miſerunt nos ſervos tuos, ſenatum, uti rerum quæ aguntur, attenti ſpectatores ſimus. Si placet ergo, advocentur cum Pho-

B tio epiſcopi quoque Photiani, ut præſentibus nobis, ex ſynodicis & canonicis ſanctionibus obturentur ora eorum. Quod niſi fiat, litteram in hac ſynodo manu noſtra ſcribemus nullam, ut ſubſcribamus. Metrophanes Deo dilectus metropolita Smyrnenſis ſurgens dixit: Divinus apoſtolus dicit: *Prophetias nolite ſpernere: omnia autem probate; quod bonum eſt tenete*. Sanctiſſimos veteris Romæ legatos tamquam prophetas recipimus, neque ſpernimus: probantes vero magnificentiſſimorum procerum petitionem, æquam eſſe judicamus.

ACTIO IV. CON VIII GENER

1. Theſ. 5.

C Sancta ſynodus dicit: Statuimus ut illi citentur, ac præſentes facta defendendi poteſtate judicentur.

Legati veteris Romæ dixerunt: Hi quos dicitis, ignorant quid ſancta Romana eccleſia decreverit?

Baanes dixit: Ignorant, neque enim Romæ fuerunt.

Legati dixerunt: Nobis haud fas eſt Romanorum pontificum judicium reſcindere. Quo autem pacto ignorant, qui per ſuos apocriſiarios præſentes fuere, & quidquid ibi geſtum eſt, cognovere? Verumtamen ingrediantur: excuſationem ſane quærunt, nemo enim ignorat, illos a ſanctiſſimo papa Nico-

D lao jam inde ab undecima indictione condemnatos: & qui per tantum temporum intervallum pronuntiatam in illos ſententiam potuerunt ignorare? Sed nempe judicium illos declinare patet. Proceres dixere: Si declinare judicium animus eſſet, non, ut de ſe judicium ferretur, clamitarent.

Legati dixere: Ingrediantur, & extremo in loco ſtent, audiantque epiſtolam a ſanctiſſimo papa Nicolao ad Michaelem imperatorem per Rhadoaldum & Zachariam miſſam.

Principes dixere: Rogamus ut cum Photio tres aut quatuor ingrediantur, ut audiant

E ſaltem ut hi laici, qui pone nos conſiſtunt.

Legati dixere: Ingrediantur; ſi tamen illi tres loco omnium, qui ex factione Photiana ſunt, venire ſe profiteantur. Verumtamen non diſputandi aut contendendi cauſa hos citamus, ſed ut audiant dumtaxat. Miſſi ergo nonnulli ex concilio eos non invenerunt. Reperti ſoli Theophilus & Zacharias, qui Photii partes tuebantur, plebemque depravabant, & jactabant Nicolaum papam ſecum communicaſſe. Quare populus aiebat: Si

hoſce

ACTIO IV. CON. VIII. GENER.

hoſce duos papa in communionem recepit, A recepit igitur & Photium.

Legati dixere: Abſit ut ſanctiſſimus papa Nicolaus Photium in eccleſiæ Romanæ communionem receperit. Et qui dicunt ſe cum ſanctiſſimo papa Nicolao communicaſſe, ingrediantur.

Principes dixere: Veſtri libelli declaratio ſancit, ut omnes a Methodio vel Ignatio conſecrati omnium in eum commiſſorum delictorum venia donentur, ſi reſipiſcant.

Legati dixere: Quæ vero illa ſit pœnitentia, cum paulo ante profeſſi ſint, ſe Photium ſequi? B

Baanes dixit: Atqui multi ex his qui hic aſſident, adhuc ſemper cum Photio communicarunt.

Legati dixere, illos per libellum copioſe ſatisfeciſſe.

Tandem Theophilo & Zacharia ingreſſis;

Legati dixere: Legatur libellus illis audientibus. Illi contra: Nos, inquiunt, neque libellum audire volumus, neque huc venire volebamus; Imperatore vero nos ad regiam citante, comparebamus.

Baanes dixit: Affirmaſtis in palatio, vos planum fecturos, quod tamquam ſacerdotes C cum papa Nicolao ſacris operati ſitis. Illi, & idem, inquiunt, rurſum affirmamus.

Legati dixere: Mentiuntur, quod ut aperte cognoſcatis, legatur epiſtola Nicolai papæ ad Michaelem imperatorem, & ipſum Photium.

Stephanus devotus notarius acceptam ad imperatorem epiſtolam legit, quæ ſic habet.

*Nicolaus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Michaeli auguſtiſſimo imperatori.* D

PRincipatum divinæ poteſtatis, quem conditor omnium Deus electis apoſtolis ſuis largitus eſt, principi apoſtolorum Petro præ ceteris tradidit, cum dixit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* (Matth. 16.) Et rurſum ad Petrum: *Et tu aliquando converſus, confirma fratres tuos.* Petrus igitur univerſam adminiſtrare eccleſiam perpetua ſucceſſione jubetur. Sæpenumero enim conventus a ſanctis patribus celebratus eſt; ſed ſine Romanæ ſedis & hujus pontificum auctoritate confectum eſt nihil. Nunc autem Conſtantinopoli concilium coactum, ut ex vobis E intelleximus, hujuſmodi auctoritatem & ſanctionem neglexit, Ignatiumque patriarcham non conſultis Romanis pontificibus honore ſuo privavit, cum nullus eum de ullo vero crimine convicerit. His ita contra jus faſque perpetratis, popularis factio & laicorum habitu creavit, qui eccleſiæ præeſſet: Photium, inquam, qui doctor eſt conſtitutus antequam diſceret, & prius illuminare voluit, quam illuminari: id quod inſtitutio catholica, Romanaque eccleſia averſatur. Quin & ſanctiſſimus papa Cæleſtinus in hæc

λειτούργησεν ἡμῖν ὁ πάπας Νικόλαος. διὸ ϗ τὸ πλῆθός φασιν, ὡς εἰ ἀπεδέξατο τούτους τοὺς δύο ὁ πάπας, ϗ ἐκοινώνησεν αὐτοῖς, ἀπεδέξατο ἄρα ϗ Φώτιον.

ANNO CHRISTI 869.

Οἱ τοποτηρηταὶ Ῥώμης εἶπον· μὴ γένοιτο, ὅτι ὁ μακαριώτατος πάπας Νικόλαος εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν ἐδέξατο τὸν Φώτιον. ϗ οἱ λέγοντες κοινωνῆσαι μετὰ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Νικολάου, εἰσελθέτωσαν.

Οἱ ἄρχοντες εἶπον· ἡ ἔκθεσις τοῦ λιβέλλου ὑμῶν θεσπίζει, τοὺς χειροτονίαν ἔχοντας Μεθοδίου ϗ Ιγνατίου, συγγνώμης ἀξιωθῆναι ϗ διορθώσεως εἰς ὅσα ἐπλημμέλησαν εἰς αὐτὸν, εἰ μετανοοῦσιν.

Οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον· ποία μετάνοια τῶν πρὸ μικροῦ εἰπόντων, ὅτι κοινωνοῦσι Φωτίῳ;

Βαάνης εἶπε· ϗ πολλοὶ ἐκ τῶν ἐνταῦθα καθημένων μέχρι τέλους ἐκοινώνουν Φωτίῳ.

Οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον, ὡς οὗτοι διὰ τῆς τοῦ λιβέλλου πληροφορίας ἐδέχθησαν.

Ὀψὲ γοῦν εἰσελθόντων Θεοφίλου ϗ Ζαχαρίου.

Εἶπον οἱ τοποτηρηταί· ἀναγνωσθήτω ὁ λίβελλος ἐπ' ἀκροάσει αὐτῶν. ἐκεῖνοι εἶπον· ἡμεῖς οὔτε λίβελλον θέλομεν ἀκοῦσαι, οὐδὲ ἠθέλομεν ὧδε ἐλθεῖν. ἐκέλευσε δὲ ὁ βασιλεὺς, ἵνα ἀπέλθωμεν εἰς τὸ παλάτιον, ϗ ἀπήλθομεν ἐκεῖ.

Βαάνης εἶπεν· εἴπατε εἰς τὸ παλάτιον, δύνασθαι ἀποδεῖξαι, ὅτι ὡς ἱερεῖς αὐτῷ τῷ ἁγιωτάτῳ Νικολάῳ συνελειτουργήσατε. ἐκεῖνοι εἶπον· ϗ πάλιν τὸ αὐτὸ λέγομεν.

Οἱ τοποτηρηταὶ τῆς Ῥώμης εἶπον, ψεῦσται εἰσίν· ἵνα δὲ πληροφορηθῆτε, ἀναγνωσθήτωσαν αἱ ἐπιστολαὶ τοῦ πάπα Νικολάου πρὸς Μιχαὴλ τὸν βασιλέα, ϗ πρὸς τὸν Φώτιον.

Καὶ λαβὼν Στέφανος ὁ καθωσιωμένος νοτάριος ἀνέγνω τὴν πρὸς τὸν βασιλέα ἐπιστολὴν ἔχουσαν οὕτως.

Νικόλαος ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῷ ἠγαπημένῳ τέκνῳ Μιχαὴλ, τῷ δεδοξασμένῳ αὐτοκράτορι.

ΤΗΝ ἀρχὴν τῆς θείας ἐξουσίας, ἣν ὁ πάντων δημιουργὸς τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ Ἀποστόλοις ἐδαψιλεύσατο, τῷ κορυφαίῳ τῶν Ἀποστόλων Πέτρῳ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἔδωκεν, εἰπών· σὺ εἶ Πέτρος, ϗ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. ϗ πάλιν εἶπε πρὸς τὸν Πέτρον· ϗ σύ ποτε ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου. ὁ τοίνυν Πέτρος τὴν ἁπανταχοῦ ἐκκλησίαν περιέπειν οὐ διαλείπειν κελεύεται. ϗ γὰρ πολλάκις συνέλευσις γέγονε τῶν ἁγίων πατέρων, ἀλλ' ἄνευ τῆς τῶν Ῥωμαίων καθέδρας ϗ τῶν ταύτης Ἀρχιερέων οὐδὲν ἰσχύθη. νῦν δὲ τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθὲν συνέδριον, ὡς ἐξ ὑμῶν ἐμάθομεν, τοῦ τοιούτου θεσμοῦ τὴν ἔκθεσιν παρελογίσατο, ϗ Ιγνάτιον τὸν ταύτης ἀρχιερέα ἄνευ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἱεραρχῶν συμβουλίας ἡ τοιαύτη σύνοδος τῆς οἰκείας ἐγύμνωσε τιμῆς, μηδενὸς ἀποδειχθέντος κατ' αὐτοῦ ἀληθινοῦ κατηγορήματος. τὸ λοιπὸν δὲ τούτων οὕτως ἀδίκως πραχθέντων, ἡ τοῦ λαοῦ πληθὺς ἐκ τοῦ τῶν λαϊκῶν σχήματος τὸν ταύτης προστησόμενον ἐξελέξατο· τὸν Φώτιον λέγω, ὃς πρὶν διδαχθῆναι προεχειρίσθη διδάσκαλος, ϗ πρὶν φωτισθῆναι φωτίζειν ἠθέλησε. ταῦτα

δὲ

ANNO CHRISTI 869.

δὲ ἡ καθολικὴ διάταξις, καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία ἐκτίθεται. ἀλλὰ καὶ Καιλεστῖνος ὁ ἁγιώτατος πάπας Ῥώμης οὕτω φησίν· ἀκηκόαμεν τινας τῶν πόλεων αἰτούσας ἐπισκόπους ἐκ λαϊκῶν· ὅπερ πάσης βδελυρίας ἐστὶν ἀνάμεστον, τὸ τοὺς κληρικοὺς παροραθῆναι, καὶ τοὺς λαϊκοὺς προτιμηθῆναι. ὁμοίως καὶ Λέων ὁ ἁγιώτατος τῆς Ἀποστολικῆς τῶν Ῥωμαίων καθέδρας ἀρχιερεὺς, οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῇ δ'. συνόδῳ πολὺς, τὸ αὐτὸ ἐπικρίνει, λέγων· ἐν ταῖς πόλεσιν, ὧν οἱ ἡγεμόνες τελευτήσουσιν, ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων ἐπισκόπων ψηφίζεσθαι ἕτερον· πλὴν κἂν ἀγαθοῦ βίου ἐστὶν ὁ ψηφιζόμενος, ἀλλ' οὐκ ἔσται λαϊκὸς, ἢ νεόφυτος, ἢ δευτέρου συνοικεσίου ἀνήρ.

A verba loquitur : Audivimus quaſdam propriis deſtitutas rectoribus civitates epiſcopos ſibi petere de laicis : quod ſane impudentiſſimum eſt, ut contemptis clericis laici præferantur. Similiter & Leo ſanctiſſimus apoſtolicæ Romanæ ſedis pontifex, cujus magna eſt in quarto œcumenico concilio laus, judicat, cum dicit : In civitatibus, quarum rectores obierint, a præſidentibus epiſcopis alter ordinetur ; ſed ita ut etiam ſi bonæ vitæ teſtimonio fulciatur, non laicus, non neophytus, nec ſecundæ conjugis ſit maritus.

Τούτων οὕτω τεθεσπισμένων. εἰς τὴν τοῦ εἰρημένου λεχθέντος ἀνδρὸς χειροτονίαν συναινέσαι οὐ δυνάμεθα, μέχρις ἂν διὰ τῶν ἡμετέρων ἀποκρισιαρίων, οὓς πρὸς ὑμᾶς ἀπεστείλαμεν, ἅπαντα τὰ ἐν Κωνσταντινουπόλει περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραχθέντα πραγμάτων καὶ πραττόμενα μάθωμεν, ὦ ἐπιεικέστατε Αὔγουστε· ὅπως Ἰγνάτιος ἔλθῃ ἐνώπιον τῶν ἡμετέρων ἀποκρισιαρίων καὶ παντὸς τοῦ συνεδρίου, καὶ ζητηθῇ τὰ κατ' αὐτὸν, εἰ ἄρα κατὰ κανονικὸν θεσμὸν ταῦτα γέγονε, καὶ οὕτω τῇ ἡμετέρᾳ προεδρείᾳ διαγνωσθῇ, ὅ, τι ἂν περὶ αὐτοῦ πραχθῆναι μέλλῃ.

B Quæ cum ita conſtituta ſint, (æquiſſime Auguſte) in electionem ſupradicti viri conſentire non poſſumus, quoad per noſtros apocriſiarios ad vos miſſos, omnia quæ Conſtantinopoli in rebus eccleſiaſticis geſta ſunt & geruntur, intelligamus : ut Ignatio coram noſtris legatis & toto conſeſſu veniente quæratur, an quæ de illo acta ſunt, rite & ex eccleſiaſticis inſtitutis facta ſint : & ſic tandem auctoritate noſtra, quid de illo ſtatuendum ſit, decernatur.

Τὰ ἑξῆς τῆς ἐπιστολῆς ταύτης διαλαμβάνει περὶ τῆς τῶν ἁγίων εἰκόνων προσκυνήσεως. ἐν τέλει περιέχει καὶ ταῦτα. Βουλόμεθα ὡς ἂν ἡ χειροτονία τοῦ Συρακουσῶν ἀρχιεπισκόπου παρὰ τοῦ ἡμετέρου θρόνου ἐκπέμπηται, ὅπως ἡ παράδοσις ἡ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων ὁρισθεῖσα μηδαμῶς ἐν τοῖς ὑμετέροις χρόνοις μετατεθῇ. ἀπεστάλκαμεν δὲ τῇ ὑμετέρᾳ γαληνότητι τοὺς αἰδεσιμωτάτους ἐπισκόπους Ῥαδόαλδον καὶ Ζαχαρίαν, ἐγχειρίσαντες αὐτοῖς τὴν πρεσβείαν τῆς Ἀποστολῆς ἡμῶν· οὓς καὶ ἐντίμως ἀποδέξασθε, καὶ ἃ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως * ἀκαταλήπτως εἴπωσι, πιστεῦσαι μὴ ἐνδοιάσητε. καὶ ὅταν ἐν τῇ συνελεύσει τῆς ἐκκλησίας καθεσθῶσιν, οὐκ ὀφείλουσιν εὑρεῖν τινὰ τὸν ἐναντιούμενον.

* Ἀκαταλήπτως, irreprehenſibiliter, ut Anaſtaſius vertit.

Quæ ſequuntur in epiſtola, de ſacrarum imaginum cultu differunt. Tandem & hæc C ſubjiciuntur : Volumus ut ordinatio Syracuſano archiepiſcopo a ſede noſtra impendatur, ut traditio ab apoſtolis accepta nulla ratione veſtris temporibus violetur. Miſimus autem veſtræ ſerenitati reverendiſſimos epiſcopos Rhadoaldum & Zachariam, quibus apoſtolatus noſtri legationem commiſimus ; quos & ſtudioſe accipiatis, & quæ de ſtatu eccleſiaſtico irreprehenſibiliter dixerint, credere non ambigatis. Et quando in conventu eccleſiæ ſederint, non reperiant, qui ſe illis opponant.

Μετὰ τὴν ταύτης τῆς ἐπιστολῆς ἀνάγνωσιν οἱ μεγαλοπρεπέστατοι ἄρχοντες εἶπον, πληροφορηθῆναι ἐκ ταύτης, ὅτι Φώτιον καὶ τὴν χειροτονίαν αὐτοῦ ὁ ἁγιώτατος πάπας Νικόλαος οὐ κατεδέξατο.

Lecta epiſtola, magnificentiſſimi principes D dixerunt, ſatis conſtare ex hac epiſtola, Photium, & ordinationem ejus a ſanctiſſimo papa Nicolao nullo modo receptam eſſe.

Ἀνεγνώσθη δὲ καὶ ἡ ἑτέρα ἐπιστολὴ ἡ πρὸς τὸν αὐτὸν βασιλέα ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πάπα, καὶ ἐδήλου κἀκείνη τὸ αὐτὸ περὶ Φωτίου. καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν ταύτης ἀπεκρίθη Θεόφιλος ὁ ποτὲ ἐπίσκοπος· εἰ κατακρίνεται Φώτιος, κατακρίθησαν καὶ οἱ εἰσαγαγόντες καὶ χειροτονήσαντες αὐτόν.

Lecta eſt & alia epiſtola ejuſdem papæ ad eumdem imperatorem, quæ idem de Photio afferebat : qua lecta, Theophilus quondam epiſcopus dixit : Si damnatur Photius, damnandi ſunt & ii qui Photium promoverunt & conſecrarunt.

Ἡ σύνοδος εἶπε· λοιπὸν καὶ σὺ κατακέκρισαι, ὡς κοινωνήσας αὐτῷ.

Synodus dixit : Quin & tu damnatus es, qui cum illo communicaſti.

Καὶ ὁ Θεόφιλος· ἐγὼ οὐ κατακέκριμαι, διότι οὐ παρήμην ὅτε ἐχειροτονήθη, ἀλλ' εὑρὼν αὐτὸν πατριάρχην, ἐδεξάμην αὐτόν.

Theophilus dixit : Ego damnatus non ſum, quia cum conſecraretur, abſui, & illum jam E patriarcham factum recepi.

Μετὰ δὲ τὴν τῶν ἐπιστολῶν συμπλήρωσιν, ὁ μητροπολίτης Καρίας εἶπεν· ἕως ἄρτι ἐπίστευον, ὅτι ὁ πάπας Νικόλαος ἐδέξατο τὸν Φώτιον· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ εἶχον τὸν πάπαν ἀποδεκτόν. μετὰ τοῦτο ὡρίσθη ἀναγνωσθῆναι τὴν πρὸς τὸν Φώτιον τοῦ αὐτοῦ πάπα ἐπιστολὴν ἔχουσαν οὕτως.

Lectis omnibus epiſtolis, metropolita Cariæ dixit : Adhuc omnino credebam Photium a Nicolao receptum : idcirco ipſum papam non recipiebam. Deinde decretum eſt ut ejuſdem papæ epiſtola ad Photium legeretur, cujus hæc ſunt verba.

ACTIO IV. CON. VIII. GENER.

Ni-

A

*Nicolaus epiſcopus ſervus ſervorum Dei: Photio viro prudentiſſimo.*

## Poſt procemium hæc dicit.

CUm univerſa credentium multitudo ab ſancta Romana eccleſia , quæ omnium caput eſt eccleſiarum , doctrinam exquirat , integritatem fidei depoſcat, delictorum veniam poſtulet ; neceſſarium eſt , ut magnam nos curam , qui ad hoc vocati ſumus adhibeamus , & lupum eccleſiam invadentem arceamus . Intelleximus enim te ex laicorum ordine ſine eccleſiaſtica & legitima probatione B ad patriarchalem dignitatem repente perveniſſe , exiſtimantem tibi anſam talem eſſe , qualis in ſanctiſſimo Nectario erat ; quem ſancta II. ſynodus non aliam ob cauſam ad ſacerdotium delegit , quam quod in Conſtantinopolitana eccleſia nemo ex clericis inveniretur , qui non exitiali hæreſi eſſet infectus : Nectarius vero erat egregius veritatis propugnator . Quod autem in Taraſio accidit , qui ſimili modo ex laico ad patriarchalem dignitatem eſt evectus , ad tui facti defenſionem non eſt ſatis. Sanctiſſimus enim papa Hadrianus cum id intellexiſſet , indigniſſime tulit , dixitque , ſe niſi vidiſſet virum ad Iconomachorum hæreſim reprimendum C idoneum , in epiſcopum recepturum non fuiſſe . Sed & beatiſſimum Ambroſium ex catechumeno divino oraculo ad epiſcopatum promotum , nihil eſt quod exempli cauſa proferas ( etenim ibi ſatis eſt divina , non humana juſſio ) cujus adhuc infantis in cunis jacentis examen apum repente advolans vultum obſedit, atque os ingredientibus aliis, aliis egredientibus implevit . Quod pater cum videret , omen aliquod ratus , finem rei expectavit : ac tandem cum ab infante recederent , tantam fuiſſe copiam animadvertit , ut aerem ipſum volando involverent . Et pater : Si vixerit ( præſagus inquit ) infans , D magnus olim erit . Qui poſtea adultus Mediolanum perrexit , tunc epiſcopo deſtitutum. Cum autem populus ad electionem paſtoris conveniſſet , ecce tibi infans quiſpiam Ambroſium epiſcopum proclamavit . Populus vocem non ſine numine miſſam arripuit , ſimulque ut virum raperet , irruit . Subducebat ille ſe , omnique ratione latebras quærebat ; tametſi latere non potuit , populo illum toto cum clero ſimul deligente . Ergo ex catechumeno per ſingulos gradus eccleſiaſticos progreſſus , octavo demum die , tota catholica conſentiente eccleſia , divino jam oraculo deſignatus , epiſcopus eſt conſecratus . Et hæc quidem de illis . At de vobis E nihil horum licet ſuſpicari , neque de teipſo , Photio , inquam , neque de ſectatoribus tuis ; niſi quod per ambitionem , vivo adhuc dignoque omni admiratione Ignatio , ſedem ipſius latronum more invaſeritis . Quapropter nullo modo talem præſumimus electionem comprobare . Quod autem dicis , te vi coactum dignitatem eccleſiaſticam ſuſcepiſſe , falſum eſt : occupato namque throno , non ut pater inter filios verſatus es , ſed immaniter ad epiſcoporum ejectionem proruiſti, & ad innocentis Ignatii condemnationem . Qui niſi priori dignitati ſuæ fuerit reſtitutus , &

Νικόλαος ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῷ φρονιμωτάτῳ ἀνδρὶ Φωτίῳ.

## Καὶ μετὰ τὸ προοίμιόν φησι ταῦτα.

ΕΠΕΙ ἡ πᾶσα πληθὺς τῶν πιστῶν ἀπὸ ταύτης τῆς ἁγίας τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας, ἥτις κεφαλὴ πασῶν ἐστι τῶν ἐκκλησιῶν, τὴν διδαχὴν ἐκζητεῖ, τὴν ὁλοκληρίαν τῆς πίστεως ἐξαιτεῖ, τὴν τῶν ἐγκλημάτων ἀπαλλαγὴν ἐπιδέχεται· χρὴ ἡμᾶς τοὺς προκεχειρισμένους εἰς τοῦτο πολλὴν φροντίδα ποιεῖσθαι, εἰς τὸ ἀποσοβεῖν τὸν λύκον τὸν κατὰ τῆς ἐκ-B κλησίας ὁρμῶντα. ἐμάθομεν γὰρ ὡς ἐκ λαϊκοῦ τάγματος, χωρὶς κανονικῆς δοκιμασίας, πρὸς πατριαρχικὴν ἀξίαν ἀθρόον ἤχθητε, ὑπειληφότες ὡσαύτως ἀφορμὴν ἔχειν, οἵαν ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ ἀνδρὶ Νεκταρίῳ, ὃν ἡ ἁγία δευτέρα σύνοδος οὐ δι' ἕτερόν τι πρὸς ἱερωσύνην ἐξελέξατο, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ ἐν τῇ Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίᾳ μηδένα τῶν κληρικῶν εὑρίσκεσθαι τῆς πονηρᾶς αἱρέσεως ἀμέτοχον· ὁ δὲ Νεκτάριος ἱκανὸς ἦν τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχος. τὸ δὲ εἰς τὸν Ταράσιον γεγονός, τὸν ὁμοίως ἀπὸ λαϊκοῦ πρὸς πατριαρχικὴν ἀναχθέντα ὑπεροχήν, οὐκ ἀρκεῖ ὑμῖν εἰς ἀπολογίαν. ὁ γὰρ τηνικαῦτα ἁγιώτατος πάπας Ἀδριανὸς μαθὼν τοῦ-C το, σφόδρα ἐδυσχέρανε, καὶ εἶπεν, ὡς εἰ μὴ εὗρε τὸν ἄνδρα ἱκανὸν εἰς τὸ ἀντιπεσεῖν τοῖς Εἰκονομάχοις, οὐκ ἂν ἐκεῖνον εἰς Ἀρχιερέα ἐδέξατο. ἀλλὰ καὶ τὸν μακαριώτατον Ἀμβρόσιον, τὸν ἐκ κατηχουμένου θείᾳ ἀποκαλύψει πρὸς ἐπισκοπὴν ἀναχθέντα, οὐ χρὴ προφέρειν ὑμᾶς· ἀρκεῖ γὰρ ἐκεῖ ἡ θεία, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνη κέλευσις· οὗ ἔτι ἐν βρεφικοῖς σπαργάνοις κοιμωμένου, πλῆθος μελισσῶν αἰφνίδιον ἐπελθὸν ἐκάλυψε τὸ πρόσωπον ἐκείνου, καὶ τὸ στόμα ἐπλήρωσε, τῶν μὲν εἰσερχομένων, τῶν δὲ ἐξερχομένων. τοῦτο ἰδὼν ὁ πατήρ, σημεῖόν τι εἶναι ἡγήσατο, καὶ προσεκαρτέρησε τὸ τέλος ἰδεῖν. D καὶ ὀψέ ποτε ἀποστᾶσαι τοῦ βρέφους, τοσοῦτον ἦσαν πλῆθος, ὡς πετασθεῖσαι τὸν ἀέρα καλύψαι. καὶ ὁ πατὴρ προφητικῶς ἔφη· εἰ ζήσεται τὸ βρέφος, μέγα τι ἔσται. τοῦτο ἀνδρωθὲν τὴν Μεδιολάνων κατέλαβεν, ἐπισκόπου τηνικαῦτα χηρεύουσαν. ὡς δὲ ὁ λαὸς συνήχθη πρὸς ἐκλογὴν ποιμένος, ἰδοὺ παῖς τις ἐβόα, λέγων τὸν Ἀμβρόσιον ἐπίσκοπον. ὡς δὲ ὁ λαὸς οὐκ ἀθεεὶ τὸν λόγον ἐδέξατο, καὶ ὥρμησαν συλλαβεῖν τὸν ἄνδρα· ἐκεῖνος πᾶσαν σπουδὴν ἔθετο, ἵνα φύγῃ καὶ ἀποκρυβῇ. ἀλλ' οὐκ ἠδυνήθη, παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου τοῦτον ψηφισαμένου. καὶ ἐκ κατηχουμένου καθ' ἕκαστον βαθμὸν ἀναγόμενος ἐκκλησιαστικόν, τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ παρὰ πά-E σης καθολικῆς συναινέσεως ἐχειροτονήθη τῇ θείᾳ ψήφῳ ἐπίσκοπος, καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκείνους τοιαῦτα. περὶ ὑμῶν δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν ὑπονοῆσαι, σοῦ τε τοῦ Φωτίου, καὶ τῶν κατὰ σέ, ἢ ὅτι διὰ ἀνθρωπίνην δόξαν, καὶ ζῶντος τοῦ θαυμαστοῦ Ἰγνατίου, τὴν καθέδραν αὐτοῦ ἡρπάσατε λῃστρικῶς. διὸ οὐδαμῶς τολμῶμεν συναινέσαι τῇ τοιαύτῃ χειροτονίᾳ. ὅτι δὲ βιαίως ὑμᾶς πρὸς ἱερατικὴν ἀξίαν προσκληθῆναι λέγετε, ψεῦδός ἐστιν. ἐξ ὅπου γὰρ εἰς τὸν θρόνον ἀνήχθητε, οὐχ ὡς πατὴρ ἐν τέκνοις συνανεστράφητε, ἀλλ' ὡς ἀνεπιεικεῖς εἰς καθαίρεσιν ἀρχιερέων ὡρμήσατε, καὶ εἰς κατάκρισιν τοῦ ἀθῴου Ἰγνατίου

ὃς

ANNO CHRISTI 869.

ὅς εἰ μὴ ἐν τῇ προτέρᾳ τιμῇ ἀποκαταστῇ, καὶ τὰ κατ' αὐτοῦ δοκιμασθῶσιν, οὐκ ἄλλως ἐκβληθήσεται, εἰ μὴ κατὰ καταδίκην· καὶ τὸν προχειρισθέντα ἀντ' αὐτοῦ ἀδοκιμάστως οὐ δέχεται ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία. Καὶ ἐπεὶ ὑμᾶς ὡς ἑαυτοὺς ἀγαπῶμεν, δι' ἐπιτιμήσεως πατρικῆς τὴν ὑμετέραν σύνεσιν βουλόμεθα ἀνακλήσασθαι, κατὰ τὸν Ἀπόστολον φάσκοντα, ὅτι υἱὸν, ὃν ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ, ἐπιμελῶς παιδεύει. περὶ δὲ τῶν ἀποκρισιαρίων ἡμῶν, οὓς ἐστείλαμεν, καὶ ὑπὲρ ἄλλων μὲν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ τὴν αἰτίαν μοναδικῶς τῆς καθαιρέσεως τοῦ μακαριωτάτου Ἰγνατίου ἐκζητῆσαι ἐν τοῖς αὐτόθι μέρεσιν, οὐ σιγήσομεν, ὅτι μετὰ ἑκατὸν ἡμερῶν διάστημα ὡς τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου ἀποκρισιάριοι B ἀξίως οὐ παρεδέχθησαν.

Ἔτι τῆς ἐπιστολῆς ἀναγινωσκομένης ἀπεκρίθη Θεόφιλος ὁ ποτὲ ἐπίσκοπος· ἐγὼ ταῦτα καὶ παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἤκουσα ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰ κατὰ τὸν Ἀμβρόσιον καὶ Νεκτάριον. ἀλλ' ὅμως τὸν Φώτιον ἐδέξαντο.

Θεόδωρος ὁ Καρίας εἶπε· πῶς ἀπεδέχθη παρὰ τοῦ πάπα ὁ μοιχὸς παρ' αὐτοῦ κληθείς;

Οἱ δὲ μεγαλοπρεπέστατοι ἄρχοντες πρὸς τοὺς τῆς ἀνατολῆς τοποτηρητὰς εἶπον· ἰδοὺ ἠκούσαμεν τὴν ἀπόφασιν τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας· μαθεῖν θέλομεν καὶ περὶ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας, πῶς ἔχει περὶ τὸν Φώτιον. C

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Τύρου Θωμᾶς ὁ τὸν τόπον ἐπέχων τοῦ θρόνου Ἀντιοχείας, εἶπεν· οὐκ ἐδεξάμεθά ποτε Φώτιον, οὔτε ἀπεστείλαμεν αὐτῷ γράμματα ἀποδοχῆς, οὔτε ἐξ αὐτοῦ ἐδεξάμεθα.

Ἀλλὰ καὶ Ἠλίας ὁ σύγκελλος τοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων τὰ αὐτὰ εἶπε δοκεῖν Θεοδοσίῳ τῷ πατριάρχῃ Ἱεροσολύμων.

Μητροφάνης ὁ Σμύρνης ἀναστὰς εἶπε· συνήκαμεν πάντες καὶ διεγνώκαμεν ἀπὸ τῶν πραχθέντων κατὰ τὴν σήμερον, ὅτι οὐδέποτε Φώτιος ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἀπεδέχθη ὡς ἐπίσκοπος, οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις πατριαρχικοῖς θρόνοις, ἀλλ' ἀποβεβλημένος ἦν καὶ κατεγνωσμένος. D

Καὶ εἶπε πρὸς τοὺς λοιπούς· τί λέγετε ἀδελφοὶ καὶ ὑμεῖς;

Θεόδωρος ὁ Καρίας εἶπεν· ἐπλανώμην οἰόμενος δεχθῆναι τὸν Φώτιον παρὰ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας· καὶ εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ τῷ ῥυσαμένῳ με ἐκ τῆς πλάνης.

Οἱ μεγαλοπρεπέστατοι ἄρχοντες εἶπον· ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ πάντα ἄνθρωπον ἐπιξενούμενον ἀπαιτεῖν τὸν λίβελλον τῆς πίστεως αὐτοῦ, καὶ ἐὰν αὐτὸν εἰς τὸν ἅγιον Πέτρον εἰσέρχεσθαι. ἐποίησαν οὗτοι κατὰ τὸν τύπον τοῦτον, ἢ οὔ;

Οἱ τοποτηρηταὶ τῆς Ῥώμης εἶπον· ἐποίησαν ὅλως. E

Ζαχαρίας, καὶ Θεόφιλος οἱ ποτὲ ἐπίσκοποι εἶπον· ἕνα ἡμεῖς πεποιήκαμεν.

Οἱ τῆς Ῥώμης εἶπον· οὐχ ἕνα, ἀλλὰ δύο.

Οἱ ἄρχοντες εἶπον· καὶ τί περιεῖχεν ὁ λίβελλος; ἵνα κατὰ τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν κρατῶσι, καὶ ἐκδικῶσι τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἀκολουθῶσι τῇ κρίσει τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας.

Βαάνης εἶπεν· οὕτως ὡμολόγησαν χθὲς εἰς τὰ ἀσηκρῆτις.

Οἱ τοποτηρηταὶ τῆς Ῥώμης εἶπον· ἐρωτήσατε τοὺς παραβάτας, ἐὰν καὶ κατὰ τὸν Ῥωμαϊκὸν λίβελ-

ACTIO IV. CON. VIII. GENER.

quæ illi objecta ſunt, fuerint examinata, de ſede ſua nunquam, niſi poſt condemnationem, ejicietur, nec injuſte ſuffectum illi ecclefia Romana recipit. Quoniam vero te ut noſmetipſos diligimus, paternam per increpationem, prudentiam tuam, ſecundum apoſtolum qui dicit, quod pater filium quem diligit, caſtiget, volumus revocare. De legatis noſtris cum alias ob cauſas, tum ut de beatiſſimi Ignatii depoſitione tantummodo quæſtionem haberent, illas in partes miſſis, non tacebo, illos poſt ſpatium centum dierum non fuiſſe cum ea, qua par erat apoſtolicæ ſedis legatos, dignitate acceptos. Heb. 12.

Dum epiſtola legeretur, Theophilus quondam epiſcopus: Ego, inquit, hæc ipſa a Romanis, cum Romæ eſſem, de Ambroſio & Nectario audivi. Illi tamen Photium receperunt.

Theodorus Cariæ reſpondit: Quomodo receptus qui ab ipſo papa mœchus appellatus eſt?

Et ad orientis vicarios ampliſſimi principes dixerunt: Ecce Romanæ eccleſiæ ſententiam intelleximus. Antiochenæ quoque eccleſiæ animum erga Photium noſſe cupimus.

Thomas Tyri metropolita, vicarius Antiochenæ ſedis, dixit: Photium recepimus nunquam, neque litteras illi admiſſionis ullas miſimus, nec ullas ab eo accepimus.

Elias Hieroſolymitani throni ſyncellus dixit, eadem Theodoſio patriarchæ Hieroſolymorum videri.

Metrophanes Smyrnæ ſurgens dixit: Intelleximus & cognovimus omnes ex hujus diei actione, Photium nunquam a ſanctiſſima Romana eccleſia, nec ab aliis patriarchiis pro epiſcopo receptum, ſed rejectum & condemnatum.

Deinde ad ceteros: Quid vos, inquit, ſentitis fratres?

Theodorus Cariæ dixit: Deceptus ſum, cum illum ab eccleſia Romana arbitrarer eſſe receptum: ſed Deo meritas perſolvo grates, cum iſthoc ab errore me expedivit.

Ampliſſimi magiſtratus dixere: Solet Romana eccleſia ab omnibus advenis profeſſionem fidei exigere, ac tum demum ad ſancti Petri ædem admittere. Servaruntne iſti hanc formam, an non?

Legati Romani dixere: Servarunt.

Zacharias & Theophilus quondam epiſcopi dixerunt: Nos unum libellum fecimus.

Romani dixere: Immo duos.

Principes dixere: Quid vero continebat libellus? (Legati dixere:) Ut ſecundum eccleſiam catholicam teneant, veritatemque defendant, Romanæque eccleſiæ judicium ſequantur.

Baanes dixit: Sic & heri in ſecretariis profeſſi ſunt.

Legati dixere: Interrogate prævaricatores, an ſecundum libelli Romani formam faciant.

Interrogati, nec audire libellum ſe velle A reſponderunt.

Dixere legati: Ejicite eos foras: & ejecti ſunt.

Et quia tempus fluxerat, poſt conſuetas acclamationes conſurrexerunt.

## ACTIO QUINTA.



IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: & quæ ſequuntur more priorum actionum. Indictione tertia, XIII. Kalendas Novembres.

In eorumdem patrum conſeſſu Paulus Deo B dilectus chartophylax dixit: Ut ſanctitas veſtra priore mandavit actione, adeſt rurſum Zacharias. Sed & Dei amantiſſimus imperator ad ſynodum miſit Photium.

Legati Romani dixere: Si vult Photius, ingrediatur.

Chartophylax dixit: Mittite qui eum accerſant.

Legati dixere: Laici mittantur.

Miſit ſenatus laicos qui illum advocarent.

Quibus advenientibus Photius dixit: Quomodo quod adhuc non feciſtis, hodie facitis? Ego ſponte non venio, ſed coactus: C
Pſal. 38. *Dixi* enim: *Cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam.* Et quod ſequitur, vos ipſi legitote. Nuntiatum eſt hoc legatis.

Legati dixerunt: Quid ad hæc ſancta dicit ſynodus? Nos non aliam ob cauſam illum terchtavimus, quam ut illo præſente acta terminaremus. Ergo a ſancta ſynodo ſtatim per Eliam ſyncellum Photio renuntiata ſunt hæc: Quoniam per decretum tibi ſilentium, ſanctam hanc ſynodum cum inclyto ſenatu velut iniquam declaraſti, par eſt, ut tibi contra objiciatur: Te, quoniam opera tenebrarum in temetipſo habeas, ſanctam hanc & in lumine veritatis congregatam œcumeni- D cam ſynodum reformidare, ne per illam in lucem protraharis, publicaque infamiæ no-
Pſal. 31. ta multeris. Verum ſcriptum eſt: *In camo & freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te.* Ceterum ſynodi auctoritas imperiali conſenſu propheticum hoc opportune exequetur. Hac denuntiatione Photio perlecta, Photius dixit: Non eſt quod nos interrogetis; quod in mandatis habetis, exequimini. Qua reſponſione concilio renuntiata, ſynodus dixit: Eccleſiaſticas ſanctiones ſecuti, voluntariam præſentiam exigimus. Sed quoniam iniquus cum ſis, ad æquum tribunal non accedis, accedes invitus, ut evidentiorem damnationem excipias. Introdu- E ctus ergo Photius ultimo conſtitit loco. Legati ergo: Hic, inquiunt, ille eſt Photius, cujus cauſa Romana eccleſia amplius ſeptennio multas pertulit moleſtias; pariterque orientis ſedes, & Conſtantinopolitana eccleſia eſt everſa? Interrogatus dein, an ſanctorum patrum decreta reciperet, tacuit: ſecundo interrogatus reſpondit: Etiam * tacente lingua Deus audit.

* tacentis vocem

Legati dixere: Per ſilentium non effugies manifeſtiorem damnationem.



λον ποιοῦσιν. οἳ καὶ ἐρωτηθέντες, οὐδὲ ἀκοῦσαι θέλειν εἶπον τὸν λίβελλον,

Εἶπον οἱ τοποτηρηταί· ἐκβάλετε αὐτοὺς ἔξω. καὶ ἐξεβλήθησαν.

Καὶ ἐπεὶ ἡ ὥρα βραδεῖα ἦν, εὐφημίαν τῶν βασιλέων ποιησάμενοι ἀνέστησαν.

## ΠΡΑΞΙΣ ε.

ΕΝ ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· καὶ τὰ λοιπὰ ὡς ἐν ταῖς προηγησαμέναις πράξεσιν. ΙΝ. γ'. πρὸ ιγ'. καλανδῶν Νοεμβρίων.

Τούτων οὕτω συνελθόντων, Παῦλος ὁ θεοφιλὴς χαρτοφύλαξ εἶπε· κατὰ τὴν προλαβοῦσαν πρᾶξιν ὡς ἐκέλευσεν ἡ ἁγιωσύνη ὑμῶν, πάρεστι πάλιν ἐνταῦθα ὁ Ζαχαρίας. ἀλλὰ καὶ ὁ φιλόχριστος ἡμῶν βασιλεὺς ἀπέστειλε πρὸς τὴν σύνοδον τὸν Φώτιον.

Οἱ τοποτηρηταὶ τῆς Ῥώμης εἶπον· εἰ θέλει ὁ Φώτιος, εἰσελθέτω.

Ὁ χαρτοφύλαξ εἶπε· στείλατε τοὺς καλουμένους αὐτόν.

Οἱ τῆς Ῥώμης εἶπον· λαϊκοὶ ἀπελθέτωσαν.

Καὶ ἀπέστειλεν ἡ σύγκλητος λαϊκοὺς μετακαλουμένους τὸν Φώτιον.

Ὧν ἀπελθόντων ἀπεκρίθη Φώτιος· πῶς ὃ μέχρι νῦν οὐκ ἐποιήσατε, ποιεῖτε σήμερον; ἐγὼ προαιρέσει οὐκ ἔρχομαι, βίᾳ δὲ ἐλεύσομαι. εἶπα γάρ· φυλάξω τὰς ὁδούς μου, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν με ἐν γλώσσῃ μου. ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακήν. καὶ τὸ λοιπὸν ὑμεῖς ἀνάγνωτε. ἠγγέλη τοῦτο τοῖς τοποτηρηταῖς.

Καὶ εἶπον ἐκεῖνοι· τί λέγει πρὸς ταῦτα ἡ ἁγία σύνοδος; ἡμεῖς οὐ δι' ἕτερόν τι προσκαλούμεθα αὐτὸν, ἀλλ' ἵνα ἐνώπιον αὐτοῦ περατώσωμεν τὰ πεπραγμένα. καὶ εὐθὺς ὑπηγορεύθη πρὸς Φώτιον ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου διὰ Ἠλία συγκέλλου ταῦτα· ἐπεὶ συμπεράσματι σιωπηρῷ ἁμαρτωλὴν ὑπέφηνας τὴν ἁγίαν ταύτην σύνοδον, σὺν τὴν τιμίαν σύγκλητον, ἄξιον πρὸς ταῦτα εἰπεῖν· ὅτι, τὰ ἔργα τοῦ σκότους ἔχων ἐν ἑαυτῷ, δέδοικας τὴν ἐν τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας συγκροτηθεῖσαν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον, ἵνα μὴ φανερωθῇς καὶ στηλιτευθῇς δι' αὐτῆς. ἀλλὰ γέγραπται· ὅτι ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας ἄγξαις τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ. τὸ λοιπὸν ἡ συνοδικὴ αὐθεντία τῇ βασιλικῇ γνώμῃ περατώσει τὸ προφητικὸν εὐκαίρως. τῆς οὖν τοιαύτης προσφωνήσεως Φωτίῳ ἀναγνωσθείσης, ἔφη ὁ Φώτιος· οὐκ ὀφείλετε ἡμᾶς ἐρωτᾷν· τὸ προσαχθὲν ποιεῖτε. πάλιν οὖν μαθοῦσα ἡ σύνοδος τὴν ἀπόκρισιν, εἶπε· τῇ ἐκκλησιαστικῇ τάξει ἑπόμενοι τὴν ἑκούσιον παρουσίαν ἀπαιτοῦμεν. ἀλλ' ἐπεὶ ἁμαρτωλὸς ὢν, εἰς δίκαιον δικαστήριον οὐκ εἰσέρχῃ, ἄκων ἐλεύσῃ, ἵνα δέξῃ προδηλοτέραν τὴν κατάκρισιν. εἰσήχθη οὖν εἰς τὸ μέσον ὁ Φώτιος, καὶ ἔστη εἰς τὸν ἔσχατον τόπον. καὶ εἶπον οἱ τοποτηρηταί· οὗτός ἐστιν ὁ Φώτιος, δι' ὃν ἡ ἁγία τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία ἐν ἑπτὰ ἔτεσι καὶ πλέον ὑπέμεινε κόπους πολλοὺς, ὁμοίως δὲ οἱ ἀνατολικοὶ θρόνοι, καὶ ἡ Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησία ἀνάστατος γέγονε; καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν, εἰ ἀποδέχεται τὰς διατάξεις τῶν ἁγίων πατέρων· ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίθη. καὶ πάλιν ἐρωτηθεὶς εἶπε· τῆς φωνῆς καὶ σιγῶντος ὁ Θεὸς ἀκούει.

Οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον· διὰ τῆς σιωπῆς οὐκ ἐκφεύξῃ τὴν προδηλοτέραν κατάκρισιν.

Ὁ Φώ-

Ὁ Φώτιος εἶπεν· οὐδὲ Ἰησοῦς σιωπῶν ἐξέφυγε A τὴν κατάκρισιν.

Οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον· οὐκ ἄξιόν ἐστιν ἀπολογήσασθαί σοι, ἐπεὶ τοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὰ σὰ παρωμοίωσας· οὐδεμία κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος. περὶ ὧν ἠρωτήθης, ἀπόκριναι. καὶ οὐκ ἀπεκρίθη.

Οἱ τοποτηρηταὶ πάλιν εἶπον· ἀναθεματισάτω τὰ ἀθέσμως γραφέντα καὶ πραχθέντα κατὰ τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς Ἰγνατίου· ἐξαγγειλάτω μηδεμίαν κατ' αὐτοῦ κίνησιν ποιήσειν, ἀλλὰ τοῦτον ὡς ἀληθινὸν Ἀρχιερέα δέξασθαι, καὶ τὰς τῆς Ἀποστολικῆς καθέδρας περὶ αὐτοῦ κρίσεις στέρξαι. Φωτίου δὲ ἔτι σιωπῶντος, ὡρίσθη ἀναγνωσθῆναι τὰς περὶ αὐτοῦ πεμφθείσας B ἐπιστολὰς ἀπὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας, αἳ καὶ ἀνεγνώσθησαν· προσέτι δὲ καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν τὸν Φώτιον ἀπὸ τοῦ ἁγιωτάτου Νικολάου.

Καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν πασῶν τῶν ἐπιστολῶν Ἠλίας ὁ θεοσεβέστατος πρεσβύτερος καὶ σύγκελλος τοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων· οἴδατε πάντες, εἶπεν, ὅτι ἐν τοῖς παρελθοῦσι χρόνοις οἱ βασιλεῖς ἦσαν οἱ συγκροτοῦντες τὰς συνόδους. αὐτὸς οὖν ὁ βασιλεὺς μαρτυρησάτω, πόθεν καὶ παρὰ τίνος ἀποσταλέντες ἀφίγμεθα. ἡμῶν δὲ παραγενομένων ἐνταῦθα, καὶ διατριψάντων ἐπὶ δυσὶ σχεδὸν ἔτεσι πρὸ τοῦ καταλαβεῖν τοὺς ἁγιωτάτους τοποτηρητὰς τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, ἐπέθηκε τοῖς ἡμετέροις ὁ βασιλεὺς C τραχήλοις τὸ ἐγκόλπιον αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ τὸ κρίμα τῆς ἐκκλησίας ἀπαιτήσει ὁ Θεὸς ἐκ τῶν τραχήλων ὑμῶν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ἵνα μηδὲν κατὰ προσπάθειαν ἢ ἐμπάθειαν ποιήσητε. καὶ ἡμεῖς τοίνυν κατὰ τὴν τοῦ φιλοχρίστου βασιλέως κατάθεσιν οὕτω διετέθημεν μέχρι τοῦ νῦν, ὡς ἀπαιτεῖ τῆς δικαιοσύνης ὁ λόγος. τοιγαροῦν ἐπεὶ τὴν βαθεῖαν σιγὴν Φωτίου ὁρᾶτε· καὶ ἐγὼ μὲν οἶδα, ὅτι οὔτε γράμματα παρ' αὐτοῦ ἐδεξάμεθα, οὔτε ἀπεστείλαμεν αὐτῷ· καὶ οὗτος δὲ ὁ ἁγιώτατος Θωμᾶς ὁ Τύρου τὰ αὐτὰ λέγει περὶ τοῦ θρόνου Ἀντιοχείας· λέγω νῦν κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, ὡς κατακεκριμένος ἐστίν, οἷα D μὴ παραδεχθεὶς τινὶ τῶν πατριαρχικῶν θρόνων· καὶ κακῶς ἐπετήδευσε σήμερον τὴν τοσαύτην σιγήν, ἵν' ἐντεῦθεν δόξῃ κατὰ τὸ σιωπώμενον ἔχειν τινὰς ἀπολογίας. οὐ γὰρ ἔχει τι προβάλλεσθαι πρὸς ἰδίαν δικαιοσύνην· ἐπεὶ πάντες ἴσμεν, ὡς βίᾳ καὶ τυραννικῶς εἰς τὸν θρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀναβέβηκε. καὶ νῦν συμβουλεύομεν αὐτῷ ἐπιγνῶναι τὴν ἰδίαν ἁμαρτίαν· εἰ μὲν μετανοήσῃ καθαρῶς καὶ φανερῶς, ἵνα δεχθῇ τῇ ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ, καθὼς ἕκαστος τῶν πιστῶν, καὶ μὴ λάβῃ βεβαίωσιν τῆς αἰωνίας ἐκπτώσεως ἀπὸ Θεοῦ, καὶ κατάκρισιν διὰ τοῦ δοθέντος αὐτῷ πρώην ἀναθέματος.

Βαάνης ὁ πραιπόσιτος εἶπε· καὶ ἡμεῖς τοῦτο παραινοῦμεν. E

Εἶτα Θεόδωρος ἀσηκρῆτις ἀνέγνω τὰ παρὰ τῶν τοποτηρητῶν τῆς Ῥώμης γραφέντα· ταῦτα εἴδετε ἀδελφοί, καὶ ἠκούσατε τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου λαληθέντα περὶ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως. καὶ ἐφάνη πᾶσιν ἡμῖν, ὅτι ἀπαράδεκτος ἡ προβολὴ τούτου τοῦ ἀνδρός, καὶ ἡ κατάπαυσις Ἰγνατίου ἐκ τοῦ θρόνου ἄθεσμος. καὶ ἡμεῖς οὐ κρίσιν πρόσφατον κρίνομεν, ἀλλὰ τὴν πάλαι κριθεῖσαν ὑπὸ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Νικολάου, καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν Ἀδριανοῦ, καὶ οὐ δυνάμεθα παρασαλεύειν ταύτην. ὅνπερ οὖν οὔτε ὁ θρόνος ὁ ἡμέ-

Photius reſpondit: Neque Jeſus tacendo evaſit damnationem.

Legati dixere: Non dignum eſt reſponſum tibi reddere, quoniam iis quæ domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt, aſſimilaſti quæ tua ſunt: nulla enim communicatio luci cum tenebris. De quibus es interrogatus, reſponde. Nec quidquam reſpondit.

Rurſum legati: Damnet quæ contra virum ſanctum Ignatium impie ſcripſit egitque: promittat ſe nullas turbas amplius contra eum concitaturum, ſed pro germano antiſtite habiturum, & apoſtolicæ ſedis de ipſo ſententias ſecuturum. Photio in ſilentio perſeverante, legi juſſæ ſunt litteræ a Romana ecclesia de illo miſſæ; quæ & lectæ ſunt. Præterea ipſa etiam ad ipſum data Photium Nicolai papæ epiſtola lecta eſt.

Lectis omnibus epiſtolis, Elias religioſiſſimus presbyter & ſyncellus patriarchii Hieroſolymitani: Noſtis, inquit, omnes præteritis annis ab imperatoribus ſynodos eſſe coactas. Ipſe imperator conteſtetur, unde, & a quo miſſi pervenerimus. Nobis autem jam præſentibus, & duos fere annos hic antequam ſanctiſſimi legati veteris Romæ advenirent, verſantibus, impoſuit ipſe imperator cervicibus noſtris encolpium ſuum cum hoc dicto: En eccleſiæ judicium ac rationem exiget Deus a veſtris capitibus in die judicii, ut nihil ex gratia vel affectu faciatis. Nos ergo ex Chriſtum amantis imperatoris obteſtatione ita fuimus hactenus affecti, ut juſtitiæ ratio poſtulabat. Quoniam igitur altum Photii ſilentium cernitis, & ego probe novi, nos neque litteras ab eo ullas accepiſſe, nec ullas item ad eum dediſſe: quod hic ſanctiſſimus Tyri metropolita Thomas idem de Antiochena ſede teſtatur: Ego nunc eo præſente aio, damnatum ipſum eſſe, utpote nunquam ab ullo patriarcha receptum; hodieque improbe tam altum ſilentium affectare, ut hinc videatur propter ipſum ſilentium habere aliquas ſui defendendi rationes: nihil enim habet quo innocentiam ſuam & æquitatem propugnet, quando omnes novimus, per vim eum ac tyrannidem patriarchium Conſtantinopolitanum invaſiſſe. Nunc ergo conſilium damus ei, peccatum ut ſuum agnoſcat; quo, ſi pure ſincereque de illo doluerit, pœnitentiamque egerit, in eccleſiam Chriſti ut unus de numero fidelium recipiatur; nec a Deo ſuſcipiat certitudinem æternæ ruinæ atque damnationis per anathema, quod multo ante datum eſt ei.

Baanes præpoſitus dixit: Et nos idem hortamur.

Tum Theodorus a ſecretis legit hæc a legatis Romanis conſcripta: Cernitis fratres, & intelligitis quæ jam pridem de hac re dicta ſunt. Viſum omnibus eſt nobis, hominis promotionem nullo modo admittendam, & iniquam eſſe Ignatii depoſitionem. Neque nos ſane novam de illo judicii ſententiam ferimus, ſed jam olim a ſanctiſſimo papa Nicolao, & ſucceſſore illius Hadriano pronuntiatam, quam nequaquam poſſumus immutare. Ergo quem neque noſtra ſedes, neque orientis ſedes recepere, quiſnam eum in poſte-

poſterum Chriſtianus recipiat amplius? Quapropter hujuſcemodi conatus rejicimus & damnamus, uti ne quis unquam ullis ſæculis quidquam tale contra eccleſiaſticam diſciplinam tentet.

His lectis ſancta & œcumenica ſynodus exclamavit: Admittimus omnia, quippe quæ cum eccleſiaſticis inſtitutis & decretis omnino conſentiant.

Legati Romani dixerunt: Igitur admonemus eum, ut a ſancta ſynodo ſupplex veniam petat, cervicemque ſuam ſancto patriarchæ Ignatio ſubmittat, membrumque eccleſiæ fiat, & in cœtum fidelium Chriſtianorum ut laicus adſcribatur.

Baanes præpoſitus dixit: Loquere domine Photi, quid pro te affers?

Photius dixit: Meæ juſtificationes non ſunt in hoc mundo.

Baanes dixit: Confuſio tibi mentem eripuit modo: idcirco ſancta ſynodus ſpatium tibi de ſalute tua cogitandi indulget. Abi ergo modo, & ubi quid ſit e re tua conſideraveris, veni: judicium enim æquiſſimum, ut quod non ab uno, ſed ab omnibus quatuor fit patriarchis. Muta ergo animum & pœnitentiam age, ut prolata in te anathematis ſententia revocetur. Nam poſt ſanctiſſimorum legatorum diſceſſum invalide loqueris. Ad hæc Photius reſpondit nihil. Conſeſſus patrum pro more ad acclamationes converſus, ſimul eſt dimiſſus.

A τερος, ὅτε οἱ θρόνοι τῶν ἀνατολικῶν παρεδέξαντο, τίς λοιπὸν ἔτι Χριστιανὸς παραδέξαιτο; ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἐγχείρημα ἀποβαλλόμεθά τε ϗ ἀναθεματίζομεν, ἵνα μηκέτι κατὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀταξίας εἰς τὸν αἰῶνα τοιαῦτα τολμήσῃ τις.

Τούτων ἀναγνωσθέντων ἡ ἁγία ϗ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἐβόησεν· ἀποδεχόμεθα πάντα ὡς σύμφωνα τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κανόσι ϗ θεσμοῖς.

Οἱ τοποτηρηταὶ τῆς Ῥώμης εἶπον· ὑμῶν παρεγγυώμεθα αὐτῷ τοῦ προσπεσεῖν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ, ϗ ὑποκλῖναι τὸν αὐχένα τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ Ἰγνατίῳ, καὶ γίνεσθαι μέλος τῆς ἐκκλησίας, καὶ συναριθμεῖσθαι τῇ τῶν Χριστιανῶν κοινωνίᾳ
B ὡς ἕνα τῶν πιστῶν λαϊκῶν.

Βαάνης ὁ πραιπόσιτος εἶπε· λάλησον Κύριε Φώτιε, τί ἔχεις δίκαιον;

Φώτιος εἶπε· τὰ ἐμὰ δικαιώματα οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ.

Βαάνης εἶπεν· ἐνοπταίνεις Φώτιε νῦν ἀπὸ αἰσχύνης. διὸ παρέχει σοι ἡ ἁγία σύνοδος ἐνδόσιμον τοῦ μελετῆσαι τὴν σωτηρίαν σου. ἄπελθε οὖν, ϗ σκεψάμενος τὸ συμφέρον ἐλθέ· ἀπροσωπόληπτος γὰρ ἡ κρίσις, ὡς οὐκ ἐξ ἑνὸς μόνου θρόνου, ἀλλὰ τῶν τεσσάρων πατριαρχικῶν γινομένη. ϗ μετανόησον, ἵνα λυθῇ ἡ κατὰ σοῦ ἐνεχθεῖσα τοῦ ἀναθέματος ἀπόφασις. μετὰ γὰρ τὴν ὑποχώρησιν τῶν
C ἁγιωτάτων τοποτηρητῶν μάταια λαλήσεις. ἐπὶ τούτοις ὁ Φώτιος οὐδὲν ἀπεκρίνατο. καὶ ὁ σύλλογος διελύθη, κατὰ τὸ σύνηθες εἰς εὐφημίαν τῶν βασιλέων τραπείς.

## ACTIO SEXTA.



IN nomine domini, regis omnium Jeſu Chriſti veri Dei & ſalvatoris noſtri. Sereniſſimorum imperatorum noſtrorum a Deo coronatorum dominorum, Baſilii anno tertio, Conſtantini filii ipſius ſecundo, perpetuorum Auguſtorum, VIII. Kalendas Novembres, indictione tertia. Propoſitis ſanctis evangeliis, & pretioſis (ſanctæ crucis) lignis, præſidente imperatore in magnificentiſſimi templi magnæ eccleſiæ parte dextra; congregata ſancta & œcumenica ſynodo, hoc eſt, legatis veteris Romæ & orientis patriarcharum, ſanctiſſimoque patriarcha Ignatio; præſente ſacro ſenatu, ſive patriciis & magiſtris quindecim; aſſidentibus Dei amantiſſimis metropolitanis, & quibuſdam epiſcopis ſex ſupra triginta. In hoc conſeſſu cum Metrophanes Smyrnæ ſurrexiſſet, atque in medium ſanctæ ſynodi œcumenicæ progreſſus eſſet, ita declamavit.

Sol juſtitiæ & immenſæ ſolus potentiæ Deus & dominus noſter, qui fecit duo luminaria magna: majus, ut præeſſet diei; minus, ut præeſſet nocti: iiſque in firmamento collocatis, poſuit & alia quædam luminaria magna in firmamento eccleſiæ, rectos nempe vertices patriarcharum ad univerſum terrarum orbem illuſtrandum, ut præſint diei & nocti, & lucem dividant a tenebris; hoc eſt dividant ac ſeparent facientes opera lucis & tenebrarum. Hæc igitur magna luminaria, religioſiſſime princeps, per-

## ΠΡΑΞΙΣ ϛ'.

ΕΝ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ϗ δεσπότου πάντων Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ϗ σωτῆρος ἡμῶν. βασιλείας τῶν θεοστέπτων ϗ γαληνοτάτων ἡμῶν δεσποτῶν, Βασιλείου μὲν ἔτους γ'. Κωνσταντίνου δὲ υἱοῦ αὐτοῦ ἔτους δευτέρου, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων, πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Νοεμβρίων, ΙΝ. γ'. προτε-
D θέντων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων ϗ τῶν τιμίων ξύλων, προκαθημένου τοῦ βασιλέως ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ μεγαλωνύμου ναοῦ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας· συνελθούσης τῆς ἁγίας ϗ οἰκουμενικῆς συνόδου, τουτέστι, τῶν τοποτηρητῶν τῆς τε παλαιᾶς Ῥώμης καὶ τῶν τῆς ἀνατολῆς θρόνων, ϗ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἰγνατίου· συμπαρούσης ϗ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου, ἤγουν τῶν πατρικίων ϗ μαγίστρων πέντε πρὸς τοῖς δέκα· ἔτι γε μὴν συγκαθεζομένων ϗ τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν, καί τινων ἐπισκόπων ἀριθμουμένων τῶν ὅλων εἰς λϛ'. τούτων οὕτω συνελθόντων, ἀναστὰς Μητροφάνης ὁ Σμύρνης, ϗ στὰς ἐν μέσῳ τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς συνόδου, προσεφώνησεν οὕτως.

E Ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, ὁ μόνος ἀπειροδύναμος Κύριος ϗ Θεὸς ἡμῶν, ποιήσας τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, τὸν μέγαν εἰς ἀρχὴν τῆς ἡμέρας, τὸν δὲ ἐλάσσω εἰς ἀρχὴν τῆς νυκτός· καὶ θέμενος αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ἔθετο κἀν τῷ στερεώματι τῆς ἐκκλησίας, οἷον τινὰς μεγάλους φωστῆρας, τὰς ὀρθὰς πατριαρχικὰς κεφαλὰς εἰς φαῦσιν πάσης τῆς γῆς, ὥστε ἄρχειν τῆς ἡμέρας ϗ τῆς νυκτός, ϗ διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς ϗ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους, τουτέστιν, ἀνὰ μέσον τῶν πραττόντων τὰ ἔργα τοῦ φωτὸς ϗ τοῦ σκότους. τούτους οὖν τοὺς μεγάλους φωστῆρας,

ANNO CHRISTI 869.

ρας, βασίλευ δέσποτα, καθάπερ ἐν μεγάλῃ οἰκίᾳ πολλὰς πυρσὰς, ἐν τῇ σεαυτοῦ πόλει συνάξας, καὶ λαμπρότερον σεαυτὸν ἀναπέφηνας, καὶ τὴν πολιτείαν σου φαιδροτέραν, καὶ τὴν ἐκκλησίαν Χριστοῦ φανοτέραν. μᾶλλον μὲν οὖν διὰ τῆς σεαυτοῦ παρουσίας, οἷόν τις μέγας ἀνατείλας φωστὴρ τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, καὶ τοὺς εἰρημένους πύρσους καὶ βλεπομένους φωστῆρας τηλαυγεστέρους ἀπέδειξας.

Ἡ τοιαύτη προσφώνησις εἶχε τῇ μὲν τῆς συνόδου ἐγκώμιον, τῇ δὲ τοῦ βασιλέως· καὶ οὕτως εἰς εὐχὴν ὑπὲρ ἐκείνου ἐτελεύτα.

Μετὰ ταύτην ἀνέγνω Λέων ἀσηκρῆτις ἐπαναγνωστικὸν τῶν τοποτηρητῶν τῆς Ῥώμης ἔχον οὕτως.

Πεπείσμεθα, ὡς οὐ λανθάνει ταύτην τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον, ἣν ἔθετο ὁ θεόστεπτος ἡμῶν βασιλεὺς περὶ τῆς συστάσεως καὶ ἀποκαταστάσεως τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, τῆς ἐπιπολὺ κατεχομένης καὶ λυμαινομένης ὑπὸ τοῦ ἐπιβήτορος καὶ τυράννου Φωτίου· ὃν καὶ ἐξώσας κατὰ τὰς τῶν πατέρων διατάξεις, καὶ τὸν ἁγιώτατον ἀποκατέστησεν Ἰγνάτιον· καὶ μετὰ ταῦτα κατ' ἀκολουθίαν τῶν πρεσβυτέρων Χριστιανῶν βασιλέων, μετέπεμψε πρέσβεις αὐτοῦ πρὸς Ῥώμην, οἵτινες ἐλθόντες εὗρον ἐν αὐτῇ προεδρήσαντα τὸν ἁγιώτατον Ἀδριανόν. ὃς καὶ ἐνωτισάμενος ὅσον ὁ μοιχὸς Φώτιος εἰς ταραχὴν τῆς ἐκκλησίας ἐποίησεν, ἐπισκόπων συνήγαγε σύνοδον τῶν δυτικῶν μερῶν ἐν τῇ τοῦ ἁγίου Πέτρου ἐκκλησίᾳ, οὐ πρὸς ἀνατροπὴν τῆς κρίσεως τοῦ πρὸ αὐτοῦ πάπα τοῦ μακαρίου Νικολάου, ἣν ἐπὶ Φωτίῳ ἐξήνεγκεν, ἀλλὰ πρὸς τὸ κυρῶσαι καὶ βεβαιῶσαι. δι' ἣν αἰτίαν ἡμᾶς τοὺς οἰκέτας αὐτοῦ καὶ τῆς ἁγίας τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἀνέπεμψεν ἐνταῦθα μετ' ἐπιστολῶν αὐτοῦ πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, καὶ τὸν ἁγιώτατον Ἰγνάτιον· ἃ ἤδη πεφανέρωται ἐν ταῖς προλαβούσαις πράξεσι τὰ περὶ Φωτίου ὁρισθέντα, καὶ περὶ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, καὶ νῦν ἐκ περιττοῦ ἐστι τὰ αὐτὰ λέγειν. νῦν δὲ γνόντες τὴν ἕνωσιν τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, ἱνατί λογολεσχίας παρὰ ἀσυνέτων ἀνδρῶν ἀκοῦσαι εἰσδεχόμεθα;

Μετὰ τοῦτο κατὰ κέλευσιν τοῦ βασιλέως εἰσήγαγε Θεόφιλος ἐν τῇ συνόδῳ τοὺς ἐπισκόπους Φωτίου, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἀνεγνώσθη ἡ ἐπιστολὴ τοῦ πάπα Νικολάου ἡ πρὸς τὸν βασιλέα Μιχαήλ, ἥτις καὶ προεγράφη. εἶτα Ἠλίας ὁ τοποτηρητὴς τοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων ἀναστὰς, τὰ πρῶτα μὲν ηὐχαρίστησε τῷ βασιλεῖ ὑπὲρ τῆς σπουδῆς, ἧς ἐποιήσατο εἰς τὴν τῆς ἐκκλησίας κατάστασιν. εἶτα διηγήσατο τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἀθέσμως Ἰγνάτιος ἐκβέβληται, καὶ Φώτιος κακῶς ἀντεισήχθη. καὶ ὅτι καλῶς ποιῶν ὁ βασιλεὺς ἀποκατέστησε τὸν Ἰγνάτιον κατὰ τὴν κρίσιν τῶν ἁγιωτάτων τῆς Ῥώμης Ἀρχιερέων, καὶ τὸν Φώτιον ἀπεδίωξε· καὶ ὅτι τὴν τοιαύτην πρᾶξιν καλῶς πεπλήρωκε διὰ τῆς ἐπιδημίας τῶν τοποτηρητῶν τῶν μεγάλων θρόνων· καὶ ὅτι τὸ κατὰ τὴν ἐξορίαν γεγονὸς τῆς παραιτήσεως ἔγγραφον διὰ Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου, ἀντὶ μηδὲ γεγονότος ἐστὶν, εἰ καὶ γέγονεν, ὡς τυραννικῶς γεγονός. εἶτα αὐτοῖς ῥήμασιν ὁ εἰρημένος Ἠλίας εἶπε καὶ ταῦτα· εἰ δὲ καὶ εὔλογον πρόφασιν οἱ συγκείμενοι τῷ Φωτίῳ λέγουσιν, ὅτι οἱ πανταχόθεν μητροπολῖται καὶ ἐπίσκοποι συνηγμένοι τὸν Φώτιον εἰς ἀρχιερωσύνην προήγαγον, καὶ διὰ τοῦτο εἰ ἐκεῖνος οὐ δεκτός ἐστι, πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖνοι· λέγομεν πρὸς αὐτοὺς τὰ συναχθέντα ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ, τῇ

A inde ac in magna domo multas faces, ita in tua urbe congregaſti; teque ipſum clarius jubar, ac tuum imperium illuſtrius, & Chriſti eccleſiam ſplendidiorem reddidiſti. Quinimmo tua præſentia, veluti luminare aliquod ingens ſanctæ huic & œcumenicæ ſynodo exortum, dicta hæc viſaque lumina multo fulgentiora effeciſti.

ACTIO VI. CON. VIII GENER.

Hæc oratio partim ſynodi, partim imperatoris continebat laudes, ac tandem in vota pro imperatore exiit.

Poſtea Leo a ſecretis legatorum Romæ libellum legit, cujus hæc ſunt verba.

B Perſuaſum eſt nobis, ſanctæ huic & œcumenicæ ſynodo, quam a Deo coronatus imperator noſter de componenda & reſtituenda eccleſia Conſtantinopolitana cogit, haud obſcurum eſſe, quam diu multumque jactatam & oppreſſam invaſor Photius tenuit tyrannus. Quo ex præſcriptis patrum decretis pulſo, ſanctiſſimum Ignatium reſtituit. Dein (imperator) pro more priorum imperatorum Chriſtianorum legatos ſuos Romam miſit, qui ſanctiſſimum Hadrianum Romæ pontificem repererunt. Is cum intellexiſſet quantopere Photius adulter eccleſiam perturbaſſet, evocavit epiſcoporum ex occidente concilium in ſancti Petri eccleſia, non ad beati Nicolai C papæ qui præceſſerat, judicium, quo Photium damnavit, reſcindendum, ſed ad confirmandum & ſtabiliendum. Quam ob cauſam nos famulos ſuos & ſanctæ Romanæ eccleſiæ cum litteris ad religioſiſſimum imperatorem ſanctiſſimumque Ignatium allegavit: quæ omnia prioribus actionibus ſunt declarata, quid nempe de Photio, pariterque de eccleſia Conſtantinopolitana ſit judicatum; quæ nunc gratis iteranda non ſunt. Quid ergo, cum eccleſiarum Dei conſenſum ſpectemus, hominum ſtultorum ineptias audimus?

D Inde juſſu imperatoris Theophilus Photianos epiſcopos in ſynodum introduxit; illiſque præſentibus papæ Nicolai epiſtola illa ad Michaelem imperatorem, de qua ſupra, eſt recitata. Tum Elias Hieroſolymitani patriarchæ legatus ſurgens, primum imperatori pro cura eccleſiæ componendæ ſuſcepta gratias egit; deinde cauſam expoſuit, cur Ignatius inique de throno fuerit dejectus, Photiuſque perperam invectus: optimeque feciſſe imperatorem, qui e ſanctiſſimorum pontificum Romanorum ſententia Ignatium reſtituerit, Photium exturbarit, iſtamque rem per legatorum magnarum ſedium adventum commodiſſime tranſegerit: chirographum autem abdicationis E patriarchæ Ignatii in exilio factum, nullum eſſe; proque infecto quod per vim tyrannicam extortum eſſet, habendum. Tum Elias his ipſis verbis hæc dixit: Si vero Photiani idoneam afferant rationem cur illi adhæſerint, quod undique metropolitæ & epiſcopi coacti Photium ad epiſcopatum provexerint; ac propterea ſi rejiciendus iſte eſt, multo magis eſſe illos rejiciendos; ad acta eos ſecundæ ſynodi, quæ in hac Deo dilecta urbe Theodoſio imperatore celebrata eſt, mittimus. Maximus enim Cynicus cum his quos ipſe initiarat, damnatus eſt: Timotheus

ACTIO VI. CON. VIII. GENER.

ANNO CHRISTI 869.

theus autem Alexandriæ epiſcopus, qui illum conſecrarat, quique Timotheum epiſcopi ſectati erant in cauſa Maximi, non ſunt exauctorati. Itaque qui reperti ſunt epiſcopi, & Photii conſecrationem fecerunt, apud nos damnati non ſunt, quod inviti ab imperatoria poteſtate ad hoc per vim adacti ſint. Unicus autem ille Gregorius Syracuſanus jam ante a patriarcha Ignatio, & ab Romanorum apoſtolica eccleſia exauctoratus & damnatus, execratus & ejectus eſto. Hæc Elia memorante, plurimi ex Photiana factione ad ſanctam ſynodum accurrerunt, & convenientem veniam meruerunt. Ceteri chirographa ſua, & jusjurandum, quæ violare nollent, prætexuerunt; eamque ob cauſam non acceſſerunt. Sanctiſſimi porro legati cuncti dixere: Hæc omnia per Jeſu Chriſti gratiam ſolvimus, qui nobis ligandi & ſolvendi poteſtatem dedit: quoniam omnia per vim & tyrannidem ſunt acta. Noſtram igitur ſententiam ac judicium coram Chriſtianiſſimo imperatore & ſancta ſynodo aperuimus. Principem vero pacis Deum precamur, ut ſereniſſimum & religioſiſſimum imperatorem noſtrum in perpetuum ſervet. Dein imperator epiſcopus Photianos allocutus: Ecce audiſtis, inquit, ſententiam patriarcharum: quid vobis videtur? Epiſcopi, reſpondebimus, inquiunt, ad hæc. Ergo Euthymius metropolita Cæſareæ Cappadociæ a Photio creatus: Domine imperator, inquit, novimus majeſtatis tuæ patientiam, rogamuſque ut eamdem nobis exhibeas, ut cauſam noſtram defendere ſine interpellatione poſſimus. Speramus enim nos, & chartas has & diſputationes iſtas vanas eſſe oſtenſuros. Imperator dixit: Vane locuti eſtis, dum, quæ lecta ſunt, audetis vana dicere: pronuntiata enim ſunt a tantis talibuſque patriarchis. Vos ſæculari manu ſynodos confuſas ſine patriarchis celebratas non dubitaſtis ſanctas vocitare: hanc vero ab omnibus patriarcharum thronis celebratam calumniari audetis? Videmini mihi non credere, ea quæ dicuntur, a patriarchis eſſe profecta. Ego ſumptus vobis neceſſarios ſuppeditabo: ite, & omnia patriarchia obite, fidemque veſtram ſtabilite. Zacharias Chalcedonenſis metropolita a Photio conſecratus dixit: Canones ſupra patriarchas etiam ſunt. Quando ergo hi in canones peccant, eos non ſequimur. Etenim Marcellum Ancyræ epiſcopum Julius pontifex Romanus recepit, unaque Sardicenſe concilium: qui tamen hodieque ut hæreticus damnatur. Lugendum item Apiarium a præſulibus Romanis abſolutum ſynodus Africana non juſtificavit. Aliaque multa hujus generis exempla ſunt in promptu. Et nunc ſi ex canonum præſcripto facta ſunt hæc, ſequimur. Illud quod dicitur, ex laicis neminem eſſe promovendum, initiatores quidem cautos reddit, initiatum autem non damnat: & legem illam conſuetudo antiquavit. Ita enim conſecratus eſt Taraſius, ita Nicephorus, Nectarius, Thalaſſius Cæſareæ, Euſebius, Ambroſius, & alii ſexcenti; qui ſi rei ſunt, etiam Photius eſto. Nec verum eſt, illum a depoſitis conſecratum eſſe: nec enim ob flagitia ulla depoſiti ſunt, ſed quod pacem eccleſiæ perturbarent: reconciliati vero, pervicacia rejecta, recipiendi ſunt. Quod ſi Gregorius

ἐν ταύτῃ τῇ φιλοχρίστῳ πόλει ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως συγκροτηθείσῃ. Μάξιμος γὰρ ὁ Κυνικὸς καὶ ἡ αὐτοῦ πᾶσα χειροτονία ἀπεώσθη· ὁ δὲ προβαλλόμενος αὐτὸν εἰς προεδρείαν οὐκ ἀπεβλήθη Τιμόθεος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, ἀλλ' οὐδέ τις τῶν ἐπισκόπων Τιμοθέου τῶν συμπραξάντων εἰς τὴν τοῦ Μαξίμου χειροτονίαν. ὥστε οὐ κατάκεινται παρ' ἡμῖν εἰσὶν οἱ εὑρεθέντες ἐπίσκοποι, καὶ τὴν χειροτονίαν Φωτίου καταπραξάμενοι· καὶ ἄκοντες γὰρ εἰς τοῦτο παρὰ τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας συνηλάθησαν. ἐκεῖνος δὲ μόνος ὁ προκαθαιρεθεὶς καὶ ἀναθεματισθεὶς ὑπό τε τοῦ πατριάρχου Ἰγνατίου, καὶ τῆς Ἀποστολικῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας, Γρηγόριος ὁ Συρακούσης καὶ καταπεκριμένος καὶ καθῃρημένος ἔστω. ταῦτα τοῦ Ἡλία εἰπόντος, πλεῖστοι τῶν τῆς Φωτίου συμμορίας προσέδραμον τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ τῆς προσηκούσης συγγνώμης ἠξιώθησαν. ἕτεροι δὲ πρόφασιν εὗρον, ὅτι τὰ ἴδια χειρόγραφα καὶ τοὺς ὅρκους οὐ βούλονται ἀθετῆσαι, καὶ διὰ τοῦτο οὐ προσῆλθον. οἱ δὲ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ πάντες εἶπον· ταῦτα πάντα διαλυόμεθα χάριτι Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ δεδωκότος ἡμῖν ἐξουσίαν τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν, ἐπεὶ βεβιασμένως καὶ κατηναγκασμένως πάντα γέγονε. τὴν μὲν οὖν ἡμετέραν γνώμην τε καὶ κρίσιν ἐνώπιον τοῦ φιλοχρίστου βασιλέως καὶ τῆς ἁγίας συνόδου πρόδηλον πεποιήκαμεν. τὸν δὲ εἰρηνάρχην Θεὸν αἰτούμεθα, τὸ γαληνότατον τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως ἡμῶν κράτος εἰς αἰῶνας διατηρῆσαι. λέγει ὁ βασιλεὺς πρὸς τοὺς ἐπισκόπους Φωτίου· ἴδε ἠκούσατε τὸ φρόνημα τῶν πατριαρχῶν· τί ὑμῖν δοκεῖ; οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· ἀπολογησόμεθα κατὰ ταῦτα· καί φησιν Εὐθύμιος ὁ γεγονὼς παρὰ Φωτίου τῆς κατὰ Καππαδοκίαν Καισαρείας μητροπολίτης· δέσποτα αὐτοκράτορ, γινώσκομεν τὴν βασιλείαν σου μακρόθυμον, καὶ παρακαλοῦμεν ἐνδείξασθαι τὴν αὐτὴν μακροθυμίαν καὶ εἰς ἡμᾶς, ὡς ἂν ἀκωλύτως διαπολογησώμεθα. καὶ ἐλπίζομεν ὅτι καὶ τοὺς χάρτας καὶ τὰς διαλαλιὰς ταύτας δεῖξαι ἔχομεν ματαίας. ὁ βασιλεὺς εἶπεν· ἐματαιολογήσατε τολμήσαντες εἰπεῖν μάταια τὰ ἀναγνωσθέντα· ἐλαλήθη γὰρ ἐκ τοσούτων μεγάλων πατριαρχῶν· ὑμεῖς ἀρχοντικῇ χειρὶ συνόδους ἀτάκτους μόνοι χωρὶς πατριαρχῶν πεποιηκότες, ἁγίας ταύτας καλεῖν ἐτολμήσατε, καὶ ταύτην ὑπὸ πάντων τῶν πατριαρχικῶν θρόνων συγκροτηθεῖσαν τολμᾶτε διαβάλλειν; δοκεῖτε ἀπιστεῖν, ὅτι τὰ λεγόμενα ἐκ τῶν πατριαρχικῶν εἰσιν. ἐγὼ γοῦν καὶ τῶν ἀναγκαίων τὴν χρείαν παρέχω, καὶ ἀπέλθετε εἰς τὰ πατριαρχεῖα, καὶ βεβαιώθητε. Ζαχαρίας ὁ παρὰ Φωτίου χειροτονηθεὶς Καλχηδόνος μητροπολίτης εἶπεν· οἱ κανόνες ἄρχουσι καὶ τῶν πατριαρχῶν. εἰ γοῦν ἔξω τῶν κανόνων ποιοῦσιν, οὐ στοιχοῦμεν αὐτοῖς. καὶ γὰρ Μάρκελλον τὸν Ἀγκύρας Ἰούλιος ὁ Ῥώμης ἐδέξατο, καὶ ἡ ἐν Σαρδικῇ σύνοδος· ἀλλ' ἐκεῖνος μέχρι νῦν ὡς αἱρετικὸς ἀναθεματίζεται. καὶ τὸν κλαύσιμον Ἀπιάριον δικαιωθέντα παρὰ τῶν προέδρων τῆς Ῥώμης ἡ ἐν Ἀφρικῇ σύνοδος οὐκ ἐδικαίωσε. καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τοιαῦτα παραδείγματα εἰσί. καὶ νῦν εἰ ἐγένετο τὰ γινόμενα κατὰ κανόνας, στοιχοῦμεν αὐτοῖς. τὸ λέγειν, μὴ δεῖν ἀπὸ λαϊκῶν προχειρισθῆναί τινα, τοὺς μὲν χειροτονήσαντας ἀσφαλίζεται, τὸν δὲ χειροτονηθέντα οὐ κατακρίνει· καὶ τὸ ἔθος τὸν κανόνα ἐκεῖνον νικᾷ. καὶ γὰρ Ταράσιος οὕτως ἐχειροτονήθη, Νικηφόρος, Νεκτάριος, Θαλάσσιος ὁ Καισαρείας, Εὐσέβιος, Ἀμβρόσιος, καὶ ἄλλοι μυ-

ANNO CHRISTI 869

μυρίοι· καὶ εἰ εἰσὶν ἐκεῖνοι ὑπεύθυνοι, ἔστω καὶ αὐτὸς ὁ Φώτιος. τὸ δὲ λέγειν, ὅτι παρὰ καθῃρημένων προεχειρίσθη, οὐκ ἔστιν ἀληθές· οὐ γὰρ ἐπὶ ἐγκλήμασιν ἐκεῖνοι καθῃρέθησαν, ἀλλὰ διότι ἀντικείμενοι ἦσαν τῇ εἰρήνῃ τῆς ἐκκλησίας· ἑνωθέντες δὲ, καὶ τὴν * ἔνστασιν ἐκείνην ἀθετήσαντες, δεκτέοι τυγχάνουσιν. εἰ δὲ καὶ ἔστιν ὁ χειροτονήσας αὐτὸν καθῃρημένος, οὐκ ἔστιν ὁ Φώτιος ὑπεύθυνος, ἀλλ' οἱ προαγαγόντες αὐτόν. καὶ ὁ Γρηγόριος δὲ εἰ καὶ ἔστι καθῃρημένος, ἀλλ' οἱ προαγαγόντες αὐτὸν δύνανται εἶναι ἀνεύθυνοι. καὶ γὰρ Φλαβιανὸς καθῄρησε τὸν Εὐτυχῆ, καὶ Ἀνατόλιος ἐδέξατο αὐτὸν, καὶ οἱ τῆς τετάρτης συνόδου ἐπίσκοποι συλλειτουργὸν αὐτὸν εἶχον, καὶ οὐ κατεκρίθησαν. ἀλλὰ καὶ Πέτρος ὁ Μογγὸς καθῃρέθη παρὰ Προτερίου, ὡς μὴ τὴν τετάρτην δεχόμενος σύνοδον, καὶ ὕστερον μετὰ τὸν Τιμόθεον ἐγένετο πατριάρχης· πλὴν οὐδεὶς τῶν ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντων κατεδικάσθη. καὶ Ἀκάκιος δὲ ὁ Κωνσταντινουπόλεως κατεδικάσθη παρὰ τοῦ πάπα Ῥώμης, ὡς συγκοινωνῶν τοῖς αἱρετικοῖς. καὶ ἐκεῖνος μὲν τῆς καταδίκης οὐκ ἐφρόντισεν, οἱ δὲ μετ' αὐτὸν πατριάρχαι Φαίτας καὶ Εὐθύμιος καὶ Μακεδόνιος ἀποδεξάμενοι αὐτὸν, οὐκ ᾐτιάθησαν. καὶ Φλαβιανὸν τῆς Ἀντιοχείας πατριάρχην οἱ Ῥωμαῖοι οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλ' ὁ κανὼν αὐτὸν οὐ κατεδίκασε. καὶ ἡμᾶς * οὖν ὁ κανὼν καταδικασάτω. ὁ βασιλεὺς εἶπε· πάντα τὰ παραπτώματα ἃ λέγετε, παρ' ἑτέρων πατριαρχῶν διωρθώθησαν, καὶ διὰ τοῦτο παρεδέχθησαν ὡς ἰαθέντες παρὰ τῶν δυναμένων ἰάσασθαι τὰ τοιαῦτα. τὸ δὲ ὑμέτερον παράπτωμα πᾶσαι αἱ κεφαλαὶ τῆς οἰκουμενικῆς ἐκκλησίας ἀνίατον καταλελοίπασι. πάντες γὰρ οἱ ἀρχιποιμένες συμφώνως ὑμᾶς κατακρίνουσιν. ἡ δὲ βασιλεία ἡμῶν κηδομένη ὑμῶν, φροντίζει, ἵνα τύχητε ἐλέους, οὗ ὁρίσει ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος. καὶ οὐκ ἠγάγομεν ὑμᾶς ὑλακτεῖν· πάντα γὰρ τὰ ὑμῶν ψευδῆ εἰσι καὶ ἀπάτη.

* Aust. leg. ἐνστασιν.

* Ἴσ. οὐκ. M.

Οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· τοῦτο οὐδὲ ὁ διάβολος ἐτόλμησεν εἰπεῖν· πῶς δ' οὖν καὶ παρῃτήσατο ὁ κύριος Ἰγνάτιος.

Ὁ βασιλεὺς εἶπεν· ὁ μετὰ τὸ κατενεχθῆναι βίᾳ, εἶτα ἐξορισθῆναι, καὶ ἐν τῇ ἐξορίᾳ παραιτησάμενος, πῶς ἰσχυρὰν παραίτησιν, καὶ οὐ βιαίαν κἀκείνην ἐποίησεν;

Οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον· οὗτος ὁ λαλῶν μετὰ τῆς βασιλείας σου, καθῃρέθη, καὶ ἀνεθεματίσθη ὑπὸ τῆς ἁγίας Ῥωμαίων ἐκκλησίας· καὶ ἡμεῖς μετὰ τοῦ τοιούτου ὁμιλεῖν οὐ δυνάμεθα. θέλομεν δὲ ἵνα ἀναγνωσθῇ ἐν τοῖς ὠσὶν αὐτῶν ὁ λίβελλος τῆς ἁγίας τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας· καὶ ἐὰν μετανοήσωσιν, ἵνα κἂν κοινωνίας ὡς Χριστιανοὶ καταξιωθῶσιν· εἰ δὲ μὴ, ἀναθεματίζομεν τούτους, καὶ ἀπὸ πάσης κληρουχίας τῶν Χριστιανῶν ἀφορίζομεν. τότε Μητροφάνης ὁ Σμύρνης πρὸς Ζαχαρίαν τὸν παρὰ Φωτίου χειροτονηθέντα Καλχηδόνος μητροπολίτην εἶπε· πρὸς ἃ ἔφης ἀποκρινόμεθά σοι. νόμοι θεσπίζουσιν ἐκκλησιαστικοὶ καὶ πολιτικοὶ, τὸν ἐκλεξάμενόν τινα δικαστὴν μὴ παραιτεῖσθαι αὐτὸν, ἢ τὰ κριθέντα ὑπ' αὐτοῦ. τοῦ καθ' ὑμᾶς οὖν μέρους αἰτησαμένου δικαστὴν τὸν πανάγιον πάπαν Νικόλαον, πῶς ὑμεῖς νῦν τὰ παρ' αὐτοῦ κριθέντα οὐ δέχεσθε; ἐπεὶ δὲ ὡς μηδόλως ἀκηκοότες τὰς ἀναγνωσθείσας λύσεις ἐν τοῖς γράμμασι τοῦ μακαρίου πάπα Νικολάου περὶ τῆς προχειρίσεως Νεκταρίου καὶ Ἀμβροσίου, καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς, πάλιν ἐκείνους εἰς παράδειγμα προάγετε, χρὴ σκι-

ACTIO VI. CON VIII. GENER.

A Syracuſanus qui illum conſecravit, depoſitus, Photius tamen extra culpam eſt: illi rei ſunt, qui illum provexerunt. Immo etſi Gregorius depoſitus eſt, illi tamen qui eum promoverunt, culpandi non videntur. Etenim Flavianus depoſuit Eutychem, & Anatolius recepit, quem in IV. concilio epiſcopi ſymmyſtam habuere, nec damnati ſunt. Petrus quoque Moggus a Proterio depoſitus eſt, quod IV. ſynodum non reciperet: qui tamen Timotheo patriarchæ ſucceſſit; nec quiſquam ab eo ordinatus, eſt condemnatus. Acacius item patriarcha Conſtantinopolitanus a pontifice Romano quaſi cum hæreticis communicaſſet, damnatus, & ipſe pa-B riter damnationem contempſit. At qui ei ſunt poſtea ſubrogati, qui pro legitimo illum patriarcha agnoverunt, * Phaitas, Euthymius, Macedonius, accuſati non ſunt. Flavianum Antiochiæ patriarcham Roman rejecerunt: eumdem tamen canon minime damnavit. Et nos ergo canone damnemur? Imperator reſpondit: Omnia quæ dicitis errata ab aliis patriarchis emendata ſunt; indeque ipſi poſtea recepti, ut ab iis qui curare poterant, ſanati. Veſtrum autem peccatum ab omnibus œcumenicæ eccleſiæ patriarchis nunquam curatum manet. Omnes quippe antiſtites primarii uno conſenſu vos condemnant; noſtra autem clementia de vo-C bis ſolicita, pacem vos & veniam a ſancta ſynodo œcumenica definiendam cupit impetrare. Neque vos huc, ut latretis, citati eſtis. Veſtra enim omnia ſunt fraudis ac mendaciorum plena.

* al Fravitas, & Flavitas M.

Epiſcopi dixere: Hoc ne ipſe quidem diabolus auſus eſt dicere: interim tamen dominus Ignatius ſe abdicavit.

Imperator dixit: Poſteaquam per vim de D throno deturbatus, in exilium ejectus, & in ipſo exilio de abdicatione ſolicitatus eſt, quomodo illa abdicatio firma, & non per vim potius ab illo extorta eſt?

Legati dixere: Is qui cum tua majeſtate loquitur, depoſitus, & a ſancta Romana eccleſia anathemati ſubjectus eſt. Neque nos poſſumus cum tali homine colloqui. Volumus autem, ut his audientibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ libellus legatur: & ſi quidem pœnitentiam egerint, ut vel in communionem tamquam Chriſtiani admittantur; ſi minus, anathematizamus eos, atque ab omni Chriſtianorum ſorte ſeparamus. Deinde Metrophanes Smyrnenſis metropolita Zachariam E a Photio creatum Chalcedonenſem metropolitam compellavit. Ad ea quæ differuiſti, reſpondemus. Leges eccleſiaſticæ & civiles ſanciunt, ut qui judicem aliquem delegit, eum ne rejiciat, neque illa quæ ab ipſo fuerint judicata. Cum igitur pars veſtra judicem poſtulaverit ſanctiſſimum papam Nicolaum, cur jam vos, quæ ab eo ſunt definita, non recipitis? Quoniam vero quaſi ne omnino quidem audieritis ea, quæ reſpondentur in litteris beati papæ Nicolai de promotione Nectarii & Ambroſii & ſimilium, ita rurſus eorum exempla producitis; perpenden-

dendum eſt, an eodem modo quo illi, hic A veſter antiſtes thronum occuparit. Nectarium œcumenica ſynodus, pluresque patriarchæ rite creaverunt; nec ulla principum violenta manus, aut regia vis intervenit; nec tum per vim quiſquam ejectus eſt, & ille provectus. Eodemque modo & Ambroſius ſedi impoſitus eſt. Simul ac enim Auxentius Arianus mortem obiit, a ſynodo Mediolanenſi per orthodoxos ſine ulla vi conſecratus eſt. Eademque ratione beatus Taraſius, tum ejus ipſius Pauli novi confeſſoris teſtimonio comprobatus eſt, qui ſe ab eccleſiæ adminiſtratione ſubduxerat, quod de illo throno affirmaret indignum; tum ceterorum omnium orthodoxorum ſuffragiis eſt promotus: quip- B pe qui graſſantem Iconomachorum hæreſim poſſet profligare. Quin & poſt mortem Taraſii ſanctiſſimus Nicephorus ex decreto ſynodi ſine ulla vi ab epiſcopis deſignatus eſt. In Photio autem nihil horum animadvertas. Ignatius enim per vim exactus eſt, illoque ſuperſtite thronum Photius violenter invaſit; & qui eum initiarunt, ab ipſo per vim id agere compulſi ſunt. Deinde vero nemo ex patriarchis ejus conſecrationem probavit. Quoniam vero dixiſtis, eccleſiaſticis legibus eos non rejici, qui ex laicis initiantur, initiantes autem cautos reddi, & conſuetudine canonem vinci, vobiſcum ipſi pugnaſtis. Nam papam Nicolaum confeſſi eſtis Photii electio- C ni ex eccleſiaſticis legibus obſtitiſſe, eumque jure damnaſſe, quippe qui ex laicorum numero promotus eſſet: ipſius tamen Nicolai canonico judicio & ſanctioni non ſubſcribitis, ſed ad canonis everſionem conſuetudinem prætexitis: ignoratiſque ea quæ raro fiunt legibus non officere, neque legum vim enervare; cum præſertim ingens diſcrimen ſit inter Photium & ſanctos illos viros. Illud quoque falſum eſt, multos a Romanis abſolutos eſſe, quos pro damnatis nos habeamus, & contra. Nam Marcellum anathematizantem omnem hæreſim merito & Julius papa, & ſynodus Sardicenſis recepit. Quin & magnus Athanaſius & Paulus confeſſor D Marcellum pariter receperunt. Tandem vero ad vomitum reverſum Silvanus anathematizavit. Cum quibus & Liberius per ſuas litteras conſentit. Eadem ratione Apiarium Sicenſis eccleſiæ, quæ in Africana provincia eſt, presbyterum, loci illius epiſcopus quamdam ob cauſam a cœtu fidelium excluſit, eumdemque poſtea ſynodus ibi coacta penitus depoſuit: quem Zoſimus papa Romanus ad ſe confugientem, ſuamque cauſam illi probantem abſolvit, & cum litteris ad ſynodum remiſſum recipiendum curavit. Rationem vero reddens per apologeticum ſcriptum ſynodus Africana Apiarii depoſiti, & rurſus juſtificati cauſa, apud Bonifacium papam Ro- E manum Zoſimi ſucceſſorem; Apiarium, inquit, etiam hodie abſolutum judicamus: cenſuimus tamen ei, propter ſcandala conſecuta, in eccleſia Sicenſi presbyteri officium non eſſe obeundum, at in aliis eccleſiis rem ei divinam facere licere. Synodum ergo Africanam Zoſimi judicio potius obtemperaſſe compertum eſt.

Flavianum vero Antiochiæ patriarcham eccleſia Romana ob amorem in eximium Euſtathium tantiſper recuſavit, dum imperatore

A ψασθαι, εἰ καθ᾽ ὁμοιότητα ἐκείνων ὁ καθ᾽ ὑμᾶς πρόεδρος ἐνεβλήθη. τὸν μὲν οὖν Νεκτάριον σύνοδος οἰκουμενικὴ, καὶ πατριάρχαι διάφοροι ἐψηφίσαντο, οὐδαμοῦ δὲ ἀρχοντικὴ χεὶρ ἢ βία βασιλικὴ ἐμεσολάβησεν, οὐδὲ ἐξεβλήθη βίᾳ τις, καὶ εἰσήχθη ἐκεῖνος· ὡσαύτως καὶ Ἀμβρόσιος μετὰ τὸ ἀποθανεῖν Αὐξέντιον τὸν Ἀρειανὸν, ὑπὸ τῆς ἐν Μεδιολάνῳ συνόδου παρὰ τῶν ὀρθοδόξων προεχειρίσθη ἀβιάστως. παραπλησίως δὲ ὁ μακάριος Ταράσιος ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ νέου ὁμολογητοῦ Παύλου, ἀποχωρήσαντος τῆς ἐκκλησίας διὰ τὸ λέγειν ἑαυτὸν ἀνάξιον τοῦ θρόνου, ἐμαρτυρήθη, καὶ προεχειρίσθη ὑπὸ πάντων τῶν ὀρθοδόξων, ὡς δυνάμενος τὴν τότε κρα- B τοῦσαν τῶν Εἰκονομάχων αἵρεσιν ἀπώσασθαι. ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸν αὐτοῦ θάνατον ὁ ἁγιώτατος Νικηφόρος συνοδικῶς ἐψηφίσθη ἑκουσίως, καὶ οὐ κατὰ βίαν, παρὰ τῶν τηνικαῦτα Ἀρχιερέων. ἐπὶ δὲ τῷ Φωτίῳ οὐδὲν τούτων εὑρίσκεται. καὶ ὁ Ιγνάτιος γὰρ ἐξεβλήθη βίᾳ, καὶ ἔτι ζῶντος ἐκείνου εἰσῆλθε Φώτιος διὰ τῆς αὐτοῦ βίας, καὶ οἱ προχειρισάμενοι αὐτὸν ἐκ τῆς αὐτοῦ βίας συνωθοῦντο· καὶ μετὰ τοῦτο οὐδεὶς τῶν πατριαρχῶν εἰς ἱερωσύνην αὐτὸν ἐδέξατο. ἐπεὶ δὲ εἴπατε, ὅτι ὁ κανὼν τοὺς ἀπὸ λαϊκῶν χειροτονηθέντας οὐκ ἀποβάλλεται, τοὺς δὲ χειροτονήσαντας ἀσφαλίζεται, καὶ τὸ ἔθος τὸν τοιοῦτον κανόνα ἐνίκησεν, εἰς ἀντίφασιν περιπεπτώκατε. καθωμολογή- C σατε γὰρ τὸν πάπαν Νικόλαον κανονικῶς ἐνίστασθαι καὶ ἀποδοκιμάζειν τὸν Φώτιον, ὡς ἐκ λαϊκοῦ, οὐ στοιχεῖτε δὲ τῇ κανονικῇ κρίσει αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸ ἔθος εἰς ἀνατροπὴν τοῦ κανόνος προβάλλεσθε, οὐκ εἰδότες ὅτι τὰ σπανίως γινόμενα τοὺς νόμους οὐκ ἀνατρέπουσι· καὶ ταῦτα πολλῆς οὔσης τῆς διαφορᾶς τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ἐκείνων καὶ τοῦ Φωτίου. ἀλλὰ καὶ ὅτι πολλοὺς μὲν ἡ τῶν Ρωμαίων ἐκκλησία ἐδικαίωσεν, ἡμεῖς δὲ κατακρίτους ἡγούμεθα, καὶ τὸ ἀνάπαλιν, ψεῦδος ἐστίν. τὸν γὰρ Μάρκελλον ἀναθεματίσαντα πᾶσαν αἵρεσιν, δικαίως καὶ κανονικῶς Ιούλιος πάπας Ρώμης, καὶ ἡ ἐν Σαρδικῇ σύνοδος ἀπεδέξατο· ἀλλὰ καὶ Ἀθανάσιος ὁ μέγας καὶ ὁ ὁμολογητὴς Παῦ- D λος τὸν Μάρκελλον οὕτως ἐδέξαντο· ἐσχάτως δὲ πρὸς τὸν ἴδιον ἐμετὸν ἐπιστρέψαντα οἱ περὶ τὸν Σιλβανὸν ἀνεθεμάτισαν· οἷς καὶ Λιβέριος διὰ τῶν ἰδίων συγγραμμάτων συμφωνεῖ· ὡσαύτως γε μὴν καὶ τὸν Ἀπιάριον τὸν πρεσβύτερον τῆς ἐκκλησίας Σικκένσις τῆς ἐν ἐπαρχίᾳ τῆς Ἀφρικῆς, διά τινα αἰτίαν ἀφώρισεν ὁ ἴδιος ἐπίσκοπος, εἶτα καθῄρηκε τοῦτον παντελῶς ἡ ἐκεῖ συγκροτηθεῖσα σύνοδος. Ζώσιμος δὲ ὁ πάπας Ρώμης ἀναδραμόντα πρὸς αὐτὸν καὶ συστήσαντα ἑαυτὸν ἐδικαίωσε, καὶ κατὰ τὴν ἐν Ἀφρικῇ σύνοδον ἀποστείλας μετὰ γραμμάτων, δεχθῆναι πάλιν αὐτὸν παρεσκεύασεν, ἀπολογησαμένης τῆς συνόδου δι᾽ ἀντιγράφου Βονιφατίῳ τῷ μετὰ Ζώ- E σιμον πάπᾳ Ρώμης περὶ τῆς κατὰ Ἀπιάριον καθαιρέσεως, καὶ τῆς αὖθις δικαιώσεως. καὶ ἕως νῦν δεδικαιωμένον αὐτὸν ἡγούμεθα, κεκρίκαμεν δὲ μὴ ἐνεργεῖν αὐτὸν τὰ τοῦ πρεσβυτέρου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Σικκέσει διὰ τὰ παρακολουθήσαντα σκάνδαλα, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἐκκλησίαις ἱερουργεῖν· εὕρηται τοίνυν ἡ ἐν Ἀφρικῇ σύνοδος πειθαρχήσασα μᾶλλον τῇ κρίσει Ζωσίμου.

Τὸν δὲ πατριάρχην Ἀντιοχείας Φλαβιανὸν παρῃτεῖτο μὲν ἡ τῶν Ρωμαίων ἐκκλησία δέξασθαι μέχρι τινός, διὰ τὴν πρὸς τὸν μέγαν Εὐστάθιον ἀγάπην·

ANNO CHRISTI 869.

πλω· τοῦ δὲ βασιλέως Θεοδοσίου μεσιτεύσαντος προσήκατο αὐτὸν, καὶ πατριαρχὴν εἶχεν Ἀντιοχείας.

A

Τὸ δὲ φάναι. Πέτρον τὸν Μογγὸν Ἀλεξανδρείας πατριάρχην καθῃρημένον ὄντα, καὶ μέντοι καὶ Ἀκάκιον Κωνσταντινουπόλεως, μηδαμῶς δὲ καθαιρεθῆναι τοὺς ὑφ' ἑκατέρου χειροτονηθέντας, οὐδὲν συντελεῖ πρὸς ὑμετέραν ἢ τοῦ Φωτίου δικαίωσιν· διότι ἄλλως οἱ τῆς ἐκκλησίας θεσμοὶ τοὺς ἐξ αἱρέσεως ἐπιστρέφοντας ἐπισκόπους ἀθῳοῦσι, καὶ ἄλλως τοὺς ὑπὸ μοιχῶν καὶ παρανόμων ἀκανονίστως προχειρισθέντας. τοὺς μὲν γὰρ λίβελλον διδόντας, καὶ τὴν ἰδίαν ἀναθεματίζοντας αἵρεσιν θεσπίζουσι μὲν δέχεσθαι, καθὼς καὶ οἱ τηνικαῦτα τῆς ἀνατολῆς ἐπίσκοποι σύνοδον συγκροτήσαντες, καὶ Φῆλιξ ὁ μετὰ Σιμπλίκιον πάπας Ῥώμης συνοδικῶς Πέτρον μὲν τὸν Μογγὸν κατεδίκασεν, ὡσαύτως γε μὴν ὁ Φῆλιξ καὶ τὸν Ἀκάκιον ἀπεκήρυξεν· οὐδαμῶς δὲ κατὰ τῶν χειροτονηθέντων ὑφ' ἑκατέρου προδηλοτάτην ἀπεφήνατο ψῆφον, διὰ τοὺς προδήλους νόμους, ὡς ἔφην, τῆς ἐκκλησίας· καίτοι καὶ Πέτρος σχεδὸν, μᾶλλον δὲ ὁ Ἀκάκιος, ἀμφοτερίζοντες κατὰ τὴν πίστιν, ἐφάνησαν. τοὺς δὲ χειροτονηθέντας, καθάπερ ὁ Φώτιος καὶ ὑμεῖς, κατ' οὐδένα παραδέχονται τρόπον· καθὰ καὶ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ δευτέρα σύνοδος ἐπὶ Μαξίμου τοῦ Κυνικοῦ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντων ἐποίησε.

Γρηγόριον δὲ τὸν Συρακούσης, τὸν χειροτονητὴν Φωτίου, οὐ διὰ τὸ δραπετεῦσαι αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας καθήρησεν ὁ πατριάρχης Ἰγνάτιος, ἀλλ' ἕνεκα ἐγκληματικῶν ὑποθέσεων, καὶ αὐτὸς μὲν ὁ Γρηγόριος ὁ ἐπίσκοπος Συρακούσης καλῶς ἔσται καθῃρημένος, ἀνεύθυνοι δ' ἔσονται οἱ προαγαγόντες αὐτὸν διὰ τὸ ἀκούσιον, καὶ τὸ τυραννικὸν καὶ βίαιον Φωτίου καὶ Γρηγορίου. οὐ παρὰ τοῦτο δὲ καὶ Φώτιος ἀνεύθυνος ἔσται· ἦν γὰρ καὶ σχισματικὸς, καὶ πολλοὺς τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἀπέστησε, καὶ ἑκὼν χειροτονηθῆναι παρὰ Γρηγορίου προείλετο.

Ἐπὶ τούτοις ἔτι τοῦ Ζαχαρίου λέγειν πειρωμένου, οἱ τοποτηρηταὶ Ῥώμης εἶπον πρὸς τὸν βασιλέα· ἰδοὺ πολλάκις ἠκούσαμεν τῶν ματαίων αὐτῶν ἀντιῤῥήσεων. νῦν οὖν λέγομεν πάλιν πρὸς αὐτούς· ἀφέτε προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, καὶ προσέλθετε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ σώθητε ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος. ἡ γὰρ ἁγία τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία ἀπὸ ια. ἐπινεμήσεως, μετὰ πάσης τῆς δυτικῆς συνόδου, ἐδέσμευσε καὶ ἀνεθεμάτισε, καὶ ἀπεβάλετο Φώτιον. καὶ τοῦτο πρώτως ἐποίησε Νικόλαος ὁ πάπας· εἶτα ὁ μετ' αὐτὸν Ἀδριανὸς, ὃς ἔπεμψεν ἐνταῦθα ἡμᾶς πρὸς φανέρωσιν καὶ βεβαίωσιν τῆς ἀληθοῦς καὶ δικαίας κρίσεως ἐνώπιον τῆς δικαίας ὑμῶν βασιλείας. καθὼς οὖν οὗτοι κατεκρίθησαν καὶ ἀπεβλήθησαν, εἰς τὸν αἰῶνα οὕτως ἔσονται ἔχοντες· μετὰ ταῦτα ἀνεγνώσθη διὰ τοῦ ἀσηκρῆτις παραινετικὸν τοῦ βασιλέως ἔχον οὕτως.

Πολλὰ μὲν τὰ κοινὰ πάθη, ὡς ταῖς προλαβούσαις ἡμέραις τὴν ἡμετέραν θεοπρόβλητον βασιλείαν πενθεῖν τε καὶ σκυθρωπάζειν. τὸ μεῖζον δὲ κακὸν καὶ τῶν συμφορῶν ἡ ἀκρόπολις, ὁ τῆς ἐκκλησίας χειμὼν, ἡ τῆς εἰρήνης ἀπόθεσις, καὶ τῆς παλαιᾶς ἐκκλησίας κατάλυσις, καὶ τῆς εὐταξίας ἀπαλοιφή· τὸ συμπίπτειν τὸν νεώτερον ἐπὶ τὸν πρεσβύτερον, καὶ τὸν ἄτιμον ἐπὶ τὸν ἔντιμον· τὸ ἀντιστρέφεσθαι διόλου τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, καὶ παρὰ τοῖς ἔξω διαφορουμένην ἐμπολιτεύεσθαι, παρὰ δὲ τῇ ἐκ-

ACTIO VI CON. VIII GENER.

A Theodoſio ſequeſtri eumdem admiſit, & pro Antiocheno patriarcha agnovit.

Quod vero dicitur Petrum Moggum Alexandriæ patriarcham depoſitum fuiſſe, pariterque Acacium Conſtantinopolitanum, ab illis tamen ordinatos nequaquam depoſitos fuiſſe; nihil veſtræ cauſæ Photioque patrocinatur. Nam aliter eccleſiaſticæ leges epiſcopos ab hæreſi reductos judicant, & aliter eos qui a mœchis & ſacrilegis contra leges ſunt initiati: quæ leges illos per libellum hæreſim ſuam ejurantes ſanciunt recipiendos; quemadmodum & tunc orientis epiſcopi ſynodum coegerunt, & Felix qui Simplicio in pontificatu Romano ſucceſſit, Petrum Mog-

B gum in ſynodo damnavit, & Acacium abrogavit. Contra ordinatos vero ab utroque nulla expreſſe lata eſt ſententia, quod, ut dixi, leges eccleſiaſticæ omnibus eſſent exploratæ. Petrus ſane, & forte plus Petro Acacius, circa fidem hæſitare & claudicare viſi ſunt: ordinatos autem, ut Photius, & cum Photio vos eſtis, nequaquam leges recipiunt; quemadmodum ſecundum ſacroſanctum & œcumenicum concilium de Maximo Cynico & ab eo conſecratis egit.

Gregorium vero Syracuſanum, qui Pho-

C tium conſecravit, Ignatius patriarcha depoſuit, non ut eccleſiæ deſertorem, ſed propter criminales cauſas. Et ipſe quidem Gregorius Syracuſanus epiſcopus rite abdicatus judicabitur ſemper; exortes vero criminis erunt, qui per vim & tyrannidem Photii & Gregorii coacti, illum inviti promoverunt. Nec idcirco Photius extra culpam erit: erat enim & ſchiſmaticus, multoſque ab eccleſiæ gremio abſtraxit, ultroque voluit a Gregorio conſecrari.

Ad hæc cum adhuc Zacharias reſpondere conaretur, legati ad imperatorem dixerunt: En quoties jam vana illorum & contumacia

D reſponſa audivimus. Ergo jam nunc illos rurſus admonemus: Nolite vos excuſare *ad excuſandas excuſationes in peccatis*: ſed ſubjicite vos ſanctæ ſynodo, ut ab anathematis ſententia expediamini. Sancta enim Romana eccleſia cum tota occidentis ſynodo jam inde indictione undecima ligavit, anathemati ſubjecit, & ejecit Photium. Et hoc primus fecit papa Nicolaus; deinde Hadrianus, qui Nicolao ſucceſſit; a quo nos huc ad pronuntiandam confirmandamque veri juſtique judicii ſententiam, præſente juſta potentia majeſtateque veſtra, miſſi ſumus. Quemadmodum ergo hi damnati proſcriptique ſunt, ita damnati in omnem æternita- *Pſal. 140.*

E tem permanebunt. Poſtea a ſecretario lecta eſt imperatoris adhortatio, quæ ita habet.

Multa quidem ſunt mala communia, quæ præteritis diebus noſtrum a Deo provectum imperium deploravit. Sed gravius malum, omniumque adeo malorum caput, eſt eccleſiæ tempeſtas. Pax enim profligata, vetus eccleſiæ diſciplina collapſa, præclarus ille ordo deletus. Junior partes ſenioris invadit, infamis rapit munus optimatis, optimuſque eccleſiæ ſtatus penitus eſt convulſus. Nam in civilibus quidem judiciis jus recte adminiſtratur; at in eccleſia impune regnat improbitas.

ACTIO VI. CON VIII. GENER.

ANNO CHRISTI 869.

Hæc dudum premebant turbabantque animum meum, perpetuiſque torquebant curis, uti ſcandala e medio tollerem.

Partium ergo ambarum cauſam, ad acceptam ab antiquis eccleſiæ normam, exigendam decidendamque judicibus omnia coram cernentibus commiſi; illis nempe, qui a patriarchiis legati venerunt: & hoc quidem peractum nunc eſt. Patriarcham vero ſacratiſſimum ad ſuam regredi ſedem, non mei opus imperii, nec conſilium fuit: ſed ſanctiſſimus papa Nicolaus, cauſa Ignatii diligenter excuſſa, ut ille reſtitueretur, ſanxit; atque ex totius eccleſiæ Romanæ decreto omnes qui reſiſterent, anathemate perculit. Hinc illum ſuo throno reddidimus. Poſtquam vero præſentem cauſam & Romanorum legati & reliquarum eccleſiarum quæ ad orientem habitant, Dei providentia ſuſceperunt, noſtrum imperium ſtatuit, nihil amplius repugnare. Quapropter noſtrum imperium in nulla alia hujus concilii actione ſeu conſeſſu adfuit, ne quis diceret, a regia potentia manuque judicium fuiſſe corruptum. Hoc unum nobis curæ eſt, & hæc una apud vos judices deprecatio, uti ne quemquam, ſi fieri poſſit, perire patiamini. Hoc, ſi quod eſt, noſtrum unius ſit peccatum: cetera omnia relinquimus eccleſiæ ſanctionibus; obſecrantes, ut lapſos clementer tractetis.

Ita ſpirituales patres, atque eccleſiæ & veritatis vindices, ad formam Aaronis chriſmate delibuti, pro exemplo zeli Phinees, ad judicii normam figurantes Salomonem; quærite ovem perditam, errantem reducite, & diſpenſatorum more illis nonaginta novem hanc adjungite. Vos porro, quibus medico opus, nobilia Chriſti membra, ſed mali dæmonis opera a capite ſejuncta, admittite admonitionis, immo, neque enim dicere erubeſco, tanta veſtri miſeratione teneor, deprecationis orationem. Deſcendite in conſcientiæ veſtræ penetralia: reperietis profecto, haud probe vos ab eccleſia disjungi. Nequaquam turpe ducendum eſt, morbum aperire, & medicinæ pœnitentiæque locum dare. Nullum, fratres, dedecus eſt ſupplicem eſſe Deo. Supplices illi ſunt, qui eccleſiæ & ſpiritualibus patribus procidunt. Quod ſi omnino hoc ignominiam arbitramini, ego vobis ipſe exemplum ſummiſſionis efformabo, ſtultus & inſipiens ſapientibus, & iis qui ob ſapientiam in veneratione eſtis. Ego in peccatis volutatus, vobis qui puri eſtis virtutiſque cultores, primus me in terram abjicio: per calcatum pergite os meum, incedite per oculos meos; pro nihilo ducite humeros imperatoris pede premere: omnia ultima lubens volens ſubibo, dummodo vos videam ad concordiam redire, dummodo ne animæ detrimentum patiar, & communis humani generis hoſtis diabolus triumphet. Hæc ego etiam atque etiam obteſtor. Vos ſi contumaces in ſententia perſtiteritis, ipſi videritis: innocens ego ſum a perditione veſtra. Deſinite alias quærere opportunitates, rerumque immutationem expectare. Si factum unius hominis veſtri, quod omni ratione caret, & ex fraude doloque compoſitum, tantam excitavit tempeſtatem; judicium quatuor patriarcharum quis reſcindere poterit? Ad quem, ut ab anathematis cenſura expediami-

κλησίᾳ τὴν ἀδικίαν παῤῥησιάζεσθαι. ταῦτα τὴν ἐμὴν συνεῖχε καὶ ἐθορύβει ψυχήν, καὶ μέριμνα ἦν μοι δεινὴ τὰ σκάνδαλα ἐκ μέσου ποιήσασθαι.

Τὴν γοῦν τῶν στασιαζόντων μερῶν ἐξέτασιν κατὰ τὴν ἀνέκαθεν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν ἐπόπταις καὶ κριταῖς ἀνεθέμην, τοῖς ἐκ τῶν λοιπῶν πατριαρχικῶν θρόνων ἀπεσταλμένοις. * ὃ τῷ μὲν νῦν. τὸ δὲ τὸν ἱερώτατον πατριάρχην ἐπὶ τὸν ἴδιον ἀνακάμψαι θρόνον, οὐ τῆς ἐμῆς βασιλείας ἔργον τότε ἢ ἐπινόημα γέγονεν· ἀλλ' ὁ ἁγιώτατος πάπας Νικόλαος τὰ περὶ αὐτοῦ μαθὼν ἀκριβῶς, τὴν ἀποκατάστασιν ἐποιήσατο, καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλε μετὰ πάσης τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τοὺς ἀνθισταμένους τῇ τοιαύτῃ ψήφῳ· καὶ τὸν ἴδιον θρόνον τούτῳ ἀποδεδώκαμεν. ἐπεὶ δὲ τὰ νῦν τῶν λοιπῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῆς Ῥωμαίων, καὶ τῶν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον προμηθείᾳ Θεοῦ κατέλαβον τοποτηρηταί, οὐκέτι ἐναντιωθῆναι κατά τι ἡ δικαιοτάτη βασιλεία μου βούλεται. διὸ οὐδὲ κατὰ μίαν ἄλλην σύνοδον τούτων ὤφθη ἡ βασιλεία μου, ἵνα μή τις ἔχῃ λέγειν, ὅτι βασιλικὴ χεὶρ ἢ ἐξουσία τὸ κριτήριον ὑπενόθευσεν. ἓν οὖν μόνον ἡμῖν καταθύμιον καὶ πρὸς ὑμᾶς τοὺς κριτὰς ἱκέσιον, μηδένα συγχωρῆσαι παραπολέσθαι, εἰ οἷόν τε. τοῦτο μόνον ἔστω ἡμέτερον ἔγκλημα, τὰ δ' ἄλλα πάντα τοῖς κανόσιν ἑπόμενα· παρακαλοῦντες φιλανθρώπως πρὸς τοὺς παραπεσόντας διατεθῆναι.

Ναὶ πατέρες πνευματικοί, καὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ ἀληθείας ἔκδικοι, οἱ τυποῦντες κατὰ χρίσμα τὸν Ἀαρών, κατὰ τὸν ζῆλον τὸν Φινεές, κατὰ τὴν κρίσιν τὸν Σολομῶντα· ἐπιζητήσατε τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον, ἐπιστρέψατε τὸ πεπλανημένον, τοῖς ἐνενήκοντα ἐννέα προβάτοις οἰκονομίας τρόπῳ συγκαταμίξατε. καὶ ὑμεῖς οἱ τῆς θεραπείας δεόμενοι, τὰ τίμια μέλη Χριστοῦ, τὰ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ δαίμονος τῆς κεφαλῆς χωρισθέντα, δέξασθε παραινέσεως λόγον, οὐκ αἰσχύνομαι δὲ εἰπεῖν καὶ παρακλήσεως· εἰς τοῦτο γάρ με κατήνεγκεν ὁ πρὸς ὑμᾶς ἔλεος. ἐρευνήσατε τὰ ταμεῖα τῆς συνειδήσεως, καὶ εὑρήσετε κακῶς ὑμᾶς τῆς ἐκκλησίας διϊσταμένους. οὐκ αἰσχρὸν τὸ πάθος φανερῶσαι, καὶ τόπον μετανοίας καὶ ἰατρείας ἐπιζητῆσαι. οὐδεμίαν αἰσχύνην ἔχει, ἀδελφοί, τὸ προσπεσεῖν τῷ Θεῷ. ἐκείνῳ προσπίπτουσιν οἱ τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς πνευματικοῖς πατράσιν ὑποπίπτοντες. εἰ ὅλως τοῦτο αἰσχύνην ἡγεῖσθε, ἐγὼ τύπος ὑμῖν γενοίμην ταύτης τῆς ταπεινώσεως, ὁ ἀνεπιστήμων καὶ ἄσοφος τοῖς σοφοῖς καὶ ἐπὶ γνώσει σεμνυνομένοις. ἐγὼ ὁ ἐν ἁμαρτίαις κατειλημμένος, ὑμῶν τῶν καθαρῶν καὶ ἀρετῆς ἐπιμελουμένων, πρῶτος ἐμαυτὸν ἐπ' ἔδαφος ῥίπτω· ἐπίβητε πρὸς τὰς ἐμὰς παρειάς, καὶ διὰ τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν ὁδεύσατε. μὴ ἡγήσησθε μέγα βασιλέως πατῆσαι μετάφρενα. πάντα παθεῖν πρόθυμος ἐγώ· μόνον ἴδοιμι κοινὴν ἕνωσιν, μόνον ψυχὴν μὴ ζημιωθῶ, καὶ ἐπιχαρῇ ὁ κοινὸς ἐχθρὸς ὁ διάβολος. ταῦτα ἐγὼ μὲν παρακαλῶ· εἰ δὲ οὐ πεισθήσεσθε, ὑμεῖς ὄψεσθε· ἀθῷος ἐγὼ τῆς ὑμῶν ἀπωλείας. καταλείψατε τὸ καιροσκοπεῖν, ἀδελφοί, καὶ πραγμάτων ἀλλοιώσεις ἀναμένειν. ἐὰν πρᾶξις ἑνὸς ἀνδρὸς ὑμετέρου, οὐδένα λόγον ἔχουσα, ὅλη δὲ πεπλασμένη τυγχάνουσα τοσαύτην ζάλην εἰργάσατο· πρᾶξιν τεσσάρων πατριαρχικῶν θρόνων τίς λῦσαι δυνήσεται; καὶ πρὸς τίνα καταφεύξεσθε, τὴν λύσιν αἰτούμενοι τοῦ δεσ-

ANNO CHRISTI 869.

δεσμοῦ, ὑπὸ τῶν τεσσάρων τούτων θρόνων κατακρινόμενοι;

Μετὰ τὴν τούτων ἀνάγνωσιν οἱ τοποτηρηταὶ τῆς Ῥώμης τὴν βασιλικὴν ταύτην πρόσρησιν ἐπαινέσαντες, καὶ αὐτοὶ παραίνεσιν οἰκείαν προσέθεντο. ἀλλὰ καὶ Θωμᾶς καὶ Ἠλίας οἱ τοποτηρηταὶ τῶν ἀνατολικῶν θρόνων ὁμοίως τὴν βασιλικὴν παραίνεσιν ἐγκωμιάσαντες, εἶπον· ἡμεῖς εἰ ἄλογα ζῶα ποιμαίνοντες ἦμεν, ἀναγκαστικῶς καὶ βιαίως διετιθέμεθα πρὸς αὐτά. ἐπεὶ δὲ λογικὸν ζῶον ὁ ἄνθρωπος, παραινέσει μᾶλλον ἀγόμενον, ἀρκούντως ὑπὸ τῶν βασιλικῶν παραινέσεων κατηχήθητε· καὶ ὃ βούλεσθε, ἐπιλέξασθε. ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς ἐνδόσιμον ἑπταήμερον παρασχὼν, ἔλυσε τὸ συνέδριον, καταντήσαντος τοῦ τέλους εἰς τὴν συνήθη εὐφημίαν τῶν βασιλέων.

A ni, confugietis, qui in quadruplici hoc patriarcharum foro damnamini?

His lectis, Romani legati laudata imperatoris allocutione, etiam ſuos ipſi addidere ſtimulos. Thomas quoque & Elias orientis legati patriarcharum, pari modo deprædicata imperatoris adhortatione: Nos, inquiunt, ſi pecudum & ferarum paſtores eſſemus, ita erga eas afficeremur, ut ipſas per vim vel repugnantes cogeremus. At quoniam homo rationis eſt compos, qui admonitione potius ducitur, ſatis imperatoris admonitionibus inſtituti eſtis. Jam quod placet deligite. Imperator, dato illis ſeptem dierum ad deliberandum ſpatio, concilium ſolvit, quod imB peratori de more feliciter in fine acclamavit.

ACTIO VI. CON. VIII. GENER.

## ΠΡΑΞΙΣ ζ'.

Ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου καὶ δεσπότου πάντων Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν. ὑπατείας τῶν θεοστέπτων δεσποτῶν Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου. ΙΝ. γ'. πρὸ δ'. καλανδῶν Νοεμβρίων, προκειμένων τῶν τιμίων ξύλων καὶ τῶν τιμίων εὐαγγελίων, προκαθημένου τοῦ βασιλέως ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ ναοῦ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας· συνελθούσης τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς συνόδου, κελεύσει οὖν τοῦ βασιλέως Βαάνης ὁ πραιπόσιτος εἶπε· τῆς δεδομένης τῷ Φωτίῳ προθεσμίας ἤδη πεπληρωμένης, πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον ὁ Φώτιος ἦλθεν. εἰ κελεύει οὖν ἡ ἁγιωσύνη ὑμῶν, ἀχθήτω.

Εἶπον οἱ τοποτηρηταί· εἰσελθέτω.

Καὶ εἰσήχθη Φώτιος βακτηριζόμενος, καὶ σὺν αὐτῷ Γρηγόριος ὁ Συρακουσίων ἐπίσκοπος. Μαρῖνος δὲ ὁ τοποτηρητὴς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, ἄρατε, εἶπε, τὴν βακτηρίαν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ· σημεῖον γάρ ἐστιν ἀξίας ποιμαντικῆς, ἧς αὐτὸς ἀνάξιος. ἀφῃρέθη οὖν αὐτὴν, καὶ ἠρωτήθη διὰ τοῦ Βαάνους, εἰ ποιεῖ τὸν λίβελλον τῆς ἁγίας συνόδου. ὁ δὲ Φώτιος εἶπε· ὁ Θεὸς φυλάξαι εἰς πολλὰ ἔτη τὸν βασιλέα ἡμῶν τὸν ἅγιον.

Τοῦτο εἶπε καὶ Γρηγόριος. τοῖς δὲ τοποτηρηταῖς, εἶπον, ἀπολογίαν οὐ παρέχομεν. οἱ εἶπον ἐπὶ ἰδίᾳ μετανοίᾳ τὸν προδιορισμὸν, ὃν ἔθεσαν χάριν ἡμῶν, δι' ἔργων ἐπιδειξάτωσαν, καὶ μετανοησάτωσαν αὐτοὶ ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησαν.

Οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον διὰ τοῦ ἑξελληνίζοντος Δαμιανοῦ βασιλικοῦ κληρικοῦ· τοῦτο πρὸς αἰσχύνην τῆς ἐκκλησίας εἶπον. ἡμεῖς οὐδὲν ἕτερον ἐρωτῶμεν, εἰ μὴ ἐὰν βούλωνται ποιῆσαι τὴν τοῦ λιβέλλου πληροφορίαν. εἶτα ἀνέγνω Θεόδωρος ἀσηκρῆτις ἐκ προσώπου τῶν ἀνατολικῶν θρόνων οὕτως.

Τῇ πρώτῃ εἰσόδῳ ὁ Φώτιος οὐ μόνον ἡμᾶς καὶ τοὺς σὺν ἡμῖν ἀφεθέντας, ἀλλὰ καὶ τὴν ἁγίαν σύγκλητον τοῦ βασιλέως ἁμαρτωλοὺς ἀπεφήνατο· νῦν τὸ ἐπισφράγισμα τῆς αὐτοῦ διανοίας ἠρξατο· τὰς παραινέσεις τὰς βασιλικὰς καὶ τῆς ἁγίας συνόδου, τὰς εἰσφωνηθείσας εἰς μεταμέλειαν αὐτοῦ, ἐπὶ τὸν βασιλέα ἡμῶν τὸν ἅγιον καὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον μετήνεγκεν. εἰ γοῦν τῇ τοιαύτῃ ἀπειθείᾳ καὶ ἀπονοίᾳ διαμένει, ἀκούσεται· τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιὰς ἀπάξαι Κύριος μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν. πάλιν οὖν ἠρωτήθη παρὰ Βαάνους ὁ Φώτιος, εἰ ἔχει τι

## ACTIO SEPTIMA.

ACT. VII. CON. VIII. GENER.

In nomine domini, domini noſtri Jeſu Chriſti, veri Dei & ſalvatoris noſtri. Conſulatu imperatorum noſtrorum a Deo coronatorum Baſilii & Conſtantini; indictione III. IV. Kalendas Novembres, propoſitis venerandæ crucis lignis, ſacriſque evangeliis, præſidente ad dextram magnæ eccleſiæ partem imperatore; ſancta ſynodo œcumenica C congregata, juſſu imperatoris Baanes præpoſitus dixit: Ad præſtitutam diem Photius adeſt, ſi ergo placet ſanctitati veſtræ, introducatur.

Legati dixere: Ingrediatur.

Introducto Photio ſcipioni innixo, una cum Gregorio Syracuſano epiſcopo, Matinus Romanæ eccleſiæ legatus dixit: Tollite illi de manu baculum: eſt enim dignitatis ſymbolum paſtoralis, qua ille indignus eſt. Ablatus ergo ab illo eſt baculus, rogatuſque a Baane, an libellum ſanctæ ſynodi faceret. Photius reſpondit. Deus ſervet in multos D annos ſanctum imperatorem noſtrum.

Idem dixit Gregorius. Ad legatos vero: Nihil, inquiunt, reſpondemus, ſi ob quæ noſtra cauſa ipſi definierunt, pœnitentia ducuntur, ipſi corrigant quæ peccaverunt, factiſque id ipſis oſtendant.

Legati per Damianum palatinum clericum, interpretem, dixere: Hoc ad eccleſiæ contumeliam prolocuti ſunt. Nos aliud non quærimus, quam utrum velint libellum offerre. Deinde Theodorus a ſecretis in perſona patriarcharum orientis ita legit.

E Primo ingreſſu Photius non ſolum nos comiteſque noſtros quos nobiſcum reperit, ſed ſacrum quoque ſenatum imperatoris peccati damnavit; nunc autem ſtultæ menti ſtabilimentum adjecit. Adhortationes imperatoris & ſanctæ ſynodi pronuntiatas ad pœnitentiam ejus, in ipſum imperatorem & ſynodum retorſit. Quod ſi ergo in ea animi pervicacia perſeveraverit, audiet illa: *Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.* Pſal. 124. Rogatus iterum a Baane Photius, an haberet quod diceret: Si, inquit, iſti ad calumniandum nos adduxerunt, quid nobis

A nobis relinquitur ut dicamus? Interrogati a Baane epiſcopi an libellum reciperent, quærunt, quis ille ſit libellus. Subjiciunt legati Romani: quem ab eccleſia Romana nobiſcum attulimus, ut damnetis Photium, omniaque illius acta anathematizetis una cum Gregorio Syracuſano, Ignatium vero patriarcham recipiatis. Joannes a Photio conſecratus Heracleæ epiſcopus: Quiſquis, inquit, anathemate ſuum ferit pontificem, anathemate feriatur.

Ceteri Photiani dixerunt: Quæ contra rationem fiunt, non comprobamus.

B Rurſum Baanes ex imperatoris perſona dixit: Oſtendite hac hora, quod ſive hæreticus, ſive ſchiſmaticus diverſa a quatuor patriarchis ſentiens non fuerit damnatus. Quando ergo vos hodie quatuor, immo quinque patriarchæ damnant, quis vos abſolvet?

Canones apoſtolici, inquiunt Photiani. Legatos autem judices non recipimus.

Imperator per Baanem dixit: Abite ad patriarcham, & alios nobis adducite.

Legati veteris Romæ dixerunt: Ecce tota ſancta œcumenica ſynodus audiit, Photium & Photianos omnes a beato papa Nicolao C cum omnibus occidentalibus epiſcopis undecima indictione ex apoſtolicarum ſanctionum auctoritate damnatos eſſe. Damnatus vero propterea Photius eſt, quod eccleſiæ Conſtantinopolitanæ cathedram invaſerit, ſanctiſſimum Ignatium exegerit, depoſuerit, anathematizarit.

Quærimus ergo, quam ob cauſam profanus ipſe & laicus, cenſuraque eccleſiaſtica conſtrictus ac anathematizatus, hujuſcemodi ſit auſus perpetrare. Petimus ergo, ut beatiſſimi papæ Nicolai, & ſanctiſſimi Hadriani, qui Nicolao ſucceſſit, acta recitentur.

D Lecta igitur eſt epiſtola Nicolai papæ ad metropolitas, archiepiſcopos, presbyteros, & clericos Conſtantinopolitanos, in hæc verba conſcripta.

Quæ apud Conſtantinopolitanam urbem geſta ſunt, hodieque geruntur, ſanctitatem veſtram non arbitramur ignorare. Sed quali zelo pro domo Dei zelati ſimus, quæ eſt eccleſia Dei viventis, more majorum noſtrorum ſolicitudinem omnium eccleſiarum circumferentes, etiam probe ſcitis. Poſtquam enim accepimus quoſdam ſuperbiæ faſtu inflatos, & invidiæ facibus inflammatos, contra paſtorem ſuum & doctorem, comminiſtrum noſtrum E Ignatium inſurrexiſſe, atque ex eccleſia pepuliſſe, magna ſane cura affecti ſumus, ob eam potiſſimum cauſam, quod ſchiſma in illa urbe & provincia, & omnibus ſubjectis illi civitatibus, propter Photium quemdam a foro profectum, & ſæculari militia & habitu, & ex palatinis ædibus ſubito attonſum, atque in eccleſiam reclamantibus ſacris canonibus traductum collocatumque, non modicum audiremus obortum. Hæc nobis anxie cogitantibus, repente adſunt cum regia epiſtola quidam epiſcopi ad apoſtolicum thronum miſſi, qui Ignatii conſacerdotis noſtri accuſationem de-

A εἰπεῖν· ὁ δὲ εἶπε· ὄντως εἰς συκοφαντίας ἡμᾶς ἤγαγον, καὶ τί λοιπὸν χρὴ λέγειν; ἠρωτήθησαν παρὰ Βαάνους οἱ τοῦ Φωτίου ἐπίσκοποι, εἰ δέχονται τὸν λίβελλον. ἐκείνων δὲ ἐρωτησάντων, τίς ἐστιν ὁ λίβελλος; οἱ τοποτηρηταὶ Ῥώμης εἶπον· ὃν ἀπὸ τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ἁγίας ἐκκλησίας ἠγάγομεν, ἵνα ἀθετήσητε τὸν Φώτιον καὶ πάντα τὰ πρακτικὰ αὐτοῦ ἀναθεματίσητε, καὶ Γρηγόριον τὸν Συρακούσης, καὶ δέξησθε τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον· εἶπεν Ἰωάννης ὁ Ἡρακλείας χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος παρὰ Φωτίου· ὁ ἀναθεματίζων τὸν Ἀρχιερέα αὐτοῦ, ἔσω ἀνάθεμα.

Οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι Φωτίου εἶπον· τοῖς παραλόγως πραττομένοις οὐ συναινοῦμεν.

B Καὶ πάλιν Βαάνης ἐκ προσώπου τοῦ βασιλέως εἶπε πρὸς αὐτούς· δείξατε τὴν ὥραν ταύτην, ὅτι εἴτε αἱρετικός τις, εἴτε σχισματικὸς ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ ἐφρόνησεν ἔξω τῶν τεσσάρων πατριαρχῶν, καὶ διεσώθη. εἰ γοῦν σήμερον τὰ τέσσαρα πατριαρχεῖα, μᾶλλον δὲ τὰ πέντε κατακρίνουσιν ὑμᾶς, τίς ὁ βοηθήσων ὑμῖν;

Οἱ τοῦ Φωτίου εἶπον· οἱ κανόνες οἱ Ἀποστολικοί. τοὺς τοποτηρητὰς ἡμεῖς κριτὰς οὐ δεχόμεθα.

Ὁ βασιλεὺς διὰ Βαάνους εἶπεν· ἀπέλθετε πρὸς τὸν πατριάρχην, καὶ ἀγάγετε ἄλλους πρὸς ἡμᾶς.

Οἱ τῆς Ῥώμης τοποτηρηταὶ εἶπον· ἰδοὺ ἤκουσε πᾶσα ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ὅτι ἀπὸ τῆς C ια. ἐπινεμήσεως ὁ μακαριώτατος πάπας Νικόλαος ἔκρινε μετὰ πάντων τῶν δυτικῶν ἐπισκόπων περὶ Φωτίου καὶ πάντων τῶν ὀπαδῶν αὐτοῦ, κατὰ τὴν Ἀποστολικὴν καὶ κανονικὴν αὐθεντίαν· καὶ κατέκρινεν αὐτὸν διὰ τὸ ἐπιβῆναι τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, καὶ ἐξῶσαι, καὶ καθαιρῆσαι, καὶ ἀναθεματίσαι τὸν ἁγιώτατον Ἰγνάτιον.

Ἐρωτῶμεν οὖν, τίνος ἕνεκεν αὐτὸς ἀπωσμένος, καὶ δεδεμένος, καὶ ἀναθεματισμένος, καὶ κοσμικὸς ὑπάρχων ἐτόλμησε τοιαῦτα; ἀξιοῦμεν οὖν ἀναγνωσθῆναι τὰ παρὰ τοῦ μακαριωτάτου πάπα Νικολάου τελεσθέντα, καὶ τὰ παρὰ τοῦ μετ᾽ αὐτὸν ἁγιωτάτου Ἀδριανοῦ.

D Καὶ ἀνεγνώσθη ἡ ἐπιστολὴ τοῦ πάπα Νικολάου πρὸς τοὺς μητροπολίτας, ἀρχιεπισκόπους, πρεσβυτέρους, καὶ κληρικοὺς Κωνσταντινουπόλεως, ἔχουσα οὕτως.

Τὰ παρὰ τῇ Κωνσταντινουπόλει πραχθέντα, καὶ μέχρι τοῦ νῦν πραττόμενα, τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην οὐ πεπείσμεθα ἀγνοεῖν. ἀλλ᾽ ὁποίῳ ζήλῳ ἐζηλώσαμεν ὑπὲρ τοῦ οἴκου Κυρίου, ὅς ἐστιν ἡ ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, τῷ ἔθει τῶν προγενεστέρων ἡμῶν τὴν μέριμναν πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν περιφέροντες, οὐδὲ τοῦτο ἀγνοεῖτε. ἀκούσαντες γὰρ ἡμεῖς, ὅτι τινὲς ὑμῶν φθόνῳ καὶ ὑπερηφανίᾳ ὁρμώμενοι κατὰ τοῦ ποιμένος καὶ διδασκάλου αὐτῶν, τοῦ συλλειτουργοῦ ἡ- E μῶν Ἰγνατίου, ἐπανέστησαν, καὶ ἐξέωσαν τῆς ἐκκλησίας αὐτὸν, ἐν μερίμνῃ γεγόναμεν· καὶ μάλιστα ὅτι σχίσμα ἐν πάσῃ τῇ εἰρημένῃ ἐπαρχίᾳ, καὶ ταῖς ὑποκειμέναις αὐτῇ πόλεσι, διά τινα Φώτιον ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς καὶ κοσμικῆς στρατείας καὶ σχήματος, καὶ τῶν ἀνακτορείων οἴκων τυγχάνοντα, καὶ αἰφνίδιον καρέντα, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἐκκλησίᾳ ἐναντίως τῶν ἱερῶν κανόνων προβληθέντα, οὐ σμικρὸν ἀκηκόαμεν ἀναφυέν. περὶ τούτων δὲ φροντιζόντων ἡμῶν, ἐξαίφνης μετ᾽ ἐπιστολῆς τινες τῶν ἐπισκόπων βασιλικῆς κατέλαβον εἰς ἡμᾶς, πρεσβείαν φέροντες πρὸς τὸν Ἀπο-

ANNO CHRISTI 869.

ACTIO VII. CON. VIII. GENER.

Ἀποστολικὸν θρόνον, καὶ κατηγορίας κατὰ τοῦ συνιερέως ἡμῶν Ἰγνατίου, καὶ ἐν λόγοις παραχώρησιν ἀπὸ Φωτίου προσφέροντες, οὓς αἰσίως ἀπεδεξάμεθα. ἤγγειλλον δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν Εἰκονομάχων αἱρέσεως. τούτων γοῦν ἕνεκα δύο τῶν σὺν ἡμῖν ἐπισκόπων, Ῥαδούαλδον καὶ Ζαχαρίαν ἀπεστάλκαμεν, δεδωκότες γράμματα πρός τε τὸν Αὔγουστον καὶ τὸν Φώτιον, ἐπιθέμενοι αὐτοῖς τὰς αἰτίας ἐξιχνιάσαι τὰς κατὰ Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου, καὶ τῇ Ἀποστολικῇ καθέδρα ἀπαγγεῖλαι. τὴν γὰρ τοῦ Φωτίου χειροτονίαν οὔπω * ἐμάθομεν γεγονυῖαν, καὶ τοῖς ἀποκρισιαρίοις δὲ αὐτοῖς ἐνετειλάμεθα, ὡς λαϊκῷ κοινωνῆσαι Φωτίῳ. ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, δηλωθήσεται ἀπὸ τῶν γραμμάτων ἡμῶν τῶν πρὸς τὸν Αὔγουστον καὶ τὸν Φώτιον πεμφθέντων. ἡμεῖς οὐκ ἐκπληρῶσαι τὰς κατὰ Ἰγνατίου συσκευὰς ἐνετειλάμεθα· ἐν τῇ ἐπιστολῇ δὲ τῇ βασιλικῇ δεδιδάγμεθα, ὡς αὐτοὶ οὐ μόνον συναίνεσιν οὐκ ἐβουλήθησαν δοῦναι ἐν τῇ τοιαύτῃ κρίσει, ἀλλὰ καὶ ἀντέλεγον μὴ προβῆναι τὸ τοσοῦτον ἀνόσιον. καὶ ὁ ἠγαπημένος ἡμῶν υἱὸς ὁ εὐσεβὴς Αὔγουστος, εἰδὼς παρὰ τὴν ἡμετέραν κέλευσιν ἐκείνους πράξαντας, ὑπὲρ τῆς ὑποθεμένων τόπων παραβάσεως γράψαι ἐφρόντισεν. εἰ δέ τις λέγει, καὶ διὰ τί τοὺς μὴ πταίσαντας ἐκαθήραμεν· λέγομεν, ὅτι ἤρξαντο μὲν ἀντιλέγειν, διότι δὲ οὐ μέχρι τέλους ἐνέμειναν, ἀλλ' ἐνέδωκαν, διὰ τοῦτο καθῃρέθησαν. εἰ γοῦν διὰ τὸ κρῖναι Ἰγνάτιον ἀπεστάλησαν παρ' ἡμῶν, ἄρα ἂν πρὸ πάσης δίκης τῷ θρόνῳ αὐτοῦ ἀποκαταστῆναι ἀναμφιβόλως ἐθεσπίσαμεν, ὡς ἂν ὅπερ παρανόμως διὰ κοσμικῆς ἐξουσίας ἀπώλεσε, δι' ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος ἀπολήψῃ. ἀλλὰ καὶ ἡνίκα τοὺς ἀποκρισιαρίους ἡμῶν ἐστέλλομεν, τὴν πρὸς τὸν Αὔγουστον ἐπιστολὴν ἐν τρισὶ τόμοις ὁμοίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐχαράξαμεν· ὧν ὁ μὲν εἷς παρ' ἡμῖν ἔμεινεν, ὁ δὲ ἕτερος ὠρίσθη ἀποκομισθῆναι πρὸς τὸν Αὔγουστον, τὸν δὲ τρίτον ἐνετάλθησαν ἔχειν παρ' ἑαυτοῖς οἱ ἀποκρισιάριοι εἰς οἰκείαν ἀσφάλειαν. αὐτοὶ δὲ καταλαβόντες τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ τὴν βασιλικὴν ἐξουσίαν πτήξαντες, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, ἠθέτησαν τὰς ἐντολὰς ἡμῶν, καὶ μετὰ Φωτίου τοῦ μοιχοῦ τῶν ἁγίων ἐκοινώνησαν μυστηρίων, καὶ Ἰγνάτιον τὸν γηραιὸν ἄνδρα καὶ ἅγιον κατέκριναν, καὶ τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἐξήλασαν. κἀκεῖνοι μὲν οὕτως ἐποίησαν. ἡμεῖς δὲ οὕτως ἐκτιθέμεθα, τὸν οἱονοῦν ἱεράρχην μὴ ὑπό τινων κοσμικῶν κρίνεσθαι, μὴ τυραννικῶς ἐξωθεῖσθαι, μὴ πρὸ ἀκροάσεως τῆς ἰδίας ἐκκλησίας στερεῖσθαι· ἀλλ' ὑπὸ μειζόνων ἀρχικωτάτων προσώπων τῆς δικαίας ψήφου ἀπόφασιν ἐπιδέξασθαι. οἱ μέν τοι ἀποκρισιάριοι ἡμῶν μετὰ ταῦτα ἐκεῖθεν ὑποστρέψαντες, οὐδὲν ἕτερον ἀνήγγειλαν, ἢ καθαιρεθέντα μὲν τὸν Ἰγνάτιον, τὸν Φώτιον δὲ ἐν τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως κυρωθέντα. μετὰ δὲ δύο ἡμέρας πρέσβυς βασιλικὸς δύο ἡμῖν τόμους ἐκόμισεν· ὧν ὁ μὲν εἷς τῆς καθαιρέσεως Ἰγνατίου τὴν αἰτίαν περιεῖχεν. ὁ δὲ ἕτερος τὰ περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων. δι' ὧν σαφῶς ἐπέγνωμεν, ὅτι οὔτε ὁ αὐτοκράτωρ τὴν πρὸς τὸν συνεπίσκοπον ἡμῶν Ἰγνάτιον ἐπιστολὴν ὑπέδειξεν, οὔτε αὐτοὶ οἱ ἀποκρισιάριοι ἡμῶν τὸ ἴσον αὐτῆς τῇ συνελεύσει τῶν ἐπισκόπων ἐνεφάνισαν· καταλαβόμενοι γοῦν τοῦτο ἠδολεσχήσαμεν, καὶ εἴτι ἀνὰ τῶν ἀποκρισιαρίων ἡμῶν ἐπράχθη, ἢ μετὰ τῶν ἀποκρισιαρίων, παραχρῆμα συνήκαμεν. ἀλλὰ μετὰ ταῦτα προσήγαγεν ὁ αὐτὸς βασιλικὸς πρέσβυς βασιλικὰ γράμματα δυσωποῦντα, ὅπως ἐν τῇ καθαιρέσει Ἰγνατίου, καὶ τῇ κυρώσει Φωτίου συναινέσωμεν. ἡμεῖς δὲ ἐνώπιον τοῦ αὐτοῦ ἀποκρισιαρίου

* Ex Anaſtaſ. videtur leg. οὐκ εἴχομεν γεγονυῖαν.

A ſerebant, verbiſque nomine Photii excuſationes prætendebant: qui a nobis rite excepti, nuntiarunt quoque de hæreſi Iconomachorum, quorum cauſa binos ex noſtris epiſcopos, Rhadoaldum & Zachariam, datis ad Auguſtum & Photium litteris, cum mandatis miſimus, ut Ignatii patriarchæ cauſam diligenter cognoſcerent, atque ad apoſtolicam ſedem referrent. Photii enim conſecrationem non credidimus admittendam, & legatis noſtris præcepimus, ut cum Photio non aliter atque cum laico communicarent. Quod ita eſſe ex litteris noſtris ad Auguſtum & Photium datis planum fiet. Nos tentatas adverſus Ignatium inſidias nequaquam juſſimus approbari. Ex B epiſtola vero imperatoris cognovimus eos non ſolum conſenſum ullum in judicium adverſus Ignatium noluiſſe præbere, ſed etiam, ne tantum ſcelus deſignaretur, repugnaſſe. Et dilectus filius noſter pius Auguſtus, illos contra noſtrum mandatum egiſſe haud ignarus, pro culpanda legatorum prævaricatione ad nos ſolicite ſcripſit. Si quis vero dicat, cur eos qui lapſi non ſunt, depoſuerimus. Reſpondemus, illos cœpiſſe quidem Photio & Photianis reſiſtere, ſed tandem ceſſiſſe, manuſque dediſſe, eamque ob cauſam eſſe a nobis exauctoratos. Porro ſi ad cauſam Ignatii judicandam miſſi eſſent, omnino prius quam judicaretur, ex noſtra ſanctione illum dignitati ſuæ throno- C que reſtitutum oportuiſſet; ut quod per ſæcularem potentiam amiſit, per eccleſiaſticas ſanctiones recuperaret. Quin & cum noſtros apocriſiarios mitteremus, epiſtolam ad Auguſtum miſſam eamdem ter eodem exemplo deſcripſimus; cujus unum exemplum ipſi ſervavimus, alterum Auguſto tranſmiſſum eſt, tertium legati inſtructionis cauſa apud ſe retinere juſſi ſunt; qui poſtquam Conſtantinopolim pervenere, regiam formidantes potentiam, ut ipſimet ajunt, mandata noſtra neglexerunt, & cum Photio mœcho in ſacris communicarunt, Ignatiumque virum ætate juxta ac ſanctitate venerandum damnaverunt, atque de dignitatis gradu deturbarunt. Atque ita quidem D legati ſe geſſerunt. Nos autem ſic ſtatuimus, ut epiſcopus quicumque ſit, a ſæcularibus non judicetur, neque per vim & tyrannidem pellatur, nec ante cognitam cauſam ſede ſua privetur, ſed a majoribus & ſummis perſonis ex æquo judicio ſententiam accipiat. Legati porro noſtri illinc reverſi aliud nobis nihil renuntiarunt, niſi depoſitum Ignatium, & Photium in throno Conſtantinopolitano collocatum. Poſt biduum vero nobis legatus imperatoris duo volumina exhibuit; quorum altero continebatur, cur Ignatius eſſet depoſitus; alterum de ſacris imaginibus acta complectebatur. Ex quibus aperte cognovimus, litteras noſtras ad Ignatium datas, ab imperatore E Ignatio nunquam fuiſſe redditas, neque a noſtris legatis exemplum ſynodo epiſcoporum oſtenſum. Quo deprehenſo, moleſte tulimus, indeque quidquid cum noſtris apocriſiariis factum, aut ſine illis, ſtatim intelleximus. Præterea

terea idem legatus imperatoris litteras Auguſti nobis porrexit, quibus rogabamur, ut Ignatii depoſitionem, Photiique ſuffectionem ratam haberemus. At nos præſente ipſo legato convocata tota noſtra eccleſia, declaravimus in Ignatii depoſitionem aut Photii promotionem nunquam nos conſenſiſſe. Quando autem hæc agebantur, Rhadoaldus & Zacharias miſſi a nobis legati epiſcopi, nondum propria confeſſione dixerant a ſe abdicatum eſſe patriarcham Ignatium, aut ſe cum Photio communicaſſe: ſed progreſſu temporis didicimus epiſcopos illos muneribus corruptos, ita demum in acta contra Ignatium conſpiraſſe. Ergo nos evocatis ex multis occidentis provinciis epiſcopis, in eccleſia Dei concilium, adducto in medium Zacharia (nam Rhadoaldus aberat) celebravimus; in quo examinatum accurate Zachariam in Ignatii ejectionem conſenſiſſe, & in Photii communionem prolapſum fuiſſe deprehendimus, quare ipſe Zacharias ore ſuo confeſſus eſt: quam ob cauſam ſynodus illum depoſuit. Idem Rhadoaldus alia in ſynodo quamvis invitus patietur. Quæ vero in noſtra ſynodo de uſurpatore, ejuſque ſatellitio, deque Ignatio patriarcha & iis qui ſunt partes Ignatii ſecuti, nec non de ſacris imaginibus decreverimus, in ſequentibus capitibus exponuntur.

σιαρίου συγκαλεσάμενοι τὴν παρ' ἡμῖν ἅπασαν ἐκκλησίαν, ἐξεφωνήσαμεν ἐν τῇ καθαιρέσει Ἰγνατίου, ἢ τῇ προβολῇ Φωτίου μηδέποτε συναινέσαι. ἡνίκα τοίνυν ταῦτα ἐπράττετο, Ραδόαλδος καὶ Ζαχαρίας οἱ ἀποσταλέντες, ὡς εἴρηται, παρ' ἡμῶν ἐπίσκοποι οὐχ ὡμολόγησαν, ὅτι καθῄρησαν τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον, καὶ ἐκοινώνησαν τῷ μοιχῷ Φωτίῳ· ἀλλὰ παρερχομένου χρόνου ἐγνωρίσαμεν τοὺς ἐπισκόπους ἐκείνους δώροις παραφθαρῆναι, καὶ οὕτω προσποιῆσαι ἃ εἰς Ἰγνάτιον καὶ τὸν Φώτιον γέγονε. συγκαλεσάμενοι οὖν ἐκ πολλῶν ἐπαρχιῶν τῶν δυτικῶν μερῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων ἄθροισμα, καὶ σύνοδον ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ ποιησάμενοι, ἠγάγομεν εἰς τὸ μέσον Ζαχαρίαν. ὁ Ραδόαλδος γὰρ οὐ παρῆν. καὶ ἐρωτηθεὶς ἀκριβῶς Ζαχαρίας, εὑρέθη ἐν τῇ καθαιρέσει Ἰγνατίου καὶ τῇ κοινωνίᾳ Φωτίου παντελῶς ἐκπεισμένος. διὸ αὐτὸς ὁ Ζαχαρίας ἰδίῳ στόματι ὡμολόγησε, καὶ διασκέψει τῆς τηνικαῦτα συνόδου καθῃρέθη. ὁ μέντοι Ραδόαλδος τὰ αὐτὰ πείσεται εἰς ἑτέραν ἀπαντήσας καὶ ἄκων σύνοδον. ἅπερ δὲ συνοδικῶς περὶ Φωτίου τοῦ ἅρπαγος καὶ τῶν ὑπασπιστῶν αὐτοῦ, καὶ περὶ τοῦ πατριάρχου Ἰγνατίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἱερῶν εἰκόνων ὡρίσαμεν, ἐν τοῖς ὑποτεταγμένοις κεφαλαίοις ἐκφέρονται.

## I.

Photius a ſchiſmaticis & ſæculari miniſterio, a curia, militarique ſeu forenſi functione repente attonſus, atque a Gregorio Syracuſano epiſcopo damnato, vivo adhuc comminiſtro noſtro Ignatio per vim pulſo, conſecratus, & cum damnatis anathematiſque vinculis a ſancto Benedicto qui nos præceſſit, conſtrictis communicans & converſans, cum quibus inſidias Ignatio patriarchæ concinnavit, noſtroſque legatos epiſcopos ad ſuam pertrahendæ ſententiam pervertit; qui etiam hodie eccleſiam Dei perturbat, & patriarcham Ignatium illique adhærentes intolerandis cruciamentis affligit; Dei omnipotentis auctoritate, & beati Petri & Pauli principum apoſtolorum, omniumque ſanctorum, & venerandarum ſex œcumenicarum ſynodorum, omni ſacerdotali honore & nomine ſit alienus, & omni clericatus officio prorſus exutus. Quod ſi poſt cognitam hanc ſententiam thronum denuo Conſtantinopolitanum occupare tentaverit, aut Ignatium comminiſtrum impedierit, aut functionem ullam prorſus eccleſiaſticam attigerit, nullam habebit ſpem communionis, & una cum ſectatoribus ſuis anathemati ſubjicietur. Ex hoc enim ſinguli intelligent, de cetero nemini ſubito ex laico ſtatu ad epiſcopatum aſpirandum: id quod in Conſtantinopolitana eccleſia ſæpius præſumptum comperimus. Inde enim fit, ut paſſim contemnantur clerici, quorum maximus numerus a tenera uſque ætate in eccleſia deſudat.

## α'.

Φώτιος ὁ ἀπὸ σχισματικῶν γινωσκόμενος, καὶ ἀπὸ κοσμικῆς ὑπηρεσίας καὶ στρατείας, καὶ ἐκ τῆς ἀγορᾶς αἰφνίδιον καρείς, καὶ ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ Συρακουσῶν ἐπισκόπου καθῃρημένου χειροτονηθείς, ζῶντος τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἰγνατίου τοῦ βιαίως ἐκβληθέντος, καὶ μετὰ τῶν κατακρίτων καὶ ἀναθεματισμένων, καὶ μετὰ τῶν παρὰ τοῦ προκατόχου ἡμῶν τοῦ ἁγίου Βενεδίκτου δεσμευθέντων κοινωνῶν καὶ ἀναστρεφόμενος, μεθ' ὧν καὶ συνύφανε τὰ κατὰ τοῦ πατριάρχου Ἰγνατίου· καὶ διαστρέψας τοὺς παρ' ἡμῶν ἀποσταλέντας ἐπισκόπους, ὥστε συνευδοκῆσαι αὐτῷ, καὶ μέχρι νῦν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ συστρέφων, καὶ κολάζων αὐτόν τε τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ κολάσεσιν ἀφορήτοις· ἔστω τῇ τοῦ παντοδυνάμου ἐξουσίᾳ Θεοῦ, καὶ τῶν μακαρίων Ἀποστόλων καὶ κορυφαίων Πέτρου καὶ Παύλου, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ἁγίων, καὶ τῶν τιμίων καὶ οἰκουμενικῶν ἓξ συνόδων αὐθεντίᾳ, πάσης ἱερατικῆς τιμῆς καὶ ὀνόματος ἀλλότριος, καὶ παντὸς τάγματος κληρικοῦ ἀπόβλητος. ἐὰν δὲ μετὰ τὴν διάγνωσιν ταύτην πειραθῇ εἰς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον ἀνελθεῖν, ἢ παρεμποδίσαι τῷ συλλειτουργῷ ἡμῶν Ἰγνατίῳ, ἢ ἱερατικοῦ τινος ἐφάψασθαι ἔργου, ἀκοινωνησίαν παντελῆ κατακριθήσεται, καὶ ἀναθεματισμῷ ὑποπεσεῖται μετὰ τῶν συγκοινωνῶν αὐτοῦ. ἐκ τούτου γὰρ ἕκαστος μανθάνων, οὐδαμῶς τοῦ λοιποῦ ἐκ λαϊκῆς καταστάσεως εἰς τὴν ἱερατικὴν αἰφνίδιον ἔλθῃ χώραν· ὅπερ ἐν τῇ αὐτῇ Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίᾳ πολλάκις τολμηθὲν ἔγνωμεν. καὶ οὕτω καταφρονοῦνται οἱ κληρικοί, ὧν ἄπειρον τὸ πλῆθος, ἐκ νηπίας ἡλικίας τῇ ἐκκλησίᾳ δουλεύοντες.

## II.

Gregorium vero Syracuſanum, qui thronum contra canones tenuit, (nam a Benedicto papa prædeceſſore noſtro ſanctiſſimo ligatus eſt) Photiumque laicum repente ex laico con-

## β'.

Γρηγόριον δὲ τὸν τῆς Συρακουσίων ἐκκλησίας ἀκανονίστως προσάντα. ἐδεσμεύθη γὰρ ἀπὸ Βενεδίκτου τοῦ πρὸ ἡμῶν ἁγιωτάτου πάπα· καὶ Φώτιον τὸν λαϊ-

λαϊκῶν ἀθρόον ἐκ λαϊκοῦ χειροτονήσαντα, θεσπίζομεν καὶ ἀποφαινόμεθα πάσης τοῦτον ἱερατικῆς στερεῖσθαι ὑπηρεσίας, καὶ μὴ ἐξεῖναι αὐτῷ ἐκ μηδεμιᾶς συνόδου ἀποκαταστάσεως ἔχειν ἐλπίδα. εἰ δὲ ἀπὸ τοῦ νῦν τολμήσει ἱερατικοῦ ἅψασθαι, ἢ κατὰ Ἰγνατίου μελετήσει, ἀνάθεμα ἔστω, καὶ πάντες οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ.

γʹ.

Οὓς δὲ Φώτιος ὁ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας μοιχὸς ἐν οἱᾳδήποτε ἐκκλησιαστικῇ τάξει προεχειρίσατο, ὡς συναινοῦντας τοῖς λόγοις αὐτοῦ, τούτους παντάπασιν ἀναθεματίζομεν ἀποβαλλόμενοι.

δʹ.

Τὸν δέγε αἰδεσιμώτατον Ἰγνάτιον τὸν πρότερον μὲν βασιλικῇ βίᾳ τοῦ οἰκείου στερηθέντα θρόνου, μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὸ τοῦ Φωτίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τῆς ἱερατικῆς γυμνωθέντα ἀμπεχόνης, τῇ αὐθεντίᾳ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ θεσπίζομεν, μηδέποτε τῶν καθῃρημένων λογίζεσθαι, ἀλλ' εἶναι Ἀρχιερέα τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας διορίζομεν. τὸν δὲ τολμῶντα μὴ ὑπείκειν αὐτῷ, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, πάσης τῆς τῶν κληρικῶν τάξεως ἀπογυμνοῦμεν· εἰ δὲ λαϊκός, πάσης εὐλογίας πατρικῆς στεροῦμεν αὐτόν· οὐδεὶς γὰρ ἀντιστῆναι τούτῳ τολμήσει, ἄνευ τοῦ προσελθεῖν τῇ πρώτῃ καθέδρᾳ τοῦ κορυφαίου ἐν Ἀποστόλοις θρόνου Πέτρου. τοὺς δὲ ἐπισκόπους, ἢ οἱασδήποτε τάξεως κληρικοὺς τοὺς ὑπὲρ τοῦ πατριάρχου Ἰγνατίου παθόντας, ὁρίζομεν τῆς τε ὑπερορίας ἀπολυθῆναι, καὶ τοὺς ἰδίους θρόνους καὶ βαθμοὺς ἀπολαβεῖν. καὶ ὅστις ἂν τούτῳ τῷ διατάγματι ἐναντιωθῆναι τολμήσει, ἀνάθεμα ἔστω, ἕως οὗ πειθαρχήσῃ. εἰ δέ τινες ἐξ αὐτῶν περὶ ἑτέρων κατηγοροῦνται, τὰς μὲν οἰκείας καθέδρας ἐχέτωσαν, κριθήσονται δὲ ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων καθέδρᾳ.

Ὁρίζομεν δὲ καὶ τὰ περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀειπαρθένου μητρός, πάντων τε τῶν τῷ Θεῷ ἀπὸ Ἄβελ τοῦ δικαίου εὐαρεστησάντων, καθὼς ἡ ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκκλησία ἄρχηθεν ἐδέξατο, ἀμείωτα διατελεῖν. διὸ καὶ Ἰωάννην τὸν τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν προστάτην, καὶ τοὺς τῆς αὐτῆς ὄντας αἱρέσεως, θεσπίζομεν εἶναι ἀνατεθεματισμένους, μέχρις ἂν ἡμῖν περὶ τούτου ὁμονοήσωσι. ταῦτα ἡ Ἀποστολικὴ καθέδρα ὥρισεν, ἃ καὶ ὑμᾶς χρὴ φυλάττειν ἀπαρεγχείρητα. εἴ τις εἰς δικαιολογίας προφέρει τὸ καλῶς ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ Συρακουσῶν ποτε ἐπισκόπου, τοῦ καθαιρεθέντος ὑπὸ συνόδου καὶ ἀναθεματισθέντος, χειροτονηθῆναι τὸν Φώτιον, προσαχθέντος τοῦτο πρᾶξαι τοῦ Γρηγορίου ἀπὸ βασιλικῆς ἐξουσίας· εἰπάτω ὁ τοιοῦτος, ἐκ ποίων κανόνων τοῦτο παρέλαβεν· ὑπὸ κοσμικῆς ἐξουσίας οὔτε δεσμεῖσθαι, οὔτε λύεσθαι ἱερέα κεκανόνισται· πῶς οὖν ὁ καθῃρημένος ἐχειροτόνησε μετὰ τὴν καθαίρεσιν; εἰ δὲ λέγει πάλιν ὁ Γρηγόριος, ὑπὸ τῶν Ἀρχιερέων λυθῆναι· μάταιος· οὐ γὰρ ὑπὸ τῶν ὑποδεεστέρων, ἢ τῶν ἴσων, ἀλλ' ὑπὸ μείζονος προσώπου, καὶ ὡς ἐκ τῶν Ἀποστολικῶν κανόνων μανθάνομεν, ὑπὸ τοῦ αὐτὸν ἀφορίσαντος, ἢ προδήλως ὑπὸ τῶν τοῦ πρώτου θρόνου δικαίων ἔμελλε λυθῆναι. ὑποδεέστερος γὰρ ἢ ὁμοτυγὴς προτεταγμένον ἢ ὁμοτυγῆ, μὴ ἐπινεύοντος τοῦ μείζονος, λῦσαι οὐ δύναται. ἐπὶ τούτοις ἀναλογίσασθε ἀδελφοί, ἐὰν στῆναι ὁ Φώτιος δύναται, κἂν θαυμασταῖς ἀρεταῖς ἐξανθῇ, κἂν πάσῃ γνώσει διαλάμπῃ, ἡνίκα ὁ αὐτὸν στῆσαι δοκιμάσας, τῶν χαμαὶ κειμένων ἦν.

Ημεῖς

A ſecravit, omni eccleſiaſtica functione privatum eſſe decernimus & declaramus, ſic ut nullam ab ulla ſynodo ſpem recuperandæ dignitatis habeat. Quod ſi vero ab hoc tempore ullum munus eccleſiaſticum obire præſumpſerit, aut adverſus Ignatium aliquid molitus fuerit, anathema eſto ipſe, & quicumque cum ipſo communicaverint.

III.

Quos vero Photius eccleſiæ Conſtantinopolitanæ mœchus in quocumque gradu ordine eccleſiaſtico collocavit, eos omnes, veluti cauſæ illius faventes, ejicimus omnino atque damnamus.

IV.

B Ignatium porro omni veneratione proſequendum, primum vi regia de throno ſuo deturbatum, deinde a Photio & Photiana factione ornatu pontificio exutum, magni Dei & domini noſtri Jeſu Chriſti auctoritate ſancimus nunquam pro depoſito habendum eſſe, ſed patriarcham Conſtantinopolitanum legitimum cenſendum: cui ſi quis non paruerit, clericus quidem omni clericorum gradu & ordine ſpoliatus eſto; laicum vero omni paterna benedictione privamus. Nec quiſquam huic ſine primæ ſedis principis apoſtolorum Petri auctoritate repugnare auſit. Epiſcopos autem & cujuſcumque ordinis clericos patriarchæ cauſa vexatos, ab exilio revocari, ſuiſque C ſedibus & loco, quo prius erant, reſtitui volumus. Quod ſi quis huic noſtro decreto reſiſtere tentaverit, donec obſequatur, anathema eſto. Si qui vero ex illis rebus accuſentur; ſuas tamen cathedras obtineant, donec in Romanæ ſedis tribunali de iis judicium fiat.

Sancimus etiam de imaginibus ſacris domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſemper virginis genitricis Dei, omniumque ſanctorum uſque ab Abele juſto, Deo gratorum, quemadmodum per orbem terræ univerſum eccleſia antiquitus accepit, integre ſancteque colendis. Ob quas Joannem quondam Conſtantinopolitanum antiD ſtitem, ejuſdemque ſectæ aſſeclas, quoad nobiſcum ſentiant, damnatos declaramus. Hæc apoſtolica cathedra decrevit, quæ a vobis etiam ſanctiſſime ſunt obſervanda. Si quis pro defenſione dicat, Photium a Gregorio Syracuſano quondam epiſcopo, a ſynodo exauctorato, & anathemate damnato, mandato tamen imperatoris ad id faciendum impulſo, conſecratum eſſe; dicat hic, qua lege id fecerit. Sæculari potentia neque ligari, neque ſolvi ſacerdotem poſſe ſtatutum eſt. Quo pacto igitur depoſitus poſt depoſitionem conſecravit? Quod ſi rurſus dicat Gregorius, ſe ab epiſcopis abſolutum eſſe; fruſtra eſt. neque enim ab inferioribus, vel æqualibus, ſed E a ſuperiore, & ut ex apoſtolicis ſanctionibus diſcimus, ab eo ipſo qui illum communione privarat, vel certe a primæ ſedis poteſtate abſolvendus eſt. Ab inferiore enim vel æquali prælatus aut æqualis, non annuente majore, abſolvi nullo modo poteſt. Ad hæc conſiderate fratres, an ſtare poſſit Photius, etiamſi miris efflore ſcat virtutibus, etiamſi ſumma ſcientiæ laude præſtet; cum is ipſe, qui illum erigere voluit, proſtratus humi jaceret.

Nos

ACTIO VIII. CON. VIII. GENER.

Nos ergo fratres, quod oportuit, fecimus, A ut hæc vos moneremus; vos vero videte, nullam vos ignorationis excuſationem habere poſſe. Canones enim Deo inſpirante vobis ante oculos verſantur, & per litteras noſtras jam edocti eſtis. Quapropter cavete, ne communicetis alienis peccatis. Gregorius jam olim a a patriarcha Ignatio, & ſynodo ab illo celebrata, quemadmodum non ignoratis, depoſitus eſt: quam exauctorationem ut comprobarent, a Leone & Benedicto, qui ante nos Romanam cathedram adminiſtrarunt, eſt poſtulatum: quod illi altera parte non audita non fecerunt. Eo ex tempore Gregorius in patriarcham multa atrocia machinatus eſt, quo ſuperſtite Photium neophytum in Conſtantinopolitano throno collocavit. B Quocirca volumus a vobis accurate perpendi, quantum Ignatio debeamus, qui illi obſtaculum, adverſariis vero ejus fuerimus umbraculum. Quamquam judicium horum non hanc ob cauſſam diſtulerimus, ut illi inde incommodum crearetur; ſed potius ut prolata in hos ſententia robur haberet, ſi per nos præcederet examinatio; & viciſſim ſic objecta illi ab iſtis coram nobis integre exponerentur, ut patris Ignatii perſona vocata noſtræ præſentiæ non deeſſet. At vero dum Ignatius legationem adornat, ejus adverſarii contempta apoſtolici judicii auctoritate, Ignatium de gradu deturbatum pellunt, infinitiſque malis affligant. Quapropter, fratres, C quoniam ex nobis Ignatii pellendi occaſio capta eſt ab adverſariis, a nobis merito adjuvandus eſt. Itaque ſi noſtrorum prædeceſſorum Leonis ac Benedicti temporibus talia in Ignatium a Gregorio Syracuſano & fautoribus ejus perpetrata eſſent, abutentibus ad Ignatii calamitatem tanta apoſtolicæ ſedis indulgentia & longanimitate, continuo eos condemnaſſent, & piaculum impietatis deſtruere ardentiſſime ſtuduiſſent. Quia vero ex hac illi vita in cælum a Deo evocati migrarunt, neque tyrannidem hanc ſpectarunt, nobis illorum vices ſunt gerendæ, opuſque pro dignitatis privilegio ſtudioſe perficiendum.

Neque illud nobis contemnendum, ſuperiore anno indictione XIII. ab imperatore Michaele litteras ad nos miſſas plenas contumeliæ: arbitrorque a ſcriptore calamum draconis faucibus fuiſſe tinctum. Reſpondimus tum Auguſto, rati futurum (id quod adhuc ſperamus) ut pietas ejus aliquando reſipiſcat, monitiſque noſtris ſalutaribus flectatur, & quæ male ſunt ſcripta non contra nos tantum, ſed contra comminiſtrum quoque noſtrum Ignatium, igni tradat. Hanc enim ob cauſam epiſtolam præſulatus noſtri ad auguſtiſſimum imperatorem miſimus, pro qua etiam vos ut laboretis, adhortamur, ut imperator contumelioſiſſimi ſcripti cauſam perpendat; & ſi illi per negotiorum tumultum publicorum ac civilium obrepſit, ut hæc ſcriberet, non cunctetur modeſte & ſubmiſſe hoc ipſum profiteri, & exemplum litterarum igni cremandum tradere: ne filius in ſuam matrem ingratus reperiatur, a qua & ipſe & majores ejus imperium acceperunt. Nunc ergo ſciatis, nos, ſi obfirmatus in hac perſiſtere contumacia volet, evocaturos ex toto occidente honoratiſſi-

Ἡμεῖς μὲν οὖν, ὃ ὀφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν, τὸ ὑμᾶς ταῦτα διδάξαι. ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε, ὅτι περὶ ἀγνοίας οὐδεμίαν δύνασθε παραιτήσεως ἔχειν ἀφορμήν· ὅτι περ καὶ τῶν κανόνων θείᾳ ἐμπνεύσει μνήμονές ἐστε, καὶ ταῖς ἡμετέραις διδακτοὶ γεγόνατε ἐπιστολαῖς. διὸ μὴ κοινωνήσητε ἀλλοτρίαις ἁμαρτίαις. Γρηγόριος πάλαι, καθὼς αὐτοὶ ἐπίστασθε, ἀπὸ τοῦ πατριάρχου Ἰγνατίου καὶ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου καθῃρέθη· ἡ δὲ καθαίρεσις αὐτοῦ καὶ παρὰ τοῦ προκατόχου ἡμῶν Λέοντος, καὶ τοῦ Βενεδίκτου βεβαιωθῆναι ἐζητήθη· ἀλλ' ἐκεῖνοι μονομερῶς τοῦτο οὐκ ἐποίησαν. ὁ δὲ Γρηγόριος ἔκτοτε πολλὰ δεινὰ εἰς τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον κατειργάσατο, καὶ αὐτοῦ περιόντος νεόφυτον τὸν B Φώτιον εἰς τὴν τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίαν ἐχειροτόνησεν. ὅθεν αἰτοῦμεν διασκέψασθαι ὑμᾶς, πόσον ἡμεῖς τῷ Ἰγνατίῳ χρεωστοῦμεν, οἵτινες αὐτῷ ἐνστάσεις, καὶ τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ γεγόναμεν ἐπισκιάσεις. εἰ καὶ ἡμεῖς οὐ διὰ τοῦτο τὴν κρίσιν τούτων ἀνεβαλόμεθα, ὥστε αὐτῷ τὴν βλάβην ἑτοιμάσαι· ἀλλ' ἵνα οὕτως ἡ γνώμη ἡ ἐν αὐτοῖς προαχθεῖσα ἰσχὺν ἔχῃ, διὰ τοῦ παρ' ἡμῶν τὴν ἐξέτασιν προελθεῖν· καὶ πάλιν οὕτω τὰ παρ' αὐτῶν εἰς αὐτὸν ἐγκληθέντα ὁλοσχερῶς ἐνώπιον ἡμῶν προβληθῶσιν, ὡς ἂν τοῦ μέρους Ἰγνατίου πρόσωπον προσκληθὲν παρουσίᾳ ἡμῶν μὴ ὑστερήσῃ. ἐν τῷ ἐξοπλίζεσθαι δὲ τὸ μέρος Ἰγνατίου πρὸς τὴν ὁδὸν, οἱ πολέμιοι αὐτοῦ μηκέτι τοῦ θρόνου τοῦ Ἀποστολικοῦ C δεόμενοι, Ἰγνάτιον ἕλκουσι, καὶ ἐξωθοῦσι, καὶ ἀναριθμήτοις κακοῖς καταργασθέντα ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ποίμνης ἐκβάλλουσι. διὰ τοῦτο ἀδελφοὶ, ἐπεὶ ἐξ ἡμῶν εὑρέθη τῆς Ἰγνατίου ἐκβολῆς ἡ ὑπόθεσις, βοηθῆσαι τούτῳ ὀφείλομεν. διὸ οἱ λεχθέντες προκάτοχοι ἡμῶν Λέων καὶ Βενέδικτος, ἐὰν τοιαῦτά τινα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ὁ Γρηγόριος καὶ οἱ συνασπισταὶ αὐτοῦ ἐξειργάσαντο, καταχρώμενοι τῇ τοσαύτῃ συμπαθείᾳ καὶ μακροθυμίᾳ τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου εἰς τὰ Ἰγνατίου κακὰ, αὐτίκα ἂν τοὺς τοιούτους κατέκριναν, καὶ τὸ ἐγχείρημα τῆς ἀσεβείας καθελεῖν διαπύρως προεθυμήθησαν. ἀλλ' ἐπεὶ θείᾳ κλήσει εἰς οὐρανοὺς ἐκεῖνοι ὑπεχώρησαν τὴν τοιαύτην D τυραννίδα μὴ θεασάμενοι, ἡμεῖς ὀφείλομεν ἀναπληρῶσαι τὸν τόπον αὐτῶν, καὶ κατὰ τὸ προνόμιον τῆς ἀξίας ἐπιμελῶς τελειῶσαι.

Οὐ παροπτέον δὲ ἐστιν ἐπιμνησθῆναι ἡμᾶς, ὡς τῷ παρελθόντι χρόνῳ τῆς ιγ'. ΙΝ. ἐπιστολὴν τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ ὑπεδεξάμεθα, ἥ τις πολλῶν ἤπερ εἶχε λόγων ὑβριστικῶν ἀνάπλεως· καὶ οἶμαι τὸν γραφέα αὐτῆς εἰς φάρυγγα ὄφεως τὸν κάλαμον βάψαι. ἀντεγράψαμεν δὲ πρὸς τὸν Αὔγουστον τηνικαῦτα, ὑπολαμβάνοντες ὃ καὶ ἔτι ὑπολαμβάνομεν, ὡς ἡ εὐσέβεια αὐτοῦ ποτὲ ἀνανήψει, καὶ τῇ σωτηριώδει ἡμῶν νουθετήσει πεισθήσεται, καὶ τὰ πάλαι κακῶς γραφέντα ἐξαφανίσει, οὐ μόνον καθ' ἡμῶν E ὄντα, ἀλλὰ καὶ τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἰγνατίου. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τῷ ἐξοχωτάτῳ βασιλεῖ ἐπιστολὴν τῆς προεδρείας ἡμῶν ἀνεπέμψαμεν, καὶ ὑμᾶς πρὸς τὴν ἔντευξιν ἡμῶν παρακινοῦμεν, ὡς ἂν ἐξετάσῃ τὰ τῆς ὑβριστικῆς γραφῆς· καὶ ἐὰν ἐν τῷ αὐτὸν πολλαῖς τοῦ κόσμου φροντίσιν ἐνασχολεῖσθαι ὑφηρπάσθη, ὥστε τοιαῦτα γράψαι, μὴ κατοκνήσῃ τοῦ ταπεινοφρόνως ὁμολογῆσαι, καὶ τὸ ἴσον τῆς τοιαύτης γραφῆς πυρὶ παραδοῦναι, ἵνα μὴ ἀχάριστος υἱὸς εὑρεθῇ περὶ τὴν ἰδίαν μητέρα, ἐξ ἧς ἔχει τὴν βασιλείαν αὐτός τε καὶ οἱ πατέρες αὐτοῦ. νῦν οὖν γινώσκετε, ὅτιπερ ἐὰν

ANNO CHRISTI 869.

ANNO CHRISTI 869.

ACTIO VII. CONC. VIII. GENER.

A ἐὰν μὴ ταύτης τῆς προπετείας ἀποστῶσι μέχρι τέλους, συναθροισόμενοι πασῶν τῶν δυτικῶν χωρῶν τοὺς τιμιωτάτους ἱερεῖς, καὶ τοὺς διδασκάλους καὶ ἐπιστάτας τοῦ τοσούτου ψεύδους, καὶ τοὺς ἀποστάτας σφοδροῖς ἀναθέματος δεσμοῖς καθυποβαλοῦμεν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν εἰς μεγίστην ἐνθέντες πυρὰν, παντελεῖ παραδώσομεν ἀπωλείᾳ· ὡς ἂν τούτων ἐλλόγως πραχθέντων, διδαχθῇ ὁ εὐσεβὴς ὅπερ ἀγαπᾷ, καὶ ὁ ὠμότατος ὅπερ φοβῆται.

Τὸ λοιπὸν δὲ ἡ ἀγάπη τῆς ὁμοψυχίας ὑμῶν περὶ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἰγνατίου ἐκβολῆς μεθ' ἡμῶν ἀλγησάτω, καὶ περὶ τῆς τῶν πατέρων καταφρονήσεως. ἡ γὰρ ἀσέβεια τοσοῦτον τὴν κεφαλὴν ἐπῆρεν, ὥστε τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς προέδρους ῥᾳδίως παρὰ τῶν λαϊκῶν μετατίθεσθαι· οἱ γὰρ λαϊκοὶ ἵνα ἔχωσιν ἀδεῶς πράττειν τὰ οἰκεῖα κακὰ θελήματα, καὶ μὴ παρὰ τῶν Ἀρχιερέων ἐλέγχωνται, οὐκ ἐκ τοῦ κλήρου πρὸς τὰς ἀρχιερατικὰς τάξεις προάγουσιν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν ἐκλέγονται τοὺς τὰ καταθύμια τούτοις πράξοντας. τοῦτο δὲ ἐν τοῖς αὐτόθι μέρεσιν ἀδεῶς πράττεται, τὸ ἐκ λαϊκῶν τινα αἰφνίδιον κείρεσθαι, καὶ εἰς ἐπίσκοπον χειροτονεῖσθαι· τοῦτο δὲ τοῖς θείοις κανόσιν ἀποτρόπαιον. φοβήθητε τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ κατάκρισιν. ἰατροί ἐστε, καὶ τὰ ἀφανῆ ἕλκη διὰ τῶν προερχομένων σημείων ἐπισκέψασθε. ἐπόπται ἐστέ· εἰς τὸ ὑψηλὸν ὑπερῷον τοῦ νοὸς ἀνάβητε, καὶ ἐν τῇ ποίμνῃ τῇ κυριακῇ τὸ πονηρὸν θηρίον ἐπιβαλεῖν ἐπιθυμοῦν πόῤῥω σκοπήσατε. ὡς ἐν σάλπιγγι ὑψώσατε τὴν φωνὴν ὑμῶν, ἀναγγείλατε τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ τὰς ἀνομίας αὐτῶν. ταῦτα ὑμῖν ὡς ἀρκοῦντα ἐγράψαμεν. ἡ δὲ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, τὰ ἔγκατα τῶν καρδιῶν ὑμῶν ἐμβατεύσοι, καὶ μὴ ἐάσῃ ἐν ἡμῖν σχίσματα, ἀλλ' ἐν μιᾷ ψυχῇ καὶ ἑνὶ στόματι καταξιωθῶμεν δοξάσαι τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀμήν.

Μετὰ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν ἀνεγνώσθη ἡ τοῦ Ἀδριανοῦ πάπα ἐπιστολὴ πρὸς τὸν βασιλέα Βασίλειον, ἔχουσα οὕτως.

Ἐπεὶ γαληνότατε αὐτοκράτωρ, ἐπήκουσας τῆς φωνῆς τοῦ Θεοῦ τῆς διὰ τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου ἐξενεχθείσης, καὶ ἀπέδωκας τῷ τῆς ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως θρόνῳ τὸν οἰκεῖον ποιμένα, ἀπωσάμενος τὸν μοιχὸν, εὐλογημένος εἶ παρὰ τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ, ἐὰν ἀπὸ τῶν καλῶς ἐναρχθέντων μὴ ἀποστῇς, ἀλλὰ μέχρι τέλους ἐν αὐτοῖς ἐγκαρτερήσῃς. κἀγὼ δέ σοι ταῦτα πράττοντι συνέσομαι παντὶ τρόπῳ. ἀπὸ γὰρ τῶν θεσπισμάτων τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης πάπα Νικολάου, τῶν περὶ τῆς κατενέξεως Φωτίου καὶ τῆς ἀποκαταστάσεως Ἰγνατίου, οὐδέποτε ἀποστήσομαι. διὸ καὶ τεθαῤῥημένως δυσωπῶ, ὅπως οἱ ἐκβεβλημένοι ἀποδεχθῶσι παρὰ τῆς ὑμῶν εὐσεβείας, καὶ οἱ διεσκορπισμένοι ἐπισυναχθῶσιν. ἐν οἷς ἔστω καὶ ὁ συνετὸς ἀνὴρ * Θεοδόσιος ὁ τιμιώτατος ἔξαρχος· ὃς τῇ πρεσβείᾳ τῇ ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἰγνατίου ὑπηρετούμενος, ἑπταετίαν ὅλην παρὰ τὰς τῶν Ἀποστόλων φλιὰς ὡς ἀπόδημος καὶ περιγεῖνος ἔζησε· καὶ χρὴ αὐτὸν ἐπαξίαν τὴν ἀμοιβὴν κομίσασθαι. ὁ δὲ Θεὸς δῴη σοι ἐνταῦθα μετ' εὐτυχίαν διηνεκῆ, καὶ τῶν ἐχθρῶν ὑποταγὴν, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι δόξαν αἰώνιον καὶ βασιλείαν τὴν ἀτελεύτητον.

* Anastas. legit. Θεόγνωστος.

Μετὰ ταῦτα ἀνεγνώσθη ἡ τοῦ αὐτοῦ πάπα ἐπιστολὴ πρὸς τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον, ἔχουσα οὕτως.

Προσῆκε τῇ σῇ ἁγιότητι, εἰ καὶ μὴ πρὸς βοη-

A mos ſacerdotes, & doctores & diſpoſitores tantæ fallaciæ, apoſtataſque arctiſſimis anathematis vinculis conſtricturos, ipſamque demum epiſtolam in rogum maximum conjectam exuſturos; ut his rite patratis diſcat pius quod amet, & crudelis quod timeat.

Ceterum caritas unanimitatis veſtræ de Ignatii fratris noſtri ejectione, deque ſanctorum patrum contemptione doleat nobiſcum. Impietas enim tam alte cervices ſuſtulit, ut eccleſiaſtici præſules facile a laicis dimoveantur. B Nam laici, ut ſecuri quod prava ſuadet voluntas, exequi poſſint, nec ab epiſcopis reprehendantur, non ex clericorum claſſe, ſed ex ſuo ordine ad pontificiam adminiſtrationem promovent, qui illorum ſtudiis obſequantur. Hoc ſane apud vos ibi impune fieri ſolet, ut ex laicis quempiam ſubito attonſum, epiſcopum creent: quod a ſacris canonibus eſt alienum. Formidate futuram a Deo condemnationis ſententiam. Medicorum partes agitis: latentia ergo ulcera per ſigna precedentia inſpicite. Speculatores eſtis: excelſam mentis ſpeculam conſcendite, & feram in gregem dominicum invadere meditantem procul inde proſpicite. Quaſi tuba exaltate vocem veſtram, & annuntiate populo Dei ſcelera eorum. Isa. 58. C Hæc vobis hactenus ſcripſiſſe ſufficiat. Pax autem Dei quæ exuperat omnem ſenſum, intima cordium veſtrorum penetret, & non permittat in nobis ſchiſmata; ſed una mente & uno ore digne glorificemus Deum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum. Amen.

Lecta hac epiſtola, lecta eſt epiſtola Hadriani papæ ad imperatorem Baſilium in hæc verba.

Quoniam, sereniſſime imperator, vocem D Dei ab apoſtolica ſede delatam audiviſti, exactoque mœcho eccleſiæ Conſtantinopolitanæ germanum paſtorem reddidiſti; ab omnipotente Deo es benedictus, ſi quidem a bene cœptis non deſtiteris, ſed ad finem uſque perſeveraris. Ego quoque tibi hæc agenti omnino præſto ero. A decretis enim ſanctæ memoriæ papæ Nicolai de Photii ejectione & Ignatii reſtitutione deſciſcam nunquam. Quare fiducialiter depoſco, ut ejecti a tua pietate recipiantur, diſſipati revocentur: inter quos eſt prudens vir * Theodoſius clariſſimus exarchus, qui nomine fratris noſtri & comminiſtri Ignatii legatione functus, ſeptem totos annos ad limina apoſtolorum velut incola & peregrinus vi- E xit: quem ſane oportet dignam referre compenſationem. Deus te & hic ſemper præſtet felicem, hoſtiumque victorem, & in futuro gloriam det ſempiternam, regnumque nullis ſæculorum temporibus finiendum.

* Theognoſtus.

Deinde lecta eſt ejuſdem papæ epiſtola ad patriarcham Ignatium, hunc in modum ſcripta.

Par erat nos, ſi minus antea provocari ad

tui auxilium, ſaltem nunc ob reſtitutam tibi A dignitatem lætificari. Nam quando noſter frater es, ſi intelligamus te neceſſitatem habere, & claudamus viſcera noſtra a te, quomodo caritas Dei in nobis manet? Scias ergo, omnia a ſanctiſſimo anteceſſore noſtro Nicolao tua tuorumque & eccleſiarum tuarum cauſa decreta nos cuſtodituros. Inſuper cenſemus Theognoſtum exarchum religioſiſſimum, & communem noſtrum filium, tua cauſa plurima perpeſſum, digna compenſatione remunerandum. Quod ſi legatum ad nos mittere voles, hunc ipſum velim mittas, qui nobis de felici tuo progreſſu, tuæque eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſtatu nuntium ferat.

θεὶς σου πρότερον συγκαλέσασθαι ἡμᾶς, ἀλλὰ γενοῦ, ἵνα συγχαρῶμεν τῇ ἀνακλήσει σου. ἐπεὶ γὰρ ἀδελφὸς ἡμῶν εἶ, ἐὰν ἴδωμέν σε ἀνάγκην ἔχοντα, καὶ συγκλείσωμεν τὰ σπλάγχνα ἡμῶν ἀπὸ σοῦ, πῶς ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ μένει ἐν ἡμῖν; πληροφορῶ γίνωσκε, ὅτι περ ἐν οἷς ὁ προκάτοχός μου ἁγιώτατος Νικόλαος ὑπὲρ σοῦ καὶ τῶν σὺν σοί, καὶ ὑπὲρ τῶν κατὰ σὲ ἐκκλησιῶν ὥρισεν, ἐν αὐτοῖς μένομεν καὶ ἡμεῖς. ἐπὶ τούτοις τὸ κοινὸν τέκνον Θεόγνωστον τὸν εὐλαβέστατον ἔξαρχον, ὑπὲρ σοῦ πολλὰ κοπιάσαντα, ἀξιοῦμεν ἀμοιβῆς ἀξίας τυχεῖν. εἰ δὲ πρὸς ἡμᾶς πέμψαι βουληθείης, οὗτος πάλιν ἐλθέτω, ἀναγγέλλων ἡμῖν περὶ τῆς εὐοδώσεώς σου, καὶ τὴν διοίκησιν τῆς ἐκκλησίας B Κωνσταντινουπόλεως.

*Acta ſynodi ab Hadriano papa contra Photium Romæ coacta.*

Allocutio prima.

DEbemus fratres & dilecti filii, agri dominici cultores eſſe ſtudioſi. Quod ſi animadvertamus in illo vel ſpinas, vel alias noxias herbas pullulare, conemur eas diligenter extirpare. Cum igitur Photius adhuc profanus & ſæcularis adverſus comminiſtrum noſtrum Ignatium invidiam concitarit, & ad præſulatus culmen non per gradus & ſtata temporum intervalla, ſed nullo ordine ſervato inſilierit, atque a ſuo antiſtite defecerit, & idcirco ab univerſali eccleſia, quæ eidem ſuo patriarchæ communicat, ſeipſum prorſus alienum declararit, nullam ob cauſam a ſuo patriarcha divulſus: exilia quoque & varia tormentorum genera, mortem præterea Chriſti ſacerdotibus, aliiſque fidelibus intulerit, ita ut Diocletianum immanitate ſuperarit. Ea de cauſa ſanctiſſimus deceſſor meus papa Nicolaus per legatos & litteras illum admonuit. Poſtquam vero intellexit ſua monita nihil proficere, illum ab eccleſia quam latronis more invaſerat, præcidit, anathemateque multavit. Qua pœna Photius affectus, tamen non reſipuit, ſed ſynagogas malignantium congregavit. illarumque præſes ipſe, primum velut immanis parricida ſuum patrem Ignatium ejecit. Deinde poſuit in cælum os ſuum, & lingua eius tranſivit in terra, contraque divinam ordinationem cœtitus in eccleſia noſtra diſpoſitam multa nefarie molitus, famam ipſam beatiſſimi papæ Nicolai traducere, & vitam calumniari non dubitavit. Quid enim dicam quæ in nos contulerit, quæque mendaciorum monſtra fabricatus ſit in illum papam (Nicolaum) qui in tenebricoſa hac vita velut ſidus aliquod & ſol alter effulſit; qui nec mundi principibus, Michaeli ſcilicet & Bardæ Cæſari contra juſtitiam favit. Videte igitur dilectiſſimi, quid ſuper hujuſmodi temeritate ſit nobis agendum.

Πρακτικὰ συνόδου γεγονυίας παρὰ τοῦ πάπα Ἀδριανοῦ κατὰ Φωτίου.

Διαλαλιὰ πρώτη ἐν Ῥώμῃ.

ΟΦΕΙΛΟΜΕΝ, ἀδελφοὶ καὶ τέκνα ἠγαπημένα, τοῦ κυριακοῦ ἀγροῦ ἐπιτήδειοι εἶναι ἐργάται. καὶ ἐὰν ἐν αὐτῷ ἀκανθώδη τινὰ ἢ φθοροποιὰ ἀναδιδόμενα κατανοήσωμεν, ἐπιμελῶς ἐπειχθῶμεν ἐκριζῶσαι αὐτά. ἐπεὶ γοῦν ὁ Φώτιος, ἔτι κοσμικὸς ὤν, ἐνεκινήσε φθόνον κατὰ τοῦ συλλειτουργοῦ C ἡμῶν Ἰγνατίου, καὶ πρὸς τὴν τῆς προεδρείας κορυφὴν, οὐ κατὰ βαθμὸν καὶ κατὰ μικρὸν, ἀλλ᾽ ἀτάκτως ἐπεπήδησε, καὶ τῆς κοινωνίας ἑαυτὸν τοῦ οἰκείου προέδρου ἠλλοτρίωσε, καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμενικῆς ἐκκλησίας τῆς τῷ αὐτῷ πατριάρχῃ κοινωνούσης ἑαυτὸν ἔδειξε παντελῶς ξένον, ὡς σχισματικὸν, ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας ἀποσχίσας ἀπὸ τοῦ οἰκείου πατριάρχου· ὑπερορίας τε καὶ διαφόρους τιμωρίας, ἀλλὰ μὴν θανάτους εἰς τοὺς ἱερεῖς Χριστοῦ, καὶ τοὺς λοιποὺς πιστοὺς εἰς τοσοῦτον ἐργασάμενος, ὡς καὶ τὸν Διοκλητιανὸν ὑπερακοντίσαι. διὸ ὁ πρὸ ἡμῶν ἁγιώτατος πάπας Νικόλαος καὶ δι᾽ ἀποκρισιαρίων καὶ διὰ γραμμάτων παρῄνεσεν. ἔπειτα θεωρῶν, ὡς οὐδὲν D ὠφέλησεν ἡ παραίνεσις, ἀπωσάμενος τοῦτον ἀφώρισε, καὶ ἀναθεματίσας, τῆς ἐκκλησίας ἠλλοτρίωσεν, ἧς ἐπέβη λῃστρικῶς. τούτου χάριν Φώτιος οὐ μόνον οὐκ ἦλθεν εἰς μετάνοιαν, ἀλλὰ καὶ συνήθροισε συναγωγὰς πονηρευομένων· καὶ τούτων προκαθεσθεὶς, πρῶτον μὲν ὡς ὠμὸς πατροκτόνος τὸν ἴδιον πατέρα Ἰγνάτιον ἐξέωσεν. εἶτα ἔθετο εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ διῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τῆς θείας διατυπώσεως τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ἐκκλησίας ἄτοπα συσκευάσας πολλά. ἀλλὰ καὶ τὸν βίον τοῦ μακαρίου πάπα Νικολάου διαβαλεῖν οὐκ ὤκνησε. τί γὰρ χρὴ λέγειν ὅσα καὶ περὶ ἡμῶν συνεφόρησε, πλασμάτων ψευδηγορίας συνθέμενος, καὶ E κατὰ τοῦ ἁγίου πάπα ἐκείνου τοῦ κατὰ τὸν ἥλιον λάμψαντος ἐν τῷ σκοτεινῷ βίῳ τούτῳ, καὶ μὴ τοῖς κοσμικοῖς ἄρχουσι, τῷ Μιχαὴλ δηλονότι τῷ βασιλεῖ καὶ Βάρδα τῷ Καίσαρι συμπεσόντος παρανομοῦσι. τοίνυν ἀγαπητοὶ διασκέψασθε, τί ὑπὲρ τῆς τοιούτου τρόπου παρανομίας ἡμᾶς χρὴ διαπράξασθαι.

*Reſponſio ſynodi ad papam.*

Quoniam cor tuum ſancti Spiritus gratia illuſtratum cernimus, meritas Deo gratias per-

Ἀπολογία τῆς συνόδου πρὸς τὸν πάπαν.

Ἐπεὶ τὴν καρδίαν σου ὁρῶμεν πεφωτισμένην τῇ χάριτι τοῦ ἁγίου πνεύματος, εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ, ὅτι

ὅτι τῶν πατρικῶν διατάξεων σπουδαῖος ὀπαδὸς, καὶ τῶν τοῦ θρόνου προνομιῶν ἀκριβὴς φύλαξ ὑπάρχεις. ὁ Φώτιος οὖν ὁ ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς καὶ σεκρετικῆς τῶν δημοσίων πραγμάτων ὑπηρεσίας ὢν, καὶ ἀθρόον εἰς τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀναβιβασθεὶς τάξιν καθάπερ λῃστὴς, καὶ πολλὰ δεινὰ τῇ ἐκκλησίᾳ πάσῃ καὶ τῷ ταύτης προέδρῳ διαπραξάμενος, ἀπόβλητος καὶ ἀναθεματισμένος ἐστίν.

Ἀναφθήτω οὖν ὡς πῦρ ὁ ζῆλός σου, μακαριώτατε πάπα, καὶ περίζωσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου, καὶ τὴν ὕβριν τῆς Ἀποστολικῆς καθέδρας ὡς δίκαιος κριτὴς ἐκδίκησον, καὶ τὸ συνέδριον μετὰ τῶν πρακτικῶν αὐτοῦ, τὸ πάλαι ἐν Κωνσταντινουπόλει κατὰ τῆς αἰδεσιμωτάτης καὶ Ἀποστολικῆς καθέδρας, καὶ κατὰ τῆς ἀληθείας ὑπὸ Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως τυραννικῶς συναθροισθὲν, οὕτω τῇ τῆς ἀποφάσεως δρεπάνῃ ἔκκοψον, ὡς μηδεμίαν αὐτοῦ μνήμην εἶναι, ἀλλὰ πρὸς κατάκρισιν τῆς αὐτοῦ αἰσχρουργίας τῇ ἐν Ἀριμίνῳ συνόδῳ, ἢ τῇ ἐν Ἐφέσῳ λῃστρικῇ συμπαραβληθῆναι· οἱ δέ γε παρευρεθέντες ἢ ὑπογράψαντες, ἢ τὰ τοιαῦτα συγγράμματα διεκδικοῦντες, ταῖς ἐνοχαῖς τοῦ ἀναθέματος συσχεθήτωσαν, ἕως ἂν οἰκείᾳ φωνῇ καὶ ὑπογραφῇ τὰ γενόμενα ἀναθεματίσωσι, μηδὲ ἐν τῇ τῶν λαϊκῶν κοινωνίᾳ παρὰ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ παραδεχόμενοι.

ſolvimus, quando majorum inſtituta ſtudioſe complecteris, & apoſtolici throni principatum acriter tueris. Photius ergo a rebus forenſibus & curialibus functionibus repente velut latro in eccleſiaſticum intruſus ordinem, multa in totam eccleſiam & hujus auſus præſidem, depoſitus eſt atque anathematizatus.

Accendatur igitur, beatiſſime papa, velut ignis zelus tuus, & accinge veluti vir lumbos tuos, atque hanc apoſtolico throno irrogatam juſtus judex contumeliam vindica, & conciliabulum una cum actis ſuis nuper Conſtantinopoli contra ſacroſanctam ſedem apoſtolicam & ipſam veritatem a Michaele imperatore vi tyrannica coactum, ita falce tuæ ſententiæ præcide, ut memoria ejus extet nulla; niſi ut ad turpitudinis ejus condemnationem, vel Ariminenſi, vel Epheſinæ illi latrocinantium ſynodo comparetur. Qui autem vel interfuiſſe, vel ſubſcripſiſſe, vel defendere hujuſmodi ſcripta reperti fuerint, anathematis vinculo teneantur, quoad viva voce & ſubſcriptione acta illius concilii damnarint: alioqui ne in laicorum quidem numero ab eccleſia catholica habeantur.

## Διαλαλιὰ δευτέρα τοῦ αὐτοῦ πάπα.

Ὅπερ ἡ ἀγάπη ὑμῶν διηγόρευσε, πάνυ ἀρέσκει. ἀλλ' ἐπεὶ ἡ δέλτος, ἐν ᾗ αἰσχρουργίαι τοῦ συνεδρίου ἐγγράφησαν, ἣν ἡμῖν διὰ τῶν ἀποκρισιαρίων αὐτοῦ ὁ συνεπίσκοπος ἡμῶν Ἰγνάτιος καὶ ὁ εὐσεβέστατος αὐτοκράτωρ Βασίλειος κατέπεμψαν, ἔτι παρ' ἡμῖν ἐστι, διασκέψασθαι χρὴ, τί περὶ ταύτης διαπραξόμεθα. ἐγὼ μὲν οὖν φημι, ἵνα μὴ καὶ ἕτεροι διὰ ταύτης ἀποπλανῶσι καὶ διαφθαρῶσι τὰ ἤθη· ἐπεὶ οὐδὲ τῶν αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν πλασμάτων ἡ βίβλος αὕτη διΐσταται· ὅλη γὰρ ψευσμάτων καὶ διαστρόφων δογμάτων γέμει· ταύτῃ χρῆναι τῷ αἰωνίῳ ἀναθέματι καθυποβληθῆναι, καὶ ἐνώπιον τοῦ συνεδρίου παντὸς καὶ τῶν Γραικῶν ἀποκρισιαρίων πυρὶ παραδοθῆναι.

## *Alterum colloquium.*

Quod veſtra caritas cenſuit, placet vehementer. Sed quoniam liber, in quo nefaria conciliabuli acta perſcripta ſunt, quem nobis per legatos ſuos epiſcopus noſter Ignatius & religioſiſſimus imperator Baſilius tranſmiſerunt, adhuc apud nos eſt, videndum eſt, quid de eo ſit agendum. Atque ego quidem cenſeo, quandoquidem hic liber nihil ab hæreticorum & ſchiſmaticorum commentis differt, ne per hunc ceteri fallantur, moreſque eorum corrumpantur; qui quantus quantus eſt, ex mendaciis & perverſis dogmatis eſt conſutus; illum æternis anathematis execrationibus devovendum, & inſpectante univerſo concilio, Græcorumque legatis, igni tradendum.

## Ἀπολογία δευτέρα.

Ἡ εὐσεβὴς διάσκεψις τοῦ Ἀρχιερέως ἡμῶν καὶ προέδρου τῆς οἰκουμενικῆς καθέδρας πᾶσιν ἀρέσκει· ἅπαντες οὕτω λέγομεν· πάντες τὸ αὐτὸ ὅλῃ καρδίᾳ παρακαλοῦμεν καὶ συναινοῦμεν.

## *Altera reſponſio.*

Pium pontificis noſtri & univerſalis eccleſiæ præſidis conſilium placet omnibus: idem omnes dicimus: idem omnes toto pectore ut fiat rogamus & comprobamus.

## Διαλαλιὰ τρίτη τοῦ αὐτοῦ πάπα.

Ἀνύποιστός ἐστιν ἡ τόλμα αὕτη, ἠγαπημένοι μοι ἀδελφοὶ, καὶ ταύτην τὰ ὦτα τῆς καρδίας μου ὑπενεγκεῖν οὐ δύναται· οὐδέποτε τὸν τῶν Ῥωμαίων Ἀρχιερέα ὑπὸ τῶν λοιπῶν ἐκκλησιῶν ἀνέγνωμεν κρινόμενον, ἀλλὰ πάντας ὑπ' ἐκείνου κρινομένους οἴδαμεν. καὶ γὰρ εἰ καὶ τῷ Ὀνωρίῳ ὑπὸ τῶν ἀνατολικῶν μετὰ θάνατον ἀνάθεμα ἐρρέθη, ὅμως γνωστόν ἐστιν, ὅτι ἐπὶ αἱρέσει κατηγορήθη, δι' ἣν καὶ μόνον ἔξεστι τοὺς ὑποδεεστέρους τῶν μειζόνων κατεξανίστασθαι. ἀλλὰ κἀκεῖ οὔτε πατριαρχῶν, οὔτε ἑτέρων τις προέδρων ἐξενεγκεῖν ἠδυνήθη ἀπόφασιν, εἰ

## *Tertium colloquium ejuſdem papæ.*

Intolerabilis eſt hæc audacia, dilecti fratres, adeoque aures cordis mei eam ferre nullo modo poſſunt. Inauditum hactenus eſt, Romanum pontificem a ceteris eccleſiis eſſe judicatum; ſed alios omnes ab illo judicari ſcimus. Nam quamvis Honorius poſt mortem ab orientis epiſcopis anathemate ſit affectus, manifeſtum tamen eſt, illum de hæreſi fuiſſe accuſatum, qua ſola in cauſa licet inferioribus in ſuperiores inſurgere. Quamvis & ibi nec patriarcharum quiſquam, nec aliorum ullus antiſtitum ſententiam pronuntiare potuerit, niſi ejuſdem primariæ ſedis accedente ad eam rem aucto-

auctoritate. Præterea meminimus, regi Theodorico, cum Symmachum papam, evocatis ex diverſis regionibus & regno Siciliæ epiſcopis, Romamque ire juſſis, reum in judicium vellet adducere, diceretque a papa Symmacho multa mala eſſe perpetrata, quæ epiſcoporum judicio committeret, ab epiſcopis eſſe reſponſum, a papa ſynodum eſſe cogendam: quod non ignorarent, primam ejus cathedram apoſtoli Petri honoratam eſſe faſtigio, quod apoſtolica Romana eccleſia minorum judicio ſubjecta non ſit. Ita igitur novimus univerſi, eccleſiam Romanam aliorum eſſe judicem, ab aliis autem non judicari.

Huic declarationi omnes ſubſcripſerunt. Ergo ſi Photius hæc non legit, quod ſcripta forte Græce non ſit nactus; at debuit vel Joannis Antiocheni patriarchæ meminiſſe, qui propterea damnatus eſt, quod Cyrillum Alexandriæ patriarcham damnarit. Inde enim dicta ſynodus œcumenica ad Cæleſtinum magnæ ſedis noſtræ pontificem hæc ſcripſit: Jure igitur ſapientia tua ob ea facta indignabitur. Nam ſi permittatur, ut majores cathedræ pro cujuſque voluntate aliorum contumeliis ſubjiciantur, ad extremam rerum omnium confuſionem eccleſiæ ſtatus devolvetur. Neque enim fas eſt, ut qui auctoritatem non acceperunt, contra leges & ſanctiones ſententiam pronuntient. Quæ cum ita ſe habeant, majorum exempla quærantur, ſecundumque illa in temerarios ſententia pronuntietur.

### *Supplicatio ſynodi ad Hadrianum papam.*

Qui hanc temeritatem non ultima damnatione dignam cenſet, neque evangelium, neque apoſtolum novit. Etenim Dominus dicit: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum*. & apoſtolus: *Omnia ſecundum ordinem fiant*. Quam projectæ ſunt ergo audaciæ, qui contra apoſtolicam eccleſiam, magiſtram & præſidem reliquarum, rictus pandunt, omniſque generis convicia ructant? An ex ſententia Pauli hæc ordine fiunt, quando ſecundi in primos exurgunt? Unuſquiſque noſtrum quem ordinem ſortitus ſit intelligat. Hac ſanctione tertia ſynodus œcumenica Joannem patriarcham Antiochenum damnavit, quod contra digniorem ſedem Alexandrinæ eccleſiæ, prima cathedra non approbante, ſententiam ferre ſit auſus. Quarta autem ſynodus œcumenica ea de cauſa Dioſcorum ejecit, cenſuitque ut ne unquam throno ſuo reſtitueretur, quod & ipſe primæ ſedis privilegia, canoni ſupra memorato contraria auſus, oppugnarit: quippe qui cum eſſet ultimus, primo tamen reluctaretur, atque in papam Leonem Magnum præfractam ac temerariam damnationis ſententiam pronuntiaret, cum nulla eſſet illi poteſtas ſynodi cogendæ, ut in eodem concilio apoſtolici vicarii conteſtantur. Ad horum igitur exempla quicumque in illo impio conciliabulo contra ſedem apoſtolicam vel os aperire, vel manum protendere auſi ſunt, juſtam ultionem non effugient. Enimvero beatiſſime papa, pro his te omnes

Matth. 10.
1. Cor. 14.



μὴ ἡ τῆς αὐτῆς πρώτης καθέδρας αὐθεντία συνήνεσεν ἐπὶ τούτῳ. ἔτι μεμνήμεθα, ὅτι φησί τινα Θευδέριχον βουλόμενον τὸν πάπαν Σύμμαχον εἰς κατάκρισιν ἀγαγεῖν, καὶ συγκαλεσάμενον ἐκ διαφόρων χωρῶν ἐπισκόπους, ἔτι γε μὴν καὶ ἀπὸ Σικελίας τῆς νήσου, καὶ πρὸς τὴν Ῥώμην τούτους ἀπελθεῖν ἐντελλόμενον, καὶ λέγοντι πολλὰ παρὰ τοῦ πάπα Συμμάχου πεπραγμένα κακά, καὶ εἰς τὴν αὐτῶν κρίσιν ταῦτα παραπέμποντι, οἱ ἐπίσκοποι τὸν πάπαν τὴν σύνοδον ὀφείλειν συγκαλέσασθαι ἐμαρτύρησαν· εἰδότες ὅτι ἡ αὐτοῦ καθέδρα πρώτη τῇ τοῦ Ἀποστόλου Πέτρου τετίμηται κορυφαιότητι, διὰ τὸ τὴν Ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης τῇ τῶν ἐλαττόνων μὴ ὑποκύπτειν κρίσει. οὕτως οἴδαμεν πάντες τὴν τῆς Ῥώμης ἐκκλησίαν κρίνειν, μὴ κρίνεσθαι δέ.

Ταύτῃ τῇ ἐκθέσει πάντες ὑπέγραψαν. ἐὰν οὖν οὗτος ὁ Φώτιος οὐκ ἀνέγνω ταῦτα, ὡς μὴ τυχὸν γραικιστὶ γεγραμμένα, κἂν Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχείων ἐπισκόπου ἔδει μνησθῆναι. διὰ τοῦτο γὰρ ἐκεῖνος κατεκρίθη, ὅτι Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας κατέκρινεν. ἐντεῦθεν γὰρ ἡ προρρηθεῖσα οἰκουμενικὴ σύνοδος πρὸς Καιλεστῖνον τὸν τῆς μεγάλης ἡμῶν καθέδρας ἱεράρχην ἔγραψε ταῦτα· ἀγανακτήσει τοιγαροῦν ἡ σὴ εὐλάβεια ἁρμοζόντως ὑπὲρ τῶν γεγονότων. ἐὰν γὰρ δοθῇ τὸ τὰς μείζονας καθέδρας ὑπὸ τῶν βουλομένων ὕβρεσιν ὑποβάλλεσθαι, πορεύσονται πρὸς ἐσχάτην σύγχυσιν τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα. οὐδὲ γὰρ ἔξεστι τοῖς μὴ ἔχουσιν ἐξουσίαν ἐναντίως τοῖς νόμοις καὶ τοῖς κανόσιν ἀπόφασιν ἐκφέρειν. τούτων οὕτως ἐχόντων, τὰ τῶν μειζόνων ἐκζητείσθωσαν ὑποδείγματα, καὶ κατὰ ταῦτα εἰς τοὺς ἀποτόμους ἡ ἀπόφασις ἐξενεχθήτω.

### Ἱκετηρία τῆς συνόδου πρὸς τὸν πάπαν Ἀδριανόν.

Ταύτην τὴν ἀτοπίαν ὁ μὴ ἐσχάτης κατακρίσεως ἀξίαν εἶναι λογιζόμενος, οὔτε εὐαγγέλιον, οὔτε Ἀπόστολον ἤκουσεν. λέγει γὰρ ὁ Κύριος· οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον. καὶ ὁ Ἀπόστολος· πάντα κατὰ τάξιν γινέσθω. πῶς οὖν πλημμέλειαι οὗτοι γεγόνασιν, ὡς κατὰ τῆς Ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, ἥτις ἐστὶ τῶν λοιπῶν θρόνων μείζων καὶ διδάσκαλος, διανοῖξαι στόμα ὕβριν ἐρευγόμενον πᾶσαν; πῶς κατὰ τάξιν ταῦτα γέγονε, κατὰ Παῦλον, ὁπότε κατὰ τοῦ πρώτου ὁ δεύτερος ἀποφαίνεται; ἕκαστος ἡμῶν ἣν ἔλαχε τάξιν, γινωσκέτω. τούτῳ τῷ κανόνι ἡ ἁγία τρίτη κατακολουθήσασα σύνοδος, τὸν Ἀντιοχείας κατέκρινεν Ἰωάννην, διότι κατὰ τοῦ μείζονος θρόνου τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας, τῆς πρώτης μὴ συναινούσης καθέδρας, ἐτόλμησεν ἐξενεγκεῖν ἀπόφασιν. ἡ δὲ τετάρτη οἰκουμενικὴ σύνοδος διὰ τοῦτο Διόσκορον τὸν Ἀλεξανδρείας ἀπεβάλετο, καὶ κατέκρινε τοῦ μηδόλως ἀποκατάστασιν ἔχειν. ἐτόλμησε γὰρ καὶ αὐτὸς κατὰ τῶν τῆς πρώτης καθέδρας πρεσβυτερῶν, ἐναντία τῷ μνημονευθέντι κανόνι πράττων, ἐν τῷ εἶναι ἔσχατος, τῷ πρωτεύοντι ἐναντιωθῆναι, καὶ τὸν μέγαν πάπαν Λέοντα ἀποτόμως κρῖναι· καίτοι μηδὲ πρόσωπον πρὸς τὸ σύνοδον συγκαλέσασθαι ἔχων, ὡς οἱ τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου τοποτηρηταὶ ἐν τῇ αὐτῇ συνόδῳ διαμαρτύρονται. κατὰ ταῦτα τοίνυν τὰ ὑποδείγματα, οἱ εἴτε τὸ στόμα ἀνοῖξαι, ἢ χεῖρας ἐκτεῖναι ἐν τῷ ἀθεμίτῳ ἐκείνῳ συνεδρίῳ

κατὰ

ANNO CHRISTI 869

ACTIO VII. CON. VIII. GENER.

κατὰ τῆς Ἀποστολικῆς καθέδρας τολμήσαντες, οὐκ ἐκφεύξονται τὴν ἀξίαν ἐκδίκησιν. πλὴν μακαριώτατε πάπα, πάντες ὑπὲρ τούτων παρακαλοῦμεν· βοήθησον τοῖς ταλαιπώροις, ἀνόρθωσον τοὺς κατερραγμένους, καὶ τοῖς ἐπιστρέφουσιν ἐπίδος συγχώρησιν· ὡς ἂν τοῦ τῆς πλάνης ἀρχηγοῦ Φωτίου ἐκκοπέντος, οἱ λοιποὶ τῆς Ἀποστολικῆς καθέδρας περὶ αὐτοὺς ἀνεῳγμένα ἐννοήσωσι τὰ τῆς εὐσεβείας σπλάγχνα, ἐὰν πρὸς τὴν τῆς πληροφορίας μετάνοιαν δράμωσι, καὶ πάντα τὰ ὑπ᾽ αὐτῶν κακῶς πραχθέντα ἐγγράφως ἀθετήσωσιν. εἰ γὰρ καὶ Ἰωάννης ὁ τῆς Ἀντιοχέων πρόεδρος ὁμοίως τῷ Διοσκόρῳ χείλη κατὰ τῆς τῶν μειζόνων προέδρων καθέδρας ἐκίνησε, καὶ διὰ τοῦτο ἀμφότεροι τὴν ἀπόφασιν τῆς κατακρίσεως ἔλαβον, ὅμως τοῦ ἑνὸς αὐτῶν φιλανθρώπως ἀποδεχθέντος, ὁ ἕτερος τὴν καταδίκην οὐκ ἀπεδέξατο, οὐ διέφυγεν· ὅτι ἐκεῖνος μὲν ὁλοκλήρως ἀνένηψεν, οὗτος δὲ οὐχ ὑγιῶς συνενόησεν. ἐπεὶ δὲ ἐν ταῖς καθημεριναῖς τῶν ἐκκλησιῶν πραγματείαις σχολάζοντες, συνελθεῖν οὐ δυνάμεθα, ὅπερ σοι θεόθεν ἐμπνευσθῇ περὶ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, οὕτω συνεψόμεθα πάντες.

rogamus: opitulare miſeris, erige lapſos, reſipiſcentibus ignoſce; ut Photio erroris duce præciſo, ceteri apoſtolicæ ſedis aperta erga ſe pietatis viſcera ſentiant, ſi ad veram & ſinceram pœnitentiam confugerint, omniaque perperam a ſe facta ſcripto damnarint. Etenim quamvis Joannes Antiochenus patriarcha item ut Dioſcorus in majorum eccleſiarum præſidem cathedram linguam exeruerit, eoque nomine ambo damnationis ſententiam ſubierint; tamen altero illorum perhumaniter recepto, alter irrogatam ſibi damnationis ſententiam non evitavit: quod Joannes quidem ex animo reſipuerit, Dioſcorus vero inſane deſipuerit. Quia rerum eccleſiaſticarum quotidiana adminiſtratione & negotiis occupati convenire non poſſumus, quidquid tibi de eccleſia Conſtantinopolitana Deus ſuggeſſerit, omnes approbabimus.

*Τούτων τῇ ἱκετηρίᾳ εἴξας Ἀδριανὸς ὁ πάπας, τὰ ἑξῆς δημηγόρησε κεφάλαια.*

*Horum ſupplicationi cedens Hadrianus papa, hæc deinceps capita pronuntiavit.*

## ΚΕΦΑΛ. α΄.

ΤΟ συνέδριον τῆς ματαιότητος, τὸ ὑπὸ Φωτίου καὶ τοῦ συνασπιστοῦ αὐτοῦ Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως πάλαι ἐν Κωνσταντινουπόλει τυραννικῶς κατὰ τῆς αἰδεσίμου Ῥωμαίων ἐκκλησίας, καὶ τῶν ταύτης προνομίων συναθροισθέν, ὡς τῆς ἀληθείας ἐχθρὸν καὶ πάσης ψευδηγορίας ἀνάμεστον, τῷ Ἐφεσίῳ ληστρικῷ παραβαλλόμενον· καὶ τὰς αὐτοῦ μιαρὰς πράξεις, ἐν οἷς ἂν ὦσι, παντάπασιν ἀφανισθῆναι ὁρίζομεν, καὶ παρανάλωμα πυρὸς γενέσθαι, καὶ ἀναθεματισθῆναι. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ περὶ τῶν λοιπῶν συγγραμμάτων ὁρίζομεν, τῶν κατὰ τῆς αὐτῆς καθέδρας καιροῖς συγγεγραμμένων παρὰ τῶν αὐτῶν ἀρχηγῶν.

β΄.

Τὰ ὅμοια δὲ καὶ περὶ τῶν κατὰ Ἰγνατίου τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν παρὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Μιχαὴλ καὶ Φωτίου γεγραμμένων καὶ πεπραγμένων διορίζομεν. τοὺς γὰρ ταῦτα πράξαντας ὡς πατροκτόνους βδελυσσόμεθα.

γ΄.

Φώτιον τὸν ὑπὸ τοῦ προκατόχου ἡμῶν, καὶ ὑφ᾽ ἡμῶν ὑπὲρ τῶν προκειμένων ἐγκλημάτων κατακριθέντα καὶ ἀναθεματισθέντα, εἶτα τὰς προτέρας ἀνομίας ὑπερβάντα, καὶ κατὰ τῶν αἰδεσίμων τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου προνομίων εἰσφρήσαντα, καὶ ἐφευρέσεις ψευσμάτων καὶ διεστραμμένων δογμάτων διαπραξάμενον, καὶ κατὰ τοῦ πρὸ ἡμῶν ἁγιωτάτου πάπα καὶ καθ᾽ ἡμῶν ὑλακτῆσαι τολμήσαντα, καὶ αὖθις κατακρίνομεν, καὶ ὑπὲρ τούτων ἰδικῶς ἀναθεματίζομεν. πλὴν ἐὰν ζώσῃ φωνῇ καὶ οἰκείᾳ γραφῇ πρὸς πάντα τὰ ὑφ᾽ ἡμῶν τε καὶ τοῦ προκατόχου ἡμῶν ὁρισθέντα ὑποταγῆναι ἐπαγγέλληται, καὶ τὰ τοῦ προλεχθέντος συνεδρίου πρακτικὰ ἀθετήσῃ, τῆς τοῦ λαϊκοῦ κοινωνίας τὴν χάριν αὐτῷ οὐκ ἀποκωλύσομεν.

δ΄.

Περὶ δὲ τῶν τῷ τοιούτῳ ἀσεβεῖ συναθροίσματι

## CAPUT I.

VAnitatis conciliabulum a Photio & ejus fautore Michaele imperatore per vim & tyrannidem contra venerandam Romanam eccleſiam, & ejus auctoritatem nuper Conſtantinopoli coactum, uti veritatis inimicum & omni falſitate refertum, Epheſino illi latrocinio comparamus; impiaque acta illius, ubicumque habeantur, penitus abolenda decernimus, ignique pabulum & diris execrationibus devovemus. Idemque de ceteris eorumdem auctorum contra eamdem ſedem (apoſtolicam) quocumque tempore ſcriptis judicium eſto.

II.

Idem de illis quæ contra Ignatium noſtrum comminiſtrum ab eodem imperatore, & Photio ſcripta actaque ſunt, decernimus. Hos enim qui talia patrarunt, veluti parricidas execramur.

III.

Photium ab anteceſſore noſtro, nobiſque de criminibus propoſitis damnatum & anathematizatum, poſteaque priora ſcelera novis ſuperantem, & contra venerandam ſummamque apoſtolicæ ſedis auctoritatem ſeſe ingerentem, novaque mendaciorum & pravorum dogmatum figmenta concinnantem, atque adverſus anteceſſorem noſtrum ſanctiſſimum papam, & contra nos ipſos latrare auſum, & rurſum damnamus, & hac de cauſa ſpeciatim anathemate percellimus. Verumtamen ſi viva voce, ſuoque ſcripto & manu promittat ſe omnia a nobis & anteceſſore noſtro decreta ſubiturum, dictique conciliabuli acta damnaturum, a laicorum gratia & communione non excludemus.

IV.

Illi vero qui huic tam impio conciliabulo vel

vel aſſenſerunt, vel ſubſcripſerunt, ſi decretis A anteceſſoris noſtri ſanctiſſimi papæ Nicolai obtemperaverint, & ad ſanctiſſimi Ignatii communionem redierint, & conciliabuli commenta flammis inventa tradiderint, eccleſiaſtica communione non privabuntur: alias, nec ad illam quidem admittentur. Filium autem noſtrum imperatorem Baſilium, clementiſſimum & orthodoxiſſimum, quoniam illius nomen in dicti impietatis conciliabuli actis falſo inſcriptum cognovimus, alienum prorſus ab omni ſuſpicione mala declaramus, atque in albo piorum Auguſtorum, ſi ad finem uſque perſeveravit, reponimus.

B

## V.

Si quis igitur poſt hanc declarationem & ſententiam, dicta hæc execrandi conciliabuli monumenta actorum vel abſconderit, vel propugnarit, & non potius palam fecerit, atque in rogum conjecerit, eodem modo anathemati ſubjectus, a Chriſti ſocietate ejicietur. Si clericus tamen fuerit iſte, gradu ſuo dejicietur. Hæc autem omnia non ſolum de Conſtantinopolitanis, ſed etiam de Alexandrinis, & Antiochenis, atque Hieroſolymitanis, & de omnibus denique Chriſtianis apoſtolica ſanctione decernimus.

C

*Subſcriptiones.*

Hadrianus epiſcopus ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ his ſententiis a nobis promulgatis manu propria ſubſcripſi.

Et deinceps Romanæ eccleſiæ epiſcopi XXIX. ſacerdotes ejuſdem eccleſiæ novem, diaconi quinque pari modo ſubſcripſerunt. Poſt hæc ad Photium & Photianos a legatis in hæc verba commonitorium recitatum eſt.

D

Jam, dilecti fratres & conſacerdotes, in proxima hujus magnæ & ſanctæ ſynodi actione declaratum eſt, quo pacto Photius, qui a foro & curia profectus, eccleſiam Conſtantinopolitanam per vim invaſit, admonitus ſit, uti ſe ſubmitteret, verboque & ſcripto delicta ſua fateretur, ſcriptaque impia & acta bis contra ſanctum patriarcham Ignatium deteſtaretur; promitteretque ſe nihil in poſterum contra illum moliturum moturumve, ſed hunc pro germano antiſtite magna cum veneratione recepturum; apoſtolicæ vero ſedis decreta, aut de ſe, aut Ignatio prolata, amplexurum. Et quia nunc cernimus, illum omnia contumaciter reſpuere; non ferendum eſſet, ſi judicium a Nicolao ſanctiſſimo papa Romano, E indictione undecima in illum prolatum, & nunc ab Hadriano ſucceſſore illius, cujus nos in hoc ſancto concilio, imperio ſacrorum Auguſtorum Baſilii & Conſtantini in hac imperatoria urbe coacto, famuli & legati ſumus, denuo pronuntiatum ſilentio opprimeremus. Quapropter anathematis ſententiam in Photium denuo promulgandam dicimus.

A εἴτε συναινεσάντων, εἴτε ὑπογραψάντων, ἐὰν τοῖς θεσπίσμασι τοῦ προκατόχου μου ἁγιωτάτου πάπα Νικολάου κατακολουθήσωσι, καὶ εἰς τὴν τοῦ τιμιωτάτου Ἰγνατίου κοινωνίαν ἐπιστρέψωσι, καὶ τὰ παρ' αὐτῶν ἀνευρισκόμενα κατακαύσωσι, τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἀξιωθήσονται· ἑτέρως δὲ οὐδὲ ταύτης. τὸ δὲ τέκνον ἡμῶν τὸν βασιλέα Βασίλειον, τὸν ἐπιεικέστατον καὶ ὀρθοδοξότατον, ἐπεὶ τὸ αὐτοῦ ὄνομα ἐν ταῖς εἰρημέναις τοῦ ἀθέσμου συνεδρίου πράξεσι μεμαθήκαμεν ψευδῶς ἐγγραφῆναι, πάσης ἐναντίας ὑπολήψεως ἀλλότριον τιθέμεθα, καὶ ἐν τῷ τῶν εὐσεβῶν Αὐγούστων ἀριθμῷ τάττομεν, ἐὰν οὕτω διαμείνῃ μέχρι τέλους.

B

## ι'.

Εἴ τις τοίνυν μετὰ τὴν διάγνωσιν ταύτην τὰ προειρημένα ὑπομνήματα τῶν πρακτικῶν τοῦ αὐτοῦ βδελυροῦ συνεδρίου ἢ ἀποκρύψει, ἢ διεκδικήσει, καὶ μὴ μᾶλλον φανερώσει, καὶ πυρὶ παραδώσει, ἐπὶ τοσοῦτον τῷ ἀναθέματι συνεχόμενος, τῆς τοῦ Χριστοῦ κοινωνίας στερηθήσεται. εἰ μέντοι κληρικός ἐστιν οὗτος, τοῦ οἰκείου βαθμοῦ ἐκπεσεῖται. ταῦτα δὲ πάντα οὐ μόνον περὶ τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν Ἀλεξανδρέων, καὶ Ἀντιοχέων, καὶ Ἱεροσολυμιτῶν, καὶ περὶ πάντων ἁπλῶς τῶν πιστῶν δι' ἀποστολικῶν ἐκθέσεων θεσπίζομεν.

C

*Αἱ ὑπογραφαί.*

Ἀδριανὸς ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας ταύταις ταῖς ἀποφάσεσι ταῖς παρ' ἡμῶν ἐκτεθείσαις χειρὶ οἰκείᾳ ὑπέγραψα.

Καὶ ἑξῆς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοποι κθ'. ὑπέγραψαν. ὁμοίως καὶ ἱερεῖς τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας θ. ὁμοίως ὑπέγραψαν καὶ διάκονοι πέντε. καὶ μετὰ ταῦτα ἀνεγνώσθη παραινετικὸν πρὸς Φώτιον καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ, ἀπὸ φωνῆς τῶν τοποτηρητῶν, ἔχον οὕτως.

D Ἤδη πεφανέρωται, ὦ ἠγαπημένοι ἀδελφοὶ καὶ συνιερεῖς, ἐν τῇ προλαβούσῃ πράξει ταύτης τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου πῶς παρῃνέθη ὁ Φώτιος ὁ ἀγοραῖος καὶ βουλευτικὸς, καὶ ἐπιβήτωρ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, τοῦ ὑποκλιθῆναι, καὶ λόγῳ καὶ γραφῇ ἐξαγγεῖλαι τὰ ἁμαρτήματα αὐτοῦ, καὶ ἀναθεματίσαι τὰ παρανόμως γραφέντα καὶ πραχθέντα ὑπ' αὐτοῦ δὶς κατὰ Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου αὐτοῦ, καὶ ὁμολογῆσαι μηδεμίαν μηχανὴν ἢ συγκίνησιν ἔτι ποιῆσαι, ἀλλὰ τοῦτον ὡς ἀληθῆ Ἀρχιερέα αὐτοῦ μετὰ μεγάλης αἰδοῦς ἀποδέξασθαι· τῆς τε Ἀποστολικῆς καθέδρας τὰς ἐκθέσεις τὰς περὶ αὐτοῦ, ἢ περὶ Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου ἐξενεχθείσας τιμίως E προσπτύξασθαι. καὶ ἐπεὶ ἐν τούτοις πᾶσιν ὁρῶμεν αὐτὸν μὴ ὑπείκοντα, οὐκ ἀνεκτὸν ἦν παρασιωπῆσαι τὴν ἀπόφασιν τὴν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ῥώμης Νικολάου ἀπὸ ΙΝ. ια. κατ' αὐτοῦ ἐξενεχθεῖσαν, καὶ νῦν αὖθις ἐκφωνηθεῖσαν ὑπὸ τοῦ διαδόχου αὐτοῦ Ἀδριανοῦ, οὗ ἡμεῖς νῦν ἐσμὲν οἰκέται καὶ τοποτηρηταὶ παρὰ ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, τῇ συγκροτηθείσῃ κελεύσει τῶν ἁγίων βασιλέων Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει. διὰ τοῦτο γοῦν ἐξενεχθῆναι καὶ πάλιν τὴν ἀναθέματος ἀπόφασιν κατὰ Φωτίου λέγομεν.

ANNO CHRISTI 869.

Μετὰ ταῦτα ἀνεγνώσθη προσφωνηματικὸν Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου πρὸς τὴν σύνοδον, ἔχον οὕτως.

Ἀδελφοὶ ἅγιοι καὶ τέκνα ἠγαπημένα, παρακαλῶ ὑμᾶς ἐγὼ ὁ μέτριος ὑμῶν Ἀρχιερεὺς, νῦν ἐννοῆσαι τὸ γραφικὸν τὸ φάσκον· ἐμβλέψατε εἰς τὰς ἀρχαίας γενεὰς, καὶ ἴδετε, τίς ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ, καὶ κατῃσχύνθη. οἶμαι γὰρ μηδαμῶς ἀγνοεῖν ὑμᾶς, ἀλλ' οὐδὲ πᾶσαν τὴν τετραπέρατον οἰκουμένην, τὰ εἰς ἐμὲ πραχθέντα παρὰ βασιλέως ἀπαιδάλου καὶ ὄντως νεωτέρου, καὶ τοῦ παραδυναστεύοντος αὐτῷ Βάρδα καὶ τοῦ τότε δῆθεν Ἀρχιερέως, ὡς ἐξ ἄλλου Καϊάφα καὶ Ἄννα, ὃς διὰ τῆς θυρίδος εἰσῆλθεν εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων· καὶ διὰ τοῦτο καθεῖλεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, ὃς καὶ ἐξήγειρεν ἕτερον βασιλέα θεοφιλέστατον καὶ ὀρθοδοξότατον. οὗτος ὁ βασιλεὺς τὸν μὲν Φώτιον καθεῖλεν, ὃν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία τὸν ἀσυνείδητον καὶ ἀκατάστατον προσαγορεύει ταβελλάριον· τὴν δὲ ταπείνωσιν ἡμῶν πολλὰ δεινὰ παθοῦσαν ἀνεκαλέσατο εἰς τὸν ἴδιον θρόνον. ταῦτα δὲ πεποίηκε τοῖς ὅροις ἐξακολουθήσας τοῦ μακαριωτάτου πάπα Νικολάου, ὡς ἐκεῖνος συνοδικῶς ἐξεφώνησε, καὶ δι' ἐπιστολῶν ἐνταῦθα ἀπέστειλεν. ἐπεὶ δὲ κατὰ τοῦτο πολλὴν ἔσχε φροντίδα συναγαγεῖν τοποτηρητὰς ἐκ τῶν ἄλλων πατριαρχικῶν θρόνων, καὶ σύνοδον συστήσασθαι οἰκουμενικὴν, εἰς πέρας ἤγαγε τοῦτο. καὶ νῦν ὁρῶντες τούτους παρόντας καὶ προκαθεζομένους τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου, σοφίας πάσης πεπληρωμένους καὶ θείας χάριτος, δοξάσατε τὸν ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον Θεὸν, τὸν καταξιώσαντα τὸν εὐσεβέστατον ἡμῶν βασιλέα πρὸς τὴν τῶν τοιούτων ἀγαθῶν ἐκπλήρωσιν. καὶ μηδεὶς αὐτῷ παρεχέτω κόπος, λέγων· ἐγώ εἰμι Παύλου, ἐγὼ Ἀπολλὼ, ἐγὼ Κηφᾶ· ἀλλὰ δεῦτε ὁμοῦ πάντες στῆτε μεθ' ἡμῶν, καὶ ὡς ἑνὸς ὄντες ποιμένος, καὶ μιᾶς ποίμνης, τὸν ἕνα Θεὸν ἀνυμνήσωμεν καὶ μεγαλύνωμεν.

Φωτίῳ τῷ βουλευτικῷ καὶ ἐπιβήτορι ἀνάθεμα.
Φωτίῳ τῷ κοσμικῷ καὶ ἀγοραίῳ ἀνάθεμα.
Φωτίῳ τῷ νεοφύτῳ καὶ τυράννῳ ἀνάθεμα.
Φωτίῳ τῷ σχισματικῷ καὶ κατακεκριμένῳ ἀνάθεμα.
Φωτίῳ τῷ τέκτονι τῶν ψευσμάτων ἀνάθεμα.
Φωτίῳ τῷ μοιχῷ καὶ πατροκτόνῳ ἀνάθεμα.
Τῷ νέῳ Διοσκόρῳ ἀνάθεμα.
Τῷ νέῳ Ἰούδᾳ ἀνάθεμα.

Πᾶσι τοῖς ὀπαδοῖς αὐτοῦ καὶ ὑπασπισταῖς, καὶ Γρηγορίῳ τῷ ποτε ἀρχιεπισκόπῳ Συρακουσῶν, καὶ Εὐλαμπίῳ τῷ καθῃρημένῳ καὶ ἀποσχίστῃ ἀνάθεμα.

Καὶ ἐξελθόντος Φωτίου γέγονεν εὐφημία τῶν βασιλέων. εἶτα ἀνεγνώσθησαν στίχοι ιβ'. Ἰαμβικοὶ κατὰ Φωτίου ἀκαλλεῖς πάνυ.

A Deinde lecta eſt Ignatii patriarchæ ad ſynodum acclamatio in hanc ſententiam.

ACTIO VII. CON. VIII. GENER.

Fratres ſancti dilectique filii, obſecro vos ego humilis veſter patriarcha, ut nunc perpendatis divinam Scripturam quæ dicit: *Reſpicite filii nationes hominum, & ſcitote, quia nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt*. (Eccl. 2. Pſal. 10. & 70) Arbitror enim nec vos, nec quemquam per omnes quatuor orbis plagas ignorare quæ in me tentarit impius imperator, & revera junior; pariterque Bardas, qui magna apud illum auctoritate pollebat; & qui tum ſcilicet patriarcha fuit, nempe velut alter Caiphas & Annas, qui per feneſtram in ovile ovium eſt ingreſſus: quem propterea Deus ejecit, qui &

B alterum imperatorem Dei amantiſſimum, recteque fidei obſervantiſſimum excitavit. Hic imperator Photium expulit, quem Romana eccleſia utpote virum conſcientiæ expertem, & inordinatum appellat tabellarium; noſtram vero humilitatem multa perpeſſam in thronum proprium revocavit. Quæ ille (imperator Baſilius) ex beatiſſimi papæ Nicolai decretis, quæ papa in ſynodo ediderat, & per litteras huc miſerat, fecit. Deinde omnem operam dedit, ut ex aliis patriarchis legatos evocaret, conciliumque generale cogeret: eamque rem perfecit. Cum ergo præſentes hos ſpectemus, ſanctoque huic concilio præſidentes, omni ſapientia gratiaque cæleſti cu-

C mulatos, bonum clementemque Deum laudibus celebrate, qui religioſiſſimum noſtrum imperatorem ad bujuſcemodi bonorum ſtudium exitumque deduxit. Quare nemo illi moleſtus ſit, dicatve: *ego ſum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ*: (1. Cor. 1) ſed una omnes huc nobiſcum adeſte, & velut unius omnes paſtoris, uniuſque ovilis, unum Deum hymnis celebremus, magnificeque prædicemus.

Photio curiali & invaſori anathema.
Photio ſæculari & forenſi anathema.
Photio neophyto & tyranno anathema.
Photio ſchiſmatico & damnato anathema.

D

Photio architecto mendaciorum anathema.
Photio mœcho & parricidæ anathema.
Novo Dioſcoro anathema.
Novo Judæ anathema.

Omnibus ſectatoribus & propugnatoribus ejus, & Gregorio Syracuſano quondam archiepiſcopo, & Eulampio depoſito & ſchiſmatico anathema.

Egreſſo dein Photio, imperatoribus feliciter acclamatum eſt. Poſtremo * verſus Jambici bis ſeni in Photium admodum inconcinni lecti ſunt.

* Extant ſupra in verſione Anaſtaſii circa finem actionis VII.

E

## ΠΡΑΞΙΣ η.

ἘΝ ὀνόματι τοῦ Κυρίου καὶ δεσπότου πάντων Ἰησοῦ Χριστοῦ· βασιλείας τῶν θεοσώστων δεσποτῶν Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου, ΙΝ. γ'. νόναις Νοεμβρίαις, προτεθέντων τῶν τιμίων ξύλων καὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων, προκαθεσθέντος τοῦ βασιλέως ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας· ἐπὶ συνελεύσει τῶν αὐτῶν τοποτηρητῶν, καθὼς καὶ ἐν ταῖς προλαβούσαις συνόδοις.

## ACTIO OCTAVA.

ACT. VIII CON. VIII. GENER.

IN nomine domini, regis omnium Jeſu Chriſti. Dominis imperatoribus noſtris a Deo ſervatis Baſilio & Conſtantino, indictione III. Nonis Novembris; propoſita ſancta cruce, ſanctiſque evangeliis, præſidente imperatore in eodem eccleſiæ magnæ loco: in conſeſſu eorumdem legatorum, quemadmodum in prioribus conventibus erat conſuetum.

Ergo

ACTIO VIII. CON. VIII. GENER.

Ergo his præſentibus, imperatoris juſſu A Baanes præpoſitus in medium progreſſus dixit: Per improbitatem ſingularem, & artes fraudulentas circumventus annis ſuperioribus clerus & ſenatus, adeoque univerſa civitas vi coacta iniquis actionibus ſubſcripſit. Hodie vero divinitus gubernatum imperium noſtrum hæc chirographa vult flammis tradi: & ignoſcatur omni homini propter hanc ignorantiam. Quid ergo ſanctitati veſtræ placet? Hoc, inquiunt omnes, placet & Deo & nobis.

Rurſum Baanes præpoſitus: Sanctus, inquit, imperator noſter dicit: Conſilium do, ut male acta concrementur & aboleantur.

Sanctiſſimi epiſcopi dixerunt: Nunc tacitum B illud oraculum impletum videtur, quod ait: *Diſſolve colligationes impietatis, faſciculos injuſtorum commerciorum; omnem ſcripturam iniquam diſrumpe*. Ergo juſſu imperatoris in medio ſynodi ſpatio expoſitum eſt vas æneum igne plenum, allataque ſunt in ſacculo omnia volumina eorum, a quibus chirographa Photius exegit: ab omni nempe ſacrorum hominum ordine & numero, ſive ſacerdotum, ſive clericorum magnæ eccleſiæ, extraque illam, a majoribus juxta ac minoribus; a toto præterea ſenatu, omnibuſque aliis æque claris & obſcuris, quocumque opificio, quocumque demum ſtudio ac profeſſione ſpectarentur, cerdonibus, ſalſamentariis, ſive C ichthyopolis, lignatoribus, acuariis, ceteriſque id genus opificibus. Præterea ſcripta contra Nicolaum papam beatiſſimum conficta. Monumenta inſuper contra patriarcham Ignatium a ſynodico illo latrocinio Photii conſcripta. Singula ergo hæc per legatorum miniſtros in rogum conjecta, exuſta, & penitus abolita ſunt.

Isa. 58.

Deinde imperator ad Romanos legatos dixit: Imperium noſtrum adduxit vobis etiam ſuppoſititios illos legatos, quos Photius contra beatiſſimum papam Nicolaum ſubornarat. Si videtur ergo, introducantur.

Legati dixerunt: Introducantur.

Introductus eſt ergo Petrus, & a Baane D præpoſito interrogatus: Fuiſti in ſynodo Photiana contra papam Nicolaum inita; aut contra illum, libellum obtuliſti? Petrus dixit: Nihil horum mihi conſcius ſum. Legatur libellus meus, & quid a me factum ſit, planum fiet.

Lectus igitur eſt libellus in hæc verba.

Quoniam nonnulli ſuſpicati ſunt noſtram tenuitatem adverſus Romanam eccleſiam libellum tradidiſſe, quod in illo decantatiſſimo ſcripto noſtra nomina ſint expreſſa; aio denuo, neque libellum a me porrectum eſſe, neque imperatoriis auribus me obſtrepuiſſe: immo nec ſynodo, ſi tamen facta eſt, interfuiſſe. Hæc mea certiſſima eſt defenſio, E quam ſemper adhibebo. Vos autem rogatos velim, uti rurſum mihi Romam adeundi fiat poteſtas.

Tum & ceteri ſunt rogati, inter quos Baſilius fuit, ad quem dixere: Tunc libellum adverſus Romanam eccleſiam tradidiſti? Abſit, inquit ille. Ergo, inquiunt, anathematiza & eum qui dedit, & qui ſcripſit. Baſilius reſpondit: Qui libellum adverſus eccleſiam Romanam tradidit, anathema eſto: ego vero ſum e ſancta civitate. Interrogavit lega-

ANNO CHRISTI 869.

A Τούτων οὖν συνελθόντων, κατὰ κέλευσιν τοῦ βασιλέως ἔστη ἐν μέσῳ Βαάνης ὁ πραιπόσιτος, καὶ εἶπε· διὰ πολλὴν κακουργίαν καὶ κακοτεχνίαν, ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις ὑπέγραψεν ἡ ἱερωσύνη καὶ ἡ σύγκλητος, καὶ πᾶσα ἡ πόλις βίᾳ εἰς ὑποθέσεις ἀδίκους. σήμερον δὲ βουλήσει Θεοῦ ἡ θεοκυβέρνητος ἡμῶν βασιλεία κατακαῦσαι ἠβουλήθη αὐτά· καὶ συγχωρηθείη παντὶ ἀνθρώπῳ τὸ ἀγνόημα τοῦτο. τί οὖν δοκεῖ τῇ ἁγιωσύνῃ ὑμῶν; εἶπον πάντες· ἀρέσκει τοῦτο τῷ Θεῷ καὶ ἡμῖν.

Πάλιν Βαάνης ὁ πραιπόσιτος εἶπεν· ὁ βασιλεὺς ὁ ἅγιος λέγει· συμβουλεύω, ἵνα τὰ κακῶς πραχθέντα καυθῶσι καὶ ἀφανισθῶσιν.

B Οἱ ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι εἶπον· νῦν πεπλήρωται τὸ φάσκον λόγιον· λύε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, καὶ στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, καὶ διάσπα πᾶσαν γραφὴν ἄδικον. καὶ κελεύσαντος τοῦ βασιλέως προετέθη μέσον τῆς συνόδου σκεῦος χαλκοῦν πλῆρες πυρὸς, καὶ ἠνέχθησαν ἐν μαρσίπῳ πάντες οἱ τόμοι τῶν ἀπαιτηθέντων ἀπὸ Φωτίου χειρογράφων, ἀπὸ παντὸς ἱερατικοῦ καταλόγου, καὶ παντὸς τάγματος κληρικοῦ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἔξω, μεγάλων τε καὶ μικρῶν, καὶ πάντων τῶν τῆς συγκλητικῆς ἀξίας, καὶ πάντων τῶν ἄλλων περιφανῶν τε καὶ ἀφανῶν, καὶ πάσῃ τέχνῃ καὶ ἐπιστήμῃ καὶ παντοίῳ ἐπιτηδεύματι θεωρουμένων, σκυτέων, ἰχθυοπρατῶν, ξυ- C λάδων, βελονάδων, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν τοιούτων. ἔτι γε μὴν καὶ τὰ βιβλία τὰ πλαστογραφηθέντα κατὰ τοῦ μακαρίου πάπα Νικολάου, καὶ τὰ ὑπομνήματα τὰ κατὰ τοῦ πατριάρχου Ἰγνατίου, τὰ γεγονότα παρὰ τῆς λῃστρικῆς συνόδου Φωτίου. ἕκαστον οὖν τῶν τοιούτων διὰ τῶν ὑπηρετούντων τοῖς τοποτηρηταῖς εἰς τὸ πῦρ ἐνεβλήθη, καὶ καυθέντα ἠφανίσθησαν.

Εἶτα ὁ βασιλεὺς πρὸς τοὺς τοποτηρητὰς τῆς Ῥώμης εἶπεν· ἡ βασιλεία ἡμῶν ἤγαγεν ἐνταῦθα τοὺς ψευδοτοποτηρητὰς, οὓς ὁ Φώτιος προσελάβετο κατὰ τοῦ μακαριωτάτου πάπα Νικολάου. εἰ δοκεῖ γοῦν, εἰσαχθήτωσαν.

Οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον· εἰσαχθήτωσαν.

D Εἰσήχθη οὖν Πέτρος, καὶ παρὰ Βαάνους πραιποσίτου ἠρωτήθη· εὑρέθης εἰς τὴν σύνοδον, ἣν ἐποιήσατο Φώτιος κατὰ τοῦ πάπα Νικολάου, ἢ ἐπιδώσας λίβελλον κατ' αὐτοῦ; Πέτρος εἶπεν· οὐδὲν τούτων οἶδα. ἀναγνωσθήτω οὖν ὁ λίβελλός μου, καὶ οὗτος δηλώσει τὰ κατ' ἐμέ.

Καὶ ἀνεγνώσθη ἔχων οὕτως.

Ἐπεὶ τὴν ἡμετέραν εὐτέλειάν τινες ὑπειλήφασι κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας λίβελλον ἐπιδεδωκέναι, διὰ τὸ τὴν ὀνομασίαν ἡμῶν ἐν τῇ πολυθρυλλήτῳ συγγραφῇ περιέχεσθαι, λέγω πάλιν, ὡς οὔτε λίβελλον ἐπιδέδωκα, οὔτε βασιλικὰς ἀκοὰς παρενωχλησα· ἀλλ' οὐδὲ εἰ γέγονε σύνοδος, παρεγε- E νόμην. αὕτη μου ἡ τεθαρρημένη ἀπολογία, καὶ ταύτην οὐ παύσομαι λέγων ἀεί. ὑμᾶς δὲ παρακαλῶ ἀπὸ τοῦ νῦν κἂν ἀφεθῆναί με παλινδρομῆσαι πρὸς τὴν Ῥώμην.

Μετὰ τούτων ἠρωτήθησαν ἕτεροι, ἐν οἷς καὶ ὁ Βασίλειος, πρὸς ὃν εἶπον· σὺ ἐπέδωκας λίβελλον κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας; ὁ δὲ εἶπε· μὴ γένοιτο. καὶ εἶπον πρὸς αὐτόν· ἀναθεμάτισον καὶ τὸν δόντα καὶ τὸν γράψαντα. Βασίλειος εἶπεν· ὁ δοὺς λίβελλον κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἀνάθεμα ἔστω. ἐγὼ δέ εἰμι ἀπὸ τῆς ἁγίας πόλεως. ἠρώτησαν

A σεν ὁ βασιλεὺς τὸν τοποτηρητὴν Ἱεροσολύμων· γινώσκεις τοῦτον; καὶ εἶπε, ναί. καὶ πάλιν ἠρωτήθη Βασίλειος, δι' ἣν αἰτίαν εἰσῆλθεν εἰς Κωνσταντινούπολιν. ὁ δὲ εἶπεν· ἦλθον ὧδε ἐπὶ τοῦ πάπα Βενεδίκτου, καὶ ἐποίησα μῆνας εἴκοσι, καὶ οὐκ εἶχον τὰ πρὸς διοίκησιν. καὶ ὅτε ἐξεβλήθη ὁ πατριάρχης Ἰγνάτιος, ἀπῆλθον εἰς Ῥώμην ἐπὶ τοῦ πάπα Νικολάου· καὶ πάλιν ὑπέστρεψα ὧδε, καὶ οὔτε λίβελλον ἔδωκα κατ' ἐκείνου, οὔτε σύνοδον οἶδα. τί γάρ; ἐγὼ οἰκειακὸς ἐγενόμην τοῦ Νικολάου; μετὰ τοῦτον ἠρωτήθη Λεόντιος ὁ ψευδοτοποτηρητὴς Ἀλεξανδρείας, καὶ εἶπε μηδὲν τῶν λεγομένων εἰδέναι.

Βαάνης ὁ πραιπόσιτος πρὸς τὴν σύνοδον εἶπε· B τί ὑμῖν δοκεῖ; πᾶσαν ἄγνοιαν λέγουσιν ἔχειν. ὁ Φώτιος οὖν ἀνέπλασεν, ὡς ἤθελε, καὶ τοὺς λόγους καὶ τὰ πρόσωπα.

Οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς Ῥώμης πρὸς τοὺς ψευδοτοποτηρητὰς εἶπον· ποιήσατε λιβέλλους, καὶ ἀναθεματίσατε τοὺς ποιήσαντας τὰ βιβλία ἐκεῖνα, ἵνα δεχθῆτε εἰς κοινωνίαν.

Λεόντιος εἶπεν· οὐκ οἶδα τὸ βιβλίον, οὔτε ἐπέγραψα ἐν αὐτῷ.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· ἀναθεματίσατε τὸν ποιήσαντα αὐτὰ καὶ συγγραψάμενον.

Οἱ ψευδοτοποτηρηταὶ εἶπον· ἔχει τὸ ἀνάθεμα ὁ συγγραψάμενος καὶ συνεργήσας εἰς τὸ βιβλίον τοῦτο.

C Ἡ ἱερὰ σύγκλητος εἶπεν· ἐπεὶ οὐ θέλετε ἀναθεματίσαι, φαίνεσθε εἶναι αὐτοῦ συμμέτοχοι, καὶ ἀναθεματίζεσθε καὶ ὑμεῖς.

Οἱ τοποτηρηταὶ τῆς Ῥώμης εἶπον· ἐπεὶ οὐκ ἀνέχονται ἀναθεματίσαι, καθὼς ἔγραψεν ὁ πάπας Ἀδριανός, κατελθέτωσαν μεθ' ἡμῶν εἰς τὴν Ῥώμην.

Λεόντιος εἶπεν· ἀνάθεμα καὶ αὐτὰ καὶ τῷ συγγραφεῖ τούτων.

Βασίλειος ὁμοίως εἶπε.

Βαάνης ὁ πραιπόσιτος εἶπεν· ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ὁ ἅγιος συμβουλεύων, λέγει πρὸς τοὺς καθημένους ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ τοὺς ἱσταμένους, καὶ τὸ κοι- D νὸν ἅπαν τοῦ λαοῦ· βλέπετε πῶς φαίνεται ἡ ἀλήθεια, καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει· εἴ τις ἐξ ὑμῶν σκάνδαλον ἔχει, προσελθέτω τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ σήμερον, ἵνα μὴ ἔχητε αὔριον ἀπολογίαν.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· ὁ Θεὸς φυλάξαι τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα ἡμῶν. ἠρωτήθησαν οἱ ὑπογεγραμμένοι ἐν τῷ βιβλίῳ ἐκείνῳ μητροπολῖται, εἰ οἴδασι τὰς ὑπογραφάς. καὶ εἶπον πάντες· μὴ γένοιτο, οὐχ ὑπεγραψάμεθα.

Οἱ τοποτηρηταὶ τῆς Ῥώμης ᾐτήσαντο ἀναγνωσθῆναι κανόνα Μαρτίνου τοῦ πάπα Ῥώμης περὶ τῶν ψευδοτοποτηρητῶν· καὶ ἀνεγνώσθη ἔχων οὕτως.

E Εἴ τις κατὰ τοὺς ἐναγεῖς αἱρετικοὺς καθ' οἱονδήποτε τρόπον, ἢ λόγον, ἢ καιρόν, ἢ τόπον ἐπιχειρήσει ἢ ὅρια μετακινῆσαι, ἃ ἔθεντο οἱ ἅγιοι τῆς ἐκκλησίας πατέρες, ἢ μᾶλλον αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ πέντε σύνοδοι, ἢ καινοτομίας ἐπινοεῖν, καὶ πίστεως ἑτέρας ἐκθέσεις, ἢ λιβέλλους, ἢ συνόδους, ἢ πράξεις, ἢ τοποτηρησίας, καὶ ἁπλῶς ὅσα τοῖς ἀσεβέσιν αἱρετικοῖς ἔθισται πράττειν, καὶ μέχρι τέλους ἀμετανόητος τὰ τοιαῦτα δυσσεβῶς ἐνεργεῖ, ὁ τοιοῦτος εἰς τοὺς αἰῶνας ἔστω κατακεκριμένος.

Μετὰ τοῦτο ἀναστὰς Μητροφάνης μητροπολίτης

tum Hieroſolymitani patriarchæ imperator: Noſtine hunc? Etiam, inquit ille. Rogatus iterum Baſilius cur adiiſſet Conſtantinopolim? Sub Benedicto, inquit, huc veni, & hic menſes viginti commoratus, jam deſtituebar rebus ad vitam neceſſariis. Et quando ejectus eſt patriarcha Ignatius, Romam ego ſub papa Nicolao profectus, inde rurſus huc redii; nec libellum illum contra ullum dedi, neque quidquam de ſynodo novi. Quid enim? egone domeſticus fui Nicolai? Deinde interrogatus Leontius commentitius Alexandrini patriarchæ legatus, reſpondit nihil ſe ſcire de rebus quæ dicerentur.

Baanes præpoſitus ad ſynodum dixit: Quid vobis videtur? Illi ſe rerum omnium ignaros dictitant. Photius igitur & libellos & perſonas finxit.

Sanctiſſimæ Romanæ eccleſiæ legati ad pſeudo legatos dixere: Facite libellos, & in auctores illorum libellorum anathema pronuntiate, ut in ſocietatem eccleſiæ recipiamini.

Leontius dixit: Neſcio quis ille libellus ſit, nec ego ſubſcripſi illi.

Sancta ſynodus dixit: Anathema auctori & ſcriptori illorum dicite.

Pſeudo-legati dixere: Habet anathema, qui libellum hunc ſcripſit, & ſcribentem adjuvit.

Sacer ſenatus dixit: Quando recuſatis damnare, videmini affines culpæ: & vos quoque anathemati eſtis obnoxii.

Legati Romani dixere: Quoniam ex præſcripto Hadriani papæ nolunt anathematizare Romam nobiſcum proficiſcantur.

Leontius dixit: Anathema ſint & ſcripta & auctor.

Idem Baſilius dixit.

Baanes præpoſitus dixit: Imperator noſter conſilium dans omnibus, ad ſedentes in ſancta ſynodo, & ſtantes, univerſumque populum ait: Advertite, ut eluceſcat veritas, & lux in tenebris luceat: Si quis ex vobis offenſus eſt, accedat hodie ad ſanctam Dei eccleſiam, ne vobis cras ſit excuſatio.

Sancta ſynodus dixit: Deus ſervet religioſiſſimum imperatorem noſtrum. Interrogati ſunt in libello illo (Photiano) ſubſcripti metropolitæ, an ſubſcriptionis illius ſibi eſſent conſcii. Abſit hoc, inquiunt illi, non ſubſcripſimus.

Romanæ eccleſiæ legati poſtularunt, ut Martini papæ Romani canon de pſeudolegatis legeretur; qui in hæc verba eſt perlectus.

Si quis more ſceleſtorum hæreticorum quocumque modo, aut verbo, aut tempore, aut loco tentaverit aut terminos removere, quos poſuerunt ſancti eccleſiæ patres, aut ſanctæ & univerſales quinque ſynodi, aut novitates temere excogitare, & alias fidei expoſitiones, aut libellos, aut ſynodos, aut geſta, aut loci ſervaturas, & omnino ſi quid aliud impiis hæreticis conſuetum eſt agere, & uſque in finem ſine pœnitentia permanet hæc impio agens: talis in ſecula ſæculorum condemnatus ſit.

Deinde Metrophanes metropolita ſurrexit, & ma-

ACTIO VIII CONC. VIII. GENER.

ANNO CHRISTI 869.

& magna voce ( imperatori ) acclamavit : A Veritas rebus omnibus validior eſt, & res ipſa inexpugnabilis, & dominus noſter Jeſus Chriſtus ipſe veritatem ſe appellat; cujus ardens cultor, Chriſti amantiſſime imperator, effectus, ipſe quoque clara victoriæ trophæa, ab ipſa domini noſtri Jeſu Chriſti veritate firmatus, hodierna luce retuliſti. Per ſanctas ergo cælitum æmuli, civiſque cæleſtis, patris, inquam, noſtri Ignatii, & reliquorum ſanctitate conſpicuorum legatorum orationes, largiatur tibi Deus diuturnam vitam, gentium omnium imperium, regnumque cæleſte.

Poſt hanc acclamationem imperator ad legatos dixit: Theodorus cognomento Crithinus, princeps Iconomachorum ſectæ, ad ſan- B ctum hoc œcumenicumque concilium adductus eſt. Quid placet de eo fieri?

Legati omnes dixerunt: Mittantur ex proceribus honoratiſſimi ad illum, eique nomine legatorum pontificis Romani denuntient, ſanctiſſimum papam Hadrianum per litteras a religioſiſſimo imperatore ad illum patrem ſuum ſpiritalem datas rogatum, legatos miſiſſe: qui nunc cum ceteris patriarcharum vicariis in hac urbe convenimus, & te acceſſimus, ut vos errore, in quo verſamini, liberemus: eadem & nos orientis vicarii conteſtamur. C

Baanes igitur præpoſitus, & Deo patricius, juſſu imperatoris ad illum adeuntes, quæ in mandatis acceperant, expoſuerunt. Sed Crithino nihil ad illa reſpondente, Baanes præpoſitus nummum Cæſaris imagine inſignitum illi dedit, &: Accipiſne, inquit, hoc numiſma? cui Theodorus: Ego vero, inquit, accipio, & ut par eſt imperatoris numiſma colo, colo. Si, inquit Baanes, mortalis imperatoris imaginem veneraris, cur audes deivirilem Chriſti imaginem, & ſanctiſſimæ ejus genitricis, omniumque ſanctorum inhonorare? Quod, inquit Theodorus, numiſma mihi exhibuiſti, certum imperatoris mihi noti D vultum refert expreſſum. Jubes item, uti & Chriſti figuram & effigiem venerer; at ignoro, an Chriſtus hoc præceperit, & an illi gratum ſit futurum. Non, inquit Baanes, ut diſputaremus, huc miſſi ſumus, ſed ut admoneremus: & ſi vis obſequi, veni: vocat te generale totius eccleſiæ concilium. Sed cum Theodorus, ut veniret, adduci non potuiſſet, idque ſacro concilio renuntiatum eſſet;

Legati dixere: Legatur ſanctiſſimi papæ Nicolai caput de imaginibus; quod & eſt in hæc verba recitatum.

Quoniam vero par eſt, ut majorum patrum noſtrorum decreta inviolata cuſtodiamus, ſtatuimus, ut imagines domini noſtri E Jeſu Chriſti, ſemperque virginis & genitricis Dei, ſanctorumque omnium qui Deo a mundi origine placuere, quemadmodum univerſalis recepit eccleſia, ita in poſterum ſemper colantur. Joannem autem epiſcopum quondam Conſtantinopolitanum, ejuſdemque ſectatores, ſi nobiſcum ſentire noluerint, anathemati ſubjicimus.

Deinde imperator dixit: Sunt hic & alii qui Crithinum ſequuntur: ſi placet ſanctitati veſtræ, ingrediantur.

A προσεφώνησε μεγαλοφώνως· ἡ ἀλήθεια ὑπὲρ πάντα τὰ χρήματα πέφυκεν ἀλκιμώτατον καὶ ἀχείρωτον χρῆμα· καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀλήθειαν ὠνόμασεν ἑαυτόν. ἧς ἐραστὴς γεγονὼς καὶ αὐτὸς, φιλοχριστότατε βασιλεῦ, τροπαιοφόρος ἐπεφάνθης τὴν σήμερον, ὑπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀληθείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνισχυόμενος, καὶ διὰ τῶν ἁγίων εὐχῶν τοῦ ἰσαγγέλου καὶ οὐρανοπολίτου πατρὸς ἡμῶν Ἰγνατίου, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων τοποτηρητῶν. δώη σοι ὁ Θεὸς μακρότητα ἡμερῶν, ὑπόταξιν πάντων ἐθνῶν, καὶ βασιλείαν τὴν ἐπουράνιον.

Μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς προσφωνήσεως ταύτης, ὁ βασιλεὺς πρὸς τοὺς τοποτηρητὰς εἶπεν· Θεό- B δωρος ὁ ἐπιλεγόμενος Κρίθινος, ἔξαρχος ὢν τῆς Εἰκονομαχικῆς αἱρέσεως, ἤχθη πρὸς τὴν ἁγίαν ταύτην καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον. τί οὖν δοκεῖ ὑμῖν περὶ αὐτοῦ;

Οἱ τοποτηρηταὶ πάντες εἶπον· Ἀποσταλήτωσαν πρὸς αὐτὸν τινες τῶν μεγαλοπρεπεστάτων ἀρχόντων, καὶ εἰπάτωσαν αὐτῷ ὡς ἀπὸ τῶν τοποτηρητῶν τῆς Ῥώμης, ὅτι διὰ γραμμάτων τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως πρὸς τὸν πνευματικὸν αὐτοῦ πατέρα τὸν πάπαν Ἀδριανὸν γεγονότων, παρεκλήθη ὁ αὐτὸς ἁγιώτατος πάπας, καὶ ἔστειλε τοποτηρητάς· καὶ ἰδοὺ συναθροισθέντες ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει ἅμα τοῖς τοποτηρηταῖς τῶν ἀνατολικῶν θρόνων, καὶ μετακαλούμεθά σε, ἵνα τῆς συγχύσεως ὑ- C μᾶς πλάνης ἀπαλλαγὴν ὑμῖν περιποιησώμεθα. ταυτὰ δὲ λέγομεν καὶ ἡμεῖς οἱ τῶν ἀνατολικῶν τοποτηρηταί.

Βαάνης τοίνυν ὁ πραιπόσιτος, καὶ Λέων ὁ πατρίκιος, κατὰ κέλευσιν τοῦ βασιλέως ἀπῆλθον, καὶ εἶπον τὰ ἐντεταλμένα. ὡς δὲ ὁ Κρίθινος οὐδὲν πρὸς ταῦτα ἀπεκρίθη, Βαάνης ὁ πραιπόσιτος δέδωκεν αὐτῷ νόμισμα φέρον τοῦ βασιλέως τὴν εἰκόνα, καὶ εἶπε· δέχῃ τὸ νόμισμα τοῦτο; Θεόδωρος εἶπε· δέχομαι τοῦτο καὶ τιμῶ, καθὼς δεῖ τιμᾶσθαι βασιλικὸν νόμισμα. Βαάνης εἶπε· εἰ τὴν εἰκόνα τοῦ θνητοῦ βασιλέως οὐκ ἀτιμάζεις, πῶς τὴν θεανδρικὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τῆς ὑπεραγίας αὐτοῦ μητρὸς, καὶ πάντων τῶν ἁγίων τολμᾷς ἀτιμάζειν; Θεόδωρος εἶπεν· ὃ ἔδειξάς μοι D νόμισμα, ἀναμφιβόλως οἶδα, ὅτι φέρει εἰκόνα τοῦ βασιλέως. ἀπαιτεῖς με καὶ Χριστοῦ δέξασθαι χαρακτῆρα καὶ ἐκτύπωμα· ἀγνοῶ δὲ, εἰ ἐστι τοῦ Χριστοῦ τοῦτο πρόσταγμα, καὶ ἀρεστὸν ἐκείνῳ. Βαάνης εἶπεν· οὐχ ἕνεκα διαλέξεως ἀπεστάλημεν, ἀλλ᾽ ἕνεκεν παραινέσεως· καὶ εἰ βούλει πεισθῆναι, ἐλθέ· ἀνακαλεῖταί σε ἡ σύμπασα ἐκκλησία. ὡς δ᾽ οὐκ ἐπείσθη ὁ Θεόδωρος, καὶ ἀνηγγέλη τοῦτο τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

Εἶπον οἱ τοποτηρηταί· ἀναγνωσθήτω τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Νικολάου τὸ περὶ εἰκόνων κεφάλαιον· ὃ καὶ ἀνεγνώσθη ἔχον οὕτως.

Ἐπεὶ δὲ χρὴ ἡμᾶς τῶν μειζόνων ἡμῶν πατέρων τοὺς ὅρους ἀμετακινήτους τηρεῖν, ὁρίζομεν περὶ τῶν ἱε- E ρῶν καὶ τιμίων εἰκόνων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἀειπαρθένου αὐτοῦ μητρὸς, καὶ τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος εὐαρεστησάντων αὐτῷ ἁγίων, καθὼς ἡ οἰκουμενικὴ ἐκκλησία παρέλαβεν, ἔτι μέχρι τέλους σέβεσθαι τιμητικῶς. τὸν δὲ Ἰωάννην τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως προεστῶτα, καὶ τοὺς αὐτοῦ ὀπαδοὺς, ἐὰν μὴ μεθ᾽ ἡμῶν ὁμονοήσωσι, θεσπίζομεν τούτους εἶναι ἀνάθεμα.

Μετὰ τοῦτο εἶπεν ὁ βασιλεύς· εἰσὶν ὧδε καὶ ἄλλοι ὁμοφρονοῦντες τῷ Κριθίνῳ· καὶ εἰ δοκεῖ τῇ ἁγιωσύνῃ ὑμῶν, εἰσελθέτωσαν.

Ἡλίας

ANNO CHRISTI 859.

Ηλίας ὁ τοποτηρητὴς Ἱεροσολύμων εἶπεν· ἐλθέ- A τωσαν.

Καὶ εἰσῆλθε Νικήτας κληρικὸς, ϗ Θεόφιλος κοσμικὸς, ϗ Θεοφάνης νομικός. πρὸς οὓς εἶπον οἱ τοποτηρηταί· ἀναθεματίζετε τὴν Εἰκονομαχικὴν αἵρεσιν; εἶπον ἐκεῖνοι· ἐξηπατήθημεν πρώην ταῖς πονηρολογίαις τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων. νῦν δὲ τῆς οἰκουμενικῆς ϗ ἁγίας ταύτης συνόδου τὴν ὁμοφροσύνην ϗ σύμπνοιαν ἰδόντες, καταγινώσκομεν τῆς τῶν Εἰκονομάχων αἱρέσεως, ϗ ἀναθεματίζομεν πάντα τὸν μὴ προσκυνοῦντα τὰς ἁγίας ϗ σεπτὰς εἰκόνας. ϗ ἀνελθὼν ἕκαστος ἰδιαζόντως ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ, ἀναθεμάτισε τὴν αἵρεσιν τῶν Εἰκονομάχων, καὶ τοὺς ἐξάρχοντας αὐτῆς καὶ πατριάρχας, B Θεόδοτον, Ἀντώνιον, Ἰωάννην, ϗ Θεόδωρον τὸν ἐπιλεγόμενον Κρίθινον· οὓς ϗ ἠσπάσατο ὁ βασιλεύς. οἱ δὲ τοποτηρηταὶ σφόδρα τῷ βασιλεῖ ηὐχαρίστησαν, ϗ ὑπερηύξαντο αὐτοῦ ὡς ὀρθοδόξου ϗ θεόφρονος. ἀνεθεμάτισε Θεόδωρον τὸν Κρίθινον ἡ σύνοδος πᾶσα, ϗ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ, οὐ μόνον τοὺς ζῶντας, ἀλλὰ ϗ τοὺς τεθνηκότας.

Εἶτα ἀνελθὼν Στέφανος διάκονος ϗ νοτάριος, ἀνεθεμάτισεν οὕτως.

Τῷ ἔτι φρυαττομένῳ συνεδρίῳ κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἀνάθεμα.

Τῷ δεχομένῳ τὰ δυσσεβῆ τῆς τοιαύτης αἱρέσεως C λογίδρια ἀνάθεμα.

Τοῖς ἐκλαμβάνουσι τὰς Γραφικὰς ῥήσεις κατὰ τῶν εἰδώλων εἰς τὰς σεπτὰς εἰκόνας, ἀνάθεμα.

Τοῖς μὴ ἀσπαζομένοις τὰς ἁγίας εἰκόνας ἀνάθεμα.

Τοῖς ἀποκαλοῦσι ταύτας εἴδωλα, ἀνάθεμα.

Τοῖς λέγουσιν, ὅτι ὡς θεοῖς ταύταις προσέρχονται Χριστιανοὶ, ἀνάθεμα.

Τοῖς κοινωνοῖς τῶν ὑβριζόντων ταύτας, ἀνάθεμα.

Ἀναστασίῳ, Κωνσταντίνῳ, Νικήτᾳ, τοῖς ἐπὶ τῶν Ἰσαύρων τῶν αἱρετικῶν ἀνεπισκόποις καὶ ἀνιέροις, ἀνάθεμα.

Θεοδώρῳ, Ἀντωνίῳ ϗ Ἰωάννῃ, τοῖς ἀλληλοπροξένοις τῶν κακῶν ἁπάντων, ϗ ἐπιδιαδόχοις τῆς δυσσεβείας, ἀνάθεμα. D

Παύλῳ τῷ εἰς Σαῦλον ἐπιστρέψαντι, ϗ Διοδώρῳ τῷ ἐπιλεγομένῳ Γάστῃ, ϗ Στεφάνῳ τῷ Μολτῃ, ϗ τοῖς ὁμοίοις, ἀνάθεμα.

Θεοδώρῳ τῷ Κριθίνῳ ἀνάθεμα.

Βασιλείου, Κωνσταντίνου ϗ Λέοντος τῶν μεγάλων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη.

ACT. VIII. CON. VIII. GENER.

Elias Hieroſolymorum legatus dixit: Ingrediantur.

Et ingreſſi ſunt Nicetas clericus, & Theophilus laicus, ac Theophanes juriſconſultus: ad quos legati: Damnatis Iconomachorum hæreſin? Et illi: Decepti ſumus, inquiunt, antea improborum hominum ſermonibus impiis. Nunc autem cum ſancti & œcumenici hujus concilii concordiam & conſenſum videamus, ſectam Iconomachorum damnamus, & execramur quicumque ſacras ac venerandas imagines non adorat. Singulique ſingulatim præcelſo ſuggeſtu conſcenſo, hæreſim Iconomachorum ejurarunt; ejuſque duces ac patriarchas, Theodotum, Antonium, Joannem, Theodorum cognomento Crithinum damnaverunt: quos (ejerata hæreſi) oſculatus eſt imperator. Legati vero ingentibus Auguſto gratiis actis, Deum pro illo ut vere pio, recteque de fide ſentiente, ſunt precati. Crithinum vero & conjuratos illius, vivos mortuoſque univerſa ſynodus anathemate perculit.

Deinde Stephanus diaconus ac notarius ambonem aſcendit, atque hæc anathemata edidit.

Adhuc furenti Iconomachorum conciliabulo anathema.

Impiæ ſectæ nugas recipienti anathema.

Qui ſacris litteris idola deteſtantibus ad venerandas imagines oppugnandas abutuntur, anathema.

Sacras imagines non colentibus anathema.

Sacras imagines idola appellantibus anathema.

Dicentibus imagines a Chriſtianis ut deos coli, anathema.

Communicantibus cum iis qui ſacras imagines contumelioſe tractant, anathema.

Anaſtaſio, Conſtantino, Nicetæ, qui ſub Iſauricis hæreticis fuere profani & execrati epiſcopi, anathema.

Theodoro, Antonio & Joanni, ſibi inter se malorum omnium conciliatoribus, & impietatis ſucceſſoribus, anathema.

Paulo in Saulum converſo, Diodoro cognomento Gallæ, & Stephano Moltæ, & eorum ſimilibus, anathema.

Theodoro Crithino anathema.

Baſilio, Conſtantino & Leoni magnis imperatoribus multos annos.

## ΠΡΑΞΙΣ θ.

ΕΝ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ϗ δεσπότου πάντων Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ. βασιλείας τῶν θεοστέπτων ἡμῶν δεσποτῶν Βασιλείου ϗ Κωνσταντίνου ἔτους γ'. E Λέοντος δὲ πρώτου, ΙΝ. γ'. πρὸ μιᾶς εἰδῶν Φεβρουαρίων, προτεθέντων τῶν τιμίων ξύλων ϗ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. συνελθόντων τῶν τοποτηρητῶν τοῦ πάπα Ἀδριανοῦ, ϗ Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου, ϗ τῶν λοιπῶν τοποτηρητῶν τοῦ Ἀλεξανδρείας, τοῦ Ἀντιοχείας, τοῦ Ἱεροσολύμων· συμπαρούσης ϗ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου· πρὸς δὲ τούτοις συνεκάθισαν ἔπιθεν ἐν τῷ δεξιῷ μέρει οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες τοῦ τε Μιχαὴλ τοῦ ἐξοχωτάτου ϗ λαμπροτάτου ἄρχοντος Βουλγαρίας. ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ

## ACTIO NONA.

ACTIO IX CON. VIII GENER.

IN nomine domini, regis omnium Jeſu Chriſti Dei veri. Anno imperii divinitus coronatorum dominorum noſtrorum Baſilii & Conſtantini III. Leonis I. indictione III. pridie Idus Februarii, propoſita ſancta cruce, ſanctiſque evangeliis ad dexteram magnæ eccleſiæ. Congregatis papæ Hadriani legatis, & patriarcha Ignatio, ceteriſque Alexandriæ, Antiochiæ & Hieroſolymorum vicariis, & ſacro ſenatu: quibus aſſidebant pone ad dextrum latus excellentiſſimi ſplendidiſſimique principis Bulgariæ Michaelis clariſſimi proceres; e regione vero horum, Ludovici perilluſtris Franciæ (regis & imperatoris) dynaſtæ: aſſidentibus inſuper Deo dilectiſ-

lectiſſimis epiſcopis ſupra centum: ampliſſimus præpoſitus ſacri ſenatus nomine ad legatos omnes dixit: Noſtis, ſanctiſſimi patres, præteritis actionibus rite & ordine ſynodico eccleſiaſticam adminiſtrationem a vobis eſſe tractatam. Nunc adjuvante Deo Alexandrini patriarchæ legatus advenit. Quid vobis videtur?

Legati veteris Romæ cum legatis ex oriente dixere: Legantur publice cunctis audientibus litteræ illius commendatitiæ.

Dilectiſſimi Deo epiſcopi dixere: Idem nobis placet.

Lecta igitur in hæc verba eſt epiſtola.

*Religioſiſſimo & auguſtiſſimo imperatori Baſilio victori, Auguſto, triumphatori, grato Dei famulo, Michael inutilis ſervus ſervorum Domini mei, Alexandrinus.*

JAm diu, imperator, ad tuam auguſtiſſimam atque a cæleſti numine gubernatam majeſtatem ſcribere cupiebamus, cum metu barbarorum (Sarracenorum) prohibiti ſumus. Nunc juſſu hoc ipſum, quod optabamus & reformidabamus, intrepide executi ſumus; immortalique & cæleſti imperatori immenſas perſolvimus grates, quod is occaſione conficiendi negotii noſtram tenuitatem ſuo domini mei, domini Chriſtianiſſimi imperatoris, alloquio dignatus ſit. Dynaſta enim Palæſtinæ, Tiberiadis & Tyri nobis expoſuit, ſe litteras regias & honorificentiſſimas accepiſſe, quibus juberetur, quempiam ex Alexandrino patriarchatu cum noſtris litteris ſeu brevibus tabellis, propter duorum patriarcharum Conſtantinopolitanorum inter ſe diſſenſionem, mittere: & quia pacis conciliator laudatiſſimus imperator ex alieno ore cupit audire, quod ſit hac de re ſincerum judicium & ſententia, movit nos ad hoc declarandum. Quapropter legatum pro nobis miſimus virum pium, & a prima ætate in vita monaſtica exercitatum, abbatem Joſephum cum tenui hoc libello adjuncto.

Duo igitur patriarchæ, domine imperator Auguſte, ut unam ſedem uno tempore occupent, novit potentia tua fieri nullo modo poſſe: tametſi ea de re nihil prorſus antea quid acciderit, cognoverim. Et quæ judices non norunt, haud ſcio quomodo rectam de iis ſententiam ſint laturi. Probe ſcimus, imperator, apud tuam majeſtatem eſſe antiſtites & præſides, hegumenos & clericos, & in cælibatu viventes, omni rerum cognitione & ſapientia præſtantes; quos inter & ipſe princeps es: qui omnes, quid facto opus ſit, plene perſpicitis. Verumtamen quod ſcimus & nos, libere dicimus. Meminimus & veteri hiſtoria reperiſſe nos, in ſancta Chriſti Dei noſtri civitate geminos ſimul fuiſſe olim patriarchas. Trigeſimus enim poſt Chriſti in cælum aſcenſum Hieroſolymis patriarcha Narciſſus appellabatur, qui vitam quietam amplexus, relicto clam poſt annos duodecim throno ſuo, in loca prorſus ignota & deſer-

μέρει ὡσαύτως ὄπισθεν ἐκάθισαν οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες Λυδοΐχου τοῦ περιφανοῦς Φράγκου· ἔτι γε μὴν συγκαθεζομένων καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ὑπὲρ τοὺς ἑκατόν· ὁ μεγαλοπρεπέστατος πραιπόσιτος ὡς ἐκ προσώπου τῆς ἱερᾶς συγκλήτου εἶπε πρὸς τοὺς τοποτηρητὰς πάντας· ἐπίστασθε πατέρες μου ἁγιώτατοι, ὅτι ἐν ταῖς προλαβούσαις πράξεσιν ἡ ἐκκλησιαστικὴ διοίκησις γέγονεν ὑφ' ὑμῶν καθ' εἱρμὸν καὶ τάξιν συνοδικήν. νῦν δὲ τοῦ Θεοῦ συνεργοῦντος κατέλαβε καὶ τοῦ πατριάρχου Ἀλεξανδρείας ὁ τοποτηρητής. τί ὑμῖν δοκεῖ;

Οἱ τῆς Ῥώμης σὺν τοῖς ἀνατολικοῖς εἶπον· ἀναγνωσθήτω ἡ συστατικὴ αὐτοῦ ἐπιστολὴ εἰς ἐπήκοον πάντων.

Οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι εἶπον· τοῦτο καὶ ἡμῖν δοκεῖ.

Ἀνεγνώσθη οὖν ἡ ἐπιστολὴ ἔχουσα οὕτως.

Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ μεγαλοπρεπεστάτῳ βασιλεῖ νικητῇ Βασιλείῳ Αὐγούστῳ, τροπαιούχῳ, καὶ Θεοῦ θεράποντι, Μιχαὴλ ὁ ἀχρεῖος δοῦλος τῶν παίδων τοῦ Κυρίου μου, ὁ Ἀλεξανδρείας.

ἘΚΠΑΛΑΙ μὲν τοῦ γράψαι πρὸς τὴν σὴν θεοδήγητον καὶ μεγαλοπρεπῆ αὐτοκρατορίαν βασιλεῦ ἐφιέμενοι, καὶ δι' ἑτεροφύλων δέος εἰργόμενοι, νῦν δὲ κελευσθέντες, τὸ ποθούμενον καὶ πτοούμενον ἀόκνως πεπράχαμεν, τῷ ἀθανάτῳ καὶ ἐπουρανίῳ βασιλεῖ ἀπλέτους εὐχαριστίας ἀποδεδωκότες, ὅτι διὰ προφάσεώς τινος οἰκονομικῆς τὴν ἡμετέραν οὐθενότητα κατηξίωσε τῆς πρὸς τὸν ἐμὸν κύριον καὶ δεσπότην ὀρθοδοξοτάτου βασιλέως προσρήσεως ἐπιτυχεῖν. ὁ γὰρ ἐξουσιαστὴς τῆς τῶν Παλαιστινῶν χώρας, καὶ Τιβεριάδος, καὶ Τύρου πρὸς ἡμᾶς μεμήνυκε τὴν τῶν δεσποτικῶν καὶ τιμιωτάτων χαραγμάτων πρὸς αὐτὸν ἄφιξιν, κελευόντων αὐτῷ, ἕνα τῶν ἀπὸ τοῦ θρόνου Ἀλεξανδρείας τινὰ στεῖλαι σὺν ταῖς ἡμετέραις βραχίσι ξυσμαῖς, περὶ διχονοίας γινομένης δύο πατριαρχῶν ἕνεκα κατὰ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν. καὶ ὅτι ὁ θεοσυμβιβαστὴς πανεύφημος αὐτοκράτωρ ἐφίεται πρὸς ξένων ἀκοῦσαι στομάτων, τίς ἡ περὶ τούτου ἀκριβὴς διάγνωσις, κεκίνηκε πρὸς τὸ παρὸν σημαινόμενον. διὸ καὶ ἐστείλαμεν ἄνδρα εὐλαβῆ πολιτείαν ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων ἠσκημένον, ἀνθ' ἡμῶν, ἀββᾶν Ἰωσὴφ τοὔνομα, μεθ' οὗ καὶ ταύτην τὴν εὐτελῆ δελτίδα πεπόμφαμεν.

Περὶ γοῦν τοῦ δύο πατριάρχας, δέσποτα βασιλεῦ αὐτοκράτορ, ἐν ἑνὶ θρόνῳ κατὰ ταὐτὸν εἶναι ὡς ἀδύνατόν ἐστιν, οὐκ ἀγνοεῖ τὸ κράτος σου· πλὴν καὶ ἐγὼ ἀνήκοός εἰμι παντελῶς τῶν συμβεβηκότων. καὶ οἱ κρίνοντες ἃ μὴ ἴσασιν, οὐκ οἶδα πῶς εὐστοχήσουσιν. εὖ ἴσμεν, αὐτοκράτορ, ὅτι εἰσὶ παρὰ τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ἀρχιποίμενες καὶ πρόεδροι, καὶ ἡγούμενοι, κληρικοὶ καὶ ἄζυγες πάσῃ σοφίᾳ καὶ γνώσει κεκοσμημένοι, καὶ τούτων ἔξαρχος σύ· οἱ πάντες δὲ πλέον τὸ δέον γινώσκετε. πλὴν ὃ οἴδαμεν καὶ ἡμεῖς ἰδοὺ λέγομεν. εὑρίσκομεν ἔν τινι τῶν παλαιῶν ἱστοριῶν περὶ δύο πατριαρχῶν, ὅτι ποτὲ ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἁγίᾳ πόλει γεγόνασι. τριακοστὸς γὰρ πατριάρχης ἐν Ἱεροσολύμοις μετὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀνάληψιν ἐκαλεῖτο Νάρκισσος, ὃς τὴν ἡσυχίαν ἀσπασάμενος, κατέλειψε τὴν προεδρείαν μετὰ ἔτη ιβ΄. καὶ ἡσύχασεν εἰς τόπους ἀγνώστους· καὶ μετ' αὐτὸν προεχειρίσθη πατριάρχης ὁ Δῖος. ὡς δὲ παρῆλθε καὶ οὗτος

ANNO CHRISTI 869.

ὑτος θανάτῳ, μετὰ τοῦτον γέγονε Γερμανός.
μετ᾽ αὐτὸν Γόρδιος· ἐφ᾽ οὗ πάλιν ἀνεφάνη Νάρ-
κισσος, καὶ τὴν σὺν αὐτῷ Γορδίῳ ἐν ὁμοφροσύ-
νῃ καὶ ὁμονοίᾳ. τοῦ δὲ Γορδίου τελευτήσαντος, καὶ
τοῦ Ναρκίσσου ὑπεργηράσαντος· τὴν γὰρ ἐτῶν ρις΄.
Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος εἰς προσκύνησιν ἐλθὼν
τῶν ἁγίων τόπων, κατὰ θείαν ἀποκάλυψιν πατριάρ-
χης γέγονεν Ἱεροσολύμων, τοῦ Γέροντος Ναρκίσσου
πολλὰ τοῦτον παρακαλέσαντος, ὃς καὶ μαρτυρίῳ ὕστε-
ρον τελευτᾷ. ταῦτα γράφομεν, ἐπευχόμενοι μετὰ
πλείστην βιοτὴν τῇ βασιλείᾳ σου τὴν ἀθάνατον βα-
σιλείαν, λιταῖς τῆς ἀμώμου καὶ θεοτόκου Μαρίας,
Μάρκου τε τοῦ θεσπεσίου εὐαγγελιστοῦ, Ἀποστόλου καὶ
μάρτυρος, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. ἀμήν.

A ta ſeceſſit; ſecundumque illum patriarcha creatus eſt Dius: quo vita functo, ſuffectus eſt Germanus patriarcha: poſt Germanum Gordius; quo eccleſiam adminiſtrante rurſum apparuit Narciſſus qui cum Gordio ſumma animorum conjunctione & concordia vixit. Decedente vero Gordio, & Narciſſo jam annis & ſenio feſſo. (ſexdecim enim annos vixerat ſupra centum) Alexander epiſcopus, cum ab ſancta loca venerationis cauſa veniſſet, divinitus patriarcha Hieroſolymorum renuntiatus eſt, Narciſſo grandævo illum ad hoc munus ſubeundum multum deprecante, qui & martyrii poſtea coronam adeptus eſt. Hæc ſcribimus, optamuſque ma-
B jeſtati tuæ per intemeratæ Dei matris preces, ſanctique & venerandi evangeliſtæ, apoſtoli & martyris Marci, ſanctorumque omnium, poſt vitam diuturnam regnum immortale. Amen.

ACTIO IX. CON. VIII. GENER.

Ταύτης τῆς ἐπιστολῆς ἀναγνωσθείσης, οἱ τοπο-
τηρηταὶ Ῥώμης καὶ τῶν ἀνατολικῶν θρόνων, ἥτε ἱε-
ρὰ σύγκλητος καὶ οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· ἐν πιστώσει
πλείᾳ γεγόναμεν, ὅτι ἀληθέστατος τοποτηρητὴς τοῦ
θρόνου ἐστὶν Ἀλεξανδρείας ὁ τὴν ἐπιστολὴν κομίζων.
ἐπεὶ δὲ ἤδη ὀκτὼ γεγόνασι σύνοδοι πράξασαι ὅσα
πέπρακται, ἀναγκαῖόν ἐστι μαθεῖν ἡμᾶς, εἰ οἶδε
ταῦτα ὁ εὐλαβέστατος τοποτηρητὴς τοῦ θρόνου Ἀλε-
ξανδρείας. ἐρωτηθεὶς οὖν οὗτος, εἶπεν εἰδέναι ταῦ-
τα· ὃς καὶ ἐπιδέδωκε λίβελλον, καὶ ἠξίωσεν ἀνα-
γνωσθῆναι τοῦτον ἐπὶ κοινοῦ· ὃς καὶ ἀνεγνώσθη ἔχων
οὕτως.

Lectis his litteris, legati cum Romani, tum orientis, ſacerque ſenatus & eſpiſcopi dixere: Nullum nobis relictum eſt dubium, quin is qui has litteras tulit, certiſſimus ſit legatus patriarchæ Alexandrini. Quoniam vero nunc octo ſynodi actiones celebratæ ſunt, par eſt ut intelligamus, utrum religioſiſſimus Alexandrini patriarchæ vicarius, quid in iis actum ſit, cognoverit. Interrogatus ergo, ſcire ſe reſpondit, traditumque libellum roga-
C vit, ut palam legeretur; qui & in hæc verba lectus eſt.

Ἰωσὴφ μοναχὸς καὶ ἀρχιδιάκονος, καὶ τοποτηρητὴς
Μιχαὴλ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, ταῦ-
τα λέγω πρὸς τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον. νῦν
ἄξιον εἰπεῖν μετὰ τοῦ προφήτου Δαβίδ· θέλημα κύριος
τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιήσει. ἐπεὶ γὰρ Βασίλειος ὁ
κατὰ πάντα πρᾳότατος καὶ πιστότατος βασιλεὺς ἡμῶν
θεμέλιον καὶ κρηπῖδα ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ τὸν φόβον τοῦ
Θεοῦ ἔθετο, διὰ τοῦτο ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπ᾽ αὐτὸν βλέ-
πουσι, καὶ τὸ θέλημα τούτου κατευθύνεται. καὶ τῆς Γρα-
φῆς λεγούσης· ἐκ στόματος δύο ἢ τριῶν μαρτύρων στα-
θήσεται πᾶν ῥῆμα· διὰ τεσσάρων μαρτύρων ἀψευδε-
στάτων παραστῆσαι αὐτῷ εὐδόκησε τὴν ἀλήθειαν, του-
τέστι, τῶν τοποτηρητῶν Ῥώμης, Ἀντιοχείας, Ἱεροσο-
λύμων· καὶ τελευταῖον καὶ ἡμᾶς ἐκ τῶν μεσημβρινῶν
κλιμάτων ἐφελκύσατο, ἀναπληρώσοντας τὸν τόπον τοῦ Α-
ποστολικοῦ θρόνου τῆς μεγάλης τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκ-
κλησίας. οἵτινες θείᾳ χάριτι καὶ βασιλικῇ ἐπινεύσει
πάντα δι᾽ ἐπιμελείας ἀνιχνεύσαμεν, ὥστε μηδὲν ἡμᾶς
λαθεῖν τῶν πεπραγμένων τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν πρὸ
τῆς ἡμετέρας ἐφόδου· πρὸς δὲ καὶ τὰς προκινηθείσας
ἐνταῦθα ὑποθέσεις περὶ Ἰγνάτιον τὸν πατριάρχην,
καὶ Φώτιον τὸν μοιχὸν τῆς ἐκκλησίας Κωνσταντινουπό-
λεως, ὡσαύτως καὶ τὰ περὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκό-
νων. ὧν καὶ ἐν γνώσει γεγονότες τεθαυμάκαμεν, ὅπως
ἐσαφήνισεν ἡ φωνὴ τοῦ σωτῆρος ἡ λέγουσα· οὐδὲν κρυ-
πτόν, ὃ οὐ γνωσθήσεται καὶ εἰς φανερὸν ἔλθῃ. καὶ γὰρ
ἀληθῶς ἐμπνευσθέντες οἱ τοποτηρηταὶ τῶν πατριαρ-
χικῶν θρόνων σὺν τοῖς Ῥώμης, πάντα καλῶς διέγνων
καὶ ᾠκονόμησαν, καὶ τὴν ἀλήθειαν εἰς τὸ φανερὸν ἤγα-
γον· οἷς καὶ ἡμεῖς συγκατατιθέμεθα, καὶ στοιχοῦμεν
ταῖς αὐτῶν διαγνώσεσι.

Joſephus monachus & archidiaconus, Michaelis ſanctiſſimi patriarchæ Alexandriæ vicarius, ad ſanctam & œcumenicam ſynodum hæc dico: Æquum eſt, ut nunc cum Davide propheta dicamus: *Dominus voluntatem timentium ſe faciet*. Poſtquam enim Baſilius uſquequaque clementiſſimus fideliſſimuſque imperator noſter baſim & fundamentum in pectore ſuo timorem Domini collocavit, idcirco oculi Domini ſuper illum reſpiciunt, & voluntatem ejus diriget. Et dicente Scriptura: *In ore duorum aut trium teſtium ſtabit*
D *omne verbum*: per quatuor certiſſimos teſtes placuit illi firmare fidem, hoc eſt, legatos veteris Romæ, Antiochiæ, Hieroſolymorum: ac demum nos ex meridianis plagis attraxit, ut locum apoſtolici throni magnæ Alexandrinorum eccleſiæ expleremus. Qui divino beneficio & imperatoris nutu omnia ſtudioſiſſime perveſtigavimus, ne quid nos eorum quæ acta erant a fratribus noſtris antequam adveniſſemus, effugeret: nec non propoſitas cauſas de patriarcha Ignatio & Photio eccleſiæ Conſtantinopolitanæ mœcho, pariterque de ſacris & venerandis imaginibus. Quibus cognitis, mirati ſumus, quam perſpicua ſit vox ſalvatoris noſtri, cum dicit: *Nihil occul-*
E *tum, quod non revelabitur & palam fiet*. Etenim vere cœleſti afflati numine patriarcharum legati una cum Romæ veteris legatis, omnia rite perſcrutati cognoverunt & compoſuerunt, veritatemque in lucem protulerunt: ad quos & nos accedimus, illorumque decretis atque judicio noſtrum quoque ſubſcribimus.

Pſal. 144.

Deut. 17 & 19. Matth. 18. 2. Cor. 13

Matth. 10. Luc 8.

Μετὰ γοῦν τὴν ἀνάγνωσιν ταύτην ἡ ἁγία καὶ οἰκου-
μενικὴ σύνοδος εἶπε· τὸ ἀναγνωσθὲν γράμμα ἐβεβαίω-

Lecta hæc epiſtola ſynodus œcumenica dixit: Lectus hic libellus certiores nos fecit

reli-

religioſiſſimum Alexandrinæ eccleſiæ legatum A noſtræ ſententiæ aſſentiri.

Magnificentiſſimi præſides dixere: Hoc caput expeditum eſt. Quid ergo placet hodie conſtituere?

Legati Romani dixere: Intelleximus eſſe quoſdam perjuros in patriarcham Ignatium teſtes, quemadmodum nobis Rhadoaldus & Zacharias epiſcopi, qui Roma legati prius miſſi fuerunt Conſtantinopolim, expoſuere. Hi teſtes perjuri neceſſario ſiſtendi ſunt.

Ceteri legati & univerſa ſynodus dixere: Congruum eſt eccleſiam ab omni offenſa & ſcandalis perfecte repurgari. Introducti ergo B mendaces illi teſtes, ſinguli ſeorſim ſunt interrogati. Ac primus interrogatus eſt Theodorus protoſpatharius, quo pacto contra Ignatium juraverit. Qui reſpondit, coactum ſe metu principum juraviſſe. Jusjurandum autem hoc erat: Ignatium abſque calculis non rite creatum eſſe patriarcham; ſeque ſcientem pejeraſſe: ſed aliter, inquit, ac juſſus eram, facere non potui. Eamque ob cauſam adii ad monachum, qui quadraginta annos in columna habitarat, meumque illi ſcelus confeſſus ſum; a quo pœnam epitimii irrogatam accepi, quam adhuc hodie ſubeo. Rurſus interrogatus, an ſynodum hanc reciperet, & reſtitutionem Ignatii ratam haberet: C & ſynodum a ſe probari, & Ignatii reſtitutionem libenti gratoque animo recipi confirmavit. Tum Leo conſul de eodem jurejurando interrogatus, eamdem juramenti cauſam excuſavit, ſe item vi adactum; ſeſeque epitimia, ſi imponerentur, recepturum: ſimulque ſe Ignatium reſtitutum recipere. Juſſus vero anathematizare Photium, affirmavit, non poſſe a ſe hominem de catholica fide recte ſentientem anathematizari. Etenim anathematiſmum contra non credentes aut perfidos valere, Photium orthodoxum eſſe.

Legati dixere: Opera ejus quavis hæreſi ſunt deteriora.

Leo dixit: Quandoquidem judicatis ana- D thema etiam ſine hæreſi eſſe, & ego omnibus anathema dico, quos ſancta ſynodus anathemate multavit. Deinceps ceteri minime pauci ſunt excuſſi, qui æque perjure teſtati erant: omneſque ſuum facinus confeſſi, datis pœnitentiæ ſignis, cenſuras pœnaſque ſubierunt.

Sanctiſſimus patriarcha Ignatius dixit: Et alios haud paucos eſſe ſcio, acuarios, inquam, ſtabularios, veterinarios, ſeu medicos equarios, & hoc genus alios. Quare æquum eſt ut adſint omnes, & apud ſynodum ingenue ſe perjurum jusjurandum juraviſſe fateantur.

E Poſtea aliud caput eſt propoſitum.

Romæ legati dixerunt: Intelleximus quoſdam in hac regia urbe, improbos laicos rerum ſacrarum irriſores, & ſenatores, ſuperhumeralia geſtare, epiſcoporumque ritus & ceremonias imitari. Introducantur & iſti. Introducti ergo viri primarii, rogatique, quomodo hoc facinus facere eſſent auſi: Michael, inquiunt, imperator per jocum & ludibrium id factitabat, nobiſque ſtolam pontificiam injiciebat; cujus periinviti imperata faciebamus.

A σεν ἡμᾶς, ὅτι συμφωνεῖ τῇ κρίσει ἡμῶν ὁ εὐλαβέστατος τοποτηρητὴς τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας.

Οἱ μεγαλοπρεπέστατοι ἄρχοντες εἶπον· τοῦτο τὸ κεφάλαιον πέρας εἴληφε. τί γοῦν βούλεσθε διοικηθῆναι σήμερον;

Οἱ τοποτηρηταὶ Ῥώμης εἶπον· ἐμάθομεν εἶναί τινας ψευδῶς μαρτυρήσαντας κατὰ Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου, καθὼς εἶπον ἡμῖν Ῥαδόαλδος καὶ Ζαχαρίας οἱ ἐπίσκοποι, οἱ πρώην ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀποσταλέντες· καὶ χρὴ τοὺς τοιούτους ψευδομάρτυρας ἀχθῆναι.

Εἶπον οἱ λοιποὶ τοποτηρηταὶ καὶ ἡ σύνοδος πᾶσα· καλόν ἐστι τελείως καθαρθῆναι τὴν ἐκκλησίαν B ἀπὸ τῶν σκανδάλων· καὶ εἰσήχθησαν οἱ ψευδομάρτυρες, καὶ ἠρωτήθησαν ἰδίᾳ ἕκαστος. καὶ πρῶτος ἠρωτήθη Θεόδωρος πρωτοσπαθάριος, πῶς ὤμοσε κατὰ Ἰγνατίου· καὶ εἶπεν, ἄκων ὀμόσαι διὰ φόβον τῶν κρατούντων τότε. ὁ δὲ ὅρκος ἦν· ὅτι ἀψήφιστος ὁ Ἰγνάτιος γέγονε πατριάρχης· καὶ ᾔδειν μὲν ὅτι ψευδορκῶ, ἀλλ' οὐκ ἠδυνήθην μὴ ποιῆσαι ὃ προσετάγην. διὸ καὶ προσῆλθον μοναχῷ μ΄. ἔτη εἰς στύλον πεποιηκότι, καὶ ἐξηγόρευσα τὸ ἁμάρτημα, καὶ ἔλαβον ἐπιτίμια, καὶ φυλάσσω ταῦτα μέχρι τοῦ νῦν. ἠρωτήθη δὲ πάλιν οὗτος, εἰ ἀποδέχεται τὴν τοιαύτην σύνοδον, καὶ εὐδοκεῖ εἰς τὴν ἀποκατάστασιν Ἰγνατίου· καὶ κατετέθη τήν τε σύνοδον ἀπο- C δέχεσθαι, καὶ ὡς τὴν τοῦ Ἰγνατίου ἀποκατάστασιν δέχεται εὐχαρίστως. εἶτα ἠρωτήθη Λέων ὕπατος, περὶ τοῦ αὐτοῦ ὅρκου· καὶ εἶπε καὶ αὐτὸς τήν τε αἰτίαν τοῦ ὅρκου τὴν αὐτήν· καὶ ὅτι βίᾳ εἰς τοῦτο παρήχθη· καὶ ὅτι εἰ δοθῶσιν αὐτῷ ἐπιτίμια ὑπὲρ τούτου, λήψεται ταῦτα· καὶ ὅτι ἀποδέχεται τὴν ἀποκατάστασιν Ἰγνατίου. ἀπαιτηθεὶς δὲ ἀναθεματίσαι τὸν Φώτιον, εἶπεν· ὡς οὐκ ἐνδέχεται ὀρθόδοξον ἄνθρωπον ἀναθεματίζεσθαι. ὁ γὰρ ἀναθεματισμὸς ἐπὶ ἀπίστων γίνεται· ὁ Φώτιος ὀρθόδοξός ἐστιν.

Εἶπον οἱ τοποτηρηταί· τὰ ἔργα αὐτοῦ ἄξιά εἰσι πάσης αἱρέσεως χείρονα.

D Λέων εἶπεν· ἐπεὶ κρίνετε ὑμεῖς καὶ χωρὶς αἱρέσεως ἀναθεματισμὸν γίνεσθαι, ἀναθεματίζω κἀγὼ πάντας, οὓς ἀνεθεμάτισεν ἡ ἁγία σύνοδος. μετὰ τοῦτο ἠρωτήθησαν ἕτεροι οὐκ ὀλίγοι, ὁμοίως ψευδορκήσαντες· καὶ πάντες ὡμολόγησαν, καὶ μετάνοιαν συνέθεντο, καὶ ἐπιτίμια κατεδέξαντο.

Ἰγνάτιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπε· καὶ ἕτεροι πολλοί, οἶδα, εἰσίν, οἷον βελονάδες, σταυλισιανοί, ἱπποΐατροι, καὶ ἕτεροι ὅμοιοι. διὸ δίκαιόν ἐστιν, ἵνα ἔλθωσι πάντες κατενώπιον τῆς συνόδου, καὶ ὁμολογήσωσι τὴν ἀλήθειαν, πῶς ψευδῶς ὤμοσαν.

E Μετὰ τοῦτο εἰσήχθη ἕτερον τοιοῦτον κεφάλαιον.

Εἶπον οἱ τοποτηρηταὶ τῆς Ῥώμης· ἀκηκόαμεν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει, ὅτι περ πονηροί τινες καὶ καταφρονηταὶ ἄνθρωποι, λαϊκοὶ καὶ συγκλητικοὶ φοροῦσιν ὠμόφορα, καὶ ποιοῦσι τὸ δοκεῖν τι τῶν Ἀρχιερέων· καὶ εἰσαχθήτωσαν οὗτοι. εἰσήχθησαν οὖν ἄνδρες ἀξιωματικοί, καὶ ἠρωτήθησαν, πῶς τοῦτο ἐποίουν. καὶ εἶπον· Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς παιγνίδια ἐποίει, ἐπιτιθεὶς ἡμῖν ἀρχιερατικὴν στολήν· καὶ μὴ βουλόμενοι ἐποιοῦμεν τὰ προστεταγμένα.

ANNO CHRISTI 869

Οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον· κακῶς ἐποιεῖτε, καὶ διὰ A
τοῦτο ἔνοχοι ἐπιτιμίων ἐστέ. ὅτι δὲ ταῦτα ἐποιεῖτε,
ἐθεώρει ὑμᾶς Φώτιος; οἱ δὲ εἶπον, οὐκ οἴδαμεν·
ἓν μόνον οἴδαμεν, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων ἠγνόει
τὰ γινόμενα.

Μετὰ τοῦτο εἶπον οἱ τοποτηρηταὶ Ῥώμης· ἀναγ-
καῖόν ἐστιν εἰς μέσον εἶναι τοὺς ψευδοτοποτηρητάς,
πρὸς τὸ διαγνῶναι τοὺς τοῦ Φωτίου πανουργίας,
δολιότητας καὶ τὸν εὐλαβέστατον τοποτηρητὴν τῶν Α-
λεξανδρέων. παρήχθησαν οὖν, καὶ ὡμολόγησαν καὶ
αὐτοὶ, ὅπως παρὰ Φωτίου ἐδιδάχθησαν ὑποκρι-
θῆναι τὴν τοποτηρησίαν τῶν θρόνων τῆς Ῥώμης
καὶ τῶν Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν λοιπῶν ἀνατολικῶν
θρόνων. ἠρωτήθησαν δὲ, εἰ ἀποδέχονται τὴν ἁγίαν B
ταύτην σύνοδον. καὶ εἶπον· καθὼς οἱ λοιποὶ πάν-
τες Χριστιανοὶ, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἀποδεχόμεθα ταύτην.
ἠρωτήθησαν καὶ περὶ τοῦ πάπα Νικολάου, καὶ τοῦ πα-
τριάρχου Ἰγνατίου, εἰ ἀποδέχονται αὐτούς· καὶ εἶπον,
οὕτως ἀποδέχεσθαι τούτους, καθὼς καὶ ἡ ἁγία καὶ οἰ-
κουμενικὴ σύνοδος.

Εἶπον οἱ τοποτηρηταὶ Ῥώμης πρὸς τὸν τῆς Ἀλε-
ξανδρέων τοποτηρητήν· ἰδοὺ καὶ αὐτὸς ἠγαπημένε ἡ-
μῖν ἀδελφὲ, ἔγνως δι' ὧν ἀκήκοας νῦν τοὺς τοῦ Φω-
τίου κακουργίας. τούτους οὖν τοὺς ἀνθρώπους πτωχοὺς
ὄντας καὶ ξένους κρίνομεν συγγνώμης ἀξιωθῆναι καὶ
ἀπολυθῆναι. δόξα δὲ τῷ Θεῷ τῷ τὴν ἁγίαν ταύ-
την οἰκουμενικὴν σύνοδον συναθροισθῆναι καταξιώ- C
σαντι, καὶ εἰρηναίαν οὕτω ποιησαμένῳ κατάστασιν. καὶ
Ἠλίας δὲ ὁ τοποτηρητὴς Ἱεροσολύμων εὐχαριστεῖν
εἶπε τῷ Θεῷ, ὅτι κατηξίωσε διὰ τοσούτων χρόνων
τὰς πατριαρχικὰς κεφαλὰς ἑνωθῆναι ἀλλήλαις πρὸς
δόξαν αὐτοῦ. εἶθ' οὕτω τῆς συνήθους εὐφημίας γενο-
μένης, διελύθη ὁ σύλλογος.

Legati dixere: Improbe feciſtis, & epiti-
miis obnoxii eſtis. Viditne Photius hoc vos
ſaltitantes? Neſcimus, inquiunt: hoc unum
ſcimus, neminem mortalium, quæ fierent,
ignoraviſſe.

ACTIO IX. CON. VIII GENER.

Tum Romæ legati dixere: Neceſſario in
medium adducendi ſunt ſuppoſititii illi vica-
rii, ut improbas Photii artes fraudeſque etiam
religioſiſſimus Alexandrinorum legatus per-
noſcat. Adducti ergo & hi aperuerunt, qua
ratione a Photio edocti fuerint, ut legatos
veteris Romæ & Alexandriæ, & reliquarum
ſedium orientis ſimularent. Rogati, an ſan-
ctam hanc ſynodum reciperent, reſponde-
runt: Ut ceteri eam omnes Chriſtiani reci-
piunt, ita & nos recipimus. Interrogati de
papa Nicolao & patriarcha Ignatio, an &
hos reciperent, reſponderunt: Ita recipimus,
quemadmodum ſancta & œcumenica ſynodus
recipit.

Legati Romani ad legatum Alexandrinæ
cathedræ dixerunt: En dilecte nobis frater,
intellexiſti ex auditis technas & improbita-
tem Photii. Hos ergo mendicos homines &
peregrinos venia dignos ac dimittendos judi-
camus. Laus Deo qui hanc ſanctam & œcu-
menicam ſynodum colligere dignatus eſt,
pacemque adeo commode compoſuit. Et Elias
Hieroſololymorum legatus Deo gratias egit,
quod poſt tantum temporis intervallum pa-
triarchalia capita inter ſe ad ſuam gloriam
adunare dignatus ſit. Deinde conſuetis accla-
mationibus factis, conventus eſt dimiſſus.

## ΠΡΑΞΙΣ ί.

ΕΝ ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου
πνεύματος. ὑπατείας τῶν θεοστέπτων ἡμῶν
δεσποτῶν Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου ἔτους γ'. Λέον-
τος ἔτους α'. ΙΝ. γ'. πρὸ μιᾶς καλανδῶν Μαρ- D
τίου, ἡμέρᾳ γ'. προτεθέντων τῶν τιμίων ξύλων καὶ
τῶν ἁγίων εὐαγγελίων ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ
ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας, προκαθεσθέντων τῶν φι-
λοχρίστων βασιλέων, συνελθόντων τῶν τοποτηρητῶν,
καὶ τῶν λοιπῶν, καθὼς ἐν τῇ θ'. πράξει. τούτων
οὖν συνελθόντων, ὡρίσθη ἀναγνωσθῆναι τοὺς κανό-
νας, οὓς ἡ ἁγία σύνοδος ἐξεβόησε. καὶ ἀνεγνώσθη-
σαν· ὧν ὁ πρῶτος οὗτος.

## ACTIO DECIMA.

ACTIO X CON VIII GENER.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſan-
cti. Conſulatus dominorum noſtrorum a
Deo coronatorum Baſilii & Conſtantini an-
no III. Leonis I. indictione tertia. pridie
Kalendas Martias, feria tertia. Propoſitis
venerandis (ſanctæ crucis) lignis, ſanctiſque
evangelii ad dextram ſanctæ Sophiæ partem
templi, præſidentibus Chriſto dilectis impe-
ratoribus, legatis, reliquiſque eodem, quo
priore nona actione ſederant, ordine conſi-
dentibus. His ergo congregatis ſancitum
eſt, ut canones recitarentur, quos ſancta ſy-
nodus edidit. Et recitati ſunt: quorum hic
eſt primus.

## ΚΑΝΩΝ α'.

Τὴν εὐθεῖαν καὶ βασιλικὴν ὁδὸν τῆς θείας δι-
καιοσύνης ἀπροσκόπως βαδίζειν ἐθέλοντες, οἷά E
τινας πυρσοὺς ἀειλαμπεῖς τοὺς τῶν ἁγίων πατέ-
ρων ὅρους κρατεῖν ὀφείλομεν. τοιγαροῦν τοὺς ἐν
τῇ καθολικῇ καὶ Ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ παραδο-
θέντας θεσμοὺς παρά τε τῶν ἁγίων καὶ πανευ-
φήμων Ἀποστόλων, παρά τε ὀρθοδόξων συνό-
δων οἰκουμενικῶν τε καὶ τοπικῶν, ἢ καὶ πρός τι-
νος θεηγόρου πατρὸς διδασκάλου τῆς ἐκκλησίας,
τηρεῖν καὶ φυλάττειν ὁμολογοῦμεν. κρατεῖν γὰρ
τὰς παραδόσεις, ἃς παρελάβομεν εἴτε διὰ λόγου,
εἴτε δι' ἐπιστολῶν τῶν προγενεστέρως διαλαμψάντων

## CANON I.

Ut rectam regiamque divinæ juſtitiæ
viam ſine erroris offenſa teneamus, ſan- E
ctorum patrum decreta, veluti inextin-
ctæ quædam ſemperque lucentes faces,
ſequenda ſunt. Quapropter ſanctiones
eccleſiæ catholicæ & apoſtolicæ per tra-
ditionem, tum a ſanctis omnique lau-
dis præconio celebrandis apoſtolis, tum
ab orthodoxis œcumeniciſque & Pro-
vincialibus conciliis, aut a quovis dei-
loquo patre & doctore eccleſiæ acce-
ptas, ſervandas, cuſtodiendaſque profi-
temur.

temur. Traditiones enim ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam ma jorum noſtrorum, qui vitæ ſanct itate nobis præluxerunt, acceptas, diſerte magnus apoſtolus Paulus tenendas monet.

ἁγίων, παρεγγυᾷ διαῤῥήδην Παῦλος ὁ μέγας Ἀπόστολος.

## II.

Quæcumque a beatiſſimo papa Nicolao, veluti Spiritus ſancti inſtrumento, ejuſque ſucceſſore ſanctiſſimo papa Hadriano declarata ſunt; quæque diverſis temporibus de conſtituenda componendaque ſancta eccleſia Coſtantinopolitana, deque ſancto illius patriarcha Ignatio, ac de Photii ejectione atque damnatione in ſynodo pronunciata ſunt, ea omnia una cum expoſitis capitibus ſervanda & cuſtodienda ſemper decernimus & ſancimus, nemo ut illa cujuſvis ordinis infirmare antiquareque poſſit. Quod ſi quis deprehenſus, poſt hanc noſtram ſanctionem, ex iis capitibus quidquam ab illis editum reſciderit, ſacerdos aut clericus de gradu ſuo dejiciatur; monachus aut laicus a cœtu Chriſtianorum, quoad eum facti pœniteat excludatur.

## ϛ.

Τὸν μακαριώτατον πάπαν Νικόλαον, ὡς ὄργανον τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔχοντες, καὶ τὸν ἐκείνου διάδοχον, τὸν ἁγιώτατον πάπαν Ἀδριανὸν, ὁριζόμεθα καὶ θεσπίζομεν πάντα τὰ παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντα, καὶ συνοδικῶς ἐκφωνηθέντα κατὰ διαφόρους καιροὺς ὑπὲρ ἐκδικήσεως καὶ συστάσεως τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, καὶ τοῦ ἁγίου αὐτῆς Ἀρχιερέως Ἰγνατίου, καὶ τῆς Φωτίου ἐξωθήσεώς τε καὶ κατακρίσεως, τηρεῖσθαι καὶ φυλάττεσθαι πάντοτε σὺν τοῖς ἐκτεθεῖσι κεφαλαίοις, καὶ μηδένα τῶν οἱουδήποτε τάγματος ἀνθρώπων ἀθετῆσαι τολμᾶν. εἰ δέ τις μετὰ τοῦτον ἡμῶν τὸν ὅρον φωραθείη ἀθετῶν τι τῶν παρ' ἐκείνοις ἐκτεθέντων κεφαλαίων, ἱερεὺς μὲν ὢν ἢ κληρικὸς, ἐκπιπτέτω τῆς ἰδίας τιμῆς καὶ τάξεως· μοναχὸς δὲ ἢ λαϊκὸς ἀφοριζέσθω, μέχρις ἂν μετανοήσῃ.

## III.

Sacram domini noſtri Jeſu Chriſti effigiem eadem qua ſancta evangelia veneratione colendam ſtatuimus. Ut enim per ſyllabas in evangelio ſcriptas ſalutem conſequuntur omnes, ita per imagines arte coloribuſque pictas & expreſſas, docti juxta ac indocti ex objecta re utilitatem capiunt. Quæcumque enim in ſyllabis oratio, hæc in coloribus pictura docet & repræſentat. Ergo quicumque Chriſti ſalvatoris imaginem non adorat, is in ſecundo Chriſti adventu non videat ipſius faciem. Eadem ratione intemeratæ genitricis illius effigiem, ſanctorumque angelorum, quemadmodum illos ſacrarum litterarum paginæ deſcribunt, ac ſanctorum omnium veneramur & colimus. Qui aliter ſentiunt, anathema ſunto.

## γ'.

Τὴν ἱερὰν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁμοτίμως τῇ βίβλῳ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων προσκυνεῖσθαι θεσπίζομεν. ὥσπερ γὰρ διὰ τῶν ἐμφερομένων ἐν αὐτῇ συλλαβῶν τῆς σωτηρίας ἐπιτυγχάνουσιν ἅπαντες, οὕτω διὰ τῆς τῶν χρωμάτων εἰκονουργίας καὶ σοφοὶ καὶ ἰδιῶται πάντες τῆς ὠφελείας ἐκ τοῦ προχείρου παραπολαύουσιν. ἅπερ γὰρ ὁ ἐν συλλαβαῖς λόγος, ταῦτα καὶ ἡ ἐν χρώμασι γραφὴ καταγγέλλει τε καὶ παρίστησιν. εἴ τις οὖν οὐ προσκυνεῖ τὴν εἰκόνα τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, μὴ ἴδῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ τὴν τούτου μορφήν. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν εἰκόνα τῆς ἀχράντου μητρὸς αὐτοῦ, καὶ τὰς εἰκόνας τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καθὼς αὐτοὺς χαρακτηρίζει διὰ τῶν λογίων ἡ ἁγία γραφὴ, καὶ προσέτι τῶν ἁγίων πάντων, καὶ τιμῶμεν καὶ προσκυνοῦμεν. καὶ οἱ μὴ οὕτως ἔχοντες ἀνάθεμα ἔστωσαν.

## IV.

Ut ambitionem veluti quamdam malorum omnium malam radicem convellamus, Photium contra jus faſque præcipiti temeritate velut atrocem lupum in gregem Chriſti inſilientem, orbemque terrarum perturbatione complentem, nunquam antea epiſcopum fuiſſe, neque nunc ulla ratione eſſe, juſto decreto declaramus: nec ab illo creatos in eo ſacerdotii gradu, in quem ab eo promoti ſunt, manere. Præfectis quoque monaſteriorum ab eo provectis præfecturam abrogamus. Dicit enim univerſorum Deus: *Quoniam tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi.* Oſe. 4.

## δ'.

Τὴν φιλαρχίαν οἷόν τινα πονηρὰν ῥίζαν τῶν κακῶν πάντων πρόῤῥιζον ἀποτέμνοντες, τὸν προπετῶς καὶ ἀθέσμως, οἷόν τινα λύκον βαρὺν εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ ποίμνιον εἰσπηδήσαντα Φώτιον, καὶ ταραχῆς τὴν οἰκουμένην ἐμπλήσαντα, δικαίῳ λόγῳ ἀποφαινόμεθα μηδέποτε γεγονέναι πρότερον, ἢ νῦν ἐπίσκοπον· μήτε τοὺς ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ ἱερατικῷ, ἐν ᾧ προεχειρίσθησαν, μένειν. τοὺς δὲ παρ' αὐτοῦ εἰς ἡγουμενίαν προχειρισθέντας, τοιαύτης προστασίας ἀπειργόμεθα. λέγει γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου· ὅτι σὺ ἐπίγνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπώσομαί σε τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι.

ε'.

Κανών ἐστιν ὁ λέγων, μὴ δεῖν ἐπίσκοπον προχειρίζεσθαί τινα νεόφυτον ἢ κατὰ τὴν πίστιν, ἢ κατὰ τὸν ἱερατικὸν κλῆρον ὑπάρχοντα, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου, καθά φησιν ὁ Παῦλος. συμφώνως τοίνυν τούτῳ λεγόμενον, μηδένα τῶν ἀπὸ τῆς συγκλητικῆς ἀξίας καὶ κοσμικῆς ἀγωγῆς προσφάτως καρέντα, καὶ κατὰ σκοπὸν καὶ προσδοκίαν ἀρχιερατικῆς ἢ πατριαρχικῆς τιμῆς γεγονότα κληρικὸν ἢ μοναχὸν, εἰς τὸν τοιοῦτον ἀναβιβάζειν βαθμὸν, κἂν ἐφ' ἑκάστῳ τάγματι τῆς θείας ἱερωσύνης πλείονα χρόνον ποιήσῃ δοκιμαζόμενος. οὐδὲ γὰρ διὰ εὐλάβειαν, ἀλλὰ διὰ φιλαρχίαν κέκαρται. ἔτι δὲ πλέον τοῦτον ἀπειργόμενον, εἰ παρὰ βασιλικῆς ἐξουσίας εἰς τοῦτο συνωθῆται. εἰ δέ τις κατ' οὐδεμίαν ὑποψίαν τῆς εἰρημένης ἐπιθυμίας καὶ προσδοκίας ἐκάρη, ἀλλὰ διὰ τὸ καλὸν τῆς κατὰ Χριστὸν πολιτείας γέγονε κληρικὸς ἢ μοναχὸς, καὶ πάντα βαθμὸν ἐκκλησιαστικὸν μετελθὼν κατὰ τοὺς ὡρισμένους χρόνους ἀνεπίληπτος εὑρέθη, προβιβασθήτω εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην, ὥστε ἐν τῷ βαθμῷ τοῦ ἀναγνώστου ἐνιαυτὸν πληρῶσαι, ἐν δὲ τῷ τοῦ ὑποδιακόνου δύο, καὶ ἐν τῷ τοῦ διακόνου τρεῖς, καὶ τέσσαρας ἐν τῷ τοῦ πρεσβυτέρου. ἐπὶ δὲ τῶν χρονισάντων εὐλαβῶς τῷ τάγματι τῶν κληρικῶν τε καὶ μοναχῶν ὁ προειρημένος χρόνος συσταλήσεται παρὰ τῶν κατὰ καιροὺς ἐπισκόπων. εἰ δὲ παρὰ τοῦτον τὸν ὅρον προαχθείη τις εἰς τὴν εἰρημένην ὑπερτάτην τιμὴν, ἀποδοκιμασθήτω παντάπασιν.

V.

Canon eſt qui dicit, non oportere quemquam ex neophyto, ſive neophytus ſit in Chriſtiana fide, ſive in ordine clericorum, epiſcopum creari, ne, ut Paulus ait, *inflatus incidat in judicium & laqueos diaboli*. Huic ergo convenienter dicimus; neminem ex ordine ſenatorio & laico gradu recens, eo dumtaxat conſilio & animo in clericum aut monachum attonſum, ut epiſcopi aut patriarchæ dignitatem aſſequatur, honoris gradum oportere conſcendere; etiamſi in unoquoque gradu divini ſacerdotii longiori tempore verſatus probetur. Neque enim pietatis, ſed ambitionis & honoris cauſa tonſus eſt. Multo vero magis hunc arcemus, ſi ad eum honorem ab imperatoria poteſtate intrudatur. Quod ſi quis nulla ſuſpicione dictæ ambitionis, vel honoris ſpe tactus, ſed recta honeſtaque Chriſti diſciplina inductus, in clericum aut monachum attonſus eſt, perque omnes gradus eccleſiaſticos definitis temporibus vitam agendo inculpatam tranſiſſe reperiatur, ad epiſcopatus honorem evehatur, ſic ut in lectoris munere annum, in ſubdiaconi duos, in diaconi tres, ſacerdotii quatuor annos expleat. Pie vero, diuque in clericorum & monachorum ordine verſatis, tempus ab epiſcopis qui per tempora fuerint, contrahi poteſt. Si quis præter hanc ſanctionem ad ſupremum epiſcopatus honorem provectus fuerit, penitus rejiciatur.

ς'.

Ἐπείπερ κατεφωράθη Φώτιον μετὰ τὴν ἐξενεχθεῖσαν κατ' αὐτοῦ δικαιοτάτην ἀπόφασιν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Νικολάου διὰ τὴν ἀθεσμοτάτην ἐπίβασιν τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, πονηρούς τινας ἄνδρας ἀπὸ τῶν λεωφόρων ἀγυιῶν εὑρηκὼς, καὶ τοποτηρητὰς αὐτοὺς τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχικῶν θρόνων κατονομάσας, καὶ σὺν τούτοις ἐκκλησίαν συστησάμενος πονηρευομένων, καθαιρετικὰς συκοφαντίας καὶ διαβολὰς κατὰ τοῦ μακαρίου πάπα Νικολάου τυρεύσας, καὶ τὸ ἀνάθεμα λαθραίως κατ' αὐτοῦ καὶ τῶν κοινωνούντων αὐτῷ ἀποφηνάμενος, ὡς τὰ δῆθεν ὑπομνήματα συνοδικῶς πυρίκαυστα γέγονε· τούτου χάριν πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, ἀναθεματίζομεν τὸν εἰρημένον Φώτιον. καὶ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ νῦν τοιοῦτόν τι τολμήσοντας τῷ αὐτῷ ἀναθέματι ὑποβαλλόμενοι, καθὼς καὶ ὁ τῆς εὐσεβείας ἀθλητὴς Μαρτῖνος ἐκανόνισεν.

VI.

Cum Photius poſt latam a ſanctiſſimo papa Nicolao æquiſſimam ſententiam, quod nequiſſime Conſtantinopolitanum thronum invaſiſſet, homines quoſdam perditos a trivio arripuiſſe deprehenſus ſit, eoſdemque pro legatis ſanctiſſimorum patriarcharum ſuppoſuerit, & cum his eccleſiam malignantium collegerit, atque calumnioſas depoſitiones & criminationes adverſus beatum papam Nicolaum concinnarit, anathemaque clandeſtine in illum & cum illo communicantes pronuntiarit, ( quarum rerum quaſi monumenta ex ſynodi decreto in rogum conjecta ſunt ) ea de cauſa, ad eccleſiæ ſecuriorem ſtatum, Photium, de quo dictum eſt, anathemate ferimus; alioſque qui in poſterum quidquam tale auſi fuerint, eamdem ob cauſam anathemati ſubjicimus: Quemadmodum & egregius veritatis propugnator Martinus ſanxit.

ζ'.

Τὸ τὰς ἁγίας καὶ σεπτὰς εἰκόνας ἀναστηλοῦν, καὶ τοὺς πλησίον διδάσκειν τὰ μαθήματα τῆς θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης σοφίας, λίαν ὀνησιφόρον· οὐ καλὸν δὲ, τοῦτο μὴ παρὰ τῶν ἀξίων γίνεσθαι. τούτου χάριν μηδαμῶς εἰκονουργεῖν ἐν ταῖς ἱεροῖς

VII.

Sanctas & venerandas imagines excitari, hominesque divinæ atque humanæ ſapientiæ diſciplinas doceri perquam utile eſt: ſed hoc ut ab indignis fiat, non decet. Quapropter a damnatis, & ab eccle-

ACTIO X. CONC. VIII GENER.

ANNO CHRISTI 869.

eccleſia anathemate reſectis, ſacras imagines in templis nequaquam pingendas, nec litteras ab eiſdem quocumque in loco, quoad ab errore ſuo reſipuerint, tradendas eſſe ſancimus. Quicumque igitur poſt hoc decretum noſtrum, hujuſcemodi ad ſacrarum imaginum in eccleſia pingendarum operam, litteraſque docendas, quocumque modo admiſerit, ſi clericus ſit, gradu ſuo periclitetur: ſi laicus, a cœtu fidelium excluſus, ſacræ communionis myſteriis privetur.

A παῖς τοὺς ἀναθεματισθέντας θεσπίζομεν, μήτε μὴν ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ διδάσκειν, μέχρις ἂν ἐπιστραφῶσιν ἐκ τῆς ἰδίας ἀπάτης. εἴ τις οὖν μετὰ τοῦτον ἡμῶν τὸν ὅρον πρὸς ζωγραφικὴν ἁγίων εἰκόνων ἐν ἐκκλησίᾳ, ἢ διδασκαλίαν αὐτοὺς ὁτιοῦν παραδέξοιτο πρᾶξιν, εἰ μὲν κληρικὸς ἐστὶν, εἰς τὸν ἴδιον κινδυνευέτω βαθμόν· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω, καὶ στερείσθω τῶν θείων μυστηρίων.

## VIII.

B Fama ad nos perlatum eſt, non hæreticos tantum & ſacrilegos, qui eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſedem occuparunt, ſed orthodoxos etiam patriarchas ad ſui defenſionem chirographa exigere. Cenſuit ergo ſacra & œcumenica ſynodus, id de cetero non faciendum; excepto eo, quod pro more & forma conſueta ad fidei noſtræ integritatem declarandam exigitur, cum epiſcopi conſecrantur. Hanc igitur ſanctionem noſtram quicumque violare tentarit, honore exuatur.

## η΄.

Ἦλθε φήμη ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν, ὡς οὐ μόνον αἱρετικοὶ καὶ παράνομοι, τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίας προεδρεύειν λαχόντες, ἀλλὰ καὶ ὀρθόδοξοι πατριάρχαι χειρόγραφον ποιεῖν ἀπαιτοῦσι πρὸς ἴδιον συνασπισμόν. ἔδοξεν οὖν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, μηδαμῶς ἀπὸ τοῦ νῦν γίνεσθαι τοῦτο, πλὴν τοῦ κατὰ τύπον καὶ συνήθειαν ὑπὲρ τῆς εἰλικρινοῦς πίστεως ἡμῶν ἀπαιτουμένου κατὰ καιρὸν τῆς τῶν ἐπισκόπων χειροτονίας. εἴ τις οὖν τολμήσει παραλῦσαι τοῦτον ἡμῶν τὸν ὅρον, τῆς ἰδίας ἐκπιπτέτω τιμῆς.

## IX.

C Cum ſacra ſcriptura aperte clamet, ante cauſæ cognitionem, neminem vituperandum; ſancta & œcumenica ſynodus recte utiliterque ſtatuit, uti ne quis monachus, laicuſve, aut quicumque clericus ante accuratam cauſæ diſquiſitionem & ſynodicam ſententiam, ſeſe a communione ſui patriarchæ ſejungat, etiamſi crimina ejus ſe noſſe prætexat. Eodemque modo epiſcopi & presbyteri aliis in urbibus & locis erga ſuos metropolitas ſint affecti, quemadmodum & metropolitæ erga ſuum patriarcham. D Quod ſi quis ſynodo contraria feciſſe repertus fuerit, epiſcopus, itemque clericus omni dignitate & functione ſacerdotii privetur: monachus aut laicus ab eccleſiaſtica communione & collegio arceatur, quoad converſus per pœnitentiam recipiatur.

## θ΄.

Τῆς θείας ἀναφανδὸν βοώσης γραφῆς, πρὸ ἐξετάσεως μὴ μέμφου, δικαίως καὶ συμφερόντως ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος ὁρίζει μηδένα μοναχὸν, ἢ λαϊκὸν, ἤ τινα τῶν καταλόγου τῶν κληρικῶν, πρὸ τῆς ἀκριβοῦς ἐξετάσεως καὶ συνοδικῆς ἀποφάσεως, ἀπὸ τῆς κοινωνίας ἑαυτὸν ἀφορίζειν τοῦ ἰδίου πατριάρχου, κἂν ἐγκληματικόν τι γινώσκειν διατείνηται πρᾶγμα· παραπλησίως δὲ καὶ τοὺς ἐν ἐξωτικαῖς πόλεσι καὶ χώραις ἐπισκόπους καὶ ἱερεῖς διατίθεσθαι πρὸς τοὺς ἰδίους μητροπολίτας ὁριζόμεθα, ὥσπερ καὶ τοὺς μητροπολίτας πρὸς τὸν ἴδιον πατριάρχην. εἰ δέ τις ἐναντία τῇ οἰκουμενικῇ ταύτῃ συνόδῳ φωραθείη διαπραττόμενος, εἰ μὲν ἐπίσκοπός ἐστιν ἢ κληρικὸς, ἐκπιπτέτω πάσης ἱερατικῆς ἐνεργείας τε καὶ τιμῆς· εἰ δὲ μονάζων ἢ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω πάσης ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας καὶ συντάξεως, μέχρις ἂν ἐπιστρέψας ἐν μετανοίᾳ δεχθῇ.

## X.

Cum vetus novaque lex teſtamenti doceat, unicam homini, eamque ratione & intelligentia pollentem, eſſe animam; eamdemque ſententiam deiloquorum omnium patrum & doctorum eccleſiæ doctrina confirmet; E ſunt tamen qui duas homini eſſe animas aſſerant, & quibuſdam vitioſis ratiocinatiunculis ſuam hæreſim ſtabiliant. Itaque ſancta hæc & œcumenica ſynodus hujus impietatis conditores cum tota ſecta ſua magna voce anathematizat. Qui vero poſthac contraria dicere auſus fuerit, anathema eſto.

## ι΄.

Τῆς παλαιᾶς τε καὶ καινῆς διαθήκης μίαν ψυχὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν διδασκούσης ἔχειν τὸν ἄνθρωπον, καὶ πάντων τῶν θεηγόρων πατέρων καὶ διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας τὴν αὐτὴν δόξαν καταμπεδούντων, εἰσί τινες οἱ δύο ψυχὰς ἔχειν αὐτὸν δοξάζοντες, καί τισιν ἀσυλλογίστοις ἐπιχειρήμασι τὴν ἰδίαν κρατύνουσιν αἵρεσιν. ἡ τοίνυν ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος τοὺς τῆς τοιαύτης ἀσεβείας γεννήτορας, καὶ τοὺς ὁμοφρονοῦντας αὐτοῖς ἀναθεματίζει μεγαλοφώνως. εἰ δέ τις τὰ ἐναντία τοῦ λοιποῦ τολμήσει λέγειν, ἀνάθεμα ἔστω.

## XI.

Qui a divina gratia ad munus epiſcopi evocantur, eos, ut qui imaginem &

## ια΄.

Τοὺς ὑπὸ τῆς θείας χάριτος εἰς τὴν ἐπισκοπικὴν προκληθέντας διακονίαν, ὡς εἰκόνα καὶ τύ-

τον

ANNO CHRISTI 869

ACTIO X. CON. VIII. GENER.

πον φέροντας τῶν ἁγίων καὶ οὐρανίων ἱεραρχιῶν, πάσης τιμῆς ἀξιοῦσθαι παρὰ πάντων τῶν ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων θεσπίζομεν, καὶ μηδαμῶς ἢ στρατηγοῖς, ἢ τισιν ἄλλοις ἄρχουσι προϋπαντᾷν πόρρωθεν τῶν ἰδίων ἐκκλησιῶν, μήτε τῶν ἵππων ἢ ἡμιόνων ἑαυτοὺς ἀπορριπτοῦντας, σὺν φόβῳ καὶ τρόμῳ προσπίπτειν καὶ προσκυνεῖν. εἰ δέ τις ἐπίσκοπος μετὰ τὸν ὅρον τῆς ἁγίας συνόδου τῆς ὀφειλομένης αὐτῷ καταφρονήσει τιμῆς, καὶ καταδέξοιτό τι ποιῆσαι παρὰ τὰ νῦν ὡρισμένα, ἀφοριζέσθω ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἕνα· καὶ ὁ ἄρχων ἐκεῖνος ἐπὶ δύο ἔτεσι μὴ καταξιωθῇ τῆς μεταλήψεως τῶν ἁγιασμάτων.

ιβ'.

Ἦλθεν εἰς τὰς ἡμῶν ἀκοὰς, τὸ μὴ δύνασθαι ἄνευ ἀρχοντικῆς παρουσίας σύνοδον γίνεσθαι· οὐδαμοῦ δὲ οἱ θεῖοι κανόνες συνέρχεσθαι κοσμικοὺς ἄρχοντας ἐν ταῖς συνόδοις νομοθετοῦσιν, ἀλλὰ μόνους τοὺς ἐπισκόπους. ὅθεν, οὐδὲ πλὴν τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, τὴν παρουσίαν αὐτῶν γεγενημένην εὑρίσκομεν. οὐδὲ γὰρ θεμιτόν ἐστι γίνεσθαι θεατὰς τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας τῶν τοῖς ἱερεῦσι τοῦ Θεοῦ συμβαινόντων πραγμάτων.

ιγ'.

Εἴ τις τοσαύτῃ τόλμῃ χρήσαιτο, ὥστε κατὰ τὸν Φώτιον καὶ Διόσκορον, ἐγγράφως ἢ ἀγράφως παροινίας τινὰς κατὰ τῆς καθέδρας Πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων κινεῖν, τὴν αὐτὴν ἐκείνοις δεχέσθω κατάκρισιν. εἰ δὲ συγκροτηθείσης συνόδου οἰκουμενικῆς γένηταί τις καὶ περὶ τῆς ἐκκλησίας τῶν Ῥωμαίων ἀμφιβολία, ἔξεστιν εὐλαβῶς καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης αἰδοῦς διαπυνθάνεσθαι περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος, καὶ δέχεσθαι τὴν λύσιν, καὶ ἢ ὠφελεῖσθαι, ἢ ὠφελεῖν· μὴ μέντοι θρασέως ἀποφέρεσθαι κατὰ τῶν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἱεραρχῶν.

ιδ'.

Θεσπίζομεν τοὺς ὁρισθέντας ὠμοφορεῖν ἐπισκόπους ἐπί τισι καιροῖς ἀποκεκληρωμένοις, ἐν τοῖς τοιούτοις περιβάλλεσθαι ταῦτα καιροῖς καὶ τόποις, καὶ μὴ καταχρῆσθαι τῇ τοιαύτῃ καταστολῇ διὰ τῦφον καὶ κενοδοξίαν, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ τῆς θείας μυσταγωγίας, καὶ πάσης ἄλλης ἐκκλησιαστικῆς λειτουργίας ταῦτα φορεῖν. ἀλλὰ καὶ τοὺς μετιόντας εὐλαβῶς τὸν μονήρη βίον, καὶ τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξιωθέντας τιμῆς, φυλάττειν τὸ σχῆμα καὶ τὴν στολὴν τῶν μοναχικῶν ἀμφιασμάτων ὁρίζομεν, καὶ μηδένα τολμᾷν ἀπαμφιέννυσθαι τὸ εἰρημένον σχῆμα διὰ τῦφον καὶ ἀλαζονικὴν γνώμην, χάριν τοῦ εὑρίσκεσθαι παραβάτην τῶν ἑαυτοῦ συνθηκῶν. εἴ τις οὖν ἐπίσκοπος παρὰ τοὺς ὡρισμένους αὐτῷ ἐγγράφως ἢ ἀγράφως καιροὺς περιβάλλοιτο τὸ ὠμοφόρον, ἢ τῶν μοναχικῶν ἀμφιασμάτων ἀποβάλλοι τὸ σχῆμα, ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω.

Μετὰ τὴν τῶν εἰρημένων κανόνων ἀνάγνωσιν, ἀνε-

A figuram ſanctorum cæleſtium hierarcharum gerant, ab omnibus ſive principibus, ſive ſubjectis, omni veneratione colendos ſancimus; nolumuſque eos aut ducibus bellicis, aut aliis dynaſtis longius a ſuis eccleſiis obviam procedere, nec ex equis aut mulis venerationis cauſa ſupplices, & metu timoreque abjectos deſcendere, procumbere, ac adorare. Si quis vero epiſcopus poſt editum hoc ſanctæ ſynodi decretum, debitum ſibi honorem neglexerit, aut contra ſanctionem hanc quidquam fecerit, fierive

B permiſerit, per annum ſeparetur: princeps autem ille, ſeu dux per biennium a ſanctiſſimis ſacramentis arceatur.

XII.

Perlatum eſt ad nos, non poſſe ſine principum præſentia concilium agi. Atqui nuſquam ſacri canones ſanciunt, ut ad ſynodos ſæculares principes cogantur, ſed ſoli dumtaxat epiſcopi. Quare nec alias reperimus eos aliis, niſi œcumenicis conciliis interfuiſſe. Neque enim fas eſt, ut ſæculares principes rerum quæ Dei ſacerdotibus contingunt, ſpectato-

C res fiant.

XIII.

Si quis tanta efferatus audacia, quemadmodum Photius & Dioſcorus, ſive ſcripto, ſive ſine ſcripto inſanias quaſdam contra cathedram coriphæi apoſtolorum Petri audeat jactare, eamdem atque illi ſententiam damnationis ſubeat. Si qua vero œcumenica ſynodo collecta, de Romana etiam eccleſia controverſia extiterit, licebit cum decenti reverentia de propoſita quæſtione veneranter

D percontari, reſponſumque admittere, & ſive juvari, ſive juvare; non tamen impudenter contra ſenioris Romæ pontifices ſententiam dicere.

XIV.

Sancimus ut deſignati ad ſuperhumeralia geſtanda epiſcopi certis ſtatiſque temporibus, temporibus illis [illegible] & locis geſtent, nec hujuſmodi cultu per faſtum & ſuperbiam abutantur, aut quovis tempore divini ſacrificii, & quacumque eccleſiaſtica functione ferant. Eos etiam qui vitam ſolitariam religioſe ſunt ſecta-

E ti, & ad epiſcopatus honorem ſunt evecti, ut religioſam veſtem ſuam habitumque monaſticum ſervent, ſtatuimus; nulluſque per faſtum animique jactantiam hujuſcemodi habitum exuere audeat, ne ſuas inde, quas ipſe ſibi præſcripſit, leges violet. Quod ſi quis epiſcopus præter deſignata ſibi ſeu ſcripto, ſeu ſine ſcripto tempora omophoron tulerit, aut monaſticam veſtem abjecerit, vel corrigatur, vel deponatur.

Poſt lectos hoſce canones, lecta eſt ejuſ-

dem octavæ & oecumenicæ ſynodi definitio, quæ ſymbolum fidei, profeſſionemque de ſeptem prioribus ſynodis, & anathemata eorum, quos illæ ſynodi damnarunt, complectitur: a Baſilio præterea imperatore octavum hoc concilium coactum, Photiumque & Photianos in eo depoſitos, & anathemati ſubjectos; Ignatium vero patriarcham reſtitutum: inter quas ſanctiones etiam de ſacris imaginibus eſt decretum.

Quibus lectis exclamavit ſancta ſynodus: Omnes ita ſentimus: omnes ita cenſemus: omnes conſentientes libenter ſubſcribimus, Tum conſueta ad imperatores & patriarchas facta acclamatio.

Deinde lecta eſt allocutio imperatoris, quæ ipſo procemio epiſcoporum qui convenerant ad ſynodum, continebat laudes. Poſtea hæc ad verbum ſunt recitata: Par autem eſſe exiſtimavimus, uti & hoc publice clareque apud omnes pronuntiaretur.

Quicumque contra hanc ſanctam & oecumenicam ſynodum habet quod dicat, aut contra ejus canones ac decreta, prodeat in medium, & quæ ſentit, aperiat, ſive clericus ſit, ſive laicus. Nam hac ſancta & oecumenica, quæ octava eſt, ſynodo ſoluta, quicumque illam poſtea oppugnaverit, nullam ab imperio noſtro veniam conſequetur, ſed jure damnabitur, & ex urbe noſtra pelletur.

Vos autem virtute atque in Deum caritate præſtantes antiſtites, ſinguli gregem ſuum hortari, atque ad ſalutis portum deducere, omnibuſque dominicis ſalutaria tradere documenta ne deſiſtite. Sed & qui in clericorum claſſe admiſſi eſtis, date operam, ut eccleſiæ ſtatum & mutuam inter vos pacem ne perturbetis, nihilque contra hanc ſanctam ſynodum ſentiatis, quando voſipſi jam præſentes omnia comprobaſtis.

Laico vero cuicumque nulla ratione de eccleſiaſticis cauſis diſputandi, aut univerſam eccleſiam, oecumenicamque ſynodum oppugnandi fas eſſe dico. Hæc enim excutiendi, & in utramque partem agitandi, patriarcharum, ſacerdotum, & doctorum eſt officium, quibus a Deo ſolvendi & ligandi poteſtas eſt conceſſa. Nam laicus etſi omni pietatis & ſapientiæ laude præſtet, tamen laicus eſt ovis, non paſtor. Epiſcopus autem, quamvis omni religionis virtute deſtitutus oſtendatur, tamen paſtor eſt, quamdiu in pontificatus munere verſatur; nec oportet, ut oves paſtori repugnent.

Ad hæc ſancta ſynodus dixit: Placent quæ lecta ſunt univerſis: omnia nobis probantur: omnes libenter ſubſcribimus.

Legati veteris Romæ dixerunt: Poſteaquam divina providentia totus eccleſiæ ſtatus & res compoſitæ ſunt, oportet ut hæc noſtra manu ſubſcribendo confirmemus.

Subſcribant ergo primo loco Chriſti amantes imperatores.

Imperator Baſilius dixit: Noſtra ſerenitas imitata majores noſtros, Conſtantinum Magnum, Theodoſium, Marcianum, & ceteros, vult illa quidem poſt omnes epiſcopos ſubſcribere. Sed quoniam nos veſtra ſanctitas tali

A ἐγνώσθη ὁ ὅρος τῆς αὐτῆς οἰκουμενικῆς ὀγδόης συνόδου, περιέχων τὸ σύμβολον τῆς πίστεως, καὶ ὁμολογίαν τοῦ στέργειν τὰς προλαβούσας οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους, καὶ ἀναθεματίζειν οὓς κἀκεῖναι ἀνεθεμάτισαν. καὶ ὅτι ὁ βασιλεὺς Βασίλειος τὴν ὀγδόην ταύτην συνήθροισε σύνοδον, καὶ ὅπως ὁ Φώτιος καθῃρέθη τε καὶ ἀνεθεματίσθη, καὶ οἱ τούτου ὁμόφρονες, καὶ ὁ πατριάρχης ἀποκατέστη Ἰγνάτιος. ἐν τῷ μεταξὺ δὲ τοῦ ὅρου καὶ τὰ περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων ἐντέτακται.

Τούτου δὲ ἀναγνωσθέντος, ἡ ἁγία σύνοδος ἐξεβόησε· πάντες οὕτω φρονοῦμεν· πάντες οὕτω δοξάζομεν· πάντες συμφρονοῦντες προθύμως ὑπογραφόμεν.
B μετὰ τοῦτο γέγονεν ἡ συνήθης τῶν βασιλέων εὐφημία, καὶ τῶν πατριαρχῶν.

Εἶτα ἀνεγνώσθη προσφωνηματικὸν τοῦ βασιλέως, περιέχον κατ' ἀρχὰς ἐγκώμιον τῶν εἰς τὴν σύνοδον ταύτην συνελθόντων ἐπισκόπων, εἶτα λέγον οὕτω ῥητῶς· δίκαιον δὲ καὶ τοῦτο ὑπειλήφαμεν εἰς ἐπήκοον πάντων σαφῶς ἐξειπεῖν.

Εἴ τις ἔχει τι κατὰ τῆς ἁγίας ταύτης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου λέγειν, ἢ τῶν ταύτης κανόνων τε καὶ ὅρων, ἴτω εἰς μέσον, καὶ τὰ δοκοῦντα εἰπάτω, κἂν ἱερωμένος εἴη, κἂν λαϊκός. ἐπεὶ λυομένης τῆς ἁγίας ταύτης καὶ οἰκουμενικῆς ὀγδόης συνόδου, ὁ φωραθησόμενος τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἐναντιοῦσθαι,
C ὅστις ἂν εἴη, συγγνώμην παρὰ τῆς βασιλείας ἡμῶν οὐχ εὑρήσει, ἀλλ' ἐνδίκως καταχριθήσεται, καὶ τῆς πόλεως ἡμῶν ἀπελαθήσεται.

Ὑμεῖς δέ, ὦ φιλάρετοι καὶ θεοφιλεῖς Ἀρχιερεῖς, ἕκαστος τὸ ἴδιον ποίμνιον, καὶ πρὸς σωτηρίαν νουθετεῖν, καθ' ἑκάστην ὁδηγεῖν μὴ κατοκνήσατε, καὶ οἱ ἐκείνῳ ὁδηγοῦντες αὐτοῖς τὰ σωτήρια. ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν κλήρῳ καταλελεγμένοι τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, τὴν αὐτὴν φυλάξατε κατάστασιν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν, ἐν μηδενὶ παρὰ τὰ δεδογμένα ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ φρονοῦντες· ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ ἐπὶ πᾶσι παρέστατε, καὶ συναινοῦντες εὑρέθητε.

Λαϊκῷ δὲ οἱῳδήποτε κατ' οὐδένα τρόπον ἐξεῖναι
D λέγω περὶ ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων λόγον ἀνακινεῖν, ἢ ἀνθίστασθαι ὁλοκλήρῳ ἐκκλησίᾳ, ἢ οἰκουμενικῇ συνόδῳ. ταῦτα γὰρ ἀνιχνεύειν τε καὶ ζητεῖν, πατριαρχῶν ἔργον ἐστὶ, καὶ ἱερέων, καὶ διδασκάλων, οἷς τὸ λύειν τε καὶ δεσμεῖν δέδοται ἐκ Θεοῦ. ὁ γὰρ λαϊκὸς κἂν πάσης ἐστὶν εὐλαβείας καὶ σοφίας μεστός, ἀλλὰ λαϊκὸς καὶ πρόβατον, οὐ ποιμήν. ὁ δὲ Ἀρχιερεὺς κἂν πᾶσαν ἐπιδείκνυται ἀνευλάβειαν, ἀλλὰ ποιμήν ἐστιν, ἕως ἂν ἐν Ἀρχιερεῦσι πελῇ· καὶ οὐ χρὴ κατεξανίστασθαι τῶν ποιμένων τὰ πρόβατα.

Ἐπὶ τούτοις ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· πᾶσιν ἀρέσκει τὰ ἀναγνωσθέντα· πάντες αὐτοῖς συμφωνοῦμεν· πάντες ἀσμένως ὑπογράφομεν.

E Οἱ τοποτηρηταὶ τῆς Ῥώμης εἶπον· ἐπεὶ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ εἰς αἴσιον πέρας ἅπαντα τὰ τῆς ἐκκλησίας κατέστησαν πράγματα, χρὴ ἡμᾶς καὶ οἰκείᾳ χειρὶ ταῦτα βεβαιῶσαι.

Καὶ ὑπογραψάτωσαν πρότερον οἱ φιλόχριστοι βασιλεῖς.

Ὁ βασιλεὺς Βασίλειος εἶπεν· ἡ γαληνότης ἡμῶν ἐξακολουθοῦσα τοῖς προγενεστέροις βασιλεῦσι, Κωνσταντίνῳ τῷ μεγάλῳ, Θεοδοσίῳ, Μαρκιανῷ, καὶ τοῖς λοιποῖς, βούλεται ὑπογράψαι μετὰ τὴν ὑπογραφὴν πάντων τῶν ἐπισκόπων. ἀλλ' ἐπεὶ ἀξιοῖ

προτιμηθῆναι ἡμᾶς ἡ ὁσιότης ἡμῶν, ὑπογράψομεν μετὰ τὴν ὑπογραφὴν πάντων τῶν ἁγιωτάτων τοποτηρητῶν.

Μετὰ τοῦτο λαβὼν Δονάτος ἐπίσκοπος Ὀστίας, ὑπέγραψεν ἐν τοῖς πέντε βιβλίοις· καὶ καθεξῆς οἱ λοιποὶ τοποτηρηταὶ τῶν πατριαρχικῶν θρόνων, Ῥώμης, Ἀλεξανδρείας, Ἀντιοχείας, καὶ Ἱεροσολύμων, καὶ Ἰγνάτιος Κωνσταντινουπόλεως.

Καὶ μετὰ τούτους οἱ βασιλεῖς, Βασίλειος, Κωνσταντῖνος καὶ Λέων, πηξάντων μὲν ἰδιοχείρως ἐν τοῖς πέντε βιβλίοις τοῦ τιμίου σταυροῦ τὸν τύπον τῶν βασιλέων, καὶ γεγραφότων τὰς οἰκείας ὀνομασίας· τὸ δὲ τῆς γραφῆς ὑπόλοιπον γεγραφότος Χριστοφόρου πρωτοασηκρήτου καὶ ἐπὶ τοῦ Κανικλείου. B εἶτα καθεξῆς ὑπέγραψαν ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν ἐν τοῖς πέντε βιβλίοις τῆς συνόδου. εἶτα ἠρωτήθησαν οἱ μάγιστροι καὶ οἱ πατρίκιοι πάντες, τί λογίζονται περὶ αὐτῆς. εἶπεν ἕκαστος ἰδίᾳ· πάντα τὰ γεγονότα παρὰ τοῦ Φωτίου κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν πατριάρχου Ἰγνατίου, καὶ κατὰ τοῦ μακαριωτάτου πάπα Νικολάου, καὶ ἀναθεματίζω, καὶ τὴν ἁγίαν ταύτην καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον ἀποδέχομαι. ταύτας τὰς φωνὰς ἑκάστου ἀπεγράψαντο ταχυγράφοι, καὶ ἀνεγνώσθησαν εἰς ἐπήκοον πάντων. καὶ οὕτω γέγονεν ἡ συνήθης εὐφημία τῶν βασιλέων.

A honore dignatur, secundum omnes demum ſanctiſſimos vicarios ſubſcribemus.

Subſcripſit ergo Donatus epiſcopus Oſtienſis quinque exemplaribus: deinde ceteri legati & vicarii patriarcharum, Romæ, Alexandriæ, Antiochiæ, Hieroſolymorum, & Ignatius Conſtantinopolitanus.

Secundum hos Baſilius, Conſtantinus, Leo, imperatores: qui, cum manu ſua quinque libris venerandæ crucis ſignum impreſſiſſent, ſuaque nomina ſubſcripſiſſent, quod reliquum erat Chriſtophorus protoaſecretis & præfectus Caniclii ſubſcripſit. Deinceps ordine omnes B epiſcopi, pro ſuo quiſque gradu & dignitate, quinque libris (ſeu exemplaribus) ſynodi ſubſcripſerunt. Deinde interrogati magiſtri & patricii, quid de ſynodo ſentirent, pro ſe quiſque dixit: Quæcumque a Photio contra ſanctiſſimum patriarcham noſtrum Ignatium, & beatiſſimum papam Nicolaum facta ſunt, anathematizo, ſanctamque hanc & œcumenicam ſynodum recipio. Quas ſingulorum profeſſiones notarii exceperunt, publiceque poſtea ſunt recitatæ. Itaque demum more ſolito imperatoribus fauſte acclamatum.

## ΤΗΣ ΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΙ

### ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΜΕΡΟΣ ΤΡΙΤΟΝ

Ἐπιστολὴ ἐγκύκλιος τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου. μετὰ τὸ προοίμιον διηγεῖται τὰ Φωτίου οὕτως.

ΠΡΟΣΧΗΜΑ εὐλαβείας προσποιούμενος ἔχειν, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένος ὁ κατὰ ἀντίφρασιν Φώτιος, πολλὰς μὲν καὶ ποικίλας ἐξ ἡλικίας ἀνῆκε κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπιτηδεύσει μηχανάς, τὸ καλεῖσθαι ῥαββὶ παρ' ἡλικίαν παντὶ σθένει πραγματευόμενος, ἰδιογράφοις τε καὶ χειρογράφοις τοὺς κουφοτέρους συνδέων εἰς ἑαυτόν. οὐ γὰρ δὴ μόνος αὐτὸς οὐκ ἀπείχετο τῶν κακῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς θεοσεβεῖν βουλομένους πάσῃ μηχανῇ ἀλλοτρίους τῆς θεοσεβείας ἐσπούδασε. διὸ καὶ παρεσκεύασεν ἐξωσθῆναι μὲν τὸν ἔννομον καὶ κανονικὸν ἀρχιερέα τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Ἰγνάτιον, αὐτὸν δὲ λῃστρικῶς εἰς τὸν ἐκείνου θρόνον ἀντεισαχθῆναι· καὶ κατὰ τῶν ἀντεχομένων τοῦ ἀληθῶς πατριάρχου τρικυμίας ἤγειρεν οὐκ ὀλίγας, τοὺς μὲν θρόνων ἐκδιώκων καὶ φυλακίζων, τοὺς δὲ λιμῷ καὶ μάστιξιν ἀναιρῶν. μετὰ τοῦτο δὲ καὶ κατὰ τοῦ μακαρίου πάπα Νικολάου ἐξώρμησεν. ἐπεὶ γὰρ κριτὴν ἐκεῖνον αὐτὸς ἐξελέξατο, καὶ κατὰ τὸ συντείνοντα αὐτῷ εἰς δικαίωσιν, ὡς ᾤετο, καὶ κατακρίνοντα τὸν Ἰγνάτιον, ἐξαπέστειλε μετὰ ἀποκρισιαρίων οἰκείων. ὁ δὲ πάπας τὴν ἀλήθειαν ἐξακριβωσάμενος, κατέκρινε μᾶλλον τὸν Φώτιον. τότε δὴ μᾶλλον ἐξεμάνη, καὶ κατ' ἐκείνου τὴν γλῶσσαν παρέθηξεν, ἀγυρτώδεις τινὰς ἄνδρας ἀπὸ τῶν λεωφόρων συναγαγών, καὶ τοποτηρητὰς αὐτοὺς τῶν ἄλλων τριῶν θρόνων προσαγορεύσας, καὶ σὺν αὐτοῖς συνοδικὸν ἐξεικονίσας κριτήριον· καὶ παρεισήγαγε πρόσωπα κατηγόρων καὶ κατηγορουμένων, μαρτύρων, καὶ κριτῶν, καὶ βασιλέων, καὶ μεγιστάνων, καὶ μητροπολιτῶν, πάντα ψευδῆ καὶ πε-

C

## CONCILII CONSTANTINOPOLIT. IV.

### APPENDIX, SEU PARS III.



*Epiſtola encyclica ſive circularis ſancta & œcumenica ſynodi, in qua poſt exordium hæc de Photio exponuntur.*

I. Pietatis perſonam * ſimulans, virtutem autem ejus abnegans tenebricoſus Photius, multis & variis a prima ætate machinis veritatem oppugnavit; cum hoc omni ratione contenderet, ut ante juſtam ætatem rhab- D bi vocaretur, ſibique leviores quoſque autographis & chirographis devinciret. Non enim tantum ipſe a flagitiis non abſtinebat, ſed Dei etiam & pietatis cultores omni conatu a ſtudio religionis abſtrahebat. Hinc & operam dedit, ut legitimum & canonicum antiſtitem ſanctiſſimum patriarcham Ignatium eliminaret, ſeipſum autem latronum ritu per vim in ſolium ejus intruderet, atque contra veri patriarchæ defenſores crebras tempeſtates excitaret, dum alios e ſedibus ſuis ejectos in carceres compingeret, alios fame & verberibus e medio tolleret, ac demum in ipſum beatum papam Nicolaum impetum faceret. Etenim cum illum ipſe judicem de- E legiſſet, atque ad ſui juſtificationem, ut putabat, & Ignatii condemnationem ſcripſiſſet, legatos ad illum ſuos cum litteris deſtinavit. Sed papa, re diligenter inveſtigata, Photium potius ipſum condemnavit. Tum vero penitus in rabiem actus, linguam in ipſum Nicolaum exacuit. Collectis enim quibuſdam præſtigiatoribus ex triviis & compitis, illis trium aliorum patriarcharum perſonas impoſuit, ſynodicumque conciliabulum ſeu fabulam inſtar judicii effinxit; accuſatorum & reorum, judicum ac teſtium, imperatorum & optimatum, metropolitanorumque

* Vertit & iſta cum ſequentibus Matthæus Raderus S. J. interpolarunt Romani editores.

que perſonas per ſummam fraudem & mendacium ſimulavit, & induxit: adeoque in ſpeciem Ignatium depoſuit, damnavit. Quin & ipſum ſanctiſſimum papam Nicolaum, omneſque cum illo communicantes anathemate perculit. Sed enim ſcientiarum Dominus apertas illius nequitias intuitus, imperium Baſilio imperatori, qui nomen ab eodem imperii nomine accepit, commiſit. Invenit enim eum virum ſecundum cor ſuum. Qui imperator cum res perperam geſtas optime noſſet, evocatis egregiis epiſcopis & monachici ordinis præfectis, præſidibus inſuper & dynaſtis, juxta ſynodicum judicium ſanctiſſimæ Romanæ eccleſiæ, Photium in locum & ordinem dedecoris illi debitum redegit, Ignatium vero throno ſuo reſtituit. Ad certiorem autem veritatis fidem faciendam, ex omnibus patriarcharum ſedibus legatos, omneſque Conſtantinopolitanæ ſedis epiſcopos evocavit. Qui Dei gratia & virtute Chriſti magnam hanc & œcumenicam ſynodum celebrantes, rebus geſtis accurate ac probe perpenſis, cognovimus patriarcham Ignatium contra jus faſque & ſanctos canones ejectum, Photium intruſum: rurſumque Ignatium rite & ſancte, legitimeque per ſynodum throno ſuo reſtitutum, Photiumque exterminatum. Quem tamen ſancta ſynodus ſæpenumero ad culpæ confeſſionem hortata eſt: cui cum non pareret, ejectus eſt, & anathematizatus, atque a toto catholico & apoſtolico eccleſiæ cœtu ſejunctus; unaque cum illo ab hac ſancta & œcumenica ſynodo Theodorus Iconomachorum princeps, cognomento Crithinus, nonnullique præterea alii illius ſectatores. Canones quoque pro uſu communique ſtatu eccleſiæ univerſalis edidimus. Quibus cognitis, fratres dilecti, ſanctæque catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ filii, quicumque vel qualeſcumque vel honore vel conditione eſtis, Deum omni laude prædicandum laudibus concelebrate, qui timentes ſe defendit, & liberat eos qui ſperaverunt in eo. Neque audeat quiſquam eorum qui Chriſtiano nomine cenſentur, ſive præſint, ſive ſubſint, contra ea quæ magna hæc & œcumenica ſynodus decrevit, aliquid efficere vel conari. Quicumque enim voluerit januam, quam ſancta hæc & œcumenica ſynodus clauſit, aperire; aut claudere tentaverit, quam illa aperuit, in Deum ipſum impius pugnabit. Sed faxit Deus, ut omnes qui invocant nomen domini noſtri Jeſu Chriſti, ipſius caritate uniti, in æquitate veritatis conſerventur in ipſo Chriſto Deo noſtro, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Domino coangelico, ſanctiſſimo pontifici maximo & œcumenico papæ Hadriano, ſancta & œcumenica ſynodus Conſtantinopoli celebrata, in Domino ſalutem.*

Pſal. 1. OPportunum eſt cum ſapientiſſimo Salomone nunc & nos clamare: *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam.* Sanctiſſimi enim ſanctitatis veſtræ legati, cœleſti ſapientia pleni, in divinarum litterarum plateis liberam vocem dederunt, &

πλασμένα συσκευάσας, καὶ οὕτω τὸ δοκεῖν καθαιρήσας καὶ ἀναθεματίσας Ἰγνάτιον. ἔτι γε μὴν καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλε τὸν ἁγιώτατον πάπαν Νικόλαον, καὶ πάντας τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ. ἀλλ' ὁ τῶν γνώσεων κύριος τοὺς φανερὰς αὐτοῦ κακοπραγίας ὁρῶν, ἐνεχείρισε τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν Βασιλείῳ τῷ φερωνύμῳ δεσπότῃ. εὗρε γὰρ αὐτὸν ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν αὐτοῦ. ὃς δὴ βασιλεὺς ἀκριβῶς εἰδὼς τὰ κακῶς εἰργασμένα, τοὺς λογάδας τῶν ἐπισκόπων συναγαγὼν, τούς τε καθηγουμένους τοῦ μοναχικοῦ τάγματος, καὶ μέντοι καὶ προστάτας τοὺς ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυναστείᾳ, τὸν μὲν Φώτιον εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτῷ τόπον τῆς ἀτιμίας κατήγαγε, τὸν δὲ Ἰγνάτιον εἰς τὸν ἴδιον ἀποκατέστησε θρόνον, κατὰ τὴν συνοδικὴν κρίσιν τῆς ἁγιωτάτης τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας. εἰς προδηλοτέραν δὲ τῆς ἀληθείας πληροφορίαν, καὶ τοποτηρητὰς ἐξ ἁπάντων τῶν πατριαρχικῶν συνεκάλεσε θρόνων, καὶ πάντας τοὺς ὑπὸ τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον ἀρχιερεῖς· οἱ χάριτι καὶ συνεργίᾳ Χριστοῦ τὴν μεγάλην ταύτην καὶ οἰκουμενικὴν συγκροτήσαντες σύνοδον, καὶ μετ' ἐρεύνης καὶ δοκιμασίας τὰ πεπραγμένα ἐξετάσαντες, εὕρομεν, ὡς ἀδίκως καὶ παρὰ κανόνας ὁ πατριάρχης μετεβλήθη Ἰγνάτιος, καὶ ὁμοίως ἀντεισήχθη ὁ Φώτιος· καὶ τὸ ἀνάπαλιν, εὐλόγως, καὶ δικαίως, καὶ κανονικῶς, καὶ συνοδικῶς ἀπέλαβε μὲν Ἰγνάτιος τὸν ἴδιον θρόνον, ὁ δὲ Φώτιος ἀπηλάθη. ὃν καὶ πολλάκις προσαγαγοῦσα ἡ σύνοδος, καὶ παραινέσασα τὴν ἰδίαν ἐξομολογήσασθαι ἁμαρτίαν, ἐπεὶ μὴ ἔπεισεν, ἀπεκήρυξέ τε καὶ ἀνεθεμάτισε, καὶ πάσης καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς ἠλλοτρίωσεν ἐκκλησίας. συνεξελήλαται δὲ παρὰ τῆς ἁγίας ταύτης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου καὶ Θεόδωρος τῆς Εἰκονομαχικῆς αἱρέσεως ἔξαρχος, ὁ ἐπιλεγόμενος Κρίθινος, καί τινες ἄλλοι τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ. ἐξεθέμεθα δὲ καὶ κανόνας ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς λυσιτελείας, καὶ τῆς οἰκουμενικῆς καταστάσεως. ταῦτα γοῦν πάντα διεγνωκότες ὑμεῖς ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ, καὶ τέκνα τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, οἵτινες ἄρα καὶ ὁποῖοι τὴν ἀξίαν ἢ τὸν τρόπον ἐστὲ, τὸν ὑμνητὸν Θεὸν ἀνυμνήσατε, τὸν ὑπερασπιστὴν τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ λυτρωτὴν τῶν ἐπ' αὐτὸν ἠλπικότων. καὶ μηδαμῶς τολμήσῃ τις τῶν τῆς Χριστιανικῆς προσηγορίας ἠξιωμένων, καὶ ἢ ποιμαίνειν λαχόντων, ἢ ποιμαίνεσθαι, ἐναντίον τι διαπράξασθαι τῆς μεγάλης ταύτης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου. ὁ γὰρ βουληθεὶς διανοῖξαι τὴν θύραν, ἣν ἡ ἁγία αὕτη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἔκλεισεν, ἢ κλεῖσαι πειραθεὶς ἣν ἤνοιξεν, ἀντίθεος καὶ θεομάχων εὑρεθήσεται. ἀλλὰ γένοιτο πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῇ αὐτοῦ ἀγάπῃ συνεχομένους, ἐν τῇ εὐθύτητι διατηρεῖσθαι τῆς ἀληθείας ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Τῷ κυρίῳ ἰσαγγέλῳ, ἁγιωτάτῳ, μεγίστῳ ἀρχιερεῖ καὶ οἰκουμενικῷ πάπᾳ Ἀδριανῷ, ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει συγκροτηθεῖσα ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΕΥΚΑΙΡΟΝ ἐστὶ μετὰ τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος βοῆσαι νῦν καὶ γὰρ ἡμᾶς· σοφία ἐν ἐξόδοις ὑμνεῖται, ἐν δὲ πλατείαις παῤῥησίαν ἄγει. οἱ γὰρ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης, θείας σοφίας ὄντες ἀνάπλεῳ, ἐπαῤῥησιάσθησαν ἐν

ταῖς

ANNO CHRISTI 870.

ταῖς πλατείαις τῶν θείων γραφῶν, διεῤῥήδην τὴν ἀληθεστάτην τῆς θείας δημηγορίας κατήγγειλαν, καὶ τοὺς τῆς ἀφροσύνης ἐργάτας καὶ ζηλωτὰς τῆς πονηρίας τοῖς ἐλέγχοις τῆς ἀληθείας ὑπευθύνους ἀπέδειξαν. ὅσα γὰρ ἐκεῖνος ὁ μακάριος ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, ὁ πάπας Νικόλαος διώρισε, καὶ ἡ σὴ κορυφαιοτάτη πατρότης συνοδικῶς ἐπεκύρωσε, ταῦτα καὶ διηγγέλκασι καὶ πεπράχασιν. ἀλλ' εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἔδωκεν ἡμᾶς εἰς χεῖρας τῶν μισούντων ἡμᾶς, ἀλλ' ἐῤῥύσατο τὴν ψυχὴν ἡμῶν, ὡς στρουθίον ἐκ παγίδος τῶν θηρευόντων, διὰ τῶν ὑμετέρων προσευχῶν τε καὶ παραινέσεων. περὶ μὲν τοῦ ταλαιπώρου Φωτίου καὶ τῶν συναπαχθέντων αὐτῷ, τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο ῥητέον· εὐθεῖαι αἱ ὁδοὶ τοῦ κυρίου, καὶ δίκαιοι πορεύσονται ἐν αὐταῖς· οἱ δὲ ἀσεβεῖς ἀσθενήσουσι καὶ προσκόψουσι. τίς γὰρ τοῦ φιλοχρίστου, καὶ γαληνοτάτου ἡμῶν βασιλέως διασημᾶναι δυνήσεται τὴν σπουδὴν, ἣν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐνεδείξατο, καὶ τὴν κατὰ τοῦ ψεύδους ἀεὶ στάσιν; ὅς γε τῆς εὐσεβείας τοῖς ὅροις, καὶ ταῖς τῶν ἀρετῶν ἰδιότησι πάντας ὑπερῆρε τοὺς προβεβασιλευκότας· ὡς μᾶλλον ἡμᾶς τοῖς τρόποις αὐτοῦ τῶν κατορθωμάτων θαῤῥεῖν, ἢ τοῖς ἑαυτῶν κατορθώμασιν, ὃν ὁ παντοκράτωρ Θεὸς διὰ τῆς ὑμῶν συνέσεως, καὶ μεσιτείας, καὶ κρίσεως, καὶ συνοδικῆς ἐκθέσεως, τοιαύτην μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον συγκροτῆσαι καταξιώσας, καὶ εἰς πέρας τοσοῦτον ἔργον ἀγαγεῖν, διαφυλάξαι ἐπὶ πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις, καὶ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ ἔθνη τὰ βάρβαρα. ὑμεῖς δὲ ἀσμένως δέξασθε τὴν πάντων ἡμῶν συνέλευσιν, καὶ τῆς συνόδου ταύτης τὴν ὁμοφροσύνην, καὶ ἡμᾶς στηρίξοιτε ταῖς εὐχαῖς ὑμῶν.

Μετὰ ταῦτα γέγραπται ἐπιστολὴ τῶν βασιλέων Βασιλείου, Κωνσταντίνου καὶ Λέοντος, οὐ δηλοῦσα πρὸς τίνα, ἥτις καὶ παρειάθη. εἶτα ἐγράφη Ἀδριανοῦ πάπα πρὸς τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον ἐπιστολὴ, ἥ τις μετὰ τῶν ἄλλων εἶχε καὶ ταῦτα.

Ἔγραψας· ἵνα τὰ πολλὰ παρεάσωμεν· ὅπως οἱ πρεσβύτεροι ἡμῶν ἐκ τῆς χώρας τῶν Βουλγάρων μετὰ ὀνειδισμοῦ μεγάλου καὶ αἰσχύνης ἐξωθῶσι, καὶ οἱ ἐπίσκοποι οὐ μετὰ μικρᾶς ἐκεῖθεν ἀτιμίας ἀπελαθῶσι· καὶ ταῦτα μηδέποτε γεγονυίας περὶ τούτου κρίσεως ἐνώπιον ὑμῶν· οὐδὲ γὰρ προσεκλήθημέν ποτε εἰς κριτήριον διὰ τοῦτο. εἰ γοῦν λέγεις προτέρους ἡμᾶς τοὺς πρεσβυτέρους τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν διοικήσεως εἰς τὴν προῤῥηθεῖσαν χώραν λειτουργεῖν ἀποκωλῦσαι, οὐκ ἀρνούμεθα. ἦσαν τοῦ Φωτίου κοινωνοὶ καὶ συμμύσται, οὓς οὐ μόνον εἰς τὴν Βουλγάρων χώραν, ἀλλὰ καὶ εἰς πᾶσαν ἐκκλησίαν ὡς ἱερεῖς ἐνεργεῖν ἐκωλύσαμεν, καὶ κωλύομεν. ἔδει οὖν σε εἰδότα τοῦτο, μηδὲν εἰς τὴν τῶν Βουλγάρων τοιοῦτον διαπράξασθαι. ἐμάθομεν δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ἐναντία τῶν πατρικῶν ὅρων ὑμᾶς διαπράττεσθαι, ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦτο. τινὰς γὰρ νεωστὶ ἀπὸ τῶν λαϊκῶν ἄφνω διακόνους ἐχειροτονήσατε, ἐναντία μὲν καὶ τοῖς πάλαι πατράσι, ἀλλὰ δὴ καὶ τῇ προσφάτως συναθροισθείσῃ οἰκουμενικῇ συνόδῳ· οὐκ ἀγνοεῖτε δὲ, ὅτι ἡ τοῦ Φωτίου πτῶσις ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν.

Μετὰ ταῦτα εὑρέθη ἐπιστολὴ Μητροφάνους μητροπολίτου πρὸς Μανουὴλ πατρίκιον καὶ λογοθέτην τοῦ δρόμου ἐρωτήσαντα, πῶς καθῃρέθη Φώτιος. ἐνταῦθα διήγησις τῶν κατὰ τὸν Φώτιον.

Ἐπεὶ, μεγαλοπρεπέστατε, τῆς σῆς ἀγάπης οὐδὲν ἀντάξιον κρίνομεν, τούτου χάριν εἴξαντες τῇ προτροπῇ σου, τάδε φαμὲν, ὡς ἀπ' ἀρχῆς μι-

PART. III. CAP. II.

A æquitatem divinæ juſtitiæ aperte annuntiaverunt, & operarios inſipientiæ & nequitiæ æmulatores, veritatis argumentis convictos, reos eſſe demonſtrarunt. Quæcumque enim beatus ille vir Dei, papa Nicolaus decrevit, & tua ſumme coryphæa paternitas per ſynodum confirmavit, illa in hac ſynodo promulgarunt, & executi ſunt. Sed benedictus Deus, qui non dedit nos in manus odientium nos, ſed liberavit animas noſtras, ut paſſerem de laqueo venantium, per preces nempe & hortamenta veſtra. De infelici quidem Photio & Photianis propheticum illud dicendum: *Via domini recta, & juſti ambulabunt in eis: impii autem infirmabuntur & offendent.* B Ecquis enim Chriſti amantis & ſereniſſimi imperatoris noſtri ſtudium, quod in tuenda veritate oſtendit, & in refutandis mendaciis conſtantiam explicando poſſit aſſequi? Qui pietatis cultu & virtutum laude omnes retro imperatores ſuperavit, uti nos præclare factorum illius exemplis potius quam noſtris virtutibus niteremur. Quem ſupremus omnium imperator Deus ut voluit hoc honore dignari, ut veſtra prudentia, opera, judicio, ſynodiciſque conſtitutionibus hanc magnam & œcumenicam ſynodum celebraret, atque ad finem opus tam illuſtre perducere; ſic ad multa annorum curricula, triumphatis un- C dique barbaris, ſalvum velit, incolumemque cuſtodiat. Vos autem conventum omnium noſtrum, & conſonantiam hujus ſynodi benevole recipite, & precibus apud Deum veſtris confirmate.

Pſal. 123.

Oſe. 14. Pſal. 16.

Deinde perſcripta eſt epiſtola Baſilii, Conſtantini & Leonis imperatorum, incertum ad quem, quæ & omiſſa eſt. Tum litteræ Hadriani papæ ad patriarcham Ignatium extant, quæ præter alia, hæc continebant.

Scripſiſti (ut alia multa mittamus) ut noſtri presbyteri (Conſtantinopolitani ſcilicet) juſſi ſint e regione Bulgarum cum gravi ignominia & dedecore expelli, ipſique il- D linc epiſcopi cum non mediocri contemptu exigi; & hoc nullo tanto de re judicio prius apud vos facto, cum in judicium ea de re nunquam vocati ſimus. Quod ſi dicas, prius a nobis Conſtantinopolitanæ diœceſeos presbyteros in ea regione ſacrificare prohibitos, haud inficias imus. Erant Photiani, illiuſque ſymmyſtæ, quibus non ſolum in Bulgarum provincia, ſed ubique gentium ſacerdotali munere interdiximus, interdicimuſque. Quæ cum ſcires, nihil tibi in eo regno tentandum fuit. Intelleximus autem & alia multa a vobis contra patrum decreta fieri, inter quæ & hoc eſt; nuper quoſdam contra ſtatuta patrum priſcorum, & ſynodi œcumenicæ E proxime celebratæ, ex laicis repente diaconos creatos, cum ſciatis Photii caſum inde originem traxiſſe.

Reperta quoque poſtea eſt epiſtola Metrophanis metropolitæ ad Manuelem patricium & logothetam dromi, qui rogaverat, quonam pacto exauctoratus eſſet Photius, ubi explicantur acta Photii.

Cum nihil amori tuo, magnificentiſſime vir, anteponendum judicemus, ea gratia petitioni tuæ ſatisfacimus libenter, ac dicimus, Pho-

Photium ab initio ad finem, impium ac nefa- A rium, legibus & canonibus fuiſſe damnatum.

Nam primum quidem cum adhuc inter laicos ageret, ejectus erat: deinde propter varia & cujuſvis generis ſcelera, cum ab unoquoque epiſcopo & magiſtratibus exegerit chirographa, & ab eccleſia defecerit. De ſchiſmaticis porro, quæ leges eccleſiaſticæ ſanxerint, tute cogita. Tot igitur eccleſiaſticis legibus aperte proſcriptus, & anathemate inſuper damnatus eſt Photius. Qui cum in eo eſſet ſtatu, tamen ſuperſtite adhuc Ignatio, adulteri more Conſtantinopolitanum ſolium invaſit, non ab epiſcopis per ſuffragia deſignatus, ex lege & ritu eccleſiæ, ſed ab uno dumtaxat ( Barda ) Cæſare intruſus. Qua- B propter omnes epiſcopi, communi ſententia illum rejicientes, tres alios deſignarunt, multiſque diebus in ea ſententia perſtiterunt: deinde ſenſim per fraudem pene omnes defecerunt, præter quinque, inter quos & ego numerabar. Atque ut animadvertimus rudiorem epiſcoporum gregem eſſe corruptum, illum ſaltem chirographo ſuo eccleſiæ in Chriſto noſtræ filium eſſe declarandum, & communioni ſanctiſſimi patriarchæ reddendum exiſtimavimus; ut hac etiam ratione a patriarchæ decreto non videremur alieni, qui ſanxerat ut ex noſtra in Chriſto eccleſia eſſet, qui patriarcha conſtitueretur. Ergo cum præſentibus nobis ille chirographo ſuo conteſta- C tus eſſet, ſe Ignatium pro inculpato patriarcha habiturum, neque ſe quidquam contra illum dicturum, aut dici ab alio paſſurum; ab invitis nobis, cum per vim principum urgeremur, Photius eſt receptus. Qui paulo poſt & ſuum ipſius chirographum abſtulit, & Ignatium depoſitione multavit. Quo tempore collectus totus epiſcoporum ſedis Conſtantinopolitanæ conventus Photium anathematizavit, & a Patre & Filio & Spiritu ſancto depoſitum declaravit. Ita cum epiſcopi omnes adeo votis conſpirarent, ut ſeipſos quoque damnarent, ſi unquam Photium patriarcham confiterentur; & per quadraginta dies in æde ſanctæ Irenes ſynodum celebra- D rent: interim ille, Barda adjutore, in æde ſanctorum apoſtolorum conventum cogit, iterumque Ignatium abdicat, & anathemate ferit. Quo nos etiam tempore de ſuo illum ſcelere coram arguimus. Qua de cauſa per vim & latrocinium exauctorati ſumus, & in olenti teterrimoque carcere, una cum Ignatio ferreis compedibus vincto, apud Numeram multis ſane diebus afflicti: alii vero in prætorio cuſtodiebantur. Deinde educti, patriarcha Mitylenen in exilium, alii vero alio deportati ſumus. Poſt hæc e ſua factione quatuor metropolitas ſeniorem Romam ad beatiſſimum papam Nicolaum Photius legatos miſit, per quos ita ſuam cauſam expo- E ſuit, ut ſibi expedierat ad damnandum Ignatium. Sed divinus ille pontifex, quamvis ex noſtra parte adeſſet nemo qui cauſam noſtram tueretur, quod nobis per adverſarios id facere non licuiſſet, tamen coacto occidentalium epiſcoporum concilio, ex illis ipſis Photii litteris illum reprobavit & condemnavit, laicum nominando. Quo etiam tempore, eorum precibus qui tum rerum potiebantur, Zachariam & Rhadoaldum epiſcopos miſit, qui ſtatum eccleſiæ Conſtantinopolitanæ coram præſentes intuerentur; ac

χρι τέλους ἄθεσμος καὶ ἀκανόνιστος εὑρίσκεται Φώτιος.

Πρῶτον μὲν, ὅτι λαϊκὸς ὢν, ἀποκήρυκτος ὑπῆρχεν· εἶτα διὰ τὰς παντοδαπὰς καὶ ποικίλας αὐτοῦ παροινίας, δι' ὧν ἀφ' ἑκάστου τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν ἐντελῶν ἰδιόχειρα ἔσχεν ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ γέγονεν ἀποσχίστης. περὶ δὲ ἀποσχιστῶν ὅσα οἱ κανόνες λέγουσιν, ἐρεύνησον. ἐκ τοσούτων οὖν ἐκκλησιαστικῶν νόμων εὑρίσκεται προδήλως ἀφωρισμένος καὶ ἀναθεματισμένος ὁ Φώτιος. καὶ οὕτως ἔχων, ἔτι ζῶντος Ἰγνατίου, ἐπέβη ὡς μοιχὸς τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, μὴ ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων ψηφισθεὶς κατὰ τοὺς νόμους καὶ τὴν τάξιν τῆς ἐκκλησίας, B ἀλλ' ὑπὸ μόνου τοῦ παραδυναστεύοντος. διὸ τοῦτον ἀποκηρύττοντες πάντες οἱ ἐπίσκοποι, ψήφῳ κοινῇ ἑτέρους τρεῖς ἐψηφίσαντο, καὶ ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις ἐνέμενον τῇ οἰκείᾳ ψήφῳ· εἶτα ὑπεκλάπησαν κατὰ μικρὸν οἱ ὅλοι σχεδὸν, ἀνὰ πέντε, ἐν οἷς οὖν κἀγώ. καὶ ὡς εἴδομεν τὸ ἀγελαῖον πλῆθος τῶν ἐπισκόπων διαφθαρὲν, ᾠήθημεν δεῖν κἂν δι' ἰδιοχείρου ὁμολογίας τέκνον αὐτὸν ἀποφῆναι τῆς ἐν Χριστῷ καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας, καὶ τοῦ ταύτης ἀρχιερέως ἁγιωτάτου κοινωνὸν, ἵνα καὶ οὕτω πρὸς τὴν ἐκείνου διάταξιν μηδαμῶς εὑρεθῶμεν διαφωνήσαντες. ἣν γὰρ θεσπίσας, ἐκ τῆς ἐν Χριστῷ καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας ψηφίσασθαι πατριάρχην. ἐνώπιον γοῦν ἡμῶν χειρο- C γραφήσας ἔχειν ἐκεῖνον ἀκατῃτίατον πατριάρχην, καὶ μηκέτι λέγειν ποτὲ κατ' αὐτοῦ, ἢ τοὺς λέγοντας δέχεσθαι, ἐδέχθη παρ' ἡμῶν ἀκόντων διὰ τὴν τῶν κρατούντων βίαν ὁ Φώτιος. ὃς μετὰ βραχὺ καὶ τὸ ἴδιον ἀφείλετο χειρόγραφον, καὶ καθεῖλεν Ἰγνάτιον· ὁπότε καὶ παρὼν ὁ σύλλογος ἅπας τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας Κωνσταντινουπόλεως ἀνεθεμάτισέ τε αὐτὸν, καὶ καθῃρημένον εἶναι ἀπεφήνατο ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. οὕτω τῶν ἐπισκόπων πάντων συμφωνησάντων, καὶ αὐτοὺς ἀναθεματισάντων, εἴ τις ποτὲ Φώτιον ὁμολογήσει πατριάρχην, καὶ τούτων ἐπὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα συνειλεγμένων ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τῆς ἁγίας Εἰρή- D νης, ἐκεῖνος συνεργοῦντος τοῦ Βάρδα, σύνοδον ἐν τῷ τῶν Ἀποστόλων ναῷ συγκροτεῖ, καὶ πάλιν καθαιρεῖ τὸν Ἰγνάτιον, καὶ ἀναθεματίζει. ὁπότε καὶ ἡμεῖς τὴν παρανομίαν αὐτοῦ ἠλέγξαμεν κατὰ πρόσωπον, καὶ διὰ τοῦτο λῃστρικὴν καὶ παρανομωτάτην καθαίρεσιν πεπόνθαμεν, καὶ ἔμφρουροι ἐν τοῖς Νουμέροις γεγόναμεν ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις ἐν φυλακῇ δυσωδεστάτῃ· ἔτι γε μὴν καὶ ὁ πατριάρχης Ἰγνάτιος σιδηροδέτος σὺν ἡμῖν ἐφρουρεῖτο, καὶ ἄλλοι ἐν τῇ τοῦ πραιτωρίου φυλακῇ. εἶτα ἐξενεχθέντες ἐξωρίσθησαν, ὁ μὲν πατριάρχης εἰς Μιτυλήνην, οἱ δὲ λοιποὶ ἄλλος ἀλλαχοῦ. ἐπὶ τούτοις ὁ Φώτιος μονομερῶς ἀπέσταλκεν εἰς τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην πρὸς E τὸν μακαριώτατον πάπαν Νικόλαον τέσσαρας μητροπολίτας, καὶ μεμήνυκεν αὐτῷ δι' αὐτῶν τὰ συμφέροντα αὐτῷ πάντα πρὸς τὴν τοῦ Ἰγνατίου κατάκρισιν. ὁ δὲ θεοφόρος ἐκεῖνος ἀρχιερεὺς καίτοι μηδεμίαν παρὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς μέρους ἀπολογίαν δεξάμενος, διὰ τὸ μηδὲ συγχωρεῖσθαι ἡμᾶς παρὰ τῶν ἐναντίων, σύνοδον συγκροτήσας τῶν δυτικῶν ἐπισκόπων, ἐξ αὐτῶν ἐκείνων τῶν τοῦ Φωτίου γραμμάτων ἀπεδοκίμασεν αὐτὸν καὶ κατέκρινε, λαϊκὸν ὀνομάσας τοῦτον· ὁπότε καὶ κατὰ τὴν τῶν κρατούντων ἀξίωσιν τοὺς περὶ τὸν Ζαχαρίαν πέπομφε καὶ τὸν

ANNO CHRISTI 870.

Ῥαδόαλδον ἐπισκόπους, ἐπισκεψομένους τὰ πράγματα τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας· καὶ πρῶτον μὲν καθεῖξαι τὸν Φώτιον, εἶτα δὲ τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον ἀποκαταστῆσαι· καὶ εἰ εὑρεθῇ τις ἐκείνου κατηγορῶν, ἀκοῦσαι τῶν λεγομένων, δηλῶσαι τῷ πάπᾳ. οἱ δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν καταλαβόντες, καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἐπιδόντες τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ Φωτίῳ, ἦσαν ἐπὶ μῆνας ὀκτὼ ἐνιστάμενοι ποιῆσαι καθὼς παρηγγέλθησαν. μὴ παραχωρούμενοι δέ, ἀλλ' ἐπὶ πλέον καὶ ὑποκλαπέντες δώροις, καθῄρησαν μὲν ἀκρίτως καὶ παρανόμως τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον, ἐκύρωσαν δὲ τὸν Φώτιον, προχειρισάμενοι Φωτίου τὴν τοῦ ἀψηφίστου κατηγορίαν, ἥτις μᾶλλον αὐτῷ ἥρμοζεν, ὡς ἐκ χειρὸς μόνης ἀρχοντικῆς ἀναβιβασθέντι παρὰ γνώμην τῶν ἀρχιερέων. ἐπὶ γὰρ Ἰγνατίου ψευδὲς ἦν τὸ ἀψήφιστον. τούτους δὲ τοὺς τοποτηρητὰς κατελθόντας μετὰ ταῦτα εἰς Ῥώμην ὁ ἁγιώτατος πάπας Νικόλαος καθῄρησε, μαθὼν ἀκριβῶς ὅσα παρὰ γνώμην αὐτοῦ πεποιήκασιν· ἔτι γε μὴν καὶ τὸν Φώτιον ἀπεκήρυξε, σύνοδον οὐκ ὀλίγην συναγαγών, καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλεν, ἀνθ' ὧν οὐ μόνον παρέβη τὴν ἐκείνου συνοδικὴν ψῆφον καὶ κρίσιν, ἣν αὐτὸς ἑκὼν ᾑρετίσατο, ἀλλὰ καὶ τοὺς τοποτηρητὰς αὐτοῦ πεφενάκικε. ὡς δὲ ὁ Φώτιος καὶ ἔτι ἐπέμενε τῇ οἰκείᾳ κακίᾳ, ἔμαθε δέ, ὅτι καὶ τοποτηρηταὶ τοῦ πάπα Ῥώμης εἰς Βουλγαρίαν ἀφικόμενοι ἀπεδοκίμασαν τοῦ Φωτίου τὸ μύρον, καὶ πάντας ἄρχοντάς τε καὶ ἀρχομένους τῆς Βουλγάρων χώρας ἐξανεμύρωσαν, οἰστρηλατηθεὶς οἰκουμενικὴν ἀνέπλασε σύνοδον, καὶ τοὺς τηνικάδε κρατοῦντας δύο βασιλεῖς, Μιχαὴλ δηλαδὴ καὶ Βασίλειον τὸν ἡμέτερον, προκαθεσθέντας τῆς πεπλασμένης συνόδου, καὶ τοποτηρητὰς τῶν τριῶν ἀνατολικῶν θρόνων, καὶ πᾶσαν τῶν συγκλητικῶν τὴν πληθύν, καὶ τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους, καὶ κατηγόρους παρέστησε, καταλοφυρομένους, καὶ τὰς κακοπραγίας δῆθεν τοῦ πάπα Νικολάου κηρύττοντας, καὶ κρίσιν συνοδικὴν ἐξαιτοῦντας· καὶ μάρτυρας προεβάλετο, βεβαιοῦντας τὰς κατηγορίας. καὶ αὐτὸς μὲν ἀπελογεῖτο, ὡς οὐ χρὴ κρίνεσθαι τὸν ἀπόντα, πλαττόμενος τὴν χρηστότητα ὑπὲρ τοῦ πάπα Νικολάου· λόγους δὲ τῶν παρακαθημένων ἀρχιερέων δῆθεν εἰσῆγεν, ὡς ἀντιλεγόντων αὐτῷ κατὰ τοῦ πάπα· ὑφ' ὧν τάχα νικηθείς, τὰς κατηγορίας προσήκατο, καὶ τὴν ἐξέτασιν ὑπεισῆλθε. καὶ τελευταῖον κατακρίνει τὸν πάπαν ἐπὶ μυρίοις ψευδέσιν ἐγκλήμασι, καὶ ἀναθεματίζει σὺν τοῖς κοινωνοῦσιν αὐτῷ, ὑπογραφὰς σχηματίσας πάντων τῶν συνειλεγμένων ἐκεῖσε, κατὰ τὴν ἰδίαν ὀνειροπόλησιν δηλαδή, καὶ τῶν δύο βασιλέων, καὶ τῶν τοποτηρητῶν τῶν τριῶν ἀνατολικῶν θρόνων, καὶ πάντων τῶν συγκλητικῶν, ἀλλὰ δὴ καὶ ἡγουμένων καὶ κληρικῶν. ὅπως οὖν πλαστογραφήσας ἰδιοχείρους πάντων ὑπογραφάς, ἀνηγόρευσε καὶ ἀνεφήμισεν εἰς τὴν ἀναπλασθεῖσαν αὐτῷ σύνοδον βασιλέα τὸν Λοδόηχον, καὶ τὴν Ἰγγελβέραν Αὐγοῦσταν· πρὸς ἣν καὶ γέγραφεν ἐπιστολὴν εὐφημίας πεπληρωμένην, ὡς ἀξιωθεῖσαν ἀναρρήσεως ἐν οἰκουμενικῇ δῆθεν συνόδῳ τῇ Πουλχερίᾳ παραπλησίως, ὡς ᾤετο. καὶ κατηντιβολεῖ καὶ παρεσκεύαζε καταπεῖσαι τὸν ἴδιον σύζυγον Λοδόηχον, ἀπεῖρξαι τῆς Ῥώμης τὸν πάπαν Νικόλαον, ὡς ὑπὸ συνόδου καθῃρημένον οἰκουμενικῆς καὶ καθολικῆς, ἧς τὸ ἴσον καὶ πρὸς αὐτὴν ἐξαπέστειλε μετὰ δώρων· ἀλλ' ὁ ζηλωτὴς Θεὸς προφθάσας, τῷ θεοφρουρή-

PART. III CAP. II.

A primum quidem Photium gradu moverent, atque Ignatium patriarcham reducerent in patriarchatum. Ac ſi quis in illum accuſator prodiret, audiretur, papæque renuntiaretur. Sed legati poſteaquam Conſtantinopolim venerunt, litteraſque imperatori & Photio reddiderunt, per octo menſes urgere atque inſtare non deſtiterunt, uti liceret legatione pro imperio pontificis perfungi. Prohibiti, vero, immo vero donis etiam illecti & corrupti, patriarcham Ignatium præter jus faſque omne exauctorarunt, Photiumque confirmarunt; Photio, quod non rite lectus eſſet Ignatius patriarcha, accuſationem inſtituente, quæ potius in ipſum quadrabat Pho- B tium, quippe qui per vim ſolam ac principum manuum, præter mentem ſententiamque epiſcoporum intruſus eſſet. Illud vero de Ignatio ſine ſuffragiis creato penitus falſum erat & confictum. Legatos porro Romam reverſos ſanctiſſimus papa Nicolaus (cum diligenter inveſtigaſſet quæ contra mentem ſuam & mandata feciſſent,) exauctoravit: Photium quoque non parva coacta ſynodo damnavit, atque anathemati ſubjecit; quod non ſolum decretum ſuum ſynodicum, ac judicium, ad quod tamen ipſe ſponte accurrerat, violaſſet, ſed etiam legatos ſuos eluſiſſet. Photius tamen ita in perfidia ſua perſtitit. Qui cum intellexiſſet, legatos pontifi- C cis Romani in Bulgariam miſſos confirmationem ejus reprobaſſe, omneſque Bulgariæ principes & ſubjectos chriſmate iterum inunxiſſe; tum vero velut œſtro percitus œcumenicam ſynodum confinxit. Cui confictæ ſynodo, qui tum imperitabant, Michaelem & Baſilium noſtrum, præſides induxit: orientis etiam trium patriarchiorum vicarios, ac totum ſenatum palatinum, & Conſtantinopolitanæ ſedis epiſcopos; nec non accuſatores inſtituit, qui Nicolai papæ ſcelera videlicet exponerent & deplorarent, judiciumque ſynodi publicum implorarent: teſteſque adhibuit, qui accuſatorum calumnias confirmarent. Atque ipſe quidem ficta erga papam pietate D reſpondebat, non eſſe abſentem judicandum; interimque orationes contra papam aſſidentium ſibi antiſtitum, quaſi repugnantium ſibi inferebat: quibus ſcilicet victus accuſationes admiſerit, cauſamque cognoſcere cœperit. Itaque tandem ſexcentis obrutum falſis criminibus Nicolaum damnat, atque anathema in illum & communicantes cum illo conjicit, confictis omnium, qui per ejus ſcilicet ſomnia erant in conciliabulo, ſubſcriptionibus, imperatorum nempe duorum, & trium vicariorum orientis, totius ſenatus, & hegumenorum, & clericorum. Hunc ergo in modum compoſitis cunctorum ſubſcriptionibus, imperatorem Ludovicum & Ingelbertam in con- E ficta ſynodo acclamavit Auguſtam, ad eamque litteras laudum pleniſſimas dedit, quibus oſtendebat illam non minus quam Pulcheriam, dignam fuiſſe, cujus, ut putabat, præconium in œcumenica videlicet ſynodo proclamaretur. Obſecrabat etiam & conabatur efficere, ut conjugi ſuo Ludovico auctor eſſet Nicolai papæ Romani, velut ab œcumenico & catholico concilio depoſiti, ab urbe pellendi: cujus concilii exemplum cum donis ad eamdem miſit. Sed enim Deus ille zelotes antevertit, atque imperium principi noſtro a Deo cuſtodito Baſilio commiſit,

ſii, qui hujuſcemodi conatus impedivit, A exemplarque ſynodi conſictæ miſſum, in aureo triclinio omnibus ſpectandum propoſuit: quo viſo omnes illico tum eccleſiaſtici, tum laici ſtupore perculſi Photium exploſerunt. Omnes enim affirmarunt, ſe nihil eorum ſcire quæ ſcripta eſſent. Exemplar illud Baſilius imperator ad Hadrianum papam miſit. Quod ille cum vidiſſet, ſynodum cum occidentis epiſcopis celebrat, & quam ſententiam pro hujuſmodi confictionibus ferant in eum, quærit, qui jam ante depoſitus eſſet, & anathemate percuſſus. Epiſcopi qui convenerant, quid novi in eum decernerent, nec reperirent, ad priora anathemata redierunt, eademque iterato confir- B marunt; inſuperque adjecerunt, Photium nullo modo Chriſtianum amplius eſſe appellandum. Ad hæc legatos pontifex Conſtantinopolim miſit, quos Baſilius imperator convocaverat; qui in illuſtri templo Sophiæ cum tribus orientis vicariis præſidentes, ſynodum germanam vereque œcumenicam celebrarunt, quam octavam nominarunt: quæ ſæpius accerſito Photio & Photianis, ut pro defenſione ſuaque cauſa dicerent, ſi quid haberent; ut eos tacere vidit, pronuntiavit Photio Chriſtiani cognomen abrogandum. Ergone tu Photium a quinque ſynodis æquas ob cauſas & ingentia ſcelera damnatum, inferiſque per anathema C devotum, Chriſtiani appellatione omnino afficiendum cenſes, quique Deo ſacris operetur, immo & ſummum ſacerdotium adminiſtret?

I.

Primum quippe depoſitus & anathematizatus eſt a toto concilio provinciali Conſtantinopolitano, quando ſuam ipſe ſubſcriptionem perjurus violavit.

II.

Deinde a Romana ſynodo, quando ipſe ad papam Nicolaum ſcripſit.

III.

Tertio, quando Rhadoaldus & Zacharias D Romam reverterunt, in quo concilio ipſi etiam legati ſunt damnati.

IV.

Quarto, a concilio quod eſt a papa Hadriano Romæ coactum.

V.

Poſtremo, ab octavo legitimo & œcumenico concilio Conſtantinopolitano. Hæc ergo, ſapientiſſime magnificentiſſimeque vir, ubi legeris, in penetrali animi tui cautelam adhibe, nullam ut partem aut ſortem portionemve cum Photio unquam habeas omnino.

E *Epiſtola Stephani papæ Romani ad Baſilium imperatorem, quando, poſtremo ſcilicet vitæ ſuæ tempore, ſeductus ille a Photio, contra ſanctum papam Marinum Romam ſcripſit.*

VEſtræ ſerenitatis litteras ad Hadrianum prædeceſſorem noſtrum miſſas accepimus, valdeque mirati ſumus magnificentiam tuam, quæ haſtenus æquitatis arbitra fuit, talia ſcribere auſam; prætertim cum pia potentia tua norit, regiam poteſtatem non eſſe capacem ſacerdotalis atque apoſtolicæ noſtræ dignitatis.

A τῷ ἡμῶν αὐτοκράτορι Βασιλείῳ δέδωκε τὴν βασιλείαν, ὃς τὸ τοιοῦτον ἐγχείρημα κεκώλυκε, καὶ τὸ ἀποστελλόμενον ἴσον τῆς δῆθεν συνόδου ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ ἐνώπιον πάντων προέθηκεν· ὃ καὶ ἰδόντες πάντες ἐξεπλάγησαν ἐκκλησιαστικοί καὶ πολιτικοί, καὶ τὸν Φώτιον ἀπεκήρυξαν, πάντες γὰρ διεβεβαιώσαντο μηδὲν εἰδέναι τῶν γεγραμμένων. τὸ τοιοῦτον ἴσον πρὸς τὸν πάπαν Ἀδριανὸν ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς Βασίλειος· ὃ καὶ ἰδὼν ἐκεῖνος, μετὰ τῶν δυτικῶν ἐπισκόπων σύνοδον συγκροτεῖ, καὶ τίνα κατάκρισιν ἐπιθήσει Φωτίῳ, ἠρώτα, ὑπὲρ τῶν τοιούτων πλασμάτων, τῷ προφθάσαντι καθαιρεθῆναί τε καὶ ἀναθεματισθῆναι, τῶν δὲ συνειλεγμένων ἐπι- B σκόπων κενότερόν τι ἐπινοούντων, καὶ μὴ εὑρισκόντων, ἐπὶ τὸν πρότερον ἀναθεματισμὸν ἡ σκέψις κατήντησε· καὶ βεβαιοῦσι τοῦτον ἔτι, καὶ ὁρίζουσι μηδαμῶς ὀνομάζεσθαι Χριστιανὸν τὸν Φώτιον. ἐπὶ τούτοις καὶ τοποτηρητὰς ἐξαπέστειλεν. ὁ βασιλεὺς δὲ Βασίλειος τούτους συνεκάλεσε προκαθεσθέντας ἐπὶ τῆς μεγαλωνύμου Σοφίας μετὰ τῶν ἄλλων τοποτηρητῶν τῶν τριῶν ἀνατολικῶν θρόνων· καὶ σύνοδον ἀληθῶς οἰκουμενικὴν ἐποίησαν, καὶ ὀγδόην ὠνόμασαν. ἥ τις μετακαλουμένη τὸν Φώτιον καὶ τοὺς κατ' αὐτὸν πολλάκις, ἐφ' ᾧ ἀπολογήσασθαι εἴ τι ἔχωσιν, ὡς εἶδε μηδὲν λαλοῦντας, ἀπεκήρυξε τὸν Φώτιον, ὡς μηδὲ Χριστιανὸν καλεῖσθαι. τὸν οὖν οὕτως ὑπὸ πέντε C συνόδων ἐπὶ εὐλόγοις αἰτίαις, καὶ μεγάλαις παρανομίαις κατακριθέντα, καὶ παραπεμφθέντα τῷ διαβόλῳ διὰ τοῦ ἀναθέματος, ἄξιον κρίνεις Χριστιανὸν ὅλως ὀνομάζεσθαι, ἢ ὅλως ἱερᾶσθαι Θεῷ, μᾶλλον δὲ τὴν ἀκροτάτην ἔχειν ἱερωσύνην;

α.

Πρῶτον μὲν καθῃρέθη καὶ ἀνεθεματίσθη ὑπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας Κωνσταντινουπόλεως, ὅταν εἰς τὸ ἴδιον χειρόγραφον παρεσπόνδησε.

β.

Δεύτερον δὲ ὑπὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς συνόδου, ὅταν πρὸς τὸν πάπαν Νικόλαον αὐτὸς ἀπέστειλε.

γ.

Τρίτον δὲ, ὅταν ὁ Ῥαδοαλδος καὶ Ζαχαρίας ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Ῥώμην, ὅταν καὶ αὐτοὶ καθῃρέθησαν.

δ.

Τέταρτον ὑπὸ τῆς παρὰ τοῦ πάπα Ἀδριανοῦ συναθροισθείσης ἐν Ῥώμῃ συνόδου.

ε.

Καὶ πέμπτον ὑπὸ τῆς καθολικῆς συνόδου τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει οἰκουμενικῆς συγκροτηθείσης ὀγδόης. ταῦτα τοίνυν ἀναγνοὺς μεγαλοπρεπέστατε καὶ σοφώτατε, τῷ ταμείῳ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς εἰσάγαγε προφυλακὴν καὶ συντήρησιν, καὶ μερίδα καὶ κλῆρον μὴ σχοίης μετὰ Φωτίου σύνολον.

E Ἐπιστολὴ Στεφάνου πάπα Ῥώμης πρὸς Βασίλειον τὸν βασιλέα, εἰς τὰ πλάτεια αὐτοῦ, ὁπηνίκα παροδηγηθεὶς οὗτος ὑπὸ Φωτίου, ἔγραψεν ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τοῦ ἁγίου πάπα Μαρίνου.

ΤΟ γράμμα τὸ παρὰ τῆς ὑμετέρας γαληνότητος ἀποσταλὲν πρὸς Ἀδριανὸν τὸν προηγησάμενον ἡμῶν ἐδεξάμεθα, καὶ ἐθαυμάσαμεν τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν, ὅτι τοιαῦτα ὑπέσχετο γράψαι, σταθμὸς οὖσα δικαιοσύνης· καὶ ταῦτα τοῦ εὐσεβοῦς σου κράτους ἐπισταμένου, ὅτι βασιλικὴ χεὶρ οὐ δέχεται τὸ ἱερατικὸν

Extra intra Tomo XI. proxime ſequenti ſub Stephano papa V ſed eſt alterius verſionis.

ANNO CHRISTI 870.

τικὸν καὶ ἀποστολικὸν ἡμῶν ἀξίωμα. κἂν γὰρ αὐτοῦ Χριστοῦ τὸ ἀρχικώτατον ἐπὶ γῆς ἐπιφέρῃς ὁμοίωμα, τῶν ἐπὶ γῆς κοσμικῶν μόνον ὀφείλεις φροντίζειν, ὃ καὶ εὐχόμεθα ἐπὶ μηκίστους χρόνους κρατεῖν. καθ' ὃν οὖν τρόπον ἐκ Θεοῦ τὸ ἄρχειν τῶν βιωτικῶν ὑμῖν δέδοται, οὕτω καὶ ἡμῖν διὰ τοῦ κορυφαίου Πέτρου τὸ ἄρχειν τῶν πνευματικῶν. δέξαι, παρακαλῶ, εὐμενῶς τὰ ἑξῆς. ἐδόθη σοι φροντίζειν, ἵνα τῶν τυραννούντων τὸ ἄθεον καὶ θηριῶδες τῷ ξίφει τῆς ἀρχῆς διατέμνῃς, ἵνα πράττῃς δίκαια τοῖς ὑπὸ χεῖρα, ἵνα νόμους συγγράφῃς, ἵνα γῇ τε καὶ θαλάσσῃ τὰ πολεμικὰ στρατεύματα διατιθῇς. αὕτη ἐστὶ τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς ἡ φροντίς. τὸ δὲ κατεπιστευθὲν ἡμῖν ποίμνιον τοσοῦτόν ἐστιν ὑψηλότερον, ὅσον διάφορον οὐρανοῦ πρὸς τὰ ἐπὶ γῆς. ἄκουε τοῦ κυρίου λέγοντος πρὸς τὸν Πέτρον· σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. περὶ δὲ τῆς ὑμετέρας βασιλείας τί φησι; μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. ἀλλὰ καὶ ἔτι περὶ τῆς κατεπιστευθείσης ἡμῖν διακονίας φησί· σοὶ δώσω τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ τὰ ἑξῆς. παρακαλῶ οὖν τὴν σὴν εὐλάβειαν, ἐξακολουθεῖν σε ταῖς διατάξεσι τῶν κορυφαίων Ἀποστόλων, καὶ φροντίζειν σε τῆς τούτων τιμῆς. ἡ γὰρ κατάστασις καὶ ἀρχιερωσύνη τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἐκκλησιῶν παρὰ τοῦ κορυφαίου Πέτρου τὴν ἀρχὴν ἐδέξατο, δι' οὗ καὶ ἡμεῖς ἀκηρατωτάτῃ διδασκαλίᾳ πάντας νουθετοῦμεν καὶ διδάσκομεν. ἡ δὲ σὴ βασιλεία μὴ ἀπὸ τῶν ἐλαχίστων στοχαζομένη ἐπὶ τὰ κρείττω τὴν ἔρευναν ποιείτω, ἀλλὰ κατανοείτω, ἐν ποίᾳ δυνάμει ταῦτα πράττειν ἐπιχειρεῖ. ὁ κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου Μαρίνου τὰς θεοπειθεῖς ἀκοάς σου καταμιάνας, κατὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βλασφημῆσαι ἐτόλμησε, τοῦ τῷ νεύματι διοικοῦντος τὸ πᾶν. τίς ὁ κατὰ τοῦ ἀμωμήτου αὐτοῦ νυμφίου καὶ ἱερέως, καὶ κατὰ τῆς μητρὸς πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν λέγειν τολμήσας; ἀπατᾶται ὁ νομίζων μαθητὴς εἶναι ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, καὶ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ. ἐκπληττόμεθα εἰς τὴν σὴν ἀπηρτισμένην καὶ λελαμπρυσμένην σύνεσιν, πῶς ἐπλάνη, καὶ κατὰ τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς ἐκείνου ἐναντίον τι διενοήσω. ὁποῖος γὰρ ἂν ᾖ, κἂν ἡμεῖς σιωπήσωμεν, οἱ λίθοι κεκράξονται. ἄλαλα γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια, τὰ λαλοῦντα κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀνομίαν, ἢ τοῦ δικαίου. εἰ πρόβατον τοῦ Θεοῦ ὑπάρχεις, καθὼς εὔχομαι, μὴ ὑπέρβαινε τὰς ὅρους τῶν κορυφαίων Ἀποστόλων. εἰπέ, τίς σε ἠπάτησεν, ἀρχιερέα οἰκουμενικὸν κωμῳδῆσαι, καὶ τὴν ἱερὰν τῶν Ῥωμαίων κακοφημῆσαι ἐκκλησίαν, ᾗ μετὰ σεβασμιότητος ὀφείλεις ὑποτάττεσθαι; ἢ οὐ γινώσκεις, ὅτι πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν αὕτη κατάρχει; τίς σε τῶν ἀρχιερέων κριτὴν κατέστησεν; ὧν ταῖς ἱεραῖς διδασκαλίαις κατηρτίσαι, παρ' ὧν εὐχαὶ περὶ σοῦ τῷ Θεῷ ἀναφέρονται. οἶδας τὸ φάσκον ῥητόν· μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε. τοῦτο περὶ πάντων τῶν ἱερέων εἴρηται. τῷ Θεῷ ἑαυτὸν ἐξισοῖς, ὁ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ κρίναι τολμῶν. λέγει γὰρ ὁ προφήτης· χείλη ἱερέως λαλήσει κρίσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ, ὅτι ἄγγελος κυρίου παντοκράτορός ἐστι. πῶς κρίνεις τοὺς τῇ τοῦ Θεοῦ ψήφῳ μόνῃ ὑποκειμένους, καὶ λαβόντας μόνους ἐξουσίαν δεσμεῖν καὶ λύειν; βλέπε εἰς ποῖον βόθρον ἑαυ-



PART. III. CAP. III.

A Quamvis enim ipſius Chriſti ſummam imperando ſimilitudinem in terris geras, tamen res tantum politicas & civiles curare debes; quod etiam ut diutiſſime facias, optamus. Quemadmodum igitur vobis rerum temporalium principatus a Deo eſt traditus, ita nobis per coryphæum apoſtolorum Petrum rerum ſpiritalium principatus. Accipe quæſo optimam in partem quæ ſubjicio. Datum tibi eſt ut cures, quo pacto tyrannorum impietatem & immanitatem potentiæ ferro præcidas, ſubjectis tuis jura adminiſtres, leges condas, terra marique exercitum rite componas. Hæc ſunt capita curæque imperii veſtri. Noſtri vero cura gregis tanto præſtantior eſt, quantum eſt in- B ter cæleſtia ac terrena diſcrimen. Audi Dominum ad Petrum dicentem: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* (Matth. 16.) De veſtro vero imperio quid ait? *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere.* (Cap. 10.) De credito nobis miniſterio quid porro addit? *Tibi dabo claves regni cælorum;* (Cap. 16.) & quæ ſequuntur. Obteſtor igitur tuam pietatem, ut principum apoſtolorum inſtituta ſequare, magnaque veneratione proſequare. Omnium enim in orbe terrarum ordo & pontificatus eccleſiarum a principe apoſtolorum Petro originem accepit, per quem & nos ſincera & incorrupta doctrina inſtruimus C omnes & docemus. Tua vero majeſtas ne ex minimis conjecturam faciens ad majora inveſtiganda gradum faciat: quin perpendat potius, qua hæc auctoritate aggrediatur. Is qui adverſus ſanctiſſimum Marinum tuas Deo obſequentes aures inquinavit, contra dominum noſtrum Jeſum Chriſtum nutu ſuo cuncta temperantem, execratam linguam auſus eſt exercere. Quis vero ille eſt, qui adverſus intemeratum illius ſponſum & ſacerdotem, contraque matrem omnium eccleſiarum auſus eſt verbum effutire? Errat, qui exiſtimat diſcipulum eſſe ſupra magiſtrum, & ſervum ſupra dominum. Obſtupeſcimus omnino, dum tuam perſpicacem mentem clariſſimamque pruden- D tiam circumventam ita cernimus, ut adverſus illum ſanctum virum alienum quippiam cogitaris. Etenim qui vir ille fuerit; nobis etiam tacentibus lapidi clamabunt. Muta fiant labia doloſa, quæ loquuntur adverſus Deum iniquitatem, aut adverſus juſtum. Si e grege Dei, quod opto, ovis es, limites principum apoſtolorum ne tranſilias. Dic age, quis te ita ſeduxit, ut œcumenicum pontificem conviciis & ſcommatis laceſſeres, ſanctamque eccleſiam Romanam maledictis laceſſeres, cui oportet ut ſumma te cum veneratione ſubjicias? An non intelligis, hanc omnibus eccleſiis præeſſe? Quis te pontificum judicem conſtituit? quorum ſacris inſtitutis edoctus es, a E quibus ad Deum pro te preces effunduntur. Tenes illud ſacrum oraculum: *Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* (Pſal. 104.) Hoc generatim de ſacerdotibus eſt dictum. Tu teipſum Deo exæquas, qui angelos ejus judicare audes. Nam propheta dicit: *Labia ſacerdotis loquuntur judicium, & legem ex ore ejus requirent: angelus enim eſt Domini omnipotentis.* (Malach. 2.) Quomodo judicas eos qui uni Dei judicio ſunt ſubjecti, qui ſoli poteſtatem acceperunt ligandi atque ſolvendi? Vide in quod te barathrum præcipitaris. Ajunt, auguſtiſſime imperator, in te Jobi manſuetudinem & pa-

PAR. III. CAP. III.

ANNO CHRISTI 870.

patientiam eſſe : & miror ut ſis deceptus & A abreptus. Scripſiſti illum (Marinum) non eſſe epiſcopum. Unde noſti? ſi non noſti, quomodo damnaſti? Magna pontificum eſt poteſtas. Non ignoras hiſtoriam beati Ambroſii, quæque ſint ejus in Theodoſium imperatorem acta. Qui dicunt Marinum antea fuiſſe epiſcopum, (eoque ad aliam ſedem non potuiſſe transferri) oſtendant hoc. En dilecte & veneratione proſequende imperator, ſi erat per canones prohibitus, ut non erat, per ſanctorum patrum cœtum, judicium & auctoritatem in primo gradu poterat collocari. Verum divina providentia, cum quod eſſet e re eccleſiæ noſſet, eum (Marinum) in ſancti Petri principis apoſtolorum throno conſtituit. Quid B vero eximius ille Gregorius cognomento Theologus, nonne Nazianzum translatus eſt, & Meletius Sebaſte Antiochiam? * Doſitheus Seleucia Tarſum Ciliciæ, * Berentius ex Archiphœnice Tyrum, Joannes Gordolia Prœconneſum, Theodorus Apamea Selybriam (1), Alexander Cappadocia Hierapolim, multique alii variis in locis ex ſuis ſedibus in alios thronos ſunt translati. Dicat majeſtas tua, quibus accuſatoribus, aut quibus teſtibus convictum de iis quæ objiciebantur, ſanctum Marinum condemnaſti? An ignoras quid in prima ſynodo Nicæna, præſidente ibi ſancto Conſtantino, beatus Silveſter papa de non judicando ſupremo throno (per legatos) C pronuntiarit? Quid vero peccavit ſancta Romana eccleſia, ut perditi homines te impulerint, ut linguam tuam in illam exereres & vibrares? Nonne illa pro veteri ſynodorum more, te imperante legatos Conſtantinopolim miſit? nonne pro eadem ſynodo magnam curam geſſit? Quæris, ad quem miſerit eccleſia Romana? Utique ad Photium laicum. Quod ſi patriarcham haberes, frequentius eum eccleſia noſtra viſeret. Sed eheu, ejuſmodi tam illuſtrem civitatem, atque in Dei tutela ſitam, paſtore carere, ſolaque tua regia præſentia illuſtrari? Quod niſi nos tui amor & deſiderium reprimeret, faceretque ut eccleſiæ noſtræ injuriam toleraremus, ſane coacti fuiſ- D ſemus graviores pœnas, quam adhuc eſt ab aliis uſitatum, qui nos præceſſerunt, in tranſgreſſorem Photium conſtituere, qui in nos tam indigna & impia convicia evomuit. Sed hæc non in tuam contumeliam proferimus, (te enim ubique gentium ut Deo dilectum deprædicamus,) ſed ad noſtram dumtaxat defenſionem, maioremque Photii ignominiam. Marinus ſumma pietate præditus cum ea ſentiret, ea defenderet, quæ decreta erant a prædeceſſore noſtro, doctore ſanctiſſimo papa Nicolao, velletque illa ad unguem exequi, in ſummum apud vos contemptum venit. Et quia, ut dictum eſt, cum iis qui aliena ſentiebant, conſentire recuſavit, nec acta ſynodi- E ca, coram tua majeſtate quondam a ſe tranſacta, reſcindere & antiquare voluit, ad triginta dies in carcere eſt habitus; quod ipſum ſibi pro veritate paſſo gloriæ potius quam contumeliæ duxit. Sed tu alter Conſtantine, cur illum (Conſtantinum Magnum) non es imitatus, qui libellos contra ſacerdotes ſibi obla-

* Theodoſius

* Forſ. Reverentius, ut in alia verſione H.

τὸν κατηκόντισας. ἀκούω περὶ σοῦ, μεγαλοπρεπέστατε αὐτοκράτορ, τοῦ Ἰουδαίου τὴν πρᾳότητα καὶ καρτερίαν κατηνέχθαι σε, καὶ θαυμάζω πῶς ἐξηνέχθης. ἔγραψας αὐτὸν μὴ εἶναι ἐπίσκοπον· πόθεν ἔγνως; εἰ δὲ οὐκ ἔγνως, πῶς κατέκρινας; μεγάλη τῶν ἀρχιερέων ἡ δύναμις. οὐκ ἀγνοεῖς τὰ κατὰ τὸν μακάριον Ἀμβρόσιον, καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ εἰς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον. οἱ λέγοντες τὸν Μαρῖνον πρότερον εἶναι ἐπίσκοπον, δειξάτωσαν τοῦτο. ἴδε ἠγαπημένε καὶ τιμῆς ἄξιε αὐτοκράτορ· εἰ ἐκωλύετο ὑπὸ τοῦ κανόνος, ὅπερ οὐκ ἦν, τὸ πλῆθος τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ ἡ τούτων αὐθεντία καὶ κρίσις ἠδύνατο τοῦτον ἀποκαταστῆσαι ἐν τῷ πρώτῳ βαθμῷ. ἀλλ' ἡ θεία πρόνοια B ἐπιγνοῦσα τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας τὴν ὠφέλειαν, τῷ θρόνῳ τοῦτον τοῦ κορυφαίου Πέτρου καθίδρυσε. τί δὲ ὁ μέγας; Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, οὐ μετετέθη εἰς Ναζιανζόν, καὶ Μελέτιος Σεβαστείας εἰς Ἀντιόχειαν; καὶ * Δοσίθεος Σελευκείας εἰς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας, καὶ Βερέντιος ἀπὸ τῆς Ἀρχιφοινίκης εἰς Τύρον, Ἰωάννης τῆς Γορδολίας εἰς Προικόννησον, Θεόδωρος Ἀπαμείας εἰς Σηλυβρίαν, Ἀλέξανδρος Καππαδοκίας εἰς Ἱεράπολιν, καὶ πολλοὶ ἕτεροι ἐν διαφόροις τόποις ἠλλάγησαν ἀπὸ τῶν ἰδίων θρόνων εἰς ἑτέρους. εἰπάτω ἡ σὴ θεοῦψιστος καρδία, τίνων κατηγορησάντων, ἢ ποίων μαρτύρων παραστησάντων τεθεωρηκέναι τὸν ὅσιον Μαρῖνον τὰ λεγόμενα, κα- C ταδίκασας αὐτόν; οὐκ ἔγνως ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ τῇ ἐν Νικαίᾳ, τί ὁ μακάριος Σίλβεστρος ὁ πάπας ἐξεφώνησε, προκαθημένου ἐκεῖσε καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Κωνσταντίνου, περὶ τοῦ μὴ ὑπό τινος κρίνεσθαι τὸν πρωτόθρονον; τί ἡ ἁγία τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία ἥμαρτεν, ὅτι κατ' αὐτῆς ὁρμῆσαί σε καὶ κινῆσαι τὴν γλῶτταν οἱ φθορεῖς πεπείκασι; μὴ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος τῶν συνόδων ἐν Κωνσταντινουπόλει οὐκ ἀπέστειλεν ἐπὶ τῆς αὐτοκρατορίας σου; μὴ ὑπὲρ αὐτῆς τῆς συνόδου τὸν λόγον οὐ πεποίηκεν; ἐρωτᾷς δὲ, πρὸς τίνα ἀπέστειλεν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία; πρὸς λαϊκὸν δηλονότι τὸν Φώτιον. εἰ γὰρ εἶχες πατριάρχην, συχνότερον ἂν ἡ καθ' ἡμᾶς ἐκκλησία αὐτὸν ἐπεσκέ- D πτετο. ἀλλ' ὢ, ὅτι ἡ τοιαύτη δεδοξασμένη καὶ ἐκ Θεοῦ φυλαττομένη πόλις ἀργεῖ, καὶ μόνη τῇ ὑμετέρᾳ βασιλικῇ παρουσίᾳ λαμπρύνεται. καὶ εἰ μὴ ὁ πόθος ὑμῶν συνεῖχεν ἡμᾶς, ὥστε φέρειν τὴν ὕβριν τῆς καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας, ἄρα ἂν ἠναγκάσθημεν κατὰ τοῦ παραβάτου Φωτίου, τοῦ καθ' ἡμῶν τοὺς ἀθεμίτους λόγους ἐξερευξαμένου, τιμωρίας πλείονας τῶν πρὸ ἡμῶν ὁρίσασθαι. οὐ ταῦτα δὲ πρὸς ὑμετέραν ὕβριν ἀναφερόμενοι· σὲ γὰρ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ τῷ Θεῷ ἠγαπημένον κηρύττομεν· ἀλλ' ἢ μόνον πρὸς ἀσφάλειαν ἡμῶν, ἐκείνου δὲ πρὸς μείζονα ὕβριν. διὰ τὴν ὁμοφροσύνην καὶ ἰσοφροσύνην τοῦ προηγησαμένου διδασκάλου τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Νικολάου, καὶ διὰ τὸ ἐθέ- E λειν τὰ ἐκείνῳ δεδογμένα ἐκπληροῦν, εἰς μεγίστην παρ' ὑμῖν κατέστησε βραχύτητα ὁ θεόφρων Μαρῖνος. καὶ διὰ τὸ, ὡς εἴρηται, τοῖς ἑτεροφρονοῦσι συγκαταχθῆναι, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ ἐνώπιον τῆς βασιλείας ὑμῶν συνοδικῶς πραχθέντα καταλῦσαι καὶ ἀκυρῶσαι. ὃς δὴ Μαρῖνος καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐπὶ τριάκοντα ἡμέραις ἐν τῇ φυλακῇ ἐκρατήθη,

* Θεοδόσιος.

(1) Ita vetus Interpres. Verti debuit, *Hieroſolymam*: Eſt enim hic Ἱερὰ πόλις *ſancta civitas*. Vide tamen tomum ſequentem, & confer cum Euſebio lib. 6. hiſt. Eccleſ. cap. 10. & 11. & Hieronymo lib. de Script. Eccleſ. cap. 62. *Harduinus*.

ANNO CHRISTI 890.

PAR. III. CAP. III.

θη, εἰς δόξαν μᾶλλον τοῦτο λογισάμενος ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ οὐκ εἰς ὕβριν. ἀλλ' ὦ υἱὲ Κωνσταντῖνε, πῶς οὐκ ἐμιμήσω ἐκεῖνον, ὃς τοὺς τῶν ἱερέων λιβέλλους δεξάμενος πυρὶ παρέδωκεν, ἄξιον ἑαυτὸν μὴ εἶναι λέγων ἱερεῖς κρίνειν; διὰ τοῦτο πνευματικὸν ἡμῶν τέκνον, νουθετοῦμέν σε, μὴ κατὰ τῆς ἁγίας τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπανίστασθαι. μαθόντες δὲ οἷς ἐκ τοῦ ἁγίου σου σπέρματος πρὸς ἱερωσύνην ἀνιέρωσας, πολλῆς θυμηδίας ἐπλήσθημεν. παρακαλοῦμεν δὲ τὸ ἅγιον ὑμῶν κράτος, * Χελάνδιον ἐξοπλίσαι μετὰ καὶ τῶν χρειῶν αὐτῶν ἀπὸ μηνὸς Ἀπριλίου ἕως Σεπτεμβρίου, καὶ ἀποστεῖλαι, ὅπως φυλάττωσι τὰ πρὸς θάλασσαν ἡμῶν ἀπὸ τῆς τῶν Ἀγαρηνῶν ἐκπορθήσεως. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν σιωπῶμεν, ἐπεὶ οὐδὲ ἔλαιον εἰς φωταγωγίαν ἔχομεν τῆς ἐκκλησίας κατὰ τὴν ὀφειλομένην τιμὴν τοῦ Θεοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

* Ἴσ. κελάτιον.

tos igni tradidit, quod ſe indignum eſſe diceret, qui ſacerdotes judicaret? Quapropter fili ſpiritalis, te monemus, ne Romanam eccleſiam oppugnes. Cum vero accepiſſemus e tuo ſatu natum ſacris ordinibus initiatum, magna ſane animi voluptate perfuſi ſumus. Rogo tuam ſacram majeſtatem, uti celoces munias, rebuſque neceſſariis ab Aprili ad Septembrem uſque inſtruas, mittaſque qui portus noſtros maritimave loca contra Agarenorum populationes tueantur. Cetera taciti ſuſtinemus, cum nobis ne oleum quidem ſuppetat pro eccleſiæ luminaribus ad cultum Dei neceſſarium, cui gloria in ſecula. Amen.

Αὕτη ἡ ἐπιστολὴ πρὸς βασιλέα μὲν ἀπεστάλη τὸν Βασίλειον, ἐδέξατο δὲ ταύτην Λέων ὁ υἱὸς αὐτοῦ διὰ τὸ τελευτῆσαι τὸν πατέρα· καὶ μαθὼν τὴν δύναμιν αὐτῆς, καὶ ἐρευνήσας πάσας τὰς κακοπραγίας Φωτίου, εὐθέως ἀνεκαλέσατο πάντας τοὺς ἱερεῖς τῆς ἀληθείας, τοὺς ὑπὸ Φωτίου τοῦ ἀναθεματισμένου ἐπιπικρῶς διωχθέντας, ἐκδιώξας τὸν τύραννον καὶ ἐπιβήτορα Φώτιον, καὶ εἰσαγαγὼν Στέφανον τὸν γνήσιον ἀδελφὸν αὐτοῦ τοῦ Λέοντος. καὶ προσκαλεσάμενος Στυλιανὸν Νεοκαισαρείας μητροπολίτην τὸν Μάπαν, καὶ πάντας τοὺς μετ' αὐτοῦ ἐν τῷ διωγμῷ συναθλήσαντας ἐπισκόπους, ἡγουμένους, πρεσβυτέρους, διακόνους, καὶ λοιποὺς ζηλωτὰς τῆς εὐσεβείας, φησὶ πρὸς αὐτούς· ἡ ἐκ Θεοῦ βασιλεία ἡμῶν τὴν ἀλήθειαν ζητήσασα, τὸν παράνομον ἄνδρα τοῦ θρόνου ἀπήλασε, καὶ τὸν καθ' ὑμῶν διωγμὸν ἔπαυσε· καὶ οὐ βιάσομαί τινας ἐξ ὑμῶν παρὰ προαίρεσίν ποτε κοινωνῆσαι· ἐν παρακλήσει δὲ μᾶλλον προσφωνῶ τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν, ἵνα συνέλθητε τῷ ἀδελφῷ μου, καὶ γένηται μία ποίμνη. ἐὰν δὲ ἄνευ τῶν Ῥωμαίων τῶν δεσμευσάντων Φώτιον οὐ θέλετε συνελθεῖν τῷ ἀδελφῷ μου, διὰ τὸ χειροτονηθῆναι διάκονον ὑπὸ Φωτίου, δεῦτε γράψωμεν καὶ ἀποστείλωμεν ὁμοῦ παράκλησιν εἰς τὴν Ῥώμην πρὸς τὸν πάπαν, καὶ οἰκονομήσει τὴν λύσιν τοῦ δεσμοῦ τῶν ὑπὸ Φωτίου χειροτονηθέντων. ἔγραψεν οὖν διὰ τοῦτο ὁ βασιλεὺς ἐπιστολὴν πρὸς τὸν πάπαν· ὁμοίως καὶ οἱ περὶ τὸν Μάπαν τὸν μητροπολίτην Νεοκαισαρείας ἐποίησαν. ἔχει δὲ ἡ τοῦ μητροπολίτου ἐπιστολὴ οὕτως.

Hæc epiſtola miſſa quidem eſt ad imperatorem Baſilium, ſed vita functo jam parente, Leo Baſilii filius eam accepit; qui cum vim & auctoritatem epiſtolæ perſpexiſſet, peſſimis Photii artibus deprehenſis, ſubito cunctos veritatis ſacerdotes a damnato Photio acerbe divexatos revocavit; ejectoque tyranno Photio, qui per vim thronum invaſerat, Stephanum germanum ſuum in patriarchio collocavit; & vocato Styliano Neoceſareæ metropolita cognomento Mapa, ceteriſque epiſcopis, monaſteriorum præpoſitis, presbyteris, diaconis, aliiſque eximiis pietatis propugnatoribus, qui una cum eo gravia fuerant in illa perſecutione perpeſſi, ad eos in hunc modum verba fecit: Noſtrum a Deo profectum imperium, re bene prius agitata, virum impium de throno deturbavit, juxtaque vos tyrannide illius liberavit; cum quo ut inviti communicetis, nequaquam ego vos urgebo: quin potius veſtram pietatem oro obſecroque, ut cum fratre meo ſentiatis, unumque ovile fiat. Quod ſi abſque Romanæ eccleſiæ auctoritate, quæ Photium anathemate damnavit, cum fratre meo, ut qui a Photio diaconus ſit conſecratus, communicare recuſetis; agite, Romam ſcribamus, libellumque ſupplicem ad papam mittamus, ut anathematis cenſura abſolvat eos qui a Photio ſunt initiati. Scripſit igitur imperator ad papam, unaque Mapa Neocæſareæ metropolita cum ſociis, cujus epiſtola eſt hujuſcemodi.

Τῷ τὰ πάντα ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ Στεφάνῳ, δεσπότῃ καὶ οἰκουμενικῷ πάπᾳ, Στυλιανὸς ἐπίσκοπος Νεοκαισαρείας τῆς Εὐφρατησίας χώρας, δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ ἐπίσκοποι, καὶ πάντες ἐπίσκοποι, καὶ πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν δύσιν καὶ ἑῴαν ἡγούμενοι καὶ πρεσβύτεροι, μονασταὶ καὶ ἡσυχασταί.

*Longe ſanctiſſimo beatiſſimoque Stephano, domino & œcumenico papæ, Stylianus Neoceſareæ Euphrateſinæ provinciæ epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, & qui mecum ſunt epiſcopi, omneſque reliqui epiſcopi, presbyteri & diconi ſanctiſſimæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, omneſque ad orientem & occidentem cœnobiorum præfecti, presbyteri, monachi & anachoretæ.*

Extat etiam infra ſub Stephano papa V. ſed eſt alterius verſionis.

Η ΤΟΥ Θεοῦ καθολικὴ καὶ Ἀποστολικὴ ἐκκλησία ἀεὶ ὑπερισχύει τῶν αὐτὴν πολεμούντων. γέγραπται γάρ, ὅτι κύριος ἀσθενῆ ποιήσει τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ· καὶ ὁ τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν πολεμῶν, ἐκείνου ἐστὶ πολέμιος. ποικίλη μὲν οὖν, ὦ ἱερὰ σεβασμιότης, ἡ τοῦ πονηροῦ πέφυκεν ἀπάτη, κατὰ διαφόρους

IV.

CAtholica Dei apoſtolicaque eccleſia ſemper de ſuis oppugnatoribus triumphat. Etenim ſcriptum eſt: *Franget Deus adverſarium ejus*; & qui adverſatur eccleſiæ ejus, hoſtis Dei eſt. Varia ſane & multiplex, ſacer & venerabilis pontifex, variis ætatibus mali dæmonis ars fallendi homines fuit, cum

alios

ACT. III CAP. IV.

alios aliter a recto calle ad avia & obliqua A avertit. Hoc vero potiſſimum in Dei eccleſia facere conſuevit, ubi quod recte fit, laudandum; quod impie, maximopere formidandum. Itaque cum in eccleſia Dei opportuna quædam receptacula impietatis ſuæ reperiſſet, imaginum ſacrarum venerationem & cultum, tum Chriſti, tum intemeratæ genitricis ejus & famulorum Dei, ex bene conſtituto eccleſiæ ſtatu ſuſtulit. Sed jam Dei beneficio eccleſia noſtra ſplendorem ſuum per imperatorum pietatem recuperavit, ſectæque Iconomachorum inviſum Deo dogma exterminatum eſt. Quid vero recti bonique omnis inimicus dæmon? Aliam rurſus per Gregorium cognomento Asbeſtam, Fulampium & B Petrum, horum ſectatores, tempeſtatem concitavit; per quos membra Chriſti inter ſe diſtrahere, & a ſanctiſſimo patriarcha ſuo Ignatio avellere non dubitavit. Quos tamen patriarcha cum ſæpius ad ſynodum citatos, & quanta poterat humanitate tractatos curare vellet, ne ab eccleſia Dei reſecti malo inſidiatori præda fierent, ſanare non potuit. Quapropter depoſitos anathemati ſubjecit. Qui legatos cum litteris ad ſanctiſſimum papam Romanorum beatum Leonem, qui tum pontificatum gerebat, miſerunt, illum ſibi, ac ſi eſſent læſi, ultorem petentes. Papa ergo datis ad Ignatium litteris voluit, ut patriarcha ſuo nomine legatum Romam deſtinaret, per C quem de ſchiſmaticorum cauſa cognoſceret. Nec diu moratus patriarcha, Lazarum monachum & fidei confeſſione clarum, qui omnia quæ ad Gregorium pertinebant, optime noverat, cum litteris miſit, qui papæ cauſam diligenter expoſuit. Itaque eamdem in ſchiſmaticos ſententiam tulit, quam antea in eoſdem tulerat Ignatius. Leone dein ex humanis ſublato, rurſum illi Benedicto, qui Leoni ſucceſſit, de eiſdem rebus moleſti fuerunt. Enimvero & ipſe Benedictus vir ſanctiſſimus, re diligenter excuſſa, ſententiam adverſus illos ſecundum Ignatium pronuntiavit. Qui Photio poſtea Conſtantinopolitanæ eccleſiæ perduelli & ſchiſmatico, politicoque magiſtratu D fungente, ſocio & adjutore uſi apud Bardam Cæſarem & Michaelis imperatoris avunculum, qui & ipſe ab Ignatio patriarcha ob inceſtas nuptias arguebatur, Ignatium de throno per vim detrahunt, non paucis in eum confictis criminibus, & imperatori imponunt: qui, pulſo Ignatio, Photium a ſchiſmaticis deſignatum, ſubitoque uno eodemque die a Gregorio depoſito conſecratum, intruſit. Quo tempore ſimul & antiſtites, & lectiſſimus quiſque ſacerdotum, & quicumque inſignes erant in eccleſia, (in quibus & ego poſtremus eram) propter ſacrilegam hanc Photii in eccleſiam irruptionem avulſi ſunt. Multos tamen ille E ſuis partibus adjunxit, cum alios donis, alios minis, alios tormentis fractos circumveniſſet. Præterea ſua manu per ſcriptum teſtatus eſt, nullam ſe adverſus Ignatium, aut ſacerdotes ab eo conſecratos, accuſationem inſtituturum. Sed non ita multo poſt violato ſuo chirographo, concilium, vel potius latrocinium in nobili ſanctorum apoſtolorum æde cogit, atque mœchus legitimum patriarcham Ignatium gradu motum anathemati devovet. Inſuper cum ſuam ipſius impietatem abunde firmare vellet, Romam veterem veſtram ad ſanctiſſimum papam Nicolaum, qui tum ad ec-

A καιρὸς τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἄλλως ἄλλους ἀπὸ τῆς εὐθείας ὁδοῦ ἐπὶ τρίβους σκολιὰς ἀποσύρουσα. τοῦτο δὲ μάλιστα ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ ποιεῖν αὐτῷ σύνηθες, ὅπου καὶ τὸ κατόρθωμα ἀξιεπαίνετον, καὶ τὸ παράπτωμα φρικωδέστατον. τοιγάρτοι πολλὰ εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν δοχεῖα κατάλληλα τῆς αὐτοῦ σκαιότητος εὑρών, τὴν εἰκονικὴν σεβασμιότητα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς παναγνοῦ τούτου μητρὸς, καὶ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων, ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας ἀπήλασεν. ἀλλὰ Θεοῦ χάριτι διὰ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων ἡ καθ' ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία τὴν ἑαυτῆς ὡραιότητα νῦν ἀπείληφε, καὶ τὸ θεοστυγὲς δόγμα τῆς εἰκονομαχικῆς αἱρέσεως ἀπελήλαται. τί δὲ ὁ μισόκαλος δαίμων; B ἑτέραν πάλιν ἤγειρε τρικυμίαν. πάλιν γὰρ ἤγειρε Γρηγόριον τὸν ἐπιλεγόμενον Ἀσβεστᾶν, καὶ Εὐλάμπιον, καὶ Πέτρον, καὶ τοὺς περὶ αὐτούς· καὶ δι' αὐτῶν τὰ μέλη Χριστοῦ διασπᾶν ἀπ' ἀλλήλων καὶ τοῦ ἁγιωτάτου Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου οὐκ ὤκνησεν. οὓς ὁ πατριάρχης οὗτος πλειστάκις συνοδικῶς προσκαλεσάμενος, καὶ ὅσον ᾔδει, θεραπείας ἀξιώσας, ἵνα μὴ ἐκκοπέντες τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, θήραμα τῷ πονηρῷ γένωνται, θεραπεῦσαι οὐκ ἴσχυσε. διὸ καθαιρέσει καὶ ἀναθέματι αὐτοὺς καθυπέβαλεν. ἐκεῖνοι δὲ γράμματά τε ἀπέστειλαν καὶ πρέσβεις πρὸς τὸν τηνικαῦτα ἁγιώτατον πάπαν Ῥώμης τὸν μακάριον Λέοντα, ζητοῦντες τὴν παρ' αὐτοῦ ἐκδίκησιν, ὡς δῆθεν ἠδικημένοι. καὶ ὁ πάπας C πρὸς τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον ἔγραψεν, ἀξιῶν ἀποστεῖλαί τινα ἐκ προσώπου αὐτοῦ πρὸς τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην, ὡς ἂν δι' αὐτοῦ ἀναμάθῃ τὰ περὶ τοὺς σχισματικοὺς ἐκείνους. καὶ ὁ πατριάρχης Ἰγνάτιος τοῦτο πρᾶξαι οὐκ ἀνεβάλετο, ἀλλ' ἀπέστειλε Λάζαρον τὸν μοναχὸν καὶ ὁμολογητὴν μετὰ γραμμάτων, ὡς ἀκριβῶς εἰδότα τὰ περὶ τὸν Γρηγόριον· ὃς καὶ ἐδίδαξε τὸν πάπαν ταῦτα. διὸ καὶ αὐτὸς κατεψηφίσατο καὶ κατέκρινεν ὁμοιοτρόπως τοὺς παρὰ Ἰγνατίου κατακριθέντας, ὡς σχισματικούς. τελειωθέντος δὲ τοῦ μακαρίου πάπα Λέοντος, ἐκεῖνοι τῷ μετ' αὐτὸν Βενεδίκτῳ τῆς Ῥώμης πάπᾳ πάλιν δι' ὄχλου γεγόνασι περὶ τῶν αὐτῶν. ἀλλ' ὁ ἁγιώτατος Βενέδικτος ἀκριβῶς καὶ αὐτὸς ἐξετάσας τὸ πρᾶγμα, τὴν κατ' αὐτῶν κρίσιν Ἰγνατίῳ D ἐκύρωσεν. οἱ μετὰ τοῦτο Φωτίῳ τινὶ σχισματικῷ ὄντι τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν Θεοῦ ἐκκλησίας, καὶ ἐν ἀρχοντικῇ τάξει τελοῦντι, συνεργῷ χρησάμενοι πρὸς Βάρδαν τὸν πρακαισαρεύοντα καὶ θεῖον Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως, ἐλεγχόμενον καὶ αὐτὸν παρὰ τοῦ πατριάρχου Ἰγνατίου ἐπὶ αἰσχρογαμίᾳ, τὸν Ἰγνάτιον τοῦ θρόνου βιαίως καταβιβάζουσι, συκοφαντίας οὐκ ὀλίγας πλασάμενοι κατ' αὐτοῦ, καὶ τὸν βασιλέα δι' αὐτῶν συναρπάσαντες. ὃς δὴ βασιλεὺς τὸν Φώτιον ἀντὶ Ἰγνατίου εἰσήγαγε παρὰ τῶν σχισματικῶν ψηφισθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ καθαιρεθέντος Γρηγορίου χειροτονηθέντα αὐθήμερον· ὅτε καὶ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ λογάδες τῶν ἱερέων, καὶ ὅσοι περιφανεῖς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀπερράγησαν διὰ τὴν τοῦ σχισματικοῦ Φωτίου ἀκανόνιστον εἰσαγωγὴν, ἐν οἷς κἀγὼ ὁ ἐλάχιστος. πολλοὺς δὲ κἀκεῖνος εἰς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο, τοὺς μὲν φοβῶν, τοὺς δὲ κακουχῶν, τοὺς δὲ δώροις ἐξαπατῶν. εἶτα δὲ καὶ ἰδιόχειρον ἐγγέγραφε, τοῦ μηδέποτε κατὰ Ἰγνατίου ἢ τῆς κατ' αὐτὸν ἱερωσύνης κατηγορίαν συστήσασθαι. οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ καταφρονήσας τοῦ οἰκείου χειρογράφου, ἐν τῷ περιβλέπτῳ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συνέδριον λῃστρικὸν συστησάμενος, καθαιρέσει καὶ ἀναθέματι τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον ὁ μοιχὸς καθυπέβαλεν.

ANNO CHRISTI 870.

ANNO CHRISTI 870.

PAR. III. CAP. IV.

λεν. ὥστε τὴν οἰκείαν παρανομίαν ἐκ περιουσίας συστῆσαι βουλόμενος, πρὸς τὴν καθ' ὑμᾶς πρεσβυτέραν Ῥώμην, καὶ τὸν τηνικαῦτα ἁγιώτατον πάπαν Νικόλαον ἐξαπέστειλεν ἐπισκόπους μετὰ βασιλικῆς συναινέσεως, καὶ ἐξῃτήσατο τοποτηρητὰς παρ' ἐκείνου σταλῆναι πρὸς τὴν τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίαν, ἐπιτηρήσοντας τὰ παρ' αὐτοῦ κατὰ Ἰγνατίου πραχθέντα. ὃ δὴ καὶ γέγονε· καὶ ἀπεστάλησαν Ῥαδόαλδος καὶ Ζαχαρίας μετὰ καὶ συστατικῶν γραμμάτων πρὸς τὸν βασιλέα Μιχαὴλ καὶ τὸν Φώτιον. τούτων δὲ τῶν τοποτηρητῶν πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀνελθόντων, σύνοδος συνεκροτήθη, καὶ ὑποκλαπέντες οὗτοι οἱ τοποτηρηταί, δώροις μὲν παρὰ Φωτίου, ἀπειλαῖς δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως, οὐκ ἐποίησαν κατὰ τὸ διατεταγμένον αὐτοῖς, ἀλλὰ κατεψηφίσαντο μὲν Ἰγνατίου, τὸν δὲ Φώτιον παρὰ τὴν διάταξιν τοῦ πάπα καθίδρυσαν· καὶ οὕτως παρὰ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον ὑπέστρεψαν, μετὰ καὶ βασιλικῶν γραφῶν, καὶ τῶν τοῦ Φωτίου. ὁπότε καὶ ζήλῳ κινηθεὶς ὁ μοναχὸς Θεόγνωστος ὁ ἀρχιμανδρίτης, καὶ διὰ κοσμικῆς στολῆς λαθραίως καὶ αὐτὸς εἰς Ῥώμην ἐπιδημεῖ, καὶ τὰ κατὰ τοῦ Ἰγνατίου διδάσκει τὸν ἁγιώτατον πάπαν Νικόλαον· ὃς καὶ σύνοδον συγκροτήσας τότε, τοὺς μὲν οἰκείους ἀποκρισιαρίους Ῥαδόαλδον καὶ Ζαχαρίαν, ὡς πεποιηκότας παρὰ τὰ διατεταγμένα, καθῄρησε. πάλιν δὲ σύνοδον ἑτέραν συγκροτεῖ, καὶ Φώτιον τὸν μοιχὸν καὶ ἐπιβάτην ἀναθεματίζει, τὸν δὲ Ἰγνάτιον πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως ἀνηγόρευσε, διὰ γραμμάτων τε τὸ παρ' αὐτοῦ πραχθὲν τῷ Μιχαὴλ βασιλεῖ καὶ τῷ Φωτίῳ πεποίηκε γνώριμον. ἐπεὶ δὲ μετὰ τοῦτον εἰς Βασίλειον ἡ βασιλεία μετεκυλίσθη, φιλοθέῳ ζήλῳ ἐκεῖνος κεκίνητο, καὶ τὴν πρᾶξιν τὴν ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ παρὰ τοῦ πάπα Νικολάου γεγονυῖαν περὶ τῆς ἀποβολῆς Φωτίου καὶ τῆς τοῦ Ἰγνατίου ἀποκαταστάσεως ἐπεκύρωσε, τὸν Ἰγνάτιον ἐκ τῆς ἐξορίας ἀνακαλεσάμενος, καὶ καταγαγὼν τὸν Φώτιον. καὶ δὴ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τοῦ τε Ἰγνατίου καὶ τοῦ Φωτίου ἀποκρισιαρίους μετὰ καὶ βασιλικῶν ἐξαπέστειλε πρὸς τὸν ἀποστολικὸν θρόνον, συναποστείλας καὶ τὸν ἀναπλασμὸν τὸν παρ' αὐτοῦ γεγονότα τοῦ Φωτίου κατὰ τοῦ πάπα Νικολάου, ὃς καὶ εὑρέθη πλαστὴς παρὰ τῶν ἀποσταλέντων. Ἀδριανοῦ δὲ διαδεξαμένου αὐτόν, ὑπεδέχθησαν ἐκείνῳ τὰ ἀποσταλέντα. πάλιν οὖν ὁ πάπας Ἀδριανὸς σύνοδον τοπικὴν συνεκρότησε, καὶ τὰ αὐτὰ τῷ πάπα μακαρίῳ Νικολάῳ κατὰ Φωτίου ἐθέσπισε. καὶ ἐπιλεξάμενος ἄνδρας εὐλαβεῖς, ἀπέστειλεν εἰς Κωνσταντινούπολιν. καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου συγκροτηθείσης παρουσίᾳ καὶ τῶν τοποτηρητῶν τῶν ἀνατολικῶν πατριαρχῶν, ἀπόφασις πάλιν κατὰ Φωτίου γέγονεν, ὡς μοιχικῶς ἐπιβάντος τῆς ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, καὶ καθαιροῦσα τοῦτον καὶ ἀναθεματίζουσα, καὶ τὸν Ἰγνάτιον ἀποκαθιστῶσα. ἐν τούτοις δὲ πάλιν ὁ Φώτιος οὐχ ἡσύχασε· παρανόμους γὰρ ἄνδρας γόητάς τε καὶ ἀπατεῶνας συνήγαγε, καὶ συκοφάντας ψευδεῖς πλασάμενος, τὸν τρισμακάριστον Ἰγνάτιον τῆς ζωῆς δυσμενῶς ἀπαλλαγῆναι παρεσκεύασεν. οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἔτι ἐν τῷ οἰκείῳ θρόνῳ Ἰγνατίου καθημένου, ὁ ὑπὸ οἰκουμενικῆς συνόδου ἐκκήρυκτος καὶ ἀναθεματισμένος Φώτιος ἐν τῇ Κωνσταντινουπολιτῶν ἐπαρχίᾳ χειροτονίας διαφόρους ἐποίησεν, ἀλλὰ μετὰ στρατιωτικῆς χειρὸς, καθάπερ ὁ πάλαι δυσσεβὴς Μακεδόνιος, εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν εἰσεπήδησε, τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν τὴν θείαν μυσταγωγίαν ἐν τῷ περιβλέπτῳ ναῷ τῆς ἁγίας Σοφίας ἐπιτελούντων· οἳ καὶ θεασάμενοι αὐτὸν ἀναισχύντως εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσιόντα, καταλιπόντες ἡμιτελῆ τὴν λειτουργίαν, ἔφυγον. ὁ δὲ Φώτιος τοὺς ἱερεῖς Κυρίου καὶ συλλειτουργοὺς ἡμῶν μετὰ πολλῆς βίας καὶ μαστίγων πολλῶν πρὸς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο καὶ

ἀναγ-

A clesiæ clavum ſedebat, epiſcopos aſſentiente imperatore miſit, legatoſque ab eo petivit, qui Conſtantinopolim venirent, & acta a ſe contra Ignatium obſervarent. Quod & factum eſt, miſſique cum litteris commendatitiis ad Michaelem imperatorem & Photium Rhadoaldus & Zacharias. qui cum Conſtantinopolim appuliſſent, ſynodus celebrata eſt; corruptique legati Romani a Photio donis, minis ab imperatore territi, mandata pontificis neglexerunt; damnatoque Ignatio, Photium contra pontificis decretum in patriarchali throno collocarunt, atque ad apoſtolicam cathedram cum regiis & Photianis litteris reverterunt. Hic monachus & archimandrita Theognoſtus B rei indignitate commotus, veſte mutata, clam & ipſe Romam ſæculari habitu properavit, cauſamque Ignatii ſanctiſſimo papæ Nicolao totam expoſuit: qui mox coacta ſynodo ſuos legatos Rhadoaldum & Zachariam, ut qui contra decreta feciſſent, honore epiſcopatus exuit. Aliaque rurſum celebrata ſynodo Photium adulterum & invaſorem anathemate vinxit, Ignatiumque patriarcham germanum renuntiavit, actaque omnia Michaeli & Photio tranſmiſſa declaravit. Poſtquam autem imperium ad Baſilium eſt devolutum, divino ille concitatus Spiritu acta Romæ a papa Nicolao de Photii exauctoratione, & Ignatii reſtitutione rata habuit, Ignatiumque ab exilio C revocavit, Photiumque dejecit, & legatos ad apoſtolicum thronum, ex Ignatii & Photii, ſuaque parte miſit, atque ſynodicum Photii contra Nicolaum volumen ex fabulis & mendaciis conflatum adjunxit. Sed Nicolao mortuo, legati Hadrianum ſucceſſorem offenderunt, apud quem legationem totam expoſuerunt. Hadrianus papa rurſum indicto concilio provinciali, eadem beati papæ Nicolai contra Photium decreta confirmavit, ſelectoſque religioſos viros Conſtantinopolim miſit: ibique concilio generali coacto, præſentibus etiam patriarcharum orientalium vicariis, rurſus eſt in Photium damnationis ſententia pronuntiata, ut qui more adulteri eccleſiam D Conſtantinopolitanam invaſiſſet, deponens eum & anathemati ſubdens, Ignatiumque reſtituens. Sed nec dum Photius impietatis conſilia abjecit aut quievit, ſed impios quoſdam præſtigiatores & impoſtores conduxit, perjuroſque calumniatores appoſuit, atque ſanctiſſimum Ignatium indigniſſimis modis vita ſpoliandum curavit. Quin & Ignatio ſuo adhuc in throno reſidente, ille ab œcumenico concilio exauctoratus execratuſque Photius in provincia Conſtantinopolitana complures ordinationes fecit: & cum armata manu, quemadmodum impius olim Macedonius, in eccleſiam Dei, ſymmyſtis noſtris in auguſto Sophiæ templo Deo operantibus, inſiliit. Quem cum E ſacrificantes in locum ſacrificii irrumpentem cernerent, rem ſacram inchoatam reliquerunt, indeque profugerunt. Photius autem ſacerdotes Domini ſymmyſtas noſtros renitentes, multis

tis

-tis plagis afflictos ad ſe pertraxit vel invitos. A Ego vero & qui mecum erant epiſcopi, presbyteri, diaconi, juxtaque mecum omnes ad orientem & occidentem cœnobiorum præſides, vitæque monaſticæ & ſolitariæ cultores, quos nemo facile numeraverit, Dei beneficio integri intactique permanſimus, penituſque nos ab ejus ſocietate ſejunximus, nec antea, nec poſtea communione illius inquinatos. Is vero cum, ut dictum eſt, patriarchatum contra canonicas ſanctiones iterum invaſiſſet, multos reddidit perplexos, qui aſſerebant a ſe non receptum iri Photium, donec a Romana & apoſtolica ſede eſſet confirmatus. Quod cum ille advertiſſet, ſimpliciores in hunc modum circumvenit. B Paulum & Eugenium epiſcopos Joannes papa ad patriarcham Ignatium de cauſa Bulgaricæ provinciæ miſerat: quos defuncto jam Ignatio Photius excepit, partimque donis corrupit, partim regiis minis perculſos impulit, ut in conventu cleri, epiſcoporum & univerſi populi teſtarentur, ſe a papa Joanne adverſus Ignatium miſſos, ut Ignatium anathemate ferirent, & Photium patriarcham renuntiarent. Atque hinc factum eſt, ut plurimi ſymmyſtarum noſtrorum ſint ab illo decepti. Photius porro cum & veſtro apoſtolico throno vellet imponere, Ignatii patriarchæ nomine ſymmyſtarumque illius, libellum compoſuit, quo ſacram apoſtolicæ ſedis ſanctitatem rogitabant, uti Photium reciperet; C & hunc libellum ad vos miſit. Hinc Petrus presbyter a vobis huc ad urbem regiam miſſus, re cum Paulo & Eugenio communicata, Photium velut jam ab apoſtolica ſede receptum una cum illis proclamavit. Inde Photius omnia impune auſus, politicas quoque curas ſuſcipere, atque ita & ipſam regiam poteſtatem ſibi ſenſim uſurpare cœpit. Abbatulum enim quemdam obſcurum & ignobilem, præſtigiatorem inſuper & magum ſibi adjunxerat, cujus pater cognomento Santabarenus, ſecta Manichæus, arte magus erat: qui & deprehenſus ne etiam comprehenderetur, ad Bulgaros adhuc idolorum dæ- D monumque cultores profugit, ubi fidem & Chriſtum ejuravit. Hujus ergo quem dixi filius Abbatulus in urbe regia Conſtantinopoli relictus, a Barda Cæſare admodum adoleſcens in Studitarum cœnobium traditus eſt, ibique detonſus. Cumque adoleviſſet, omnique ſcelere pectus imbuiſſet, Photio moribus ſimillimo adhæſit, quem Photius in priore patriarchatus tyrannide ſacerdotem conſecravit. Photio vero poſt factam ab œcumenica ſynodo publicam ſui exauctorationem de throno dejecto, Abbatulus, de quo ſæpe dictum, Santabareni filius ſuggerit, ut aliquem ex palatinis imperatori familiaribus venetur: per illum enim Photium poſſe reſtitui affirmabat. E Repertus ergo Nicetes a cubiculo, cognomento Clæuſa, qui plurimis captus donis comparata a Santabareno præſtigiatore pharmaca, eſculenta & poculenta medicata imperatori appoſuit; inviſumque prius Photium, carum illi gratumque reddit. Ergo Ignatio adhuc in patriarchio ſedente, Photium imperator e loco qui Stenum dicitur, in regiam accerſit, atque in palatio contubernium aſſignat; ut Photius patriarcha potius eſſet quam Ignatius, quamvis thronum teneret. Quare, ut ſupra narrabamus, etiam conſecrationes celebrabat,

ἄκοντας. ἐγὼ δὲ καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ ἐπίσκοποι, πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν δύσιν καὶ ἑῴαν ἡγούμενοι, μοναχοί τε καὶ ἡσυχασταὶ, πλῆθος οὐκ εὐαρίθμητον, τῇ θείᾳ χάριτι διεφυλάχθημεν ἀπαράβατοι, μήτε πρότερον, μήτε ὕστερον κοινωνήσαντες τῷ Φωτίῳ. ὃς ἐπεὶ ἀκανονίστως, ὡς εἴρηται, ἐπέβη πάλιν, ἀμφιβολίαν πολλοῖς ἐνέβαλε, λέγουσιν, ὅτι οὐκ ἀποδεχόμεθα τοῦτον εἰ μὴ συναινέσει καὶ ὁ ἀποστολικὸς θρόνος Ῥώμης τῆς πρεσβυτέρας. ὃ δὴ μαθὼν ἐκεῖνος, τοὺς ἁπλουστέρους οὕτως ἠπάτησε. Παῦλον γὰρ καὶ Εὐγένιον τοὺς ἐπισκόπους παρὰ τοῦ πάπα Ἰωάννου ἀποσταλέντας πρὸς Ἰγνάτιον τὸν πατριάρχην περὶ τῆς Βουλγαρικῆς ἐπαρχίας, καὶ εὑρόντας ὅτι ὁ μακάριος Ἰγνάτιος τέθνηκε, παραλαβὼν ὁ Φώτιος, δώροις ἠπάτησε καὶ βασιλικαῖς ἀπειλαῖς, εἰπεῖν ἐνώπιον τοῦ κλήρου καὶ τῶν ἐπισκόπων, καὶ τοῦ λοιποῦ λαοῦ, ὅτι κατὰ Ἰγνατίου ἀπεστάλησαν παρὰ τοῦ πάπα Ἰωάννου, ὥστε ἀναθεματίσαι μὲν αὐτὸν, τὸν δὲ Φώτιον πατριάρχην ἀναγορεῦσαι. διὸ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν ἠπατήθησαν. ἐκεῖνος δὲ καὶ τὸν ὑμέτερον ἀποστολικὸν θρόνον ἀπατῆσαι βουληθεὶς, γραμμάτιον συνεγράψατο ὡς ἐκ προσώπου Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν αὐτοῦ συλλειτουργῶν, ὡς δῆθεν παρακαλούντων τὴν ἱερὰν ὁσιότητα τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, ὥστε δεχθῆναι τὸν Φώτιον· καὶ τοῦτο πρὸς ὑμᾶς ἐξαπέστειλε. διὸ καὶ Πέτρος ὁ πρεσβύτερος ἐξ ὑμῶν εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἀνελθὼν, καὶ συνελθὼν Παύλῳ καὶ Εὐγενίῳ, τὸν Φώτιον ὡς ἀποδεδεγμένον παρὰ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἐκήρυξεν. ἐντεῦθεν ἀδείας δραξάμενος, καὶ πολιτικὰς φροντίδας εἰς ἑαυτὸν ἀνελάβετο, καὶ οὕτω καὶ αὐτὴν τὴν βασίλειον ἐξουσίαν ὑφαρπάσαι ἐπειρᾶτο. καὶ γὰρ Ἀββάδιον ἀγενῆ καὶ ἄσημον, γοητικόν τε καὶ μαγικὸν ᾠκειώσατο, οὗ ὁ πατὴρ τὴν ἐπίκλην μὲν Σανταβαρηνὸς, Μανιχαῖος δὲ τὴν αἵρεσιν, καὶ γόης τὸ ἐπιτήδευμα ἦν· ὃς καὶ ἐπιγνωσθεὶς καὶ κινδυνεύων κρατηθῆναι, πρὸς τοὺς Βουλγάρους ἀπῆλθεν ἔτι νοσοῦντας τὴν ἀθεΐαν τε καὶ ἀσέβειαν, ὅπου κἀκεῖνος τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐξωμόσατο πίστιν. ὁ δὲ δὴ τούτου παῖς τὸ ῥηθὲν Ἀββάδιον εἰς τὴν βασιλεύουσαν Κωνσταντινούπολιν περιλειφθεὶς, νεάζον ἔτι τὴν ἡλικίαν, παραδίδοται τῇ Στουδίου μονῇ παρὰ Βάρδα τοῦ Καίσαρος, κἀκεῖ τὴν τρίχα ἐκάρη. εἰς μεῖζον δὲ ἡλικίας ἐλάσαν, καὶ πᾶσαν κακουργίαν διαπραξάμενον, προσκολλᾶται τῷ ὁμοιοτρόπῳ Φωτίῳ, ὃν καὶ ἐχειροτόνησε Φώτιος ἱερέα ἐν τῇ προτέρᾳ αὐτοῦ βιαστικῇ εἰς τὴν πατριαρχικὴν ἀξίαν ἀνόδῳ. ὡς δὲ ἀπεβλήθη Φώτιος τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου, μετὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου ἀποκήρυξιν, ὑποτίθησιν αὐτῷ ὁ τοῦ Σανταβαρηνοῦ υἱὸς πολλάκις τὸ προρρηθὲν Ἀββάδιον εὑρεῖν τινα τῶν τοῖς βασιλείοις ᾠκειωμένων· δύνασθαι γὰρ ἔλεγε διὰ τούτου ἀποκαταστῆσαι πάλιν τὸν Φώτιον. εὑρέθη οὖν Νικήτας κοιτωνίτης ὁ ἐπιλεγόμενος Κλαιουσα, καὶ δώροις πλείστοις ἀπατηθεὶς, τὰ κατασκευασθέντα παρὰ τοῦ γόητος Σανταβαρηνοῦ μαγικὰ, ὕδατά τε καὶ βρώματα τῷ βασιλεῖ παραθεὶς, πεποίηκε φίλον αὐτῷ τὸν μεμισημένον Φώτιον. καὶ τοῦ ἁγιωτάτου Ἰγνατίου τὸν θρόνον κατέχοντος, τὸν Φώτιον ἐκ τοῦ λεγομένου Στενοῦ ἀνεκαλέσατο πρὸς τὰ βασίλεια, καὶ ἐν τῷ παλατίῳ εἶχε σύνοικον, ὡς μᾶλλον τοῦτον πατριάρχην εἶναι ἢ τὸν Ἰγνάτιον, κἂν ἐν τῷ θρόνῳ καθίδρυτο. διὸ, ὡς ἀνωτέρω ἔφθημεν εἰπεῖν, καὶ χειροτονίας ἐποίει, καὶ το-

ANNO CHRISTI 870.

καὶ τοσοῦτον τὸν βασιλέα κατὰ τοῦ Ἰγνατίου διήγειρεν, A ὡς καὶ τὸ ζῆν αὐτὸν κακῶς ἀφαιρεθῆναι. οὗ καὶ κακῶς οὕτως ἀποθανόντος, εὐθὺς ὁ Φώτιος εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ ἐκάθισεν ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸν Σανταβαρηνόν, ὃν καὶ τῷ βασιλεῖ σφόδρα ᾠκείωσε. καὶ ἐπίσκοπον Εὐχαΐτων ἐποίησε· μοναστήριά τε περιφανῆ ἐν ἑτέραις ἐπαρχίαις διακείμενα, καὶ ἑτέροις ἐπισκόποις ὑποκείμενα, ἐξ ἐκείνων μὲν ἀφείλετο, τῷ Σανταβαρηνῷ δὲ ἐπέδωκεν, ὡς προσενωθῆναι ταῦτα τῇ τῶν Εὐχαΐτων ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐπισκόπους ἐν αὐταῖς παρὰ τοῦ Σανταβαρηνοῦ χειροτονηθῆναι. οὗτος σὺν τῷ Φωτίῳ κατὰ τοῦ νῦν ἡμῶν βασιλεύοντος εὐσεβεστάτου Λέοντος βουλεύονται βουλὴν πονηράν, ὑποβαλόντες κατ' αὐτοῦ τὸν πατέρα Βασίλειον, ὡς ἐπιβούλου καὶ ἐναντίου τῶν B πατρικῶν θελημάτων. ἐπεὶ γὰρ ἐνόσησεν ὁ Βασίλειος νόσον δυσίατον, καὶ πρὸς τὸ θανεῖν γέγονεν, ὑπέλαβον, ὡς ἐκείνου θανόντος, καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκποδὼν γενομένου, αὐτοὶ καθέξουσι τὴν βασιλείαν, ἢ δι' ἑαυτῶν, ἢ δι' ἑτέρου, οὗ βούλονται, προσώπου ταύτην οἰκονομοῦντες. ἀλλ' οὐκ εἴασεν εἰς τέλος ἐκβῆναι τὴν πονηρίαν αὐτῶν ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια. κἂν γὰρ ἐν ἰδιώταις ἀπελύθη διὰ τοῦτο ὁ υἱὸς Λέων παρὰ τοῦ πατρὸς Βασιλείου, καὶ ἐν φυλακῇ ἦν φρουρούμενος, ἀλλ' εἰς τὸν βασιλικὸν θρόνον ἀνήχθη μετὰ τὸν θάνατον τοῦ πατρός. οὗτος τὸν μὲν Φώτιον εὐθὺς ἐξώθει, ὡς παράνομα καὶ ἄθεσμα πολλὰ διαπραξάμενον, ἡμᾶς δὲ τοὺς μὴ πειθομένους ἐκείνῳ, καὶ διὰ τοῦτο πεῖραν πολλῶν λα- C βόντας δεινῶν, ἐλευθέρους ἐκείνων ἀπέδειξεν.

Ἐπεὶ δὲ ἴσμεν, ὅτι ἐκ τοῦ Ἀποστολικοῦ ὑμῶν θρόνου τὸ ἰθύνεσθαι καὶ κανονίζεσθαι ἔχομεν, τούτου χάριν διὰ τοῦ εὐτελοῦς ἡμῶν γράμματος τὴν ὑμετέραν παρακαλοῦμεν σεβασμιότητα, καὶ σπλαγχνισθῆναι ὑμᾶς δεόμεθα εἰς λαόν, τὸν μὴ χωρὶς εὐλόγου αἰτίας τὴν τοῦ Φωτίου χειροτονίαν δεξάμενον, καὶ πρότερον μὲν* τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἡμῶν τοὺς ἀποκρισιαρίους Ῥαδόαλδον καὶ Ζαχαρίαν, οἳ τὸν Φώτιον ἀπ' ἀρχῆς καθιδρυκότες εἰς τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, εἶτα δὲ καὶ Εὐγένιον καὶ Παῦλον, οἳ τὸ δεύτερον τῷ αὐτῷ Φωτίῳ κοινωνήσαντες, μὴ τῇ τοῦ Φωτίου ἀπω- D λείᾳ συναπολέσθαι, μηδὲ ἕτερον ἀναρίθμητον πλῆθος ἐκδιωχθῆναι· τοῦτο γὰρ σύνηθες τῇ ἐκκλησίᾳ ἐστίν. ἡ γὰρ οἰκουμενικὴ τετάρτη σύνοδος τὸν μὲν ἔξαρχον τῆς δυσσεβείας Διόσκορον τὸν φονέα Φλαβιανοῦ τοῦ μακαρίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως καθῄρησεν ὡς φονέα καὶ αἱρετικόν, καὶ ἀκοινωνησίαν τολμήσαντα ἐπαγαγεῖν τῷ ἁγιωτάτῳ πάπᾳ Λέοντι· τοὺς δὲ ὑπὸ Διοσκόρου εἴτε χειροτονηθέντας, εἴτε ὑποπεσόντας, ἀλλὰ μὴν διώκτας τῆς εὐσεβείας γεγονότας, διὰ μετανοίας ἐδέξατο. καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ δὲ ἑβδόμη σύνοδος τοὺς ἀρχηγοὺς μὲν τῆς εἰκονομαχικῆς αἱρέσεως ἀπεκήρυξε, τοὺς δὲ ἀκολούθους αὐτῶν διὰ μετανοίας ἐδέξατο. ὅθεν χρὴ καὶ E τὴν σὴν ἐξαίρετον τελειότητα, τὸν μὲν Φώτιον, ὡς ἐξ ἀρχῆς σχισματικόν, καὶ παρ' ὁμοίων τὴν χειροτονίαν ἀκανονίστως εἰληφότα, καὶ διὰ πολλὰ ἄλλα ἃ εἰργάσατο ὅμοια, ἀποδιῶξαι. τούς γε μὴν ἐξ αὐτοῦ ὡς ἐξ ἀπάτης φενακισθέντας, συμπαθείας οἰκονομικῶς ἀξιωθήσεσθαι πρεσβεύομεν, ὡς ἂν γένηται εἰρηναία κατάστασις τῇ Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίᾳ· ἵνα μὴ οἱ μὲν Ἀπολλῶ, οἱ δὲ Κηφᾶ, οἱ δὲ Παύλου ὦσι, καὶ οὕτω διαιρῆται τὸ ἓν σῶμα τῆς ἐκκλησίας· ἀλλ' ἵνα πάντες ὁμοθυμαδὸν ὡς μίαν ἔχοντες κεφαλήν, τὸν πάντων Χριστὸν Θεὸν τὸν σω-

* ἴσ. διὰ τοὺς τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἀποκρ.



PART III. CAP. IV.

A adeoque imperatori inviſum reddidit Ignatium, ut illum etiam male perditum iret. Ignatio igitur ita per ſcelus ſublato, continuo Photius thronum invaſit, ſecum habens Santabarenum, quem etiam imperatori familiariſſimum reddidit, atque Euchaitorum epiſcopum creavit; cœnobiaque illuſtria aliis in provinciis ſita, aliiſque epiſcopis ſubjecta, ipſis eripuit, & Santabareno tradidit; ita ut Euchaitorum eccleſiæ jungerentur, ſuoſque epiſcopos a Santabareno initiatos acciperent. Hic una cum Photio contra religioſiſſimum imperatorem, qui nunc rerum potitur, Leonem init conſilium peſſimum, patremque Baſilium a filio tamquam inſidiatore, & patris B voluntati repugnante, alieniſſimum reddit. Nam cum Baſilius exitiali morbo correptus eſſet, jamque in ultimis verſaretur, putaverunt (Photius & Santabarenus) ſe, Baſilio mortuo, filioque procul amoto, facile regnum occupaturos, illudque vel per ſe, vel per alium, quem vellent, adminiſtraturos. Sed enim Dei providentia conſilia eorum antequam ad exitum perducerentur, diſſipavit. Quamvis enim Leo filius a patre Baſilio in ordinem redactus privatus ageret, & in cuſtodia teneretur, patre tamen extincto imperium tenuit, & Photium multa impie nefarieque auſum de throno mox dejecit, & nos multis ærumnis (quod ei non obſequeremur) affli- C ctos in libertatem vindicavit.

Cum autem ſciamus, nos ab apoſtolica veſtra ſede regi, & gubernari debere, propterea noſtris exiguis litteris veſtram venerandam dignitatem rogamus, uti populo, qui non ſine gravi cauſa Photium admiſit, veniam miſericordiamque indulgere velit. Nam prius Rhadoaldi & Zachariæ legatorum veſtrorum auctoritate inductus hoc fecit, qui Photium ab initio patriarcham in ſede Conſtantinopolitana collocarant; deinde Eugenii & Pauli, qui Photium denuo ad communionem admiſerunt; ne una cum Photio in exitium trahatur, & infinita vis D hominum aliorum ab eccleſia proſcribatur. Hoc enim in eccleſia uſu receptum eſt. Nam quartum concilium generale impietatis anteſignanum Dioſcorum, beatiſſimi Flaviani patriarchæ Conſtantinopolitani interfectorem, tamquam hæreticum & parricidam, quique auſus eſſet in ſanctiſſimum papam Leonem excommunicationem torquere, exauctoravit; conſecratos autem a Dioſcoro, aut illum ſecutos, & lapſos, factoſque fidei perſecutores, per pœnitentiam recepit. Nicæna quoque VII. ſynodus Iconomachorum duces quidem damnavit; verumtamen eorum ſectatores, cum eos impietatis pœniteret, admiſit. Quaproter par eſt, ut & tua ſingu- E laris virtus Photium quidem jam tum a principio ſchiſmaticum, & a ſchiſmaticis contra ſacras leges inauguratum, aliaque multa facinora auſum proſcribat. Sed per fraudem ab illo circumventos, rogamus, ut commiſeratione veniaque per diſpenſationem proſequare, ut eccleſiæ Conſtantinopolitanæ pax reddatur, & non ſint alii quidem Apollo, alii vero Cephæ, alii demum Pauli, & ita corpus eccleſiæ, quod unum eſt, diſtrahatur; ſed omnes Chriſtum Deum velut unum caput, communemque omnium noſtrum ſalvatorem uno ore celebremus,

E e man-

mandata eius pariter prædicemus : ne propter unius ſcelus tanta hominum multitudo funditus intereat . Etenim nos , ut diximus , cum juſſu Deo dilectorum principum Conſtantinopolim evocati veniſſemus , multis nos ad Photianorum communicationem hortantibus , jurantibuſque , ab apoſtolica ſede per diſpenſationem illis permiſſum eſſe , ut rite ſacerdotum munere fungi poſſint ; fidem tamen illis nequaquam habendam putavimus , donec a tua ſanctitate certius aliquid & firmius afferatur . Nullus porro eorum , venerande pontifex , vel ipſo Deo teſte , qui cum Photio communicarunt , ſua id voluntate fecit , ſed vi compulſus eorum qui tum rerum potiebantur . B Quamobrem rogamus tuam ſanctitatem , uti deſperabundi populi miſerearis. Rogat te ipſe Petrus , cujus locum thronumque , ut adminiſtres , ſortitus es , qui a communi cunctorum domino etiam iis qui ſcientes volentes peccant , ſeptuagies ſepties didicit ignoſcere . Exaudi nos : ſic tute etiam ſupernam Dei clementiam experiaris , ut deprecatu ſanctiſſimæ Dei genitricis , virtutum cæleſtium , apoſtolorum , prophetarum , martyrum , confeſſorum ac beatorum omnium , quam diutiſſimo apoſtolicam eccleſiam adminiſtres .

Epiſtola, qua reſpondetur ad ſuperiorem, cujus hæc eſt inſcriptio.

Extat infra ſub Stephano papa V. ſed eſt alterius verſionis.

*Stephanus ſervus ſervorum Dei cunctis ubique terrarum degentibus epiſcopis & clericis reliquis.*

V.

CAtholica Chriſti Dei noſtri eccleſia ædificata ſupra firmam petram , quæ eſt apoſtoli Petri confeſſio , etſi quam plurimis tempeſtatum fluctibus & turbinum procellis agitetur , tamen ſolidatur magis & creſcit . Nec mirum videri debet , ſi malignus eccleſiæ membra tentamentis aggrediatur , quando idem caput eccleſiæ dominum noſtrum Jeſum Chriſtum tentare non dubitavit . Quare mirandum non eſt , ſi ſatis inviſum ab eccleſia Photium ejeciſtis , qui ipſam quoque vivificam crucem , per quam omnia ſacra ſacerdotii miniſteria peragantur , a qua ipſe fons ſacri baptiſmatis ſanctitatem accipit , ludificatus eſt . Si ergo is quem modo dixi , laicus ( Photius ) viam regiam inſtitiſſet , & a patrum decretis & ſanctionibus non receſſiſſet , nunquam in tantam inſaniam incidiſſet . Hinc illi qui humilitatem Chriſti , hoc eſt , venerandam ejus crucem irriſerunt , non ſecus ac primogenita Ægypti percuſſi ſunt . Tunc quidquid Iſraelis ſignatum erat , ſalvum fuit . Quid enim ſanguis agni in Iſraelitarum poſtibus erat aliud , quam crux patientis Chriſti , qua credentium frontes inſigniuntur ? Qui ergo ſalutarem crucem contemnit , evangelico gladio mactatur . Sed de Photio vos quidem ita ſcripſiſtis : Nos vero lectis imperatoris litteris , eas plurimum a veſtris diſcrepare animadvertimus. Ita enim illæ : Photium vitam privatam & quietam amplexum , ſponte animi per chirographum ſe patriarchatu , humilitate ſuperbiæ antepoſita , id quod privata ejus teſtatur vita , abdicaſſe . Hinc nos ancipiti cogitatione diſtracti hæremus : multum enim diſ-

Ατῦρα ἡμῶν, κοινῇ τούτῳ τὸν ὕμνον πέμπομεν, καὶ τὰ προςάγματα αὐτοῦ ὁμοίως κηρύττομεν· μὴ δι' ἕνα ἄνθρωπον ἁμαρτόντα τοσοῦτον πλῆθος ἀπόληται. Καὶ γὰρ ἡμεῖς, ὡς φθάσαντες ἔφαμεν, τῇ τῶν φιλοχρίστων βασιλέων κελεύσει τὴν Κωνσταντινούπολιν καταλαβόντες, πολλῶν ἡμᾶς πρὸς τὴν κοινωνίαν ὠθούντων, καὶ διομνυμένων τούτους παρὰ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου οἰκονομίας χάριν ἐαθῆναι εἰς τὸ τὰ τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἀκωλύτως διαπελεῖν, οὐδαμῶς αὐτοῖς ἐπιστεύσαμεν, τὸ πιστὸν καὶ ἀναμφίλεκτον παρὰ τῆς σῆς ἁγιότητος ἐκδεχόμενοι. οὐδεὶς, ὦ τιμία κεφαλὴ, ἐπὶ Θεῷ μάρτυρι, τῶν τῷ Φωτίῳ κοινωνησάντων ἰδίᾳ γνώμῃ τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ βίᾳ τῶν τότε κρατούντων. B δεόμεθα, τὴν σὴν ὁσιότητα ἐλεῆσαι λαὸν ἀπεγνωσμένον. δυσωπεῖ σε Πέτρος, οὗ τὸν θρόνον ἔλαχες διέπειν, ὃς συγχωρεῖν ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ παρὰ τοῦ πάντων δεσπότου καὶ τοῖς ἐν γνώσει ἁμαρτάνουσιν ἐδιδάχθη. ἐπάκουσον ἡμῶν· καὶ λήψῃ καὶ αὐτὸς ἐκ Θεοῦ τὴν ἄνωθεν εὐμένειαν, καὶ μακρὸν χρόνον εἰς τὸ ἰθύνειν τὴν ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν, πρεσβείαις τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, τῶν νοερῶν δυνάμεων, ἀποστόλων, προφητῶν, μαρτύρων, ὁσίων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων.

Επιστολὴ ἀντίγραφος πρὸς τὴν ἀνωτέραν ἐπιστο- C λὴν, ἧς ἡ ἐπιγραφὴ ἔχει οὕτως.

Στέφανος ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τοῖς ἐν ἑκάστῳ κλίματι ἐπισκόποις καὶ λοιποῖς κληρικοῖς.

Η ΚΑΘΟΛΙΚΗ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἐκκλησία ἡ τεθεμελιωμένη ἐπὶ τῇ στερεᾷ πέτρᾳ, τῇ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου ὁμολογίᾳ, κἂν πλείσταις ταραχαῖς καὶ καταιγίσιν ἀνέμων ταράττηται, ἀλλ' οὖν ἔτι καὶ στερεοῦται καὶ αὔξει. οὐ θαυμαστὸν, εἰ ὁ πονηρὸς τὰ μέλη τῆς ἐκκλησίας πειράζειν ἐπιχειρεῖ, ὁ καὶ τὴν κεφαλὴν τῆς ἐκκλησίας τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν D Χριστὸν μὴ ὀκνήσας πειράσαι. τοίνυν τὸν ἱκανῶς μεμισημένον Φώτιον οὐ θαυμαστόν ἐστιν εἰ τῆς ἐκκλησίας ἐκκήρυκτον πεποιήκατε, τὸν καταπαίξαντα καὶ τὸν ζωοποιὸν τοῦ κυρίου σταυρὸν, δι' οὗ δὴ τιμίου σταυροῦ πάντα τὰ χαρίσματα τῆς ἱερατικῆς ὑπηρεσίας πληροῦται, καὶ ἡ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος κολυμβήθρα ἐν αὐτῷ ἁγιάζεται. τοίνυν ὁ προρρηθεὶς λαϊκὸς εἰ ὁδῷ βασιλικῇ ἐπορεύετο, καὶ τοῖς παρὰ τῶν πατέρων πεπηγμένοις ὅροις συνεσφίγγετο, εἰς τοσαύτην μανίαν οὐκ ἂν ἦλθε. διὸ οἱ τὴν ταπείνωσιν τοῦ Χριστοῦ, τὸν τίμιον δηλονότι σταυρὸν καταπαίζοντες ἐπατάχθησαν, ὥσπερ τὰ πρωτότοκα τῆς Αἰγύπτου. τότε γὰρ τὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐσφραγισμένα ὄντα διεφυλάχθησαν. τί E δὲ ἄρα ἦν τὸ αἷμα τοῦ ἀμνοῦ τὸ ἐν ταῖς τῶν Ἰσραηλιτῶν φλιαῖς, εἰ μὴ ὁ σταυρὸς τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ, ὅσπερ ἐν τοῖς μετώποις τῶν πιστῶν ἐνσφραγίζεται; ὁ γοῦν τὸν σωτήριον σταυρὸν εἰς οὐδὲν λογιζόμενος, τῷ εὐαγγελικῷ ξίφει ἀναιρεῖται. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ Φωτίου οὕτως ὑμεῖς ὑπεγράψατε· ἡμεῖς δὲ τὸ βασιλικὸν διάγραμμα ἀναγνόντες, πλεῖστον ἀπὸ τοῦ ὑμετέρου διεστάμενον εὕρομεν. περιεῖχε γὰρ οὕτως, ὅτι Φώτιος ἡσυχαστικὴν διαγωγὴν ᾑρετήσατο, καὶ ἐνυπογράφως τὸν θρόνον παρῃτήσατο, καὶ ἰδίως * τὰ περὶ ἑαυτοῦ συνεφώνησε, ταπείνωσιν ἀντὶ ὑπερηφανίας ἑλόμενος. οὗ δὴ χάριν

* γρ. κρείττον τὰ ἑαυτοῦ.

ANNO CHRISTI 870.

χάριν ἐν ἀμφιβολίᾳ ἐγκείμεθα· πολὺ γὰρ διαφέρει τὸ παραιτήσασθαι τοῦ ἐξωθῆναι. ἡμεῖς τοίνυν ἄνευ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως τὴν διάνοιαν ἐπενεγκεῖν. διὸ ϗ ἀρτίως τὴν ψῆφον παραδεδράμομεν, ϗ χρεία ἐστὶν ἑνὸς ἑκάστου μέρους εὐλαβεστάτους ἐπισκόπους ἀποσταλῆναι, ὡς ἂν ἐξεταζομένης πάσης ἀμφιβολίας, ϗ ἐκ πάντων τῶν μερῶν τῆς ἀληθείας φανερωμένης, εἰπεῖν δυνησώμεθα ὃ ὁ Θεὸς δώσει. ϗ γὰρ ὡς κάτοπτρον ϗ ὑπόδειγμα ἡ ἁγία τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία ταῖς λοιπαῖς ἐκκλησίαις καθίσταται. ϗ ὅ,τι ἂν ὁρίσῃ, εἰς τὸν αἰῶνα ἀκλόνητον διαμένει. ϗ χρὴ μετὰ ἐξετάσεως τὰς κρίσεις φέρειν.

Ἑτέρα ἐπιστολὴ παρακλητική, πεμφθεῖσα μετὰ ἔτη τρία παρὰ τοῦ αὐτοῦ μητροπολίτου Νεοκαισαρείας πρὸς τὸν αὐτὸν Στέφανον πάπαν Ῥώμης, ὅτε ϗ ἐκ τῶν ἐναντίων μερῶν κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ πάπα μητροπολίτης ϗ βασιλικὸς ἄνθρωπος μετὰ ϗ γραμμάτων βασιλικῶν ἦλθον.

B

Τῷ τὰ πάντα ἁγιωτάτῳ ϗ μακαριωτάτῳ Στεφάνῳ, τῷ οἰκουμενικῷ πάπᾳ, Στυλιανὸς ἐπίσκοπος Νεοκαισαρείας, ϗ οἱ σὺν ἐμοὶ ἐπίσκοποι, Εὐσέβιος ἐπίσκοπος Ναζιανζοῦ, Ἰωάννης ἐπίσκοπος Κομάνων, Ἰωάννης ἐπίσκοπος Λεοντοπόλεως, ϗ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι οἱ ἐν τῇ ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ προγραφέντες.

C

ΤΑ θεῖα ϗ ἱερὰ γράμματα τῆς ὑμῶν ἁγιωτάτης ϗ ἐξοχωτάτης ἀρχιερωσύνης ἡ ἡμετέρα μετριότης δεξαμένη, ἤδη ἐν τύποις. ϗ μετὰ τὸ προοίμιον τῆς ἐπιστολῆς, ἐν ᾧ καὶ ἐγκώμιον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, γέγραπται ταῦτα ῥητῶς. περιεῖχε τὸ σεβάσμιον τῆς σῆς ἐνθέου ἀρχιερωσύνης, ὅτι διαφωνία εὑρέθη ἐν τοῖς γράμμασι τῶν τε γαληνοτάτων ἡμῶν βασιλέων, ϗ τῆς ἡμῶν μετριότητος. ἡ δὲ αἰτία τῆς διαφωνίας ἐστὶν αὕτη. οἱ παραιτήσασθαι γράψαντες τὸν Φώτιον, αὐτοὶ τοῦτον ϗ ἱερέα ἐδέξαντο. ἡμεῖς δὲ οἱ μηδόλως τοῦτον ἴχνος ἱερωσύνης ὁμολογοῦντες ἔχειν κατὰ τὴν ἔννομον καὶ κανονικὴν κρίσιν τῶν ἀοιδίμων, τοῦ τε μακαρίου πάπα Νικολάου, ϗ τοῦ Ἀδριανοῦ, καθὼς ϗ ἡ ἁγία ϗ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει συγκροτηθεῖσα παρὰ τῶν τοποτηρητῶν τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, ϗ τῶν τῆς ἀνατολῆς θρόνων τριῶν, πῶς ἠδυνάμεθα τὸν οὕτω κατακριθέντα ὡς παραιτησάμενον γράφειν; ἐθαυμάσαμεν δὲ ϗ πῶς, ὃν ἔγραψας ἀποκεκινημένον ἀπὸ τῆς στερεᾶς πέτρας τοῦ Χριστοῦ ἐν προοιμίοις τῆς ἐπιστολῆς, τοῦτον ἐν τῷ ταύτης τέλει ὡς ἔννομον ἀρχιερέα κριθῆναι ὀφείλειν ἔγραψας. πῶς ὁ ἀπόβλητος κριθήσεται; οὕτω γὰρ τὰ τῶν προκατόχων θεοφόρων ἀνδρῶν θεσπίσματα περὶ αὐτοῦ ἀθετεῖται. ὅμως ὅσον τις ἐθέλει τὰ περὶ τὸν Φώτιον ἐξετάζειν, πλέον οἶμαι τὴν κατάκρισιν αὐτοῦ ἀναξαίνεσθαι. ἵν᾽ οὖν τἄλλα ἐῶμεν· ἃ δὲ κατὰ τοῦ ἀνεπιλήπτου τῷ ὄντι καὶ ἁγίου πάπα Μαρίνου συνέπλασε, ποῦ θήσεις; ἃ οὐκ ἀγνοεῖν σε οἴδαμεν, καθὼς ἡ πρὸς τὸν ἀοίδιμον Βασίλειον ϗ βασιλέα ἡμῶν γραφή σου δηλοῖ. ἀλλ᾽ ἡμεῖς πάλιν τῶν προτέρων δεήσεων ἐχόμεθα περὶ τῶν δεξαμένων τὸν Φώτιον κατὰ βίαν, ϗ παρακαλοῦμεν ἐγκυκλίους ἐπιστολὰς πέμψαι πρὸς τοὺς πατριαρχικοὺς τῆς ἀνα-

D

E

*Concil. General.* Tom. XVI.

Afert voluntaria abdicatio a violenta ejectione. Quare nos abſque diligenti totius rei indagatione nullam poſſumus ſententiam proferre: quapropter & nuper ſententiam diſtulimus; & oportet, ut ab utraque parte reverendiſſimi epiſcopi legati mittantur, ut omni diſcuſſa dubitatione, veritateque ex omnibus partibus explorata, quod Deus ſuggeſſerit, judicare poſſimus. Etenim ſancta Romana eccleſia velut ſpeculum quoddam & exemplar eccleſiis ceteris propoſita eſt: quæ ſi quid definierit, id omnibus ſeculis firmum inconcuſſumque manet. Par eſt ergo, ut abſque cauſæ cognitione judicium & ſententia non pronuntietur.

PART. III. CAP. VI.

Alia deprecatoria ejuſdem metropolitæ Neocæſareæ poſt triennium ad eumdem Stephanum papam Romanum miſſa, quando ex præſcripto papæ ab adverſaria parte metropolita, homoque palatinus cum litteris imperatoriis Romam venerunt.

*Longe ſanctiſſimo beatiſſimoque Stephano papæ œcumenico, Stylianus epiſcopus Neocæſareæ, meique ſymmyſtæ epiſcopi, Euſebius epiſcopus Nazianzi, Joannes epiſcopus Comanorum, Joannes epiſcopus Leontopolis, ceterique epiſcopi in ſuperiore epiſtola præfixi.*

VI.

DIvinas ſacraſque ſanctæ magnificæque & excellentiſſimæ pontificiæ dignitatis veſtræ litteras noſtra tenuitas accepit, magnamque inde voluptatem percepit, &c. Poſt exordium epiſtolæ, quo apoſtolici throni illuſtre elogium continetur, hæc diſerte præſcripta ſequuntur. Continebat veneranda pontificatus tui majeſtas litteris ſuis, ſereniſſimorum imperatorum noſtrorum litteras cum noſtris non conſenſiſſe. Hujus rei cauſa hæc eſt. Qui Photium ſponte renuntiaſſe dignitatem ſcripſerunt, illi ipſi Photium ut ſacerdotem receperunt. Nos autem nullum in Photio agnoſcentes veſtigium ſacerdotii ſecundum legitimum & canonicum laudatiſſimorum pontificum Nicolai & Hadriani judicium, quemadmodum & ſancta ac œcumenica ſynodus Conſtantinopoli a legatis apoſtolicæ cathedræ, & trium orientis thronorum vicariis celebrata promulgavit; quomodo potuimus in hunc modum damnatum, tamquam ſponte abdicatum ſcribere? Illud vero mirari ſubiit, quo pacto, quem a firma Chriſti petra rejectum in exordio epiſtolæ ſcripſeras, eumdem poſtea in fine epiſtolæ, tamquam legitimum antiſtitem judicandum ſcripſeris. Quonam modo is qui rejectus eſt, judicabitur? Nonne ſic patrum ſanctorum prædeceſſorum decreta infringuntur? Tamen ſi quis in Photium curioſius velit inquirere, is, opinor, damnationem ejus magis etiam confirmabit. Ut enim alia mittamus, illa quæ contra integerrimum & revera ſanctiſſimum papam Marinum confinxit, quo loco ponis? quæ te tamen non ignorare certo ſcimus, quemadmodum & litteræ tuæ ad laudatiſſimum Baſilium imperatorem noſtrum declarant. Sed nos rurſum ad preces converſi, pro illis qui Photium vi receperunt, deprecamur & rogamus, ut encyclicas litteras ad orientis patriarchas mittas, ut ipſi quoque diſpenſatio-

E e 2 nem

nem noſtram ratam habeant, confirmentque A & obſignent; præſertim cum ſapientiſſimus noſter imperator roget, qui nos ex tenebris & umbra mortis eduxit, lumenque libertatis impertivit. Non eſt contra canones, Photium quidem eſſe damnatum, eos vero qui inviti eum receperunt, per pœnitentiam in gratiam recipi: hoc enim & magnus ille Athanaſius patriarcha Alexandrinus ad Rufinum ſcripſit: In conciliis hæreſiarchas dumtaxat. & auctores ſchiſmatum eliminandos, ceteros autem per diſpenſationem recipiendos. Pax toti mundo & nobis in Chriſto Jeſu per glorioſiſſimæ dominæ noſtræ Dei genitricis, & deiformium angelorum, & clariſſimorum apoſtolorum, ſanctorumque B omnium preces multiplicetur.

*Epiſtola, qua ad præcedentem reſpondetur, data a ſanctiſſimo papa & ſucceſſore beati Stephani Formoſo ad eumdem Stylianum. Illo enim morte prævento Formoſus reſpondit.*

VII. Litteras ſanctitatis tuæ ad ſedem apoſtolicam datas ſane quam libenter accepimus. Et poſt multa quæ continebat epiſtola, hæc ſequuntur: Petis miſericordiam, C & non addis, quomodo, aut cuinam; laico, an ſacerdoti. Si laico, venia dignandus eſt, ut qui a laico dignitatem acceperit. Si ſacerdoti, non perpendis, honorem ab illo nullum tribui poſſe, qui ipſe honore careat. Photius nihil dare potuit præter damnationem, quam per impiæ manus impoſitionem habuit, damnationemque dedit. Quomodo dignitatem accipiat is, qui damnato ſocius adhæret? Cave ne dum pro conſecrato rogas, conſecrantem potius foveas: id quod a Domino dictum eſt: *Aut facite arborem bonam, & fructus ejus bonos: aut facite arborem malam, & fructus ejus malos. Numquid poteſt ficus uvas proferre, aut vitis ficos?* D Æquum ergo eſſet ab hac eccleſia, ad quam talia ſpectant, graviſſimas conſtitui pœnas, per quas eccleſia veſtra perfecte repurgaretur. Sed cohibet nos clementia & benignitas, ut alia quidem toleremus, alia vero ſtirpitus convellamus. Quapropter a latere noſtro religioſiſſimos epiſcopos Landulphum Capuanum, & Romanum miſimus, quibuſcum ut tua ſanctitas conveniat, hortamur; Theophylactum quoque Ancyræ metropolitam, & Petrum fidelem noſtrum. Ita tamen, ut ante omnia, ſententia damnationis ab anteceſſoribus noſtris œcumenicis pontificibus in ſynodis, in prævaricatorem & legum violatorem Photium pronuntiata, atque a noſtra E inſuper humilitate confirmata, in perpetuum inconcuſſa immutataque permaneat. In eos vero qui a Photio conſecrati ſunt, clementem ſententiam tulimus, ut datis libellis ſupplicibus fateantur ſe peccaſſe, veniam per pœnitentiam petant, polliceanturque nihil ſe amplius hujuſmodi peccaturos. His ita peractis, tua ſanctitas ex noſtro mandato, una cum ſupradictis legatis, cetera omnia tranſigat, nihilque in his addat dematve, neque immutet. Ita enim illis ut laicis, a nobis & tua reverentia in fidelium commu-

Matth. 12

τολῆς θρόνους, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ τὴν παρ' ἡμῶν οἰκονομίαν δεξάμενοι, συνασπενίσωσι καὶ ἐπισφραγίσωσι, καὶ διὰ τὴν ἀξίωσιν τοῦ σοφωτάτου ἡμῶν βασιλέως τοῦ ἐξαγαγόντος ἡμᾶς ἐκ σκότους καὶ σκιᾶς θανάτου, καὶ δωρησαμένου ἡμῖν φῶς. οὐκ ἔστιν ἀκανόνιστον τὸ, τὸν μὲν Φώτιον καθῃρημένον εἶναι, τοὺς δὲ βίᾳ τοῦτον δεξαμένους καὶ νῦν μετανοοῦντας δεχθῆναι. τοῦτο γὰρ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ὁ πατριάρχης Ἀλεξανδρείας πρὸς Ῥουφῖνον ἔγραψεν· ὅτι δεῖ ἐν ταῖς συνοδικαῖς συνελεύσεσι τοὺς ἀρχηγοὺς καὶ μόνον τῶν αἱρέσεων καὶ τῶν σχισμάτων ἀποῤῥίπτεσθαι, τοὺς δὲ λοιποὺς οἰκονομίας τρόπῳ ἐπαναλαμβάνεσθαι. εἰρήνη τῷ κόσμῳ καὶ ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πληθυνθείη, πρεσβείαις τῆς ὑπερενδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, τῶν θεοειδῶν ἀγγέλων, τῶν πανευφήμων Ἀποστόλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων.

Ἐπιστολὴ ἀντίγραφος πρὸς ταύτην τὴν ἀναγεγραμμένην, γραφεῖσα παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα καὶ διαδόχου τοῦ μακαρίου Στεφάνου πρὸς τὸν αὐτὸν Στυλιανὸν Φορμώσου. ἐκείνου γὰρ μὴ φθάσαντος ἀντιγράψαι, ἔγραψε Φόρμωσος.

ΤΑ τῆς σῆς ἁγιωσύνης γράμματα πρὸς τὸν ἀποστολικὸν θρόνον ἀποσταλέντα ἀσμένως ἐδεξάμεθα. καὶ μετὰ πολλὰ τὰ ἐν μέσῳ, ἃ περιέχει ἡ τοιαύτη ἐπιστολὴ, γράφει καὶ ταῦτα· αἰτεῖς ἔλεος, καὶ οὐ προστίθης ὅπως, καὶ τίνι· λαϊκῷ, ἢ ἱερεῖ. ἐὰν εἴπῃς λαϊκῷ, συγγνώμης ἄξιος, ὡς παρὰ λαϊκοῦ ἔχων τὸ ἀξίωμα· ἐὰν εἴπῃς ἱερεῖ, οὐ προσέχεις, ὅτι τιμὴν οὐκ ἠδύνατο δοῦναι, ὅστις τιμὴν οὐκ εἶχεν. οὐδὲν ἠδυνήθη δοῦναι Φώτιος ἐκτὸς καταχρίσεως, ἣν εἶχε διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῆς σκολιᾶς χειρὸς, καὶ ἐγκατάκρισιν δέδωκε. πῶς ὤφειλε λαμβάνειν τιμὴν ὁ μέτοχος γεγονὼς τοῦ κατακριθέντος; ἐπεὶ τὸν χειροτονηθέντα ἐλεηθῆναι δυσωπεῖς, σκόπει ὅτι τὸν χειροτονήσαντα πλέον περιθάλπεις, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ κυρίου εἰρημένον· ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ τοὺς καρποὺς αὐτοῦ καλούς· ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τοὺς καρποὺς αὐτοῦ σαπρούς. μήτι γε δύναται ἡ συκῆ σταφυλὴν ποιῆσαι, ἢ ἄμπελος σῦκα; ἔδει τοίνυν ἵνα ἡ ἐκκλησία αὕτη, εἰς ἣν τὰ τοιαῦτα ἀνάκειται, προσφέρῃ ἐκδίκησιν χαλεπωτάτην, ἵνα διὰ τῆς τοιαύτης ἐκδικήσεως ἡ ἐκκλησία ὑμῶν καλῶς καθαρισθῇ. ἀλλὰ συνέχουσιν ἡμᾶς ἡ πραότης καὶ ἡ φιλανθρωπία, καὶ πείθουσιν, ὥστε τινῶν μὲν ἀνασχέσθαι, τινὰ δὲ παντελῶς ἀφελεῖν. διὸ καὶ ἀπεστείλαμεν ἐκ τῆς ἡμετέρας πλευρᾶς τοὺς εὐλαβεστάτους ἐπισκόπους Καπυάνου Λανδοῦλφον καὶ Ῥωμανὸν, μεθ' ὧν συνελθεῖν καὶ τὴν σὴν ἁγιωσύνην παραινοῦμεν, καὶ Θεοφύλακτον μητροπολίτην Ἀγκύρας, καὶ Πέτρον τὸν ἡμέτερον πιστόν. οὕτω μέντοι, ἵνα πρὸ πάντων ἐν τῷ Φωτίῳ, τῷ καὶ παραβάτῃ καὶ ἀθεμίτῳ, ἡ ἀπόφασις ἡ ἀπὸ τῶν προηγησαμένων καὶ οἰκουμενικῶν ἀρχιερέων ἐξενεχθεῖσα συνοδικῶς, ἔτι δὲ ἐπικυρωθεῖσα καὶ παρὰ τῆς ἡμετέρας χθαμαλότητος, εἰς τὸ διηνεκὲς διαμένῃ ἀμετάθετος. καὶ τοὺς χειροτονηθέντας παρὰ Φωτίου ἐλεοῦντες, ἐκρίναμεν, ἵνα καὶ προσφερομένων λιβέλλων ἡμαρτηκέναι ὁμολογήσωσι, καὶ διὰ μετανοίας συγγνώμην αἰτήσωσιν, ὑπισχνούμενοι μηδέποτε τι τοιοῦτον ἁμαρτήσειν. ἐξῆς τούτων οὕτω διαπραχθέντων, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὰ ἐν τῷ ἡμετέρῳ ἐντάλματι διατεταγμένα μετὰ τῶν προσ-

ANNO CHRISTI 870.

προειρημένων προσώπων ἢ ἐν τῇ ἁγιωσύνῃ στρατευομένῳ, μήτε προσθεμένῳ τι, μήτε ὑφελομένῳ, μήτε ἐναλλάξαντι τύπων. οὕτω γὰρ παρ' ἡμῶν καὶ τῆς σῆς σεβασμιότητος ἐν τῇ τῶν Θεοτίμων κοινωνίᾳ τούτων ἀποδεχθέντων, εἴς λαϊκῶν, τὸ σκάνδαλον ἀφανισθήσεται. τούτων δὲ ἀποπληρωθέντων, εἴ τις αὐτῶν ἀπαναίνεται τοῦ κοινωνῆσαι, γινωσκέτω ἑαυτὸν μὴ εἶναι μέτοχον τῆς ἡμετέρας κοινωνίας. ἐν Χριστῷ ἔρρωσθε.

A nionem receptis, offenſa omnis & ſcandalum tolletur. Quibus confectis, ſi quis illorum vobiſcum communicare recuſaverit: ſciat ſe a noſtra communione excluſum. Valete in Chriſto. *

PART. III. CAP. VIII.

* Ulterius non progreditur Romana collectio.

## ADDITIO EORUM QUÆ IN ROMANA EDITIONE DESIDERANTUR, EX MATTHÆI RADERI S. J.

### Editione Ingolſtadiana Anni MDCIV. deſumpta.

Ἐντεῦθεν δείκνυται * πολλάκις οἱ Σταυροπάται τοὺς ἰδίους σταυροὺς ἠθέτησαν.

* ποσάκις.

B *Hic oſtenditur, quoties * Photiani epiſcopi contra ſuas ipſi cruces perjuri extiterint.*

* Σταυροπάται, qui crucem ſeu fidem datam violant.

α'.

ΚΑὶ πρῶτον μὲν ὅτε Βάρδας ὁ Καῖσαρ ἐπεχείρησε καταβιβάσαι τοῦ θρόνου τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον, ἐκεῖνος δὲ ἵνα μὴ ἀτίμως καταβιβασθῇ, ἑκὼν ὑποχωρῆσαι ἠβούλετο, οἱ τηνικαῦτα ἀρχιερεῖς ὁμολογίαν καθ' ἑαυτοὺς ἐποίησαν, ὡς, ἐὰν εἰς τὸν πατριάρχην βιαιότερον πρᾶξαι ἐπιχειρήσῃ ὁ Βάρδας, πρότερον αὐτοὶ ἀποθανοῦνται, ἢ ποιῆσαί τι παραχωρήσουσι γενέσθαι. καὶ οὕτως ἐπέσχον τῆς ὁρμῆς τὸν Ἰγνάτιον· εἶτα τοῦ Βάρδα πρὸς βίαν ἐξωθήσαντος ἐκεῖνον, οἱ ἀρχιερεῖς τῆς μερίδος τοῦ C Βάρδα γεγόνασι, καὶ ὑπὸ ἀναθέματι πεπτώκασιν, ὃ αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐπέθεντο.

I.

AC primum quidem quando Bardas Cæſar Ignatium patriarcham de ſuo dejicere throno aggreſſus eſt, Ignatius ne cum ignominia pelleretur, malebat ſponte cedere. Sed epiſcopi ſtatim per ſeipſos profeſſionem ediderunt, ſe, ſi quam vim Ignatio Bardas intentaret, potius ultima paſſuros, quam hoc fieri permiſſuros. Ita Ignatium a ſua voluntate cohibuerunt. Sed Barda poſtea Ignatium per vim exturbante, epiſcopi cum Barda ſe conjunxerunt, atque in anathema quod ipſi ſibi decreverant, inciderunt. VIII.

β'.

Εἶτα αὐτοῦ τοῦ Φωτίου τυραννικῶς ἀναβιβασθέντος, ᾐτήσαντο οἱ ἀρχιερεῖς αὐτὸν ἔγγραφον, ἵνα ἐν πάσῃ τιμῇ καὶ ἀνενοχλησίᾳ ἔχῃ τὸν Ἰγνάτιον· καὶ ἐποίησε τὸ τοιοῦτον ἔγγραφον ὁ Φώτιος· καὶ μετὰ μικρὸν ἠθέτησε τοῦτον, καὶ σύνοδον λῃστρικὴν συναθροίσας, καθῄρησε καὶ ἀνεθεμάτισε Ἰγνάτιον.

II.

Deinde Photio per vim intruſo, epiſcopi a Photio petiverunt, ut ſua manu per ſcriptum teſtaretur, ſe Ignatium omni honore proſecuturum, nullaque in re violaturum. Photius ergo hujuſmodi chirophraphum confecit, ſed paulo poſt violavit, conciliumque, ſeu latrocinium celebravit, in quo Ignatium exauctoravit, & ab eccleſia per D anathema ſecluſit.

γ'.

Μετὰ τοῦτο ἠνάγκασεν ὁ Φώτιός τινας τῶν ἀρχιερέων ἀναθεματίσαι Ἰγνάτιον, συμψήφους γενομένους αὐτοῦ, οἱ πρώην ὑπὲρ αὐτοῦ ὄντες, παρέβησαν τότε τοὺς οἰκείους σταυροὺς καὶ ἀνεθεμάτισαν αὐτόν.

III.

Præterea nonnullos epiſcopos ſibi adhærentes Photius ad Ignatii damnationem per vim adegit, qui eumdem tamen antea defenderant, tunc vero prævaricati in crucem, illum condemnarunt.

δ'.

Καὶ πάλιν ἑτέρα σύνοδος κατ' αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἠθέτησαν τοὺς οἰκείους σταυρούς. Ἴσω δὲ πέπρακται μέχρις ἐννάτης ἀθετήσεως τῶν οἰκείων ἰδιοχείρων, ἃ ἐποίησαν διὰ προτροπῆς τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ μοναχοί, καὶ ὁ κοινὸς λαὸς ἐκ σίας.

Ὅσα ἰσάκις γεγόνασι σταυροπάται οἱ περὶ Φώτιον.

IV.

Inſuper altera ſynodo cruces ſuas conculcarunt: & hoc uſque novies accidit, ut ipſi in ſua chirographa prævaricationem committerent.

En quoties perjuri facti ſint in Ignatium Photiani.

Μετὰ δὲ τὸ ἀπελαθῆναι τῆς ἐκκλησίας τὸν Φώτιον, καὶ γενέσθαι τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν ὀγδόην σύνοδον, τῶν πέντε πατριαρχικῶν θρόνων, ἐν τῷ ναῷ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας προκαθημένων τῶν εὐσεβῶν βασιλέων, προσῆλθον τῇ συνόδῳ ἐπίσκοποι, ἱερεῖς, διάκονοι, αἰτοῦντες μετὰ δακρύων συμπαθῆναι, ὡς ἀθετήσαντες τὸ ἰδιόχειρον, ὃ ἐποίησαν πρὸς τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον, ἐπιφερόμενοι καὶ λίβελλον ἔνορκον ἐξομολογήσεως, ὃν ἔθεντο ἐπάνω τῶν τιμίων ξύλων, καὶ λέγοντες φόβῳ καὶ βίᾳ ποιῆσαι ἃ ἐποίησαν.

Διὸ καὶ συμπαθείας ἔτυχον μετὰ τῶν προσηκόν-

Poſtquam tandem ejecto Photio magnum, E & ſanctum concilium octavum generale, quinque patriarcharum legatis præſentibus, in magna eccleſia præſidentibus, piis imperatoribus celebrata eſt, in medium prodiere epiſcopi, ſacerdotes, diaconi, & a ſynodo veniam cum lacrymis petivere, ut qui contra chirographum ſuum, quod pro Ignatio ſcripſerunt, perjuri extitiſſent; libellumque profeſſionis jurejurando firmatum obtulere, quo ſupra ſacroſanctæ crucis ligna poſito, dixere, ſe vim metumque coactos omnia feciſſe, quæ facta eſſent.

Quare & miſericordiam impetrarunt, pœna legi-

legitima epitimiorum ſuſcepta: ſed ea lege, ut ne unquam cum Photio communicarent, & pollicerentur ſe libellum Roma miſſum, quo Photii abdicatio, damnatioque Photianorum cum Ignatii laudatione & reſtitutione continebatur obſervaturos.

Scripta vero ſunt quinque omnino ejuſdem prorſus exempli volumina, & ad quinque patriarchas miſſa. Subſcripſere huic ſynodo epiſcopi, qui rem catholicam libere ſunt profeſſi, bini ſupra centum: & uniuſcujuſque ſubſcriptio hæc eſt.

*Formula ſubſcriptionis.* Ego N. Epiſcopus N. omnibus in hac ſancta & œcumenica octava ſynodo decretis a me libenter receptis ſubſcripſi. Eodemque modo imperatores Baſilius, Conſtantinus & Leo ſubſcripſerunt. Magiſtri vero & patricii qui in ſynodum venerant, aſſederantque ſinguli & ipſi, quemadmodum & reliqui divini ſuffragatores dixere: Quidquid a Photio contra Ignatium & beatiſſimum papam Nicolaum dictum factum, anathematizo, ſacramque hanc œcumenicam ſynodum probo, & recipio quos illa recipit; & anathematizo quos illa anathematizat. Et ſi recepero quos illa damnavit, a Chriſto anathema fiam.

Talibus tantiſque ab * utraque parte ſubſcriptionibus chirographorum editis, rurſum tamen permiſſu Dei thronum patriarchalem Photius conſcendit; evocatiſque omnibus, alios quidem vi, alios vero præmiis induxit, ut chirographa ſua antiquarent, aliaque his contraria componerent. Quid ergo qui toties in crucem perjuri extiterunt, in illo decretorio judicii die facient, quo ipſam venerandam crucem quam proculcarunt, intuebuntur, quæ veluti regium ſceptrum, ante formidandum regem & judicem Chriſtum comparebit.

* ἑκατέρων.

Quod ſi a ſanctiſſimo Methodio propter unius chirographi violationem nonnulli exauctorati ſunt; nec hi tantum, ſed ſymmyſtæ illorum, quive cum illis ſacris operabantur: quanto magis iſti epiſcopi (erunt condemnandi) qui non ſemel, ſed ſæpius, quique ipſi ſuis calculis ſe devoverant, ſi contra feciſſent? Quis ergo deinceps fidelium ab illis ſignaculum, aut communionem ab execratis illorum manibus accipiat? *Facientes enim*, inquit propheta, *prævaricationes odivi*.

*Pſal. 100.*

Quin & Romani quo pacto auſi ſunt violare, quod ſuæ manus ſubſcriptione firmarant? Nam & illi omnes in duabus ſynodis Romæ a Nicolao & Hadriano celebratis chirographa ediderunt, quibus Joannes archidiaconus, qui Nicolao (poſt Hadrianum) in pontificatu ſucceſſit, manu ſua ſubſcripſit. Poſueruntque omnes chirographa ſua ſupra tumulum ſancti Petri, teſtati ſe Photium eccleſiæ adulterum, aut ordinationem illius, aut eos qui dictis duabus ſynodis auctoritatem abrogarunt, nunquam recepturos. Eodemque modo Conſtantinopolitani ſuas ſubſcriptiones ſuper veneranda crucis ligna poſuerunt, jurati ſe nunquam cum Photio aut Photianis communicaturos, ſynodumve œcumenicam quæ duas Romanas ſecuta eſt, nunquam violaturos.

*Romanorum pontificum nullus Photium recepit, niſi Joannes VIII decipiat a Photio, quem & ipſe nunc publicitus pro amborum damnavit. Teſtimoni tamen audivit Joannes in priore facto.*

Multa in eccleſiaſtico agro zizania repullularunt, & in prima Photii damnati inau-

τῶν ἐπιτιμίων, ἀσφαλισάμενοι, μηδέποτε Φωτίῳ κοινωνῆσαι, καὶ καταθέμενοι φυλάττειν τὸν ἀπὸ Ῥώμης πεμφθέντα λίβελλον, καὶ περιέχοντα καθαίρεσιν Φωτίου καὶ ἀναθεματισμὸν, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ συναίνεσιν τοῦ πατριάρχου Ἰγνατίου τῆς ἀποκαταστάσεως.

Ἐγράφησαν δὲ καὶ πέντε βιβλία τῆς συνοδικῆς πράξεως, ἴσα τὰ ὅλα, καὶ ἀπεστάλησαν εἰς τὰ πέντε πατριαρχεῖα. ἐν οἷς βιβλίοις ὑπέγραψαν ἐπίσκοποι οἱ παῤῥησιάσαντες εἰς τὴν τοιαύτην σύνοδον, ρβ΄. καὶ ἡ ὑπογραφὴ ἑκάστου ἔχει οὕτως.

Ὁ δεῖνα ἐπίσκοπος ἅπαντα τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ ὀγδόῃ συνόδῳ κριθέντα ἀσμένως ἀποδεχόμενος ὑπέγραψα. τὴν αὐτὴν ὑπογραφὴν ὑπέγραψαν εἰς τὰ πέντε βιβλία καὶ οἱ βασιλεῖς, Βασίλειος, Κωνσταντῖνος καὶ Λέων. οἱ δὲ μάγιστροι καὶ πατρίκιοι, οἱ εἰς τὴν σύνοδον ἀφεθέντες συγκαθήμενοι, ἕκαστος τῶν θείων συμβόλων, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ εἶπον οὕτως. ἅπαντα τὰ παρὰ Φωτίου γεγονότα κατὰ τοῦ πατριάρχου Ἰγνατίου. καὶ κατὰ τοῦ μακαριωτάτου πάπα Νικολάου, ἀναθεματίζων, τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ταύτην σύνοδον ἀποδέχομαι * οὓς ἀποδέχεται, καὶ ἀναθεματίζω οὓς ἀναθεματίζει. καὶ ἐὰν δέξωμαί ποτε οὓς ἀπεβάλετο ἡ σύνοδος, ἀνάθεμα ἔσομαι ἀπὸ Χριστοῦ.

Τοσούτων καὶ τηλικούτων ἰδιοχείρων παρ᾽ ἑκατέρων τῶν μερῶν γενομένων, πάλιν παραχωρήσει Θεοῦ ἐπέβη τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ὁ Φώτιος, καὶ προσκαλεσάμενος πάντας, τοὺς μὲν βίᾳ, τοὺς δὲ χρείᾳ ἔπεισεν ἀθετῆσαι τὰ οἰκεῖα χειρόγραφα, καὶ ἕτερα ἐναντία ἐκθέσθαι. οἱ γοῦν ἀθετήσαντες τοσαυτάκις τοὺς ἰδίους σταυροὺς, τί ποιήσουσιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ὅταν ὄψωνται αὐτὸν τὸν τίμιον σταυρὸν, ὃν κατεπάτησαν, προπορευόμενον ὥσπερ σκῆπτρον βασιλικὸν ἔμπροσθεν τοῦ φοβεροῦ κριτοῦ καὶ βασιλέως Χριστοῦ.

Ἐὰν ἐπὶ τοῦ ἁγιωτάτου Μεθοδίου, διὰ τὸ παραβῆναι ἓν ἰδιόχειρον, τινὲς καθῃρέθησαν· οὐ μόνον οὗτοι, ἀλλὰ καὶ οἱ συλλειτουργήσαντες * τούτου· πόσῳ μᾶλλον οἱ νῦν ἐπίορκοι οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις, οἱ καὶ καθ᾽ ἑαυτῶν αὐτοὶ τὴν ψῆφον ἐπιφέγκαν, ἀναθεματίσαντες ἑαυτοὺς, εἰ παραβαῖεν; ποῖος οὖν τῶν πιστῶν ἔκτοτε σφραγῖδα λαμβάνει ἢ κοινωνίαν ἐκ τῶν ἀκαθάρτων χειρῶν; ποιοῦντας γὰρ, φησὶ, παραβάσεις, ὁ προφήτης, ἐμίσησα.

*ἴσ. τούτοις.*

Ἀλλὰ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι πῶς ἔχουσι κατατολμῆσαι ἀθετῆσαι τὰ ἰδιόχειρα αὐτῶν; καὶ γὰρ κἀκεῖνοι πάντες ἰδιόχειρα ἐποίησαν ἐπὶ τῶν γεγονυιῶν ἐκεῖσε δύο συνόδων Νικολάου καὶ Ἀδριανοῦ: ἐν οἷς ὑπέγραψεν Ἰωάννης ὁ ἀρχιδιάκονος ὁ μετ᾽ αὐτὸν γενόμενος πάπας. καὶ ἔθηκαν ἅπαντες τὰ ἰδιόχειρα αὐτῶν ἐπάνω τοῦ τάφου τοῦ ἁγίου Πέτρου, τοῦ μὴ ἀποδέξασθαί ποτε τὸν μοιχὸν τῆς ἐκκλησίας Φώτιον, ἢ τὴν χειροτονίαν αὐτοῦ, ἢ τοὺς ἔχοντας ἀθετῆσαι τὰς εἰρημένας δύο συνόδους αὐτῶν. ὡσαύτως καὶ οἱ Κωνσταντινουπολῖται ἔθηκαν τὰ ἰδιόχειρα αὐτῶν ἐπάνω τῶν τιμίων ξύλων, τοῦ μὴ κοινωνῆσαί ποτε Φωτίῳ ἢ τῇ χειροτονίᾳ αὐτοῦ, ἢ ἀθετῆσαι τὴν ὀγδόην σύνοδον τὴν ἐξακολουθήσασαν ταῖς εἰρημέναις δύο συνόδοις τῶν Ῥωμαίων.

Πολλὰ ζιζάνια ἀνεφύησαν ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας ἀγρῷ. καὶ γὰρ πρώτη χειροτονία, ἡ τοῦ ἐκκηρύκτου Φω-

ANNO CHRISTI 870.

PART. III. CAP. IX.

Φωτίου· ἡ δευτέρα, ἡ μετὰ τὸν ἄλυτον αὐτοῦ ἀνα- A θεματισμὸν γεγονυῖα. διαφέρει γὰρ ἑτέρα τῆς ἑτέρας. τὴν πρώτην αὐτοῦ χειροτονίαν ἀπέρρηξαν οἱ τῶν Ῥωμαίων πρόεδροι, καὶ ἡ οἰκουμενικὴ ὀγδόη σύνοδος. διὸ οὐ δέεται ἡ δευτέρα ἐξετάσεως. ἀλλὰ καὶ οἱ πρῶτοι σταυροπάται, καὶ οἱ δεύτεροι διαφέρουσιν ἀλλήλων. οἵ τε διὰ μανίας τοῦ Βάρδα ποιήσαντες, καὶ οἱ αὐτοὶ πάλιν ἐπὶ τῆς συνόδου μετὰ τὸ συγχωρηθῆναι, καὶ ὅτε συνέβη καὶ τὸ δεύτερον πάλιν ὁ Φώτιος τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, προσελάβοντο αὐτόν, οἵ τινές εἰσιν ἀναπολόγητοι. τινὲς δὲ ἐχειροτονήθησαν ἀπὸ τῆς ἁγίας ὀγδόης συνόδου, καὶ οὐκ ἐποίησαν ἰδιόχειρα, καὶ συνῆλθον τῷ ἀναθεματισμένῳ Φωτίῳ μετὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ λῃστρικὴν B ἀνάβασιν, οἱ μὲν βίᾳ, οἱ δὲ ἑκουσίως. καὶ κατεδέξαντό τινες αὐτῶν λαβεῖν ἐξ αὐτοῦ ἐπιτίμια ιε΄. ἡμερῶν, ὡς ἀναθεματίσαντες αὐτόν. τοὺς πλείστους δὲ αὐτῶν καὶ ἀνεχειροτόνησε, μυστικὴν χειροτονίαν καλέσας αὐτήν. τινὲς δὲ μέχρι πολλοῦ ἐνστάντες ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ διωχθέντες, καὶ παρὰ τοῦ δεινοῦ Φωτίου πολλὰ παθόντες, καὶ μὴ φέροντες τὰς ἀνυποίστους κολάσεις, λειποτακτήσαντες συναπήχθησαν τῇ παρανομίᾳ Φωτίου· εἰς οὓς δεῖ πάντως δεῖξαι τὸν πάπαν τὴν οἰκονομίαν, διὰ τὸ ἀκουσίως συναπαχθῆναι· ἵνα φυλάττηται καὶ σώζηται ἀκεραία καὶ ἡ σύνοδος, καὶ ἡ οἰκονομία δείκνυται. τὴν C δὲ λοιπὴν χειροτονίαν Φωτίου, καὶ τὴν πρώτην, καὶ τὴν δευτέραν, καὶ τὸν δὶς ἐπιβήτορα Φώτιον πρὸ πάντων ἀποβαλέσθαι, καὶ αὐτὸν ὡς παραβάτην ἀναθεματίζειν, καὶ τοὺς πλεισάκις σταυροπατήσαντας, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἀναχειροτονηθέντας ἀθέσμως, ἐξαιρέτως Θεοφάνην τὸν ἐκλεγόμενον φρηνοδαίμονα, τὸν πολλάκις σταυροπατήσαντα, καὶ πλαστογραφήσαντα μετὰ Φωτίου τὸ κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Νικολάου βιβλίον, παντελῶς ἀποβαλέσθαι. φησὶ γὰρ ὁ διάδοχος Νικολάου πάπας Ἀδριανός, τοὺς ὑπογράψαντας κατ᾽ ἐκείνου οὐδεμιᾶς συμπαθείας ἀξιοῦσθαι. ἣν ἀπόφασιν ἐξ ἅπαντος χρὴ φυλαχθῆναι, καὶ τῆς οἰκουμενικῆς ὀγδόης συνόδου πάσας τὰς ἀποφά- D σεις. τῆς γὰρ συνόδου ταύτης παραλυομένης, οὐδεὶς ἱερεὺς οὐδὲ ἐνταῦθα, οὐδὲ ἐν Ῥώμῃ.

A guratione, & in ſecunda quæ poſt anathematiſmum nunquam ſolvendum facta eſt. Differt enim altera ab altera. Primam enim ejus electionem Romani pontifices & concilium œcumenicum VIII. reſciderunt. Quapropter de altera ejus ordinatione nihil opus eſt diſputare. Sed enim & primi qui in ſubſcriptionibus ſigna crucis violarunt, & ultimi inter ſe differunt. Primi namque per Bardæ vim & furorem id fecere: qui tamen ipſi rurſum, poſtquam in ſynodo veniam impetrarant, cum Photius denuo thronum eccleſiæ occuparet, eum receperunt, qui quidem nullam criminis defenſionem ſibi reliquerunt. Quidam vero a ſancta octava ſynodo conſecrati, ſine ſubſcri- B ptionum chirographis, cum damnato Photio, poſtquam ſecundo patriarchatum invaſerat, alii quidem vi coacti, alii volentes libentes communicarunt. Et quidam impoſitas ab eo pœnas eccleſiaſticas, quindecim dierum, ut qui illum antea damnaviſſent, ſuſceperunt. Plurimos vero illorum denuo conſecravit, vocavitque illam myſticam conſecrationem. Quidam vero diu multumque pro fide & veritate propugnantes, a Photio acerbe vexati, ultimaque omnia paſſi, cum tot tormentis ferendis non eſſent, fracti tandem ceſſerunt, illique prævaricatori ſeſe nolentes ſubjecerunt. Erga quos omnino æquum eſt ut papa ſe clementem exhibeat, cum per vim tempeſtatis C abrepti ſint; ipſiſque veniam impertiat: ut incorrupta illibataque ſynodus cuſtodiatur & ſervetur, diſpenſatio oſtenditur. Alias autem Photii initiationes, primamque & ultimam, ipſumque Photium, qui bis thronum invaſit, præ reliquis cunctis eliminandum, ipſumque graſſatorem omnibus diris devovendum, ac perjuros illos qui toties crucem proculcarunt; nec non & eos qui ab illo denuo ſacrilege conſecrati ſunt: ſpeciatim vero Theophanem cognomento Phrenodæmonem, qui ſæpius ſignum crucis perjurio violavit, librumque contra ſanctiſſimum papam Nicolaum commentus eſt, penitus exterminandum judicamus. Hadrianus enim Nicolai ſucceſſor ſubſcribentes D contra Nicolaum nulla ait miſericordia dignos videri. Quæ ſane ſententia, uti & omnia ſynodi octavæ œcumenicæ decreta, firmiſſime cuſtodienda eſt. Nam ſi hæc ſynodus violetur & deleatur, nullus neque Romæ, neque Conſtantinopoli ſacerdos legitimus reperietur.

Συνοδικαὶ ἀποφάσεις κατὰ τοῦ παραβάτου Φωτίου ἐν ἐπιτόμῳ τῶν προέδρων τοῦ θρόνου Ῥώμης Νικολάου, Ἀδριανοῦ, Ἰωάννου, Μαρίνου, Στεφάνου καὶ Φορμώσου.

*Synodica pontificum Romanorum Nicolai, Hadriani, Joannis, Martini, Stephani, Formoſi, in Photium prævaricatorem decreta ſummatim comprehenſa.*

Ἐκ τῆς συνοδικῆς ἐπιστολῆς τοῦ πάπα Νικολάου, E τῆς γενομένης ἐπὶ τῆς συνόδου, ἣν ἐποίησε σὺν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ἐπισκόποις, ὅτε καθῄρησε Ῥαδοάλδον καὶ Ζαχαρίαν τοὺς πλανηθέντας ὑπὸ Φωτίου, καὶ ἀπεφήνατο κατ᾽ αὐτοῦ οὕτως.

*Ex ſynodica papæ Nicolai epiſtola concilii centum & ſeptuaginta epiſcoporum; in quo Rhadoaldum & Zachariam epiſcopos a Photio corruptos exauctoravit, ſententiamque his verbis in Photium tulit.*

ΦΩΤΙΟΣ ὁ ἀπὸ σχισματικῶν καὶ ἀπὸ κοσμικῆς ὑπηρεσίας, καὶ ἐκ τῆς ἀγορᾶς αἰφνίδιον καρεὶς, καὶ ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ Συρακουσῶν τοῦ καθῃρημένου ἐπίσκοπος κατασταθείς, καὶ ζῶντος τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἰγνατίου, καὶ τοῦ θρόνου ἐπιβὰς ὡς μοιχός, καὶ συνιερουργῶν τοῖς καταχριθεῖσι παρὰ τοῦ προ-

PHotius ſchiſmaticus & palatinus miniſter, ac forenſis repente attonſus, & a Gregorio Syracuſano exauctorato epiſcopus creatus, qui ſuperſtite adhuc ſymmyſta noſtro Ignatio thronum velut adulter invaſit, atque cum damnatis a Benedicto, qui me in pontificatu præceſſit, communicavit, ſuaque profeſſio- IX.

PART. III. CAP. X.

ANNO CHRISTI 870.

ſeſſione quam pro Ignatio ediderat, violata, A contra illum conciliabulum coegit, damnationiſque & anathematis ſententiam in illum tulit; illos vero qui ſecum communicare recuſabant, omni genere tormentorum excruciavit, hodieque eccleſiam turbat; ſit omnipotentis Dei, ac beatorum & principum apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium ſimul divorum & Spiritus ſancti per nos judicio, ab omni honore ſacerdotii & nomine repulſus, omnique dignitate eccleſiaſtica exutus. Quod ſi his cognitis adhuc thronum Conſtantinopolitanum retinuerit, aut in Ignatium reſtitutum inſurrexerit, vel munus eccleſiaſticum obierit, vinculis anathematis obnoxius erit. Gregorius vero ab Ignatio per B ſynodum abdicatus, & anathemate conſtrictus, qui poſtea tamen Photium conſecravit, ab omni clericorum functione & ordine excluſus eſt; quique illum receperit, anathemate ſeritor.

κατόχου μου Βενεδίκτου, καὶ παραβὰς τὴν πρὸς τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον ὁμολογίαν, καὶ συναγαγὼν κατ' αὐτοῦ συνέδριον, καὶ καθαίρεσιν καὶ ἀνάθεμα ἐπαγαγών, καὶ τοὺς μὴ κοινωνῆσαι αὐτῷ βουληθέντας παντοίᾳ κολάσει ὑποβαλών, καὶ μέχρι τοῦ νῦν τὴν ἐκκλησίαν κυκῶν, ἔστω τῇ τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ, καὶ τῶν μακαρίων καὶ κορυφαίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ἁγίων, ἔτι γε μὴν καὶ τῇ τοῦ πνεύματος δι' ἡμῶν κρίσει πάσης ἱερατικῆς τιμῆς καὶ ὀνόματος ἀλλότριος, καὶ παντὸς τάγματος κληρικοῦ ἀπόβλητος. εἰ δὲ μετὰ τὴν διάγνωσιν ταύτην πειραθῇ τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον κατασχεῖν, ἢ * Ἰγνάτιον ἐπιφυῆναι ἀποκαταστάντι, ἢ ἱερατικόν τι ὅλως ἐνεργῆσαι, δεσμοῖς ἀναθέματος ὑποβληθήσεται. καὶ Γρηγόριος δέ, ὃν Ἰγνάτιος συνοδικῶς καθῄρησε καὶ ἀνεθεμάτισεν, ὁ μετὰ ταῦτα Φώτιον χειροτονήσας, παντὸς κληρικοῦ τάγματος ἐξωσθήσεται, καὶ ὁ δεξάμενος τοῦτον ἀναθεματισθήσεται.

* ἴσ. Ἰγνατίῳ.

*Ex ſynodica Hadriani papæ epiſtola, quam edidit in concilio centum viginti epiſcoporum a ſe celebrato, cum ex communi omnium ſententia ita decrevit.*

X. PHotius a foro, curia, tabulario profectum, neophytum, graſſatorem & mœ C chum anathemate percellimus, & cum omnibus ab illo initiatis illumque ſectantibus defendentibuſque exauctoramus, quemadmodum is qui me præceſſit beatus Nicolaus papa declaravit. Conſecrati vero a duobus patriarchis Methodio & Ignatio, ſi inviti & per vim coacti, aut etiam ſua voluntate cum Photio communicarunt, ſed reſipiſcant, & libellum pœnitentiæ, quem probavimus, offerant, ſimulque ſuas ſubſcriptiones quas in ſanctum Ignatium compoſuerunt, damnent, ſuos illos honoribus ſedibuſque & gradibus bona fide ſecuritateque reſtituendos clementer decernimus. Qui vero contra Nicolaum, qui nos præceſſit, ſubſcripſerunt, illos nulla D indulgentia proſequendos judicamus. Photium autem adulterum, uti diximus, eccleſiæ, damnamus, niſi viva voce, ſuaque manu omnibus decretis noſtis, noſtrique prædeceſſoris, ſeſe obtemperaturum promittat, omniaque acta conciliabulorum, quæ bis adverſus Ignatium, & ſemel in Nicolaum coegit, ad plenam veræ pœnitentiæ fidem revocarit reſcideritque: tunc illi enim laicorum communione non interdicimus. Qui vero ſanctiones papæ Nicolai, vel noſtras violare tentaverit, Photiumve aut initiationem ejus receperit, quicumque fuerit, a Patre & Filio & Spiritu ſancto anathema eſto.

E Hanc ſententiam papa Hadrianus pronuntiavit, quando archidiaconus illius Joannes, qui illi in pontificatu poſtea ſucceſſit, velut omnium ore ad illum ita exclamavit: Videmus ſanctiſſime & œcumenice domine pontifex, in Photio expletum illud pſalmi oraculum: *Dixit peccator ut delinquat in ſemetipſo, non eſt timor Dei ante oculos ejus.* Poſuit enim in cælo os ſuum, & rictum deterrimum (qui Photius eſt) contra clavigerum apoſtolicumque thronum aperuit. Accendatur ergo velut ignis zelus tuus, & accingere ve-

Pſal. 35.
Pſal. 72.
Pſal. 44.

Ἐκ τῆς συνοδικῆς ἐπιστολῆς τοῦ μακαρίου πάπα Ἀδριανοῦ, τῆς γενομένης ἐπὶ τῆς συνόδου, ἣν ἐποίησε σὺν ρκʹ. ἐπισκόποις, ὅτι ἀπεφήνατο μετὰ κρίσεως πάντων οὕτως.

ΦΩΤΙΟΝ τὸν ἀγοραῖον, τὸν βουλευτικὸν καὶ ταβουλλάριον, τὸν νεόφυτον καὶ ἐπιβήτορα καὶ μοιχὸν ἀναθεματίζομεν καὶ ἀποκηρύττομεν, καὶ μετὰ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας καὶ τῶν αὐτοῖς ἀκολουθούντων καὶ ἐκδικούντων αὐτούς, καθὼς καὶ ὁ προκάτοχός μου ὁ μακάριος πάπας Νικόλαος ἀπεφήνατο. οἱ δὲ χειροτονηθέντες ὑπὸ τῶν δύο πατριαρχῶν Μεθοδίου καὶ Ἰγνατίου, ἐὰν ἀκουσίως καὶ βίᾳ, ἢ ἑκουσίως τῷ Φωτίῳ συνῆλθον, μετανοοῦσι δὲ καὶ ποιῶσι τὸν λίβελλον, ὃν ἐδεξάμεθα, καὶ ἀναθεματίζωσι τὰς ὑπογραφάς, ἃς κατὰ τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἐποίησαν, τούτους συμπαθητικῶς εἰς τοὺς ἰδίους βαθμοὺς κυρωθῆναι θεσπίζομεν, μετὰ ἀσφαλείας πολλῆς. τοὺς δὲ ὑπογράψαντας κατὰ τοῦ προκατόχου μου Νικολάου, οὐδεμιᾶς χρηστότητος ἀξίους εἶναι κρίνομεν. ἀναθεματίζομεν δὲ Φώτιον τὸν μοιχὸν τῆς ἐκκλησίας, ὡς ἔφημεν· πλὴν ἐὰν ζώσῃ φωνῇ καὶ οἰκείᾳ γραφῇ πρὸς πάντα τὰ ὑφ' ἡμῶν καὶ τοῦ προκατόχου ὁρισθέντα ὑποταγῆναι ἐπαγγέλληται, καὶ τὰ τῶν προλεχθέντων ἀθεμίτων συνεδρίων πρακτικά, ἃ ἐποίησε δὶς κατὰ τοῦ πατριάρχου Ἰγνατίου, καὶ ἅπαξ κατὰ τοῦ μακαρίου πάπα Νικολάου, πρὸς πληροφορίαν πάντων εἰς μετάνοιαν ἐλθὼν ἀθετήσῃ, τότε τὴν λαϊκῆς κοινωνίας τὴν χάριν αὐτῷ οὐκ ἀποκωλύσομεν. ὁ δὲ τολμήσων ἀθετῆσαί τι τῶν παρὰ τοῦ πάπα Νικολάου ἢ παρ' ἡμῶν διορισθέντων, ἢ παραδέξασθαι Φώτιον, ἢ τὴν χειροτονίαν αὐτοῦ, ὅστις ἂν εἴη, ἔστω ἀνάθεμα ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος.

Ταύτην τὴν ἀπόφασιν ἐξήνεγκεν ὁ πάπας Ἀδριανός, ὅ, τε ἀρχιδιάκονος αὐτοῦ Ἰωάννης, ὁ καὶ διάδοχος αὐτοῦ, ὡς ἐκ φωνῆς πάντων πρὸς αὐτὸν ἐξεβόησεν οὕτως. ἐν τῷ Φωτίῳ πληρούμενον καθορῶμεν, δέσποτα ἁγιώτατε καὶ οἰκουμενικὲ πάπα, τὸ ψαλμικὸν ἐκεῖνο· φησὶν ὁ παράνομος τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν ἑαυτῷ· οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. ἔθετο γὰρ εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ δυσωδέστερον φάρυγγα Φώτιος ἤνοιξε κατὰ τοῦ κλειδούχου τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας. ἀναφθήτω οὖν ὡς πῦρ ὁ ζῆλός σου, καὶ περιζώσαι ὥσπερ

ἀνὴρ

ANNO CHRISTI 870

ἀνὴρ τὸν ὀσφύν σου, καὶ τὴν ὕβριν τῆς ἀποστολικῆς A καθέδρας ὡς δίκαιος κριτὴς ἐκδίκησον, καὶ τῇ δρεπάνῃ τῆς ἀποφάσεώς σου ἔκκοψον αὐτοῦ τὴν μνήμην, καὶ οἱ τούτῳ κατακολουθοῦντες καὶ διεκδικοῦντες, ταῖς ἐνοχαῖς τοῦ ἀναθέματος συσχεθήτωσαν, καὶ εἰ μὴ οἰκείᾳ φωνῇ καὶ ἀπογραφῇ ἀναθεματίσωσιν αὐτὸν, μηδὲ ἐν λαϊκῶν κοινωνίᾳ παραδεχθήτωσαν. ὁ ταῦτα εἰπὼν Ἰωάννης, ἐπεὶ τὸν θρόνον Ἀδριανοῦ διεδέξατο, ἀνεθεμάτισε Φώτιον, ὅτε ἀπεπλάνησε τοὺς περὶ Εὐγένιον διὰ τὴν Βουλγαρίαν ἐλθόντας. λαβὼν γὰρ τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἀνελθὼν ἐν τῷ ἄμβωνι, πάντων ἀκουόντων ἔφη· ὁ μὴ ἔχων τὸν θεοκρίτως ἀναθεματισθέντα Φώτιον, ὡς ἀφῆκαν αὐτὸν Νικόλαος καὶ Ἀδριανὸς οἱ ἁγιώτατοι πάπαι, οἱ B προκάτοχοί μου, ἔστω ἀνάθεμα.

luti vir femur tuum, & contumeliam apoſtolicæ ſedi irrogatam velut juſtus judex ulcum eas, falceque ſententiæ tuæ memoriam ejus reſcinde, omneſque qui illum ſequuntur vel tuentur, anathematis nexibus ſtringantur; & niſi viva voce manuque ſua illi anathema dicant ſcribantque, nec ad laicorum quidem cœtum admittantur. Hæc qui pronuntiavit Joannes, cum Hadriani thronum ſucceſſor occupaſſet, idem ipſe Photium eumdem damnavit, quando Eugenium & alios in Bulgariam miſſos Photius per fraudem circumvenit & corrupit. Nam Joannes accepto evangelio ambonem conſcendit, cunctiſque audientibus dixit: Quicumque Photium non B juſto Dei judicio condemnatum judicat, quemadmodum nempe illum hi qui me præceſſerunt, Nicolaus & Hadrianus ſanctiſſimi papæ damnatum reliquerunt, anathema eſto.

PAR. III. CAP. XI.

*Joannes VIII. anathemate ferit Photium*

Τόμος περιέχων ἐν συντόμῳ τὴν ὀγδόην σύνοδον, γεγραμμένος ἐν τῷ δεξιῷ ἐμβόλῳ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.

ΔΟΝΑΤΟΣ καὶ Στέφανος ἐπίσκοποι, καὶ Μαρῖνος διάκονος, οἱ τὸν τόπον ἔχοντες τοῦ θρόνου τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, ἤτοι τοῦ πάπα Ἀδριανοῦ, σὺν τῇ ἀθροισθείσῃ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ ἐν ταύτῃ τῇ πανευδαίμονι Κωνσταντινουπόλει, εἰς τὸν περιώνυμον ναὸν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ὁρισάμεθα, κατὰ τὴν ἤδη προγεγονυῖαν κρίσιν ἐν τῇ ἁγίᾳ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ παρὰ τοῦ μακαρίου πάπα Νικολάου, καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν Ἀδριανοῦ, σὺν Ἰωσὴφ τῷ εὐλαβεστάτῳ διακόνῳ καὶ τοποτηρητῇ τοῦ θρόνου Ἀλεξανδρείας, καὶ Θωμᾷ μητροπολίτῃ Τύρου τὸν τόπον ἐπέχοντι τοῦ θρόνου Ἀντιοχείας, καὶ Ἠλίᾳ τῷ πρεσβυτέρῳ καὶ συγκέλλῳ τὸν τόπον ἐπέχοντι τοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων, τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησιν. τὸν δὲ τυραννίδι καὶ βίᾳ τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως δραξάμενον Φώτιον, καὶ ὑπὸ καθῃρημένων καὶ ἀναθεματισμένων χειροτονηθέντα, καὶ χρόνοις πλείοσι τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν ταράξαντα, αὐτόν τε καὶ τὴν αὐτοῦ χειροτονίαν ἀπόβλητον εἶναι ὡρισάμεθα, καὶ γυμνὸν πάσης ἱερωσύνης. Ἰγνάτιον δὲ τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως ἀδίκως τοῦ ἰδίου θρόνου κατενεχθέντα, ἔνθεσμόν τε ἀρχιερέα ὑπάρχοντα, μετὰ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας καὶ τῆς τοῦ ἁγιωτάτου Μεθοδίου, τοῦ πρὸ αὐτοῦ πατριάρχου, ἐκυρώσαμεν. ἀνεπίληστα δὲ ταῦτα τῷ βίῳ εἶναι βουλόμενοι, καὶ συνοδικῇ γραφῇ παραδεδώκαμεν. ὁ δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ ἐναντιούμενος ἕως ἂν ἐμμένει τῇ ἀπονοίᾳ, ἔστω καταδεδικασμένος ὑπὸ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος, καὶ τῆς κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων ἀνάξιος. ὡρισάμεθα δὲ γραφῆναι καὶ τὰς τῶν πατρικίων φωνὰς, ἀνδρῶν ὑπὲρ τοὺς εἴκοσι τὸν ἀριθμὸν, οἳ εἶπον οὕτως.

Προκειμένων τῶν τιμίων καὶ ζωοποιῶν ξύλων καὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων, προκαθεζομένων Βασιλείου, Κωνσταντίνου καὶ Λέοντος τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, καὶ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου ἡμῶν Ἰγνατίου, καὶ τῶν ὁσιωτάτων τοποτηρητῶν τῆς τῶν Ῥωμαίων, καὶ τῶν λοιπῶν ἀνατολικῶν θρόνων, ὡμολογήσαμεν οὕτως.

Ἅπαντα τὰ γεγονότα παρὰ Φωτίου κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἰγνατίου, καὶ κατὰ τοῦ μακαρίου πάπα Νικολάου, ἀναθεματίζομεν. τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον τὴν ὀγδόην ἀποδεχόμεθα,

*Breviarium ſynodi octavæ ad ingreſſum magnæ eccleſiæ, ſeu in portica perſcriptum.*

XI. *Epitome ſynodi* VIII. *œcumenicæ.*

DONATUS & Stephanus epiſcopi, Marinus diaconus, legati veteris Romæ, ſive Hadriani papæ, una cum ſancto & œcumenico concilio in hac florentiſſima civitate Conſtantinopolitana in perilluſtri æde magnæ eccleſiæ celebrato, ex ſententia & judicio C jam ante in Romana eccleſia a papa Nicolao & Hadriano illius ſucceſſore facto, una cum Joſepho religioſiſſimo diacono & vicario patriarchæ Alexandrini, & Thoma Tyri metropolita patriarchæ Antiocheni locum tenente, & Elia presbytero & ſyncello Hieroſolymitanæ ſedis legato, venerandarum imaginum cultum ſancimus. Photium autem, qui per vim & tyrannidem Conſtantinopolitanum ſolium invaſit, quique a damnatis & execratis eſt conſecratus, qui pluribus annis eccleſiam Chriſti perturbavit, Photium inquam, & inaugurationem ejus prorſus damnamus, omnique dignitate & honore ſacerdotii privamus: Ignatium vero ſanctiſſimum pa- D triarcham Conſtantinopolitanum contra jus faſque de gradu ſuo deturbatum, ut legitimum antiſtitem una cum ordinatione ſanctiſſimi Methodii, qui illum in patriarchatu præceſſerat, confirmamus. Quæ ut nulla unquam oblivione delerentur, voluimus hæc omnia ſynodico ſcripto conſignare. Quicumque autem huic ſynodo adverſabitur, quoad quidem in hac amentia perſtiterit, a ſancta & conſubſtantiali Trinitate damnatus eſto, ſacriſque omnibus una cum ſacra communione privatus. Sancimus etiam ut patriciorum ſententiæ, quorum viginti ſupra fuere numerati, perſcribantur, quæ ſic habent.

*Imaginum cultus ſancitur.*

*Photius damnatur.*

*Ignatius confirmatur.*

E Propoſitis venerandis & ſalutaribus ſanctæ crucis lignis, ſanctiſque evangeliis, præſidentibus Baſilio, Conſtantino, Leone, religioſiſſimis imperatoribus, & ſanctiſſimo patriarcha noſtro Ignatio, ſanctiſſimiſque legatis Romanis & ceteris orientis vicariis, in hunc modum profeſſionem ediderunt.

*Procerum & patriciorum profeſſio.*

Omnia acta Photii contra ſanctiſſimum patriarcham Ignatium, & beatum papam Nicolaum, anathemate damnamus. Sanctam & œcumenicam ſynodum octavam recipimus, admittimuſque quos illa admittit, & damna-

PART. III. CAP XI.

ANNO CHRISTI 870.

mus quos illa damnat. Et ſi quando receperimus eos quos ſynodus ejecit, a Chriſto anathema ſimus. * His nullus, quicumque papa ſucceſſerit, conabitur adverſari, aut Photium a tot ac tantis damnatum, illiuſve ordinationem, aut inficiatores cruciſque conculcatores recipere. Photius quadraginta quinque annis ad hodiernum uſque diem, a papa nempe Leone uſque ad Formoſum, excommunicatus fuit. Nam annos undecim adhuc politicus excommunicatus fuit, quod cum Gregorio Syracuſano communicaret; & alios quatuor ſupra triginta annos, poſtquam ſacris initiatus eſt. Etenim Leo, Benedictus & Nicolaus Gregorium propter varias & graves noxas anathemate damnarunt. Ubi vero Photius a damnato conſecratus eſt, cum propter alia illius facinora, tum quod ſacris a Gregorio eſſet initiatus, a novem pontificibus Romanis, Leone, Benedicto, Nicolao, Hadriano, Joanne, Marino, Hadriano III. Stephano & Formoſo anathematis fulmine eſt ictus. Nec ullus ex iis qui Nicolaum ſunt ſecuti, illos (Gregorium & Photium) abſolverunt: nec enim poteſtatem habuerunt. Joannes Eugenium & allegatos in Bulgarorum cauſa ſuperſtite adhuc Ignatio Conſtantinopolim miſerat, quos (mortuo jam Ignatio) comprehenſos Photius miris modis vexavit, donec communicando cum Photio omnibus imponerent. Qui Romam reverſi a Joanne papa in ambone publicitus ſunt damnati & exauctorati. Iſti igitur novem pontifices, & alii ſex patriarchæ quatuor catholicorum patriarchiorum, Ignatius Conſtantinopolitanus, Sophronius & Michael, Alexandrini, Nicolaus Antiochenus, Sergius & Theodoſius Hieroſolymorum, illos excommunicarunt. Præterea qui ad VIII. ſynodum convenerant patriarcharum legati, ubique denique communi omnium conſenſu Photium & Gregorium, illorumque inaugurationes damnaverunt. Hos igitur a tot patriarchis damnatos unum * patriarchium abſolvere non poteſt, qui totos quadraginta quinque annos nunquam ſoluti fuerunt, quos & * civilis lex ad decennium aut tricennium conſtringit. Photium porro qui ſeipſum ſolverat, quomodo uni abſolvere licebit? Immo quomodo non arctius conſtringendus erit, uti qui cenſuras ipſas * contemnat? Sunt vero qui dicant Photium injuriæ Ignatio patriarchæ factæ pœnituiſſe, patriarchamque ad illum dixiſſe: Si quid in me peccaſti, Deus tibi remittet: quæ autem in eccleſiam peccaſti, Deus indulgebit, ſi poſthac illam non perturbaris, nullaque ſacra ſacerdotum officia attigeris. Et ego viciſſim tua cauſa libellum ſupplicem ad patriarchas reliquos ſcribam, qui ſi ſolverint te, ego quoque tecum diſpenſabo. Sed Photius ipſe per imperatorem Ignatium impedint, quo minus ad patriarchas ſcriberet, ut qui ſciret, fieri non poſſe, ut impetrata abſolutione ad ſacerdotii functiones denuo admitteretur. Ex illo igitur tempore nunquam deſtitit Photius, quo minus hoſtes in patriarcham concitaret. Quin & in Magnaura palatio verſatus, ordinationes tamquam patriarcha inſtituebat, magnaſque pœnas exigebat ab iis qui conatibus ſuis repugnarent, exiliaque addebat. Imperatorem quoque impulit ut ediceret, ne quis ex magiſtratu funus illius proſequeretur, cum per

A ἔτι γε μὴν ἀποδεχόμεθα καὶ οὓς ἀποδέχεται, καὶ ἀθεματίζομεν οὓς ἀναθεματίζει. καὶ ἐάν ποτε δεξώμεθα οὓς ἀπεβάλετο ἡ σύνοδος, ἀνάθεμα ἡμῖν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ. τούτοις ποῖος τολμηρὸς πάπας μεταγενέστερος ἐναντιωθῆναι ἐπιχειρήσει, καὶ δέξασθαι τὸν ὑπὸ τοσούτων ἀναθεματισθέντα Φώτιον καὶ τὴν χειροτονίαν αὐτοῦ, ἢ τοὺς ἀρνητὰς σταυροπάτας; μέχρι τῆς σήμερον, με΄. ἔτη ἀναθεματίζεται Φώτιος, προδήλως ἀπὸ τοῦ πάπα Λέοντος ἕως τοῦ Φορμώσου. ἕνδεκα γὰρ ἔτη ἀνεθεματίζετο κοσμικὸς ὤν, κοινωνικὸς τῷ καθῃρημένῳ καὶ ἀναπεθεματισμένῳ Γρηγορίῳ τῷ Συρακούσης, καὶ ἄλλα λδ΄. ἔτη ἀφ᾽ οὗ ἐγένετο ἀββᾶς. ὁ γὰρ πάπας Λέων, καὶ B ὁ Βενέδικτος, καὶ ὁ Νικόλαος τὸν Γρηγόριον ἀνεθεμάτιζον κατὰ πολλὰς τὰς ἀτόπους αἰτίας. ἐπεὶ δὲ ὁ Φώτιος παρὰ τοῦ καθῃρημένου ἐχειροτονήθη, καὶ δι᾽ ἄλλα μὲν, ἀλλὰ καὶ τὸ δέξασθαι παρὰ τοιούτου τὴν ἱερωσύνην, ἀναθεματίζεται ὑπὸ τῶν ἐννέα προέδρων τῆς Ῥώμης, Λέοντος, Βενεδίκτου, Νικολάου, Ἀδριανοῦ, Ἰωάννου, Μαρίνου, Ἀδριανοῦ ἑτέρου, Στεφάνου καὶ Φορμώσου. καὶ οὐδεὶς τῶν μεταγενεστέρων Νικολάου ἔλυσεν αὐτοὺς, ἢ τὰς χειροτονίας αὐτῶν· οὐδὲ γὰρ εἶχον ἐξουσίαν. ὁ Ἰωάννης τοὺς περὶ Εὐγένιον διὰ τὴν πρόφασιν τῆς Βουλγαρίας ἀπέστειλεν ἔτι ζῶντος Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου· καὶ κρατήσας αὐτοὺς ὁ Φώτιος, καὶ βιασάμενος C ποικίλως, ἔπεισε κοινωνῆσαι, πρὸς τὸ πλανῆσαι πάντας. οἳ καὶ ἀπελθόντες ἐν τῇ Ῥώμῃ καθῃρέθησαν παρὰ Ἰωάννου ἀναθεματίσαντος ἐπὶ ἄμβωνος. ὅπου ὧν οἱ θ΄. καὶ ἄλλοι ς΄. πατριάρχαι τῶν δ΄. καθολικῶν θρόνων, Ἰγνάτιος Κωνσταντινουπόλεως, Σωφρόνιος καὶ Μιχαὴλ Ἀλεξανδρείας, Νικόλαος Ἀντιοχείας, Σέργιος καὶ Θεοδόσιος Ἱεροσολύμων ἀνεθεμάτισαν αὐτούς. καὶ οἱ ἐν τῇ η΄. συνόδῳ συναθροισθέντες ἀποκρισιάριοι τῶν πατριαρχικῶν θρόνων, καὶ πανταχοῦ ἐδέσμευσαν καὶ ἀνεθεμάτισαν συμφώνως τὸν Γρηγόριον καὶ Φώτιον, καὶ τὰς χειροτονίας αὐτῶν. τοὺς γοῦν ἀπὸ τοσούτων πατριαρχῶν δεσμευθέντας ἓν πατριαρχεῖον λῦσαι οὐ δύναται, τοὺς μὴ D λυθέντας ἐν ὅλοις τοῖς τεσσαράκοντα πέντε χρόνοις, τούτους καὶ ὁ πολιτικὸς νόμος ἀποκλείει μέχρι δεκαετίας ἢ τριακονταετίας. καὶ τότε τὸν ἑαυτὸν λύσαντα Φώτιον πῶς * ἑνὶ λῦσαι; τὸ μᾶλλον τοῦτον ἐπὶ πλέον ἔξεστι δεσμεῦσαι, ὡς καταφρονήσαντα τοῦ δεσμοῦ; λέγουσί τινες, ὅτι μετάνοιαν ἔβαλεν ὁ Φώτιος εἰς τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον, καὶ ὁ πατριάρχης εἶπε πρὸς αὐτόν· εἴ τι ἐποίησας εἰς ἐμὲ, ὁ Θεὸς συγχωρήσει σοι· τὰ δὲ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὁ Θεὸς συγχωρήσει σοι, ἐὰν ἀτάραχον ἀπὸ τοῦ νῦν διατηρήσῃς ταύτην, καὶ οὐδὲν ἱερατικὸν ἐνεργήσῃς. κἀγὼ δὲ γράψω παράκλησιν εἰς τὰ πατριαρχεῖα, καὶ ἐὰν λύσωσί σε τοῦ δεσμοῦ, οἰκονομεῖ καὶ τὸ πνεῦ- E μά μου. ἀλλ᾽ ὁ Φώτιος ἐκώλυσε διὰ τοῦ βασιλέως τὴν πρὸς τὰ πατριαρχεῖα γραφὴν, γινώσκων ὅτι ἀδύνατόν ἐστι λυθῆναι αὐτὸν, ὥστε ἱερουργεῖν. ἔκτοτε οὖν οὐκ ἐπαύσατο πολέμους ἐγείρων κατὰ τοῦ πατριάρχου. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Μαγναύρᾳ τοῦ παλατίου καθήμενος, ἐποίει χειροτονίας ὡς πατριάρχης, καὶ κατὰ τῶν ἀνθισταμένων αὐτῷ μεγάλας κολάσεις ἐπάγων καὶ ἐξορίας. παρεσκεύασέ τε τὸν βασιλέα παραγγεῖλαι, ἵνα μηδεὶς τῶν ἀρχόντων παραγένηται εἰς τὴν κηδείαν αὐτοῦ τελευτήσαντος πικρῶς, ἀπὸ ἐπιβουλῆς αὐτοῦ. καὶ εὐθέως μετὰ τρίτην ἡμέραν τῆς

τελ-

* Quis ex ſequioribus pontificibus jam audax erit, ut his reſiſtat, & recipiat Photium, &c.

Photius 45. annis in excommunicatione vixit.

Photius a novem pontificibus damnatus.

N. Joannes enim VIII. qui abſolviſſe videbatur, de integro damnavit, ut ſupra dictum.

* Hoc de Romano pontifice intelligi? Sed cum nec poſt patriarcharum patriarcha pontifex Romanus [illegible] [illegible] adjectum.

* Vide [illegible] [illegible] in [illegible] Cod. [illegible] Romano.

* Contemnat [illegible] ab [illegible].

* f. ἕνι.

ANNO CHRISTI 870.

A πλάτης Ἰγνατίου, εἰσῆλθε μετὰ λιτῆς εἰς τὴν ἐκκλησίαν· ὅτε οἱ λειτουργοῦντες ἱερεῖς καὶ διάκονοι ἰδόντες αὐτὸν ἔφυγον, ἁπλῆ τὴν λειτουργίαν καταλιπόντες, καὶ τὰ ἅγια ἀτημέλητα κείμενα.

Τούτων δὲ πάντων γενομένων ὑπὸ Φωτίου, πῶς οὐ ψεύδονται οἱ λέγοντες λυθῆναι αὐτὸν παρὰ τοῦ πάπα Ἰωάννου; τὸν παρ' ἑτέρου δεσμευθέντα ἕτερος λῦσαι οὐ δύναται, ὥσπερ οὐδὲ ὁ πάπας Ἰωάννης τὸν Φώτιον προσδεσμευθέντα παρὰ τοῦ πρὸ αὐτοῦ, οὐδὲ οἰκονομικῶς τοῦτο γενέσθαι δώσει τις. ὁ γὰρ Χρυσόστομός φησιν, οἰκονομητέον ἔνθα οὐ παρανομητέον· καθὼς καὶ αὐτὸς ἐποίησε, παραχωρήσας τοῖς Ἐφεσίων ἐπισκόποις μετὰ τὴν καθαίρεσιν, διὰ τὰ σιμωνιακὰ λήμματα, τιμῆς ἕνεκα τὴν ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου μετάληψιν, ἀπολογησαμένοις συνήθη πρα[illegible] συνεχθῆναι εἰς τὸ ἀτόπημα. B διὰ ταῦτα πάντα ἀδύνατόν ἐστί ποτε τὴν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν δέξασθαι εἰς ἱερωσύνην οἰκονομικῶς τοὺς ἀναθεματισθέντας ἀκριβῶς παρὰ τῶν πατέρων αὐτῶν ἐπὶ με. χρόνοις, μέχρι καὶ νῦν. καλὸν τὸ εἰρηνεύειν πρὸς πάντας, φησὶν ὁ μέγας Μάξιμος, ἀλλ' ὁμονοοῦντας πρὸς τὴν εὐσέβειαν· κρεῖττον δὲ τὸ πολεμεῖν, ὅταν τὸ εἰρηνεύειν τὴν ἐπὶ τὸ κακὸν συμφωνίαν ἐργάζηται. μὴ γὰρ δὴ τοῦτο καλέσωσίν τινες οἰκουμενικὴν εἰρήνην, ἀλλὰ μᾶλλον κατατομήν. ἐγὼ C τότε φημὶ κρατύνεσθαι τὸ τῆς εἰρήνης ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα, ὅταν μὴ τῶν ἁγίων πατέρων γνώμαις ἀντιπράττω- τιταττώμεθα, μηδὲ τοῖς ἐκείνων ὅροις ἀντιταττώμεθα. τί λέγεις; ὅτι ὀρθόδοξοί εἰσιν οἱ τότε ἀναθεματισθέντες, καὶ διὰ τοῦτο χρὴ αὐτοὺς νῦν δεχθῆναι εἰς ἱερωσύνην μετανοοῦντας; ἄπαγε· πολλοὶ γὰρ ὀρθόδοξοι παρανομήσαντες ἀναθεματίσθησαν, ἀλλ' εἰς ἱερωσύνην οὐκ ἐπανῆλθον. καὶ προτρέπεται πάντας ἡμᾶς καὶ παραινεῖ ὁ θεῖος Χρυσόστομος οὕτως· χρὴ καὶ λαϊκοὺς καὶ ἱερεῖς ὑπὲρ ἀληθείας φθέγγεσθαι, καὶ κατὰ παραβατῶν ἀγωνίζεσθαι, κατὰ τὴν γραφὴν τὴν λέγουσαν· ἕως θανάτου ἀγώνισαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ κύριος ὁ Θεὸς πολεμήσει D ὑπὲρ σοῦ.

Εἶχε τὸ βιβλίον, ἐξ οὗ τὰ παρόντα μετεγράφησαν, ἐν τῷ τέλει ἀπαρίθμησιν τῶν ἁγίων ἑπτὰ οἰκουμενικῶν συνόδων· καὶ ἐδήλου διὰ ποίαν αἵρεσιν ἑκάστη αὐτῶν γέγονε, καὶ ἐν ποίῳ τόπῳ, καὶ ἐπὶ τίνων βασιλέων, καὶ τίνες ἦσαν οἱ ἐν αὐταῖς ἐξάρχοντες ἀπὸ τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ μετὰ τὴν τούτων ἀπαρίθμησιν συνέταξεν ὁ συγγραφεὺς ὀγδόην τὴν ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Μακεδόνος συστᾶσαν κατὰ Φωτίου, λέγων οὕτως.

Ὀγδόη δὲ ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ τῆς βασιλείας Βασιλείου καὶ τῶν τριῶν υἱῶν αὐτοῦ, Κωνσταντίνου, Λέοντος E καὶ Ἀλεξάνδρου· ἐπὶ Ἀδριανοῦ πάπα Ῥώμης, καὶ Ἰγνατίου τοῦ νέου θεοφόρου καὶ ὁμολογητοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῶν ἱερωτάτων τοποτηρητῶν τῆς τε πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ τῶν λοιπῶν ἀνατολικῶν πατριαρχικῶν θρόνων καὶ ἐπισκόπων, ἐξάρχοντος τῆς συνόδου Μαρίνου τοῦ θεολήπτου ἀρχιδιακόνου τῆς ἀποστολικῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας, τοῦ μετὰ ταῦτα γεγονότος πάπα· συνηθροίσθη δὲ κατὰ Φωτίου τοῦ παραβάτου καὶ σταυροπάτου καὶ καταφρονητοῦ τῶν θείων ἐνταλμάτων, καὶ κοσμικοῦ καὶ μοιχοῦ τῆς ἐκκλησίας καὶ δισεπιβήτορος, ὡς λῃστρικῶς τὴν Κωνσταντινουπόλεως



A inſidias illius patriarcha acerbe extinctus eſſet. Statimque triduo poſtquam vitam finierat, in eccleſiam cum ſolemni ſupplicationis pompa intravit. Quod ubi myſtæ qui ſacris operabantur, animadverterunt, ſemiperactis ſacrificiis aufugerunt, ſanctaque neglecta reliquerunt.

PART. III. CAP. XI.

Quæ omnia cum a Photio perpetrata ſint, quomodo non mentiuntur, qui affirmant illum a papa Joanne fuiſſe abſolutum? Qui ab altero ligatus eſt, ab altero ſolvi * non poteſt. Quemadmodum neque papa Joannes Photium a priore pontifice ligatum abſolvere potuit. Neque per modum diſpenſationis fieri poſſe quis concedat. Etenim divus Chryſoſtomus ait, ibi eſſe diſpenſandum, ubi non ſit B prævaricandum; quemadmodum & ipſe fecit, cum Epheſinis epiſcopis propter ſimoniam damnatis ſacramentorum uſum in ſacrario indulſit, cum ob rem ſacram munera accepiſſent, quod ſe defenderent, id ſe ex diu jam uſurpato more factitaſſe, atque in id criminis incidiſſe. Has omnes ob cauſas, fieri non poteſt, ut eccleſia Romana eos qui ad quadrageſimum quintum annum uſque ab ipſis patribus excommunicati manſerunt, hodieque manent, per diſpenſationem in ſacerdotium reſtituat. Pulcrum eſt, inquit magnus ille Maximus, pacem colere. Recte; ſed cum iis qui in religione ſeu fide conveniunt: tum enim præſtat bello pax, cum pax ad honeſtam & C æquam concordiam ducit. Ne vero mihi hanc tu concordiam appellites, ſed diſcordiam potius & ſectionem. Tunc enim pacis nomen atque rem valere judico, cum ſanctorum patrum decretis & auctoritati non repugnamus, aut contraria molimus. Quid dicis? orthodoxos fuiſſe tum, cum excommunicarentur, atque idcirco illos nunc reſipiſcentes ſacerdotio reſtituendos? Apage. Multi orthodoxi prævaricati ſunt, & anathemate mactati, ſed ad ſacerdotii gradum nunquam redierunt. Cunctos ſane hortatur, omneſque commonet divus Chryſoſtomus in hæc verba: Pro veritate laicis & ſacerdotibus certandum, contraque impios pugnandum, ut ſacra oracula loquun- D tur: *Ad mortem uſque pugna pro veritate, & Dominus Deus pro te pugnabit.* Eccl. 4.

* Si non reſipiſcat, ſed eſt in eodem quo prius erat, ſtare perſiſtat.

Continebat hoc volumen, unde hæc deſcripta ſunt, ſeptem ſynodorum œcumenicarum recenſionem; ſimulque declarabant, quam ob ſectam unaquæque illarum celebrata ſit, quo que in loco, quibuſque imperantibus, quique e ſanctis patribus illis præfuerint. Et poſt harum enumerationem auctor his verbis adjunxit, octavam ſub Baſilio Macedone contra Photium indictam.

Menæa Græcorum vide 16 Jul. Photium de ſeptem ſynodis, Bellarminum de conciliis.

Octava autem ſancta & œcumenica ſynodus, Conſtantinopoli celebrata eſt imperantibus Baſilio tribuſque illius filiis, Conſtantino, Leone & Alexandro: Hadriano papa E Romano, & Ignatio altero illo deifero & confeſſore patriarcha Conſtantinopolitano, & ſacratiſſimis legatis veteris Romæ, reliquorumque patriarchalium thronorum, atque centum & duorum epiſcoporum, ſynodum auſpicante gratiſſimo Dei archidiacono Marino, qui poſtea pontificatum geſſit, contra Photium prævaricatorem, perjurum, cruciſque violatorem, divinarumque legum contemptorem, profanum & adulterum eccleſiæ, quam bis per vim invaſit, & latronis more bis Conſtantinopolitanam cathedram occupavit, & prope gentium more in eccle-

PART. III. CAP. XI.

ſiam Dei perſecutionem movit, atque incur- A
rit, & fere omnes ad ſinceræ fidei noſtræ
ſignum, crucis inquam ſymbolum certiſſi-
mum, & ſui cujuſque chirographi negatio-
nem adegit, atque vanitatis conciliabulum
coegit, fictitios legatos ſuppoſuit, crimina-
tiones & calumnias in beatiſſimum papam
Nicolaum, inculpatumque patriarcham Igna-
tium, atque omnes veræ pietatis propugna-
tores concinnavit, qui ab illius immanita-
te & errore, cum hominem duas habere
animas aſſereret, abhorrebant. Hunc Pho-
tium a Gregorio Syracuſano olim epiſcopo,
tamquam ab exauctorato & excommunica-
to, ſubito & repente tonſum ac conſecra-
tum (qui germanum ſedis antiſtitem Igna- B
tium per tyrannidem ejecit, ſoliumque vi
occupavit, acerbiſſimumque vexatorem egit,
novum quoque & perverſum de duplici ho-
minis anima dogma procudit) omneſque ſe-
ctatores illius & inaugurationes ſancta ſyno-
dus ad præſcriptum judicii prius a ter bea-
tiſſimo Nicolao papa, qui Hadrianum præ-
ceſſit, in ſynodo Romana facti, proſcripſit
& damnavit, ſimulque ſanctum ſeptimum
concilium, Nicænum inquam ſecundum con-
firmavit, & ſumma auctoritate Theodotum
Antoniumque ſedis Conſtantinopolitanæ ſuc-
ceſſores, qui rem eccleſiaſticam male cura-
runt, damnationis ſententia jugulavit. His
adde & Theodorum cognomento Crithinum, C
qui invitam ſuperis Iconomachorum ſectam
revocare conabatur.

Venerandum vero imaginum cultum clariſ-
ſimo præconio promulgavit, unamque dum-
taxat animam ineſſe homini ratione & intel-
ligentia pollentem, ex utriuſque veteris &
novi teſtamenti auctoritate docuit & ſanxit.

Decrevit etiam, nullum amplius ex civili
magiſtratu, aliove quocumque politico ſta-
tu vel ordine, ſubito in pontificium thro-
num evehendum. Similiter declaravit, uti
nulli ad ſacerdotii dignitatem recipiendam re-
ditus pateret, qui unquam ſignum & chiro-
graphum crucis perjurio violare, aut cum D
Photianis communicare, aut quocumque mo-
do Photianos, immo mœchianos ſeu adulte-
ros pro ſacerdotibus rurſum agnoſcere recipe-
reve auſus fuiſſet, poſtquam in Conſtantino-
politana ſynodo ſententia adverſus illos eſt
pronuntiata.

Neque ignorandum præterea, Mapam illum
Neocæſarienſem metropolitam Stylianum, * ſe-
ptennio poſt quam epiſtolam a Formoſo, de
qua ſupra ſcriptum eſt, acceperat, ſtolida per
amicos & cognatos ſuperbia elatum, relicto
veritatis tramite (nempe communicando cum
Photianis) in contraria verſum dogmata,
ſcripſiſſe Romam, petiviſſeque ordinationem
ipſius, & facultatem communicandi cum Pho- E
tianis. Papa vero Joannes cum hujuſmodi
Mapæ petitionem accepiſſet, perpendiſſetque;
veritus ne forte per irriſionem & contem-
ptum hæc ſcripta eſſent, neve Græci lude-
rent Romanos, ſi illorum petitioni ſatisfeciſ-
ſet; neque conceſſit quod petivit, neque ſua
manu (ad Stylianum) reſcripſit: ſed ad il-
lius litteras in hunc modum reſpondit.

Gratias quas par eſt, honoratiſſime frater,
tuæ caritati habemus, quod nunquam a ma-
tre tua, ſancta inquam & catholica apoſtoli-
caque Romana eccleſia, deficere volueris: nul-

* Septem annos CC. & R. habent. Bar. novem ſcribit.

Joannes IX hic fuit.

Epiſtola Joannis IX P. ad Stylianum A. C. DCCCXCV

θρόνον ἐκ δευτέρου κρατήσαντος, καὶ διωγμὸν ἐπεγείραντος παραπλήσιον τῆς ἑλληνικῆς καταδρομῆς εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, καὶ ἐξάρνους πάντας σχεδὸν γενέσθαι τοῦ συνεκτικωτάτου τῆς καθ' ἡμᾶς εἰλικρινοῦς πίστεως σταυρικοῦ καὶ σεβασμίου τύπου καὶ τῶν ἰδίων ὑπογραφῶν βιασαμένου· καὶ συνέδριον ματαιότητος μετὰ ψευδοτοποτηρητῶν συστησαμένου, καὶ συκοφαντίας καὶ διαβολὰς κατὰ Νικολάου τοῦ ἁγιωτάτου πάπα, κατά τε τοῦ ἀνεπιλήπτου πατριάρχου Ἰγνατίου, καὶ κατὰ πάντων ζηλωτῶν τῆς εὐσεβείας, τῶν μὴ κοινωνούντων τῇ μιαιφονίᾳ αὐτοῦ, καὶ δύο ψυχὰς ἔχειν τὸν ἄνθρωπον δυσσεβῶς δογματίσαντος. τοῦτον τὸν Φώτιον, ὡς ὑπὸ καθῃρημένου καὶ ἀναθεματισμένου Γρηγορίου τοῦ ποτε Συρακούσης ἐπισκόπου αὐθήμερον καὶ ἀποσφάλως ἀποκαρέντα καὶ χειροτονηθέντα, καὶ τοῦ θρόνου τὸν ἔνθεσμον ἀρχιερέα Ἰγνάτιον τυραννικῶς ἐξωθήσαντα, καὶ τὸν B θρόνον κατασχόντα, καὶ διώκτην πικρότατον γεγονότα, καὶ ἐφευρόντα τὸ ἐνδιάστροφον τῆς διψυχίας δόγμα, καὶ πάντας ὁμόφρονας αὐτοῦ καὶ τὴν χειροτονίαν αὐτοῦ ἡ ἁγία σύνοδος ἀπεβάλετο καὶ ἀνεθεμάτισε κατὰ τὴν ἤδη προγενομένην κρίσιν συνοδικῶς ἐν τῇ Ῥώμῃ ὑπὸ τοῦ τρισμακαριωτάτου πάπα Νικολάου τοῦ προκατόχου Ἀδριανοῦ. ἐπεκύρωσε δὲ καὶ τὴν ἁγίαν ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον, ἑβδόμην σύνοδον, καὶ μεγάλως ἀνεθεμάτισε Θεόδοτον καὶ Ἀντώνιον τοὺς κατὰ διαδόχους, τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως κακῶς προεδρεύσαντας· ἔτι γε μὴν καὶ Θεόδωρον τὸν ἐπιλεγόμενον Κρίθινον, τοὺς C ἀνακαινίσαι πειραθέντας τὴν τῶν Εἰκονομάχων θεοστυγῆ αἵρεσιν.

Καὶ ἐκήρυξε διαπρυσίως τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησιν, καὶ ἐδόξασε μίαν ψυχὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν ἔχειν τὸν ἄνθρωπον κατὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς παλαιᾶς τε καὶ καινῆς διαθήκης.

Ὥστε δὲ, μηκέτι ἐξὸν εἶναι ἐξ ἀρχοντικῆς, ἢ ἄλλης τῆς οἱασοῦν κοσμικῆς τάξεως, λαϊκὸν ἀθρόως ἀναβιβάζεσθαι εἰς τὸν τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον. ὡσαύτως ἀπεφήνατο καὶ τὸ μὴ ἔχειν πρὸς διόρθωσιν τῆς ἱερωσύνης ἐπανάκλησιν τοὺς κατατολμήσοντας ποτε σταυροπατῆσαι καὶ συγκοινωνῆσαι, ἢ ὡς ἱε- D ρεῖς ὁπωσοῦν τοὺς Φωτιανούς, μᾶλλον δὲ μοιχιανοὺς ἀποδέξασθαι πάλιν, μετὰ τὴν κατ' αὐτῶν ἐξενεχθεῖσαν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνοδικῶς ἀπόφασιν.

Ἐπὶ τούτοις ἰστέον, ὅτι ὁ Μάπας ὁ μητροπολίτης Νεοκαισαρείας ὁ Στυλιανός, μετὰ τὸ δέξασθαι, καθὼς γέγραπται ἐν τοῖς προλαβοῦσιν, ἑπτὰ χρόνων παραδραμόντων, χαυνωθεὶς ὑπὸ τῶν φίλων καὶ συγγενῶν, καὶ καταλιπὼν τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν τῆς ἀληθείας, ἐπὶ τὰ ἐναντία τῶν δεδογμένων ἐτράπη, καὶ ἔγραψε πρὸς τὴν Ῥώμην, αἰτούμενος πεμφθῆναι ἐκεῖθεν χειροτονίαν αὐτοῦ, καὶ ἐπιτροπὴν ἐκεῖθεν λαβεῖν τὸ συγκοινωνῆσαι αὐτοῖς. ὁ δὲ πά- E πας Ἰωάννης δεξάμενος καὶ πεψάμενος τὴν τοιαύτην τοῦ Μάπα αἴτησιν, ἐσκέψατο, μή ποτε κατ' εἰρωνείαν τοιαῦτα ἔγραψε, πρὸς τὸ ἐξουθενῆσαι τοὺς Ῥωμαίους, εἰ τοῦτο ποιήσουσι. διὸ οὔτε ἐπέτρεψεν, οὔτε τὸ ἰδιόγραφον ἀπέστειλεν· ἀλλ' ἀντέγραψε πρὸς αὐτὸν γράμμα ἔχον οὕτως.

Ἀξίας χάριτας, τιμιώτατε ἀδελφέ, τῇ σῇ ἀγάπῃ ἀναφέρομεν, ὅτι οὐδέποτε ἀπὸ τῆς σῆς μητρὸς τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας παρεκκλῖναι ἠθέλησας. οὐδὲ τινὲς γὰρ βα-

ANNO CHRISTI 870.

ANNO CHRISTI 890.

PART. III. CAP. XI.

ut Bar. habet: at noſtri codices DCCCXCIII

βάσανοι, ἢ ἐξορίαι, ἢ ἀπάται τῶν πορνοβοσκησάντων ἠδυνήθησάν σε σχίσαι ἀπὸ τῆς σῆς μητρός. μέμνηγε πιστεύω τῇ θάλψει τῆς σῆς εὐχῆς καταμαλαχθῆναι τὴν τῶν καρδιῶν σκληρίαν τῶν μελλόντων σωθῆναι, καὶ τὴν ἐκζητουμένην εἰρήνην προσκαλέσασθαι· ὃ βέβαιον φαίνεται τεκμηρίοις· καὶ τὸ σχίσμα τῶν μ. σχεδὸν ἐτῶν εἰς τὴν προτέραν ὑγείαν ἐπανελθεῖν. ἃ γὰρ ἡ σὴ μήτηρ ἠθέτησε μέχρι τῆς δεῦρο, καὶ σὺ ἠθέτησας· καὶ οἷς ἐπεσίδασεν, ἐπεσίδασας καὶ αὐτός.

Βουλόμεθα οὖν καὶ νῦν ὅπως κατ' αὐτὴν τὴν τάξιν αἱ διατάξεις τῶν ἁγιωτάτων πρὸ ἡμῶν ἀρχιερέων ἀπαράσπαστοι διαμείνωσι. διὸ καὶ Ἰγνάτιον, Φώτιόν τε, Στέφανον καὶ Ἀντώνιον, καθὼς ὁ ἁγιώτατος πάπας Νικόλαος, καὶ Ἰωάννης, καὶ ἕκτος Στέφανος, καὶ πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία μέχρι τοῦ νῦν ἐκράτησε, καὶ ἡμεῖς αὐτοὺς τῇ αὐτῇ ἀποδεχόμεθα καὶ κρατοῦμεν τάξει. καὶ αὐτοῖς τοῖς περιοῦσι τῆς αὐτῶν χειροτονίας τῇ αὐτῇ τάξει χεῖρα ὀρέγομεν, καὶ ἵνα σὺ μεθ' ἡμῶν ὡσαύτως χεῖρα ὀρέξῃς, παραινοῦμεν. καὶ εἰρήνης καὶ κοινωνίας εὐλογίαν αὐτοῖς ἀποδῶμεν, καὶ αὐτῶν ὅπως δηλονότι φυλαττόντων τὰς τάξεις.

Τὸ δὲ σοῦ χειρόγραφον, ὃ ἐποίησας ἡμῖν, πλεῖστα ἐκζητήσαντες, οὐχ εὕρομεν.

Σχόλιον.

Σκοπητέον τὰ τῆς τοιαύτης ἐπιστολῆς πεφροντισμένα ῥήματα. καὶ γὰρ οὐδὲ οὗτος ὁ πάπας ἔλυσεν ἢ ἀπεδέξατο Φώτιον, ἢ τὴν χειροτονίαν αὐτοῦ· ἀλλ' ἐπεβεβαίωσε τὰς κρίσεις τῶν προκατόχων αὐτοῦ. εἰπὼν δέ· οὐδέ τινες βάσανοι, ἢ ἐξορίαι, ἢ ἀπάται τῶν πορνοβοσκησάντων ἠδυνήθησάν σε ἀποσχίσαι τῆς μητρός σου τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας· τύραννον καὶ διώκτην, καὶ πορνοβοσκὸν ἐνέφηνε δηλαδὴ τὸν Φώτιον. παρακατιὼν δὲ ἀπέδειξε καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν μὴ σεσωσμένους, μήτε ὑγιαίνοντας ἐπὶ ἔτη μ. τῷ λόγῳ τῆς ἱερωσύνης· καὶ ἐντέλλεται ἀπεριστάστως φυλαχθῆναι τὰς διατάξεις τῶν προκατόχων αὐτοῦ, τὰς θεσπισθείσας δηλονότι κατὰ Γρηγορίου τοῦ Συρακούσης, καὶ Φωτίου, καὶ τῶν χειροτονιῶν αὐτῶν. εἰπὼν ὡς ταύτῃ τῇ προωρισμένων ἐκείνων κρίσει καὶ τάξει, καὶ ἡμεῖς αὐτοὺς ἀποδεχόμεθα καὶ κρατοῦμεν· τὸν μὲν Ἰγνάτιον καθωσιωμένον προδήλως, τοὺς δὲ λοιποὺς ἀκαθοσιώτους. ἕκτος δὲ ἀπὸ Νικολάου, ὁ κατακρίνας τὸν Φώτιον, καὶ δικαιώσας Ἰγνάτιον. εἶθ' οὕτως Ἀδριανὸς, καὶ μετ' αὐτὸν Ἰωάννης, καὶ μετὰ τοῦτον Μαρῖνος, καὶ μετὰ Μαρῖνον Ἀδριανὸς ἕτερος, καὶ ἕκτος Στέφανος, ἔπειτα Φόρμοσος, καὶ μετὰ τοῦτον ἄλλοι τέσσαρες ἦσαν, Βονιφάτιος, Στέφανος, Ῥωμανὸς καὶ Θεόδωρος, καὶ μετ' αὐτοὺς Ἰωάννης ὁ ταῦτα γράψας. εἰπὼν δὲ, ὅτι καθὼς καὶ πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία μέχρι τῆς δεῦρο ἐκράτησε, συμπεριέλαβε πάντως καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν πατριάρχας, ὧν τὰς διατάξεις εἶπε κρατεῖν καὶ αὐτόν· ὡς ἀδύνατον εἶναι τὰ δύο γίνεσθαι, καὶ τὰς διατάξεις ἐκείνων κρατεῖν, καὶ τοὺς ἀποβληθέντας παρὰ τῶν διατάξεων ἐκείνων δεχθῆναι εἰς ἱερωσύνην πανσύνολον. ἀλλὰ μόνον εἰρήνης αὐτοὺς καὶ κοινωνίας εὐλογίαν ἀπολαβεῖν, οἷα λαϊκοὺς, ὡς ἀριδήλως δεδήλωκεν.

la quippe tormenta, exilia nulla, nec artes & lenocinia ulla te ab eccleſia matre tua avocare potuerunt. Omnino tamen ſpero tuarum ardore precum dura illorum pectora, qui ad beatam deſtinati ſunt vitam, flexum iri, pacem diu expetitam poſtliminio redituram, ( quod ſane perquam certis futurum argumentis apparet ) & ſchiſmatis diſſidium, quod ad quadrageſimum jam annum duravit, ad priſtinam ſanitatis concordiam reductum iri. Quæcumque enim hactenus tua mater eccleſia damnavit, & tu damnaſti; quæ probavit, & tu probaſti.

Quapropter & nunc ſanctiſſimorum pontificum, qui nos præceſſerunt, decreta eodem eſſe loco, incorrupteque volumus obſervari. Itaque Ignatium, Photium, Stephanum & Antonium eodem nos loco, quo ſanctiſſimus papa Nicolaus, & Joannes & Stephanus ſextus, totaque eccleſia Romana habuerunt, habemus, recipimus & tenemus. Et quicumque ex ordine ab illis conſecratorum ſuperſunt, manum præbemus, atque ut tu pariter nobiſcum illis manum porrigas, monemus. Pacem quoque illis & communionis gratiam reddimus, ſi tamen ipſi leges a nobis præſcriptas obſervarint.

Sed chirographum tuum, quod feciſti, licet diu multumque a nobis quæſitum, reperire tamen nuſquam potuimus.

Conſideranda ſunt porro probe meditata hujus epiſtolæ verba. Neque enim hic papa abſolvit aut recepit Photium, illiuſve ordinationem; ſed priorum pontificum ſententias confirmavit. Cum autem dixit; Nulla tormenta, vel exilia, vel fraudes, vel lenocinia adulterorum te a matre tua eccleſia Romana potuerunt avellere; tyrannum utique & perſecutorem, & lenonem ſeu adulterum inſinuavit Photium. Ulterius vero progreſſus oſtendit, nec eos qui Photio in patriarchatu ſucceſſerunt ad quadrageſimum uſque annum, ſalvos, ſanave ſecutos fuiſſe, ſoloque nomine ſacerdotes extitiſſe. Præcepitque priorum pontificum decreta contra Photium & Gregorium Syracuſanum edita, nulla ratione violanda eſſe. Cum rurſus dixit: Eodem nos loco, quo priores pontifices, habemus ac tenemus; Ignatium quidem conſecratum aperte dicit, ceteros autem perinde quaſi pro non conſecratis habendos. Sextus porro ( Stephanus fuit ) a Nicolao, qui Nicolaus I. Photium damnavit, & Ignatium abſolvit: ſecundus, Hadrianus: tum Joannes ( VIII. ) deinde Marinus: quintus, Hadrianus III. poſtea Stephanus VI. hunc Formoſus; Formoſum alii quatuor ſunt ſecuti, Bonifacius, Stephanus ( VII. ) Romanus, Theodorus, & poſt hos omnes Joannes ( IX. ) qui hæc ſcripſit. Cum porro dixit: Quemadmodum tota eccleſia ad hodiernum uſque diem tenuit ) complexus eſt omnes qui ſe præceſſerunt & ſecuti ſunt pontifices, quorum decretis ſe quoque ſtare dicit. Ut fieri non poſſit hæc duo ſimul vera eſſe, ut decreta illorum ſervet, & per illorum decreta exauctoratos ad ſacerdotium omnino recipiat. Sed pacis dumtaxat & communionis gratiam ritu laicorum illis impertiendam ſignate declaravit.

*Optima declaratio.*

A

### *De eodem Photio ſummatim ex hiſtoria Joannis Thraceſii cognomento Scylizæ.*

IGnatius Nicephori imperatoris ex filia nepos, Michaelis ex-imperatoris filius, virilitate adempta fit monachus. Deinde virtute illius longo tempore explorata, ad patriarchatus dignitatem evehitur. Hic Bardam, quòd innocentem conjugem repudiaſſet, & nurum inceſtaſſet, a ſacris ſacramentis arcuit. A quo cum Bardas ſæpius fruſtra veniam poſtulaſſet, ille Ignatium per vim de ſolio dejectum, variiſque & intolerandis cruciatibus afflictum Mitylenem exulatum miſit. Quin & alii epiſcopi ultima quæque paſſi ſunt, quod Bardæ acta non probarent. Enimvero tandem alii partim minis, partim præmiis ſolicitati ceſſere. Tum Bardas Photium eruditionis laude præſtantem, qui imperatori primus a ſecretis erat, extemplo ad patriarchatus culmen extulit. Poſtquam deinde veteris Romæ legati contra Iconomachos Conſtantinopolim miſſi venerunt, illi quoque inducti ſunt, ut Ignatium damnarent. Quare, in ſacra apoſtolorum æde conciliabulo coacto, revocatum ab exilio Ignatium publica exauctoratione deponunt.

Hæc ex Michaelis Theophili filii hiſtoria: quæ vero ſequuntur, ex Baſilii Macedonis, deprompta ſunt; quorum hæc eſt ſententia. Neque ſtatum eccleſiaſticum imperator ulla ratione immutavit, ſed curavit tantum. Ejectum enim ex patriarchatu quem invaſerat, Photium per ſynodum in ordinem redegit, quoad juſtis creatum ſuffragiis Ignatium Deus ipſe e vita evocaret, qui contra jus faſque a Barda Cæſare exturbatus erat, quem Baſilius in ſedem Conſtantinopolitanam reduxit, pacemque & tranquillitatem eccleſiæ reddidit. Dein poſt aliam quamdam narrationem hæc ſubjungit.

*Aliter Zonaras de cauſa Ignatii reſtituti & Photii ejecti diſſerit, cum quo facit Hamartolus.*

Ignatio præſentem vitam cum futura commutante, reddidit imperator Photio ſedem. Monachus erat quidam, cui plurimum fidebat imperator, Santabarenus nomine, qui paſſim male audiebat. Unde & a Leone ſapiente imperatore veluti præſtigiator & impoſtor, ut qui imperatorem Baſilium a ſana mente & conſiliis abduceret, carpebatur. Quæ cum illius animum morderent, ultum iturus, qui ſibi moleſtus erat, Leonem, adverſus illum ſimulat amicitiam, illique peſſimorum conſiliorum auctor exiſtit, quæ Leo admittit. Santabarenus vero iis quæ Leo ſe auctore faciebat, contra Leonem abuſus, illum apud Baſilium accuſat, patremque graviter in filium per calumnias concitat: quem pater in quodam palatii domicilio, quod Margarites nominatur, incluſum cuſtodiendum curat, regiaque inſignia detrahit. Quod ſi imperator plenam Santabareno fidem adhibuiſſet, filium penitus exoculaſſet. Sed poſtquam aliquamdiu Leo in carcere detentus fuit, tandem Santabarenus, quamvis ægre, ab aula exturbatur.

*Hic finiunt ea quæ ex Radero Romanæ editioni addita ſunt, de quibus vide notas [illegible].*

### Ἐκ τῆς ἱστορικῆς τοῦ Θρακησίου Ἰωάννου, τοῦ καὶ Σκυλίτζη ἐπιλεγομένου περὶ τοῦ αὐτοῦ Φωτίου κατ' ἐπιτομήν.

ΙΓΝΑΤΙΟΣ ὁ Νικηφόρου μὲν τοῦ βασιλέως θυγατριδοῦς, υἱὸς δὲ τοῦ Μιχαὴλ τοῦ ἐκπεπτωκότος τῆς βασιλείας, μετὰ τὴν πατρικὴν ἔκπτωσιν τὰ παιδογόνα μὲν ἀφαιρεῖται μόρια, γίνεται δὲ μοναχός. καὶ μετὰ τοῦτο διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ χρόνου ἐπιμαρτυρηθεῖσαν αὐτοῦ ἀρετὴν, εἰς τὸν τῆς πατριαρχείας θρόνον ἀνάγεται. οὗτος τὸν Βάρδαν ἐπὶ τῇ τῆς γυναικὸς ἀναιτίῳ ἀποβολῇ, τῇ δὲ τῆς οἰκείας νύμφης περιπλοκῇ, τῆς ἐκκλησίας ἀπεῖργεν. B ὃν ἐπεὶ πολλὰ λιπαρῶν καὶ δυσωπῶν ὁ Βάρδας συγχωρήσεως ἀξιωθῆναι οὐκ ἔπεισε, τῆς ἐκκλησίας βίᾳ ἐκβάλλει, καὶ μετὰ πολλὰς καὶ ἀνυποίστους κολάσεις ὑπερόριον ἐν Μιτυλήνῃ ποιεῖ. ἔπαθον δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἐπισκόπων τὰ ἔσχατα, ὅτι μὴ ἠρέσκοντο τοῖς γινομένοις· ἀλλ' ἐνέδωκαν ὕστερον, οἱ μὲν ἀπειλαῖς, οἱ δὲ ὑποσχέσεσιν. ὅθεν ὁ Βάρδας Φώτιον ἄνδρα ἐπὶ σοφίᾳ γνώριμον, πρωτασηκρήτης ὄντα, τηνικαῦτα προχειρίζεται πατριάρχην. ἐπεὶ δὲ παρῆσαν καὶ τοποτηρηταὶ τοῦ πάπα Ῥώμης κατὰ τῶν Εἰκονομάχων σταλέντες, πείθουσι καὶ αὐτοὺς Ἰγνατίου καταψηφίσασθαι. διὸ καὶ ἐν τῷ τῶν ἀποστόλων θείῳ τεμένει συνέδριον ἠθροικότες, δεδημοσιευμένῃ καθαιρέσει καθυποβάλλουσι τὸν Ἰγνάτιον, C τῆς ἐξορίας μεταπεμψάμενοι.

Ταῦτα ἐκ τῆς τοῦ κατὰ Μιχαὴλ τὸν υἱὸν Θεοφίλου ἱστορίας περιείληπται· τὰ δὲ ἑξῆς ἐκ τῆς τοῦ μετ' αὐτὸν Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος βασιλέως. ἔχει δὲ καὶ ταῦτα οὕτως. οὐδὲ τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἐπιστροφὴν παρ' οὐδὲν ὁ βασιλεὺς ἔθετο, ἀλλὰ καὶ τούτων ἐπεμελήθη. ἐκβαλὼν γὰρ τῆς ἀρχιερωσύνης μετὰ καὶ συνόδου τὸν ἐπεισπηδήσαντα τῇ ἀρχῇ Φώτιον, αὐτὸν σχολάζειν ἐκέλευσεν, ἕως ἂν τὸν δικαίως ταχθέντα πρὸς ἑαυτὸν μεταστήσει ὁ Θεὸς τὸν Ἰγνάτιον, τὸν παρανόμως ἐκβληθέντα παρὰ Βάρδα τοῦ Καίσαρος, ὃν καὶ κατέστησεν εἰς τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, καὶ D οὕτως γαλήνην τὴν ἐκκλησίαν παρεσκεύασεν. καὶ πάλιν μετά τινα ἑτέραν διήγησιν γράφει οὕτως.

Ἰγνατίου δὲ τοῦ πατριάρχου τὴν παροῦσαν ἀνταλλαξαμένου ζωὴν, ἀπέδωκεν αὖθις Φωτίῳ τὴν ἐκκλησίαν ὁ βασιλεύς. μοναχός τις ἦν τῶν πάνυ φιλουμένων καὶ πιστευομένων Βασιλείῳ τῷ βασιλεῖ. ἦν δ' οὗτος καὶ ἱερεὺς, ὃν Σαντυβαρηνὸν κατωνόμαζον. περὶ τούτου οἱ πολλοὶ τῶν τηνικαῦτα ἀνθρώπων οὐκ ἀγαθὴν δόξαν ἔτρεφον. διὸ ἔστιν οὗ καὶ παρὰ Λέοντος τοῦ σοφοῦ τοῦ βασιλέως διεκωμῳδεῖτο, ὡς ἀπατεὼν καὶ γόης, καὶ τὸν βασιλέα τῶν καθηκόντων ἐξάγων λογισμῶν, ὑφ' ὧν δακνόμενος ὁ Σαντυβαρηνὸς τὴν ψυχὴν, καὶ ἀνταμύνεσθαι θέλων καὶ σπεύδων τὸν λυποῦντα, φιλίαν E ὑποκρίνεται πρὸς αὐτὸν, καὶ συμβουλεύει τὰ μὴ προσήκοντα· ὁ δὲ πείθεται. καὶ ὁ Σαντυβαρηνὸς, οἷς * ὡς Λέων ἐποίει κατὰ συμβουλὴν ἐκείνου, τούτοις εἰς διαβολὴν αὐτοῦ ἐχρήσατο πρὸς τὸν * παρὰ Βασίλειον, κἀντεῦθεν παροξύνει αὐτὸν κατὰ τοῦ υἱοῦ· καὶ ἔν τινι τῶν βασιλείων οἴκων, ὃς Μαργαρίτης κατονομάζεται, ἔμφρουρον τοῦτον πεποίηκεν ὁ πατὴρ, ἀφαιρεῖται δὲ καὶ τὰ τῆς βασιλείας παράσημα. καὶ εἰ τὸ ὅλον τῷ Σαντυβαρηνῷ ἐπείθετο, καὶ πηρῶσαι τὸν υἱὸν εἶχεν· ἐπεὶ δὲ ἐχρόνισεν ὁ Λέων ἐν τῇ εἱρκτῇ, μόλις οὗτος ἐκβάλλεται.

* ἴσ. ἐ.

* ἴσ. πατέρα.

ΠΕ-

## ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΥΠΟ ΦΩΤΙΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ ψευδοσυνόδου τοῖς ἐντευξομένοις.

ΤΗΣ ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ὀγδόης συνόδου συγκροτηθείσης, ὁ μὲν θεῖος Ἰγνάτιος εἰς τὸν ἴδιον θρόνον ἀποκατέστη, καὶ ἐπὶ δέκα ἔτη τὸ δεύτερον θεαρέστως τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει διέθυνεν ἐκκλησίαν. Φώτιος δὲ καθαιρέσει τε ὑποβληθεὶς, καὶ ὑπερορίᾳ κατακλεισθεὶς, ἐν τούτῳ πάσῃ μηχανῇ τὴν Βασιλείου τοῦ αὐτοκράτορος εὔνοιαν ἑαυτῷ ἐμνηστεύετο, ἔκ τε τῆς ὑπερορίας ἀνακληθῆναι ἐσπούδαζεν. ὃ δὴ βιβλίον πλαστογραφήσας, ψευδῆ τινα γενεαλογίαν τοῦ βασιλέως ἐμυθολόγησε, τὸ Βασιλείου κράτος εὐτυχέστατόν τε καὶ πολυχρονιώτατον μαντευόμενος παλαιοῖς ταῦτα χάρταις γράμμασιν Ἀλεξανδρινοῖς ἐγχαράξας, ὥστε δόξαν ἀρχαιότητος τὸ σύγγραμμα φέρειν· καθυπουργοῦντος δὲ αὐτῷ Θεοφάνους τινὸς, ἀνδρὸς παρά γε τῷ βασιλεῖ μέγα δυναμένου ἐπὶ σοφίας ὀνόματι, λάθρα τῇ τοῦ παλατίου βιβλιοθήκῃ τὸ τοιοῦτον σύγγραμμα ἐνετίθετο. εἶτα ὁ Θεοφάνης καιροῦ λαβόμενος, τὸ βιβλίον τῷ βασιλεῖ ὑποδείκνυσι, πολλὰ φάσκων ἐν ἐκείνῳ ἀσαφῆ τε καὶ μυστηριώδη ἐναποκεῖσθαι, μὴ ἂν ἄλλως ὑφ' ἑτέρου σαφηνισθῆναι δυνάμενα, ἢ μόνου Φωτίου. ὁ δὲ βασιλεὺς τῆς ἀποκρύφου ταύτης γνώσεως τῷ πόθῳ ὑπερζέσας, ἄφνω εὐθὺς ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς ἐξορίας μετεκαλέσατο. πρὸς τούτοις καὶ ὁ Σανταβαρηνὸς ἀνὴρ γόης καὶ πανουργίᾳ διαφέρων, Φωτίῳ δὲ εἰς τὰ μάλιστα ᾠκειωμένος, φίλτροις καὶ φαρμακείαις τὸν βασιλέα καταγοητεύσας, τὴν πρὸς τὸν Φώτιον ἐκείνου δυσμένειαν εἰς εὔνοιάν τε μετέβαλε καὶ οἰκείωσιν. ἐντεῦθεν ἐκ τοῦ Στενοῦ, ἔνθα ἐξόριστος διέτριβεν, ἐπανέρχεται Φώτιος εἰς Κωνσταντινούπολιν· καὶ μηδόλως παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰγνατίου δυνηθεὶς εἰς κοινωνίαν παραδεχθῆναι, τὰ τῆς ἱερωσύνης ὅμως ἐν τοῖς βασιλείοις ἐπετέλει μυστήρια, ἐνέδραις συνεχέσι καὶ σκευωρίαις τῷ ἱερωτάτῳ ἐπιβουλεύων ἀνδρὶ, καὶ εἰς τὸν ἐκείνου θρόνον εἰσπηδῆσαι λαθραίως ἀποπειρώμενος. μετ' οὐ πολὺ δὲ μεταστάντος Ἰγνατίου τοῦ μακαρίου εἰς τὴν ἀγήρω ζωήν· καίτοι ἔργον Φωτίου τὸν ἐκείνου θάνατον γενέσθαι Στυλιανὸς μαρτυρεῖ· μετὰ τρίτην ἡμέραν ἐπὶ τὸν πατριαρχικὸν πάλιν αὖθις θρόνον ἐπεισέφρησε Φώτιος, ὠμότητα μὲν καὶ λύτταν κατὰ τῶν οἰκείων Ἰγνατίου θεραπόντων ἐνδεικνύμενος, τὰς ἱερὰς δὲ λύων ἐκείνου θεσμοθεσίας· καὶ τοὺς μὲν κανονικῶς καταστάντας ἐπισκόπους ἀποκινῶν, πάντα δὲ βιαίως καὶ τυραννικῶς ἐργαζόμενος. εἶτα καὶ Θεόδωρον ἐπίσκοπον πρὸς Ἰωάννην ἀποστέλλει τὸν πάπαν ἀποκρισιάριον, δι' ἐκείνου δηλῶν, ὡς ὑφ' ὅλης τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας ἀναγκασθεὶς τὴν πατριαρχικὴν αὖθις ἀναλάβοι ἀξίαν, ψευδολογίας καὶ ἀναιδείας ὑπερβολὴν μηδεμίαν ὑπολιπών. στέλλονται καὶ παρὰ βασιλέως πρέσβεις, πολλὰ τὸν πάπαν ἐκλιπαροῦντος κοινωνίας τε μεταδοῦναι τῷ Φωτίῳ, καὶ τὴν ἐκείνου προβολὴν αὐθεντικῶς ἐπικυρῶσαι· ταύτῃ μόνον εἰρηνεύσειν διαβεβαιουμένου τὴν Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίαν σχίσματι πολυχρονίῳ τεταραγμένην. ὁ γοῦν πάπας ταῖς βασιλικαῖς δεήσεσιν ἐπινεύσας, πρὸς εἰρηναίαν τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης κατάστασιν Φωτίῳ μὲν συγχωρεῖ διαδέξασθαι τὸν Ἰγνάτιον, προσδιορίζεται δ' οὖν ὅμως ταῦτα· ἵνα συγγνώμην Φώτιος αἰτήσηται ἐπὶ τῆς συνόδου, ἣν ἐπὶ τούτῳ ἔδει συγκροτηθῆναι· καὶ ὥστε τὴν Βουλγαρικὴν ἐπαρχίαν ἀποδοῦναι τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκ-

## ADMONITIO AD LECTOREM de pſeudoſynodo Photii.

XIII. *Quæ hic inferius de Photio dicuntur, ex Niceta ferè omnia excerpta ſunt in vita ſancti Ignatii. Vide ea quæ notavit Severinus Binius in conciliabulum Conſtantinopolitanum pſeudooctavum ſub Joanne VIII. papa.*

OCtavo generali concilio peracto, ſanctus Ignatius priſtinæ patriarchali ſedi reſtitutus, per decem annos ſanctiſſime Conſtantinopolitanam rexit eccleſiam. Quo tempore Photius, qui a concilio damnatus, atque in exilium erat ejectus, omnem dedit operam, ut & Baſilii imperatoris animum ſibi reconciliaret, & ipſe ab exilio revocaretur. Quamobrem librum confecit, in quo fabuloſam imperatoris genealogiam pertexens, Baſilii imperium non modo feliciſſimum, ſed etiam diuturnum fore prædicebat: quæ in vetuſtiſſima charta ad antiquitatis ſpeciem exprimendam Alexandrinis litteris deſcripſit, & cujuſdam Theophanis opera, qui apud imperatorem propter doctrinæ exiſtimationem plurimum auctoritate valebat, clam in palatina bibliotheca collocandum curavit. Opportuno deinde tempore idem Theophanes imperatori librum oſtendit, affirmans multa in illo arcana & obſcura contineri, quæ ab uno Photio declarari poſſent. Magna flagrans cupiditate imperator cognoſcendi quæ in confictо libro continebantur, illum ſtatim ab exilio accerſiri juſſit. Santabarenus etiam magus ac ſceleſtiſſimus, Photii vero amiciſſimus, eſculenta quædam & poculenta pharmaca imperatori appoſuit, quibus Photium imperatori antea inviſum, carum illi acceptumque reddidit. E Steno igitur, ubi tunc exulabat, Conſtantinopolim reverſus Photius, tametſi nunquam a ſancto Ignatio, ut ad communionem admitteretur, impetrarat, in regia tamen domo eccleſiaſtica munera obire, eidem viro ſanctiſſimo inſidiari, clamque ejus invadere ſedem non deſiſtebat. Paulo poſt cum beatus Ignatius ad cæleſtem patriam eſſet evocatus, cui mortem a Photio ſcribit Stylianus fuiſſe comparatam, poſt triduum patriarchale faſtigium iterum Photius occupat, in ſancti Ignatii familiares deſævit, ſancta ejus inſtituta reſcindit, legitimos deponit epiſcopos; omnia denique per vim ac tyrannidem exercet. Per idem tempus ad Joannem VIII. ſummum pontificem mittit legatum Theodorum epiſcopum, per quem ei ſe ab univerſa Conſtantinopolitana eccleſia coactum, patriarchalem ſedem iterum conſcendiſſe per ſummam impudentiam mendaciumque ſignificat. Mittit idem imperator legatos, enixe a pontifice petens, ut Photium in communionem admittat, & ejus electionem ſua auctoritate confirmet: aſſerens hac tantum ratione poſſe Conſtantinopolitanam eccleſiam diu ſchiſmate laborantem, ad eccleſiaſticam pacem, & unitatem redire. Imperatoris precibus adductus pontifex, ut pax ſit eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, diſpenſat cum Photio, ut in Ignatii locum ſubrogetur: ea tamen lege, ut in ſynodo, hac de re celebranda, veniam poſtulet, & ut Bulgaricam diœceſim eccleſiæ Romanæ reſtituat. Decernit etiam, ne deinceps ullus e laicis in eccleſia Conſtantinopolitana ſubito epiſcopus ordinetur, ut in octava generali ſynodo Hadria-

*In epiſt. ad Stephanum papam.*

no

PART. III. CAP. XIII.

no II. pontifice maximo celebrata congruenter fuerat promulgatum. Hæc ex Joannis pontificis Latinis litteris ad imperatorem, ad Photium & alios datis conſtant: quæ litteræ in antiquiſſimo codice habentur Vaticanæ bibliothecæ, Longobardicis characteribus exaratæ. Legatos quoque conſtituit Joannes Eugenium & Paulum epiſcopos, atque una cum iis Petrum presbyterum cardinalem, ut hæc ſua mandata exequerentur. At his non contentus Photius, cum Joannis pontificis auctoritate vellet omnia contra ſe tum Romæ, tum Conſtantinopoli acta reſcindi, ſeque legitimum patriarcham ſemper fuiſſe declarari; ad uſitatum artificium rediit, legatos corrumpendi, litteras apoſtolicas depravandi, novaque ſcripta confingendi: atque ut antea in Nicolai litteris multa addiderat, multa mutaverat, multa ſubtraxerat, ut Nicolaus ipſe teſtatur; ſic in hujuſmodi Joannis litteris factum videmus. Nam, ut alia omittantur, in ſuis epiſtolis Joannes adſcripſit, Photium debere miſericordiam in ſynodo petere: in Græcis vero ac depravatis, debere Dei omnipotentis miſericordiam in ſynodo prædicare. Præterea in Latinis litteris erat ſcriptum, congruentiſſime in ſynodo Conſtantinopoli tempore Hadriani II. habita fuiſſe promulgatum: Ne quis e laicis repente ordinetur epiſcopus. In Græcis vero decretum hoc non ad octavam ſynodum ſub Hadriano ſecundo, ſed ad ſynodum ſeptimam ſub Hadriano primo, ac Taraſii tempore celebratam refertur, imo vero octava ſynodus ſub Hadriano ſecundo damnatur, atque reſcinditur. Quare non immerito Gregorius protoſyncellus in reſponſione ad fidei confeſſionem a Marco Epheſino expoſitam, haſce Joannis papæ litteras Græcas, quæ ſunt in hac pſeudoſynodo, valde ſuſpectas habuit; quod, inquit, Græcam plane phraſim & non Latinam redoleant.

In epiſt. 9.

Corruptis igitur tum legatis, tum epiſtolis, ſynodum coegit Photius, quam generalem in ſua canonum collectione appellat: quæ ſynodus, ſeu potius conciliabulum in pleriſque Græcis manuſcriptis codicibus extat. In cujus initio trecenti & octoginta numerantur epiſcopi. Sed mirum eſt, ſi tantus fuiſſet epiſcoporum numerus, cur nemo ex paulo antiquioribus Græcis aut Latinis hiſtoricis ejus ſynodi mentionem fecerit, cum aliarum omnium generalium, nec ita frequentium meminerint ſynodorum? Sed ut in ea ſynodo quam contra Nicolaum Photius prius habuerat, cum unus & viginti tantum interfuiſſent epiſcopi, mille circiter in ea fuiſſe mentitus eſt, ut Anaſtaſius in præfatione octavæ ſynodi teſtatur: ita in hoc conciliabulo a Photio multa epiſcoporum nomina eſſe conficta, valde veriſimile videtur. In hac igitur ſeu pſeudoſynodo Photius ipſe, non Romani legati præſederunt; imo

ANNO CHRISTI 870.

κλησίᾳ. ὁρίζει δὲ πρὸς τούτοις, μηδένα τοῦ λοιποῦ λαϊκὸν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίᾳ ἀθρόον εἰς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξίωμα προβιβάζεσθαι, κατὰ τὸ πρώην νομοθετηθὲν ὑπὸ τῆς οἰκουμενικῆς ὀγδόης συνόδου, ἀρχιερατεύοντος Ἀδριανοῦ τοῦ δευτέρου. ἃ δὴ πάντα δῆλα καθίστησιν ἐκ τῶν Λατινικῶν Ἰωάννου τοῦ πάπα πρός τε τὸν βασιλέα καὶ τὸν Φώτιον, καί τινας ἄλλους, γραμμάτων· ἅπερ εἰς τόδε διασώζεται ἔν τινι τεύχει τῆς ἀποστολικῆς βιβλιοθήκης παλαιοτάτῳ, Λογγιβαρδικῷ χαρακτῆρι γεγραμμένα. προεχειρίσατο δὲ καὶ τοποτηρητὰς ὁ Ἰωάννης Εὐγένιον καὶ Παῦλον, καὶ σὺν τούτοις Πέτρον πρεσβύτερον καὶ καρδινάλιον, τοὺς αὐτοῦ προστάγμασι διακονησομένους. ἀλλὰ Φώτιος τούτοις μὴ ἀρκούμενος, τῇ δὲ Ἰωάννου τοῦ πάπα βουλόμενος αὐθεντίᾳ τὰ κατ᾽ αὐτοῦ πραχθέντα εἴτε ἐν Ῥώμῃ, εἴτε ἐν Κωνσταντινουπόλει πάντα ἀκυρωθῆναι, καὶ αὐτὸν ἔννομον ἀναγορευθῆναι πατριάρχην ἐν οἱῳδήποτε χρόνῳ, πρὸς τὴν φίλην καταφεύγει πολυτεχνίαν. καὶ δὴ τοὺς μὲν τοποτηρητὰς ὑποκλέπτει δώροις, παραχαράττει δὲ τοῦ πάπα τὰ γράμματα, καὶ νέα διαπλάττει· καὶ ὥσπερ πρότερον τὰ Νικολάου λαβὼν γράμματα, προσθήκαις αὐτὰ, καὶ μεταβολαῖς, καὶ ἀφαιρέσεσιν ἐκιβδήλευσεν, ὡς αὐτὸς μαρτυρεῖ ὁ Νικόλαος, παραπλησίως καὶ τὰ Ἰωάννου διέθετο γράμματα. αὐτίκα γὰρ ὡς ἐν παραδείγματι, ἵνα τἆλλα ἐάσωμεν, ὁ μὲν πάπας ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἐπιστολαῖς γράφει, χρῆναι Φώτιον αἰτήσασθαι ἔλεον ἐνώπιον τῆς συνόδου. ἐν δὲ ταῖς ἑλληνικαῖς, δηλαδὴ ταῖς παραφθαρείσαις, αἱ φωναὶ παρεποιήθησαν οὕτως· ἀξιοῦμεν τὴν σὴν ἀδελφότητα μὴ ἀπαξιῶσαι ἐπὶ τῆς συνόδου ἀνακηρύξαι τὸ εἰς σὲ τοῦ Θεοῦ ἔλεος. καὶ ἐν μὲν τοῖς Λατινικοῖς γράμμασιν ἐλέγετο, ἁρμοδιώτατα τεθεσπίσθαι ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ δευτέρου γενομένῃ ἐν Κωνσταντινουπόλει, μηδένα ἐκ λαϊκῶν χειροτονεῖσθαι ἀθρόον ἐπίσκοπον. ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς δὲ ὁ κανὼν οὗτος ἀναφέρεται οὐ πρὸς τὴν ὀγδόην σύνοδον ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ δευτέρου, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν ἑβδόμην ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ πρώτου, πατριαρχεύοντος Ταρασίου. μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὴ ἡ ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ δευτέρου ὀγδόη σύνοδος ἀποδοκιμάζεται καὶ ἀκυροῦται. εὐστόχως οὖν Γρηγόριος ὁ πρωτοσύγκελλος ἐν τῇ ἀπολογίᾳ πρὸς τὴν Μάρκου τοῦ Ἐφέσου ὁμολογίαν, πολύ φησιν ἔχειν τὸ ὕποπτον τὴν Ἰωάννου τοῦ πάπα ἐπιστολὴν, τὴν ἑλληνικῶς ἐν ταύτῃ τῇ ψευδοσυνόδῳ φερομένην, ὡς Ἑλληνικὸν διόλου, οὐχὶ Λατινικὸν ἰδίωμα σώζουσαν.

Οὕτως οὖν προδιαφθείρας ὁ Φώτιος τούς τε τοποτηρητὰς καὶ τὰ γράμματα, σύνοδον συνεκρότησεν, ἣν καὶ οἰκουμενικὴν ἐπεφήμισεν ἐν τῇ συλλογῇ τῶν αὐτοῦ κανόνων. φέρεται δὲ ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις ἑλληνικοῖς τὰ πρακτικὰ τοῦ τοιούτου ψευδοσυλλόγου· ἐν ᾧ τῶν ἐκεῖσε συνελθόντων ἐπισκόπων ὁ ἀριθμὸς μέχρι τριακοσίων καὶ ὀγδοήκοντα κορυφοῦται. πῶς δὲ οὐ θαυμαστὸν, εἰ πολυάνθρωπος οὕτω γέγονε σύλλογος, οὐδεὶς δὲ τῶν ἀρχαιοτέρων ἱστοριογράφων, εἴτε Γραικῶν, εἴτε Λατίνων, αὐτοῦ μνημονεύει, καίτοι ἁπάσας ἀπαριθμοῦντες τὰς οἰκουμενικὰς συνόδους, καὶ τὰς μὴ τοσοῦτον πεπληθυσμένας; ἀλλ᾽ ὡς ἔοικε, Φώτιος πολλαπλασιάσαι δοκεῖ κἀντεῦθεν πεπλασμένα τῶν ἐπισκόπων τὰ ὀνόματα, ὥσπερ ἐν τῷ κατὰ Νικολάου τοῦ πάπα συνεδρίῳ πάλαι ὀπαδοὺς ἔχων ἕνα μόνον πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἐπισκόπους, περὶ που χιλίων ὑπογραφὰς ἐψεύσατο, ὡς μαρτυρεῖ ὁ βιβλιοθηκάριος Ἀναστάσιος. ἐν ταύτῃ γοῦν αὐτοῦ τῇ ψευδοσυνόδῳ Φώτιος

αὐτὸς

ANNO CHRISTI 870.

αὐτὸς προκαθεζόμενος φαίνεται, οὐχ οἱ τοποτηρηταὶ τοῦ πάπα· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ συνελθούσης ἤδη τῆς συνόδου αὐτοὶ παραγενόμενοι καὶ εἰσελθόντες, συγχωρήσαντος τὴν εἴσοδον τοῦ Φωτίου, παρὰ κανόνας, παρὰ τὴν ἀρχαίαν ἁπασῶν τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων συνήθειαν. ἦν δὲ αὐτῷ σκοπὸς ἐκεῖνος ἐξαίρετος, διὰ τῆς συνόδου ταύτης ἀπαλεῖψαί τε καὶ ἀκυρῶσαι πάνθ' ὅσα κατ' αὐτοῦ πώποτε δεδογμένα ἐτύγχανον. ἐπ' αὐταῖς γοῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ αὐτὸς καὶ οἱ διαφθαρέντες λεγάτοι διαβεβαιοῦνται, σπουδὴν εἶναι τοῦ πάπα, τοὺς Φωτίου ἀποσχιζομένους καταστεῖλαι· περὶ δὲ τὸ τὴν Φωτίου προβολὴν ἐπικυρωθῆναι, οὐδεὶς αὐτοῖς λόγος. καί τις Καλχηδόνος μητροπολίτης Ζαχαρίας πολλοῖς πρότερον ἐγκωμίοις τὸν Φώτιον ἐξυμνήσας, τολμᾷ λέγειν, οὐχ ὑπὲρ Φωτίου, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας εἶναι τὴν σύνοδον, ἵνα μὴ παρὰ τῶν σχισματικῶν διασείρωνται οἱ Ῥωμαίων ἀρχιερεῖς, ὡς ταραχῶν καὶ στάσεων ἀρχηγοί. ὅλως γὰρ ὁ Ζαχαρίας τὴν αἰτίαν πᾶσαν οὐχὶ τῷ Φωτίῳ, ἀλλὰ τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ λεληθότως ἀνάπτει. πρὸς τούτοις αὕτη ἡ ψευδοσύνοδος βεβαιοῦται, Φώτιον οὐ λῃστρικῶς, ἀλλὰ συμφωνίᾳ πάντων, μᾶλλον δὲ βίᾳ βασιλικῇ ἀνελθεῖν εἰς τὸν θρόνον. ἅπερ διεξοδικώτερον Φώτιος αὐτὸς ἐξηγούμενος, περὶ ἑαυτοῦ ἀνερυθριάστως λέγει, ὡς οὐδέποτε γέγονεν ἐν ἐπιθυμίᾳ τοῦ θρόνου ἐκείνου, οὔτε μὴν τυραννίδι ἢ ἀρχοντικῇ δυναστείᾳ χρησάμενος, ἀλλὰ ψήφων ὁμοφωνίᾳ πάσης τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, καὶ ἀπαραιτήτῳ βίᾳ εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνεβιβάσθη θρόνον. ὅθεν ἀδίκως, φησὶν, ἐκβληθεὶς ἐνεκαρτέρησε στέργων καὶ φέρων ἐν εὐχαριστίᾳ τὴν ἐξορίαν, τὰς βασιλικὰς μηδέποτε ἀκοὰς περὶ ἀποκαταστάσεως ἐνοχλήσας, ἀλλ' ὡς μεσιτεύσαντος οὐδενὸς, ἐλέῳ τοῦ βασιλέως πολλῷ τῆς ὑπερορίας κατηνέχθη, καὶ ὅτι ἕως περιῆν τῷ βίῳ Ἰγνάτιος, τήν τε πρὸς ἐκεῖνον φιλίαν ἠσπάσατο, καὶ τὸν οἰκεῖον θρόνον οὐκ ἐπεζήτει περιόντος ἐκείνου ἀπολαβεῖν, καί τοι πολλῶν, φησὶν, ὄντων τῶν εἰς τοῦτο καὶ ἀνάγκην ἐπαγόντων. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος τὰ ἀνθρώπινα μετέστη, πάντων συμφωνησάντων, καὶ τοῦ βασιλέως κατεπειγόντος, εἰς τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀνῆλθε θρόνον. ταῦτα μὲν, ἃ Φώτιος εἶπε, καὶ οἱ Φωτιανοὶ προσεμαρτύρησαν. εἶναι δὲ ὅλως πλαστὰ καὶ πόρρω που τῆς ἀληθείας, εὔδηλον ἐξ ὧν τε ἡμεῖς ἔφθημεν εἰπόντες, ἔκ τε τῶν πρακτικῶν τῆς ὀγδόης ἱερᾶς συνόδου, καὶ ἐκ τῶν Νικολάου τοῦ πάπα ἐπιστολῶν· ἐν αἷς ἀποδέδεικται Φώτιος μὲν χειρὸς βασιλικῆς δυνάμει δραξάμενος τοῦ θρόνου τυραννικῶς, ὁ δὲ θεῖος Ἰγνάτιος μετὰ τὸ παρανόμως ἐκβληθῆναι, συναινέσει πάντων ἀποκατασταθεὶς τῷ οἰκείῳ θρόνῳ. ἔτι πρὸς τούτοις λέγουσιν οἱ Φωτιανοὶ, ὅτι Φώτιος καὶ αἱρέσεων καὶ πλάνης ῥύσαιτο τοὺς ἀνθρώπους. καὶ μάρτυς, φασὶν, ἡ Ἀρμενίων χώρα, ἥ τε Μεσοποταμία, καὶ ἔθνη ὁλόκληρα βαρβαρικά· τοὺς Βουλγάρους ἴσως αἰνιττόμενοι καὶ τὸ καλούμενον Ῥώς· τοῦτο γὰρ καὶ Φώτιος αὐτὸς ἐν τῇ ἐγκυκλίῳ αὐτοῦ ἐπιστολῇ σημαίνειν δοκεῖ. ἀλλὰ καὶ τούτοις αὐτοὺς μὴ ἀληθεύειν, δῆλον ἐντεῦθεν· ὅτι οἱ μὲν Ἀρμένιοι καὶ ἐπὶ Φωτίου καὶ μετ' αὐτὸν τῇ κακοδοξίᾳ ἐνέμειναν, ἄχρις οὗ διὰ Νίκωνος τοῦ ἁγίου (ἤκμασε δὲ οὗτος μετὰ τὸν Φώτιον) τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μετεδιδάχθησαν. τοὺς δὲ Βουλγάρους οὐχ ἡ Φωτίου διδασκαλία τῆς πλάνης ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ δεήσεσι Μιχαὴλ ἄρχοντος τῶν Βουλγάρων Νικόλαος ὁ πάπας διὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πρὸς ἐκείνους ἀποσταλέντων τὴν τῶν Χριστιανῶν θρησκείαν ἐμύησε. τούτου μάρτυς Ἀναστάσιος, καὶ αἱ Νικολάου, Ἀδριανοῦ καὶ Ἰωάννου ἄκρων ἀρχιερέων ἐπιστολαί. καὶ ἐκ τῶν πρακτικῶν δὲ τῆς ὀγδόης συ-

PAR. III. CAP. XIII.

A coacta ſynodo adveniſſe illi dicuntur, & a Photio ad ſynodum admiſſi, contra canones, contraque veterem omnium generalium conciliorum conſuetudinem: ejuſque præcipuum conſilium illud fuit, ut omnia quæ contra ſe ante decreta fuerant, hujus ſynodi auctoritate antiquarentur. Quare initio tum ipſe, tum corrupti legati ſe a pontifice miſſos ajunt, non ad ejus electionem confirmandam, ſed ad eos qui Photio obedire recuſabant, reprimendos. Imo vero Zacharias quidam * metropolita, poſt miras Photii laudes celebratas, dicere audet, non pro Photio, ſed pro Romana eccleſia ſynodum eſſe congregatam, ut ſcilicet a ſchiſ-
B maticorum injuriis liberaretur; quod illi Romanos pontifices ſchiſmatis Conſtantinopolitanæ eccleſiæ auctores fuiſſe affirmarent, quippe Zacharias culpam omnem non in Photium, ſed ſubobſcure in Romanam rejicit eccleſiam. Hæc præterea pſeudoſynodus affirmat, Photium non ulla vi, ſed omnium conſenſu, & ab imperatore compulſum epiſcopatum accepiſſe: quæ fuſius ipſe Photius perſequens, dicere non erubuit, ſe nunquam epiſcopatum ambiiſſe, nec vi aut ſæculari potentia innixum, ſed ab univerſa Conſtantinopolitana eccleſia coactum, patriarchale faſtigium conſcendiſſe: atque inde poſtea injuſte ejectum, æquo ac libenti animo
C exilium paſſum, neque unquam de revocatione cum imperatore egiſſe, ſed illius pietate revocatum: amicitiam ſibi cum Ignatio fuiſſe, neque ſe unquam eo vivo epiſcopatum invadere voluiſſe; quamvis eum multi ad id agendum impellerent. Verum eo mortuo, ſe omnium conſenſu, atque adeo ab imperatore ipſo etiam coactum, Conſtantinopolitanam ſedem recepiſſe. Hæc ſunt quæ Photius & Photiani affirmarunt. Quæ omnia quam falſa, quam a veritate aliena ſint, tum ex iis quæ diximus, tum ex octavæ ſynodi actis, & Nicolai pontificis maximi epiſtolis liquido conſtat. In quibus oſtenditur Photium per vim, atque impera-
D toris potentia fretum, Conſtantinopolitanum epiſcopatum arripuiſſe: contra vero, ſanctum Ignatium injuſte dejectum, omnium conſenſu ſuæ ſedi reſtitutum. Addunt præterea Photiani, a Photio multos hæreticos & barbaras gentes ad fidem catholicam eſſe traductas. Teſtes (inquiunt) ſunt Armeniorum provincia, & Meſopotamia, & integræ nationes barbaræ: per barbaras autem nationes videntur intelligere Bulgaros & Ruthenos, ut ipſemet Photius in ſua encyclica epiſtola innuit. Verum ea quoque hinc falſa eſſe oſtenduntur. Nam Armeni etiam tempore Photii, atque adeo poſt illum in ſuis erroribus perdurarunt; donec a ſancto Nico-
E ne, qui poſt Photii tempora floruit, ad veritatem catholicam perducti ſunt. Bulgaros vero non Photii opera ad fidem eſſe converſos, ſed a Nicolao pontifice eorum regem petiiſſe, ut in Bulgariam mitteret, qui eos Chriſtianis præceptis imbuerent, teſtatur Anaſtaſius. Extant hac de re Nicolai, Adriani & Joannis octavi ſummorum pontificum epiſtolæ; & e ſy-

* Chalcedonenſis.

S. Nico in ep. de converſ. Armeniorum, quæ extat in 3. tom. bibliothecæ patrum in præfat. 8. ſynod.

PART. III. CAP. XIII.

ſynodi octavæ actis colligitur, Rutheni præterea quo tempore, & cujus opera ſint Chriſtianam fidem complexi, Curopalatas in Baſilio narrat. Rhos (ita Ruſſos vocat) percuſſo cum illis, Græcis videlicet, fœdere, ut ſalutaris baptiſmi participes eſſent, auctor fuit Baſilius imperator, miſſo ad eos archiepiſcopo. Cui cum non ante ſe ſuoſque fidem habituros diceret eorum princeps, quam miraculum aliquod cerneret; ut liber evangelii conjiceretur in ignem, poſtulavit, quod ſi non deflagraret, ſe cum ſuis illico Chriſtianam religionem ſuſcepturum. Conditione accepta, & fuſis ab epiſcopo ad Deum precibus, conjectum ſacrum volumen in ardentem fornacem, poſt aliquot horas illæſum eſt inventum. Quo miraculo permoti ad baptiſmum barbari confugere. Eadem quoque recenſent Zonaras, Cedrenus & Nicephorus. Nullus tamen ex hiſce ſcriptoribus ullam Photii mentionem facit. *In Baſilio*

Leguntur præterea Joannis octavi pontificis litteræ Græcæ (ut diximus) at corruptæ. Verumtamen ut ſuum virus contra Romanam eccleſiam Photius evomeret, neque corrupta omnino, quæ in illis continebantur, a ſynodo admitti voluit, ſed ea tantum quæ pro ſui confirmatione erant conſtituta. Nam recitatis litteris cum legati ſynodum interrogarent: Num reciperent ea, quæ illis continebantur: reſpondit ſynodus: Quæcumque juſta & legitima continentur, & ad noſtræ facultatis menſuram, amplectimur & recipimus. At vero in generalibus conciliis omnibus apoſtolicæ litteræ ſummo omnium conſenſu a patribus non ſecus recipiuntur, ac ſi ſancti Petri ore proferrentur: & omnia quæ in eis præſcribuntur, a ſynodis definiuntur. Cum vero legati dixiſſent, nihil in epiſtolis pontificis contineri, quod a juſto alienum eſſet, reſpondit aliorum nomine Procopius quidam Cæſarienſis epiſcopus, in epiſtolis contineri, ut nemo ex laico ad epiſcopalem dignitatem promoveatur; eoſque non decere, qui hoc faciunt. Et quia propter Photii electionem decretum hoc videbatur editum, conantur illud multis argumentis infringere. Et primum quidem Sardicenſis concilii canonem, qui hoc idem confirmat, non de quocumque laico, ſed de forenſi & curiali loqui contendunt; cujuſmodi nunquam a Conſtantinopolitana eccleſia receptum eſſe. Deinde ſi canon de quovis laico loqueretur, cum contraria eſſet Conſtantinopolitanæ eccleſiæ conſuetudo, canonibus aſſerunt jam eſſe derogatum: quia nulla ratio clericum potius aut monachum improbum, quam probum laicum deligi ſinit. Quare dicunt Sardicenſem canonem non prohibere laicum probatæ vitæ atque eximiæ virtutis, epiſcopum deligi; qualis fuit Nectarius a ſecunda ſynodo electus, ſanctus Ambroſius, & alii. Addunt præterea in Romana eccleſia laicos quoque ad pontificalem ſedem eſſe promotos. Sed hæc omnia, quæ a Photiana pſeudoſynodo dicta ſunt, uno vel ipſius Photii teſtimonio refelli poſſunt. Nam in ſynodo quam habuit adverſus Ignatium, canone XVII. ut in ipſius Photii Nomocanone habetur, hæc ſtatuit: In omnibus boni eccleſiaſtici curam gerentes, hoc quoque definire neceſſarium duximus; ut nullus deinceps laicus, vel monachus repente ad epiſcopalem altitudinem

A νόδου αὐτοῦ τοῦτο συνάγεται. τὸ δὲ Ῥῶς καλούμενον ἔθνος, ποτὲ καὶ διά τινος μετετέθη πρὸς τὴν εὐσέβειαν, ἱστορεῖ ὁ Κουροπαλάτης ἐν τῷ Βασιλείου βίῳ τούτοις, φάσκων, τὸν βασιλέα σπεισάμενον πεῖσαί τε τῷ σωτηρίῳ βαπτίσματι προσελθεῖν, καὶ ἀρχιεπίσκοπον ἐπὶ τούτῳ ἐκπέμψαι. τοὺς δὲ ἀποθέσθαι τὴν πλάνην μὴ βουλομένους, ἢν μὴ παράδοξόν τι σημεῖον θεάσωνται, ἐξαιτήσασθαι τὴν ἱερὰν τοῦ εὐαγγελίου βίβλον εἰς πῦρ βληθῆναι· κἂν μή, φησί, γένηται τῆς φλογὸς παρανάλωμα, τὴν εἰς Χριστὸν αἱρήσεσθαι πίστιν. ἐπὶ τούτοις τὸν ἀρχιεπίσκοπον προσδεξάμενον τὴν θείαν βίβλον ῥῖψαι εἰς τὸ πῦρ· ἣν, φησίν, ἐφ' ἱκανὰς ὥρας ἐν τῇ πυρᾷ θεασάμενοι οἱ βάρβαροι ἀβλαβῆ B καὶ ἀλώβητον, τῷ χριστιανισμῷ ἀδεῶς προσέφυγον. σύμφωνα δὴ τούτοις ἀφηγεῖται Ζωνάρας, ὅ, τε Κεδρηνὸς καὶ ὁ Νικηφόρος, οὐδεμίαν ὅλως μνείαν ἐν τούτῳ Φωτίου ποιούμενοι.

ANNO CHRISTI 870.

Ἀνεγνώσθησαν ἑλληνικῶς ἐν τῷ συνεδρίῳ τούτῳ καὶ αἱ τοῦ πάπα Ἰωάννου τοῦ ὀγδόου ἐπιστολαί, ἀλλ' ὡς εἴρηται, νενοθευμέναι. πλὴν Φώτιος τὸν κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἰὸν ἐξεμέσαι βουλόμενος, οὐδὲ νενοθευμένας ἐφῆκεν ὑπὸ τῆς συνόδου ὁλοκλήρους παραδεχθῆναι, ἀλλ' ὅσα μόνον ὑπὲρ τῆς ἀποδοχῆς αὐτοῦ ἦν ὡρισμένα. μετὰ γοῦν τὴν τῶν γραμμάτων ἀνάγνωσιν πυνθάνονται οἱ τοποτηρηταί, εἰ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς περιεχόμενα ἀποδέχονται. ἡ δὲ σύνοδος ἀπε- C κρίθη· ὅσα τῷ δικαίῳ καὶ ἐνθέσμῳ λόγῳ περιέχεται, καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν ἀνήκει μετριότητα καὶ γνώμην, στεργόμενα καὶ ἀποδεχόμεθα. καίτοι ἐν πάσαις ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις τὰ ἀποστολικὰ γράμματα τοιαύτης ἀποδοχῆς ἀξιοῦνται, ὡς εἰ τῷ τοῦ ἁγίου Πέτρου προεφέροντο στόματι· καὶ πάντα τὰ ἐν ἐκείνοις τυπούμενα τοῖς ἑαυτῶν ὅροις αἱ σύνοδοι ἐντιθέασι. τῶν δὲ τοποτηρητῶν πρὸς ταῦτα εἰπόντων, οὐδὲν περιέχεσθαι ἔξω τοῦ προσήκοντος λόγου· Προκόπιός τις Καισαρείας Καππαδοκίας ἀρχιεπίσκοπος ἀποκρίνεται ἀντὶ πάντων· περιέχεσθαι, ὥστε ἀπὸ λαϊκοῦ μηδένα προάγεσθαι εἰς ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα, καὶ ὅτι αἰσχύνη ἐστὶ τοῖς τοῦτο ποιοῦσιν. ἐπεὶ δὲ τοῦτο αὐτοῖς τὸ διάταγμα D ἐδόκει κατὰ τῆς Φωτίου προβολῆς γεγενῆσθαι, πολλαχῶς αὐτῷ ἀντιλέγουσι. καὶ πρῶτον μὲν τὸν κανόνα τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, τὸν αὐτὸ τοῦτο διορίζοντα, κωλύειν οὐ πάντα φασὶ λαϊκόν, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ ἀγορᾶς πλούσιον, καὶ τὸν ἀπὸ ἀγορᾶς σχολαστικόν· οἷον ἡ Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησία, φασίν, οὐδέποτε ἐδέξατο. ἀλλ' εἰ καὶ κανὼν ἦν, φασί, κωλύων ἅπαντα καθάπαξ λαϊκόν, ἐπειδὴ ἀντιμαχόμενον ἔχει τὸ ἔθος τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, κατεκράτησεν ἤδη τὸ ἔθος τῶν κανονικῶν διατάξεων. ποῖος δέ, φασί, λόγος ἐπιτρέπει, κληρικὸν ἢ μοναχὸν ἀλλοτρίως τοῦ ἐπαγγέλματος πολιτευόμενον προκρίνεσθαι λαϊκοῦ ὀρθῶς πολιτευομένου; ὅθεν δὴ τὸν κανόνα τῆς ἐν Σαρ- E δικῇ συνόδου φασὶ μὴ κωλύειν τὸν ἱκανὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἔργα παρεσχηκότα λαϊκὸν εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἀναβιβάζεσθαι θρόνον· οἷος ὑπῆρχε Νεκτάριος, ὃν ἡ δευτέρα σύνοδος πατριάρχην ἀπέδειξε, καὶ Ἀμβρόσιος, καὶ ἄλλοι. τούτοις προστιθέασιν, ὅτι καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥωμαίων τῇ ἐκκλησίᾳ ἐκ λαϊκῶν τινες εἰς ἀρχιερατικὸν κατέστησαν θρόνον. πρὸς ταῦτα δὲ τῆς Φωτιανῆς ψευδοσυνόδου τὰ δικαιολογήματα μίαν ἀρκεῖ καὶ μόνην ἀντιπαραγαγεῖν αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ Φωτίου μαρτυρίαν· τὸν κανόνα δηλαδὴ τῆς πρώτης καὶ δευτέρας καλουμένης συνόδου, ἣν αὐτὸς κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰγνα-

A Ἰγνατίου συνήγαγεν. ἐπι[illegible]δεικται δὲ ὑπ᾽ αὐτοῦ ὁ κανὼν ἐν τῷ Νομοκάνονι ἀριθμούμενος, ἔχων ἐπὶ λέξεως οὕτως· ἐν πᾶσι τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας φροντίζοντες, καὶ τοῦτο ὁρίσαι ἀναγκαῖον ἐθέμεθα, ὥστε τοῦ λοιποῦ μηδένα ἐκ λαϊκῶν ἢ μοναχῶν ἀθρόον εἰς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ὕψος ἀνάγεσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς βαθμοῖς ἐξεταζόμενον πρότερον, οὕτω τῆς ἐπισκοπῆς τὴν χειροτονίαν καταδέχεσθαι. εἰ γὰρ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀπὸ τῶν λαϊκῶν ἢ μοναχῶν τινες ἀπαιτούσης χρείας παραυτίκα ἄξιοι γεγόνασιν ἐπισκοπῆς, ἀρετῇ τε διαπρέψαντες, καὶ τὴν κατ᾽ αὐτοὺς ἐκκλησίαν ὑψώσαντες· ἀλλὰ τό γε σπάνιον οὐδαμοῦ νόμον ἐκκλησίας τιθέμενοι, ὁρίζομεν τοῦ λοιποῦ μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι· εἰ μὴ κατὰ λόγον ὁ χειροτονού- B μενος διὰ τῶν ἱερατικῶν προέλθοι βαθμῶν, ἐν ἑκάστῳ τάγματι τὸν νενομισμένον χρόνον ἀποπληρῶν. ἡ ἐν Σαρδικῇ δὲ σύνοδος ὃ τοῦτο φησιν, ὅπερ αὐτοὶ κακούργως ἐνόησαν· ἀλλ᾽ ἐάν τις ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς, τῆς κοσμικῆς δηλονότι διαγωγῆς, κἄν τε πλούσιος εἴη, κἄν τε σχολαστικός, περὶ λόγους δηλαδὴ σχολάζων, ἀξιοῖτο γίνεσθαι ἐπίσκοπος, τοῦτο φησὶ μὴ πρότερον καθίστασθαι, ἐὰν μὴ καὶ ἀναγνώστου, καὶ διακόνου, καὶ πρεσβυτέρου ὑπηρεσίαν ἐκτελέσῃ διὰ τῆς μακρᾶς χρόνου δοκιμασίας. ἐπειδή, φησί, καὶ ὁ μακαριώτατος ἀπόστολος, ὃς καὶ τῶν ἐθνῶν ἐγένετο διδάσκαλος, φαίνεται κωλύσας ταχείας γίνεσθαι τὰς καταστάσεις. C ἐπειδὴ οὖν ὁ ἀπόστολος ἀπολελυμένως πάντα νεόφυτον ἀποκλείει, δῆλον ὅτι καὶ ὁ τῆς ἐν Σαρδικῇ κανὼν περὶ λαϊκοῦ παντὸς ἀποφαίνεται, ὥστε μὴ ἀθρόον εἰς ἐπισκοπὴν προβιβάζεσθαι. εἰ δὲ καὶ ἀπὸ [illegible] ἢ νεοφωτίστων τινὲς προεβλήθησαν, τοῦτο σπανίως γέγονε, ἢ χρείας κατεπειγούσης, ὡς ἐπὶ Νεκταρίου, ἢ κατὰ θείαν ἐπίπνοιαν, ὡς ἐπὶ Ἀμβροσίου τοῦ θείου· περὶ ὧν ἡ Νικολάου τοῦ πάπα ἕκτη ἐπιστολή, ἥτις τῇ ὀγδόῃ συνόδῳ [illegible], ἀκριβῶς διαλαμβάνει. τὸ δὲ σπανίως [illegible], συνομολογοῦντος καὶ τοῦ Φωτίου, [illegible] ἐκκλησίας ἀναιρεῖσθαι τὸν νόμον. εἰ δὲ [illegible] Φώτιος περὶ τούτου κανόνα ἐξέδωκεν ἐν τῇ κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἐκκλησίᾳ, ψευδῆ ἄρα [illegible] οἱ Φωτιανοί, τὸν κανόνα τοῦτον [illegible] μὴ ἔχειν, [illegible] τοῦ ἐπιχωρίου ἔθους. D

Κἀκεῖνο δὲ παντελῶς ψευδές, ἐν τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ προβεβλῆσθαί ποτε ἐκ λαϊκῶν ἀρχιερέα. πρὸ γὰρ τῶν Φωτίου χρόνων οὐδεὶς ἀπὸ λαϊκῶν εὑρίσκεται τῆς ἄκρας ἐπιλαβόμενος ἀρχιερωσύνης. εἰ δὲ λέγοι τις τὸν Κωνσταντῖνον· ἀλλ᾽ οὗτος σχισματικὸς γέγονε καὶ ψευδεπίσκοπος· ὅπερ πλατύτερον ἱστορεῖ Ἀναστάσιος ἐν τῷ Στεφάνου τοῦ τετάρτου βίῳ. ἔκτοτε οὖν ὁ αὐτὸς Στέφανος διὰ τὸ πραχθὲν ὑπὸ Κωνσταντίνου ἐθέσπισε, τὸν ἄκρον ἀρχιερέα ἐκ τῶν [illegible] καρδιναλίων πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων προβάλλεσθαι.

Δεύτερον δὲ ταῖς ἐπιστολαῖς κεφάλαιον περιείχετο, E ὅθεν εἰς [illegible] Κωνσταντινουπόλεως προάγεσθαι ἐκ τοῦ πληρώματος τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης, καὶ οὐκ ἑτέρωθεν· οἱ δὲ Φωτιανοὶ ἀντιφθέγγονται καὶ πρὸς τοῦτο, μὴ θέλοντες [illegible] παραδέξασθαι, ἀλλ᾽ ἢ μόνον, εἰ παρείη ἐν τῷ Κωνσταντινουπόλεως κλήρῳ ὁ δι᾽ ἀρετὴν ἀξίως χειροτονηθῆναι δυνάμενος. ἀλλὰ καὶ τοῦτο εἰκότως διωρίσατο ὁ πάπας. ἐπειδὴ γὰρ τοιούτους χρὴ τῷ κλήρῳ ἐγκαταλέγεσθαι, ἐξ ὧν ἄν τις δύναιτο ῥᾳδίως εἰς ἀρχιερωσύνην ἀνάγεσθαι κατ᾽ ἀξίαν, ἄλλως τε ἐν πόλει τινὶ πολυανθρώπῳ, οἵα τυγχάνει οὖσα ἡ Κωνσταντινούπολις, ἐν ᾗ [illegible] τὸ ταξιαρ-

A evceheretur: ſed in eccleſiaſticis gradibus primum examinatus, ſic epiſcopalis dignitatis ordinationem ſuſciperet. Etſi enim adhuc quidam ex monachis & laicis exigente neceſſitate, epiſcopali honore ſtatim digni facti ſunt, qui & virtute excellenti fuere, & ſuam eccleſiam in altum extulere; id tamen quod raro evenit, eccleſiæ legem nequaquam ſtatuentes, decernimus ut deinceps id minime fiat: niſi is qui rite ordinatur, per gradus ſacerdotales proceſſerit, in unoquoque ordine tempus præſtitum adimplens. Sardicenſis vero concilii non is eſt ſenſus, quem illi perperam aſſerunt: ſed ſi quis, inquit, e foro, hoc eſt ſæculari ſtatu, ſive di- B ves ille ſit, ſive ſtudiis vacans, dignus habeatur epiſcopatu, hunc minime provehendum eſſe, niſi prius & lectoris & diaconi, & presbyteri miniſterio fungatur per longiſſimi temporis probationem; quandoquidem & beatiſſimus apoſtolus, inquiunt, qui doctor etiam gentium fuit, prohibuiſſe videtur, ne celeres fiant ordinationes. Cum ergo apoſtolus omnem excludat abſolute neophytum, perſpicuum eſt, Sardicenſem quoque canonem de quovis laico pronuntiare. Et ſi qui etiam ex laicis vel catechumenis facti ſunt epiſcopi, id tamen raro, & vel neceſſitate urgente, ut Nectarius in ſecunda ſynodo; vel divina aliqua inſpiratione, ut in ſancti Ambroſii ele- C ctione accidit: id quod Nicolaus in epiſtola ſexta, quæ habetur in octava ſynodo, ſatis aperte demonſtrat. Quod autem raro accidit, (ut ipſemet Photius conſitetur) id univerſalis eccleſiæ legem abrogare non poterit. Quare cum idem Photius canonem hac de re in Conſtantinopolitana eccleſia jam edidiſſet, falſum eſt quod Photiani dixere, canonem hunc in Conſtantinopolitana eccleſia locum non habere. Act. 4.

D

Quod autem in Romana eccleſia laicus aliquando ſit pontifex electus, falſum omnino eſt. Nullus enim reperitur ante Photii tempora laicus ad ſummum pontificatum evectus: nam Conſtantinus ſchiſmaticus fuit, ut Anaſtaſius in Stephani papæ IV. vita fuſius narrat. Ergo ab eodem Stephano propter hujuſmodi Conſtantini factum conſtitutum fuit, ut ſummus pontifex ex presbyteris aut diaconibus cardinalibus eligeretur.

Alterum caput, quod in epiſtolis contine- E batur, erat, ut ex Conſtantinopolitana eccleſia, non aliunde, deligeretur epiſcopus; quod etiam Photiani conantur infringere. Negant enim id locum habere, niſi qui idoneus repertus fuerit in Conſtantinopolitana eccleſia, qui eligi poſſit. Verum cum tales ordinandi ſint clerici, ut in iis facile queat reperiri qui ad epiſcopalem dignitatem merito promoveatur, præſertim in magna aliqua civitate, qualis eſt Conſtantinopolis; jure ſummus pontifex ſtatuit ut Conſtantinopolitanus patriarcha ex ejus eccleſiæ clericis deligatur. Quod item Cæleſtinus primus ante decreverat. Ut ſcilicet Epiſt. 1.

A tunc alter de altera eligatur eccleſia, ſi de civitatis ipſius clero, cui eſt epiſcopus ordinandus, nullus dignus (quod evenire non creditur) poterit reperiri.

Tertium caput, in Joannis litteris erat, ut Bulgaricam diœceſim Romanæ eccleſiæ Photius reſtitueret. Reſpondent Photiani, ad imperatorem hoc ſpectare; ſed immerito hoc dicunt. Quod enim jus habet imperator in epiſcoporum diœceſium finibus diſtinguendis, præſertim cum eo tempore imperatori Bulgaria non pareret? Quod autem addunt, illam ſynodum non propter fines diœceſium diſtin- B guendos eſſe coactam nihil ad rem facit. Neque enim vult pontifex, ut in ſynodo de hac re agatur; ſed tantum præcipit, ne extra ſuos fines patriarcha Conſtantinopolitanus epiſcopos ordinet. Talis erat Bulgaria. Reliqua duo capita, quæ in corruptis illis epiſtolis continebantur de Photii electionis confirmatione, ſummopere laudant & recipiunt.

Leguntur deinde epiſtolæ patriarcharum Alexandrini, Antiocheni & Hieroſolymitani. Admittuntur etiam eorum legati, qui affirmant legatos qui fuerant in ſynodo o- C ctava contra Photium habita, non fuiſſe veros legatos patriarcharum, ſed Sarracenorum. Quem ſane non immerito dixerit quiſpiam perverſi animi ſentum. Nam Theodoſius Hieroſolymorum patriarcha ſcribens ad Ignatium, multa ſe ait cum formidine miſiſſe Conſtantinopolim vicarium ſuum Eliam ad ſynodum propter Sarracenos; & eo nomine miſſum divulgaſſe, quo ſcilicet captivos redimeret Sarracenos. Quapropter Ignatium rogat, ut ſibi ab imperatore, quotquot vellet ipſe, Sarraceni donarentur, ad leniendos impiorum animos, qui rerum potiebantur. Hoc ergo non ſine prudenti conſilio patriarchæ factum in alios detorquere ſenſus, ad elevan D dam auctoritatem ſanctæ ſynodi, quantam fuiſſe in animo Photii declarat improbitatem? ſalſos ipſe Photius induxit vicarios, cum nefaria ſynodo in Nicolaum papam celebrata, & perſonas & verba fabuloſe confinxit, ut plane conſtitit actione VIII. ſynodi octavæ; quare etiam ab eadem ſynodo mendaciorum artifex jure eſt appellatus. Et omnino veriſimile non videtur, imperatore præſente, coram magno epiſcoporum cœtu, pro patriarcharum legatis Sarracenorum nuntios admiſſos eſſe. His peractis, in quinta hujus ſynodi actione propoſuit Photius, quaſi non eſſet jam definitum, ſynodum ſeptimam ab omnibus eſſe recipiendam: Cum, E inquit, Romana eccleſia, & orientales ſedes dubitent, num illa ſit cum reliquis ſanctis ſynodis connumeranda, ut fama, inquit, fertur; ſed hoc falſiſſimum eſt. Non ſolum enim ſeptimam ſynodum Romana eccleſia recipit, ſed etiam Hadrianus primus omnes objectiones contra ſynodum in epiſtola hac

A χικὸν κινδύνοιτο ἀξίωμα ὁ κληρικὸς ἐκείνης τῆς ἐκκλησίας. περὶ αὐτοῦ πάλαι προεδιώριστο καὶ ὑπὸ Καιλεστίνου πάπα τοῦ πρώτου, ὥστε ἐξ ἑτέρας ἐκκλησίας λαμβάνεσθαί τινα εἰς ἐπίσκοπον, ἡνίκα ἐν τῷ κλήρῳ τῆς πόλεως τῆς ἐπισκοπῆς χηρευούσης μηδείς, ὅπερ ἀπίθανον, ψηφισθῆναι ἄξιος εὑρεθείη.

Τρίτον κεφάλαιον, ὥστε τὴν ἐπαρχίαν τῆς Βουλγαρίας ἀποδοθῆναι παρὰ Φωτίου τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ. ἀποκρίνονται οἱ Φωτιανοί, τοῦτο ἀνήκειν τῷ βασιλεῖ καὶ ταῖς βασιλικαῖς διοικήσεσιν· ἀλλὰ παρὰ τὸ πρέπον τοῦτό φασι. ποία γὰρ δίδοται τῷ βασιλεῖ ἐξουσία τοῦ διαστέλλειν τῶν ἐκκλησιῶν τὰς ἐνορίας, καὶ ταῦτα τῆς Βουλγαρίας τότε τῷ βασιλεῖ μὴ B ὑποκειμένης; κἀκεῖνο δὲ ὃ προστιθέασιν, οὐκ ἐπὶ τὸ διαστέλλειν ἐνορίας συναθροισθῆναι ταύτην τὴν σύνοδον, οὐδὲν πρὸς τὸ προκείμενον. οὐ γὰρ ἐκεῖνο βούλεται ὁ πάπας, ἵνα σκέψηται ἡ σύνοδος περὶ τούτου. ἀλλὰ προστάττει, τὸν Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην μήτε χειροτονεῖν, μήτε ὠμοφόρον ἀποστέλλειν ἔξω τῆς ἑαυτοῦ ἐνορίας· ἔξω δὲ ἦν ἡ Βουλγαρία. τὰ λοιπὰ δύο κεφάλαια τῶν διεφθαρμένων ἐπιστολῶν περὶ τῆς καταστάσεως καὶ ἐπιβεβαιώσεως τοῦ Φωτίου, καὶ ὑπερεπαινοῦσι καὶ ἀποδέχονται.

Ανεγνώσθησαν μετὰ ταῦτα τῶν πατριαρχῶν αἱ ἐπιστολαί, τοῦ Ἀλεξανδρείας, τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ τοῦ Ἱεροσολύμων. εἰσάγονται δὲ καὶ τούτων οἱ τοποτηρηταὶ C διαβεβαιούμενοι, τοὺς κατὰ τὴν ἁγίαν ὀγδόην σύνοδον τοποτηρητάς, Σαρρακηνῶν γενέσθαι ἀποκρισιαρίους, παρ' οὐδενὸς δὲ τῶν πατριαρχῶν ἀπεστάλθαι· ὅπερ ἄν τις οὐκ ἀπεικότως διεστραμμένης φαίη ψυχῆς ἐνθύμημα. Θεοδόσιος γὰρ ὁ πατριάρχης Ἱεροσολύμων Ἰγνατίῳ τῷ μακαρίῳ ἐπιστέλλων, μετὰ δέους πολλοῦ φησι πεπομφέναι Ἡλίαν τὸν ἑαυτοῦ τοποτηρητὴν εἰς Κωνσταντινούπολιν πρὸς τὴν σύνοδον, διὰ τοὺς Σαρρακηνούς, καὶ σκῆψιν ἐπιτηδεύσαι τῆς ἀποστολῆς ταύτης, ὡς ἀφίκοιτο Ἡλίας ἐπὶ ἀναρρύσει Σαρρακηνῶν αἰχμαλώτων. παρὰ καὶ ἀντιβολεῖ Ἰγνάτιον, δωρηθῆναι οἱ παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος ὁπόσους βούλοιτο Σαρρακηνούς, πρὸς τὸ ἐξευμενίσαι τὴν τῶν D κρατούντων ἀθέων δυσμένειαν. ταύτην οὖν διαστρέφειν τοῦ πατριάρχου τὴν οἰκονομίαν, καὶ καταχρῆσθαι ἐπὶ διαβολῇ τῆς ἁγίας συνόδου, πόσην ἐξελέγχει τοῦ Φωτίου κακοδοξίαν; μᾶλλον μὲν οὖν αὐτὸς ὁ Φώτιος ψευδοτοποτηρητὰς ἀνέπλασατο, λῃστρικὴν σύνοδον κατὰ Νικολάου τοῦ πάπα ἐξεικονίσας, καὶ λόγους ἐν αὐτῇ καὶ πρόσωπα μυθικῶς δραματουργήσας, ὡς κατὰ τὴν ὀγδόην τῆς ἁγίας ὀγδόης συνόδου πρᾶξιν λαμπρῶς διεγνώσθη. καθὸ δὴ πρεπόντως ὑπὸ τῆς αὐτῆς συνόδου τέκτων τῶν ψευσμάτων ἐπωνομάσθη. ὅλως γὰρ ἀνένδεκτον δοκεῖ, παρόντος βασιλέως καὶ πολλῆς ἐπισκόπων ὁμηγύρεως, ἀντὶ πατριαρχικῶν E πρέσβεων εἰσαχθῆναι τοὺς Σαρρακηνῶν ἀποκρισιαρίους. τούτων μὲν οὖν οὕτω πραχθέντων, ὁ Φώτιος ἐν τῇ πέμπτῃ πράξει τῆς συνόδου ταύτης, ἀναθεωρῶν δῆθεν τὰ καλῶς παρὰ τῆς ὀγδόης συνόδου ἐπικυρωθέντα, προύθηκε δεῖν ταῖς λοιπαῖς ἓξ συνόδοις οἰκουμενικαῖς συναριθμηθῆναι τὴν ἑβδόμην· ἐπειδή, φησίν, ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία, καὶ οἱ τῆς ἀνατολῆς θρόνοι ἀμφιβάλλουσι τοῦ συναριθμεῖν αὐτὴν ταῖς λοιπαῖς ἁγίαις συνόδοις, ὡς ἡ φήμη, φησί, ... ἀγγέλλει. ἀλλὰ καὶ αὕτη ἀκριβεστάτη ψευδολογία τυγχάνει. τὴν γὰρ ἑβδόμην ἁγίαν σύνοδον ἡ ἐκκλησία τῆς Ῥώμης οὐ μόνον ἐξ ἀρχῆς ἀπεδέξατο, ἀλλὰ καὶ Ἀδριανὸς ὁ πρῶτος ἀπολογίαν ὑπὲρ ἐκείνης συνεγέγραφε δι' ἐπιστολῆς, πάντα τὰ

κατ'

ANNO CHRISTI 870.

καθ' αὐτῆς προβαλλόμενα διαλύων. ἐπὶ τούτοις κανόνες τρεῖς ἐξεδόθησαν οὓς ὁ Φώτιος τῷ Νομοκάνονι παρενέθηκε. τούτων ὁ πρῶτος· ὥρισε, φησὶν, ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ὥστε τοὺς ἐξ Ἰταλίας κληρικοὺς, ἢ λαϊκοὺς, ἢ ἐπισκόπους ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἢ Εὐρώπῃ, ἢ Λιβύῃ διατρίβοντας, ὑπὸ καθαίρεσιν ἢ ἀφορισμὸν γενομένους παρὰ τοῦ πάπα, εἶναι καὶ παρὰ Φωτίῳ ἐν τῷ αὐτῷ τῆς ἐπιτιμίας ὅρῳ. καὶ αὖθις δὲ τοὺς ὑπὸ Φωτίου κληρικοὺς, ἢ λαϊκοὺς, ἢ ἀρχιερατικοῦ τάγματος ἐν οἱᾳδήποτε παροικίᾳ ἀφορισμῷ, ἢ καθαιρέσει, ἢ ἀναθεματισμῷ ὑποπίπτοντας, εἶναι παρὰ τῷ πάπᾳ ἐν τῷ αὐτῷ τῆς ἐπιτιμίας κρίματι. οὕτω Φώτιος οὐ μόνον τῆς ἴσης ἀπολαύειν ἐξουσίας τῷ πάπα διϊσχυρίζεται, ἀλλὰ καὶ ἑαυτῷ μὲν τὴν ὑφήλιον ἅπασαν, τῷ δὲ πάπα μόνους ἀποδίδωσι τοὺς ἐξ Ἰταλίας. εἶτα διὰ τοῦ κανόνος τούτου καὶ τὰς πρὸς τὸν ἀποστολικὸν θρόνον ἐκκλήτους δοκεῖ ἐκκόπτειν, εἴγε τοὺς ὑπὸ Φωτίου καταχειρισμένους λῦσαί τε καὶ ἀθωῶσαι μὴ ἔξεστι τῷ πάπα. ὅπερ ἐστὶ παντὸς δικαίου καὶ τῶν κανόνων ἀνατροπὴ, κατ' ἐξαίρετον δὲ τοῦ πέμπτου τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, ἔνθα περὶ τῶν εἰς τὸν πάπαν ἐκκλήτων διώρισαι. μετὰ τοὺς κανόνας ἐξετέθησαν αἱ ὑπογραφαὶ τῶν ἐπισκόπων, μετὰ τῆς ἀποβολῆς πασῶν τῶν κατὰ Φωτίου γενομένων συνόδων, κατὰ τὴν ὑφὴν τῶν ὑπ' αὐτοῦ τε τοῦ Φωτίου διεφθαρμένων ἐπιστολῶν τοῦ πάπα Ἰωάννου. ἔσχατον ἀνεγνώσθη τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει σύμβολον. πρὸ δὲ τῆς τούτου ἐκφωνήσεως προοιμιαζόμενος ὁ Φώτιος κατὰ λέξιν φησίν· οὕτω περὶ τούτων φρονοῦντές τε καὶ κηρύττοντες, τὸν ἄνωθεν ἐκ πατέρων καὶ μέχρις ἡμῶν καταληλυθότα τῆς ἀκραιφνεστάτης τῶν Χριστιανῶν πίστεως ὅρον καὶ διανοίᾳ καὶ γλώσσῃ στεργόμενοί τε, καὶ πᾶσι διαπρυσίᾳ φωνῇ περιαγγέλλομεν, οὐδὲν ἀφαιροῦντες, οὐδὲν προστιθέντες, οὐδὲν ἀμείβοντες, οὐδὲν κιβδηλεύοντες. ἡ μὲν γὰρ ἀφαίρεσις καὶ ἡ πρόσθεσις, μηδεμιᾶς ὑπὸ τῶν τοῦ πονηροῦ τεχνασμάτων ἀνακινουμένης αἱρέσεως, κατάγνωσιν εἰσάγει τῶν ἀκαταγνώστων, καὶ ὕβριν τῶν πατέρων ἀναπολόγητον. καὶ τὰ ἑξῆς. δι' ὧν ὁ Φώτιος αἰνίττεσθαι δοκεῖ τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ παρὰ τῶν Γραικῶν καλουμένην προσθήκην· πρὸς ἣν τότε μὴ ἀντιφερόμενος, ὕστερον ἀντηνέχθη, τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν ἀντιλυπῆσαι βουλόμενος. ἃ μὲν οὖν, ὡς τύπῳ εἰπεῖν, ἡ ψευδοσύνοδος αὕτη τοῦ Φωτίου περιέχει, ταῦτά ἐστι, ψευδῆ, ὡς δέδεικται, τὰ πλείω καὶ πεπλασμένα· καὶ δύο τὰς τελευταίας πράξεις οὐκ ἀληθείᾳ γενομένας, ἀλλὰ παρὰ Φωτίου πλαστογραφείσας, ὡς μαρτυρεῖ ἀνδρὸς ἀρχαίου ἐπισημείωσις ἐν ταῖς βίβλοις τῆς συνόδου ταύτης ἐπιγεγραμμένη. ὅτι δὲ ψευδοσύλλογός ἐστι, καὶ οὐ σύνοδος γνησία, σαφὲς μὲν ἐξ ὧν εἰρήκαμεν, ἀποδείκνυται δὲ καὶ ἄλλοις λόγοις.

Πρῶτον μὲν γὰρ ἡ σύνοδος αὕτη ὡς θεμελίῳ ἐπιστηρίζεται ταῖς Ἰωάννου τοῦ πάπα ἐπιστολαῖς. ταύτας δὲ παραπεποιῆσθαι ὑπὸ Φωτίου πρόδηλον, εἴ τις τὰ Λατινικά τε καὶ Ἑλληνικὰ γράμματα πρὸς ἄλληλα συμβάλλοι. καὶ ὥσπερ Νικόλαος ὁ πάπας ἐκεῖθεν ἐπιδείκνυσι νενοθευμένα τὰ ἑαυτοῦ γράμματα, ὅτι παρ' ἡμῖν, φησὶν, ἐστὶ τὰ ἀδελφὰ τῶν γραμμάτων ἐκείνων, ἃ παρακατέχομεν εἰς μαρτύριον τῆς ἀληθείας· οὕτω μεγάλῃ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ γέγονεν ἔτι περιεῖναι τὰς Ἰωάννου ἐπιστολὰς ἐν βίβλῳ ἀρχαιοτάτῃ, εἰς ἐπίδειξιν τῆς ἀληθείας. δῆλον δὲ καὶ παρὰ πᾶσιν ὁμολογούμενον, τὰ αὐθεντικὰ τῶν ἄκρων ἀρχιερέων γράμματα

A de re ſcripta refellit. Tres præterea ſanciuntur canones, quos in Nomocanone poſuit Photius. Ex quibus primus eſt: Statuit ſancta & univerſalis ſynodus, ut qui ex Italiæ clericis, vel laicis, vel epiſcopis, in Aſia, vel Europa, vel Libya verſantes, depoſiti vel excommunicati fuerint a papa, habeantur etiam a Photio iiſdem cenſuris innodati & rurſus clericos, aut laicos, aut pontificalis ordinis viros a Photio in quacumque provincia excommunicatos, depoſitos, aut anathemati traditos, habendos eſſe innodatos a papa iiſdem pariter cenſuris. Ita Photius nititur non modo parem ſibi ac pontifici tribuere poteſtatem, ſed ſibi quidem provincias omnes, B pontifici vero ſolos ex Italia clericos aſſignat. Videtur etiam tollere appellationes ad apoſtolicam ſedem, ut ſcilicet abſolvere non poſſit Romanus pontifex quos Photius condemnavit: quod contra omne jus eſt & canones, præſertim vero contra Sardicenſis concilii canonem V. ubi de appellationibus ad Romanum pontificem ſtatuitur. Subſecutæ ſunt, poſt canonum editionem, epiſcoporum ſubſcriptiones, cum deteſtatione omnium ſynodorum quæ contra Photium habitæ ſunt, juxta mandata quæ in corruptis ab ipſo Joannis pontificis litteris habebantur. Recitatum eſt etiam poſtremo Conſtantinopolitanum ſymbolum;

PART. III. CAP. XIII.

C (*In Græco additur*: Antequam autem proferretur clara voce, ſic præfatus eſt ad verbum Photius: Ita de his ſentientes & prædicantes, eam quæ jam olim a patribus ad nos uſque deſcendit, ſinceræ Chriſtianorum fidei definitionem & mente & lingua diligimus, & omnibus clara voce annunciamus, nihil detrahentes, nihil addentes, nihil immutantes, nihil adulterantes. Nam ſi quis quid detrahat aut adjiciat, tunc cum nulla dæmonis artibus ſe commovet hæreſis, condemnat eos qui ſunt irreprehenſibiles, & contumeliam patribus infert, quæ excuſari non poteſt. Et cetera. Quibus verbis Photius taxare videtur quam Græci vocant Additionem D in ſymbolo factam: cui cum tunc quidem non adverſaretur, poſtea adverſatus eſt, cum vellet Romanæ eccleſiæ moleſtiam creare.) & ne quid ab aliquo adderetur, niſi hæreſis aliqua diabolica machinatione ſuboriatur conſtitutum. Quibus verbis innuere videtur Photius illam additionem ſymbolo factam de Spiritus ſancti a Filio proceſſione, quam etiam palam in ea ſynodo impugnare non eſt auſus. Hæc ſunt, quæ in hac pſeudoſynodo Photiana continentur; & quidem (ut oſtenſum eſt) maxima ex parte falſa, vel conficta. Jam vero non legitimam ſynodum, ſed conciliabulum fuiſſe, hinc etiam argumentis demonſtrari poteſt.

Hard. pag. 1119.

Græca hic aliquantum diſſona ſunt, quam Latina. Har.

E Et primum quidem: Cum tota hæc ſynodus Joannis epiſtolarum auctoritate nitatur, eas a Photio corruptas, ex collatione Latinarum cum Græcis epiſtolis demonſtratur. Atque, ut Nicolaus ex eo probat ſuas epiſtolas fuiſſe corruptas, quia eſt, inquit, apud nos ſociæ illarum duarum, quam apud nos retinuimus, pro futuro ſcilicet teſtimonio: ita magno Dei beneficio ſinceræ ac germanæ Joannis epiſtolæ extant in antiquiſſimo codice, ad hujus rei veritatem comprobandam. Nemo vero eſt qui neget, veras pontificum epiſtolas Latinas eſſe, cum ſemper Latine ſum-

Epiſt. 6.

PART. III CAP. XIII.

ſummi pontifices etiam ad Græcos ſcribere A ſoliti ſint. Photium itidem epiſtolas conſueviſſe corrumpere, ex Nicolai & Hadriani litteris & octavæ ſynodi generalis actis omnibus patet: quod vel Græci ipſi teſtantur, ut Stylianus in epiſtola ad Stephanum pontificem, Nicetas in vita ſancti Ignatii, Metrophanes in epiſtola ad Manuelem patricium, & alii. Deinde hoc idem Styliani auctoritate comprobatur. Scribit enim in epiſtola ad Stephanum, Eugenium & Paulum Joannis legatos a Photio partim minis, partim donis fuiſſe corruptos. Et ſubdit Petrum presbyterum Roma miſſum, re cum illis communicata, velut a ſede apoſtolica receptum Photium proclamaſſe. Tertio: Anti- B quus Græcarum epiſtolarum collector, quæ poſt octavam ſynodum habentur, a Photio ait Eugenium & alios per fraudem circumventos atque corruptos: ac poſtea Joannem VIII. pontificem accepto evangelio ambonem conſcendiſſe, cunctiſque audientibus dixiſſe: Quicumque Photium non juſto Dei judicio condemnatum judicat, quemadmodum nempe illum, qui me præceſſerunt Nicolaus & Hadrianus ſanctiſſimi papæ damnatum reliquerunt, anathema eſto. Quarto, Stephanus in epiſtola ad imperatorem Baſilium ſcribit, Marinum (qui poſtea ſummus pontifex fuit) Conſtantinopoli imperatori reſtitiſſe, qui octavæ ſynodi acta reſcin- C dere & antiquare volebat. Quæ intelligi minime poſſunt de primo Marini Conſtantinopolim adventu, quando ipſo imperatore poſtulante, magno omnium conſenſu ſynodus octava eſt celebrata, & cui Marinus legatus præfuit. Neque vero poſt Joannis obitum intelligi queunt, cum proxime illi in pontificatu ſucceſſerit. Ergo neceſſario ſequitur, poſt Photii reditum, & poſt damnatam a Photio octavam ſynodum, imperatori, qui Photio favebat, Marinum reſtitiſſe: & veriſimile valde eſt, tunc legatum a Joanne pontifice Conſtantinopolim fuiſſe deſtinatum. Quinto, non ſolum Joannes octavus, ſed qui poſt illum pontifices fuere, Marinus, Stephanus, For- D moſus & Joannes nonus Photium non ut patriarcham, ſed ut laicum, & a ſede apoſtolica damnatum, habuerunt. Extant hac de re eorumdem pontificum epiſtolæ.

Quare mortuo Baſilio imperatore, Leo Baſilii filius Photium de ſede depulſum, in exilium ejecit, in quo tandem miſere periit: ac Stephanum ſuum fratrem patriarcham eligendum curavit, & ſummi pontificis auctoritate confirmandum. Extant hac de re Styliani & aliorum epiſcoporum ad Stephanum papam epiſtolæ. Ignatium vero ut E ſanctum & legitimum patriarcham eccleſia univerſa ſemper coluit, & adhuc colit, ejuſque memoria ſolemnis in Græcorum menologio habetur. Atque adeo plurima ſcribit Nicetas in ejus vita ab eo patrata divinitus eſſe miracula. Liquet igitur falſum eſſe, quod Marcus Epheſius in concilio Florentino aſſeruit, octavum concilium Joannis octavi temporibus fuiſſe reſciſſum, & aliud pro Photio celebratum, & extare Joannis papæ epiſtolas pro Photio. Neque vero damnari poſſunt acta omnia quæ contra Photium & contra Igna-

ANNO CHRISTI 880.

A εἶναι Ῥωμαϊκά· Λατινικῶς γὰρ ἦν ἔθος ἐκείνοις γράφειν καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς Γραικούς. γνωστὸν δὲ πᾶσι κἀκεῖνο, ὅτι φίλον ἦν Φωτίῳ παραφθείρειν τὰ γράμματα. καὶ τούτου μάρτυρες αἱ Νικολάου καὶ Ἀδριανοῦ τῶν ἄκρων ἀρχιερέων ἐπιστολαί, καὶ τὰ πρακτικὰ τῆς ὀγδόης οἰκουμενικῆς συνόδου, προσμαρτυρούντων τοῦτ' αὐτὸ καὶ τῶν Γραικῶν, Στυλιανοῦ ἐν τῇ πρὸς Στέφανον τὸν πάπαν ἐπιστολῇ, Νικήτα ἐν τῷ βίῳ τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰγνατίου, καὶ Μητροφάνους ἐν τῇ ἐπιστολῇ πρὸς Μανουὴλ τὸν πατρίκιον. δεύτερον μαρτυρεῖ ὁ Νεοκαισαρείας Στυλιανὸς Στεφάνῳ τῷ πάπᾳ ἐπιστέλλων, τοὺς περὶ Εὐγένιον καὶ Παῦλον παρὰ τοῦ πάπα Ἰωάννου πρὸς Ἰγνάτιον ἀποσταλέντας δώροις B ἐξαπατηθῆναι ὑπὸ Φωτίου, καὶ βασιλικαῖς ἀπειλαῖς. εἶτα καὶ Πέτρον φησὶ τὸν πρεσβύτερον ἀνελθόντα ἐκ Ῥώμης εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ συνελθόντα ἐκείνοις, ἀνακηρύξαι τὸν Φώτιον ὡς ἀποδεδεγμένον παρὰ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου. τρίτον ἱστορεῖ ὁ τὴν συλλογὴν πάλαι ποιησάμενος τῶν μετὰ τὴν ὀγδόην σύνοδον ἐπιστολῶν, τοὺς περὶ Εὐγένιον διὰ τὴν Βουλγαρίαν ἐλθόντας ἀποπλανηθῆναι ὑπὸ Φωτίου. διὸ καὶ Ἰωάννην τὸν πάπαν λαβόντα τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἀνελθόντα ἐν τῷ ἄμβωνι, πάντων ἀκουόντων φάναι· ὁ μὴ ἔχων τὸν θεοκρίτως ἀναθεματισθέντα Φώτιον, ὡς ἀφῆκαν αὐτὸν Νικόλαος καὶ Ἀδριανὸς οἱ ἁγιώτατοι πάπαι οἱ προκάτοχοί μου, ἔστω ἀνάθεμα. τέ- C ταρτον, γράφει Στέφανος ὁ πάπας ἐν τῇ πρὸς Βασίλειον τὸν βασιλέα ἐπιστολῇ, ὅτι Μαρῖνος, ὁ καὶ ἄκρος ἀρχιερεὺς ὕστερον χρηματίσας, ἐν Κωνσταντινουπόλει τῷ ῥηθέντι βασιλεῖ ἀντέστη, βουλομένῳ καταλῦσαι καὶ ἀκυρῶσαι τὰ παρ' αὐτοῦ δὴ τοῦ Μαρίνου πρακτικὰ συνοδικῶς πραχθέντα ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, δηλαδὴ τὰ τῆς ὀγδόης συνόδου. καὶ ἐπειδὴ ὁ Μαρῖνος οὗτος τὸν Ἰωάννου θρόνον διεδέξατο ἀμέσως, ἀνάγκη τοῦτο γενέσθαι ἐπὶ Ἰωάννου, μεθ' ὃ Φώτιος ἐπανελθὼν τὴν ὀγδόην ἀπεκήρυξε σύνοδον. εἰκὸς δὲ τὸν Μαρῖνον ἀποσταλῆναι παρὰ Ἰωάννου ἀποκρισιάριον εἰς Κωνσταντινούπολιν, ὅτε καὶ ἀντεῖπε τῷ βασιλεῖ. πέμπτον, οὐ μόνον ὁ ὄγδοος Ἰωάννης, ἀλ- D λὰ καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἀρχιερεῖς τῆς Ῥώμης, Μαρῖνος, Στέφανος, Φορμῶσος, καὶ Ἰωάννης ὁ ἔννατος, τὸν Φώτιον οὐχ ὡς πατριάρχην, ἀλλ' ἀνίερον εἶχον λαϊκὸν παρὰ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου καθῃρημένον, ὡς αἱ τῶν αὐτῶν ἀρχιερέων ἐπιστολαὶ ἔτι σωζόμεναι μαρτυροῦσιν.

Διὸ δὴ τοῦ βασιλέως ἐκδημήσαντος Βασιλείου, Λέων ὁ τούτου υἱός, τὸν Φώτιον ἐξωθήσας, ὑπερόριον ἐποιήσατο, ἔνθα ἐλεεινῶς τὸν βίον κατέστρεψε. Στέφανον δὲ ἀντ' ἐκείνου τὸν οἰκεῖον ἀδελφὸν ὁ βασιλεὺς παρεσκεύασε ψηφισθῆναι πατριάρχην, καὶ ἐπικυρωθῆναι τῇ αὐθεντίᾳ τοῦ πάπα. μνημονεύει δὲ τούτου Στυλιανὸς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐπίσκοποι ἐν τῇ πρὸς E Στέφανον τὸν πάπαν ἐπιστολῇ. τὸν δὲ Ἰγνάτιον ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ὡς ἅγιον καὶ ἔννομον πατριάρχην ὁσίαις ἔκτοτε γεραίρει τιμαῖς, καὶ τὴν αὐτοῦ μνήμην οἱ Γραικοὶ ἐν τῷ μηνολογίῳ διαπρυσίως τελοῦσι. πλεῖστα δὲ ὑπ' αὐτοῦ θαυματουργηθῆναι ἱστορεῖ Νικήτας ὁ τὸν ἐκείνου βίον γραφῇ παραδούς. ἀσύστατον ἄρα καὶ ψευδὲς ὅπερ εἴρηκεν ὁ Ἐφέσου Μάρκος ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῆς Φλωρεντίας κατὰ τὴν ἕκτην συνέλευσιν, τὰ τῆς ὀγδόης δηλαδὴ συνόδου τῆς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ πάπα ἀκυρωθῆναί τε καὶ ἀναστραπῆναι, τὰ δὲ Φωτίου ὑπὸ τῆς γενομένης ἄλλης συνόδου ἀνορθωθῆναι, ἐπιστολάς τε τοῦ πάπα Ἰωάν-

νου

ANNO CHRISTI 8...

PART. III. CAP. XIII. Seſs. 6.

νε ἀρέσκεσθαι ὑπὲρ τοῦ Φωτίου. ἀλλ' οὐδ' ὅπερ ἀναγινώσκεσθαί φησιν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίᾳ ὅπως· ἅπαντα τὰ κατὰ τῶν ἁγίων πατριαρχῶν Φωτίου καὶ Ἰγνατίου γραφέντα ἢ λαληθέντα, ἀνάθεμα· χώραν ἔχει. εἰ γὰρ Ἰγνάτιος γνήσιος καὶ ἅγιος ἐχρημάτισε πατριάρχης, καθ' ὃ δὴ αἰτίως τὰ κατ' αὐτοῦ πεπραγμένα τυγχάνει πάντα κατάκειται καὶ ἀδόκιμα, ἀνάγκη πάσα τὰ κατὰ Φωτίου διωρισμένα ὑγιῆ τε εἶναι καὶ ἀκατάκειται, ἐπείπερ ὁ Φώτιος πάντα πέπραχεν ἐπὶ διαβολῇ καὶ ἀποκηρύξει Ἰγνατίου, καὶ τῆς αὐτοῦ καταστάσεως. πῶς δὲ ἡ Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησία λόγοις μὲν ἀναθεματίζει τὰ κατὰ Ἰγνατίου καὶ Φωτίου, ἔργοις δὲ τὴν μὲν ὑπὲρ Ἰγνατίου ἁγίαν καὶ ἀληθῆ καὶ κυρίως οἰκουμενικὴν σύνοδον οὐκ ἐπιγινώσκει, ἐπιδέχεται δὲ δύο ψευδοσυνόδους τοῦ Φωτίου, τὴν κατὰ Ἰγνατίου πρώτην καὶ δευτέραν καλουμένην, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα συστᾶσαν, ἐν ᾗ Φώτιος τὰς Ἰωάννου τοῦ πάπα διέφθειρεν ἐπιστολάς, ἥν τε αὐτὸς ψευδωνύμως ἐπωνόμασεν ὀγδόην; δῆλον οὖν ἐκ τούτων ἁπάντων καθέστηκε, τὴν ἀληθῆ καὶ γνησίαν οἰκουμενικὴν ὀγδόην σύνοδον εἶναι τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει κατὰ Φωτίου συστᾶσαν δι' αὐθεντίας Ἀδριανοῦ πάπα τοῦ δευτέρου ἐπὶ αὐτοκράτορος Βασιλείου· ἥ τις ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως τῶν Ῥώμης ἀρχιερέων, καὶ ἐν τῇ συνόδῳ τῆς Κωνσταντίας ταῖς λοιπαῖς ἁγίαις οἰκουμενικαῖς συναριθμεῖται συνόδοις· ἧς τε Γρηγόριος πάπας ὁ ἕβδομος μέμνηται, καὶ οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἱστοριῶν ξυγγραφεῖς Γραικοί τε καὶ Λατῖνοι, ἐν οἷς τὰς Ἀδριανοῦ πάπα τοῦ δευτέρου καὶ Βασιλείου αὐτοκράτορος ἀφηγοῦνται πράξεις· μάλιστα δὲ Ἀναστάσιος ὁ βιβλιοθηκάριος, ὁ τηνικαῦτα Λοδοΐκου αὐτοκράτορος τοῦ δευτέρου πρεσβευτὴς πρὸς Βασίλειον, τῇ τε συνόδῳ ταύτῃ παρουσιάσας, καὶ πάντα ἐκείνης τὰ ὑπομνήματα εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν μεταφράσας διάλεκτον, σχολίοις τε διακοσμήσας· ὃς καὶ ὅλην τοῦ πράγματος τὴν ὑπόθεσιν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς μεταφράσεως διεξέρχεται. φέρεται καὶ ἑλληνικῶς αὕτη ἡ σύνοδος, δοκεῖ δὲ συντετμῆσθαι καὶ σύνοψις εἶναι· ἐν ᾗ τρισκαίδεκα μόνον εὕρηνται κανόνες, εἰ καὶ Ἀναστάσιος ἐν τῇ μεταφράσει ἐκτίθεται ἑπτὰ καὶ εἴκοσι. διὸ τοῖς ἑλληνικῶς γεγραμμένοις παράκειται ἄλλη ἑρμηνεία παρὰ τὴν τοῦ Ἀναστασίου, τὰ συνοπτικῶς ἱστορηθέντα διατρανοῦσα. προσκεῖται δὲ τοῖς ἑλληνικαῖς βίβλοις μετὰ τὰ πρακτικὰ τῆς συνόδου, ἐπιστολῶν Στεφάνου τοῦ ἕκτου καὶ Φορμόσου ἄκρων ἀρχιερέων, καί τινων ἄλλων συλλογή, πολύ τι συμβαλλομένη εἰς ἐπιστηριγμὸν τῆς συνόδου, ἀρχαίου ἀνδρὸς καὶ συγχρόνου τῇ συνόδῳ φιλοπονίᾳ πεποιημένη.

Εὔθετον δὲ πάντως ἔδοξε παραθέσθαι ἐνταῦθα τὰς Ἰωάννου τοῦ πάπα ἐπιστολάς, ὧν ἀνωτέρω ἐμνήσθημεν. καὶ λατινικῶς μέν, ὡς παρὰ Ἰωάννου τοῦ πάπα ἐγράφησαν, καὶ εὕρηνται ἐν τῇ ἀρχαιοτάτῃ, ὡς εἰπόντες ἔφθημεν, βίβλῳ τῆς ἀποστολικῆς βιβλιοθήκης, παρακειμένης αὐταῖς τῆς ἑλληνικῆς ἑρμηνείας· καὶ μὴν καὶ ἑλληνικῶς, ὡς παρὰ Φωτίου παρεποιήθησαν, παρακειμένης ὡσαύτως τῆς λατινικῆς μεταφράσεως· ὅπως ἂν ἐμφανέστερον ἥ τε Φωτίου ῥᾳδιουργία, καὶ ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια πᾶσιν ἔκδηλος γένηται.

tium habita ſunt, ut in Conſtantinopolitana eccleſia idem Marchus Epheſius fieri teſtatur. Si enim Ignatius verus fuit ac ſanctus patriarcha, atque ideo omnia contra illum acta jure damnantur; neceſſario ſequitur non poſſe damnari quæ contra Photium ſtatuta ſunt, nam Photii actis ſancti Ignatii & vita & electio reprobatur atque rejicitur. Præterea ſi canones Photianæ pſeudoſynodi Conſtantinopolitana eccleſia recipit, quare etiam non recipit octavam generalem ſynodum pro Ignatio celebratam? Ex his omnibus conſtat, veram ac germanam octavam generalem ſynodum eam eſſe, quæ eſt Hadriani ſecundi auctoritate (Baſilio imperante) Conſtantinopoli celebrata, & quæ in fidei profeſſione Romanorum pontificum, atque in concilio Conſtantienſi una cum aliis œcumenicis conciliis enumeratur, & a Gregorio ſeptimo citatur. Imo vero veteres tum Græci, tum Latini hiſtorici, dum Hadriani ſecundi ſummi pontificis ac Baſilii imperatoris acta recenſent, ejus quoque ſynodi mentionem faciunt. In iis præcipue Anaſtaſius bibliothecarius, qui Ludovici ſecundi imperatoris nomine orator ad Baſilium miſſus concilio interfuit, & omnia ejus acta Latinitate donavit, ſcholiis illuſtravit, ejuſdemque ſynodi hiſtoriam in præfatione fuſe proſequitur. Extat etiam Græce hæc ſynodus, ſed in compendium videtur redacta, in qua tredecim tantum canones reperiuntur, tametſi ſeptem ac viginti habet Anaſtaſius in ſua interpretatione, quare præter Anaſtaſii verſionem, alia quæ Græco textui reſpondeat, appoſita eſt. In Græcis etiam codicibus poſt concilii acta extant, quaſi appendix ejuſdem concilii, Stephani ſexti ac Formoſi ſummorum pontificum, & aliorum quorumdam epiſtolæ, quæ multum ad concilii confirmationem faciunt, ab antiquo & ejus temporis auctore collectæ.

Seſſione 19.

Viſum eſt hoc loco Joannis octavi litteras, quarum ſupra facta eſt mentio, collocare: tum Græce, ut ſunt a Photio depravatæ, Latina verſione appoſita: tum Latine, prout a pontifice maximo fuere conſcriptæ: quarum vetuſtiſſimum exemplum diximus in Vaticana bibliotheca reperiri; quibus viciſſim Græca eſt adjecta interpretatio: quo facilius & Photii fraus, & rei totius veritas eluceſcat.

JOAN-

JOANNIS VIII P. EPISTOLA GERMANA

ANNO CHRISTI 880.

A

# JOANNIS PAPÆ VIII. epiſtolæ germanæ, in codice Vaticano repertæ.

*Dilectiſſimis ac excellentiſſimis ſpiritalibus filiis noſtris, Baſilio, Conſtantino & Alexandrino glorioſiſſimis imperatoribus ſemper Auguſtis.*

*Extat utraque Joannis epiſtola, hæc germana ſimul & corrupta infra cum notis Severini Binii.*

INTER claras ſapientiæ & manſuetudinis ve-
ſtræ laudes, o Chriſtianiſſimi principes,
aliquod cum puriore luce ſummæ devotio-
nis lumen longe lateque reſplendet, quod
B amore fidei, quod caritatis ſtudio diſcipli-
nis eccleſiaſticis edocti, Romanæ ſedi reve-
rentiam more præceſſorum veſtrorum piiſſi-
morum imperatorum conſervatis, & ejus
cuncta ſubjicitis auctoritati. Ad cujus au-
ctorem, hoc eſt apoſtolorum omnium prin-
cipem, Domino loquente, præceptum eſt:
*Joan. 21.* *Paſce oves meas*. Quam eſſe vere omnium ec-
cleſiarum Dei caput, & beatorum patrum
præcipuæ regulæ, & orthodoxorum princi-
pum ſtatuta declarant, & pietatis veſtræ re-
verendiſſimi apices atteſtantur. Nihil etenim
eſt, quod lumine clariore præfulgeat, quam
pia devotio, & recta fides in principe. Et
C quia pontificii noſtri reverentiam hoc ardo-
re mentis, hoc religionis ſtudio luculenter
veſtris melliflui litteris exoratis, quod pa-
ci & utilitati ſanctæ Conſtantinopolitanæ ec-
cleſiæ creditis expedire; id nos ratione,
ſeu temporis neceſſitate inſpecta, cum ſedis
apoſtolicæ nobis commiſſæ conſenſu & vo-
luntate perficere jure apoſtolico decet. Igi-
tur petiſtis a nobis, quatenus, ſede apo-
ſtolica ſuæ pandente viſcera pietatis, Pho-
tium reverendiſſimum in patriarchatus hono-
re, in ſummi ſacerdotii dignitate, & in
eccleſiaſtici collegii ſocietate reciperemus,
noſtræque communionis participem facere-
mus; ne eccleſiam Dei tanto jam tempore
D perturbatam pateremur amplius manere divi-
ſam, ſcandaloque commotam. Nos itaque
ſerenitatis veſtræ preces congrua ratione ad-
mittentes, quia Ignatium piæ memoriæ pa-
triarcham de præſenti vita jam migraſſe co-
gnoſcimus, temporis ratione perſpecta, hoc
modo decernimus ad veniam pertinere, quod
nuper de ipſo Photio, licet ipſe abſque
conſultu ſedis noſtræ officium ſibi interdi-
ctum uſurpaverit, geſtum conſtat fuiſſe.
Nos ſtatutis apoſtolicis non præjudicantes,
nec beatorum patrum regulas reſolventes,
quin potius multiplicibus earum auctoritati-
bus freti, qui Nicæni concilii capitulo ſe-
cundo apertiſſime dicunt: Quoniam plura aut
E per neceſſitatem, aut alias cogentibus homi-
minibus adverſus eccleſiaſticam facta ſunt re-
gulam. Hinc & Gelaſius papa dicit, quod
*Epiſt. 6.* ubi nulla perurget neceſſitas, conſtituta pa-
trum inviolata ſerventur. Et ſanctus Leo
eodem ſpiritu præcipit omittendum eſſe, &
inculpabile judicandum, quod neceſſitas in-
*Felix III. epiſt. 6.* tulit. Inde & Felix præſul deceſſor noſter
in ſua decretali epiſtola voce conſona di-
cit, aliter tractandam eſſe neceſſitatis ratio-
nem, & aliter voluntatis. Id etiam ſan-
ctum concilium apud Africam geſtum capi-
tulo xxxv. jubet, ut clerici Donatiſtarum
in eccleſia propter eccleſiæ pacem & utilita-

# ΙΩΑΝΝΟΥ ΠΑΠΑ ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ ἐπιστολαὶ, ὡς ἀνόθευτοι ἐφευρέθησαν.

Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ ἐξοχωτάτοις πνευματικοῖς ἡμῶν τέκνοις, Βασιλείῳ, Κωνσταντίνῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ βασιλεῦσιν ἐξοχωτάτοις καὶ αἰωνίοις αὐγούστοις.

ΤΗΣ ὑμετέρας σοφίας τε καὶ πραότητος λαμ-
πραὶ μὲν αἱ εὐφημίαι, χριστιανικώτατοι βασι-
λεῖς, αὐγὴ δέ τις ἐν ταύταις καθαρωτέρῳ φωτὶ με-
γίστης εὐλαβείας πανταχόσε περιαστράπτει, ὅτι πό-
θῳ περὶ τὴν πίστιν, καὶ ἀγάπης σπουδῇ τὴν ἐκκλησιαστικὴν
B παιδείαν ἐκδιδαχθέντες, τῷ Ῥώμης θρόνῳ αἰδῶ καὶ
τιμὴν ἀπονέμετε κατὰ τὸ ἔθος τῶν προβεβασιλευκότων
εὐσεβεστάτων αὐτοκρατόρων, καὶ πάντα ὑποτάσσετε τῇ
ἐκείνου αὐθεντίᾳ. οὗ τινος τῷ καθηγεμόνι, τῷ ἐξάρ-
χῳ δηλαδὴ ξυμπάντων τῶν ἀποστόλων, Χριστοῦ προσ-
φθεγγομένου, κεκέλευσται· ποίμαινε τὰ πρόβατά μου·
ὃν ἀληθῶς δὴ θρόνον εἶναι πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ
Θεοῦ κεφαλὴν, καὶ τῶν μακαρίων μάλιστα πατέρων οἱ
κανόνες, καὶ τῶν ὀρθοδόξων βασιλέων ἐμφαίνουσι τὰ
διατάγματα, ναὶ μὴν καὶ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας αἱ
τίμιαι κεραῖαι προσμαρτυροῦσιν. οὐδὲν γὰρ ἐν τῷ βα-
σιλεύοντι διαυγέστερον ἐκλάμπει, ὡς εὐσεβὴς διάθε-
σις, καὶ ὀρθὴ πίστις. ἐπεὶ οὖν τὸ αἰδέσιμον τῆς ἡμετέρας
C ἀρχιερωσύνης ἐκτενῶς τοιαύτῃ διανοίας ζέσει, καὶ τοιαύ-
τῃ εὐσεβείας σπουδῇ, τοῖς μελιρρύτοις ὑμῶν γράμ-
μασιν ἐκλιπαρεῖτε, ποθοῦντες ὅπερ συντείνειν πεπι-
στεύκατε πρὸς εἰρήνην καὶ λυσιτέλειαν τῆς ἁγίας τῶν
Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, τοῦτο ἡμᾶς πρέπον
ἐκπλέσαι ἀποστολικῷ δικαίῳ, κατιδόντας τοῦ καιροῦ τὴν
ἀνάγκην, συναινοῦντος καὶ συνευδοκοῦντος τοῦ ἐμπι-
στευθέντος ἡμῖν ἀποστολικοῦ θρόνου. ᾐτήσασθε τοίνυν ἡ-
μᾶς, ἵνα τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ὑπανοιγούσης τὰ
σπλάγχνα τῆς οἰκείας φιλανθρωπίας, Φώτιον τὸν εὐ-
λαβέστατον ἀποδεξώμεθα εἰς πατριάρχου τιμὴν, εἰς
συνάφειαν τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ, καὶ μέτοχον αὐτὸν τῆς ἡμε-
τέρας ποιησώμεθα κοινωνίας, μὴ τὴν ἐκκλησίαν ἀνε-
D χόμενοι τοῦ Θεοῦ τοσοῦτον ἤδη χρόνον τεταραγμένην ἐπι-
πλέον διαμένειν ἐν τῷ σχίσματι καὶ τῇ ζάλῃ τοῦ σκαν-
δάλου. διόπερ ἡμεῖς τῆς ὑμετέρας γαληνότητος τὴν
ἱκεσίαν εὐλόγως προσδεχόμενοι, ἐπειδὴ ἔγνωμεν τὸν
τῆς μακαρίας μνήμης πατριάρχην Ἰγνάτιον μετηλλα-
χέναι τὸν βίον, ὑπολογισάμενοι τὸν καιρὸν, οὕτω θε-
σπίζομεν πρὸς συγγνώμην ἀφορᾶν, ὅπερ ἀρτίως περὶ
αὐτοῦ τοῦ Φωτίου, εἰ καὶ αὐτὸς μηδὲν εἰς τὸν ἡμέτερον
θρόνον ἀναγαγὼν τῆς ἀπηγορευμένης αὐτῷ ἐργασίας
ἐδράξατο, πάντες ἴσασι πεπρᾶχθαι, τοὺς ἀποστολι-
κοὺς θεσμοὺς οὐδαμῶς παραβαίνοντες, ἢ τῶν μακαρίων
πατέρων τοὺς κανόνας διαλύοντες, μᾶλλον δὲ ῥητοῖς αὐ-
τῶν πολλαπλασίοις ἐπιθαρροῦντες. προδηλότατα γάρ
E φασιν ἐν τῷ δευτέρῳ κανόνι τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.
ἐπειδὴ πολλὰ ἤτοι ὑπ᾽ ἀνάγκης, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων
τῶν ἀνθρώπων, ἐγένετο παρὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλη-
σιαστικόν. ὅθεν καὶ Γελάσιος ὁ πάπας φησίν· ὅπου ἀ-
νάγκη οὐ προσβιάζεται, τῶν πατέρων οἱ θεσμοὶ τηρεί-
σθωσαν ἀπαράβατοι. καὶ Λέων ὁ ἅγιος τῷ αὐτῷ δια-
κελεύεται πνεύματι, παραλιμπάνεσθαι, καὶ ἀκατηγό-
ρητον κρίνεσθαι τὸ ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἐπαγόμενον. διὸ
καὶ Φῆλιξ ἀρχιερεὺς ἡμέτερος προκάτοχος ἐν τῇ κανονι-
κῇ αὐτοῦ ἐπιστολῇ συμφώνως λέγει, ἄλλως εἶναι με-
ταχειριστέα τὰ τῆς ἀνάγκης, καὶ ἄλλως τὰ τῆς προαι-
ρέσεως.

ANNO CHRISTI 870.

ρέσεως. ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν Ἀφρικῇ ἁγία σύνοδος ἐν τῷ λέ. κεφαλαίῳ, τοὺς κληρικοὺς τῶν Δονατιστῶν διὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην καὶ χρησιμότητα, εἰ διορθουμένης τῆς βουλῆς πρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα μετελθεῖν θελήσαιεν, ἐὰν τοῦτο συμβάλλεσθαι τῇ τῶν Χριστιανῶν εἰρήνῃ φανείη, ἐν ταῖς ἰδίαις τιμαῖς ἀναδεχθῆναι κελεύει. οὐχ ἵνα ἡ σύνοδος ἡ ἐν τοῖς περαματικοῖς μέρεσι περὶ τούτου τοῦ πράγματος γενομένη διαλυθῇ· ἐν ᾗ δηλαδὴ συνόδῳ ὡρίσθη, ἵνα οἱ χειροτονηθέντες ἐν τῷ μέρει τῶν Δονατιστῶν, ἐὰν πρὸς τὴν καθολικὴν πίστιν μετελθεῖν θελήσαιεν, μὴ δεχθῶσιν ἐν ταῖς οἰκείαις τιμαῖς. περὶ τούτου καὶ Ἰννοκέντιος ὁ μακάριος πάπας ἐν κεφαλαίῳ νέ. λέγει, τοὺς ὑπὸ Βονώσου τοῦ αἱρετικοῦ χειροτονηθέντας διὰ τοῦτο δεχθῆναι, μὴ ὅπως σκάνδαλον ἐπιμείνῃ τῇ ἐκκλησίᾳ. οὐκοῦν συμφωνούντων τανῦν ὁμοψύχως καὶ συμψήφων ὄντων τῶν ἄλλων πατριαρχῶν, τοῦ Ἀλεξανδρείας, τοῦ Ἀντιοχείας, τοῦ Ἱεροσολύμων, καὶ πάντων τῶν μητροπολιτῶν, καὶ ἐπισκόπων, καὶ ἱερέων, καὶ παντὸς τοῦ κλήρου τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίας, τῆς χειροτονίας ὄντων Μεθοδίου καὶ Ἰγνατίου τῶν ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ διαλαβεστάτων πατριαρχῶν, Φώτιον τὸν ῥηθέντα, πληροφορίαν διδόντα, καὶ ἔλεον κατὰ τὸ ἔθος αἰτοῦντα ἔμπροσθεν τῆς συνόδου, ἐν ἀληθινῇ ἀγάπῃ ἀδελφόν, ἐν τῇ ἀρχιερατικῇ ἀξίᾳ συλλειτουργόν, ἐν τῇ ποιμαντικῇ διδασκαλίᾳ συνιερέα τὸ ἀπὸ τοῦδε, ὑπὲρ εἰρήνης καὶ ὠφελείας τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, διὰ τῆς Χριστοῦ βοηθείας δεχόμεθά τε καὶ ἔχομεν. καὶ ὑμεῖς γὰρ Χριστιανικώτατοι βασιλεῖς Αὔγουστοι, οἱ τῆς ὁσίας πολιτείας τὸ κράτος φιλανθρωποτάτως διέποντες, ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεῖς εἶναι δοκεῖτε, ἐν ᾧ ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης καθικετεύετε. καὶ ἡμεῖς δὲ οἷς κατὰ τὸν ἀπόστολον ἐπίκειται ἡ μέριμνα πασῶν τοῦ Θεοῦ τῶν ἐκκλησιῶν, μηδεμίαν τοῦ λοιποῦ ἀμφισβήτησιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διαμεῖναι βουλόμενοι, αὐτὸν τοῦτον τὸν πατριάρχην μετὰ πάντων εἴτε ἐπισκόπων, εἴτε πρεσβυτέρων, ἐφ᾽ οὓς ἐνεχθῇ τὸ κρῖμα τῆς ἐπιτιμίας, ἀπὸ παντὸς δεσμοῦ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀποφάσεως λύομεν, καὶ λαβεῖν τὸν θρόνον τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίας ἐκκλησίας κρίνομεν, καὶ ποιμένα εἶναι τῆς τοῦ κυρίου ἀγέλης· ἐκείνῃ δηλαδὴ τῇ ἐξουσίᾳ ἐπιστηριζόμενοι, ἣν δεδόσθαι ἡμῖν ἐν αὐτῷ τῷ κορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων παρὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡ ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ πεπίστευκε, τοῦ σωτῆρος αὐτοῦ τῷ μακαρίῳ ἀποστόλῳ Πέτρῳ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους κατ᾽ ἐξαίρετον ἐπιτρέψαντος, ἐν οἷς ἔφη· σοὶ δώσω τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὥσπερ γὰρ δῆλον καθέστηκε, μηδὲν τῶν ῥημάτων τούτων ἐξαιρεῖσθαι, οὕτω διὰ τοῦ ἔργου τῆς ἀποστολικῆς οἰκονομίας ἀναμφιβόλως καὶ τὸ πᾶν δυνάμεθα καθόλου δῆσαι, καὶ τὸ πᾶν ἀκολούθως διαλῦσαι· καὶ μάλιστα δέον ἐκ τούτου μᾶλλον χορηγεῖσθαι πᾶσιν ὑπόδειγμα τῆς ἀποστολικῆς συμπαθείας. καὶ οἱ τοποτηρηταὶ γὰρ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, οἱ σταλέντες εἰς Κωνσταντινούπολιν παρὰ τοῦ προκατόχου ἡμῶν Ἀδριανοῦ τοῦ θεσπεσίου ἀρχιερέως, τῇ συστάσῃ ἐκεῖ συνόδῳ μέχρι τῆς τοῦ οἰκείου ἀρχιερέως βουλήσεως ἀγρύπνῳ σπουδῇ ταῖς οἰκείαις συνέθεντο ὑπογραφαῖς .... οὐδὲ παρὰ τοῦ ἀποστολικοῦ μένειν. καὶ γὰρ τοῦ μακαρίου Πέτρου ὁ θρόνος, τοῦ κλειδούχου τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐξουσίαν ἔχει τὰ ὑπὸ ἀρχιερέων δεσμευθέντα, ὁποῖ᾽ ἂν ᾖ, λύειν δι᾽ ἀλόγου διαγνώσει. πρόδηλον γάρ, ὅτι πολλοὶ

tem, ſi correcto conſilio ad cathol. tatem tranſire voluerint, ſi hoc paci Chriſtianæ prodeſſe viſum fuerit, in ſuis honoribus ſuſcipiantur; non ut concilium, quod in tranſmarinis partibus de hac re factum eſt, diſſolvatur: in quo videlicet concilio ſtatutum eſt, ut ordinati in parte Donati, ſi ad catholicam partem tranſire voluerint, non ſuſcipiantur in honoribus ſuis. De hoc etiam beatus papa Innocentius dicit capitulo LV. quod ii, qui a Bonoſo hæretico ordinati ſunt, propterea ſint recepti, ne ſcandalum remaneret eccleſiæ. Nunc itaque aliis patriarchis, Alexandrino videlicet, & Antiocheno, & Hieroſolymitano, atque omnibus archiepiſcopis metropolitis, epiſcopis & ſacerdotibus, cunctoque clero Conſtantinopolitanæ ſedis, qui de ordinatione beatæ memoriæ Methodii & Ignatii reverendiſſimorum patriarcharum exiſtunt, una voluntate, parique voto conſentientibus, eumdem Photium ſatisfaciendo, miſericordiam coram ſynodo ſecundum conſuetudinem poſtulantem, in vera dilectione fratrem, in pontificali officio comminiſtrum, atque coram ſynodo miſericordiam quærendo in paſtorali magiſterio conſacerdotem, pro eccleſiæ Dei pace & utilitate, amodo, Chriſto favente, recipimus & habemus. Quia & vos Chriſtianiſſimi imperatores Auguſti, qui ſanctæ reipublicæ clementiſſimo affectu gubernatis imperium, pro Chriſto fungi legatione videmini, dum pro pace rogatis eccleſiæ: & nos, quibus ſecundum apoſtolum, omnium eccleſiarum Dei ſolicitudo incumbit, controverſiam aliquam in eccleſia Dei amplius remanere nolentes, hunc ipſum patriarcham cum omnibus ſive epiſcopis, ſive presbyteris, ſeu ceteris clericis, & omnibus laicis, in quos judicii fuerat cenſura prolata, ab omni eccleſiaſticæ ſanctionis vinculo abſolvimus, ſanctæque Conſtantinopolitanæ eccleſiæ judicamus recipere ſedem, dominicique gregis eſſe paſtorem: illa ſcilicet poteſtate fulti, quam eccleſia Dei toto terrarum orbe diffuſa credit nobis, in ipſo apoſtolorum principe, a Chriſto Deo noſtro eſſe conceſſam; eodem ſalvatore beato Petro apoſtolo præ ceteris ſpecialiter delegante: *Tibi dabo claves regni cælorum; & quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis.* Sicut enim ex his verbis nil conſtat exceptum, ſic per apoſtolicæ diſpenſationis officium & totum poſſumus procul dubio generaliter alligare, & totum conſequenter abſolvere: præcipue cum ex hoc magis præberi cunctis oporteat apoſtolicæ miſerationis exemplum. Nam & legati ſedis apoſtolicæ ab anteceſſore noſtro, Hadriano videlicet almifico præſule, Conſtantinopolim directi, ſynodo ibidem peractæ uſque ad voluntatem ſui pontificis, vigilanti ſtudio ſubſcripſerunt ..... nec ab apoſtolico manere: quia ſedes beati Petri cæleſtis regni clavigeri poteſtatem habet, ligata quælibet pontificum congrua æſtimatione abſolvere. Quippe cum conſtet multos jam patriarchas, hoc eſt, Athanaſium & Cyrillum Alexandrinos, Flavianum & Joannem Conſtantinopolitanos, & Polychronium Hieroſolymitanum, ſynodice damnatos, per

VIII. P. EPISTOLA GERMANA

*Epiſt. 55.*

*2. Cor. 5. 2. Cor. 11.*

*Matth. 16.*

A apoſtolicæ ſedis poſtmodum abſolutionem reſtitutos incunctanter fuiſſe. Eo tamen tenore iſta ſtatuentes, apoſtolica dumtaxat auctoritate & ſanctorum patrum venerabilibus inſtitutis, decernimus, ut poſt hujus patriarchæ obitum nullus de laicis vel curialibus in patriarchatus eligatur vel conſecretur honore, niſi de cardinalibus, presbyteris & diaconibus Conſtantinopolitanæ ſedis, ſecundum ſacros canones ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos: quia nec præpropere contra canones eccleſiaſticos, decretaque majorum, cito quilibet lector, cito acoluthus, cito diaconus, cito ſacerdos vel epiſcopus fiat: quia in minoribus officiis, ſi diu perdurent, & vita B eorum pariter & obſequium comprobatur: ut per tempora a majoribus inſtituta, comprobatis prius moribus, & bonæ vitæ meritis refulgentibus, ad ſummum ſacerdotium poſtmodum veniant: quoniam non eſt ſubito præripiendum, vel uſurpandum, quod vita diu probata meretur accipere. Nam ſi in quibuslibet eccleſiæ gradibus providenter curandum eſt, ut in Domini domo nihil ſit inordinatum; quanto magis elaborandum eſt, ut in electione ejus qui ſupra omnes gradus conſtituitur, non erretur? Nam totius familiæ Domini ſtatus, & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non ſit in capite; & inde fiat, ut omnis ec- C cleſiaſtica diſciplina reſolvatur, omnis ordo turbetur: & ideo hoc, quod nos modo pro eccleſiaſtica unitate & pace, quam Chriſtus dominus noſter nobis dedit habendam, utcumque patimur eſſe veniale, inultum poſtmodum eſſe non poterit, ſi quiſquam id quod omnimodo interdicimus, uſurpaverit: quia remiſſio peccati non dat licentiam iterum delinquendi: nec quod potuit aliqua ratione ſemel concedi, fas erit amplius impune committi. Hoc etiam modo iſta, excellentiæ veſtræ precibus moti, fieri jubemus, ſi ipſe patriarcha Bulgarorum diœceſim, quam piæ memoriæ Nicolaus præceſſor noſter, Michaele ipſorum rege pe- D tente, apoſtolicis doctrinis docuit, & per venerabiles epiſcopos ſuos ſacri lavit unda baptiſmatis, omnique eccleſiaſtica regula & diſciplina, prout oportebat, inſtruxit, amodo ſuo juri vendicare, vel remittere nullo modo præſumpſerit, nec aliquam cujuſcumque honoris ibidem ordinationem fecerit. Ibidem ſunt illicite ordinati epiſcopi, vel ſacerdotes . . . . . archiepiſcopo, vel epiſcopis, qui ibidem videntur exiſtere, ſacrum pallium, quo inter ſacra miſſarum ſolemnia uti pontificibus ſolitum eſt, ipſe patriarcha mittere præſumpſerit. Porro pro tantis perturbationibus, quibus eccleſia veſtra longo jam tempore manet turbata, ve- E ſtræ auguſtali pietati obnixe ſuggerimus, ut Conſtantinopolitanum patriarcham digno ſemper honore venerantes, quaſi patrem ſpiritualem, & utpote inter vos & Deum mediatorem præcipuum, divina vobis, per quæ ad regnum perveniatis æternum, ſedule annuntiantem pio ſemper affectu colatis, &, ut condecet, in omnibus honoretis: quia pro temporali, quem illi præbetis, honore, vos & hic temporalem honorificentiam habebitis, & in æternum multiplicem procul dubio recipietis, ab illo nempe qui

A πατριάρχαι, οἷον Ἀθανάσιος καὶ Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, Φλαβιανὸς καὶ Ἰωάννης Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Πολυχρόνιος Ἱεροσολύμων, συνοδικῶς καθαιρεθέντες, μετὰ ταῦτα διὰ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς λύσεως τυχόντες, ἀνυπερθέτως τοὺς οἰκείους θρόνους ἀπέλαβον. ταῦτα δὲ ὁρίζοντες, ἀποστολικῇ δήπου ἐξουσίᾳ, καὶ τοῖς σεβασμίοις τῶν ἁγίων πατέρων διατάγμασι, θεσπίζομεν ὅπως, ὥστε μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦδε τοῦ πατριάρχου μηδένα ἐκ λαϊκῶν ἢ βουλευτικῶν εἰς τιμὴν πατριαρχικὴν ψηφίζεσθαι ἢ προβιβάζεσθαι, εἰ μὴ ἐκ τῶν καρδιναλίων πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως, κατὰ τοὺς ἱεροὺς κανόνας τοὺς πνεύματι Θεοῦ ὁρισθέντας, καὶ εὐλαβείᾳ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης καθιερω- B θέντας· ἵνα μήτις ἄφνω ἐναντίον τῶν τῆς ἐκκλησίας κανόνων, καὶ τῶν πατρικῶν διατάξεων, ταχέως ἀναγνώστης, ταχέως ἀκόλουθος, ταχέως διάκονος, ταχέως ἱερεὺς ἢ ἐπίσκοπος χειροτονῆται. ἐν τάγμασι γὰρ αὐτῶν ὑποδεεστέροις χρονιζόντων ὅ τε βίος δοκιμάζεται καὶ ἡ ὑπηρεσία. ὅπως δοκιμασθέντων πρότερον κατὰ τοὺς τεταγμένους ὑπὸ τῶν πατέρων χρόνους τῶν τρόπων, καὶ τῆς καλοκἀγαθίας διαλαμπούσης, τότε εἰς τὸ ἀκρότατον ὕψος τῆς ἀρχιερωσύνης ἀνάγωνται. οὐ δεῖ γὰρ ἀθρόον προαρπάζειν ἢ ἐξιδιοποιεῖσθαι τὸ ὀφειλόμενον τῷ πολυχρονίῳ δοκιμῷ τοῦ βίου. εἰ γὰρ ἐν οἱῳδήποτε τῆς ἐκκλησίας βαθμῷ προνοητικῶς ἐστι φροντιστέον, ἵνα μηδὲν ᾖ ἀσύντακτον ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ κυρίου, πόσῳ μᾶλλον διασπουδασ- C τέον, ὅπως ἐν τῇ ἐκλογῇ τοῦ ἀνερχομένου ἐπάνω πάντων τῶν βαθμῶν μηδὲν ἐξαμαρτάνηται; τοῦ γὰρ παντὸς οἴκου τοῦ κυρίου σαλευθήσεται ἡ κατάστασις καὶ ἡ τάξις,, εἴπερ μὴ προσείη τῇ κεφαλῇ, ὃ ζητεῖται ἐν τῷ σώματι· καὶ γένηται ἐκ τούτου τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἁπάσης εὐταξίας κατάλυσις, καὶ ἁπάσης τάξεως σύγχυσις. καὶ διὰ τοῦτο ὅπερ ἡμεῖς νῦν διὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἑνότητα καὶ εἰρήνην, ἣν ἡμῖν Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν ἔδωκε φυλάττειν, ὁπωσοῦν ἀνεχόμεθα συγγνωστὸν εἶναι,, ἀνεκδίκητον εἶναι μετὰ ταῦτα οὐ δυνήσεται, εἴ τις τοῦθ᾽ ὅπερ παντελῶς ἀπαγορεύομεν, ὑφαρπάσει. ἡ γὰρ ἄφεσις τοῦ πλημμεληθέντος οὐ δίδωσιν ἐξουσίαν τοῦ αὖθις ἐξαμαρτεῖν· οὐδ᾽ ὅπερ ἅπαξ λόγῳ D τινὶ δεδύνηται συγχωρηθῆναι, θεμιτὸν ἔσται εἰς τοὐπιὸν ἀτιμωρήτως γίνεσθαι. ἔτι δὲ ταῦτα, τῆς ὑμετέρας ὑπεροχῆς ταῖς δεήσεσι παρακληθέντες, οὕτω γίνεσθαι προστάττομεν, ἐὰν αὐτὸς ὁ πατριάρχης τὴν τῶν Βουλγάρων διοίκησιν, ἥντινα ὁ τῆς ἀιδίας μνήμης προηγησάμενος ἡμῶν Νικόλαος, Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως αὐτῶν δεομένου, ἀποστολικαῖς ἐδίδαξε διδαχαῖς, καὶ δι᾽ εὐλαβεστάτων αὐτοῦ ἐπισκόπων ἀπέπλυνε τῷ θείῳ λουτρῷ τοῦ βαπτίσματος, καὶ πάντα ὥσπερ ἐχρῆν ἐκκλησιαστικὸν τύπον καὶ διδασκαλίαν παρέδωκε, τὸ ἀπὸ τοῦδε ἐκδικεῖν ἑαυτῷ ἢ σφετερίζεσθαι μηδόλως τολμήσῃ, καὶ οὐδεμίαν ἡστινοσοῦν τιμῆς αὐτόθι χειροτονίαν ποιήσηται. ἀθεμίτως ἐκεῖ ἐχειροτονήθησαν ἐπίσκοποι E καὶ ἱερεῖς . . . . . . . τῷ ἀρχιεπισκόπῳ ἢ τοῖς ἐκεῖ οὖσιν ἐπισκόποις τολμήσῃ αὐτὸς ὁ πατριάρχης ἱερὸν ὠμοφόριον ἀποστεῖλαι, ᾧ χρῆσθαι τὰ θεῖα ἱερουργοῦντες οἱ ἀρχιερεῖς εἰώθασιν. ἐπεὶ δὲ τοσαύτας πέπονθε ταραχὰς πολλὴν ἤδη χρόνον ἡ καθ᾽ ὑμᾶς ἐκκλησία, τὴν αὐτοκρατορικὴν ὑμῶν εὐσέβειαν σπουδαίως ὑπομιμνήσκομεν, ἵνα τῷ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχῃ τὴν ἀξίαν ἀεὶ τιμὴν ἀπονέμοντες ὡς πνευματικῷ πατρὶ, καὶ ἐξαιρέτῳ ὑμῶν τε καὶ τοῦ Θεοῦ μεσίτῃ, τά τε θεῖα ὑμῖν ἐπιμελῶς καταγγέλλοντι, δι᾽ ὧν εἰς τὴν ἀΐδιον καταντήσετε βασιλείαν, διὰ παντὸς αὐτὸν σέβησθε, τι-

μῶν

ANNO CHRISTI 870.

μοῦντες ἐν ἅπασιν, ὡς εἰκός. ἀντὶ γὰρ προσχαίρει τιμῆς, ἣν αὐτῷ προσάγετε, καὶ τὴν πρόσφορον κληρώσεσθε ὑμεῖς ἐνθάδε, καὶ τὴν ἐσχάτην διαμείψουσαν πάντως λήψεσθε πολλαπλασίω, παρ' ἐκείνου δῆλον, ὃς τοὺς αὐτὸν δοξάζοντας ἔφη δοξάσειν. μὴ δὴ οὖν ἀκούειν ἀξιούτω ἡ ὑμετέρα βασιλικὴ μεγαλοπρέπεια τοὺς ψιθυρολογίας τῶν ὑποσπείρειν ἐπὶ τὸ περιφανὲς τοῦ κυρίου λήϊον τῶν σκανδάλων τὰ ζιζάνια μὴ διαλειπόντων. μηδὲ διὰ τοὺς ψιθυρισμοὺς τῶν τοιούτων, οἳ σπεύδουσι διηνεκῶς θείαν ἑνότητα διασχίζειν, τὸν χιτῶνα τοῦ κυρίου, τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ταῖς ἑαυτῶν γλώτταις οὐ παύονται ἀεὶ λαλεῖν δολίως, ἰὸν ἀσπίδων φέροντες ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν, κινείσθω τῆς φιλανθρωπίας ὑμῶν ἡ γνώμη κατ' ἐκείνου ὁποσονοῦν· μηδ' ἀγερώχως οὑτωσὶ ἀτιμαζέσθω ὁ θείᾳ προνοίᾳ μέγας ὑμῖν ἱερεὺς καταστὰς πρὸς διοίκησιν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας. αἰσχρὸν γὰρ τοῦτό γε καὶ ἀπρεπὲς τῇ ἁγίᾳ δι[illegible]λογείᾳ. παρεγγυώμεθα δὲ πρὸς τούτοις, ἵνα πάντες οἱ ἐπίσκοποι καὶ ἱερεῖς, καὶ οἱουδήποτε τάγματος κληρικοὶ τῆς χειροτονίας ὄντες τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Ἰγνατίου, εἴτε ἐν τῇ βασιλίδι διατρίβοντες, εἴτε ἐκτὸς πόῤῥω που ἢ ἐγγυτέρω ἐξωσθέντες, προσηνῶς παρ' ὑμῶν ἀνακληθῶσιν εἰς τὸν κόλπον καὶ τὴν ἑνότητα τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, προσδεχομένων αὐτοὺς ὑμῶν καὶ περιπτυσσομένων χερσὶν ὑπτίαις, στοργῇ πατρικῇ, καὶ τοὺς οἰκείους ἑκάστῳ τούτων θρόνους ἀποδοθῆναι κελευόντων· ἵν' ὥσπερ μία πίστις καὶ ἕν ἐστι βάπτισμα ἐν ἡμῖν, καὶ πάντες ἕν ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ὡσαύτως καὶ οὗτοι πρὸς τὴν ἑνότητα καὶ τὸ πλήρωμα τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας καὶ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐπανερχόμενοι, καὶ τὸ αὐτὸ λέγοντες, καὶ τέλειοι ὄντες ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ τῇ αὐτῇ γνώσει, μία ποίμνη γένωνται καὶ εἷς ποιμήν· καὶ μὴ τολμῶσι τοῦ λοιποῦ λέγειν, ἐγὼ μὲν εἰμι Κηφᾶ, ἐγὼ δὲ Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλώ, ἀλλ' ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ὅς ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ ἐλθὼν καταλλάξαι τά τε ἐπὶ γῆς καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς οὐκ ἀπηξίωσεν· ὃς διὰ τοῦτο ἐφάπαξ ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἵνα τὰ τέκνα τοῦ διεσκορπισμένα εἰς ἓν συνάξῃ. οὐ γὰρ εἶναι δυνήσεται τῆς συναφείας αὐτῶν ἑδραία ἡ συμβίβασις, ἣν μὴ αὐτοὺς συσφίγξῃ ὁ δεσμὸς τῆς ἀγάπης πρὸς στεῤῥότητα ἀδιάσπαστον. οὕτω γὰρ Θεοῦ συνεργοῦντος ἄνευ ταραχῆς οἱασοῦν ἐπὶ τῆς βασιλείας ὑμῶν σῶοι καὶ ἀκίνδυνοι διατελοῦντες, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν σωτηρίας καὶ ἁπάσης τῆς πολιτείας ἐκτενέσιν εὐχαῖς ἀεὶ πρὸς τὸν Θεὸν πρεσβεύουσιν. εἰ δέ τινες ἴσως παραιτήσωνται τὴν πρὸς τὸν πατριάρχην κοινωνίαν, δεύτερον καὶ τρίτον νουθετείσθωσαν, ὥστε τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἑαυτοὺς ἑνῶσαι. μὴ βουλομένους δὲ συνελθεῖν, ἀλλὰ τῇ οἰκείᾳ ἐμμένοντας ἀπειθείᾳ, παρηγγείλαμεν τοῖς ἡμετέροις ἀποκρισιαρίοις, ἵν' ἅμα τῇ συνόδῳ αὐτοὺς ἀφορίσωσι τῆς ἀχράντου μεταλήψεως, ἕως ἂν ἐπιστρέψωσι πρὸς τὸν ἴδιον πατριάρχην, καὶ τὴν ἑνότητα τῆς ἁγίας ἐκκλησίας .... ἄλλως τε τῶν ἐπισκόπων αὐτῶν κανονικῶς παρ' ἡμῶν ἀφορισμῷ ὑποβληθέντων. διὸ εἴπερ αὐτοὺς εἰς κοινωνίαν παραδέξηται, ἢ τῆς πρὸς αὐτοὺς ὁμιλίας ὁπωσδήποτε ἀνθέξηται, παραπλησίως τὸν αὐτὸν πατριάρχην σὺν τοῖς ἐπισκόποις ἐκείνοις κρίνομεν εἶναι τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἀφωρισμένον. ἐδόθη μηνὶ Αὐγούστῳ, ἰνδικτιῶνος ιβ.

Ἐστάλη διὰ Πέτρου πρεσβυτέρου.

JOANNIS VIII P. EPISTOLA GERMANA.

A glorificantes ſe glorificare teſtatur. Nec eorum verba falſo prolata, qui ſcandalorum zizania ſuper conſpicuam ſegetem Domini ſeminare non ceſſant, veſtra imperialis dignetur audire majeſtas: nec pro talium ſuſurrationibus hominum, qui ſemper ſtudent ſcindere unitatem Dei, veſtem Domini, eccleſiam Chriſti, quique linguis ſuis ſemper doloſé agere non ceſſant, venenum aſpidum portantes ſub labiis ſuis, animum clementiæ veſtræ adverſus eum aliquatenus commoveatis, & ſummum ſacerdotem veſtrum Dei providentia in eccleſiæ Chriſti regimine conſtitutum, ſic facile exhonoretis: quod nimirum veſtro ſancto imperio B valde inhoneſtum & indecens eſſe videtur. Præterea mandamus etiam, ut omnes epiſcopos & ſacerdotes, ſeu cujuſcumque ordinis clericos, qui de conſecratione Ignatii bonæ memoriæ patriarchæ conſiſtunt, ſive in ipſa regia urbe manentes ſive alicubi extra longe, ſeu prope retruſos, clementi animo ad gremium & unitatem ſanctæ eccleſiæ revocetis, & ulnis extenſis paterno affectu recipiatis & amplectamini, propriaſque unicuique illorum jubeatis reddi ſedes: ut ſicut una eſt fides, unum in nobis baptiſma, & omnes unum ſumus in Chriſto; ita & iſti, qui ad unitatem & ſocietatem eccleſiæ Dei, & corporis Chriſti redierint, & C id ipſum dicentes, perfectique exiſtentes in eodem ſenſu & in eadem ſcientia, unus grex efficiantur, & unus paſtor; nec audeant amplius dicere, ego quidem ſum Cephæ, ego Pauli, ego autem Apollo, ſed unius Chriſti veri Dei noſtri, qui eſt pax noſtra, & fecit utraque unum, venienſque cæleſtia cum terreſtribus pacificare dignatus eſt: qui idcirco ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, ut filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in unum. Nec enim poterit unitatis eorum firma eſſe compago, niſi eos ad inſeparabilem ſoliditatem vinculum caritatis adſtrinxerit; quatenus, Deo favente, abſque omni perturbatione, D vobis regnantibus ſalvi & ſecuri perſiſtentes, pro ſalute veſtra, & pro ſtatu reipublicæ jugibus ſemper votis Dominum valeant deprecari. Quod ſi forte quidam extiterint cum eodem patriarcha communicare nolentes, admoneantur ſecundo ac tertio, ut ſanctæ eccleſiæ ſe unire procurent. Quod ſi acquieſcere noluerint, in ſua pertinacia manere volentes, ſacra eos communione his præſentibus miſſis noſtris una cum ſynodo juſſimus privare, quouſque ad ſuum redeant patriarcham, & ad ſanctæ eccleſiæ unitatem . . . . . cum præcipue ipſi epiſcopi a nobis ſint canonice excommunicati. Et ideo ſi eos in conſortium ſuum receperit, ali- E quamve cum eis communionem habuerit, ſimili modo eumdem patriarcham cum ipſis epiſcopis eccleſiaſtica communione judicamus eſſe privatum. Data menſe Auguſto, indictione XII.

Pſal. 11. & 119.

Ephes. 2.

*Miſſa per Petrum presbyterum.*

IOANNIS VIII EP. A PHOTIO CORRUPTÆ.

A

# JOANNIS PAPÆ VIII. epiſtolæ a Photio corruptæ.

*Joannes ſervus ſervorum Dei, tranquilliſſimis noſtris ſpiritalibus a nobis & a Deo dilectis filiis Baſilio, Leoni & Alexandro, victoribus, triumphatoribus, imperatoribus ſemper Auguſtis ſalutem.*

SINCERITAS & ſplendor orthodoxæ fidei veſtræ ac ſapientiæ; quinimmo præſtantia & æquitas veſtrorum morum, Chriſtianiſſimi & maximi imperatores Romanorum, inſtar luminis in medio terræ effulgens, illuſtrat omnes fines orbis terrarum. B Quin etiam non ſola fide gloriantes, oſcitanter affecti eſtis in alias res; ſed ſtudium adhibentes, ad ſincerum & ab omni labe purum cultum veſtrum ſuperædificatis non ligna, non fenum, neque ſtipulam, ſed lapides pretioſos, aurum, argentum. Et ut ſummatim dicam, perficitis ſtudioſe ac pulcre omnia illa, ex quibus agnoſcitur cultus divini numinis. Maxime autem Dei cultura cognoſcitur in ea re, cum omnes ejus eccleſiæ, qualcumque ſol aſpicit, in orthodoxa fide, & mutua in ſe pace viventes, gratiarum actiones quotidie Deo referunt. C Quamobrem hanc concordiam & in veſtra eccleſia ſervari cupientes, ſanctam Romanam eccleſiam per nuntios & litteras veſtras adiiſtis; ſperantes illam non ſegnem, ſed adjutricem futuram veſtris ſtudiis: quippe qui non ipſi primi hoc conſilio uti cœpiſtis, ſed eorum qui ante vos pietatem colentes regnaverunt, conſuetudinem ſecuti eſtis. Operæ pretium autem eſt conſiderare, ex quonam magiſtro hæc didiceritis. An non manifeſtum eſt, a principe apoſtolorum Petro hæc vobis tradita eſſe, quem caput omnium eccleſiarum poſuit Chriſtus, cum ei dixit: *Paſce oves meas*? (Joan 21.) non ſolum autem a Petro ipſo, verum etiam a D ſanctis ſynodis & conſtitutionibus edocti eſtis: quin etiam a ſacris orthodoxis & patriis edictis ac præceptionibus, quemadmodum divinæ ac piæ veſtræ litteræ teſtantur. Hoc autem facitis, ut fidei veſtræ firmitas celebrata magis eluceſcat, veſtraque in Deum caritas ſincera & incorrupta oſtendatur. Nihil enim congruentius aut peculiarius debet eſſe his qui ſunt in poteſtate & maximis imperiis conſtituti, quam in orthodoxa fidei pulchritudine, & ſinceræ in Deum caritatis ſtudio aſſidue verſari, atque omnes eadem fide Deo ſervientes videre caritatis vinculo conjunctos atque conſtrictos. Veſtras igitur litteras attendentes, & melliſluis earum vocibus delectati, ſimulatque accenſi E inſtar facis, una cum tota noſtra ſancta Romana eccleſia concordi animo & voce excitati ſumus ad complenda libenter & alacriter omnia illa quæ a vobis ſcripta ſunt; cum præſens tempus maxime nobis opportunum videatur, & ſtatus ipſe rerum nos adhortetur. Scripſiſtis nobis dilecti filii, ut apoſtolica viſcera & miſericordem ſinum aperientes, omnes quotquot in veſtra eccleſia propriis manibus ſubſcribentes prævaricationi, aut alio quovis modo canonicis pœnis ſubjecti ſunt, ampleſtamur, pacis & con-

# ΙΩΑΝΝΟΥ ΠΑΠΑ ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ ἐπιστολαί, ὡς παρὰ Φωτίου ὑπονοθεύθησαν.

ANNO CHRISTI 870.

Ἰωάννης δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τοῖς γαληνοτάτοις ἀγαπητοῖς ἡμετέροις πνευματικοῖς υἱοῖς, καὶ Θεῷ ἠγαπημένοις, Βασιλείῳ, Λέοντι καὶ Ἀλεξάνδρῳ, νικηταῖς, τροπαιούχοις, βασιλεῦσι καὶ αἰωνίοις Αὐγούστοις.

ΤΟ καθαρὸν καὶ ὑπέρλαμπρον τῆς ἐν τῇ πίστει ὀρθοδοξίας ὑμῶν καὶ τῆς σοφίας, καὶ τὸ ἐν τοῖς τρόποις ὑμῶν κατανοούμενον χρηστὸν καὶ ἐπιεικές, ὦ χριστιανικώτατοι καὶ μέγιστοι βασιλεῖς Ῥωμαίων, B φωτὸς δίκην ἐν μέσῳ τῆς γῆς ἐκλάμπον, πάντα τὰ πέρατα, εἰς ἃ ἡ οἰκουμένη παρατείνεται, περιαυγάζει. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐν μόνῃ τῇ πίστει σεμνυνόμενοι, περὶ τ᾽ ἄλλα εἰς ῥαθυμίαν ἀντὶ τῆς σπουδῆς διάκεισθε· ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ ἀμωμήτῳ θρησκεύματι ὑμῶν ἐποικοδομεῖτε οὐ ξύλον, οὐδὲ χόρτον, οὐδὲ καλάμην, ἀλλὰ λίθους τιμίους, χρυσόν, ἄργυρον· ἁπλῶς εἰπεῖν, πάντα ὑμῖν μετὰ τῆς ἐσπουδῆς καλλονῆς * ἐξανύετε, ἐν οἷς γινώσκετε τὸ θεῖον θεραπευόμενον. θεραπεύεσθαι δὲ μάλιστα τὸ θεῖον διαγινώσκεται ἐπὶ τῷ τὰς ἐκκλησίας αὐτοῦ πάσας, ὅσας ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, ἐν ὀρθοδόξῳ πίστει καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ διατελούσας, εὐχαριστηρίους αὐτῷ C φωνὰς καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἀναφέρειν. διὸ ταύτην τὴν ὁμόνοιαν καὶ ἐν τῇ καθ᾽ ὑμᾶς ἐκκλησίᾳ ὁρᾶσθαι καὶ πρυτανεύεσθαι ἐπιποθοῦντες, τὴν τῶν Ῥωμαίων ἁγίαν ἐκκλησίαν διὰ τῶν ἀποκρισιαρίων ὑμῶν καὶ θειοτάτων γραμμάτων ὑμῶν κατειλάβετε, συνεργὸν εἰς τὸ σπουδαζόμενον ὑμῖν ἐσομένην, καὶ οὐ ῥαθυμοῦσαν πεπιστευκότες· οὐκ αὐτοὶ πρώτως ἀρξάμενοι εἰς τοῦτο τὸ ἐπινόημα ἐλθεῖν, ἀλλ᾽ ἔθει τῶν πρὸ ὑμῶν εὐσεβῶς βασιλευσάντων εἴκοντες καὶ κατακολουθοῦντες. ἀλλὰ γὰρ ἐκ ποίου διδασκάλου ταῦτα παρελάβετε ποιεῖν, ἄξιον διερωτῆσαι. ἢ δῆλον ἐκ τοῦ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων Πέτρου, ὃν κεφαλὴν πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τέθεικεν ὁ Χριστὸς εἰπών· ποίμαινε τὰ πρόβατά μου; οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ D ἐκ τῶν ἁγίων συνόδων καὶ διατάξεων· ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν καὶ ὀρθοδόξων καὶ πατρικῶν ὁσίων θεσπισμάτων τε καὶ διαταγμάτων, καθὼς καὶ αἱ θεῖαι καὶ εὐσεβεῖς ὑμῶν συλλαβαὶ μαρτυροῦσι. τοῦτο δὲ ποιεῖτε, ἵνα πλέον τὸ στεῤῥὸν τῆς πίστεως ὑμῶν διαβοώμενον ἐκλάμψῃ, καὶ ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη ἀκέραιος καὶ ἀμάραντος ἀναδειχθῇ. οὐδὲν γὰρ πέφυκεν ἄλλο προσφυέστερον ἢ οἰκειότερον εἶναι τοῖς ἐν ἐξουσίᾳ καὶ μεγίσταις ἀρχαῖς καθεστηκόσιν, ἢ τῇ καλλονῇ καὶ ὡραιότητι τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τῇ πρὸς Θεὸν ἀγάπῃ σπουδάζειν σεμνύνεσθαι, καὶ τὸ πάντας ὁρᾶν τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ πίστει τῷ Θεῷ λατρεύοντας, τῷ τῆς ἀγάπης συνδέσμῳ περιπλεκομένους τε καὶ συσφιγγομένους. ἐγκύψαντες δὲ τοῖς ὑμῶν γράμ- E μασι, καὶ τοῖς ἐν αὐτοῖς μελιῤῥύτοις φθέγμασι καθηδυνθέντες, καὶ ἐξαφθέντες πυρσοῦ δίκην, καὶ μετὰ πάσης τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ἁγιωτάτης τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας ὁμονοήσαντες καὶ συμφωνήσαντες, διανέστημεν εἰς τὸ τὰ παρ᾽ ὑμῶν ἅπαντα γραφέντα προθύμως καὶ ἐπιχαρῶς πεπληρωμένα δεῖξαι· μάλιστα τοῦ παρόντος καιροῦ ἐπιτηδειοτάτου ἡμῖν, καὶ τῆς τῶν πραγμάτων φορᾶς εἰς τοῦτο γεγονότων. ἐγράψατε υἱοὶ ἡμῶν ἠγαπημένοι, ἵνα ἀποστολικὰ καὶ συμπαθῆ σπλάγχνα ὑπανοίξαντες, πάντας τοὺς τῆς καθ᾽ ὑμᾶς ἐκκλησίας, ὅσοι γεγόνασιν ἢ ἰδιοχείρων ἐν παραβάσει, ἢ ἄλλως πως κανονικαῖς ὑπέ-

πεσον

* ἴσ. ἐξανύεται, ἐν οἷς γινώσκεται.

ANNO CHRISTI 870.

τέρων ἐπιτιμίας, δεξώμεθα, καὶ τῆς εἰρήνης καὶ ὁμονοίας φροντίδα ποιησώμεθα· οὐ μὴν ἀλλά γε καὶ τὸν προτίμιον Φώτιον τὸν θεοσεβέστατον ἀρχιερέα τῆς πρὸς ἡμᾶς κοινωνίας μέτοχον καὶ κληρονόμον καὶ συλλειτουργὸν ποιήσαντες, εἰς τὸ μέγα τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξίωμα καὶ τὴν τιμὴν τῆς πατριαρχείας πάλιν ἀποκατεστήσαμεν· ὡς ἂν μὴ ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἐπὶ πολὺν χρόνον ταῖς τῶν θεοστυγῶν σχισμάτων καὶ πονηρῶν σκανδάλων τρικυμίαις ταραττομένη διαμένῃ. ἡμεῖς δὲ τῆς ὑμετέρας γαληνότητος τὴν ἱκεσίαν προσδεξάμενοι, ὡς εὔλογον οὖσαν καὶ δικαίαν καὶ θεάρεστον, τόν τε καιρὸν ἐπιτήδειον ὄντα, οἷον καὶ πρὶν ἐπεζητοῦμεν καὶ ηὐχόμεθα, εὑρόντες· καὶ νομίσαντες ἁρμόδιον εἶναι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ εἰρηνοποιεῖν, ἀπεστείλαμεν ἀποκρισιαρίους ἡμῶν, ἐκπληροῦντες τὸ θέλημα ὑμῶν. εἰ καὶ ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια τὸν ἄνδρα ἐκβιασαμένη ἔφθασεν ἀποκαταστήσασα καὶ πρὸ ἡμῶν, ἤτοι πρὸ τοῦ παραγενέσθαι τοὺς ἡμετέρους τοποτηρητὰς ἐν τοῖς αὐτόθι. ὅμως ἡμεῖς τοῦτο θεραπεύομεν, οὐκ ἐκ τῆς ἡμετέρας αὐθεντίας, καίπερ ἔχοντες ἐξουσίαν τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων καὶ πατρικῶν θεσπισμάτων τὰς ἀποδείξεις φέροντες· οὐ τοὺς θεσμοὺς τῆς ἐκκλησίας τοὺς ἀνέκαθεν παραδεδομένους λύοντες, ἀλλ' ἐν οἷς ἡ τούτων ἀκρίβεια ἀπαράτρεπτος διατηρουμένη διασπᾷ καὶ λυμαίνεται τὴν ὁλοκληρίαν τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, πρὸς τὸ συμφέρον ἄγειν πάντα παρ' αὐτῆς ἐκείνης διδαχθέντες. καὶ ὁ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου δεύτερος κανὼν οὕτως λέγει· ἐπειδὴ πολλάκις εἴτε ἀπὸ ἀνάγκης, εἴτε ἄλλως πως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων, παραβαίνεσθαι τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας συμβαίνει. ἔτι δὲ καὶ ὁ πάπας Γελάσιος περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγει, ὅτι ὅπου βία οὐ προέχεται, ἀμετάτρεπτοι διαμενέτωσαν οἱ τῶν ἁγίων πατέρων θεσμοί. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ ἁγιώτατος πάπας Λέων ἐν τῷ αὐτῷ διακελεύεται πνεύματι λέγων· ὅπου οὐ προηγεῖται βία, ἀσάλευτοι διαμενέτωσαν οἱ θεσμοὶ τῶν ἁγίων πατέρων· ὅπου δὲ ἀνάγκη καὶ βία εὑρίσκεται, ἐκεῖ πρὸς τὸ συμφέρον ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ ὁ τὴν ἐξουσίαν ἔχων οἰκονομείτω. ἐξ ἀνάγκης γάρ, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον, καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται. καὶ Φῆλιξ δὲ ὁ πάπας τούτοις συνηγορεῖ, λέγων· καὶ περὶ τούτου χρὴ σκέψασθαι, ἵν' ὅπου ἀπαντήσῃ ἀνάγκη, πολλάκις αἱ συστάσεις τῶν πατέρων παραβαίνωνται. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Καρθαγένῃ ἐν τῷ λε'. κεφαλαίῳ λέγει· κελεύομεν, ἵνα οἱ κληρικοὶ τῶν Δονατιστῶν πάλιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀνακάμψωσιν, καίπερ πρώην ὑπὸ συνόδου καθαιρεθέντες. καὶ σύνοδος ὁρᾶται σύνοδον λύουσα διὰ τὴν ἕνωσιν καὶ ὁμόνοιαν τῆς ἐκκλησίας. καὶ Ἰννοκέντιος δὲ ὁ πάπας λέγει ἐν τῷ νε'. κεφαλαίῳ· οὗτοι οἱ χειροτονηθέντες ὑπὸ Βονώσου τοῦ αἱρετικοῦ δεχέσθωσαν, ἵνα μὴ πάλιν σκάνδαλα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναφυῇ. καὶ οὐ μόνον ἐν τούτοις, καίπερ οὖσι τοιούτοις, καὶ ἐξ αὐτῶν οὖσιν ἐξ αἱρέσεως, ἡ ἀποστολικὴ αὕτη καθέδρα καθαιρεθεῖσι, τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης φροντίδα ποιουμένη, χεῖρα βοηθείας ὤρεξεν· ἀλλὰ καὶ ὀρθοδόξοις ἱεράρχαις καὶ πατριάρχαις εἰς αὐτὴν καταφεύγουσιν, ὥσπερ καὶ νῦν ὁ εὐλαβέστατος Φώτιος, τὴν βοήθειαν αὐτῆς ἐπικαλεσαμένοις ἐπήμυνεν. οἴδατε πάντως τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, Κύριλλόν τε καὶ Πολυχρόνιον Ἱεροσολύμων, Ἰωάννην ὃν ἡ ἀγάπη ὑμῶν Χρυσόστομον ὀνομάζει, καὶ Φλαβιανὸν τὸν Κωνσταντινουπόλεως. τούτους γὰρ ὑπὸ συνόδων καθαιρεθέντας καὶ ἀποκηρυχθέντας, καὶ τὴν ἁγίαν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν ὑποδραμόντας, ὁ ἀπο-

A cordiæ curam gerentes. Quin etiam ante hæc illud poſtulaſtis, ut Photium venerabilem pontificem noſtræ communionis participem atque conſortem & comminiſtrum factum ad magnam ſacerdotii dignitatem & patriarchatus honorem reſtitueremus, ut non amplius eccleſia Dei ſchiſmatum quæ Deo ſunt inviſa, & pravarum offenſionum aut ſcandalorum fluctuationibus pertubetur. Nos autem veſtræ ſerenitatis ſupplicationem admittentes, ut rationi conſentaneam, juſtam & Deo gratam; & temporis opportunitatem talem nacti, qualem antea optabamus; convenienв eſſe ducentes eccleſiam Dei pacificare, miſimus legatos noſtros ad implendam B petitionem veſtram: ac licet veſtra pietas vim Photio intulerit, & reſtituerit illum ante nos, hoc eſt, priuſquam miſſi a nobis legati iſtuc venirent; nos tamen id curamus, non ex noſtra auctoritate, quamvis faciendi hoc poteſtatem habeamus; ſed ex apoſtolicis conſtitutionibus & paternis decretis demonſtrationes proferentes: non leges eccleſiæ jam olim traditas irritas facientes, ſed quibus in rebus earum ſeveritas, ſi permaneat immutabilis, integrum eccleſiæ ſtatum diſſipat, atque corrumpit, ad id quod magis expedit, omnia redigere ab eadem edocti. Synodus enim Nicæna ſecundo capitulo dicit: Quoniam ſæpe ſive per C neceſſitatem, ſive ex quacumque cauſa urgente homines, contingit eccleſiaſticos canones non ſervari. Gelaſius quoque papa ait: Ubi neceſſitas non eſt propoſita, immutabilia permaneant patrum decreta. Similiter & ſanctiſſimus Leo papa eodem ſpiritu præcipit dicens: Ubi nulla præcedit vis, nullo modo violentur ſanctorum patrum ſtatuta: ubi vero neceſſitas fuerit & vis, hi ad utilitatem eccleſiarum Dei, qui poteſtatem habet, ea diſpenſet: ex neceſſitate enim, ut ſentit divinus apoſtolus, fit mutatio legis. Cum his convenit & Felix papa, cum hæc dicit: Illud conſiderare oportet, ubi neceſſitas occurrit, ſæpe D conſtitutiones patrum non ſervari. Quinimmo Carthaginenſis concilii caput 35. ſic habet: Præcipimus, ut clerici Donatiſtarum in eccleſiam rurſus recipiantur, licet a ſynodo antea depoſiti fuerint. Et ſynodus ſynodum ſolvit propter unitatem & pacem eccleſiæ. Quamobrem & Innocentius papa in quinquageſimoquinto capitulo dicit: Qui promoti ſunt a Bonoſo hæretico, recipiantur, ne rurſus ſcandala in eccleſia pullulent. Non ſolum autem pro hæreſi depoſitis hæc apoſtolica ſedes paci eccleſiaſticæ ſtudens, adjutricem manum porrexit; ſed & orthodoxis ſacerdotibus atque patriarchis ad eam confugientibus, ſicut & nunc reverendiſſimus E Photius fecit, ejus opem implorantibus ſubvenit. Noſtis omnino quemadmodum magnum Athanaſium Alexandrinum epiſcopum, Cyrillumque & Polychronium Hieroſolymorum epiſcopos, & Joannem, quem caritas veſtra Chryſoſtomum vocat, & Flavianum, Conſtantinopolitanos a ſynodo depoſitos atque abdicatos, & ad ſanctam Romanam eccleſiam confugientes apoſtolica ſedes hæc amplexa eſt, & in priſtinum honorem reſtituit. Si igitur qui a Donatiſtis & a Bonoſo ordinationem acceperunt, & a liminibus orthodoxæ eccleſiæ a plenaria ſynodo ſeque-

JOANNIS VIII EP. A PHOTIO CORRUPTÆ.

JOANNIS VIII. EP. A PHOTIO CORRUPTÆ.

queſtrati , rurſus ab alia ſynodo recipiun- A
tur , & in catalogo ſacerdotum habentur , ut eccleſia Dei permaneat indiviſſa , & a ſchiſmatibus pura & libera . Nihil enim ita execrabile atque exoſum divinis oculis eſſe perſpicitur , ut ſchiſmata quæ in eccleſiis Dei ſuboriantur : contra nihil jocundius eſt aut gratius ejus bonitati , quam cum eccleſia integram caritatem in Deum , & concordiam ac pacem cum proximo perpetuo conſervat . Multo magis orthodoxa fide inſignes viros , vitæ honeſtate & moribus tam laudabiles , ut ne reprehenſione quidem dignum aliquid commiſerint , non ita contemnere oportet , quaſi correctionis pœnæ ſubjici jugoque gravari debeant , ſed ad priſtinum honorem revocare . Sicut enim apoſtolica ſedes hæc , cum ſemel acceperit claves regni cælorum a primo & magno illo pontifice Jeſu Chriſto per principem apoſtolorum Petrum , cui dixit : *Tibi dabo claves regni cælorum* ; & quemcumque ligaveris ſuper terram , erit ligatus & in cælis ; & quemcumque ſolveris ſuper terram , erit ſolutus & in cælis : habet poteſtatem univerſaliter ligandi & ſolvendi , & ut eſt apud Jeremiam prophetam , evellendi & plantandi : ita & nos ejuſdem poteſtate principis apoſtolorum Petri utentes , cum omni ſancta noſtra eccleſia ſignificamus vobis , & per vos ſanctiſſimis fratribus & conſacerdotibus noſtris patriarchis Alexandriæ , Antiochiæ & Hieroſolymorum , & ceteris archiepiſcopis , epiſcopis , & omni plenitudini Conſtantinopolitanæ eccleſiæ , convenire & nobiſcum ſentire , immo vero cum Deo , in omnibus quæ a nobis poſtulaſtis . Ac primum recipite reverendiſſimum ac ſumme admirabilem virum Photium in patriarcham , fratrem & conſacerdotem noſtrum , communionis cum ſancta Romana eccleſia participem atque conſortem , tum ob ejus virtutes , tum ut ſcandala removeantur , & pax Dei atque caritas mutua in vobis componatur . Recipite igitur illum amota omni ambiguitate ac diſceptatione in caritate & fide , omnem malitiæ ac fraudis livorem , nec non perfidiæ & hæſitationis , ex veſtris cordibus expellentes , quemadmodum & eccleſia Romana illum recepit . Audivimus enim ab omnibus fere , qui veniunt iſthinc ad nos , virum hunc omnibus virtutibus , quæ ſunt ſecundum Deum , florere ; ac partim ſapientia , divinarumque & humanarum rerum intelligentia omnibus præſtare ; partim vero ea virtute quæ in actione verſatur ; & in divinorum præceptorum obſervantia ita celebrem , ut quemadmodum ait apoſtolus , dici poſſit operarius inconfuſibilis . Neque juſtum judicavimus , talem ac tantum virum ſegnem atque otioſum manere , ſed in ſublimi veſtræ eccleſiæ ſede rurſus collocatum ac fulgentem , ſibi conſueta & Deo accepta , ſacerdotibuſque ac pontificibus ſolita opera perficere . Quamobrem eamdem repetentes orationem , vobis omnibus dicimus : Recipite virum hunc omni prætextu depoſito . Nemo iniquas contra ipſum factas ſynodos excuſationem ſibi paret . Nemo cauſetur , ut quidam faciunt ex eorum numero qui ſimpliciores ſunt , beatorum pontificum prædeceſſorum noſtrorum Nicolai & Hadriani contra ipſum decreta : non enim probata ſunt

*Matth. 16.*

ANNO CHRISTI 879.

στολικὸς οὗτος θρόνος συνέστησε, καὶ πρὸς τὴν προτέραν
τιμὴν ἐπανήγαγεν. εἰ οὖν οἱ ἐκ Δονατιστῶν, καὶ οἱ ἐκ
Βονώσου τὴν χειροτονίαν δεξάμενοι, καὶ τῶν τῆς ὀρθο-
δόξου ἐκκλησίας περιβόλων ἀπελαθέντες ὑπὸ συνόδου
πολυανθρώπου, ὑπὸ ἑτέρας συνόδου δέχονται, καὶ ἐν
τῷ καταλόγῳ τῶν ἱερέων τάττονται, διὰ τὸ τὴν ἐκκλη-
σίαν τοῦ Θεοῦ ἀδιάσπαστον, καὶ σχισμάτων καθαρὰν καὶ
ἐλευθέραν παραμένειν. οὐδὲ γὰρ οὕτω βδελυκτὸν καὶ με-
μισημένον τοῖς ὀφθαλμοῖς καθορᾶται τοῦ Θεοῦ, ὡς
σχισμάτων ἑσμὸς παρυφιστάμενος ἐν ἐκκλησίαις Θεοῦ·
καὶ οὐδὲ τερπνότερον ἢ προσφιλέστερον τῇ αὐτοῦ ἀγαθό-
τητι, ὡς ἐκκλησία τὴν αὐτῆς ὁλοκληρίαν ἔν τε τῇ πρὸς
Θεὸν ἀγάπῃ, καὶ τῇ πρὸς τὸν πλησίον ὁμοφροσύνῃ
B διασώζουσα. πολλῷ μᾶλλον ἄνδρας τοὺς ἐν ὀρθοδόξῳ
πίστει διαπρέποντας, βίου τε σεμνότητι καὶ ἀκριβεῖ πο-
λιτείᾳ πεφημισμένους, καὶ σχεδὸν μηδὲ ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε
καὶ ἐπιτιμίας ἔργα διαπράξασθαι, οὐ χρὴ παροράσθαι
ὡς ὑπαχθῆναι τῷ τῆς ἐπιτιμίας βαρυνομένους ζυγῷ,
ἀλλ' ἐπὶ τὴν προτέραν αὐτοὺς ἐπανάγειν τιμήν. καθά-
περ γὰρ ὁ ἀποστολικὸς οὗτος θρόνος λαβὼν τὰς κλεῖς τῆς
βασιλείας τῶν οὐρανῶν παρὰ τοῦ πρώτου καὶ μεγάλου ἀρ-
χιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ, διὰ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων
Πέτρου, εἰπόντος πρὸς αὐτόν· σοὶ δώσω τὰς κλεῖς τῆς
βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ ὃν ἂν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται
δεδεμένος ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὃν ἂν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς,
ἔσται λελυμένος ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἔχει ἐξουσίαν καθόλου
C δεσμεῖν τε καὶ λύειν, καὶ κατὰ τὸν προφήτην Ἱερεμίαν,
ἐκριζοῦν καὶ καταφυτεύειν. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς τῇ αὐθεν-
τίᾳ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου χρώμενοι, μετὰ
πάσης τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας παραγγελλό-
μεθα ὑμῖν, καὶ δι' ὑμῶν τοῖς τε ἁγιωτάτοις ἀδελφοῖς καὶ
συλλειτουργοῖς ἡμῶν πατριάρχαις, Ἀλεξανδρείας, Ἀν-
τιοχείας, Ἱεροσολύμων, καὶ τοῖς λοιποῖς ἀρχιερεῦσί τε
καὶ ἱερεῦσι, καὶ παντὶ τῷ πληρώματι τῆς ἐκκλησίας Κων-
σταντινουπολιτῶν, ὁμονοῆσαι καὶ ὁμοφρονῆσαι ἡμῖν, μᾶλ-
λον δὲ τῷ Θεῷ ἐν πᾶσιν οἷς ὑμεῖς ἐξῃτήσασθε. καὶ
πρῶτον μὲν ἀποδέξασθε Φώτιον τὸν θαυμασιώτατον καὶ
εὐλαβέστατον ἀρχιερέα Θεοῦ καὶ πατριάρχην, ἀδελφὸν ἡ-
μῶν καὶ συλλειτουργόν, καὶ τῆς κοινωνίας τῆς πρὸς τὴν
D ἁγίαν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν σύμμοιρόν τε καὶ συμμέ-
τοχον καὶ κληρονόμον, διά τε τὴν ἄλλην ἀρετὴν τὴν προσοῦ-
σαν αὐτῷ, καὶ τὸ τὰ σκάνδαλα ἐκποδὼν γενέσθαι, καὶ τὴν
εἰρήνην τοῦ Θεοῦ καὶ ἀγάπην τὴν εἰς ἀλλήλους ἐν ὑμῖν
φυτευθῆναι. δέξασθε δὲ αὐτὸν ἀδιστάκτῳ γνώμῃ καὶ ἀναμ-
φιβόλῳ, καὶ ἀγάπῃ καὶ πίστει, πάντα κακίας καὶ δολιότη-
τος ἰόν, καὶ διψυχίας καὶ ἀμφιβολίας ἐκ τῶν καρδιῶν ὑμῶν
ἀπελαύνοντες, καθὼς αὐτὸν ἀπεδέξατο καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων
ἐκκλησία. ἀναμανθάνομεν γὰρ σχεδὸν παρὰ πάντων
τῶν πρὸς ἡμᾶς ἐκ τῶν αὐτόθι φοιτώντων, τὸν ἄνδρα πᾶσι
προτερήμασι τοῖς κατὰ Θεὸν κομᾶν· τοῦτο δὲ μὲν σοφίᾳ
καὶ συνέσει τῇ περὶ τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα πάντων
E διαφέρειν, τοῦτο δὲ περὶ τὴν ἄλλην πρακτικὴν ἀρετὴν
καὶ ἐπιμέλειαν τῶν θείων ἐνταλμάτων ἀνεπαίσχυντον ἐρ-
γάτην διαβοώμενον· καὶ οὐ δίκαιον ἐκρίναμεν εἶναι, τοιοῦ-
τον καὶ τηλικοῦτον ἄνδρα ἀργὸν καὶ ἄπρακτον διαμένειν,
ἀλλ' ἐφ' ὑψηλοῦ τῆς καθ' ὑμᾶς ἐκκλησίας πάλιν ἀνα-
τεθέντα καὶ ἀναλάμψαντα, τά τε αὐτῷ συνήθη καὶ Θεῷ
φίλα, ἱερεῦσί τε καὶ ἀρχιερεῦσιν * ἔργα διαπράττεσθαι.
διὸ πάλιν τὸν αὐτὸν ἐπαναλαμβάνοντες λόγον, πρὸς
ὑμᾶς ἅπαντας λέγομεν· δέξασθε τὸν ἄνδρα ἀπροφασί-
στως. μηδεὶς προφασιζέσθω τὰς κατ' αὐτοῦ γενομένας
ἀδίκους συνόδους. μηδείς, ὡς τοῖς πολλοῖς τῶν ἁπλαιο-
τέρων δοκεῖ τὰς τῶν πρὸ ἡμῶν μακαρίων ἀρχιερέων, Νι-
κολάου

* λείπ. ἴσ. ἐπίκοινα.

ANNO CHRISTI 879.

* Io. μηδεὶς οὖν κατ'.

κολάσει τι φαῦλον καὶ ἀδίκως κατεψηφίσατο αἰτιᾶσθαι. οὐ γὰρ ἀπεδείχθησαν παρ' αὐτῶν τὰ κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου τυρευθέντα. * μηδεὶς οὖν τὰς κατ' αὐτοῦ χειρογραφίας ὑμῶν ἀφορμὴν τῶν πρὸς αὐτόν τε καὶ πρὸς ἀλλήλους σχισμάτων ποιείτω. πάντα γὰρ πέπαυται καὶ ἐξεστράφηται. πάντα γὰρ τὰ κατ' αὐτοῦ ἠκύρωται καὶ ἠχρείωται. πάντα δὲ ἡμῶν τῶν ἐλαχίστων ἐν ταῖς χερσὶ κορυφαίου τέθειται, καὶ δι' αὐτοῦ ἐν τοῖς ὤμοις Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. δέξασθε οὖν αὐτὸν ὑπτίαις χερσὶν ἀδελφὸν ἡμέτερον καὶ συλλειτουργόν. δέξασθε ἀρχιερέα Θεοῦ ἄμεμπτον. δέξασθε πατριάρχην τῆς καθ' ὑμᾶς ἐκκλησίας. κυρώσατε πρὸς αὐτὸν ἀγάπην, πίστιν, καὶ τὴν μετ' εὐλαβείας ὑπακοήν, καὶ δι' αὐτοῦ πρὸς τὴν ἁγίαν τῶν B Ῥωμαίων ἐκκλησίαν. ὁ γὰρ ἐκεῖνον μὴ ἀποδεχόμενος, δῆλον ὅτι οὐδὲ τὰ παρ' ἡμῶν καὶ τῆς ἁγίας τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας περὶ αὐτοῦ ψηφισθέντα δέχεται. καὶ οὐ πρὸς ἡμᾶς ὁ τοιοῦτος τὸν πόλεμον ἀναλαμβάνεται, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἁγιώτατον Πέτρον τὸν ἀπόστολον, μᾶλλον δὲ πρὸς Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν οὕτως τιμήσαντα καὶ δοξάσαντα τὸν αὐτοῦ Ἀπόστολον, ὡς ἔχειν αὐτὸν ἐξουσίαν δεσμεῖν τε καὶ λύειν. καὶ τοῦτο ἀναμιμνήσκεσθαι παρακαλοῦμεν τὴν ὑμῶν βασιλείαν, ἐκ πόσου χρόνου τὰ σκάνδαλα καὶ τὰ σχίσματα ἐν τῇ καθ' ὑμᾶς ἐκκλησίᾳ παρεισελθόντα, τὴν ταύτης ὁλοκληρίαν λυμαίνεται. τούτων δὲ τῶν κακῶν αἴτιον οὐδὲν ἄλλο καθέστηκεν, ἀλλ' ἢ τὸ παραδέχεσθαι ὑμᾶς τοὺς βασιλεῖς βλασφημίας καὶ C συκοφαντίας κατὰ τῶν ἀρχιερέων καὶ πατριαρχῶν ὑμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἱερέων τοῦ Θεοῦ· καὶ τὸ ὀλιγώρως ἔχειν ὑμᾶς περὶ τὴν εἰς αὐτοὺς ἀγάπην, καὶ πίστιν, καὶ τιμήν, καὶ εὐλάβειαν. διὸ ἱκετεύομεν τὸ θεῖον ὑμῶν κράτος, ἀπὸ τοῦ νῦν κλεῖσαι τὰ ὦτα τῆς θεοψηφίστου βασιλείας ὑμῶν ταῖς τῶν πονηρῶν ἐκείνων καὶ χαιρεκάκων ἀνθρώπων κατὰ τῶν ἀρχιερέων τοῦ Θεοῦ διαβολαῖς καὶ συκοφαντίαις· καὶ ὡς ἄγος καὶ μύσος καὶ ἀποτρόπαιον αὐτούς τε, καὶ τὰς πονηρὰς βολίδας τῶν λόγων αὐτῶν ἀποπέμπεσθαι· τιμᾶν τε τοὺς πατριάρχας ὑμῶν, καὶ σέβεσθαι, καὶ ὡς πατέρας οἰκείους λογίζεσθαι, καὶ ὡς μεσίτας Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων εὐλαβεῖσθαι. αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν D ψυχῶν ὑμῶν, τὰ πρὸς σωτηρίαν ὑμῖν ἀεὶ ἐξαιτούμενοι παρὰ Θεοῦ· ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ὡς εἰκὸς σφαλλομένων ὑμῖν ἐν προσκρούσματι Θεοῦ, θυσίας αὐτῷ προσφέρουσιν ὑπὲρ τῆς πρὸς ὑμᾶς καταλλαγῆς, ἵλαον ὑμῖν τὸ θεῖον καθιστῶντες. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ εὐσταθείας καὶ διαμονῆς τοῦ κράτους ὑμῶν, καὶ τῆς κατ' ἐχθρῶν νίκης καὶ τροπαιοφορίας, καὶ σωτηρίας πάντων τῶν Χριστιανῶν, αὐτοὶ πρὸς τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ἡμῶν πρεσβεύουσιν. ἀλλὰ καὶ εἰσηγηταὶ καὶ διδάσκαλοι ὑμῶν χρηματίζουσιν, ἐν οἷς παραινοῦσι πράττειν ὑμᾶς ταῦτα, ἃ καὶ τὴν ἐν οὐρανοῖς βασιλείαν ὑμῖν προξενοῦσι. πρὸς τούτοις καὶ φιλοῦντες ὑμᾶς ὑπὲρ τοὺς ἄλλους γινώσκονται. οὐ γὰρ τῶν κολάκων φιλίαν ἐπίστανται φιλεῖν ὑμᾶς, ἀλλ' E ἣν ἐδίδαξεν αὐτοὺς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἀποστόλων. οὐ χρὴ οὖν παρορᾶσθαι τοὺς πατριάρχας ὑμῶν διά τε τὰ ἄλλα, ἃ προείπομεν, καὶ διὰ τὸ οὕτως ὑμᾶς φιλεῖν, ὡς ὁ κύριος ἐνετείλατο. καὶ γινώσκετε, ὅτι τοῦτο ποιοῦντες καὶ εὐλαβῶς εἰς αὐτοὺς διακείμενοι, οὐκ αὐτοὺς τιμᾶτε καὶ σέβεσθε, ἀλλὰ τὸν ταῖς ἐκείνων χερσὶν ἱερουργούμενον, καὶ ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς ἁμαρτίας προσφερόμενον τῷ Θεῷ καὶ πατρί. ὁ γὰρ ἐκείνους τιμῶν, τὸν Θεὸν τιμᾷ· καὶ ὁ ἐκείνους ἀποστρεφόμενος, τὸν Θεὸν ἀποστρέφεται. τὰς ψευδεῖς οὖν κατ' αὐτῶν ὁμιλίας καὶ ψιθυρισμούς, δι' ὧν τὰ ζιζάνια καὶ σχίσματα

IOANNIS VIII. EP. A PHOTIO CORRUPTÆ.

a Ab illis quæ contra ſanctiſſimum Photium quidem machinati erant. Nemo contra eum ſubſcriptiones veſtras occaſionem ſchiſmatis adverſus illum & in voſipſos habeat. Omnia enim deſierunt, ac remota ſunt: omnia facta ſunt irrita & inania. Per nos minimos quæcumque ſunt contra eum, in manibus principis apoſtolorum poſita ſunt, & per illum in humeris Jeſu Chriſti agni Dei, qui tollit peccata mundi. Recipite igitur expanſis manibus fratrem noſtrum & conſacerdotem. Recipite pontificem Dei irreprehenſibilem. Recipite patriarcham veſtræ eccleſiæ: confirmate in eum caritatem, fidem; & cum reverentia obedientiam illi, B & per ipſum ſanctæ Romanæ eccleſiæ præſtate. Qui enim illum non accipit, is ſcilicet neque illa accipit, quæ a nobis & ſancta Romana eccleſia de Photio ipſo decreta ſunt: neque adverſus nos bellum ſuſcipit, qui hæc facit, ſed contra ſanctiſſimum apoſtolum Petrum, quinimmo contra Chriſtum Dei Filium, qui tanto honore & gloria decoravit apoſtolum ſuum, ut conferret poteſtatem ligandi atque ſolvendi. Hortamur autem vos pii imperatores, ut illud etiam recordemini, quàm multo tempore ſcandala & ſchiſmata, quæ in eccleſiam veſtram irrepſerunt ejus ipſius integritatem læſerint. Horum autem malorum non alia C fuit cauſa, niſi quod vos imperatores blaſphemias & calumnias admittitis contra epiſcopos & patriarchas veſtros & reliquos ſacerdotes Dei; quodque negligenter vos geritis in præſtanda illis fide, caritate, honore ac reverentia. Quamobrem rogamus ſacrum veſtrum imperium, ut poſthac veſtras aures clauſas habeatis ad audiendas pravorum & ſeditionibus gaudentium hominum calumnias, quas inferunt in ſacerdotes Dei: atque ut piaculum & abominabile ſcelus ipſos, & prava ejuſmodi ſermonum eorum jacula omnino averſemini; honoretiſque patriarchas veſtros; & patrum loco illos habentes, ut mediatores Dei & hominum revereamini. D Ipſi enim vigilant pro animabus veſtris, quæ ad ſalutem veſtram pertinent, ſemper a Deo poſtulantes: quin etiam pro peccatis veſtris quæ committitis offendentes Deum, ſacrificia offerunt pro veſtra reconciliatione, placabile vobis numen efficientes. Non ſolum autem hæc faciunt, verum etiam pro ſtabilitate & conſervatione imperii veſtri, pro victoria de hoſtibus & trophæis, & ſalute omnium Chriſtianorum apud benigniſſimum Deum noſtrum intercedunt. Quin etiam interpretes ſunt & doctores veſtri: quippe qui vos admonent ea facere, quæ regnum etiam illud quod in cælis eſt, vobis concilient. Ad hæc ipſi vos diligere comprobantur pluſ- E quam alii. Non enim ſciunt diligere eo modo, quo adulatores diligunt; ſed dilectionem illam præſtant, quam Jeſus Chriſtus per ſanctos apoſtolos ſuos eos docuit. Non ſunt igitur vobis contemnendi patriarchæ veſtri, tum ob alia omnia quæ prædiximus, tum quod vos ita diligant, ut Dominus præcepit. Illud etiam ſcitote, quod cum hoc facitis, & reverenter in ſacerdotes Dei vos geritis, non eos honoratis & reveremini, ſed illum ipſum qui eorum manibus ſacrificatur, & pro omnium peccatis offertur Deo & Patri. Qui enim illos honorat,

JOANNIS VIII EP. A PHOTIO CORRUPTÆ.

norat, Deum honorat: qui autem averſa- A tur illos, averſatur Deum. Falſa igitur contra ipſos colloquia, ſuſurros atque obtrectationes, quibus zizania, ſchiſmata & ſcandala inſeruntur in eccleſias Dei, & ſcinditur deſuper contexta Chriſti tunica, imperii veſtri pietas ut venenum aſpidum averſetur; & concertet potius cum ſanctiſſimo Photio fratre & conſacerdote noſtro ad omnia illa quæ pertinent ad reſarciendum eccleſiæ ſtatum. Caſtiget etiam illos qui illum deſpiciunt, ut modeſte ſe gerant. Quos enim ſæpe Dei timor & divinarum rerum reverentia non correxit, eos regum, ducum & principum indignatio modeſtiores effecit. Quod ſi vos feceritis, ſcitote illud futurum, ut conci- B lietis vobis regnum cælorum, perpetuam imperii veſtri ſtabilitatem, & pacificum regni ſtatum. Sin minus, ſcitote nunquam defutura ſchiſmata in eccleſia Conſtantinopolitana. Illud etiam admonemus veſtrum a Deo cuſtoditum imperium ſanctiſſimi Photii fratris & conſacerdotis noſtri nullus ex mundanis dignitatibus ad patriarchalem ordinem promoveatur & ordinetur, ſed ex presbyteris cardinalibus ejuſdem eccleſiæ, vel diaconis, aut ex aliis ſacerdotibus qui ſub eccleſia Conſtantinopolitana conſiſtunt, ut divini & ſacri canones præcipiunt: ne ſcilicet contra rectam eccleſiaſtici ordinis conſtitutionem & paternos canones aliquid apud vos C agatur. Volumus autem, ut talis promoveatur per ſingulos gradus eccleſiaſticos probatus; ut ſit primum lector, deinde acoluthus, poſtea diaconus, tum presbyter, poſt hæc epiſcopus: cujus videlicet pietas & diſciplinæ meditatio teſtimoniis comprobata ſit. Nam per inferiores ordines diu progrediendo, virtus & probitas ejus probatur. Hoc modo veſtros docet patriarchas promoveri, non repente præripere ſingulos gradus; ut in domo Dei nihil inveniatur incompoſitum aut inordinatum. Qui enim ſupra omnes gradus aſcendit, in omnibus ſine culpa debet inveniri; ne ſcilicet ex ea re totius ec- D cleſiaſticæ diſciplinæ oriatur diſſolutio. Neque quoniam nos providentiam & curam gerentes pacifici veſtræ eccleſiæ ſtatus, Photium religioſiſſimum fratrem noſtrum recipimus, ſicut & Hadrianus papa Taraſium ejus patruum recepit, propterea hoc vobis pro conſuetudine & canone futurum eſt. Privilegia enim paucorum communem legem non faciunt. Nam a domino Jeſu Chriſto viſcera miſericordiæ accipientes, compaſſi ſumus vobis in hac parte; & petitionem veſtram de hoc, ſicut & de aliis ſacerdotibus qui ſunt ex alia ordinatione, complevimus. Si quis vero tale quid poſthac facere præſumpſerit, ſine venia erit illi ex ca- E none & nobis pœna atque condemnatio. Petimus etiam hoc a veſtra pietate, ut neque frater & conſacerdos noſter ſanctiſſimus Photius, neque quiſquam alius ejus ſucceſſor ex hoc tempore ordinationem faciat in Bulgaria, neque propria manu, neque per pallii miſſionem; neque vendicet ſibi prædictam provinciam Bulgarorum, quaſi ad illum pertineat. In alieno enim fundamento non decet alios ſuperædificare: ſiquidem beatæ memoriæ præceſſor noſter Nicolaus rogatus a principe Bulgariæ Michaele, apoſtolicam doctrinam gentem illam erudivit,

ANNO CHRISTI 879.

καὶ σκάνδαλα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ περιφέρονται, καὶ μερίζουσι τὸν ἄνωθεν ὑφαντὸν χιτῶνα τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἰὸν ἀσπίδων ἡ ὑμετέρα εὐσεβὴς ἐκτρεπέσθω βασιλεία· καὶ μᾶλλον συναγωνιζέσθω τῷ ἁγιωτάτῳ Φωτίῳ τῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἡμῶν εἰς πᾶν ὃ συντελεῖ εἰς καταρτισμὸν τῆς ἐκκλησίας. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀτιμάζοντας αὐτὸν ἐπίπληττε, ἵνα σωφρονῶσιν. οὓς γὰρ πολλάκις ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος καὶ ἡ πρὸς τὰ θεῖα εὐλάβεια οὐκ ἐσωφρόνισε, βασιλέων καὶ ἡγεμόνων καὶ ἀρχόντων ἀγανάκτησις ἐπελθοῦσα ἐπιεικεστέρους εἰργάσατο. καὶ τοῦτο ποιῶν εὖ ἴσθι προμνησάμενος σεαυτῷ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ τὴν ἀεὶ τοῦ κράτους διαμονὴν, καὶ τὴν εἰρηναίαν τῆς βασιλείας ὑμῶν κατάστασιν· ἐπεὶ ἐὰν τοῦτο μὴ ποιῆτε, γινώσκετε, ὅτι οὐδέποτε σχίσματα λήξουσιν ἐν τῇ τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίᾳ. καὶ τοῦτο θεσπίσαι παραινοῦμεν τὴν ὑμῶν θεοφρούρητον βασιλείαν, ἵνα μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν καὶ ἀδελφοῦ μηδεὶς ἀπὸ κοσμικῶν ἀξιωμάτων εἰς τὴν ἀρχιερατικὴν τάξιν ψηφίζηται καὶ χειροτονῆται, ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν πρεσβυτέρων τῶν καρδιναλίων, ἤγουν τῶν ἐγκατατεταγμένων ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἢ ἐκ τῶν ταύτης διακόνων, ἢ ἐξ ἄλλων ἱερέων τῶν τελούντων ὑπὸ τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως, κατὰ τοὺς θείους καὶ ἱεροὺς κανόνας· ὡς ἂν μὴ ἐναντίως τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐταξίᾳ, καὶ τοῖς πατρικοῖς κανόσι τὰ καθ' ὑμᾶς διαπράττηται. προέρχεσθαι δὲ τὸν τοιοῦτον βουλόμεθα καθ' ἕκαστον βαθμὸν τῆς ἐκκλησίας δοκιμαζόμενον· πρῶτον ἀναγνώστην, ἔπειτα ἀκόλουθον, εἶτα διάκονον, αὖθις πρεσβύτερον, μετὰ ταῦτα ἐπίσκοπον· δηλονότι μεμαρτυρημένον ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ λόγων μελέτῃ. ὅτι ἐν τοῖς ὑποδεεστέροις τάγμασι τοῦ τοιούτου χρονίζοντος, δοκιμάζεται ἥτε ἀρετὴ αὐτοῦ καὶ ἡ λοιπὴ καλοκἀγαθία. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ δεῖ τοὺς καθ' ὑμᾶς πατριάρχας προέρχεσθαι, καὶ μὴ αἰφνίδιον προαρπάζειν ἕκαστον βαθμόν· ἵνα ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου μηδὲν εὑρεθῇ ἀσύνθετον, μήτε ἄτακτον. ὁ γὰρ ἐπάνω πάντων τῶν βαθμῶν ἀνερχόμενος, ἀκατάγνωστος ἐν πᾶσιν ὀφείλει εὑρίσκεσθαι· μήπως ἐκ τούτου κατάλυσις ἀναφυῇ πασῶν τῶν ἐκκλησιαστικῶν διδαχῶν. καὶ μὴ διότι ἡμεῖς πρόνοιαν ποιούμενοι καὶ φροντίδα τῆς ἐν τῇ καθ' ὑμᾶς ἐκκλησίᾳ εἰρηνικῆς καταστάσεως, Φώτιον τὸν θεοσεβέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν ἀπεδεξάμεθα, ὥσπερ καὶ ὁ πάλαι Ἀδριανὸς Ταράσιον τὸν αὐτοῦ θεῖον, ἤδη τοῦτο ὑμῖν εἰς συνήθειαν καὶ κανόνα λογίζεσθω. τὰ γὰρ σπάνια ἀγαθὰ οὐ δύναται νόμος εἶναι τοῖς πολλοῖς. ἀπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Χριστοῦ σπλάγχνα καὶ αὐτοὶ συμπαθείας δεξάμενοι, συνεπαθήσαμεν ὑμῖν ἐν τούτῳ τῷ μέρει, καὶ τὸ αἴτημα ὑμῶν καὶ περὶ τούτου, ὥσπερ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἱερέων τῶν ἐξ ἑτέρας χειροτονίας ὄντων ἐπληρώσαμεν. ὅστις δὲ ἀπὸ τοῦ νῦν τολμήσει τοῦτο διαπράξασθαι, ἀσυγχώρητος αὐτῷ ἔσται ἡ ἐκ τοῦ κανόνος καὶ παρ' ἡμῶν ἐπιτιμία καὶ κατάκρισις. ἀξιοῦμεν δὲ καὶ τοῦτο τὴν ὑμῶν εὐσέβειαν, μήτε ὁ ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Φώτιος ὁ ἁγιώτατος, μήτε τις τῶν αὐτοῦ διαδόχων ἀπὸ τοῦ νῦν χειροτονήσῃ εἰς Βουλγαρίαν, μήτε αὐτοχειρίᾳ, μήτε δι' ὠμοφορίου ἀποστελλομένου· μήτε διεκδικῇ τὴν εἰρημένην ἐπαρχίαν τῶν Βουλγάρων, ὡς ἰδίαν αὐτοῦ. ἐπ' ἀλλοτρίῳ γὰρ θεμελίῳ οὐ δεῖ ἐποικοδομεῖν ἄλλους. ὁ γὰρ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ ὁ προηγησάμενος ἡμῶν Νικόλαος ταῖς δεήσεσι τοῦ ἄρχοντος Βουλγάρων Μιχαὴλ, ἀποστολικαῖς διδαχαῖς τὸ τοιοῦτον διέθρεψεν ἔθνος, καὶ διὰ τῶν ἀποσταλέντων αὐτοῦ ἐπισκόπων ἐβάπτισε· καὶ παντὸς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς τύπους καὶ κανόνας, καὶ ὅσα εἰς τὴν

ANNO CHRISTI 879.

τὴν τῶν Χριστιανῶν θρησκείαν συντελεῖ, παραδεδωκὼς ἐτελείωσεν· εἰ καί τινες τολμηρῶς ἀφῄρησαν ἀφ' ἡμῶν τὴν μὴ προσήκουσαν αὐτοῖς ἐπαρχίαν, καὶ χειροτονίας, καὶ καθιερώσεις ἐκκλησιῶν, καὶ ἁπλῶς πάντα ὅσα οὐκ ἔχρην, ἐποίησαν. διὸ πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτο ὑμῖν παρεγγυώμεθα, ἵνα ὅταν ἡμεῖς τοὺς νῦν ἐπισκοποῦντας εἰς αὐτοὺς ἐγκλήματι ἑαλωκότας φωράσωμεν, καὶ κανονικοῖς ἐπιτιμίοις ὑποβάλωμεν, μὴ εὑρίσκωσιν ὑμᾶς καταφύγιον. ἀλλ' ἵνα εὕρωμεν καὶ ὑμᾶς εἰς τοῦτο συμπνέοντας καὶ κατακολουθοῦντας ἡμῖν, καὶ μὴ διαφωνοῦντας. ἔτι δὲ παρακαλοῦμεν τὴν φιλόχριστον ὑμῶν βασιλείαν, ἵνα συνάξητε τοὺς ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους, καὶ τοὺς οἱουδήποτε τάγματος, εἴτε ἐκκλησιαστικοῦ, εἴτε πολιτικοῦ, τοὺς δοκοῦντας ἀφ' ὑμῶν ἀποδιΐστασθαι, ὅπου δ' ἂν ὦσιν ἐντὸς τῶν ὑμετέρων ὁρίων, καὶ ἀγάγητε αὐτοὺς πρὸς ὑμᾶς, καὶ παραινέσητε ἑνωθῆναι αὐτοὺς τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, καὶ Φωτίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ, ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἡμῶν· καὶ ἑνουμένων αὐτῶν, τὰς οἰκείας ἀρχιερατικὰς τιμὰς καὶ τοὺς βαθμοὺς ἀποδώσετε, σπλάγχνα οἰκτιρμῶν εἰς αὐτοὺς ἀνοίγοντες· ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶν εἷς Θεὸς, καὶ ἓν βάπτισμα, καὶ μία πίστις, καὶ αὐτοὶ ἡμεῖς ἕν ἐσμεν ἐν Χριστῷ· οὕτω καὶ αὐτοὶ διὰ τῆς ὑμετέρας θείας διδασκαλίας καὶ παραινέσεως ἓν σὺν ἡμῖν ἔσονται ἐν τῷ πληρώματι τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ, συναρμολογούμενοι καὶ συμβιβαζόμενοι σὺν ἡμῖν εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ πανάγιον σῶμα· ἵνα ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ θελήματι διαπλοῦντες δοξάζωμεν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, καὶ μηδεὶς τοῦ λοιποῦ λέγῃ· ἐγὼ μέν εἰμι Κηφᾶ, ἐγὼ δὲ Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλώ· ἀλλ' ἵνα πάντες ταὐτὸ λέγωμεν, ὅτι Χριστοῦ ἐσμεν πάντες τοῦ σταυρωθέντος καὶ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν, τοῦ διὰ τοῦ πάθους αὐτοῦ εἰρηνοποιήσαντος καὶ καταλλάξαντος τά τε ἐπὶ γῆς, καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ συνάψαντος ἡμᾶς καὶ συνδήσαντος δι' ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους ἀγάπῃ καὶ κοινωνίᾳ. ἐὰν δὲ ὑμῶν συναγόντων αὐτοὺς καὶ προσκαλουμένων, νουθετούντων καὶ παρακαλούντων εἰς τὴν ἕνωσιν τῆς ἐκκλησίας, συμβιβασθῆναι ἡμῖν, οὐχ ἅπαξ καὶ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, μὴ θελήσωσιν ἡμῖν ὑπακοῦσαι, μήτε τοῖς ἡμετέροις γράμμασι πειθαρχῆσαι, καὶ τὴν οἰκείαν καρπώσασθαι σωτηρίαν, ἀλλ' ἐν τῇ προτέρᾳ αὐτῶν αὐθαδείᾳ καὶ ἀλαζονείᾳ διαμείνωσι, τούτους κελεύομεν τῆς ἀχράντου μεταλήψεως τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀλλοτρίους εἶναι, ἕως ἂν ἑνωθῶσι τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ καὶ Φωτίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ, τῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἡμῶν. καὶ εἶθ' οὕτως τὰ λοιπὰ τῆς δικαίας αὐτῶν καταδίκης ἐν μὲν τοῖς πρὸς ὑμᾶς γράμμασιν οὐκ ἐγράψαμεν, ἵνα μὴ πλεῖον τοῦ μέτρου μηκυνθῇ· ἀλλ' ἐν κομμονιτωρίῳ γράψαντες, διὰ τοῦ θεοσεβεστάτου Πέτρου πρεσβυτέρου καὶ καρδιναλίου καὶ ἀποκρισιαρίου ἡμῶν ἀπεστείλαμεν τοῖς περὶ Εὐγένιον καὶ Παῦλον θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις· ἵνα σὺν αὐτοῖς καθίσας ἅμα τῇ ἐνδημούσῃ συνόδῳ, καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ Φωτίῳ τῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἡμῶν, τὸν τὰ πάντα ἐφορῶντα ἀνύστακτον ὀφθαλμὸν πρὸ τῶν οἰκείων ὀφθαλμῶν ἔχοντες, καὶ τὴν ἀναπόδραστον παρὰ Θεοῦ δικαιοκρισίαν, καὶ τὴν συνείδησιν αὐτῶν ἀνεπιθόλωτον καὶ ἀνακρωτηρίαστον συντηροῦντες, πάντα τὰ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπολιτῶν πράγμα-



IOANNIS VIII. EP. A PHOTIO CORRUPTÆ.

& per reverendiſſimos epiſcopos ſuos baptizavit; omneſque eccleſiaſticas formas atque canones, quæque pertinent ad Chriſtianorum religionem, omnia perfecte illis tradidit: licet quidam abripuerint a nobis provinciam nulla ratione ad ipſos pertinentem; qui & ordinationes, conſecrationeſque eccleſiarum, & ut ſummatim dicam omnia fecerunt, quæ non erant facienda. Quamobrem hoc etiam præter jam dicta admonemus, ut cum nos eos qui nunc ſunt illorum epiſcopi, criminis alicujus reos deprehenderimus, & canonicis cenſuris ac pœnis ſubjiciemus, non habeant vos patrocinium, ad quos confugiant; ſed inveniamus vos nobiſcum ad id colaborantes, a nobis non diſſentientes, ſed ſequentes nos. Præterea hortamur vos Chriſti amantes imperatores, ut congregetis epiſcopos, presbyteros, & cujuſcumque ordinis, ſive eccleſiaſtici, ſive politici illi ſint, qui videantur a vobis diſſidere, ubicumque conſtiterint intra veſtros fines: illos, inquam, ad vos congregate, & admonete, ut ad unionem eccleſiæ Dei revertantur, & Photii ſanctiſſimi patriarchæ fratris & conſacerdotis noſtri. Quibus ad unionem redeuntibus pontificales ſuos & ſacerdotales honores & gradus reddetis, viſcera miſericordiæ illis aperientes: ut ſicut eſt unus Deus, unum baptiſma, una fides, & noſipſi unum ſumus in Chriſto; ita & ipſi per veſtram divinam doctrinam & admonitionem unum nobiſcum ſint in plenitudine eccleſiæ Chriſti, conſtructi, compacti & connexi nobiſcum in ſanctiſſimo Chriſti corpore: ut eadem mente & voluntate viventes glorificemus Deum qui eſt ſuper omnia; & nemo de cetero dicat: *Ego ſum Cephæ, ego Pauli, ego vero Apollo*: ſed omnes idem dicamus, quod omnes Chriſti ſumus, crucifixi & mortui pro nobis omnibus, qui per paſſionem ſuam pacificavit & reconciliavit quæ in terris, quæque in cælis ſunt; & coaptavit nos & colligavit per ſeipſum Deo & Patri, mutuaque inter nos caritate atque communione. Quod ſi vobis illos congregantibus, admonentibus atque hortantibus ad unionem eccleſiæ convenire, idque non ſemel aut bis, ſed ſæpe facientibus noluerint obedire, neque noſtris litteris parere, & propriam ſalutem conſequi, ſed in ſua priori arrogantia & contumacia perſtiterint; hos jubemus ab immaculata communione corporis & ſanguinis domini noſtri Jeſu Chiſti prohiberi, quoad redierint ad unionem ſanctæ Dei eccleſiæ & Photii ſanctiſſimi patriarchæ, fratris & conſacerdotis noſtri. Reliquas cenſuras juſtæ condemnationi debitas in his ad vos litteris non ſcripſimus, ne ultra modum fierent prolixæ; ſed in commonitorio ſcriptas per Dei amantiſſimum Petrum presbyterum cardinalem & apocriſiarium noſtrum miſimus ad Eugenium & Paulum religioſiſſimos epiſcopos; ut una ipſi ſedentes cum præſente ſynodo & ſanctiſſimo patriarcha Photio fratre & conſacerdote noſtro, omnia inſpicientem oculum illum qui nunquam dormitat, atque inevitabilem Dei juſtitiam præ oculis habentes; & conſcientiam ſuam ſine labe atque integram conſervantes, eccleſiæ Conſtantinopolitanæ res omnes, tam quæ nunc indigent correctione, quam quæ,

JOANNIS VIII. EP. A PHOTIO CORRUPTÆ. | ANNO CHRISTI 870

ut veriſimile eſt, denuo poſſunt emergere, A pro bono & utili eccleſiæ Dei diſponant. Pium imperium veſtrum cæleſtis cuſtodiat imperator, & omnium gentium colla veſtris ſubjiciat pedibus.

*Reverendiſſimis & ſanctiſſimis omnibus epiſcopis & confratribus eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſedem reſpicientibus, ſeu tribus aliis * principalibus eccleſiis, Hieroſolymitanæ* &c.

* patriarchalibus.

QUorumdam ſane veſtrum, fratres cariſſimi, ſcripta ſuſcipientes, unanimitatem atque conſenſum in parte Photii B in eis plene reperimus: indeque obnixe optantes, ut quod particulariter hactenus, hoc canonice ſemper & generaliter, atque ſecundum ea quæ ſunt Chriſti Jeſu, & non quæ veſtra, pia animi devotione idipſum, ut non ſit in vobis ſchiſma, ſapiatis quærere, pulſare & invenire: nos autem moderatione ſedis apoſtolicæ, ſicuti diviſa contentione, atque ſciſſa errore dolemus, ita gaudemus in vinculo pacis ac caritatis compagine ſolida fraternitatem veſtram ſine intermiſſione inviolate perſiſtere, juxta apoſtolum: *Idem ſapite, & Deus pacis erit vobiſcum*. Quod vero ſolicita intentione veſtra C petit dilectio, uti auctoritati beati apoſtoli principis apoſtolorum Petri, vobis Photium patriarcham in regia urbe Conſtantinopolitana fore conſentiamus, illud animo luce clarius retinetis, quod in evangelio primo paſtori Dominus ait: *Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converſus confirma fratres tuos*. His hortatibus ſuccenſi, immo potius corroborati, in quantum ſine gravi offenſione valemus auxilium ferre tam cunctis Domini ſacerdotibus, quam univerſo in orbe terrarum Chriſtiano populo, nunquam deſinimus, ſequentes prædeceſſorum exempla, de quibus ſanctæ memoriæ Hadriani papæ in Taraſii nuperrime D regiæ urbis patriarchæ confirmatione, hæc interim ponimus verba, inter reliqua, inquit: Ipſe enim Taraſius regiæ urbis patriarcha miſit nobis ſynodicam, priſcam adimplens conſuetudinem; quam ſuſcipientes, & liquidius indagantes, & tam de confeſſione rectæ fidei ejus, quam dogmatum ſanctarum ſex ſynodorum, & venerandarum imaginum ovantes, nimis iterum conturbati ac contriſtati ſumus, quia ex laicorum ordine & imperialibus obſequiis deputatus, repente in patriarchatus culmen electus eſt, & * Apocaligus contra ſanctorum canonum E cenſuram factus eſt patriarcha. Et quod dicere pudet, & grave tacere eſt, qui regendi adhuc & docendi ſunt, doctores nec erubeſcunt videri, nec metuunt, ducatumque animarum impudenter aſſumunt, quibus via omnis ignota doctoris eſt, * quo vel ipſi gradiantur ignari ſunt. Quod quam pravum, quamve ſit temerarium, ſæculari ordine & diſciplina monſtratur. Nam dum dux exercitus non niſi labore & ſolicitudine expertus eligitur, quales animarum duces eſſe poſſunt, qui in epiſcopatus culmen immatura cupiunt feſtinatione conſcendere? Hujus ſaltem rei comparatione conſiderent, & ag-

1. Cor. 13.

Luc. 22.

In epiſtola Hadriani I. ad Conſtantinum & Irenen imp. habetur in ſep. ſynodo act. 2.

* In epiſtola Hadriani eſt a caliga militari.

* Forte, & qui quo. H.

τα, τό τε νῦν ἐπιδιδόμενα διορθώσεως, καὶ τὰ ὡς εἰκὸς ἀνακύπτειν μέλλοντα, ἐπὶ τῷ καλῷ καὶ συμφέροντι τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας διαπράξωνται. τὸ θεοσεβὲς κράτος ὑμῶν ὁ οὐράνιος φυλάξαι βασιλεὺς, καὶ πάντων τῶν ἐθνῶν τοὺς αὐχένας τοῖς ὑμετέροις ποσὶν ὑποτάξαι.

Πᾶσι τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις καὶ συναδελφοῖς τοῖς ὑπὸ τὸν θρόνον τελοῦσι τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίας, καὶ ταῖς λοιπαῖς τρισὶ πατριαρχικαῖς ἐκκλησίαις.

ΕΚΟΜΙΣΑΜΕΘΑ, ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ, ἅπερ ἐξ ὑμῶν τινες ἀπέστειλαν γράμματα, καὶ τὴν ἐν τῷ μέρει Φωτίου συμφωνίαν τε καὶ ὁμόνοιαν ἐν αὐτοῖς καθαρῶς εὑρομεν. διόπερ πάνυ σφόδρα ποθοῦντες, ἵν' ὅπερ ἐς τόδε μερικῶς, τοῦτο κανονικῶς ἀεὶ καὶ καθόλου, κατά τε τὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐχὶ τὰ ὑμέτερα, εὐσεβεῖ γνώμης διαθέσει τὸ αὐτὸ φρονοῦντες, ἵνα μὴ σχίσμα ᾖ ἐν ὑμῖν, ζητῆτε, κρούητε, καὶ εὑρίσκητε· τῇ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου συμπαθείᾳ ἡμεῖς ὥσπερ ἐπὶ τοῖς διὰ φιλονεικίαν διεστῶσι, καὶ τοῖς διὰ πλάνην διεσχισμένοις ἀλγούμενοι, οὕτω χαίρομεν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης, καὶ τῇ στερεᾷ συναρμογῇ τῆς ἀγάπης τὴν ὑμῶν ἀδελφότητα συνέχεσθαι ἀδιαλείπτως ἐν ἀκεραιότητι. φρονεῖτε τὸ αὐτὸ κατὰ τὸν ἀπόστολον, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν. ἐν ᾧ δὲ συντόνῳ φροντίδι αἰτεῖται ἡ ὑμετέρα ἀγάπη, ὅπως δι' αὐθεντίας τοῦ μακαρίου ἀποστόλου καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου καταινέσωμεν ὑμῖν Φώτιον τῆς βασιλίδος Κωνσταντινουπόλεως εἶναι πατριάρχην, ἐκεῖνο ταῖς ὑμῶν διανοίαις φωτὸς λαμπρότερον κατέχετε, ὅπερ ὁ κύριος τῷ ἀρχιποίμενι ἐν τῷ εὐαγγελίῳ φησίν· ἐδεήθην περὶ σοῦ Πέτρε, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου· καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου. τούτοις ἀναφλεγόμενοι ταῖς παραινέσεσι, μᾶλλον δὲ ἐνδυναμούμενοι, ἐφ' ὅσον δυνάμεθα προσβοηθεῖν, ἐν μηδενὶ ἀξιολόγῳ προσκρούοντες, πᾶσί τε τοῖς ἱερεῦσι τοῦ κυρίου, καὶ τῷ καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην χριστωνύμῳ λαῷ, οὐδέποτε διαλείπομεν, ἑπόμενοι τῶν πρὸ ἡμῶν ἀρχιερέων τοῖς παραδείγμασιν. ἐξ ὧν τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης πάπα Ἀδριανοῦ, ἐν τῇ ἐπιβεβαιώσει Ταρασίου τοῦ προσφάτως ἐν τῇ βασιλίδι γεγονότος πατριάρχου, ταύτας δὴ τὰς λέξεις παρατιθέμεθα. λέγει γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτα· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων πατριάρχης Ταράσιος συνοδικὴν πέπομφεν ἐπιστολὴν πρὸς ἡμᾶς, τὸ ἀρχαῖον ἔθος ἀποπληρῶν· ἥντινα δεξάμενοι, καὶ ἀκριβέστερον ἀνερευνήσαντες, ἐπί τε τῇ αὐτοῦ ὁμολογίᾳ τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῶν ἱερῶν δογμάτων τῶν ἓξ συνόδων καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων περιχαρέντες, λίαν αὖθις διεταράχθημεν καὶ ἐλυπήθημεν, ὅτι ἀπὸ λαϊκοῦ τάγματος καὶ βασιλικῆς ὑπηρεσίας ἀθρόον εἰς τὴν πατριαρχικὴν ἐψηφίσθη ἀκρότητα, καὶ γέγονε πατριάρχης ὁ ἀπὸ καλίγων παρὰ τὰς διατάξεις τῶν θείων κανόνων. καὶ ὅπερ εἰπεῖν μὲν αἰσχρὸν, σιωπῆσαι δὲ ἐπαχθὲς, οἱ κυβερνήσεως ἔτι καὶ μαθήσεως χρήζοντες, διδάσκαλοι δοκεῖν οὔτ' αἰδοῦνται, οὔτε δεδίασι· καὶ ψυχῶν ἡγεμονίαν ἀναισχύντως λαμβάνουσιν, οἷς ἐστιν ἄγνωστος πᾶσα διδασκαλίας ὁδὸς, οἵγε μὴ εἰδότες ὅπη ποτὲ καὶ αὐτοὶ πορεύονται. ὅπερ φαῦλόν τε καὶ αὐθάδες εἶναι δείκνυται ἐκ τῆς κοσμικῆς τάξεως καὶ ἀγωγῆς. ὅπου γὰρ στρατηγὸς οὐ προβιβάζεται, εἰ μὴ ὁ μόχθῳ καὶ φροντίδι πείρας μεταχὼν, ὁποῖοι ψυχῶν ἡγεμόνες εἶναι δύνανται οἱ προώρῳ

σπουδῇ

ANNO CHRISTI 870

σπουδῇ ποθοῦντες ἀνελθεῖν εἰς τὸ ὕψος τῆς ἐπισκοπῆς; καὶ τῇ ἀντιπαραβολῇ ταύτῃ σκεψάσθωσαν, καὶ ὧν οὔπω πεῖραν εἰλήφασι πόνων, ἄφνω τούτους μὴ ὑπερχέσθωσαν, οἷα μὴ μαθόντες ἃ διδάσκειν. ὅθεν ὁ κανονικὸς θεσμὸς διαπράττεται, λαϊκὸν μὴ διαβαίνειν ἀθρόον εἰς ἱερωσύνην. καὶ εἰ μὴ πιστῶς συνέξεχεν ὑπὲρ τῆς ἀνασταλώσεως τῶν σεπτῶν εἰκόνων, οὐκ ἂν αὐτοῦ ἐδυνάμεθα συνευδοκῆσαι τῇ χειροτονίᾳ. καὶ ἡμεῖς οὖν, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί, τούτῳ ὑμᾶς τῷ προσδιορισμῷ δεσμεύομεν, ἵνα εἰ τοῦ λοιποῦ ὑπόσχοισθε ἐν πάσῃ τῇ καθ' ὑμᾶς ἐκκλησίᾳ μὴ παραβαίνειν τοιούτοις πλημμελήμασι τοὺς τῶν πατέρων κανόνας, τουτέστι νεόφυτον μὴ προάγειν αἰφνίδιον εἰς τιμήν· καὶ εἴπερ τὴν Βουλγαρικὴν ἀποδῶτε ἐπαρχίαν, ἣν ὁ Θεὸς διὰ πρεσβειῶν τοῦ μακαρίου ἀποστόλου Πέτρου, καὶ μόχθου τῶν πρὸ ἡμῶν ἀρχιερέων προσήγαγε τῷ Χριστῷ, ἀφαιρεθείσης τῆς ἀθεμίτου χειροτονίας, ἣν ἐκεῖ ἐποιήσασθε· καὶ πάντας τοὺς ἐκβληθέντας ἀδελφοὺς καὶ ἀσυμφωνοῦντας δι' ὑμετέρας σπουδῆς Φωτίῳ καταλλάξητε, ὃν πατριάρχην ἔχειν ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει ποθεῖτε, καὶ ἑτέραις χρησταῖς πράξεσιν ἀντισηκώσητε τὸ πταῖσμα, δι' οὗ τῷ Θεῷ προσεκρούσατε καὶ τοῖς ἱεροῖς κανόσι· Φώτιον τὸν αἰδέσιμον ἀδελφόν, αἰτοῦντα ἔλεον ἐνώπιον τῆς συνόδου, βουλόμεθα καὶ τὴν πατριαρχικὴν μετιέναι ἀξίαν, καὶ τῆς ἡμῶν κοινωνίας, ναὶ μὴν καὶ τῆς τῶν μακαρίων ἀποστόλων, καὶ ξυμπάσης τῆς ἐκκλησίας, ἐλεοῦντος τοῦ Θεοῦ, μέτοχον εἶναι. ἐκείνῳ μάλιστα τῷ ὑποδείγματι κραταιωθέντες, ᾧ Φωτεινὸν ἀποκαταστῆσαι οὐκ ἀπηξίωσεν ὁ θεσπέσιος ἡμῶν προκάτοχος Ἰννοκέντιος ὁ ἁγιώτατος πάπας, οὑτωσὶ φάσκων· ἐλεύσομαι νῦν εἰς τὸ μέγιστον οἱονεί τι πρόβλημα τὸν Φωτεινόν· εἶτα ἐπιφέρει· ἐπειδήπερ τὸ πρᾶγμα ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὴν σωτηριώδη συγγνώμην, τοῦτον μετὰ τὴν κατάκρισ.. ἀποκαθίσαμεν κατὰ τὸ ἀποστολικὸν ἔθος, τοσοῦτον ὑμῶν ἐγκειμένων, καὶ τοσαῦτα διαβεβαιουμένων. ὑμῖν δὲ τοῖς οὕτω χρηστοῖς, τοῖς οὕτω φίλοις μὴ συγκατατίθεσθαι ἡγούμεθα τῶν ἀποτόμων ἁπάντων ἀποτομώτερον. τοιγαροῦν ἀδελφοὶ ἀγαπητοί, κατὰ τὴν ὑμετέραν δοκιμὴν καὶ γνώμην καὶ αἴτησιν, ἔχετε Φωτεινὸν ἐπίσκοπον. θεμιτὸν ἐστιν οὕτω θεσπίσαι, ὡς καθικετεύετε· καὶ τὴν ἡμετέραν κρίσιν διὰ τοῦ ὑμετέρου πόνου, ἢ καὶ τῆς μαρτυρίας μεταπεσοῦσαν ἐπὶ τὸ βέλτιον δέξασθε, τυχόντες τοῦ ποθουμένου. φροντίζοντας γὰρ ὑπὲρ σωτηρίας ἀσμένως ὑμᾶς ἀποδέχομαι· ᾧ χεῖρα ὀρέγετε, μεθ' ὑμῶν ὀρέγω· ᾧ δ' ἂν ὀρέξω, ὀρέξατε σὺν ἐμοί· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ φανερωθεῖσα πρὸς Κορινθίους ἀποστολικὴ εὐμένεια, ἵν' οἱ ἀγαθοὶ τὴν ἐπενεχθεῖσαν, καὶ αὖθις ἀκυρωθεῖσαν ἀπόφασιν ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι ἀεὶ δέχωνται ἀδιαφόρως. ἐδόθη μηνὶ Αὐγούστῳ, ἰνδικτιῶνος ιβ'.

Ἐστάλη διὰ Πέτρου πρεσβυτέρου.

Φωτίῳ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως.

ΠΕΙΡΑ σαφεστάτῃ μαθόντες διὰ τῶν πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀρχιερωσύνην ἀποσταλέντων γραμμάτων τὴν ἐν σοὶ φρόνησιν, ἀνυμνήσαμεν τὸν ἄνω βροντῆς ἐπαφιέντα Θεόν, εὐσεβεῖς αὐτῷ ἀναπέμποντες εὐχαριστίας, τῷ πᾶσι τοῖς αἰτοῦσι διδόντι σοφίαν, καὶ ἐν τῷ κατοικίζειν ἐν οἴκῳ τοὺς μονοτρόπους, σώζοντι πάντας τοὺς ἐλπίζοντας εἰς αὐτόν, καὶ περισκέποντι τοὺς ἐν ἀληθείᾳ αὐτὸν ζητοῦντας· τῷ μήτε τοὺς ἀγαθοὺς ὑπευθύνους, μήτε τοὺς εὐσεβεῖς ποιοῦντι τυράννους, δικαίᾳ



JOANNIS VIII. EP. A PHOTIO CORRUPTÆ.

A gredi repente inexpertos labores abſtineant; quippe qui non didicerint quod doceant: unde canonica inſtituit cenſura, nequaquam ex laico ad ſacerdotium repente tranſire. Et niſi per ejus fidelem concurſum pro ſanctarum imaginum erectione, ejus conſecrationi aſſenſum omnimodo tribuere nequivimus. * Porro & nos ac vos fratres cariſſimi lege conſtringimur, ut ſi deinceps apud cunctam eccleſiam quæ in vobis eſt, a paternis regulis per ſimilem prævaricationem nunquam ſpondeatis delinquere, id eſt, ne neophytum repente ad honorem aſcendere: & ſi parochiam Bulgariæ gentis, quæ Deo auctore, beati Petri apoſtoli interceſſione, at- B que deceſſorum noſtrorum labore, ad Chriſtum converſa eſt, ſubducta quam ibi feciſtis, illicita ordinatione, reddideritis: & abjectos quoſque fratres, ac diſcordantes veſtro labore * ſtudio cum prædicto Photio, quem patriarcham in regia urbe deſideratis habere, aliiſque piis operibus offenſionem quam coram Deo & ſanctis canonibus contraxiſtis in hac parte, recompenſaveritis: venerabilem fratrem Photium, coram ſynodo miſericordiam quærendo, & patriarchatus honore fungi volumus, & noſtræ communionis, immo & beatorum apoſtolorum, ſeu omnis eccleſiæ fore Domini miſeratione participem. Hoc exemplo roborati maxime, C quo egregius prædeceſſor noſter Innocentius ſanctiſſimus papa Photinum reſtaurare dignatur, dicens: Veniam nunc ad maximum, quaſi quoddam thema, Photinum: & inter alias: Quia res ad ſalutarem rediit veniam, hunc in tantum vobis annitentibus, poſt condemnationem more apoſtolico ſubrogamus, tantiſque veſtris aſſertionibus, vobiſque tam bonis, tam caris non dare conſenſum, omnibus duris rebus durius arbitramur. Pro veſtra ergo approbatione, fratres cariſſimi, & ſententia ac poſtulatione, epiſcopum Photinum habetote. Licitum eſt ita conſtituere, ut deprecamini; & noſtram in melius converſam ſententiam labore vel te- D ſtimonio veſtro, compotes voti ſuſcipite. Solicitos enim vos pro ſalute libenter admitto: cui manum porrigitis, vobiſcum porrigo: cui porrigo, mecum porrigite. Hæc enim eſt ad Corinthios apoſtolica declarata benignitas, ut in uno ſpiritu ductam ac reductam ſententiam boni ſemper indifferenter ſequantur. Data menſe Auguſto indictione duodecima.

Videtur locus depravatus.

* Forte, Porro & nos hac vos, fratres cariſſimi, lege conſtringimus; ut in Græco. H

* f. deeſt reconciliaveritis

Epiſt. 17.

*Miſſa per Petrum presbyterum.*

E

*Photio patriarchæ Conſtantinopolitano.*

EXperientia tuæ prudentiæ, litteris pontificio noſtro delatis, ſatis ubertim comperta, altitonantem Dominum, piiſſimas ei grates agentes, laudavimus; qui poſtulatus dat omnibus ſapientiam, & in domo faciens unanimes habitare, ſalvat omnes in ſe ſperantes, & protegit ſe in veritate quærentes: qui neque probos reos, neque facit pios tyrannos; tamen juſte judicans, beatis quibuslibet ætherea præmia, & infelicibus, re-

Extat utraque tam germana quam corrupta infra cum notis Severini Binii.

JOANNIS VIII EP. A PHOTIO CORRUPTÆ.

ſervato interim pœnitudinis tempore, niſi A
reſipuerint, æterna confert ſupplicia. In præ-
dictis vero litteris præconia noſtra legentes,
affectum tuum cognovimus, & quam ſis
nunc erga nos devotus, ſatis evidenter re-
perimus. Verum in quo nobis noſtra meri-
ta non ſuffragentur, Deo dimittimus: & in
quo nos humanis laudibus quicumque mor-
talium elevare conantur, fragilitatem natu-
ræ noſtræ cum ſumma formidine, eodem
Deo præ oculis habito, contemplamur. Sci-
Matth. 14 Luc. 14. mus enim ipſo dicente, quia *qui ſe exaltat*
*humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur*.
Quod dicitur autem ſanctam Conſtantinopoli-
tanam eccleſiam in te convenire, teque pri-
vatam ſedem recipere, miſſoſque noſtros te- B
cum minime * conſecrare; de adunatione
* ſ. conſentire. omnium Deo gratias agimus, ſed miſſis no-
ſtris ideo de hoc mandatum non dedimus,
quia nil certitudinis, qualiter ipſa ſedes ha-
beret, antea comprobavimus. Nunc vero
ſicut de pace & adunatione ipſius eccleſiæ
valde gaudemus, ita & de diſſenſione no-
lentium acquieſcere contriſtamur: quia Sa-
muele teſtante, *quaſi peccatum ariolandi eſt*
Reg. 4. 1. Reg. 15. *repugnare, & ſicut genus idololatriæ, nolle*
*acquieſcere*. Verum ſuper receptione privatæ
ſedis nos debuimus antea conſuli: tamen
quia obeunte fratre & coepiſcopo noſtro Igna-
tio, te Conſtantinopolitano throno præſide-
re audivimus, tantum ut pax augeatur, & C
jurgia ceſſent, multimodas Deo gratias agi-
mus. Tu autem omnium mentes demulcens,
omnes patulis ulnis amplectere, omnes di-
ſperſos congregare non deſine, omnes colli-
gere ſolicite ſtude. Quia ſicut ſanctus papa
Epiſt. 11. Leo Magnus ſcribit, ſedis apoſtolicæ, in-
quiens, moderatio hanc temperantiam ſer-
vat, ut & ſeverius agat cum obduratis &
veniam cupiat præſtare correctis: & cum non
ſit reprehenſibilis erga correctum quantacum-
que miſeratio, ſi ſatisfaciens coram ſynodo
miſericordiam ſecundum conſuetudinem po-
ſtulaveris, ac ſi evidenti correptione uteris,
& peritiæ tuæ non obliviſcens, nullius damna
moliaris: quin potius exilia eorum qui tibi D
non velle conſentire dicuntur, ſtudioſe diſ-
ſolveris, eoſque ſuis eccleſiis & honoribus
reſtitueris. Et ſi (quia ſpiritualis filius no-
ſter Baſilius Chriſtianiſſimus imperator apud
nos pro te multis precibus intervenit) omnes
uno voto, uno conſenſu, & una concor-
dia in tua reſtitutione convenerint, veniam
pro pace ſanctæ Conſtantinopolitanæ eccle-
ſiæ tibi concedimus, communionem quo-
que & gradum, coram ſynodo miſericor-
diam quærendo, nihilo minus reddimus; &
ut ſanctæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ di-
gne præeſſe debeas, conſentimus: ita ta-
men, ut deinceps de laicis in eadem eccle-
ſia epiſcopus contra ſanctorum patrum ſta- E
tuta nullatenus ordinetur, & omnis illa
mala conſuetudo abinde penitus amputetur,
juxta capitulum, quod ſuper hac re vene-
rabili ſynodo, tempore ſcilicet deceſſoris no-
Can. 5. in act. 10. VIII. ſynod. ſtri Hadriani junioris papæ Conſtantinopoli
habita, eſt congruentiſſime promulgatum.
Reliqua vero, quæ litteræ tuæ a nobis fore
cenſenda, vel finienda expectant, dato com-
monitorio, noſtris legatis, Petro venerabili
presbytero cardinis noſtri, dilectiſque conſi-
liariis noſtris, quædam ſcriptis, quædam
autem verbis injunximus; qui juxta cenſu-

ANNO CHRISTI 879.

A δὲ ὅμως κρίσει τοῖς τε μακαρίοις οὐρανίαν χαριζομένου
ἀντίδοσιν, καὶ τοὺς δυστυχεῖς, χορηγουμένου μεταξὺ πρὸς
μετάνοιαν χρόνου, ἣν μὴ ἀναστήψωσιν, αἰωνίᾳ παραδι-
δόντι κολάσει. ἐν τοῖς προῤῥηθεῖσι δὲ γράμμασι τὰ
εἰς ἡμᾶς ἐγκώμια ἀναγνόντες, τὴν σὴν διάθεσιν ἐγνώ-
καμεν· καὶ ὅπως νῦν πρὸς ἡμᾶς εὐλαβῶς διάκεισαι, προ-
φανέστατα εὕρομεν. πλὴν ἐφ᾽ ὅσον οὐκ ἔχομεν προσόντα
ἡμῖν ὀρθὰ πολιτεύματα, τῷ Θεῷ παραλείπομεν· καὶ
ἐν ᾧ ἀνθρωπίνοις ἐπαίνοις ὁστισοῦν ἡμᾶς πειρᾶται ἐπαί-
ρειν, τὸ ἀδρανὲς τῆς ἡμετέρας φύσεως, τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ
πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῖν ὄντος, μετὰ πλείστου δέους κατανοοῦ-
μεν. οἴδαμεν γὰρ αὐτὸν λέγοντα, ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν
ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθή-
B σεται. ὃ δὲ λέγεται, τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίαν
ἐκκλησίαν ὁμονοεῖν ἐπὶ σοί, σέ τε τὴν χηρεύσασαν ἀ-
πολαβεῖν ἐκκλησίαν, τοὺς δὲ ἡμῶν ἀποκρισιαρίους μή,
θελῆσαι συλλειτουργεῖν σοι· περὶ μὲν τῆς πάντων συμ-
φωνίας εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ ἀναπέμπομεν, τοῖς ἀπο-
κρισιαρίοις δὲ οὐδὲν περὶ τούτου ἐνετειλάμεθα, ὅτι βέ-
βαιον ἡμῖν οὐδὲν ἔγνωσο, ὅπως εἶχεν ὁ θρόνος. νῦν
δὲ ὥσπερ χαίρομεν πάνυ ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ καὶ ὁμοφροσύνῃ
τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας, οὕτως ἐπὶ τῇ διχονοίᾳ τῶν μὴ
βουλομένων εἰρηνεῦσαι λυπούμεθα. κατὰ τὸν Σαμουή-
λον, ἁμαρτία τῆς μαντείας τὸ προσερίζειν, ἡ δὲ ἀνο-
μία τῶν εἰδώλων τὸ ἀπειθεῖν. πλὴν ἐπὶ τῇ παραλή-
ψει τοῦ χηρεύοντος θρόνου πρὸς ἡμᾶς ἐχρῆν πρότερον
C ἀναδραμεῖν· ἀλλ᾽ ἐπεὶ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου ἡμῶν
Ἰγνατίου τὸν βίον ἀπολιπόντος, σὲ προεστάναι τοῦ θρό-
νου Κωνσταντινουπόλεως ἠκούσαμεν, δι᾽ αὔξησιν μόνον τῆς
εἰρήνης καὶ κατάπαυσιν τῶν φιλονεικιῶν, πολυτρόπως τῷ
Θεῷ εὐχαριστοῦμεν. σὺ δὲ τὰς πάντων γνώμας κατα-
πραΰνων, πάντας ἐγκολπιζόμενος περιλάμβανε, τοὺς
διεσκορπισμένους πάντας συναγείρων μὴ παύου, πάντας
συνάξαι σπουδαίως φρόντιζε. ὡς γὰρ ὁ ἅγιος πάπας
Λέων ὁ μέγας γράφει, τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἡ ἐπιεί-
κεια ταύτην φυλάττει τὴν συμμετρίαν, ὥστε καὶ αὐστη-
ρὰν ἑαυτὴν τοῖς σκληρυνομένοις παρέχειν, καὶ ποθεῖν
τοῖς διορθωθεῖσι διδόναι συγγνώμην. καὶ ἐπειδὴ οὐκ
ἔχει μέμψιν τὸ ἐλεεῖν ὁποσονοῦν τὸν ἐπιδιορθωθέντα,
D εἴπερ ἐνώπιον τῆς συνόδου τὸ ἱκανὸν παρεχόμενος, ἐλεη-
θῆναι ζητήσῃς, ὡς εἴθισαι, χρήσῃ τε σαφεστάτῃ ἐπι-
τιμήσει, καὶ τῆς σῆς παιδείας μὴ ἀμνημονῶν, οὐδεμιᾷ
μηχανῇ μηδενὶ ἐνεδρεύσῃς, μᾶλλον δὲ λῦσαι σπουδά-
σῃς τὰς ὑπερορίας τῶν μὴ θέλειν ὁμοφρονῆσαί σοι λε-
γομένων, καὶ τὰς οἰκείας αὐτοῖς ἐκκλησίας καὶ τιμὰς ἀ-
ποδῷς. καὶ εἴγε πάντες, καθότι ὁ πνευματικὸς ἡμῶν υἱὸς
Βασίλειος ὁ χριστιανικώτατος αὐτοκράτωρ πολλὰς ὑπὲρ
σοῦ πρὸς ἡμᾶς κατεβάλετο δεήσεις, μιᾷ ψήφῳ, μιᾷ
συμπνοίᾳ, καὶ μιᾷ συμφωνίᾳ τὴν σὴν ἀποκατάστασιν
δέχωνται, παρέχομέν σοι, ἵν᾽ ἡ ἁγία τῆς Κωνσταντι-
νουπόλεως ἐκκλησία εἰρηνεύῃ, συγγνώμην, καὶ ἀποδί-
δομέν σοι τήν τε κοινωνίαν καὶ βαθμόν, ἐνώπιον μέντοι
E τῆς συνόδου ἔλεον αἰτοῦντι· καὶ συγκατατιθέμεθα, ὥστε
σε προΐστασθαι ἀξίως τῆς ἁγίας τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν
ἐκκλησίας· οὕτω μέντοι, ὥστε ἀπὸ τοῦ παρόντος μηδένα
ἐκ λαϊκῶν ἐν τῇ αὐτῇ ἐκκλησίᾳ χειροτονεῖσθαι ἐπίσκο-
πον παρὰ τοὺς ὅρους τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ πᾶσαν ὅλως
ἐκεῖθεν τὴν φαύλην ἐκείνην ἀποκοπῆναι συνήθειαν,
κατὰ τὸν κανόνα τὸν ἁρμοδιώτατα περὶ τοῦ πράγματος
τούτου ἐκδοθέντα ἐν τῇ σεβασμίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Κων-
σταντινουπόλει συγκροτηθείσῃ ἐπὶ τοῦ πρὸ ἡμῶν ἀρχιε-
ρατεύσαντος Ἀδριανοῦ τοῦ νεωτέρου πάπα. τὰ δὲ λοιπά,
ἃ διορθωθῆναι παρ᾽ ἡμῶν ζητεῖς ἐν τοῖς γράμμασι, διὰ
κομ-

ANNO CHRISTI 879.

κομμονιτωρίῳ δοθέντος τοῖς ὑμετέροις ἀποκρισιαρίοις, A Πέτρῳ τῷ αἰδεσίμῳ πρεσβυτέρῳ καρδινάλῳ, καὶ τοῖς προειλημμένοις ἡμῶν συμβούλοις, τὰ μὲν ἐγγράφως, τὰ δὲ διὰ φωνῆς παρηγγείλαμεν. οἵτινες κατὰ τὴν χρεῖαν τῆς ἀποστολικῆς ἡμῶν ἀξίας ἅπαντα διδαχθέντες, τοῦ τε Θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτοῖς ὄντος, πάντα κατανοοῦντες, καὶ τὰ παραδεκτέα, ᾗ θέμις, παραδέξασθαι σπουδάσουσι, καὶ τὰ διορθωτέα ἐπανορθώσουσι τῷ σταθμῷ τῆς ἐπιεικείας. πρὸς τούτοις καθάπερ ὑμεῖς τὸ ὑμέτερον κρατύνειν πειρᾶσθε, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἀποδοθῆναι τὴν ταχίστην βουλόμεθα ἡμῖν τὴν Βουλγαρικὴν ἡμῶν ἐπαρχίαν, ἣν ἡ ἀποστολικὴ καθέδρα παρειλήφει δι' ἀγῶνος τοῦ τῆς ἀποστολικῆς μνήμης ἁγιωτάτου πάπα κυρίου Νικολάου, καὶ ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ ἐπίσης μακαριωτάτου B Ἀδριανοῦ ἀρχιερέως ἐκέκτητο. τοῦ λοιποῦ δὲ πᾶσαν ἐκκλησιαστικὴν χειροτονίαν τῶν Κωνσταντινουπόλεως προέδρων ἐν τῇ αὐτῇ διοικήσει τῆς Βουλγαρίας ἀποστολικῇ ἀποκόπτομεν αὐθεντίᾳ. αὐτοὶ δὲ οἱ χειροτονηθέντες ἐκεῖ ἐπίσκοποι, οἵ τε λοιποὶ πάντες ἐνδοτέρου βαθμοῦ κληρικοὶ, ἵν' ἐκεῖθεν ἀναχωρήσωσι, καὶ τοῦ τῆς Βουλγαρικῆς ἡμῶν κατακρατεῖν ἐπαρχίας ἀπέχωνται τοπαράπαν, αὐτὸς ἐπιμελέστατα φροντίσεις. οἷς εἴπερ σὺ ἢ ὠμοφόριον ἀποστείλῃς, ἢ ποιήσῃς ἐκεῖ ἥντινα οὖν χειροτονίαν, ἢ συγκοινωνήσῃς αὐτοῖς, ἕως ἂν ἡμῖν ὑπακούσωσι, τῷ ἴσῳ ἀφορισμῷ σὺν αὐτοῖς καὶ σὺ ἔνοχος ἔσῃ.

ram noſtri apoſtolatus inſtructi de omnibus, cuncta, Deo præ oculis habito, contemplantes, & admittenda, ubi fas eſt, admittere ſtudeant, & corrigenda ſub æquitatis libramine corrigant. Præterea ſicut veſtra pars ſuum velle conatur jus vires accipere, ita & nos diœceſim noſtram Bulgariam, quam apoſtolicæ recordationis ſanctiſſimique domini papæ Nicolai certamine ſedes apoſtolica receperat, ac Hadriani æque beatiſſimi præſulis tempore poſſederat, ſumma nobis celeritate reſtitui volumus. Et de cetero omnem ordinationem eccleſiaſticam ab eccleſiæ Conſtantinopolitanæ præſulibus in eadem diœceſi Bulgarica auctoritate apoſtolica amputamus: ipſos autem ordinatos ibidem epiſcopos, & omnes alios interioris ordinis clericos, ut inde ſe ſubtrahant, & ab invaſione Bulgaricæ noſtræ diœceſis ſe omnino compeſcant, decertare procures. Quibus ſi tu aut pallium dederis, aut quamcumque illic ordinationem feceris, vel donec nobis obediant, cum eis communicaveris, pari excommunicatione cum eis tenebcris annexus.

JOANNIS VIII. EP. A PHOTIO CORRUPTÆ.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, Φωτίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ, πατριάρχῃ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας.

C *Joannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Photio ſanctiſſimo fratri & comminiſtro, patriarchæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, ſalutem.*

ΤΗΝ σοφίαν καὶ φρόνησιν τῆς ἐν ὑμῖν ἀδελφότητος ἐν τοῖς ὑμετέροις ἀνιχνεύσαντες, οἷς ἀπεστείλατε, γράμμασιν, ὥσπερ βροντὴν ἀπηχοῦσαν ἐξ οὐρανοῦ, πεμπομένην τε ἐκ Θεοῦ, καὶ πάντα τὰ πέρατα τοῦ ἤχου πληροῦσαν, εὐσεβεῖς εὐχαριστίας καὶ ἐπαίνων ὕφος ἀνεπέμψαμεν τῷ Θεῷ, τῷ πᾶσι τοῖς αἰτοῦσι κατὰ τὴν αἴτησιν διδόντι σοφίαν, καὶ κατοικίζοντι ἐν ὁμονοίας οἴκῳ, σκέποντί τε καὶ σώζοντι τοὺς ἐν ἀληθείᾳ τὴν ἑαυτῶν ἐλπίδα ἀνατιθέντας εἰς αὐτόν· τῷ μήτε τοὺς πονηροὺς εἰς τέλος ἀπωθουμένῳ, μήτε τοὺς ἀγαθοὺς ἐμπίπτειν εἰς τυραννίδα ὑπὲρ * δύσιν συγχωροῦντι· ἀλλὰ δικαιοσύνης ὁσιότητι καὶ ζυγῷ κριμάτων τὰ ἀνθρώπινα πάντα διευθύνοντι καὶ κατευοδοῦντι. καὶ μακάριος, ὅστις ἂν προθύμως ἐν τῷ νῦν καιρῷ διὰ μετανοίας διανιστῶν τοὺς πεσόντας, ἐν οὐρανοῖς θησαυρίσῃ. οὗτος γὰρ ἐν μακαριότητι διαμένων, ἀπολαύσει τῆς εἰς τὰ μέλλοντα αἰώνια ἀναφαινομένης λαμπρότητος. τοίνυν τοῖς προρρηθεῖσι γράμμασιν ἐπιεικέσιν ὑμῶν ἐπιβαλόντες, καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς ὕφος τῶν ἐπαίνων ἡμῶν καταμαθόντες, τήν τε διάθεσιν ἣν πρὸς ἡμᾶς φέρεις, ἔγνωμεν, καὶ ὅπως πρὸς ἡμᾶς εὐσεβῶς καὶ ὑγιῶς διάκεισαι· εἰ καὶ τὰ ἔργα τῆς πολιτείας ἡμῶν πρὸς τοὺς ἐπαίνους, οὓς ἔγραψας εἰς ἡμᾶς, δι[illegible]ται. ἐν θνητότητι γὰρ καὶ τρεπομένῃ φύσει τὸν βίον ἔχοντες, οὐ πάνυ τὸ βέβαιον ἐν τοῖς ἐπαίνοις τοῖς καλοῖς ἔχομεν. καὶ δειλιῶμεν, καὶ τῷ φόβῳ συνεχόμεθα τοῦ πάντα βλέποντος τὰ ὄντα ὀφθαλμοῦ, καὶ ἐφορῶντος τὰ κρυπτὰ καὶ τὰ φανερὰ, μή πως τοῖς ἀνθρώποις ἄλλως νομιζόμενοι, ἐνώπιον αὐτοῦ ἕτεροι ὀφθῶμεν· καὶ ἀντὶ τοῦ τυχεῖν ἐπαίνων ἀληθινῶν καὶ δόξης ἐπιθυμητῆς, αἰσχύνην αἰωνίαν κληρωσώμεθα. ἀλλὰ ταῦτα παραχωρήσωμεν τέως τῷ τὰ πάντα εἰ-

* ἴσ. ὑπὲρ δύναμιν, ὅπου, ὑπὲρ δύναμιν.

Sapientiam, & veſtræ fraternitatis prudentiam in veſtris litteris quas miſiſtis, perſpicientes inſtar tonitrui de cælo reſonantem, a Deo provenientis, ac ſonitu omnes mundi fines complentis, pias gratiarum actiones & laudum præconia ad Deum miſimus, qui omnibus petentibus pro voto dat ſapientiam, & habitare facit in domo concordiæ, protegitque ac ſalvat eos qui in veritate ſuam ipſorum ſpem in illo repo- D nunt: qui nec malos ad finem uſque repellit, nec bonos tyrannide premi ſupra vires permittit; ſed juſtitiæ ſanctitate, & judiciorum trutina humana omnia dirigit, ac proſpere ducit. Et beatus quidem eſt, qui prompto animo præſenti tempore per pœnitentiam erigendo lapſos, theſaurizat ſibi in cælis: ubi in beatitudine permanens fructur ſempiterno ſplendore in futuris illis æternis ſæculis. Cum veſtras igitur prædictas litteras attente legeremus, quæque in illis continentur, noſtrarum laudum ſeriem perſpiceremus, tuam in nos benevolentiam cognovimus, & quam *pie ac ſincere in nos affectus ſis: ſi tamen vita & mores noſtri E non diſtent a laudibus quas in tuis litteris nobis tribuiſti. Cum enim in natura mortali & mutabili vitam degamus, non ita firmiter conſiſtimus, ut veras laudes habere poſſimus: quinimmo formidamus & valde timemus oculum illum qui omnia perſpicit, tam quæ occulta, quam quæ manifeſta & aperta ſunt; ne ſcilicet aliquo modo hominibus videamur alii, quam qui in conſpectu Dei ſumus: & pro veris laudibus & gloria illa valde appetenda, dedecore afficiamur ſempiterno. Sed hæc relinquamus omnia ſcienti Deo, neque quidquam noſtrarum rerum ignoranti. Scimus

JOANNIS VIII. EP. A PHOTIO CORRUPTÆ.

*Matth. 23.*

mus enim illum dixiſſe: *Qui ſe exaltat, humiliabitur*. Scripſiſti nobis, ſanctam Conſtantinopolitanam eccleſiam in te concordem jam factam conveniſſe, & ſedem qua privatus fueras, tibi reſtitutam fuiſſe, quæ tua erat. His de rebus, hoc eſt de eccleſiæ concordia, & reſtitutione tuæ ſedis, Deo gratias egimus quam maximas potuimus. Præterea continebant litteræ pietatis veſtræ, apocriſiarios noſtros noluiſſe ſtatim una tecum ad miſſarum ſolemnia convenire: quod accidiſſe dicimus, propterea quod præter noſtra mandata quidquam agere iis non permiſeramus. Nam ſi mandatum noſtrum habuiſſent, nulla de ea re in ipſis fuiſſet dubitatio, neque ullam triſtitiam pietati tuæ attuliſſent. Nam neque certi quidquam erat ad nos perlatum de tua fraternitate, quod Deus tibi tuam ſedem reſtituiſſet, atque ipſam recepiſſes. Alioquin quod fieri conveniebat, agentes miſiſſemus, & conſolati te eſſemus, gratulantes tibi ſedis reſtitutionem. Hoc igitur non moleſte feras: quod enim defecerat, abunde ſuppletum eſt. Audivimus etiam eſſe apud vos ſchiſmaticos quoſdam, qui non dormiunt, ſed inanem laborem ſumunt, & certamen diabolicum adhibent, juxta illud prophetæ dictum:

*Pſal. 34.*

*Diſſipati ſunt, & non ſunt compuncti*; ut abſtrahant ac pervertant aliquos ſimpliciores. Itaque quantum lætati ſumus te reſtituto, & facta eccleſiæ unione, tantum doluimus illorum qui adhuc in ſchiſmate ſunt, perditione. Sed ipſe pro ea quæ in te eſt ſapientia ac prudentia, & gratia Deo tibi conceſſa, (quid enim habes quod non accepiſti? ſcimus quod non gloriaris, quaſi non acceperis) ad operam, ut omnes tibi reconcilies; qui a te alienati ſunt ac diſperſi, eos ad te congregare non dedigneris, aperiens humanitatis viſcera, & miſerationum benignitate illos complectens, ut quemadmodum ſanctiſſimus & magnus Leo papa ſcribit, eos qui quærunt humiliari coram Deo, & concordiam habere nobiſcum ſtudent, amplectamur; in eos vero qui obdureſcunt corde, & nos duri ſimus: ſimiliter etiam & pœnitentiam quærentibus, quæ lapſos erigit, manum auxilii porrigamus. Non enim eſt condemnatio pœnitentibus, & miſericordiam implorantibus non eſt dedecus. Quamobrem & tuam fraternitatem rogamus, ut Chriſti morem & ejus humilitatem attendens, quam ſuſtinuit propter ſalutem humani generis, non dedignetur in ſynodo prædicare Dei miſericordiam & opem in ſe oſtenſam, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ protectionem ac laborem, quem pro tua dilectione, affectu & caritate ſuſcepit. Doce omnes de concordia quæ inter nos eſt, ac de noſtro conſenſu; quod videlicet ſicut petiiſti, ita & a ſancta Romana eccleſia impetraſti, cujus mos eſt, omnibus injuſte aliquid patientibus opem ferre: cujus auxilii neque tu expers fuiſti, ſed adjuvante Deo, & hujus ipſius, quam diximus, eccleſiæ labore ac ſtudio in ſedem tuam reſtitutus es. Tuæ autem conſuetæ lenitatis atque commiſerationis, quam re & factis quotidie ita oſtendiſti, ut ejus fama in omnes pervulgata ſit, noli obliviſci, ſed illam ſerva: ut nullius hominis jacturam fieri patiaris, neque quemquam a miſericordiæ ſinu repellas; eorum videlicet, qui ad hanc uſque cum pietate tua unionem habere aut conſentire noluerunt. Sed magis labora & ſtude, partim

ANNO CHRISTI 879.

A ὅτι Θε..., καὶ μηδὲ τὴν ἡμετέραν ἄγνοιαν ἔχοντι· γινώσκομεν γὰρ αὐτὸν λέγοντα· ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται. ἔγραψας ἡμῖν, ὅτι ἡ ἁγιωτάτη τοῦ Θεοῦ τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησία ἐν σοὶ συνεφώνησε καὶ συνῆλθέ σοι· καὶ ὅτι τὸν θρόνον ὃν ἐστερήθης, ἀπέλαβες, ὃς ἦν ἴδιός σου. ὑπὲρ τούτων, λέγω δὴ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς ἀποκαταστάσεώς σου, ἤγουν εἰς τὸν ἴδιον θρόνον κατέστης, Θεῷ τὴν εὐχαριστίαν ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ δυνάμεως ἀνεπέμψαμεν. ἔτι δὲ περιεῖχε τὸ γράμμα τῆς ὑμῶν εὐλαβείας, ὅτι οἱ ἀποκρισιάριοι ἡμῶν εὐθέως οὐκ ἠθέλησαν συλλειτουργῆσαί σοι. καὶ λέγομεν τοῦτο συμβῆναι, διὰ τὸ μὴ παραχωρῆσαι ἡμᾶς * ἃ προσετάξαμεν ποιῆσαι B αὐτούς. ἐπεὶ εἰ ἐντολὴ ἡμῶν προῆλθεν, οὐδεὶς ἂν δισταγμὸς ἐν αὐτοῖς εὑρέθη, οὐδὲ λύπην τινὰ εἶχον ἂν προξενῆσαι τῇ εὐλαβείᾳ σου· πλὴν οὐδὲ ἡμεῖς πληροφορηθέντες περὶ τῆς σῆς ἀδελφότητος, ὅτι τέλειον ὁ Θεὸς ὑπέστρεψέ σε εἰς τὸν θρόνον σου, καὶ ὅτι ἀπέλαβες αὐτόν· ἐπεὶ τὸ καθῆκον ποιοῦντες ἀπεστείλαμεν ἂν καὶ παραμυθούμενοί σε, καὶ συγχαίροντες εἰς τὴν ἀποκατάστασιν τοῦ θρόνου σου. καὶ ἐν τούτῳ μηδὲν ἀγανακτήσῃς· τὸ γὰρ ὑστέρημα καὶ ὑπερπερισσοῦ ἀνεπληρώθη. ἐμάθομεν δὲ καὶ τοῦτο, ὡς εἰσί τινες σχισματικοὶ ἐν ὑμῖν, καὶ οὐ καθεύδουσιν, ἀλλὰ μοχθοῦσι μόχθον μάταιον, καὶ ἀγῶνα διαβολικὸν καταβάλλονται, κατὰ τὸν λέγοντα προφήτην· διεσχίσθησαν, C καὶ οὐ κατενύγησαν· ὥστε ἀποσπᾷν καὶ διαστρέφειν ἑαυτοῖς τινὰς τῶν ἁπλουστέρων. καὶ ὅσον εὐφράνθημεν ἐπὶ τῇ καταστάσει σου, ἣν ὁ Θεὸς ἀποκατέστησέ σε, καὶ τῇ ἑνώσει τῇ γενομένῃ τῆς ἐκκλησίας, τοσοῦτον ἠλγήσαμεν ἐπὶ τῇ ἐκείνων τῶν σχισματικῶν ἀπωλείᾳ. ἀλλ' αὐτὸς τῇ ἐνούσῃ σοι σοφίᾳ καὶ συνέσει, καὶ τῷ δοθέντι σοι παρὰ Θεοῦ χαρίσματι· τί γὰρ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; οἴδαμεν, ὡς οὐ καυχᾶσαι, ὡς μὴ λαβών· πάντας μετέρχου οἰκειοῦσθαι πρός σε, καὶ τοὺς ἀπὸ σοῦ μακρυνθέντας καὶ διασκορπισθέντας, φιλανθρωπίας αὐτοῖς ὑπανοίγων σπλάγχνα, καὶ οἰκτιρμῶν χρηστότητι περιλαμβάνων, συναγαγεῖν μὴ ἀπαξιώσῃς, ἵνα ὡς ὁ ἁγιώτατος D πάπας Λέων ὁ μέγας γράφει, τοὺς μὲν ζητοῦντας ταπεινωθῆναι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁμόνοιαν ζητοῦντας πρὸς ἡμᾶς, δεχώμεθα, πρὸς δὲ τοὺς σκληρυνομένους τῇ καρδίᾳ σκληρυνώμεθα. ὡσαύτως καὶ τοῖς μετάνοιαν ζητοῦσιν, ἥτις ἀνιστᾷ τοὺς πεσόντας, χεῖρα βοηθείας ὀρέγωμεν. οὐ γάρ ἐστι κατάγνωσις τοῖς μετανοοῦσι, καὶ τοῖς αἰτοῦσιν ἔλεον οὐκ ἔστιν αἰσχύνη. διὸ καὶ τὴν σὴν ἀδελφότητα ἀξιοῦμεν, Χριστομίμητον ἀναλαμβάνουσαν τρόπον, καὶ τὴν αὐτοῦ ταπείνωσιν, ἣν ὑπέστη διὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ γένους ἡμῶν, μὴ ἀπαξιῶσαι ἐπὶ τῇ συνόδῳ ἀνακηρύξαι τὸ εἰς σὲ τοῦ Θεοῦ ἔλεος καὶ τὴν βοήθειαν, καὶ τῆς ἁγιωτάτης τῶν Ρωμαίων ἐκκλησίας τὸν ὑπερασπισμὸν καὶ τὸν κόπον, ὃν E ὑπὲρ τῆς σῆς ἀγαπητικῆς διαθέσεως καὶ φίλτρου κατεβάλετο· πληροφορῶν ἅπαντας ἐν τῇ ὁμονοίᾳ τῇ πρὸς ἡμᾶς, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ συγκαταθέσει, ὅτι καθὼς ᾔτησω παρ' αὐτῆς καὶ ἔλαβες· καὶ ὡς ἐστιν ἔθος αὐτῇ βοηθεῖν πᾶσι τοῖς ἀδίκως τι πάσχουσιν, οὐδὲ αὐτὸς τῆς παρ' αὐτῆς βοηθείας ἠμοίρησας, ἀλλὰ τῇ συνεργίᾳ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῷ ταύτης μόχθῳ καὶ ἀγῶνι εἰς τὸν θρόνον σου ἀποκατέστης. τῆς δὲ ἐξ ἔθους σοι βοηθείας καὶ συμπαθείας, ἣν δι' αὐτῶν τῶν ἔργων καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιδεικνύμενος, εἰς πάντας τὸν ἦχον αὐτῆς ἐκπέμπεις, μὴ ἐπιλανθάνου, ἀλλ' ἔχου αὐτῆς·

* Ισ. παρ' ἡ.

ANNO CHRISTI 870.

αὐτῆς· καὶ μηδεμίαν ζημιωθῇς, μηδὲ ἐκ τῶν σπλάγχνων τοῦ ἐλέους ἐξωθήσῃς, οἵ τινες ἕως τοῦ παρόντος οὐκ ἠθέλησαν τὴν ἕνωσιν τὴν πρὸς τὴν εὐλάβειαν, οὐδὲ ὁμοφρονῆσαι· μᾶλλον δὲ μόχθον καὶ ἀγῶνα καταβαλοῦ, τοῦτο μὲν διδασκαλίαις καὶ λόγοις καὶ μακροθύμῳ παραινέσει, τοῦτο δὲ ἱλαρῷ καὶ προσηνεῖ τῷ ὄμματι· ἵνα κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἢ τοὺς πάντας, ἢ τούς γε πλείονας σταθερῶς κερδῆσαι, καὶ σεαυτῷ προσαγαγεῖν, καὶ διὰ σεαυτοῦ τῷ Θεῷ. ἐρχομένων δὲ αὐτῶν πρὸς σέ, καὶ διὰ σοῦ πρὸς τὸν Θεόν, ὑπολαμβάνειν αὐτοὺς εὐδόκησον τάς τε ἱερατικὰς τιμὰς καὶ τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν. καθ' ὃν τρόπον ὁ πνευματικὸς ἡμῶν υἱὸς καὶ χριστιανικώτατος βασιλεὺς Βασίλειος περὶ σοῦ ἠξίωσεν ἡμᾶς, καὶ εἴκοντες τῇ εὐλόγῳ καὶ δικαίᾳ καὶ Θεῷ ἀρεσκούσῃ ἀξιώσει αὐτοῦ, πεποιήκαμεν μετὰ τῆς εὐλαβείας σου· τὸν αὐτὸν τρόπον καί σε παρακαλέσαμεν μὴ μνησικακῆσαι εἰς τοὺς μακρυνθέντας ἀπὸ σοῦ, ἀλλ' ὑποστρέφοντας ὁλοψύχως καὶ ἡ σὴ ἐν τιμῇ γνωριζομένη εὐλάβεια ὑπτίαις χερσὶν ὑποδέξασθαι καταξιωσάτω· ἵνα πάντες αἰσίως ὁμονοήσαντες καὶ ὁμοψυχήσαντες εἰς τὴν σὴν ἐπαναστροφὴν καὶ ἀποκατάστασιν τοῦ θρόνου, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες, κοινὴν εὐφροσύνην καὶ ἑορτῆς ἡμέραν, καὶ ἀγαλλιάσεως πανήγυριν ἐκτελέσωμεν. καὶ τοῦτο δὲ ἀξιοῦμεν τὴν σὴν ἀδελφότητα σὺν ἡμῖν θεσπίσαι, ἵνα ἀπὸ τοῦ παρόντος ἐκ λαϊκῶν μηδεὶς ἀθρόον ἐπὶ τὸν μέγαν τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον, ὅς ἐστι φοβερός, καὶ Θεοῦ μεσιτείαν ἐπέχων, ἀναβιβάζηται· ἀλλὰ κατὰ βαθμὸν καὶ τάξιν εἰς τὴν ὑπηρεσίαν προβαίνων, καὶ τὴν οἰκείαν καθ' ἑκάστην βαθμοῦ ἀνάβασιν ἐπιδεικνύμενος ἀρετήν, οὕτως τοῦ Ἀρχιερατικοῦ θρόνου τὴν καθίδρυσιν λαμβάνῃ. ὁ γὰρ ἑτέρως ἀγόμενος, ἐναντίον τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἡμῶν κανόνων ποιεῖ. καὶ βουλόμεθα τοῦτο τὸ ἔθος, ὅπερ οὐκ ἔστιν αἴσιον, οὐδ' ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίᾳ εὑρημένον, ἀπὸ τοῦ νῦν ἄπρακτον διαμένειν. τοῦτο δὲ λέγομεν κατὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκτεθέντα συνόδῳ ἐν τοῖς καιροῖς Ἀδριανοῦ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα, καὶ Ταρασίου τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. τὴν δὲ γενομένην κατὰ τῆς σῆς εὐλαβείας σύνοδον ἐν τοῖς αὐτόθι ἠκυρώσαμεν καὶ ἐξωστρακίσαμεν παντελῶς, καὶ ἀπεβαλόμεθα διά τε τὰ ἄλλα, καὶ ὅτι ὁ πρὸ ἡμῶν μακάριος πάπας Ἀδριανὸς οὐχ ὑπέγραψεν ἐν αὐτῇ. τὰ δὲ λοιπὰ πάντα τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ὅσα διηγόρευσεν ἡ ἐπιστολὴ ὑμῶν, ἐν κομμονιτωρίῳ γράψαντες, ἐν ᾧ καὶ πάντες ὑπεγράψαμεν εἰς τὴν σὴν ἀποδοχήν, καὶ ἐπιδεδωκότες Πέτρῳ τῷ εὐλαβεστάτῳ πρεσβυτέρῳ καὶ καρδινάλει καὶ τοποτηρητῇ ἡμῶν, ἀπεστείλαμεν τοῖς περὶ Εὐγένιον καὶ Παῦλον θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις καὶ τοποτηρηταῖς ἡμῶν· ἵνα τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἔχοντες πρὸ ὀφθαλμῶν, καὶ τὴν συνείδησιν αὐτῶν ἀνεπιθόλωτον συντηροῦντες, πάντα πρὸς τὸ συμφέρον τῇ καθ' ὑμᾶς ἐκκλησίᾳ σὺν ὑμῖν διοικήσωσι. ὁ Θεός σε διαφυλάξαι εἰς τέλος ἀδελφὲ ἀγαπητέ, ὁσιώτατε καὶ συλλειτουργέ.

JOANNIS VIII. EP. A PHOTIO CORRUPTÆ.

A docendo, hortando ac patienter admonendo; partim hilari & blando vultu alliciens, ut ex apoſtoli ſententia aut omnes, aut ſaltem plures ſtudeas lucrifacere & tibipſi conciliare, ac per teipſum Deo. Illis autem ad te & per te ad Deum redeuntibus concede, ut ſacerdotales honores & eccleſias ſuas recipiant, quemadmodum ſpiritalis noſter filius & Chriſtianiſſimus imperator Baſilius pro te nos rogavit; & nos imperatoris honeſtæ & juſtæ & Deo gratæ petitioni aſſentientes, fecimus cum pietate veſtra: ita & te rogamus, ne ſuccenſeas his qui a te abalienati ſunt; ſed redeuntes illos ex animo expanſis manibus veneranda pietas tua colligere non gravetur: ut omnes, B quemadmodum fas eſt, conſentientes in ſedis tuæ Conſtantinopolitanæ reſtitutione, & in unum convenientes, communem hilaritatem & diem feſtum agamus, & exultationis panegyrim celebremus. Hoc etiam rogamus fraternitatem tuam, ut una nobiſcum prohibeas, ne poſthac quiſquam ex laicis repente promoveatur in eximiam epiſcopatus ſedem; quippe quæ formidabilis eſt ac mediatrix Dei & hominum; ſed per gradus & ordinem ad miniſterium progrediatur. Qui ſi proprias per ſingulorum graduum aſcenſionem virtutes oſtenderit, in epiſcopali ſede collocetur. Nam qui alio modo promovetur, contra eccleſiaſticos noſtros canones facit. Volumus C ergo morem hunc & injuſtum, & in veſtra eccleſia non ab initio ſervatum, deinceps irritum eſſe. Hoc autem dicimus ſecundum canonem editum in ſynodo ſub Hadriano ſanctiſſimo papa, & Taraſio beatæ memoriæ patriarcha Conſtantinopolitano. Quæ vero ſynodus in urbe iſta contra reverentiam veſtram habita eſt, eam nos irritam fecimus, atque omnino abrogavimus & rejecimus, tum ob alia, tum etiam quod qui fuit ante nos beatæ memoriæ papa Hadrianus non ſubſcripſit ſynodo illi. Reliqua vero omnia eccleſiaſtica negotia, quæ litteris veſtris continebantur, in commonitorio, cui omnes ſubſcripſimus pro te recipiendo, ſcripta atque aſſigna- D ta Petro reverendiſſimo cardinali & legato noſtro, miſimus ad Eugenium & Paulum reverendiſſimos epiſcopos & legatos noſtros; ut Dei timorem præ oculis habentes, & conſcientiam puram ſervantes, omnia quæ eccleſiæ veſtræ expediunt, vobiſcum una diſponant. Deus te conſervet ad finem uſque, frater dilecte, ac ſanctiſſime comminiſter.

Ἰωάννης δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τοῖς εὐλαβεστάτοις, ἁγιωτάτοις πᾶσιν ἐπισκόποις, ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς ἡμῶν, τῆς ἐκκλησίας τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν, καὶ πᾶσι τοῖς αὐτὴν ἀποδεχομένοις, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἄλλαις πρώταις ἐκκλησίαις, Ἱεροσολύμων, Ἀντιοχείας, καὶ Ἀλεξανδρείας, καὶ τοῖς αὐτῶν τῶν ἀρχιερατικῶν θρόνων προεστῶσιν.

E *Joannes ſervus ſervorum Dei, reverendiſſimis & ſanctiſſimis omnibus epiſcopis, fratribus & comminiſtris noſtris eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & omnibus ad illam ſpectantibus, nec non reliquis aliis primis eccleſiæ, Hieroſolymorum, Antiochenæ, Alexandrinæ, & earumdem ſedium præſulibus.*

Τὰ ὑγιαίνοντα ὑμῶν, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί, δεξάμενοι τῆς ἑνώσεως καὶ ὁμονοίας ἐν τῷ μέρει Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου γράμματα, πά-

CUm veſtras ſana mente ſcriptas litteras, fratres dilectiſſimi, acceperimus de ſincera unione & concordia cum Photio reverendiſſimo

IOANNIS VIII EP. A PHOTIO CORRUPTA.

ANNO CHRISTI 879.

ſimo patriarcha, multum illis gaviſi ſumus: A quod ſcilicet omnes in communione ſpiritus, & univerſali concordia ea quæ ſunt domini noſtri Jeſu Chriſti ſentiamus atque amplectamur, & quæ ſunt veſtro pio affectu, animarum veſtrarum ſanctitati conſentanea: ut non ſint in vobis ſchiſmata, ſed ut ſciatis quærere, pulſare, & invenire. Nos vero apoſtolicæ ſedis affectu commoti, ſicut compatimur & condolemus his qui diſſident, & a Chriſti corpore ſunt abſciſſi, atque contendunt ut ſeditio potius & error prævaleant, quam Chriſti præcepta; ita gaudemus vinculo pacis & caritatis fraternitatis veſtræ: & ſine intermiſſione oramus Deum, ut ſitis ſine querela & ſimplices filii Dei, quemadmodum inquit B apoſtolus; & ut ſemper Deus pacis ſit vobiſcum. Igitur veſtra vere multa ſolicitudo & in bono perſeverantia petiit beati principis apoſtolorum Petri caritatem vobis impertiri, ut Photium ſanctiſſimum patriarcham in regionibus Conſtantinopolitanæ ditionis eccleſiæ reſtitutum amplectentes, vobiſcum una recipiamus. Nos in corde & animo retinentes quod in evangelio dictum eſt primo illi paſtori, cui Dominus dixit: *Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converſus confirma fratres tuos*: libenter complevimus petitiones veſtras. (Luc. 22.) His enim divinis eloquiis excitati, & poteſtatem habentes a Deo corroboratam, & orbi terrarum C cognitam, quatenus a culpa & condemnatione liberi, Chriſtianis omnibus opem & auxilium afferre poſſimus; libenter annuimus petitioni veſtræ, præcipue vero ſequentes exempla eorum, qui nos præceſſerunt pontifices Dei, Hadriani inquam beatæ memoriæ: quippe qui opem tulit Taraſio ſancto patriarchæ, quo tempore nonnulli tumultum ac ſeditionem adverſus illum commoverunt. Etenim ille ſanctus patriarcha Conſtantinopolitanæ urbis Taraſius miſit tunc ſynodales litteras, conſuetum ſequens ac ſervans morem. Quas cum legerimus, & rectitudinem fidei quam habebat tum in aliis dogmatibus, tum de ſanctis & venerandis imaginibus, perſpe- D xerimus; cum denique litteras ipſas ſanctis ſex univerſalibus conciliis congruentes invenerimus, amplexi ſumus, & cum illis conſenſimus: licet non ſine moleſtia & perturbatione illud tulerimus, quod a ſæculari ordine & regali miniſterio atque a caligis ad magnam ſedem aſcenderit, neque ſecundum noſtros canones patriarcha effectus ſit. Itaque loqui erat difficile, tacere vero periculoſum. Decet enim paſtores eſſe tales, qui non doceri habeant, ſed docere alios poſſint; quique non antequam didicerint, vocentur magiſtri; ſed qui animadvertunt, quomodo ipſi non percipiant fructus peccatorum, quæ commiſerint animæ ſibi creditæ: neque in gradum il- E lum inſilire ſtudeant, cujus dignitas quantam ſapientiam poſtulet, ignorant. Scire enim oportet, quam abſurdum, ſuperbum ac terribile ſit, divinarum rerum imperitum & inſcium hominem a mundanis negotiis & ſæculari converſatione ad docendi gradum aſcendere. Ecquis enim imperator exercitum ducere poterit, niſi omnium teſtimonio comprobatus fuerit, poſſe labore ac diligentia ſibi commiſſum exercitum ſervare? Si hoc ita ſe habet, quanto magis ad epiſcopatus altitudinem promoveri non debet, aut illi anima-

νυ ἐν αὐτοῖς ἐχάρημεν· ἵνα ὁμοίως φανῆτε ἐν κοινωνίᾳ πνεύματος, καὶ οἰκουμενικῇ συμφωνίᾳ τὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φρονοῦμεν καὶ ἐργαζόμεθα, καὶ ἃ πρέπει τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβεῖ διαθέσει, καὶ ὁσιωτάτῃ ψυχῇ καθέστηκεν ἁρμόδια· ἵνα μὴ ὦσιν ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἀλλ' ἵνα γινώσκητε ζητεῖν, καὶ κρούειν, καὶ εὑρίσκειν. ἡμεῖς δὲ τῇ συμπαθείᾳ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου κινούμενοι, ὥσπερ συμπάσχομεν καὶ συναλγοῦμεν ἐπὶ τοῖς διεστῶσι καὶ ἀποσχοινισμένοις τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ φιλονεικοῦσι τὰ τῆς στάσεως καὶ πλάνης μᾶλλον, ἢ τὰ τοῦ Χριστοῦ κρατεῖν· οὕτω χαίρομεν ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης καὶ ἀγάπης τῆς ἀδελφότητος ὑμῶν, καὶ εὐχόμεθα πάντοτε ἀδιαλείπτως, ἵνα ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι διαμείνητε κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ ἵνα διὰ παντὸς ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης εἴη μεθ' ὑμῶν. τοιγαροῦν ἀληθῶς ἡ πολυφρόντιστος ὑμῶν ἐπ' ἀγαθῷ φιλονεικία ᾐτήσατο ἀγάπην δι' ἀποδείξεως τοῦ μακαρίου καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου, ὥστε Φώτιον τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην ἐν τοῖς κλίμασι τῆς ἐπαρχίας τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας ἀποκατασταθέντα ἀσμενίσωμέν τε καὶ συναποδεξώμεθα. τοῦτο δὲ προθύμῳ καὶ λαμπροτάτῃ ψυχῇ, κατέχοντες τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἰρημένον τῷ πρωτοποιμένι, ᾧ ὁ Κύριος λέγει· ἐγὼ παρεκάλεσα περὶ σοῦ Πέτρε, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου. καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου· ἀποπληρώσαμεν· τύπους γὰρ διαφυλάξαντες τοῖς θείοις λογίοις, καὶ ἐξουσίαν ἔχοντες ἐνδυναμωμένην, ἐφ' ὅσον ἄμεμπτοι καὶ ἀκατάγνωστοι δυνάμεθα διαμεῖναι, βοήθειαν καὶ συνεργίαν φέρειν πᾶσι Χριστιανοῖς, ἤγουν ἐξηχηθεῖσαν εἰς πάντα τὰ πέρατα· μάλιστα δὲ ἑπόμενοι τοῖς τῶν πρὸ ἡμῶν Ἀρχιερέων Θεοῦ παραδείγμασι· λέγω δὴ Ἀδριανοῦ τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ πάπα, καθὼς ἐκεῖνος ἐποίησε, συνεργήσας Ταρασίῳ τῷ ἐν ἁγίοις πατριάρχῃ, ὁπηνίκα τινὲς πρὸς αὐτὸν ταραχὰς καὶ στάσεις ἐποίουν. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὁ ἐν ἁγίοις πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως Ταράσιος ἀπέστειλε τότε συνοδικὰ γράμματα, πληρῶν τὸ κατ' ἔθος. ἃ ἡμεῖς δεξάμενοι, καὶ τὸ ὀρθὸν τῆς αὐτοῦ πίστεως, ὅπερ εἶχε περί τε τὰ ἄλλα δόγματα, καὶ περὶ τὰς ἁγίας καὶ σεπτὰς εἰκόνας, μαθόντες, καὶ εὑρόντες σύμφωνα τῶν ἁγίων ἓξ οἰκουμενικῶν συνόδων, ἠσμενίσαμέν τε καὶ συνεφρονήσαμεν· εἰ καὶ μὴ ἀλύπως ἠνέγκαμεν, οὐδὲ ἀταράχως, ὅτι ἀπὸ κοσμικοῦ τάγματος καὶ βασιλικῆς ὑπηρεσίας, ἀπὸ καλίγων εἰς τὸν μέγαν θρόνον ἀνῆλθε, καὶ οὐ κατὰ τοὺς παρ' ἡμῖν κανόνας πατριάρχης κατέστη· καὶ τὸ μὲν λαλῆσαι ἦν χαλεπόν, σιωπῆσαι πάλιν ἐπικίνδυνον. δεῖ γὰρ τοὺς ποιμένας μὴ διδασκομένους εἶναι, μηδὲ πρὸ τοῦ μαθεῖν καλεῖσθαι διδασκάλους. ἀλλ' ἵνα θεωρῶσιν, ὥστε μὴ θερίσαι αὐτοὺς ἁμαρτίαν ἐκ τῶν ψυχῶν, ὧν ἐπιστεύθησαν· μηδὲ εἰς τὸν βαθμὸν τῆς σοφίας, οὗ τὴν ἄγνοιαν ἔχουσιν, ἀναπηδᾶν σπουδάζωσι. δεῖ γὰρ εἰδέναι, ὅσον αὔθαδες καὶ φοβερόν ἐστιν, ἀμαθῆ τῶν θείων ὄντα καὶ ἀνεπιστήμονα, ἐκ κοσμικῆς πραγματείας καὶ ἀγελαίας συναναστροφῆς εἰς διδασκαλίας ἀναβαίνειν βαθμόν. ποῖος γὰρ στρατηγὸς στρατοῦ καθηγεῖσθαι δύναται, ἐὰν μὴ μαρτυρηθῇ παρὰ πάντων, ὅτι δύναται μόχθῳ καὶ φροντίδι τὸν καταπιστευθέντα αὐτῷ σώζειν λαόν; εἰ δὲ τοῦτο, πόσῳ μᾶλλον ψυχὰς οὐκ ἐμπιστευθήσεται, καὶ εἰς τὸ ὕψος τῆς ἐπισκοπῆς ἀνέλθοι, ἤγουν ἐκκλησιαστικὴν μάθησιν ἀγνοῶν, καὶ στρατείαις καὶ πολιτι-

ANNO CHRISTI 870.

IOANNIS VIII. EP. A PHOTIO CORRUPTA.

λιτικοῖς συμφυρόμενος πράγμασιν, εὐθέως εἰς τὸ A ὕψος τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως τῆς κορυφαίας ἀναδραμεῖται; εἶτα ἐκεῖ ἀναβὰς, καὶ μηδὲν ἐπιστάμενος τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν, τοὺς ἄλλους δυνήσεται διδάξαι; διὰ τοῦτο ἡ κανονικὴ πρᾶξις συνεστήσατο καὶ παρήνεσεν, ἵνα μὴ οὕτως ὁ ἀμαθὴς καὶ μὴ εἰδὼς ποιμαίνεσθαι, εἰς ποιμένας εὐθὺς καὶ διδασκάλους ἀναβαίνῃ. διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὁ προῤῥηθεὶς ἁγιώτατος Ταράσιος ἀπὸ λαϊκοῦ εἰς ἀρχιερωσύνην ἐλθὼν, ἐθορύβησέ τινας. ἀλλὰ διὰ τοῦ πιστοτάτου αὐτοῦ δρόμου, τουτέστι διὰ τὴν ἐπανόρθωσιν τῶν ἁγίων εἰκόνων, τούτου χάριν ἅπαντες οἱ τηνικάδε εἰς τὴν αὐτοῦ ἀρχιερωσύνην ὁμονοήσαντες, συνευδοκήσαμεν καὶ ἡμεῖς μετ' αὐτῶν· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης B ὑποθέσεως, λέγομεν δὴ Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ. ἀλλ' οὐ χρὴ τὸ σπάνιον νόμον γίνεσθαι· οὐδὲ διότι παραδόξως οὗτοι ἐξέλαμψαν, κανόνα τοῦτο ποιεῖσθαι καὶ εἰς τοὺς ἄλλους. ἀλλὰ πρέπον ἐστὶν, ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ, τὸν παλαιὸν νόμον συσφίγγειν· ἵνα ἀπὸ τοῦ παρόντος εἰς τὴν καθ' ὑμᾶς ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν τοῖς ὁμοίοις τρόποις μὴ παραβαίνωνται τῶν πατέρων οἱ κανόνες ἐν τούτῳ, μηδὲ αἰφνίδιον εἰς τὴν μεγάλην ἀξίαν τινὲς ἀνατρέχωσι. παρακαλοῦμεν δὲ καὶ τοῦτο τὴν ὑμετέραν ἀδελφότητα, ἵνα τὴν ἐπαρχίαν τῆς Βουλγαρίας, ἣν ὁ Θεὸς διὰ πρεσβειῶν τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ Ἀποστόλου, καὶ τοῦ κόπου καὶ μόχθου τοῦ προηγησαμένου C ἡμῶν, εἰς Χριστὸν ἐπέστρεψεν, ἀποδώσητε ἡμῖν. θέλομεν δὲ καὶ τοῦτο, ἵνα ἐὰν ᾖ τις δεδιωγμένος ἢ ἀποσχίστης, διὰ τοῦ ὑμετέρου κόπου μοχθήσαντες ὑμεῖς μετὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Φωτίου, ὑπὲρ οὗ καὶ τὸν πόθον διεχαράξατε, μετὰ πάντων ὑμῶν τῶν εὐσεβῶν ἔργων καὶ αὐτοὺς κερδήσητε· ὡς ἂν καὶ ἐν τούτῳ ἄμεμπτοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ εὑρεθείητε. ὁ δὲ ἁγιώτατος καὶ θεοσεβέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν Φώτιος ὁ πατριάρχης μὴ ἀπαξιώσῃ ἐνώπιον τῆς συνόδου τὴν χάριν καὶ τὴν σπουδὴν ἡμῶν, μᾶλλον δὲ τὰ σπλάγχνα τῆς τῶν Ρωμαίων ἐκκλησίας ἀνακηρῦξαι. ὥσπερ καὶ ἡμεῖς χάριτας αὐτῷ ἀδελφικὰς κατεθέμεθα, πατριάρχην αὐτὸν ἀποδεξάμενοι D ἐννομώτατον καὶ κεκανονισμένον, συγκοινωνόν τε τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ Ἀποστόλου· καὶ πᾶσα ἡ ἐκκλησία τῶν Ρωμαίων σπλάγχνα πατρικὰ ἐπεδείξατο εἰς αὐτὸν, παραδείγμασιν ἐπακολουθήσασα τῶν τε ἄλλων προηγησαμένων ἡμῶν, μάλιστα δὲ τοῦ μακαριωτάτου Ἰννοκεντίου, καὶ Γελασίου, καὶ πολλῶν ἁγίων ἀρχιερέων Ρώμης. χρὴ γὰρ ὅσα εἰς κοινὴν σωτηρίαν συντελεῖ, πάντα προθύμως ποιεῖν. καὶ γὰρ πολλοὶ τῶν Ἀρχιερέων τοὺς οἰκείους θρόνους ἀδίκως ἀποβαλόντες, καὶ διωχθέντες ἐξ αὐτῶν, τῇ Ἀποστολικῇ διαθέσει τοὺς ἰδίους θρόνους ἀπέλαβον. ὑμῶν δὲ ἀγαθῶν ὄντων, καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς τὴν αἴτησιν ποιουμένων, καὶ ἐπὶ E συμφέροντι κοινῷ τῆς οἰκουμένης, τίς οὕτω σκληρὸς καὶ ὠμὸς εὑρεθείη, ἵνα πρὸς τὴν ὑμετέραν αἴτησιν, ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ, ἀπαυθαδιάσῃ, καὶ ἀποδοκιμάσῃ τὴν κοινὴν τῶν ἐκκλησιῶν σωτηρίαν; ἰδοὺ τοίνυν ὑπηκούσαμεν καὶ ὑπακούομεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀξιώσει, ἐπικυροῦντες καὶ ἐπιβεβαιοῦντες τὸν ποιμένα ὑμῶν Φώτιον τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην. καὶ δυσωποῦμεν τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν, ἐν καλῇ ἀναστροφῇ διαμεῖναι, καὶ ἵνα μὴ ὦσιν ἐν ὑμῖν σχίσματα· ἀλλ' ἀποδεξάμενοι αὐτὸν αἰσίως ἅπαντες σὺν εἰλικρινεῖ προθέσει, ἀδιστάκτῳ γνώμῃ καὶ ἀδόλῳ καρδίᾳ, καθὼς καὶ



A rum cura credenda non eſt, qui eccleſiaſticæ diſciplinæ ignarus eſt, atque in militia & politicis rebus ſe commiſcens, repente ad eccleſiaſtici gradus faſtigium aſcenderit? ubi poſitus, cum eccleſiaſticarum legum nihil cognoverit, qua ratione ille poterit alios docere? Quamobrem canonica conſtitutio præcepit atque injunxit, ne is qui ita imperitus eſt, ac paſci ipſe neſcit, ad paſtoris & magiſtri dignitatem ſtatim promoveatur. Quapropter & ſupradictus ſanctiſſimus Taraſius cum ex laico ad patriarchatum promotus eſſet, turbavit quoſdam. Sed fideliſſimo ſuo curſu, hoc eſt ſanctarum imaginum reſtitutione, hac de cauſa omnes tunc in ejus patriarchatum B conſentientes, ejus promotionem comprobavimus; quemadmodum & nunc in præſenti negotio, Photii, inquam, fratris & conſacerdotis noſtri. Sed quod raro fit, non eſt habendum pro lege: neque quoniam præter opinionem iſti effulſerunt, propterea tamquam regula ſervari hoc debet in aliis. Sed conveniens eſt, fratres dilectiſſimi, antiquam legem ſervari, ut ex præſenti tempore in ſancta veſtra Dei eccleſia ſimili modo non violentur in hoc paterni canones, neve repente ad magnam dignitatem aliqui promoveantur. Rogamus etiam fraternitatem veſtram, ut Bulgariæ provinciam, quam Deus ipſe interceſſionibus beati Petri apoſtoli, & ſtudio ac C labore prædeceſſoris noſtri ad Chriſti fidem convertit, nobis reſtituatis. Volumus etiam, ut ſi qui eſt qui perſecutionem patiatur, vel in ſchiſmate adhuc perſiſtat, una cum ſanctiſſimo patriarcha Photio (pro quo deſiderium ſignificaſtis) laboretis pro his qui ſunt hujuſmodi: ut cum aliis piis operibus hoc quoque perficientes, illos etiam lucriſaciatis; ut & in hoc ſine culpa inveniamini coram Deo. Ipſe vero ſanctiſſimus & piiſſimus frater noſter Photius non dedignetur in conſpectu ſynodi gratiam & ſtudium noſtrum, vel potius viſcera Romanæ eccleſiæ prædicare; quemadmodum & nos gratiam illi fraternam contulimus, ut patriarcham eum ſuſcipientes D legitimum omnino & canonicum, & cum ſancto apoſtolo Petro communicantem. Itaque tota Romana eccleſia paterna illi aperuit viſcera, eorum qui nos præceſſerunt ſequens exempla, præcipue beatiſſimorum Romanorum pontificum Innocentii, Gelaſii, & aliorum. Oportet enim omnia quæ ad communem ſalutem pertinent, libenter facere. Nam multi epiſcopi, qui fuerant injuſte a ſuis ſedibus ejecti, apoſtolica diſpoſitione ſunt reſtituti. Vos autem cum ſitis boni, & honeſta poſtuletis cum communi eccleſiæ bono, quis erit tam durus & inhumanus, ut veſtræ petitioni, fratres dilectiſſimi, contradicere, aut communem eccleſiarum ſalutem reprobare au- E deat? En igitur veſtræ petitioni auſcultavimus & auſcultamus, approbantes & confirmantes vobis paſtorem Photium ſanctiſſimum patriarcham. Rogamus autem pietatem veſtram, ut in bona converſatione perſeveretis, & non ſint in vobis ſchiſmata, ſed recipientes ipſum omnes ſincero animo, certa ſcientia, puroque corde, ſicut vos facturos ſignificaſtis, eodem vinculo & caritate in Chriſto, qui eſt omnium caput, connexi ſitis; neque quiſquam amplius in vobis ſeditioſe agat. Qui enim ipſum non recipit, non habet partem nobiſcum: quemadmodum qui eum reci-

ANNO CHRISTI 870.

pit, & nos recipit. Oportet enim cui nos manum porrigimus, & vos porrigere: ut & nos, cui vos porrigitis, vobiſcum una porrigamus. Ita enim fit, ut uno ſpiritu & uno corde glorificetur honorabile nomen Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

A διεσημάνατε, τὸν αὐτὸν σύνδεσμον καὶ τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἐν Χριστῷ τῇ πάντων κορυφῇ συνάψατε. καὶ μηδεὶς μηκέτι ἐν ὑμῖν στασιάζῃ. ὁ γὰρ αὐτὸν μὴ ἀποδεχόμενος, οὐκ ἔχει μέρος μεθ' ἡμῶν· ὥσπερ ὁ δεχόμενος αὐτὸν, καὶ ἡμᾶς δέχεται. δεῖ γὰρ ὑμᾶς, ᾧ τινὶ χεῖρα ἡμεῖς ὀρέγομεν, μεθ' ἡμῶν ὀρέγειν· ἵνα καὶ ἡμεῖς, ᾧ τινὶ χεῖρα ὀρέγετε, μεθ' ὑμῶν ὀρέγωμεν. οὕτω γὰρ πληροῦται καὶ τὸ, ἐν ἑνὶ πνεύματι καὶ μιᾷ καρδίᾳ δοξάζειν τὸ πάντιμον ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

# IN [a] CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM IV.

B

[b] OECUMENICUM SEU UNIVERSALE [c] octavum [d] approbatum, [e] centum & duorum epiſcoporum, quo [f] Ignatius ab exilio cum dignitate revocatus, ſedique Conſtantinopolitanæ reſtitutus eſt, [g] Photio cum 45. [h] Photianis, omnibuſque Iconomachis exauctoratis & anathemate damnatis; anno Domini 869. die 5. Octobris inchoatum, [i] anno autem ſequente 870. ultimo Februarii abſolutum ſub Hadriano papa II. & Baſilio imperatore.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

*Hæc cuncta ſynodus ab Hadriano papa indicta eſt.*

a *Concilium.*) Hanc ſacroſanctam ſynodum Hadrianus pontifex indixit, Baſilius vero imperator auxilio & opera ſua promovit. Nam epiſtola, quam hac de re Hadrianus papa ſcripſit ad Baſilium imperatorem, diſertis verbis iſta continet: *Volumus ergo per veſtræ pietatis induſtriam numeroſum celebrari concilium, cui noſtri quoque miſſi præſidentes, & culparum perſonarumque differentias liquido cognoſcentes, juxta quod in mandatis acceperunt, ſingulorum libere diſcretiones exerceant*, &c. ut ſupra actione 1. verſionis Anaſtaſii. His litteris acceptis tres legati ſedis apoſtolicæ, Donatus & Stephanus epiſcopi cum Marino diacono Conſtantinopolim profecti, ſummo cum triumpho ab imperatore Baſilio recepti fuere. Cumque ipſi extirpationem ſchiſmatis deprecanti reſpondiſſent, ſe ideo veniſſe, ideoque a ſede apoſtolica Conſtantinopolim miſſos eſſe, ut eccleſiam Conſtantinopolitanam ſchiſmate purgarent, neminemque orientalium ſuſciperent, niſi qui prius oblato libello (quem ſupra in actis ſynodalibus invenies) ſubſcripſiſſet, ad petitionem Baſilii imperatoris prolata eſt forma libelli, & de Latino in Græcum converſa, omnium notitiæ intimata fuit. Hæc de iis quæ ante ſynodum contigerunt in vita Hadriani ſecundi ſupra. Anaſtaſius, qui Conſtantinopoli his temporibus agens, hæc omnia præſens vidit & deſcripſit. De rebus in ſynodo geſtis infra agemus.

*An fuerit œcumenicum.*

b *Oecumenicum.*) Anaſtaſius hiſtorica præfatione ad hanc octavam ſynodum ſcripta ad Joannem papam: *Nuncupanda eſt*, inquit, *ſine ulla contradictione ſynodus univerſalis octava, ut & appellatio, quam cum aliis conciliis ſortita eſt, non celetur, & nomen proprium, quod ſingulariter poſſidet, non veletur.* Formula profeſſionis fidei, quæ in ordinatione epiſcoporum & Romanorum pontificum ex more uſurpari ſolet, hanc ſynodum Conſtantinopolitanam œcumenicam eſſe reſtatur. Et quidem merito œcumenica cenſetur eſſe ſynodus, quam Romanus pontifex indixit, cuique convocatis ex toto orbe Chriſtiano epiſcopis, per Donatum Oſtienſem, Stephanum Nepeſinum epiſcopos, & Marinum ſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconum, apoſtolicæ legationis munere fungentes, ideoque primum loquentes, primumque ſubſcribentes, præſedit. Imperator Baſilius adfuit quidem, ſed in fine concilii aperte teſtatus eſt longa oratione, non eſſe ſuum, nec ullius hominis laici miſcere ſe eccleſiaſticis judiciis. Et tandem poſt omnes patriarchas non definiens, ſed ſuſcipiens & conſentiens ſubſcripſit cum illa præfatiuncula & proteſtatione pravia, ſe debuiſſe ſubſcribere poſt omnes epiſcopos, ut olim fecerunt Conſtantinus, Theodoſius & Martianus: tamen ſe immediate poſt patriarchas ſubſcripſiſſe, quia tali eum honore epiſcopi aſſiſtere voluerunt. Oecumenica igitur ſynodus eſt iſta unica, quæ tali tempore Hadriani papæ II. & Baſilii imperatoris, anno Domini 869. celebrata eſt Conſtantinopoli in cauſa viventis adhuc Ignatii ejuſdem Conſtantinopolitanæ eccleſiæ patriarchæ. Scio quod in cauſa Ignatii plures ſynodi Romæ & Conſtantinopoli ſub Nicolao I. Hadriano II. & Joanne VIII. habitæ fuerint: verum ex iis tres tantum legitimæ, reliquæ autem omnes damnatæ habentur. Cum hac unica Conſtantinopolitana legitimæ ſunt duæ Romanæ, quarum altera ſub Nicolao, altera ſub Hadriano II. Romæ celebrata eſt. Reliquæ pſeudoſynodi ſunt omnes, atque ideo eaſdem non aliter quam conciliabuli ſuo loco a me nominatas invenies.

*Imperator ſynodo non præſedit.*

*In cauſa Ignatii quot concilia habita fuerint.*

Matthæus Raderus e Societate Jeſu, qui hanc ſynodum cum Vaticanis & Antonii Auguſtini codicibus collatam a Græco Latine tranſtulit, & doctiſſimis, quæ meis annotationibus inſeruntur, ſcholiis illuſtravit, hac de re iſta notavit.

*Porro quatuor concilia œcumenica reperio, quibus pontifex Romanus vel per ſe, vel per legatos interfuit: quæ omnia locum octavi œcumenici & nomen ſibi tranſcribunt.*

*Primum eſt anno Chriſti 861. Conſtantinopoli celebratum, in quo, ut ſupra diximus, Ignatius eſt publice exauctoratus. Nicetas enim his verbis citatum ait Ignatium. Legati antiquæ Romæ, &c. ſignificant tibi, ut ad ſanctam & œcumenicam ſynodum extemplo venias. Sed hoc locum potius* C *octavi, quam nomen obtinuit, damnatumque poſtea a Nicolao & Hadriano fuit.*

*Octavum legitimum.*

*Alterum verum & germanum eſt œcumenicum, ſub Hadriano ſecundo Conſtantinopoli, a Baſilio & legatis pontificiis celebratum, in quo reſtitutus eſt Ignatius. Et hoc eſt œcumenicum octavum legitimum anno Chriſti 869.*

*Tertium eſt quod ſchiſmatici pro octavo numerant, in quo per fraudem Photius ſedem recepit, anno Chriſti 880. Hujus etiam in Florentino ſit mentio.*

*Concilium Florentinum.*

*Quartum eſt Ferrarienſe ſeu Florentinum, quod in quinto conciliorum volumine VIII. appellatur, ſed interpretis inſcitia probatum illud quidem, ſed numero ſextumdecimum.* Hæc Raderus.

c *Octavum* Quid de octavæ ſynodi titulo actis ſynodalibus D concilii Florentini male inſcripto ſentiat Baronius, declarat ipſe tom. 10. annalium, anno 869. num. 64. his verbis ſequentibus.

*Abrahamus Cretenſis interpres concilii Florentini, quare redarguendus.*

*Cum autem hoc ſtatu, de octava ſynodo œcumenica comprobata, & nunquam reſciſſa, monſtrata acta illa concilii Florentini remanſiſſent, magna interpretis temeritate atque audacia, ſicut & imperitia factum eſt (fuit is Abrahamus Cretenſis) ut eidem concilio Florentino inditum illud ſit nomen, ut octava ſynodus nominetur, cum id factum decreto ipſius ſynodi dici non poſſit, ſicut nec debuit; cum nulla ratio ſubſit, ut illa dici queat octava, cum locum in ordine numeri vendicante ſibi hæc ipſa legitima octava, eademque œcumenica celebrata ſub Hadriano, dicta jure Conſtantinopolitana octava, quam (ut* E *audiſti) una cum aliis œcumenicis profiteri ſolerent omnes electi Romani pontifices conſecrandi: ut antiquata nullo modo dici poſſit, quæ per ſingulos ſucceſſores Romanos pontifices ſolemni ritu profeſſione fidei innovaretur. Cum igitur nec in Florentinæ ſynodi decretis, vel actis, nec in Eugenii papæ diplomatibus de ipſa datis, concilium illud octavum ut dicatur, cautum aliquo modo inveniatur, interpretis Abrahami explodenda omnino penituſque temeritas eſt, qui eidem octavæ ſynodi nomen perperam indidit; cum alioqui, etſi hæc de qua agimus, octava ſynodus (quod dicere ſacrilegium eſt) fuiſſet abolita, adhuc tamen nec Florentino concilio illa nota numeri com-*

pe-

ANNO CHRISTI 870.

*petit, ut dicatur octavum, cum plures aliæ ante ipſam celebratæ inveniantur ſynodi œcumenicæ. Aboleatur igitur ( iterum clamo ) aboleatur omnino nomenclatura mendax a Cretenſe mendace præſumpta, Latinis tradita, & inconſiderate deſcripta, cuſaque oſcitantia collectoris.*

Atque hæc de concilio octavo œcumenico ab eccleſia Latina probato & recepto, Baronius prædicto loco.

An fuerit approbatum.

b *Approbatum.* ) Hoc concilium a Græcis orthodoxis fuiſſe receptum oſtendit breviarium octavæ ſynodi, quod ex Radero acceptum Græce & Latine ſubjungendum putavi in additamento eorum quæ in Romana editione deſiderantur. Ab Anaſtaſio in vita Hadriani ſecundi, ſancta & approbata ſynodus merito appellatur: utpote quod auctoritate Hadriani pontificis confirmata, inter alias œcumenicas annumerari, & in fidei profeſſionibus ex more fieri ſolitis poſt alias ſeptem œcumenicas publica lectione & profeſſione approbari meruerit. *Conſtat*, inquit Baronius prædicto loco, *quod etiam ipſi Romani pontifices in eorum ordinatione profitebantur una cum aliis ſynodis œcumenicis, hanc quoque dictam octavam Conſtantinopolitanam œcumenicam ſe recipere, ut patet ex ſolemni fidei profeſſione ab eis recitari ſolita, cum in pontificem electi eſſent jam conſecrandi, quæ ſic habet.*

*In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen.*

Ex codice Antonii Auguſtini manuſcripto A. ex diurno, ut aſſerit, accepta libello profeſſio pontificia.

Matth. 16.

Ego N. ſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconus vel presbyter aut epiſcopus cardinalis electus, ut fiam per Dei gratiam hujus ſanctæ apoſtolicæ ſedis humilis miniſter, profiteor tibi beate Petre apoſtolorum princeps, cui claves regni cæleſtis ad ligandum atque ſolvendum in cælo & in terra creator & redemptor Dominus noſter tradidit, inquiens: *Quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis*: ſanctæque tuæ eccleſiæ, quam hodie tuo præſidio regendam ſuſcipio, quod quamdiu in hac miſera vita conſtitutus fuero, ipſam non deſeram, non relinquam, non abnegabo, non abdicabo aliquatenus, nec ex quacumque cauſa, cujuſcumque metus vel periculi occaſione dimittam; nec me ſegregabo ab ipſa, ſed veræ fidei rectitudinem, quam Chriſto auctore tradente per beatiſſimum tuum coapoſtolum Paulum, & per diſcipulos ſucceſſores veſtros uſque ad exiguitatem meam prolatam in tua ſancta eccleſia reperi, totis conatibus, uſque ad * ſanguinem cuſtodire, tam de ſanctæ & individuæ Trinitatis myſterio, quæ unus eſt Deus; quam de diſpenſatione, quæ ſecundum carnem facta eſt unigeniti filii Dei domini noſtri Jeſu Chriſti. Et de ceteris eccleſiæ dogmatibus, ſicut in univerſalibus conciliis & conſtitutionibus apoſtolicorum pontificum, probatiſſimorumque eccleſiæ doctorum ſcriptis ſunt commendata, id eſt quæ ad rectitudinem noſtræ veſtræque orthodoxæ fidei a te traditionem recipiunt, conſervare, ſanctaque octo univerſalia concilia, id eſt Nicænum, Conſtantinopolitanum, & Epheſinum primum, Chalcedonenſe, quintum quoque & ſextum item Conſtantinopolitana, & ſeptimum item Nicænum, octavum quoque item Conſtantinopolitanum uſque ad unum apicem immutilate ſervare, & pari honore & veneratione digna habere: & quæ prædicaverunt, & ſtatuerunt omnimode ſequi, prædicare: quæque condemnaverunt, condemnare ore & corde.

* al. animam.

Dist. 6. c. 8.

Diligentius autem & vivacius quamdiu vixero, omnia decreta canonica prædeceſſorum apoſtolicorum noſtrorum pontificum, quæcumque ipſi ſynodaliter ſtatuerunt & probata ſunt, confirmare, & indiminuta ſervare, & ſicut ab eis ſtatuta ſunt, in ſui vigoris ſtabilitate cuſtodire: quæque vel quoſcumque condemnaverunt, vel abdicaverunt, ſimili ſententia condemnare, vel abdicare. Diſciplinam & ritum eccleſiæ, ſicut invenimus a ſanctis prædeceſſoribus meis canonice traditum, quamdiu vita in iſtis comes fuerit, illibate cuſtodire, & indiminutas res eccleſiæ conſervare, neque alienare, ſeu in feudum, cenſum, vel emphyteuſim dare quomodolibet ex quacumque cauſa; & ut indiminute cuſtodiantur, operam dare. Nihil de traditione, quam a probatiſſimis prædeceſſoribus meis canonice traditam & ſervatam reperi, diminuere vel mutare, aut aliquam novitatem admittere; ſed ferventer, ut eorum vere diſcipulus & ſequipeda, totis mentis meæ conatibus quæ tradita canonice comperio, ſervare & venerari. Si qua vero emerſerint contra canonicam diſciplinam, communicatione filiorum meorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium, cum quorum conſilio, directione & rememoratione miniſterium meum geram & peragam, emendare, aut patienter ( excepta fidei & Chriſtianæ religionis gravi offenſione ) tua & beatiſſimi tui coapoſtoli Pauli procurante interceſſione, tolerare, ſacroſque canones & ſacrorum pontificum conſtituta, ut divina & cæleſtia mandata, Deo auxiliante, cuſtodire. Utpote Deo & tibi ſciens me redditurum de omnibus quæ profiteor, & quamdiu vixero, egero, vel obliviſcar, diſtrictam in divino judicio rationem. Cujus ſanctiſſimæ ſedi divina dignatione, te patrocinante, præſideo, & vicem interceſſionibus tuis adimpleo. Eris autem mihi in illa terribili die hæc conanti, & diligenter ſervare curanti propitius. Adjutorium quoque ut præbeas, obſecro, in hac corruptibili vita conſtituto, ut irreprehenſibilis appaream ante conſpectum judicis omnium Domini noſtri Jeſu Chriſti, dum terribiliter de commiſſis advenerit judicare, ut faciat me dexteræ partis participem, & inter fideles diſcipulos & ſucceſſores tuos eſſe conſortem. Hanc autem profeſſionem meam per notarium & ſcriniarium ſanctæ Romanæ eccleſiæ me jubente ſcriptam, propria manu ſubſcripſi, & tibi apoſtole Petre, & apoſtolorum omnium principi, pura mente & devota conſcientia ſuper ſanctum corpus tuum & altare tuum ſinceriter offero. Actum, &c. *Hactenus profeſſio pontificia.*

Quod audiſti, lector, octo ſynodos œcumenicas recipi ab omnibus Romanæ eccleſiæ thronum conſcenſuris, ipſamque octavam ſynodum œcumenicam, Conſtantinopolitanam dici, nec aliam quam hanc quæ ſub Hadriano ſecundo eſt celebrata: hinc valde miramur, cur concilium Florentinum, octava ſynodus œcumenica dicta & inſcripta in ipſius actis typis excuſis habeatur. Pace dictum ſit Juliani cardinalis, qui in diſputatione habita cum Marco Epheſino ſeſſione ſexta Ferrariæ, eidem nimis viſus eſt indulgere iſta dicenti de octava hac de qua agimus, ſynodo, cum ea carens Julianus, & a Græcis eamdem petens, Epheſinus hæc attulit in excuſationem: *Concilium illud inter generalia connumerandum non eſt, quandoquidem non modo non ſuſceptum, verum etiam antiquatum fuiſſe conſtat. Joannis enim & Hadriani ſummorum pontificum tempore convocatum fuit, ac Photium Conſtantinopolitanum antiſtitem condemnavit. Id deinde Joannes aliud concilium habuit, quod idem appellavit octavum, quod acta ejus concilii, quod vos octavum fuiſſe dicitis, improbavit, Photiumque reſtituit. In quo plane concilio inter alia fuerat decretum, ut hæc eadem ſymboli additio tolleretur: quod vos non ignorare putamus. Si quidem igitur ipſius concilii acta reprobata videntur, non eſt congruum rationi, ut de his aliqua mentio fiat, cum alterum octavum concilium ſequi potius deberemus. Propterea tempore ex eo in Conſtantinopolitana eccleſia hucuſque ſolet ita celebrari: Quæcumque in ſanctos patriarchas Ignatium & Photium ſcripta vel dicta ſunt, anathema ſunto.*

Concil. Flor. act. 6. in princ. Marci Epheſ. mens ſubdola. Mendacia Marci Epheſ.

Hucuſque Marcus Epheſius, veteratoria arte Latinos exuens tanto concilio œcumenico; ipſa, inquam, octava ſynodo ſolemni ritu ſub Hadriano pontifice Conſtantinopoli celebrata: turpiter mentiens quidem & multipliciter, ut ex iis quæ ſuperius ſunt dicta, & quæ ſuo loco in Joanne papa dicentur, quilibet facile poterit intelligere. Procul enim abeſt, ut octava ſynodus ſub Hadriano abrogata fuerit a Joanne Romano pontifice: longeque longius a ve-

ANNO CHRISTI 870.

a vero diſcrepat, ut Joannes ſynodum Photianam dam- A
nantem octavam eamdem legitimam eſſe & œcumenicam
ſynodum comprobarit. Falſum quod ait, quod œcumeni-
ca eadem octava ſynodus ſub Joanne etiam pontifice fue
rit congregata, quam inchoatam & abſolutam vidimus ſub
Hadriano. Rurſum quas citat litteras Joannis contra octa-
vam ſynodum, eas falſatas fuiſſe a Photio, ex teſtificatio-
ne ejuſdem Joannis litterarum luce meridiana clarius ſuo
loco demonſtratur, ut de his nulli prorſus poſſit eſſe ali-
qua dubitatio.

Marcus Ephesius redarguitur.

Præterea non fuit juris ac poteſtatis eccleſiæ Conſtanti-
nopolitanæ, anathemati tradere quæcumque tranſacta ſunt
inter Ignatium patriarcham atque Photium, cum ea pu-
blica fuerint; & quæ pro Ignatio contra Photium facta ſunt,
eadem auctoritate Romanorum pontificum habita atque
comprobata fuiſſe noſcantur. Ad poſtremum, cum ambos
Ignatium atque Photium nominet patriarchas atque ſan-
ctos, cum neceſſario neutrum oportuit in alterutrum, cum
de patriarchatu pugnantibus invicem uſque ad mortem,
plane dicendum eſt, quod ſi legitimus patriarcha fuit dum B
vixit Ignatius, Photius tunc temporis eſſe non potuerit
Sed & ſi ſanctus fuit Ignatius, quem jure meritoque tam
orientalis quam occidentalis eccleſia inter ſanctos allegit:
neceſſe eſt dicere, ut ejus perſecutor acerbiſſimus Photius
in anathemate diem claudens extremum, ſanctus neutiquam
dici poſſit, ſed maledictus, reprobus, inter damnatos &
excommunicatos annumerandus. Tanta iſta cum potuiſſet
atque debuiſſet in plena ſynodo contra Marcum reſpon-
dendo Julianus afferre, & inſultantem Græcum, retun-
dens mendacia veritate, perſtringere & cohibere, & lo-
quacem elinguem reddere, procacemque reprimere: iſta
omnia prætermittens, puto ignoratione rerum geſtarum,
iſta tantum Marco, omnibuſque ſimul Græcis reſpondit:
*Hoc autem meum vos libero, præſtantiſſimi patres; nam*
*nihil de ipſo concilio, octavo ſcilicet, recitabitur. Sed quo-*
*niam in eo volumine nonnulla ſexti, ſeptimique concilii acta*
*ſunt ſcripta; idcirco ea videre volœmus; nam de octavo*
*concilio nobis cura non eſt.* Hactenus Julianus: atque ea
actione de octava ſynodo poſthac ſilentium.

Juliani incuria in re tanta.

Sic ipſe quaſi per tranſitum (ut dici ſolet) rem agens, C
cuncta quæ objicienda erant in Marcum, omittens, ad
præcipuam quæſtionem, cujus cauſa ſynodus illa fuerat con-
vocata, ſe contulit. Ceterum res tanta, ipſa octava œcu-
menica ſynodus, mea ſententia, minime ſic fuerat relin-
quenda Epheſii dicacitate proſtrata, attrita mendaciis,
atque penitus condemnata. Cum alioqui non levioris fue-
rit culpæ, caruiſſe tunc ibi Latinos in tanto patrum con
ventu ipſa legitima octava æque œcumenica ſynodo, quam
Græce ſcriptam, & Latinitate a ſe donatam Anaſtaſius
bibliothecarius in ſanctæ Romanæ eccleſiæ archivum intu-
liſſet, & jam ex autographo deſcripta complura exempla-
ria eſſent in diverſis bibliothecis recondita, ut opus eſſet
a Græcis ſchiſmaticis illa petere, vel negatam ita relinque-
re indefenſam: cum Julianus una ſimul telum & clypeum
viſus ſit abjeciſſe tanta jactura catholicæ eccleſiæ, quæ
jam per ipſum non ſtetit, quin diſpendium paſſa ſit ſyno-
di octavæ œcumenicæ, ejuſdemque germanæ atque legiti-
mæ. At in ſequenti ſeſſione, quod Julianus inconſiderate
prodegerat, Andreas Coloſſenſis epiſcopus vir doctiſſimus
æque ac maxime pius reſtituit, qui omnino negavit, per
Joannem octavum abolitam eſſe octavam ſynodum œcume-
nicam ſub Hadriano ſecundo Romano pontifice habitam.
*Hæc Baronius.*

An Græci ſynodum octavam receperint.

Latina igitur eccleſia una cum Græca catholica hanc ſyno-
dum octavam legitimam, ſanctam & œcumenicam judica-
vit, nec ab illa unquam ſententia deflexit. Dixi a Græca
catholica eccleſia hanc ſynodum receptam fuiſſe, quia non
inviti concedimus, prout ex libello Photii & Joanne Pſel-
lo de ſeptem ſynodis conſtat, quod Græci ſchiſmatici,
quos in concilio Florentino Marcus Epheſinus ſequitur,
hanc ſynodum octavam cum ſequentibus non tantum non
recipiant, verum etiam omnino rejiciant, & quamdam
pſeudoſynodum Photianam ſub pontifice Joanne octavo
Conſtantinopoli poſt obitum Ignatii celebratam ſubſti-
tuant: quodque eoſdem imitatus Zonaras, in ſua cano-
num collectione & interpretatione, loco œcumenicæ octavæ
ſacrilegam Photianam ſynodum poſuerit, ipſamque, tribus
ejuſdem canonibus recitatis, Theodorus Balſamon univer-
ſalem appellaverit: adeoque grandi miraculo pro germana E
ſynodo octava, ſynodus Photiana a Græcis accepta fue-
rit. Non immerito taxatur a Baronio Gratianus, quod
male conſultus canonem quemdam Photiani conciliabuli
ex Balſamone deſumptum, ſub nomine legitimæ octavæ
ſynodi inter alia decreta retulerit, cum tamen idem
canon odio Photii impoſtoris plane exſufflandus fuiſſet.

Rejicitur objectio.

Neque Ademarus eſt neque alius ab auctore annalium Bertinianorum qui monachus, clericus, laicuſve fuerit; neſcimus.

*Dices. In auctario Aimonii Benedictinus quidam mona-*
*chus, ſive Ademarus *, ſive quis alius, ut eſt in Pithæi*
*ad miſcellam hiſtoriam præfatione, contra hanc octavam*
*œcumenicam ſynodum palam ita ſcripſit: Hadrianus papa*
*ſecundum quod Nicolaus deceſſor ejus diſpoſuerat, miſſos*
*ſuos, Donatum ſcilicet Oſtienſem epiſcopum, & Stephanum*
*Nepeſinum epiſcopum, & * Martinum diaconum ſanctæ Ro-*
*manæ eccleſiæ, ad Baſilium imperatorem, & ad filios ejus*
*Conſtantinum & Leonem Auguſtos Conſtantinopolim diri-*
*git: cum quibus & Anaſtaſius bibliothecarius Romanæ ſe-*
*dis, utriuſque linguæ peritus, pergit: & ſynodo congre-*
*gata (quam octavam univerſalem ſynodum illuc convenien-*
*tes appellarunt) exortum ſchiſma de Ignatii depoſitione,*
*& Photii ordinatione ſedaverant, Photium anathemati-*
*zantes, & Ignatium reſtituentes. In qua ſynodo de ima-*
*ginibus adorandis aliter quam orthodoxi doctores ante defi-*
*nierant, ſtatuerunt; quædam etiam pro favore Romani*
*pontificis, qui eorum votis de imaginibus adorandis an-*
*nuit, & quædam contra antiquos canones, & contra ipſam*
*ſynodum conſtituerunt, ſicut qui eamdem ſynodum legerit,*
*patenter inveniet.*

ANNO CHRISTI 870.

* al. Maximum Marinum lege.

Mentitur Iconomachus. Impudens mendacium.

*Ad hanc objectionem in promptu reſponſio eſt*, inquit Ra-
derus, *Benedictinum illum, ſeu Ademarum, ſeu Aimoi-*
*num, fuiſſe Iconomachum: ſacrilegumque & impudentiſſi-*
*mum eſſe mendacium, in octava ſynodo aliter de ſacris*
*imaginibus decretum eſſe, quam antea orthodoxi definie-*
*rint. Qui enim erant illi orthodoxi huic monacho, niſi*
*Iconomachi & Iconoclaſtæ? Nonne idem eſt definitum in*
*octava ſynodo de imaginibus colendis, quod antea in ſe-*
*cunda Nicæna, quæ fuit ſeptima œcumenica, quam Roma-*
*na ſemper & Græca, æque catholica ac ſchiſmatica eccleſia*
*ſacroſanctam habuit, erat definitum? Sed audi columen*
*eccleſiæ Baronium noſtræ ſententiæ aſſertorem.* Porro, *in-*
*quit*, de octava ſynodo accipe delirium Aimoini ita di-
centis, dum de ipſa paucis agit: In qua ſynodo de ima-
ginibus adorandis aliter quam orthodoxi doctores ante
definierant, ſtatuerunt, &c. Ex quibus (Aimoini) plane
qualis ipſe fuerit, cujuſve dogmatis, manifeſtatur, nem-
pe ex Galliis illis unus, qui negabant cultum ſanctarum
imaginum, de quibus & Anaſtaſius in præfatione ad eam-
dem octavam ſynodum meminit, quos nos ſuperiori to-
mo abunde ſatis confutavimus. Porro in hac ſynodo ni-
hil præterea de cultu ſacrarum imaginum eſſe decretum,
quam quod in pluribus Romanis conciliis & œcumenico
Nicæno ſecundo ſtatutum erat, certum eſt. *Hæc Baro-*
*nius.*

*Si quid ergo contra decretum eſt, quid illud? quis ca-*
*non, quod verbum repugnat prioribus conciliorum ac patrum*
*decretis? Sed nimirum quotquot ab eccleſia Romana aucto-*
*ritate diſceſſerunt, paſti ſunt, & paſcuntur hodie menda-*
*ciis, qui non ſolum veritatem, ſed imaginem quoque veri-*
*tatis amiſerunt.*

Refellitur 2. objectio.

Præterea objici poſſet, quod ipſi veritatis magiſtri ca-
tholici parum conſtanter de hac ſynodo loquantur, cum
vel perſonas epiſcoporum, vel ipſas ſynodos de Photio
& Ignatio habitas inter ſe confundunt, & ex duabus
unam faciunt.

*His*, inquit Raderus, *merito eſt ignoſcendum,*
*cum hactenus, codicibus, & exemplaribus octavæ*
*ſynodi caruerint, cum tot præſertim in una cauſa*
*concilia, quæ octavum ſibi locum uſurpabant, fuiſ-*
*ſent habita. Tametſi in re erret nemo, ſed in nu-*
*mero dumtaxat epiſcoporum. Omnes enim fatentur*
*illam eſſe legitimam, qua reſtitutus eſt Ignatius, &*
D *pſeudo patriarcha Photius dejectus. Sed Photianum*
*illud ſacrilegum ſub Joanne octavo celebratum, a*
*Photio corruptum multis impoſuit, cum exemplaria*
*deeſſent, & titulus eſſet ſpecioſus, & artes frauſque*
*Photii notari perſpicique non poſſent. Ego ſane ſi-*
*mul ac Græcum codicem illius Photiani concilii legi,*
*tuli damnationis in illud ſententiam, quod ſtatim*
*animadverterem plurima in illo penitus corrupta,*
*repugnare priori œcumenicæ ſynodo octavæ: eaque de*
*re ad Jacobum Gretſerum, priuſquam decimus to-*
*mus annalium Baronii appareret, perſcripſi.*

*Sed nimirum improbiſſimus Photius has huic ſy-*
*nodo octavæ œcumenicæ, legitimæ ac germanæ tene-*
*bras offudit, quas ingreſſi poſtea ſchiſmatici Photia-*
E *ni pro luce coluerunt, cum illud in ſua eccleſia di-*
*ctum celebrarent: Quæcumque in ſanctos patriarchas*
*Ignatium & Photium ſcripta vel dicta ſunt, ana-*
*thema ſunto. Hoc ſchiſmaticorum fuit anathema,*
*non catholicorum. Octava enim ſynodo diſerte contra*
*veteratorem Photium celebrata, unquam antiquata*
*eſt, in qua & diris omnibus devotus & confixus eſt*
*Photius. Cum enim Ignatianam aliter abolere non*
*poſſent ſchiſmatici per ſpeciem videntes, tenebras luci*
*miſcuerunt, & ſchiſmaticum ſuum Photium cum ca-*
*tholico Ignatio compoſuerunt.*

Qui quotve epiſcopi interfuerint.

e *Centum & duorum epiſcoporum.*) Non plures ſynodo
univerſali interfuiſſe vel ſubſcripſiſſe, poſt Nicetam ipſa

acta

ANNO CHRISTI 870.

actæ concilii atteſtantur: in quorum fine poſt imperatores centum epiſcopi & unus ſubſcripti numerantur. Ubi Anaſtaſius teſte Baronio hæc notat in margine,

*Non te ſcandalizet ſubſcribentium paucitas, quia dum Photius diu tyrannidem exercuiſſet, & pene omnes a piis deceſſoribus ſuis ſacratos depoſuiſſet, & in loca eorum fautores ſuos tantummodo provexiſſet, quorum nullus in hac ſynodo receptus eſt: iſti ſoli ex priorum patriarcharum conſecratione ſuperſtites ſunt inventi. Verum quotquot ſub Nicolao & Hadriano ſanctiſſimis pontificibus epiſcopi fuerunt, huic ſynodo conſenſerunt; licet hæc paucitas illi gregi pro ſui juſtitia comparetur, cui Dominus dixit: Nolite timere, puſillus grex, &c.* Hæc ipſe qui interfuit Anaſtaſius, &c.

Legati apoſtolici qui.

Ex horum numero legatione apoſtolica fungebantur Donatus Oſtienſis, Stephanus Nepeſinus, epiſcopi, & Marinus ſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconus: aliarum patriarchalium ſedium epiſcopi vel per ſe, vel per ſuos locum tenentes interfuerunt & ſubſcripſerunt. Imperatores Augusti una cum pluribus patriciis viris clariſſimis præſto fuerunt, non ad præſidendum vel aliquid decidendum, ſed potius ad tutandam ſynodum, omnemque inordinationem ab ea propulſandam: qua intentione alii imperatores aliis œcumenicis conciliis interfuerunt. Conſeſſus epiſcoporum locuſque evangelii in medio conſtituti idem fuit haud dubie, qui cæterarum ſynodorum. Quid vero conſidentibus hoc ordine epiſcopis deinceps actum fuerit, infra dicemus.

Ignatius epiſcopus deſcribitur.

f *Ignatius.*) Ignatius anno Domini 798. tempore Leonis III. Conſtantinopoli Nicephoro & Michaele imperatoribus, quorum alter avus, alter parens erat, prognatus: anno ætatis 14. in monaſterium detruſus eſt, ibique a pædagogo quodam Iconomacho male habitus, in omni virtutum genere & diſciplina religioſa plurimum profecit. S. Theophanes eum in monaſterium degentem viſitans, eidem patriarchatum prædixit. Cum ſacros ordines a Baſilio fortaſſe Theſſalonicenſi per intervalla ſuſcepiſſet, Methodio Conſtantinopolitano patriarcha defuncto, communi omnium decreto ex S. Joannicii oraculo ſuffectus anno Domini 847. tempore Leonis IV. & patriarchalem ſedem adeptus, Gregorium Syracuſanum coacto concilio exauctoravit: Michaeli imperatori Theodoram Auguſtam in monaſterium detrudere conanti reſtitit, Bardæque Cæſari propter nurum inceſtuoſe violatam ſacris interdixit. Qua de cauſa ille per calumniam reus majeſtatis accuſatus, de ſolio ejectus eſt in exilium, paſſuſque ea omnia de quibus ſupra. Damnatus a Photio quinque diverſis conciliis: quorum primum habitum eſt Conſtantinopoli contra Ignatium jam exturbatum anno redemptoris noſtri 858. tempore Nicolai primi. Secundum eſt a Photio indictum anno Chriſti 859. tempore ejuſdem Nicolai papæ, ut ab Ignatio epiſcopos, alioſque illi faventes abſtraheret. Tertium rurſus Conſtantinopoli præſentibus Rhadoaldo & Zacharia pontificiis legatis prævaricantibus celebratum eſt, in quo reductus ab exilio Ignatius, & in concilio Caiphano contra jus omne publice cum ſumma ignominia, non tam Ignatii, quam pontificiorum legatorum, abdicatus & penitus exauctoratus eſt. Quarto Photiano conciliabulo, quod habitum fuit anno Chriſti 864. ipſum quoque Nicolaum papam anathemate percuſſit. Quintum eſt illud pſeudo octavum & œcumenicum indigitatum, anno Chriſti 879. tempore Joannis papæ VIII. celebratum, in quo mortuo Ignatio, Photius corruptis legatis pontificiis Paulo & Eugenio, denuo ſedem Conſtantinopolitanam malis artibus occupat, epiſtolas Joannis pontificis maximi corrumpit, omnes ſynodos priores ſub Nicolao & Hadriano pro Ignatii reſtitutione Romæ & Conſtantinopoli celebratas antiquat, ſuumque ad nutum imperatorem, legatos & concilium fingit & refingit; ut ex notis ejuſdem conciliabuli ſub Joanne VIII. infra pluribus invenies. Raderus in præfatione hujus concilii iſta ſcribit.

*Quod ad Ignatium attinet, neſcio, quid primum vel poſtremum in hoc cæleſti heroe & athleta mirer: fidemne erga Deum, & Dei ſponſam eccleſiam, quam omnibus modis violatus, violare ipſe nunquam voluit: an ſummam in malis ultimis patientiam; an denique perpetuam cum in virtute colenda, religione augenda, tum hoſtibus & eccleſiæ perduellibus frangendis repellendiſque conſtantiam.*

*Nullam hominum genus fuit, quod hujus Jobi tolerantiam non tentarit. Primum, admodum puer a Leone illo atrociſſime viro ſpoliatus, & regiæ ſucceſſionis ſpe dejectus; atque in monachum atton-*

A *ſus eſt. Deinde patriarcha creatus, a Gregorio epiſcopo Syracuſano omnibus machinis oppugnatus. Mox a Barda Cæſare a ſolio dejectus, atque in inſulam deportatus, omni genere ærumnarum exercitus eſt, cui tamdiu Photius inſidiatus eſt, quamdiu Bardas Cæſar & Michael imperator ſuperſtites fuere: imo quamdiu vixit Ignatius. Ipſi quoque pontificii legati, a quibus ſolis opem & auxilium expectare poterat, minis imperatoris fracti, & donis a Photio propitiati, fidem prodiderunt innocentiſſimumque virum proſcripſerunt & exauctorarunt.*

*Neque reſtituto a Baſilio licuit pace frui, donec per inſidias Ignatius imperatoris nepos, imperatoris filius, patriarcha ſanctiſſimus e medio tolleretur. Merito igitur defunctum, miraculiſque coruſcantem,*
B *eccleſia Romana juxta ac Græca in divorum cenſum relatam, ad x. Kalendas Novembris votis publicis anniverſaria celebritate colit.*

*Nec quiſquam Græcorum hiſtoricorum eſt, qui non de Ignatio veluti viro ſanctiſſimo honeſtiſſime ſummaque cum veneratione loquatur & ſcribat: quod ejus ſanctimonia tantopere eluxerit, ut ſchiſmaticorum quoque factio famam illius lædere formidaret, immo certatim celebraret.*

*S. Theophanes adoleſcenti patriarchatum prædixit.*

*Joannicius de eo conſultus, patriarcham nominavit.*

*Nicetas Paphlago cognomento David, cujus mentionem facit Curopalates, totam ipſius vitam panegyrico laudavit.*

C *Michael ſyncellus, & ſapientia & religione clariſſimus, encomium ejuſdem conſcripſit. Metrophanes Smyrnenſis metropolita illius cauſam in concilio œcumenico octavo ſuſcepit: & poſt concilium quoque egit. Joannes Thraceſius Scilizza Curopalates ejuſdem ærumnas & patientiam non tacuit. Zonaras quamvis ſchiſmate infectus, ſanctum appellat, nec laudes ejus & acta diſſimulat.*

*In menæis Græcorum ejuſdem dies, & res geſtæ narrantur.*

*Glycas, Conſtantinus Manaſſes, Stylianus Neocæſareæ metropolita, illius caſus dolenter exponunt.*

*Theognoſtes archimandrita & exarchus coram pontifice & per litteras illum defendit.*

*Epiphanius archiepiſcopus Cypri eidem reſtituto*
D *gratulatur.*

*Michael ipſe imperator adhuc ſanus ſummis laudibus apud pontificem Romanum celebrat, cum eundem in ſolium extollit.*

*Theodora Auguſta poſtea divinis adſcripta, ut Ignatius patriarcha fieret, enixe contendit.*

*Baſilius imperator pulſum cum triumpho reſtituit.* Nicolaus primus, Hadrianus ſecundus.

*Pontifices Romani omni ratione defenderunt, laudarunt, reſtituerunt. Illius cauſa octavum œcumenicum concilium Hadrianus ſecundus indixit.*

*Nicolaus primus tota qua valuit & potuit auctoritate & poteſtate, fulminato Photio Ignatium adiuvit.*

*Anaſtaſius œcumenicum nobis concilium ſalvum ex Græcorum fraude eripuit, Latino fecit, & Ignatium* In Hadriano ſecundo Baronius teſtes.
E *ab omni injuria ſuſpicione vindicavit, ubique prædicavit.*

*Laudatur quoque Ignatius in ſerie & ſyllabo patriarcharum Conſtantinopolitanorum exquiſitis verbis.* Ἰγνάτιος ὁ ἁγιώτατος, ἐπὶ τῶν αὐτῶν βασιλέων Θεοδώρας καὶ Μιχαὴλ, ἔτη δʹ. μῆνας βʹ. *Quod poſtremum tamen de quatuor annis & duobus menſibus falſum eſt. Nam undecim annos & menſes quinque primum patriarcha præfuit, deinde 9. & amplius annos exul; iterum patriarcha ſub Baſilio annis undecim (ut recte ipſe catalogus a. 2. refert) eccleſiam adminiſtravit, ita ut tota annorum ſumma contineat triginta, & hoc amplius, annos.* In codice Græco Romani juris apud Deum clavium.

g *Pho-*

ANNO CHRISTI 870.

g *Photio.* ) Præter ea quæ ſupra in notis conciliorum ſub Nicolao & Hadriano celebratorum dixi, de Photio in apparatu Poſſevinus ſcribit iſta quæ ſequuntur.

*Photius patriarcha Conſtantinopolitanus in locum Ignatii viri ſancti, qui vivebat, quique duodecim prope annis in eo throno digne ſederat, per Bardam, quem Ignatius excommunicaverat, ſubrogatus eſt contra fas juſque anno* 858. *De Photio autem ſcribit Nicetas in beati Ignatii vita, eum fuiſſe nobilitate inſignem, protoſpatharium dignitate, munere a ſecretis imperatori inſerviiſſe, divitiis pollentem, ſcientiis ſæcularibus diſertiſſimum, antiquis etiam ex hac parte comparandum, ſacrarum vero litterarum expertem, ſed qui (ſero licet) ubi eum invaſit libido ſpiritualis præfecturæ, hanc non qua decet animi ſubmiſſione aggreſſus, nullo uſus magiſtro, magiſtrum qui alios docere poſſet, ſtatim profeſſus eſt, homo gloriæ appetentiſſimus, ſexque diebus ex laico transformatus in patriarcham; nimirum (ut inquit ipſe Nicetas) prima die ex laico monachus, ſecunda efficitur anagnoſtes, tertia ſubdiaconus, quarta diaconus, quinta presbyter; ſexta denique patriarcha ſedem patriarchalem conſcendens, alta voce populo pacem annuntiavit, nihil pace dignum cogitans. Hæc Nicetas. At Baronius cardinalis annalium ſuorum decimo tomo pergit reliqua intexere, quem ſceleſtiſſimum & immaniſſimum perſecutorem eccleſiæ Chriſti, ac deteriorem fuiſſe quibuſvis aliis ſive ſchiſmaticis, ſive hæreticis, ſive gentilibus, pleniſſime demonſtrat.*

*Sed & qualiſnam fuerit, paucis quidem, verum graphice delineatus eſt duodecim jambicis verſibus, quorum mentio fit in actione 7. ſynodi veræ octavæ œcumenicæ, ad finem in codice Græco pronuntiatorum adverſus eumdem Photium, qui ab Anaſtaſio redditi Latine, extant ibi.*

*Photius igitur dictus Conſtantinopolitanus patriarcha, qui octavæ ſynodi tempore multorum in eccleſia malorum & turbarum auctor fuit, quique fraudulenter a ſede patriarchali abdicavit præceſſorem ſuum, ac proinde a Nicolao hujus nominis primo pontifice ut ſummo, ſic ſanctiſſimo, & ab octava generali ſynodo damnatus eſt anathemate, ac patriarchali ſpoliatus dignitate, ſchiſma inter Græcam & Latinam eccleſiam fovit & auxit: cum etiam in populo Conſtantinopolitano perniciosiſſimum sereret errorem, quo aſſerebat duas eſſe in homine animas. Qua de re acriter a Conſtantino philoſopho Chriſtiano reprehenſus eſt, quemadmodum Anaſtaſius bibliothecarius inquit in præfatione octavæ ſynodi generalis, cui interfuit, & quam mandato Hadriani pontificis Romani e Græco Latinam fecit: ſub quo quidem pontifice eadem ſynodus finita fuit. Hic igitur bibliothecam ſcripſit, quæ inſcripta eſt,* [illegible], *in qua tamen ducenti ſeptuaginta novem tantummodo auctores cenſentur. Hujus tamen ſcribendæ occaſio hæc fuit. Dum in Aſſyria legationis munere fungeretur pro Baſilio, qui rerum orientis eo tempore potiebatur, Taraſius, quo ipſe familiariſſime utebatur (hic etiam, ut quibuſdam placet, patriarchali dignitate fuit ornatus) amici abſentiam ægre ferebat: quamobrem per litteras[e] a Photio petiit, ut quando communi ſtudiorum & amicitiæ ſuavitate ac fructu frui minus poſſet, efficeret ſaltem, ut quæ ipſe legeret ſubſecivis horis, & quæ a legationis munere, aliiſve negotiis liberæ illi ſupereſſent, ſibi ſignificaret. Photius autem ut amico gratificaretur, quæ caſu legerat, nullo ſervato ordine, nullaque methodo, ea quaſi commentariorum inſtar annotarat, Taraſio miſit. In quibus tamen omnibus cum aliquando ſtyli ſuavitate præſtet, ac judicio valere videatur, fuſius tamen aliqua, conciſius multa, nonnulla vero erroribus aſperſa inſeruit, a quibus cavendum eſt maxime. Quinetiam opera beati Dionyſii ut pſeudepigrapha videntur ab eo notari: aliorum autem citat libros, qui non ſolum hæretici, ſed & hæreſiarchæ ſunt habiti; præterquam quod major librorum pars, qui in Photii bibliotheca proponuntur, non extant apud alios auctores, aut ne alibi quidem, quod ſciam.*

*Verumtamen iſtis ſublatis, ſciant ſtudioſi, non minimum aliquando pondus habitura, quæ ex ipſo Photio offerri poſſunt teſtimonia, dum in eo tot encomia & panegyricos legimus de ſancto Cæleſtino papa, de ſancto Leone & ſancto Gregorio, aliiſque ſummis pontificibus & ſanctis patribus, de majeſtate item pontificia, deque apoſtolicæ ſedis auctoritate, & aliis hujuſmodi, eo futuris efficacioribus argumentis, quo ſedi apoſtolicæ ille fuit infenſior, ut non tam hoſtium dona, quam ſpolia de ipſius manibus eripiamus.*

*Ceterum, non multos ante annos Patavii bibliothecam hanc Græce manuſcriptam aſſecuti a viro clariſſimo Vincentio Pinello, deinde Romæ, quam Antonius Carrafa Cardinalis, & alteram quæ extat auctior in Vaticano; poſtea & illius in Latinum verſionem a Federico Metio epiſcopo Thermulanorum factam, ſed non evulgatam: denique & aliam a viro nobiliſſimo & eruditiſſimo Marco Velſero Auguſtanæ reipublicæ duumviro, ejus cura emendatam, & pulcherrimis typis Græcis Auguſtæ Vindelicorum excuſam relegentes, id excerpſimus, quod variis in locis hujus apparatus noſtri ita locavimus, ut eadem opera, quod inde ſelectius viſum eſt, depromeremus.*

*Verumtamen & Photius librum quem Nomocanonem prænotavit, collegit, in quo ſacros canones, & ſanctorum patrum reſponſa contexuit, ſeptimæ autem ſynodi canonibus adjecit alios numero decem & ſeptem diverſorum argumentorum hujuſcemodi pſeudoſynodi canones, ultimo loco ponens, quem de promotione laicorum, cujus reus erat, conceperat ipſe canonum perverſor. Vide Baronium cardinalem* 10. *tomo ſub annum* 861. *Ceterum, Nomocanon iſte cum commentariis Theodori Balſamonis, Gentiano Herveto interprete, extat in tomo ſexto bibliothecæ ſanctorum patrum Bignæi. Scripſit etiam ſeptem actiones ſynodicas (quæ nunquam extiterunt, neque acta ſunt) & eas quidem adverſus beatum Ignatium legitimum patriarcham Conſtantinopolitanum, diabolico conſilio fruſtra contextas: quarum & ſingularum initio beatus Ignatius erat depictus opera impii Syracuſani Gregorii cognomento Asbeſtæ, cum impiis contumeliis.*

*Quin & litteras doli plenas, mendaciiſque refertas ſcripſit ad Nicolaum pontificem maximum, quas in bibliotheca cardinalis Sirleti, nunc Columnenſi, & in Latinum redditas a Petro Morino theologo Pariſienſi, inſeruit ſuis annalibus* 10. *tomo Baronius cardinalis ſub annum* 859.

*Atque Photii ejuſdem epiſtola encyclica, data an.* 866. *ad patriarchales ſedes orientis, adverſus Nicolaum pontificem maximum, quæ extabat Romæ in Vallicellana bibliotheca, & in codice collegii Græcorum, quod eſt Romæ, a Federico Metio in Latinum verſa, intexta eſt eidem decimo tomo annalium Baronii cardinalis. Quæ ſane oſtenditur non fuiſſe Siſinii (ut aliqui putarunt) quod quidem liquido conſtat ex iis quæ in illa tractantur de Bulgaris & Ruthenis ad fidem converſis.*

*Octava autem ſynodus quonam modo falſata fuerit a Photio, non ſolum ipſe Baronius cardinalis perſpicaciter eodem in decimo tomo indicavit apertius, ſed & poſt illum Matthæus noſter Raderus, qui eam ſynodum, vitamque beati Ignatii patriar-*

cha

ANNO CHRISTI 870.

*cha Græce ac Latine editur, doctis ſcholiis illu-* A *ſtravit. Itaque vera vere eccleſia catholica ſynodus reſtituta.*

Raderus in præfatione ſynodi circa finem eumdem ad modum graphice deſcribit his verbis.

*Quid porro ſceleſtus Photius egit, poſteaquam per fraudem iterum ſolium occupavit?*

*Ab eccleſia mox ſe Latina totum, ſecumque orientem abſtraxit, contra Latinos ſcripſit, aliaque fecit, quibus orbi terræ non minus quam ullus Arius nocuit, cum errores ſuos & ſchiſma in omnem Græcorum poſteritatem propugnavit: unde divinitus factum eſt, ut, cum Spiritui ſancto ſuum ex Patre & Filio procedendi fluxum & modum negarent, ipſi a Spiritu ſancto ipſi * pentecoſtes feriis totum* B *ſimul cum vita imperium amitterent.*

* in 1451. feria 3. poſt octavas pentecoſtes.

*Hic nempe fuit ille ſerpens Photius, quem gravida ejus mater per nocturnam vidit ſpeciem ſe utero ferre, qui totam illam regionem, ac totum fere imperium orientis peſtifera lue veneraret. Hoc eſt quod eidem matri cum uterum ferret, a pluribus viris ſanctitatis opinione & rerum futurarum prædictione claris, ſignificatum fuit, illam eccleſiæ peſtem & perduellem utero geſtare. Quibus illa perculſa vaticiniis, ſæpe mortem ſibi fœtuique adferre conabatur, cum iterim a marito cuſtodiretur, & a ſanctis ab ea mente deduceretur, moneretur que, divinæ ut ſe providentiæ permitteret.*

*Lege de hoc plurima ſi libet apud Divum Antoninum parte 3. chronicorum tit. 22. cap. 13. parag. 10.* C *de nona diviſione Græcorum a Latinis ubi multa ſane de Photio, quæ tamen pleraque in octava œcumenica ſynodo & adjunctis ſcriptis continentur, refert. Addit etiam ipſum Photium Beclas nominatum propter inſignem illam impoſturam, qua per hanc vocem* [illegible] *Baſilium faſcinavit, & ſibi conciliavit, penituſque a Romani pontificis auctoritate avulſit.*

*Primus ergo Photius aperte ſe ab eccleſia Romana ſejunxit, qui non mediocrem anſam præbuit poſteris, ut in ſchiſmate perſeverarent. Quamvis eum ſæpius reconciliati, a Latinis tamen identidem deficiebant, præſertim Conſtantinus Monomachus imperator, cum Leoni nono papæ Romano iratus, Michaelem patriarcham ſuum œcumenicum papam creavit,* D *cui eumdem ipſe habuit honorem, quem Romano papæ imperatores habent occidentis. Quamquam eum mox facti pœnituit, cum ſibi formidaret, ne olim ab illo excommunicatus imperium perderet, illum rurſus præſente toto populo poteſtate pontificali privavit, ſibique in omnibus obnoxium reddidit, patriarchæ nomen & papæ reliquit. Et ſic, inquit Antoninus, juſto Dei judicio factum eſt, ut patriarcha careret propriis, qui aliena jura invaſerat. Ex tunc imperatores Græci ita habent ſuos patriarchas & tenent ſubjugatos, quia quando volunt, deponunt, & quem volunt, & quando volunt, inſtituunt. Sed bis adhuc reconciliata, tandem in duodecima diſſenſione ipſum imperium orientis a Turca occupatum eſt. Eccleſia vero ab eo tempore nunquam ad con-* E *cordiam & pacem cum Romana rediit, quam vere Pater & Filius & Spiritus ſanctus ab eccleſia catholica tandem ſeparavit, cum toties contumelioſa in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum extiterit, nec ſeſe emendari paſſa ſit. Cujus prima ſummaque cauſa nequiſſimus ille ſpado Photio extitit, Græci prorſus ingenii homo, in quo nulla unquam fides, perfidia ſumma, crudelitas, contumacia, & intolerandum ſupercilium; cui vere ut poeta Arpinas canit:*

*Ingenium velox, audacia perdita, ſermo*
*Promptus, & Iſæo torrentior, ede quid illum*
A *Eſſe putes?*
*Gramaticus, rhetor, geometres, pictor, alaſtor,*
*Augur, adulator, medicus, magus: omnia novit.*

ANNO CHRISTI 870.

*Non* [illegible] *hoc dico; Nicetam Paphlagonem in Ignatio lege; perlege acta ſynodi octavæ, & præcipue actionis nonæ; Metrophanis item & Styliani epiſtolas: invenies hujuſcemodi mendaciorum & perjuriorum, corruptelarumque monſtra, qualia ab orbe condito viſa nunquam vel audita. Corruperunt alii e Græcorum natione pro more, ut Romani pontifices ſcriptoreſque quiritantur, epiſtolas pontificum, alii nonnulla conciliorum acta. Corruptum III. IV. V. VI. VII. immo & octavum concilium: ſed Photius non corrupit tantum, verum* [illegible]*, a vertice, inquam, uſque ad extremum unguem, novum* B *& œcumenicum concilium finxit & procudit, falſos legatos ex urbe, falſos ex omnibus patriarchiis vicarios ſuppoſuit. Duo præterea alia, quæ item œcumenica dici poterant, ſi fraus abfuiſſet, corrupit. Alterum ſub Nicolao primo, in quo ipſos legatos pontificios Dorica arte circumvenit, impulitque ut ſanctiſſimum virum Ignatium abdicarent. Alterum ſub Joanne VIII. ubi non ſolum legatos pontificios in fraudem illexit, ſed ipſi quoque pontifici impoſuit, ex quo illi non mediocrem infamiæ labem contraxit. Poſtremo non tacendum ex vita Ignatii patriarchæ & hoc concilio œcumenico, aliquam multa paſſim ex verſione Friderici Metii reverendiſſimi Thermularum epiſcopi extare apud cardinalem Baronium decimo tomo annalium, quæ cum noſtra in-* C *terpretatione non uſquequaque ſemper conveniant, quod ex Græcorum codicum inter ſe variantium ſcriptura potuit accidere: quamquam non admodum etiam differant, ſi non verba, ſed ſententiam ſpectemus.*

Vide Baron. anno 879.

h *Photiants*..) Quæ ratione iſta contigerint, ex actis ſynodalibus meo more breviter & compendioſe referam.

Primæ actionis epitome.

Prima actione, quæ die quinta menſis Octobris celebrata fuit, poſtquam legati ſedis apoſtolicæ cum imperatoribus Auguſtis eo ordine, quo ſupra dixi, conſediſſent, juſſi ſunt ingredi epiſcopi glorioſi confeſſores, qui numquam ab Ignatio deſciverant, ſed ejus cauſa multa perpeſſi fuerant, numero tantum duodecim quibus hortatu legatorum ordine debito ſedentibus, juſſa eſt legi imperatoris Baſilii ad ſynodum exhortatio, epanagnoſticon dicta, qua monuit eos, quæ recta ſunt judicare. His peractis, Ba-D hanes famoſiſſimus patricius & præpoſitus, qui in ſynodo judicis cognitoris munus gerebat, rogavit legatos apoſtolicos, ut mandatum eius a quo miſſi eſſent, oſtendere non gravarentur: non quod eo ipſo apoſtolicæ ſedi quidquam derogatum vellent, ſed potius quia anteriores legati Rhadoaldus & Zacharias alia quam mandatum erat, agentes, fraude doloque Conſtantinopolitanam ſedem decepiſſent. Legati qui primo hortatu id facere recuſabant, hac ratione perſuaſi, obtulerunt legendas Hadriani papæ litteras ad imperatorem datas, quibus, quæ ipſis mandata erant, continebantur. Epiſtolam Hadriani idiomate Latino quo ſcripta erat, legatorum inferior Marinus diaconus legit: tranſlatam a regio interprete deinceps recitari mandarunt. Cumque pro tanto beneficio pontificis Ignatius patriarcha aliique epiſcopi gratias egiſſent, legati ſedis apoſtolicæ exegerunt legi eas epiſtolas, quas vicarii ceterorum patriarcharum orientalium Thomas & Elias a ſuis patriarchis ſcriptas accepiſſent. Obtemperatum eſt petitioni legatorum, & recitatæ ſunt litteræ, quas ſedes orientales vicariis ſuis dederant. Addita eſt lectio iſtius E libelli, quem Theodoſius Hieroſolymorum patriarcha ad Ignatium patriarcham Conſtantinopolitanum tranſmiſerat.

Hic libellus poſtquam recitatus fuiſſet, deque eodem totius ſynodi ſententia rogata eſſet, una voce omnium eſt laudatus; adjunctaque eſt recitatio definitionis legatorum Antiochenæ & Hieroſolymitanæ eccleſiarum, quæ ante legatorum ſedis apoſtolicæ adventum habita eſt Conſtantinopoli, cum morantes diu venire ab urbe legatos diutius expectare recuſarent, qui jam integrum annum, ut habet Anaſtaſius, illic morati erant. Porro eorum definitio non alia fuit, quam ut in omnibus obediretur Nicolai papæ decretis. Approbata iſta legatorum definitione, ad petitionem Bahanis patricii, iidem legati ſedis apoſtolicæ ediſſeruerunt, quomodo Nicolaus papa abſentem Photium condemnaſſet, & quare ipſi Conſtantinopolim venientes, Photium non convenerint, ſed ut execrabilem habuerint: nimirum quod legitima auctoritate

ANNO CRHISTI 870.

tate a Romano pontifice juſte condemnatum, & a nulla patriarchalium ſedium receptum, plane vitandum eſſe putaverint. Et cum iſta reſponſione ipſum conciliabulum Photii adverſus Nicolaum Romanum pontificem celebratum (cui legatos orientalium patriarcharum interfuiſſe & ſcripſiſſe mentiebatur) falſitatis redargutum eſſet, factæque eſſent acclamationes in ſynodis fieri conſuetæ, primæ actioni finis impoſitus fuit.

Actionis 2 compendium.

Secunda actio celebrata eſt ſeptima die menſis Octobris, qua per oblationem libelli ſupplicis, epiſcopi illi qui a S. Methodio & Ignatio ordinati, partes Photii ſectati fuerant, ad veniam & eccleſiæ communionem recipi petiverunt, & impetrarunt cum ea conditione, ut libellos ab eccleſia Romana ſynodo oblatos acceptarent, impoſitoſque ſuper lignum ſanctæ crucis, & ſancta evangelia quatuor iſthinc ſumerent, ſuoque patriarchæ Ignatio offerrent: idcirco haud dubie, ut iſta ratione fidem prædicto libello contentam approbarent, ipſumque Photium cum ſuis artibus exectarentur. Quæ cum illi paratiſſimo animo præſtitiſſent, Ignatius ſuperhumeralibus epiſcoporum ipſis impoſitis, conſenſu totius ſynodi eoſdem in eccleſiam recepit. Simili modo qui poſt ad pœnitentiam ſecuti ſunt presbyteri & diaconi, redditis iis orariis tamquam inſignibus, ab Ignatio eccleſiæ reconciliati ſunt. Poſt hos pœnitentes ſubdiaconi, per interceſſionem ſanctiſſimæ Dei genitricis, ſanctorum apoſtolorum, & ſanctiſſimi ac beatiſſimi Nicolai papæ, rogantes ad veniam recepti, & ad eccleſiæ reconciliationem admiſſi fuerunt iſta lege, ut ob lapſum ſubirent pœnam epitimii in hunc modum a ſynodo præſcriptam: *Sit remedium & ſalutem animæ ferens ac valde diſcretum epitimium ſacerdotum qui per multam conſuetudinem ceciderunt*, &c. ut ſupra apud Anaſtaſium. Qua perlecta, conſuetis acclamationibus ſecundæ actioni finis impoſitus fuit.

Formula epitimii.

Actionis 3. compendioſa deſcriptio.

Tertia actio habita legitur undecima menſis Octobris, qua duo refractarii archiepiſcopi Ancyræ & Nicææ eam quam petiverunt, veniam non ſunt adepti, ideo quod libellum a pontifice miſſum ad ſatisfactionem ſuſcipere noluiſſent. Inſuper juſſu legatorum ſedis apoſtolicæ reci- **C** tatæ ſunt epiſtolæ Baſilii, Ignatii ad Nicolaum, nec non Hadriani ad Ignatium: quibus lectis & collaudatis, tertia actio finita fuit.

Actionis 4. compendium.

Decimatertia Octobris quartam actionem celebraturi patres ad eumdem ſacrum conſeſſum convenerunt, in qua duo legatorum illorum, qui ex parte Photii ad Nicolaum papam miſſi fuerant, ad ſynodum intromitti & audiri petiverunt. Patres concilii ſupplicationibus initio reſtiterunt, propterea quod qui ſententia Nicolai papæ condemnati fuerant, nequaquam in ſynodum intromitti & audiri deberent. Verum cum ſenatores qui aderant, pro iis audiendis intercederent, ex indulgentia & gratia in conſeſſum ſynodalem intromiſſi, ultimo loco ſtantes dixerunt, ſe una cum Photio non tantum a Nicolao papa, verumetiam a patriarchalibus eccleſiis receptos eſſe. Quod cum Marinus apoſtolicæ ſedis legatus diaconus teſtimonio legatorum orientalium eccleſiarum & lectione epiſtolarum a S. Nicolao papa de Photio non ſemel condemnato ſcriptarum manifeſte refutaſſet, opifices mendaciorum pſeudo-epiſcopi magno cum dedecore foras ejecti fuerunt. Atque ita peracta eſt actio quarta, cum poſt ejectos Photianæ partis legatos, Metrophanes Smyrnenſis archiepiſcopus coram omnibus teſtatus eſſet, ſe ea de cauſa ſeductum a Photio, quod ille ſe a Romano pontifice omnibuſque patriarchis receptum aſſereret.

Actionis 5. compendium.

Quinta actione, quæ ſolito ritu ſolemni celebrata eſt XIX. Octobris, monitu imperatoris juſſus eſt accedere ipſe Photius. Per miniſtros laicos, qui ex laico per ſaltum factus fuerat epiſcopus, primo citatus ſecunda autem vice vocatus, cum de vi proteſtaretur & accedere recuſaret, introductus eſt, & in medio ſynodi conſtitutus, quamtumvis ipſe reluctaretur. Interrogatus a legatis, an conſtituta ſanctorum patrum ſuſciperet: non ſe ea ſuſcipere reſpondit. Cumque iidem urgerent, an conſtitutis Romanorum pontificum acquieſceret: plane obmutuit, nec verbum ullum reſpondit, ne ſi affirmaret, ſuo ſe judicio condemnaret; ſi negaret, famæ ſuæ periculum incurreret. Et cum reſponſum urgerent, ſe cum judicaretur Chriſti exemplo tacere, non ſine magna fraude & **E** vafritie reſpondit. Sciebat enim ſe a Nicolao pontifice non ſemel damnatum fuiſſe: quare ſi reſcripta pontificum approbaſſet, ſuo ſeipſum gladio interfeciſſet. Cumque de communione apoſtolicæ aliarumque patriarchalium ſedium aliquoties gloriatus fuiſſet, ſummam turpitudinis notam ſibi intuliſſet, ſi conſtitutiones pontificum in pleno patrum conſeſſu recepiſſet. De auctoritate igitur ſedis apoſtolicæ quæſitus, non tam exemplo Chriſti, quam inſtinctu diaboli tacuit, ut univerſo ſynodali conſeſſui, ipſiuſque, ſi poſſet, Spiritus ſancti judicio imponeret. Sed detecta eſt impoſtoris fraus & verſutia, recitatæ ſunt ipſo præſente epiſtolæ Nicolai papæ, audita ſunt teſtimonia legatorum orientalium: quibus omnibus ille mendacio & effictæ ſedium patriarchalium communione convincebatur, & a pontifice damnationis & depoſitionis ſententiam retuliſſe oſtendebatur. Quare cum turpiter convicto tem- **A** pus ad reſipiſcendum illi patres ſynodi benigne conceſſiſſent, illeque oblatam gratiam reſpuiſſet, merito e conſeſſu ſynodali cum quadam ignominia foras ejectus fuit.

ANNO CHRISTI 870.

Actionis 6. compendium.

Sexta actione, quæ XXV. Octobris habita fuit, Metrophanes Smyrnenſis epiſcopus habuit orationem: qua abſoluta, legati ſedis apoſtolicæ ab imperatore petierunt executioni mandari, quæ contra Photium definita fuiſſent. Ad confirmandam Photii condemnationem relectæ ſunt litteræ Nicolai, quibus ſententia damnationis in eum Romæ prolata continebatur. Orientales iterum aperta voce conteſtati ſunt coram imperatore, Photium ab orientalibus ſedibus numquam fuiſſe receptum. Quæ cum plures epiſcopi partis Photianæ in ſynodum admiſſi coram audiviſſent, eoſque imperator quæſiviſſet, an manifeſto communique omnium judicio de cauſa Photii acquieſcerent, illi non tantum non acceſſerunt ad communem totius eccleſiæ ſententiam, verum pro [illegible] defendendi Photii veniam ſibi concedi petiverunt. Qua impetrata, unus ex iis nomine Zacharias Chalcedonenſis epiſcopus prolixa oratione, ſed a ratione vacua, Ignatii depoſitionem juſtam **B** fuiſſe conatus eſt oſtendere: ſed fruſtra. Nam Metrophanes Smyrnenſis epiſcopus ſingula ab eo propoſita argumenta reſumpſit, eaque vana eſſe oſtendit. Quod cum factum fuiſſet, ſperabatur fore ut veritati cederent, monitiſque imperatoris, eorum ordinationem vitioſam (quia alii ex laicis & curialibus & patriciis, alii ex ſpathariis & ſtabulariis creati erant epiſcopi) reprehendentis & graviter taxantis, omnino acquieſcerent: ſed reſtiterunt illi, & ſumma imperatoris clementia abuti perrexerunt. Qua de cauſa legati ſedis apoſtolicæ interlocuti dixerunt, excommunicatis in ſynodo loqui negatum eſſe, nihilque aliud licere, quam ut libellum ab eccleſia Romana oblatum, ſi vellent, accipiant, & ſic veniam petant. Cumque illi pertinaces eſſe pergerent, oblatamque reconciliationis gratiam recuſarent, imperator eos hortatus eſt ad pœnitentiam, & quadam mirabili benignitate eoſdem ad reſipiſcentiam provocavit illa oratione ad perditiſſimos pſeudoepiſcopos Photianos habita, quæ aureis litteris merito exaranda extat apud Anaſtaſii verſionem ſupra.

Hanc orationem dum pius imperator abſolviſſet, ejus erga lapſos pietatem & miſericordiam univerſa ſynodus admirata deprædicavit, & plurimum collaudavit. Schiſmatici vero inſtar aſpidis ſurdæ aures ſuas obturarunt, nullumque piiſſimi imperatoris exhortationi locum dederunt. Antequam vero ſynodali judicio damnarentur, ad reſipiſcendum conceſſa eſt decem dierum dilatio, & tunc poſt ſolitas acclamationes ſexta actio finita fuit.

Actionis 7. compendium.

Decem his diebus elapſis, actione VII. (quæ habita eſt 29. Octobris) Photius baculo innixus cum Gregorio Syracuſano introductus eſt in concilium. Dempto e manu ejus, quo innitebatur, baculo, interrogatus eſt a legatis ſedis apoſtolicæ, an pœniteret, & libellum ſupplicem offerre paratus eſſet. Reſpondit, ipſos potius legatos pœnitere debere. Ob quod reſponſum pertinax cum a legatis acriter reprehenſus fuiſſet, interrogati ſunt epiſcopi partis Photianæ, rogatique de libello pœnitentiæ offerendo, magis obſtinati quam antea ſunt reperti, adeo ut imperator his verbis eos compellandos eſſe ſtatueret. *Dicite* **D** *unde eſtis? De cælo eſtis, an de terra in qua nos degimus? Et oſtendite ab hac hora. Quis, ſive hæreſis mota eſt, ſive ſchiſma emerſit in qualibet parte, & ſenſit aliquis extra quatuor patriarchia, & ſalvatus eſt? Et audite vos hodie. Quatuor patriarchia, immo vero quinque, condemnatione condemnant vos. Quid vobis videtur ad hæc? dicite*, At illi ſtulte provocantes ad canones, ſynodi judicium conati ſunt ſubterfugere. Tunc apoſtolicæ ſedis legati repetitum a Romano pontifice Nicolao judicium, quo Photius condemnatus erat, recitari juſſerunt. Quo recitato, addita eſt lectio epiſtolarum, quibus ejuſdem concilii acta ab Hadriano confirmabantur: item acta ſynodalia illius concilii Romani; quo ſub Hadriano papa conciliabulum Photii cum omnibus ejus ſcriptis igni adjudicatum fuit. Poſt hæc Nicetas archidiaconus nomine legatorum apoſtolicorum inſtitit, ut quæ contra Photium ejuſque ſcripta in commonitorio continebantur, executioni mandarentur. Deinde ſubſecuta eſt declamatio Ignatii patriarchæ ad ſynodum facta, qua cum ſumma gratiarum actione Dei beneficia inter plurimas paſſiones ſibi collata commemoravit. Qua abſoluta, per Stephanum archidiaconum in fine actionis in aſtantem Photium anathematiſmi ex Romano concilio tempore Hadriani celebrato (ut in margine notat Anaſtaſius) recitati fuerunt.

Quibus abſolutis, pleniſſimæ & feliciſſimæ acclamationes dictæ ſunt in Nicolaum & Hadrianum pontifices Romanos, reliquoſque aliarum ſedium patriarchas; & Jambi in Photium recitati ſunt, qui ſupra leguntur in fine actionis ſeptimæ, verſionis Anaſtaſii.

Actionis 8. compendioſa deſcriptio.

Actione octava, quæ habita eſt quinta Novembris, imperator rogationem propoſuit de comburendis chirographis ſcriptiſque omnibus, quæ Photius vel ab omni hominum genere extorſerat, vel contra Nicolaum in publicum emiſerat. Cum imperatoris rogationi utiliſſimæ legati ſedis apoſtolicæ conſenſiſſent, in medio ſynodi vaſe æneo extructus eſt ignis ampliſſimus, eoque combuſta ſunt omnia ſcripta & volumina, quæ vel ab ipſo Photio publicata,

ANNO CHRISTI 870.

ta, vel ejus importunitate ab aliis clericis & laicis extorta fuerant. Poſt hæc introducti ſunt Petrus & Baſilius, quibus imposuerat Photius, quaſi ipſi Romæ Conſtantinopolim profecti, in ſuo conciliabulo adverſus Nicolaum libellos obtuliſſent. Hac de re examinati plane negaverunt, quod Photius doloſe utrique impoſuerat. Idem reſpondit Leontius, quem tamquam Alexandrini patriarchæ apocriſiarium ſuo conciliabulo ſubſcripſiſſe ſimili impoſtura vulgaverat. Detectis ergo his Photii fraudibus, legatis ſedis apoſtolicæ mandarunt recitari vigeſimum canonem concilii Lateranenſis, ſive Romani, eo haud dubie intentione, ut Photius qui in eumdem canonem multis modis deliquerat, non niſi in fine vitæ ad pœnitentiam reciperetur. His abſolutis introducti ſunt Iconomachi, quorum caput erat Theodorus quidam * Chriſtinus cognominatus, qui cum aſſereret ſe imagines ſacras ideo non venerari, quod non inveniretur ea de re aliquod Chriſti præceptum; reſponſum eſt illi, id a Chriſto præceptum eſſe, quod ab univerſa eccleſia catholica eſt definitum. Cumque ille in impietate perſeveraret, duo alii Iconomachi Nicetas clericus & Theophilus laicus pœnitentiam agentes, non tantum ad eccleſiam reverſi, verumetiam ab imperatore oſculo excepti fuere. Poſt hæc anathematiſmi quidam prolati ſunt in Iconomachos: quibus abſolutis repetiverunt eoſdem, quos in Photium tulerant actione præcedente: atque ita collaudato ex more acclamationibus imperatore atque univerſa ſynodo, finita eſt actio octava & ultima anno redemptoris noſtri 869.

* Crithinus.

Anno domini noſtri Jeſu Chriſti 870. duodecima menſis Februarii ſolito loco, ſolitiſque ritibus ſacris patres convenerunt, nonamque actionem concilii a legato Michaelis patriarchæ Alexandrini, qui nuper advenerat, omniaque acta concilii rata habuit & approbavit, inchoarunt. Poſt hæc plurimi jurati teſtes in Ignatium coram plena ſynodo confeſſi ſunt; & pœnitentiam epitimii, de qua ſupra, eſt 2. a legatis ſedis apoſtolicæ & univerſa ſynodo ſibi impoſitam acceperunt.

Actionis 9. compendium.

Poſt hæc ſuggeſtione legatorum ſedis apoſtolicæ tres laici illuſores ſacerdotii, qui in urbe Conſtantinopoli ſacerdotalibus indumentis veſtiti per urbem progreſſi, & ſacra ludicra facere conſueverant, in conſeſſum epiſcoporum introducti ſunt, deque ea re interrogati, confeſſi ſunt ſe id mandato Michaelis imperatoris egiſſe: petentibus vero ad pœnitentiam recipi, reſponſum eſt, ut futura ſeſſione redirent. Cumque hæc ſcelera Photius pro ſuo munere & officio non corrigeret, appellatus eſt a ſynodo compatriarcha mimi poſt alios infamiæ titulos, qui hac eadem actione in notis verſionis Anaſtaſii ſupra reperiuntur expreſſi.

Poſt hæc juſſi ſunt ſynodum ingredi falſi vicarii ſeu legati, quibus contra Nicolaum uſus eſt Photius: qui cum falſitatem ſua ſponte confiterentur, magna cum admiratione & deteſtatione Photii finis impoſitus eſt actioni nonæ.

Antequam vero ſynodus abſolveretur, legatio duplex, teſte Anaſtaſio in præfatione ad octavam ſynodum: Conſtantinopolim adveniens, intromiſſa eſt in ſynodum, una a Ludovico occidentalis orbis imperatore pro conjugio ineundo inter ejus filiam atque Baſilii imperatoris orientalis primogenitum: altera a rege Bulgarorum. Quid vero poſt abſolutam ſynodum in cauſa utriuſque legationis actum fuerit, videre eſt apud Anaſtaſium in vita Hadriani, & præfatione ad octavam ſynodum ſupra.

Eodem anno 870. die ultima Februarii cœpta eſt decima & ultima actio ſynodi, in qua præter nominatos ſupra magiſtratus, præſentes fuerunt legati Ludovici imperatoris, & qui a Bulgarorum rege miſſi fuerant: quorum nomina idem qui interfuit Anaſtaſius in notis, ſeu ſcholiis ad dictam ſynodum a ſe additis ita recenſet.

Action. 10. compendioſa deſcriptio.

*Hic ſimiliter conſederunt in dextera parte glorioſiſſimi principes & apocriſiarii perſpicui Ludovici imperatoris Italorum atque Francorum, videlicet Anaſtaſius Deo amabilis bibliothecarius Romæ, Suppo primus conſoſanariorum & conſobrinus uxoris ejus, & Everardus præpoſitus menſæ illius: ſimiliter glorioſiſſimi judices Michaelis ſublimiſſimi principis Bulgariæ Staſiſzereo, Neſundicus, Vagartus*, &c.

*Quod autem pertinet ad res hac actione geſtas, primum omnium juſſi ſunt legi canones a patribus conſtituti omnes numero* XXVII. *apud Anaſtaſii verſionem extantes, quibus in primis Conſtantinopolitanæ eccleſiæ opportunitatibus conſultum eſt.*

*Horum canon primus eſt de apoſtolorum, pontificum, patrum & eccleſiæ canonibus, decretis & traditionibus ad unguem obſervandis.*

2. *De perpetuo conſervandis, quæ a ſanctiſſimis Romanis pontificibus pro Ignatio contra Photium definita eſſent.*

3. *Ut cultus ſacrarum imaginum firmus conſiſteret.*

4. *Ut quæ collata ſunt Photio, & ipſe in alios contulit ſacra miniſteria, nullius ſint efficaciæ.*

5. *Ne quis laicus in epiſcopalem proveheretur dignitatem, niſi in ordine lectoratus annum unum, duos in ſubdiaconatu, in diaconatu tres, in presbyteratu autem quatuor annos exegerit.*

6. *Ut cuncta res geſta per Photium, potiſſimum in Nicolaum Romanum pontificem, nullius ſint roboris.*

7. *Ne ſacras imagines anathematizati pingere audeant.*

8. *Ne chirographa ab epiſcopis exigantur, niſi ex more, tempore conſecrationis. Hac enim arte Photius ſuam roboravit tyrannidem.*

9. *Ut extorta per Photium hujuſmodi chirographa nullius ſint roboris.*

10. *Itemque, ne quis ante ſententiam ſeparetur a communione proprii patriarchæ.*

11. *Anathematizati etiam ubi ſunt omnes cum Photio credentes duas in uno corpore eſſe animas.*

12. *Statutum eſt etiam iſtud admodum eccleſiæ Dei proficuum, ne favore principum eligantur epiſcopi. Sunt iſta canonis verba: Apoſtolicis*, &c. ut ſupra apud Anaſtaſium.

13. *Ut non niſi qui in eadem eccleſia militarunt, ad majores gradus promoveantur, & non aliunde petiti.*

14. *Ne promoti ad epiſcopatum indecentia obſequia exhibeant magiſtratibus: nimirum ne obviam prodeant procul ab eccleſiis ſuis: non ſe dimittant ab equis vel mulis, vel procidant & adorent; nec intrent ad principes hora prandii, ubi indebita perſolvant obſequia. Sed veneratione digni habeantur, & qui libere errantes principes valeant redarguere.*

15. *Vetantur omnes decimoquinto canone alienare cimelia eccleſiæ, ornamenta ſcilicet, poſſeſſiones vendere, vel dare in emphyteuſin.*

16. *Decimoſexto canone vehementer prohibetur ſacrilegus ille uſus a Michaele imperatore introductus, quo laici, luſus cauſa, ſacra indumenta geſtarent ſacerdotum; de quo ſæpe ſuperius, graviſſimis pœnis ejus criminis reos afficientes.*

17. *Decimusſeptimus ſancitur canon, quo patriarcharum jura in convocandis metropolitanis illibata ſervari vult: execraturque ſancta ſynodus omnes dicentes, invalidas eſſe ſynodos, quibus non interſit perſona principis: monens ut non interſint niſi conciliis œcumenicis principes. Sunt hæc canonis verba: Illud autem tamquam peroſum*, &c. ut ſupra apud Anaſtaſium.

18. *Inde ſtatutum eſt, ut privilegia eccleſiarum conſerventur.*

19. *Utque viſitationes eccleſiarum ſine omni avaritiæ ſuſpicione peragantur.*

20. *Itidem ne ſibi jus dicat epiſcopus in rebus eccleſiaſticis.*

21. *Vigeſimus primus autem ſancitus eſt canon de exhibendo honore & reverentia omnibus patriarchis, præcipue vero Romanæ eccleſiæ ſummo pontifici, de quo ſpeciatim iſta: Neminem debere conſcriptiones contra ſanctiſſimum papam ſenioris Romæ, ac verba complicare, atque componere ſub occaſione, quaſi diffamatorum quorumdam criminum, quod nuper Photius fecit, & ante Dioſcorus. Quiſquis autem*, &c. ut ſupra in verſione Anaſtaſii.

22. *De ſummorum ſacerdotum electione promotiones & conſecrationes epiſcoporum*, &c. ut ſupra in verſione Anaſtaſii

23. *Inſuper ſtatutum, a rebus & perſonis & ſacris actionibus alienæ diœceſis quemlibet abſtinere debere.*

24. *Item illud: Ne archiepiſcopi per alios ſuas eccleſias curent ſuffraganeos.*

25. *Ne qui hactenus adhærentes Photio epiſcopi conſecrati a Methodio ſive Ignatio, etiamſi reſipiſcant, ſpem ullam habeant reſtitutionis epiſcopatus.*

ANNO CHRISTI 870.

26. *Inſuper ut beneficium appellationis ad majores ſedes ſit cuique clerico liberum.*

27. *Ultimo vero loco definitum, ne epiſcopi pallio utantur, niſi loco & tempore congruo: & ne monachi ad epiſcopatum aſſumpti, monaſticum habitum deponant.*

His ſtatutis & comprobatis, facta commemoratione ſeptem aliorum œcumenicorum conciliorum præcedentium eorumque confirmatione adhibita, Manichæorum & Iconomachorum hæreſibus, quæ adhuc alibi vigebant, damnatis, repetitaque ſententia contra Photium prolata, ſacroſancta ſynodus omnium conſenſu feliciſſime abſoluta fuit. Et cum Baſilius imperator binas ad epiſcopos & laicos orationes recitaſſet, primo omnium ſedium patriarchalium legati ſubſcripſerunt: poſt illos Auguſti imperatoris juſſu legatorum * alios epiſcopos ſuam ſubſcriptionem non atramento, ſed potius rubramento, ſive litteris phœniceis expreſſam actis ſynodalibus appoſuerunt.

* ſ. ante alios.

i *Anno decimo*, &c.) Sicut de numero epiſcoporum, ita de tempore hujus ſacroſanctæ ſynodi, doctores graviſſimi errarunt: quem errorem facile evitaſſent, ſi acta germana vidiſſent.

Quo tempore.

## DE HIS QUÆ CONC. ANNEXA SUNT.

### Ex præfatione Raderi.

*Epiſtola quidem encyclica ad ipſum concilium pertinet, quemadmodum & ipſius quoque ſynodi epiſtola ad Hadrianum pontificem, a quo concilium petit decretorum in concilio confirmationem, & pontificiam auctoritatem; haud ignarum, abſque pontificis Chriſti vicarii, ſancti Petri ſucceſſoris auctoritate & ſententia conciliis majeſtatem & fidem concidere.*

*Jam illa Hadriani ad Ignatium epiſtola poſt concilium data, ad controverſiam tantum pertinet, quæ Romanæ eccleſiæ cum Conſtantinopolitana de diœceſi Bulgarum intercedebat, in qua durius a pontifice Ignatius ſæpe eſt acceptus, cui & anathematis fulmen poſtremo intentavit. Sed Ignatium poſt mortem miraculis clarum res ipſa excuſavit, & Baronius eumdem merito defendit, cum illum aliter agere, niſi ſalutis admittendæ periculum adiret, non potuiſſe dicit.*

Anno Chriſti 871.

*Extat & Metrophanis ad Manuelem patricium epiſtola, qua acta Photiana egregie exponuntur.*

*Deinde Stephani papæ ad Baſilium a Photio iterum pſeudopatriarcha penitus perverſum, in qua Marinus pontifex defenditur, & Baſilius imperator acriter perſtringitur.*

*Sequitur poſtea Styliani Neocæſareæ metropolitæ prolixa admodum ad eumdem Stephanum papam epiſtola, qua Photii artes improbæ deteguntur, quemadmodum Romanos legatos Nicolai & Joannis octavi circumvenerit, & bis per fraudem & vim thronum occuparit, Ignatium Baſilio tam inviſum per Santabarenum reddiderit, ut illi per inſidias occultas vitam ademerit.*

*Rogat etiam Stephanum pontificem Stylianus, uti populo ignoſcat, qui per fraudem Photii & legatorum deceptus, Photio rurſus, Ignatio defuncto, adhæſerat.*

*Ad has Styliani, & ſimul Leonis, qui Baſilio patri jam mortuo ſucceſſerat, Stephanus reſpondet; litteras imperatoris a litteris Styliani diſſentire, quod * alteræ affirmarent, Photium fuiſſe ejectum a catholicis, ' alteræ illum ſponte abdicatum, privatam & religioſam vitam ſectari. Petit ergo pontifex ab utraque parte, Leonis, inquam, qui ejecto Photio germanum ſuum Stephanum in ſolium patriarchii induxerat, & Photii qui ejectus erat, ad ſe legatos mitti. Non quod pontifex cauſam Photii dudum damnati probaret, ſed quod Stephanum quoque videret, non ordine creatum eſſe, quod in abdicato Photio litteræ diſſentirent, quæ res merito pontifici ſuſpecta fuit: vide notas concilio ſubjectas. Ad hanc Stephani epiſtolam reſpondet Stylianus, & pontificem quaſi in ſe pugnantem & contraria in eadem epiſtolæ parte dicat, jure Photium exactum & ejectum, cum in poſtrema eumdem affirmet pro legitimo antiſtite habendum. Sed pontifex Stephanus non affirmaret legitimum eſſe Photium patriarcham, vel pro legitimo habendum: ſed cum contraria eſſent de eo perſcripta, alterius patriarchæ promovendi cauſa, hoc per legatos tranſigi apud ſe debere. Quamquam obſcurius litteræ pontificiæ loquantur. Poſtremo rurſum petit Stylianus pro Photianis diſpenſationem.*

* Styliani.
' Leonis.

Plura in notis.

*Styliano reſpondit Formoſus pontifex, cum Stephanus jam deceſſiſſet; generaque lapſorum diſtinguit, & quibus ignoſcendum ſit docet, omniaque cum legatis pontificiis, Capuano, Landulpho & Romano tranſigenda dicit. Subjicitur deinde ſcriptum, quo Stauropatarum, hoc eſt, epiſcoporum contra jusjurandum & chirographum ſuum peccantium, perfidia proponitur & notatur. Quotquot ſint, & quæ genera hominum ſeu epiſcoporum, qui cum Photio communicarunt.*

*Hoc ſcriptum caute legendum eſt. Videntur enim ipſi pontifices notari, quod Photium poſt mortem Ignatii ad patriarchium admiſerint: quod Baronius quoque obſervavit. Joannem enim octavum eo nomine peſſime vulgo audiſſe, papiſſamque appellatum, quod ab eunucho Photio ſe circumveniri decipique paſſus ſit. Id quod ipſe pontifex probe ſenſit: unde in publicum ambonem publice progreſſus, Photium, veteri anathemate renovato, novo inſuper mactavit.*

Anno Chriſti 879.

Joannes papa damnat Photium antea a ſe reſtitutum.

*Exprimuntur deinde ſynodica pontificum decreta in Photium edita.*

*Additur poſtremo octavæ ſynodi œcumenicæ breviarium, quod Conſtantinopoli in porticu ad ingreſſum magnæ eccleſiæ legebatur.*

*In hoc quoque breviario quædam animadverſione & cenſura digna reperiuntur, ubi nempe aſſeritur, eum qui ab uno pontifice ſit ligatus, ab altero ſolvi non poſſe; quodque Joannes Photium abſolvere non potuerit. quod tum demum verum eſt, cum eædem cauſæ in lapſo hærent, ob quas antea fuerat damnatus. Photius autem etiam ſecundo ſedem Conſtantinopolitanam per fraudem occupavit, malisque artibus impetravit diſpenſationem, cum Paulum & Eugenium epiſcopos, poſtea a Joanne octavo damnatus, corrupiſſet, & Joanni ipſi fucum feciſſet. Unde factum eſt, ut catholici Græci Photium nunquam pro abſoluto & reſtituto, legitimoque patriarcha agnoſcerent; Latini vero & Romani pontifices omnibus modis execrarentur.*

*Stylianus porro tandem etiam corruptus, a pontificia auctoritate deſcivit: ad quem Joannes nonus pontifex maximus epiſtolam dedit, quæ breviarium ſequitur, & poſt epiſtolam, epiſtolæ ipſius declaratio cujuſdam ſcholiaſtæ Græci, qui Photium a duodecim pontificibus damnatum ait, quorum primus fuit.*

Stylianus fit Photianus.

| | |
|---|---|
| *Nicolaus I.* | 1 |
| *Hadrianus II. alter.* | 2 |
| *Joannes VIII. tertius.* | 3 |
| *Marinus I.* | 4 |
| *Hadrianus III.* | 5 |
| *Stephanus VI. dictus V.* | 6 |
| *Formoſus* | 7 |
| *Bonifacius VI.* | 8 |
| *Stephanus VII. dictus VI.* | 9 |
| *Romanus I.* | 10 |
| *Theodorus II.* | 11 |
| *Joannes IX. qui anno Chriſti nongenteſimo obiit.* | 12 |

*Auctarium demum concluditur paucis ex Scilitza ſeu Curopalate de eodem Ignatio & Photio, Baſilioque & Leone deſumptis.*

IN

ANNO CHRISTI 870.

# IN EAMDEM CONSTATINOPLIT. & octavam œcumenicam ſynodum

## Observatio Philippi Labbe, S. J.

*Hiſce verbis Latine dumtaxat habetur expreſſa in libello ſynodico, toties a nobis hactenus laudato, ſive ejus appendice a Jo. Pappo addita: exciderunt enim Græca: ἐξίτηλον ἐπὶ τέλος ὑπὸ τῆς ἀρχαιότητος, evanuit præ vetuſtate ſcilicet, aut neſcio quo alio fato, Timeo quippe Danaos &c.*

Synodus œcumenica octava, Conſtantinopoli celebrata; anno tertio piiſſimorum imperatorum, Baſilii & Conſtantini: in qua præſentibus Donato & Stephano epiſcopis, & Marino diacono, lo- B cum tenentibus Hadriani archiepiſcopi ſenioris Romæ, in locum priſtinæ dignitatis reſtitutus eſt Ignatius: eſtque judicatum, nefaria occupatione ſolium patriarchæ tenuiſſe, & reſtituendum eſſe Ignatium. Tum & execratione damnatus Photius: & hoc decretum factum eſt, conſecrationes & promotiones epiſcoporum, clericorum electione ac decreto, & epiſcoporum collegio fieri debere hæc ſancta & univerſalis ſynodus definit & ſtatuit: atque jure promulgavit, neminem laicorum principum vel potentum, ſemet inſerere debere electioni vel promotioni patriarchæ, vel metropolitani, aut cujuslibet epiſcopi.

Græcum ſynodicon vulgato auctius habet V. C. Leo Allatius, unde quæ ſequuntur G. L. exhibuit pagg. 379. & 388. doctiſſimæ exercitationis xvi. in Roberti Creig- C toni Angli præfationem ad lectorem Florentinæ ſynodi Syropulianæ infinitis erroribus ab homine hiſtoriæ recentis rerumque Græciæ parum perito fœdiſſime conſpurcatam. Idem quoque ſynodicon integrum, cum hæc typothetæ traderentur excudenda, commodavit mihi V. C. idemque amiciſſimus Emericus Bigotius deſcriptum ex mſ. codice bibliothecæ Florentinæ S. Laurentii, collatum cum altero in optima charta exarato Danielis Mauclerc, doctoris medici Victoriacenſis.

πι'. Φώτιος γοῦν τὸ καθ' ἑαυτοῦ γνοὺς Νικολάου τοῦ πάπα διάπυρον, Μιχαὴλ συναρπάσας βασιλέα, τὴν * ἀλλοπρόσαλλον κρυφηδὸν συγγραψάμενος ψευδοσύνοδον, καὶ δῆθεν ἀποπληρωτὰς τῶν λοιπῶν πατριαρχῶν συστησάμενος, φωνὰς καὶ ὑπογραφὰς πάντων ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων καὶ ἡγουμένων τῶν ὑπ' αὐτῶν κατεγράψατο, καὶ πατρικίων μὴ καθόλου εἰδότων πότε καὶ πῶς καὶ διότι συγκεκίνηται. δι' ὧν ἁπάντων καθαίρεσιν καὶ ἀναθεματισμὸν τῷ πάπᾳ Ῥώμης Νικολάῳ τῷ θεοσόφῳ ἀπέστειλε διὰ χειρὸς Ζαχαρίου μητροπολίτου Καλχηδόνος καὶ Θεοδώρου Καρίας μετατεθέντος εἰς Λαοδίκειαν.

* In exemplari Bigotiano τὴν ex veteres ad Michaelis verſatile ingenium.

ρα'. Ἀλλ' ἐν ὅσῳ ταῦτα ἐγίνετο, Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως θείᾳ δίκῃ τὸν βίον τελέσαντος, Βασίλειος ὁ φιλόχριστος αὐτοκράτωρ μέγας Ῥωμαίων ἀναγορευθεὶς, καὶ ζήλῳ κυρίου πυρούμενος, ἵνα τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας πάντα ἐξάρῃ τὰ σκάνδαλα, θείαν καὶ ἱερὰν οἰκουμενικὴν ὀγδόην σύνοδον ἐν Κωνσταν- E τινουπόλει συγκροτηθῆναι ἐθέσπισε σύνοδον, ἧς ἐξῆρχον προκαθεζόμενοι Ἀδριανοῦ τοῦ πάπα Ῥώμης, Νικόλαος γὰρ πρὸς κύριον ἐξεδήμησε, τοποτηρηταὶ Στέφανος, καὶ Δονάτος ἐπίσκοποι, καὶ Μαρῖνος διάκονος, Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης Ἰγνάτιος, Μιχαὴλ διάκονος χαρτοφύλαξ καὶ σύγκελλος, Μιχαὴλ τοῦ πάπα Ἀλεξανδρείας τὸν τόπον ἐπέχων, Θωμᾶς ἐπίσκοπος Τύρου Νικολάου Ἀντιοχείας Συρίας, καὶ Ἠλίας μοναχὸς A πρεσβύτερος καὶ σύγκελλος Θεοδοσίου Ἱεροσολύμων, Βασίλειός τε, καὶ Κωνσταντῖνος οἱ εὐσεβέστατοι αὐτοκράτορες. ἥτις ἁγία σύνοδος τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους, καὶ τοὺς ἀνέκαθεν αὐτῶν διὰ μέσου πατέρας μακαρίους ἀνακηρύξασα, Νικολάου, καὶ Ἀδριανοῦ πάπα Ῥώμης τὰ συνοδικὰ ἐπεκύρωσε, καὶ τὸν Φώτιον ἀναθεματίσασα, καὶ τὰ εἰς αὐτὸν, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ ὑπ' αὐτοῦ πάντα γενόμενα, δικαίοις ὅροις ἐκκλησιαστικῆς ἀποβαλλομένη παραδόσεως, καὶ οὕτω θεοπρεπῶς τετελείωτο ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι γενομένη τῆς ἁγίας μεγάλης τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ ἐκκλησίας, ἥνπερ σοφίαν κατονομάζειν * ἐξεπαιδεύθημεν.

* ἄνωθεν

B Photius igitur agnoſcens Nicolai adverſus ſemetipſum concitatam, atque exardeſcentem iracundiam, ad ſe malitioſe Michaele imperatore tracto, & clanculum verſuta illa pſeudoſynodo concinnata, & ac ſi reliquorum patriarcharum oratores adeſſent, vocibus ac inſcriptionibus effictis, necnon omnium epiſcoporum, ſacerdotum, diaconorum & abbatum, qui in ditione illius erant: patriciorum item qui prorſus ignorabant quando, & quomodo, & quare motus ille exortus fuiſſet, depoſitionem & anathematiſmum Nicolao divinitus inſtructo papæ Romano per Zachariam Chalcedonis metropolitam, & Theodorum Cariæ in Laodiceam promotum miſit.

C Interim dum iſta peraguntur, & Michaele imperatore divino judicio vita defuncto, Baſilius Chriſti amans, magnus Græcorum imperator declaratur, qui divino zelo incenſus, ut e Chriſti eccleſia omnia ſcandala ejicerentur, divinam & ſacram œcumenicam ſynodum in urbe Conſtantinopolitana cogi mandavit, in qua præerant præſidentes Hadriani papæ Romani, Nicolaus enim ad Dominum migraverat, locum tenentes Stephanus & Donatus epiſcopi, & Marinus diaconus; Conſtantinopolitanus patriarcha Ignatius papa; Alexandrini locum tenebat Michael diaconus chartophylax, & ſyncellus; Antiocheni Syriæ Nicolai Thomas Tyri epiſcopus; Hieroſolymorum Theodoſii Elias monachus presbyter, & ſyn- D cellus, Baſilius, & Conſtantinus piiſſimi imperatores. Quæ ſancta ſynodus ſanctas & œcumenicas ſeptem ſynodos, & a longinquo tempore inter ipſas beatos patres præconis inſtar deprædicans Nicolai & Adriani papæ Romæ ſynodica confirmavit, & Photium anathemati tradens, quæ in ipſum & per ipſum, & ab ipſo omnia facta, tentataque, juſtis eccleſiaſticæ traditionis definitionibus, rejecit: & ſic, ut Dei cultoribus addecet, peracta, in dextris ſanctæ magnæ ſalvatoris Chriſti eccleſiæ partibus, quam Sapientiam nuncupare didicimus, abſoluta eſt.

## Observatio alia Philippi Labbe, S. J.

E Photius in commentariolo de ſynodis, octavam iſtam ſynodum omnino prætermiſit, ut ſibi ignominioſam, nec aliam quæ apud Græcos pleroſque ſub falſo octavæ ſynodi nomine invaluit, ſubſtinere auſus unquam fuit. Verum eo longe impudentior Nilus metropolita Rhodi ſchiſmaticus in libello de ſynodis, prætérita per ſummum nefas octava œcumenica ſynodo, Photianum conciliabulum imprudentibus objecit, ut monebimus infra commodiori loco, neque hoc tacere debuerant Nili editores. Ejuſdem porro octavæ loco Joannes Zonaras, ac Theodorus in ſuis canonum atque antiquarum ſynodorum collectionibus, quas commentariis explanare conati ſunt, Latrocinalem illam ſynodum a Photio adverſus S. Ignatium celebratam ſubſtituerunt, quæ a Græcis prima & ſecunda dici ſolet, ob eam cauſam quam ſequens Zonaræ præfatio declarabit.

A

# SYNODUS IN TEMPLO SS. apoſtolorum habita, prima & ſecunda nuncupata.

# Η ΣΥΝΟΔΟΣ ΕΝ ΤΩ ΝΑΩ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συστᾶσα ἡ πρώτη καὶ δευτέρα λεγομένη.

## JOA. ZONARÆ PRÆFATIO CUI SUBSCRIBIT DE MORE TH. BALSAMON.

SYNODI hujus inſcriptio ita ſe habet. Sancta, & magna prima, & ſecunda ſynodus Conſtantinopolitana, in templo ſanctorum, & glorioſiſſimorum apoſtolorum congregata. Apud eos ergo qui hanc inſcriptionem legunt, dubitatio exoritur, qua ratione una cum ſit, prima, & ſecunda hæc ſynodus nuncupetur. Igitur, in templo ſanctorum apoſtolorum, quod diximus, ſynodum celebratam, ibique inter orthodoxos, & adverſæ factionis homines habitam diſputationem fuiſſe, ac in ea ſuperiore orthodoxos extitiſſe memorant. Cum vero de iis quæ ultro, citroque diſputata fuerant, ſcripto exarandis conſtitutum eſſet, hæreticos, quippe qui ſe victos, atque e conventu fidelium eliminandos exiſtimari nollent, quæ decreta fuerant, ſcriptis conſignari, ſeditione etiam ob eam cauſam excitata, minime paſſos. Quam quidem ſeditionem eouſque proceſſiſſe, ut eductis quoque gladiis, complures interfecti ceciderint, atque hoc pacto, congreſſum illum, nullo videlicet rei exitu, diremptum. Hinc rurſum temporis intervallo alterum in eodem templo conventum habitum, iterumque de iiſdem rebus diſputatum, dogmaticaque decreta litterarum monumentis commendata tum demum fuiſſe. Atque ex hoc factum ajunt, ut hæc licet una ſynodus, tamen ob patres bis convocatos, prima, & ſecunda merito nominata fuerit. In ſecunda itaque congreſſione, iis quæ diſputata, atque omnium conſenſu decreta fuerant, ſcripto commendatis, ſubjecti quoque canones promulgati fuere.

* Hæc Zonaræ & Balſamonis pſeudo-ſynodus, quam [illegible] appellat Nicol. pap. ep. 8. & aliis, potius una in duas actiones diviſa dici debuit, quam 1. & 2. vocitari. In qua Ignatius depoſitus, atque a Photio contra fas omne peſſime mulctatus. Nicetas in ejus vita. Legatis pontificiis minæ ac terrores intentati. Nicol. epiſtol. 6 & 7. Pontificiæ litteræ quæ recitabantur paſſim interpolatæ a Græcis ac depravatæ. Nicol. ep. 9. [illegible] canon 17. Photius ipſe compoſuit, ut teſtantur Zonar. & Balſ. in quo alii [illegible], ut ſibi conſuleret, adornavit.

Η ΣΥΝΟΔΟΣ αὕτη ἐπιγέγραπται οὕτως, ἡ ἁγία καὶ μεγάλη πρώτη καὶ δευτέρα σύνοδος ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει συστᾶσα ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων. ἀπορεῖν τοίνυν ποιεῖ τοὺς τὴν ἐπιγραφὴν ἀναγινώσκοντας, αὕτη πῶς μία οὖσα πρώτη καὶ δευτέρα καλεῖται. λέγεται τοίνυν σύνοδον ἐν τῷ ῥηθέντι ναῷ ἁγίων ἀποστόλων συγκροτηθῆναι, καὶ διαλεχθῆναι τοὺς ὀρθοδόξους τοῖς ἑτεροδόξοις, καὶ δόξαι τοὺς ὀρθοδόξους ἐπικρατεστέρους, μέλλειν τε γραφῇ παραδοθῆναι τὰ λαληθέντα, τοὺς δ' αἱρετικοὺς μὴ ἀνασχέσθαι γραφῆναι τὰ δόξαντα, ἵνα μὴ φανεῖεν ἡττηθέντες, καὶ ἐκκηρυχθῶσι τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως, καὶ στασιάσαι διὰ τοῦτο, καὶ εἰς τοσοῦτον τὴν στάσιν αὐτοῖς προελθεῖν, ὡς καὶ μέχρι ξιφουλκίας καὶ φόνων χωρῆσαι, καὶ οὕτω διαλυθῆναι τὴν πρώτην ἐκείνην συνέλευσιν, μὴ χωρήσασαν δηλονότι ἀποτέλεσμα. εἶτ' αὖθις παραρρυέντος καιροῦ δευτέραν τῷ αὐτῷ ναῷ γενέσθαι συνέλευσιν, καὶ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν γενέσθαι διάλογον, καὶ τότε συγγραφῆναι τὰ λαληθέντα περὶ δογμάτων. καὶ διὰ τοῦτο φασὶν αὐτὴν μίαν οὖσαν κυρίως, πρώτην καὶ δευτέραν ὀνομασθῆναι, ὡς δὶς γεγονυίας τῆς συνελεύσεως τῶν πατέρων, ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ συγγραφέντων τῶν λαληθέντων καὶ συνδοξάντων, ὅτε καὶ οἱ ὑποτεταγμένοι κανόνες ἐξεφωνήθησαν.

## CANON I.

RES adeo veneranda, & honorabilis, & a beatis, & ſanctis patribus noſtris jam olim pulchre excogitata, monaſteriorum ædificatio, hodie male geritur. Nonnulli enim ſuis copiis, & facultatibus nomen monaſterii imponentes, & eas Deo ſanctificare profitentes, ſe eorum quæ ſunt conſecrata dominos eſſe inſcribunt, & ſola appellatione Deo dedicare machinari decreverunt. Eamdem enim poteſtatem etiam poſt conſecrationem ſibi uſurpare non erubeſcunt, quam prius habere non vetabantur: & tanta rei cauponatio adhibita eſt, ut multa eorum quæ ſunt conſecrata, ab iis ipſis qui conſecrarunt vendita cernantur, & admirationem, & odium iis qui ea vident afferentia: & tantum abeſt ut ullam agant pœnitentiam ob id, quod eorum quæ Deo dedicata ſunt, ſibi poteſtatem attribuant, ut etiam eam ad alios ſine metu tranſmittant. Propterea ergo ſancta definiit ſynodus, ut nemini liceat monaſterium ædificare abſque epiſcopi ſententia, & conſilio. Illo autem ſciente, & permittente, & eam quam debet orationem peragente, ut ab antiquis pie ac religioſe cautum eſt, monaſterium quidem ædificetur: omnia autem quæ ad ipſum pertinent, cum illo ipſo in brevi inſcribantur, & in epiſcopalibus archivis reponantur, nullo modo poteſtatem habente eo qui conſecrat, ſe ipſum præfectum, vel pro ſe alium conſtituere. Si enim eorum quæ quis homini largitur dominus amplius eſſe non poteſt, quomodo eorum quæ quis Deo ſanctificat, & dedicat, ſibi dominium arripere ſinetur?

## ΚΑΝΩΝ α΄.

ΠΡΑΓΜΑ σεμνὸν οὕτω καὶ τίμιον καὶ τοῖς μακαρίοις καὶ ὁσίοις πατράσιν ἡμῶν πάλαι καλῶς ἐπινοηθὲν ἡ τῶν μοναστηρίων οἰκοδομή, κακῶς ὁρᾶται πραττόμενον σήμερον. τινὲς γὰρ ὄνομα μοναστηρίου ταῖς οἰκείαις περιουσίαις καὶ ὑπάρξεσι περιθέμενοι, καὶ Θεῷ καθαγιάζειν ταύτας ἐπαγγελλόμενοι, κυρίους τε τῶν ἀφιερωθέντων ἑαυτοὺς ἀναγράφουσι, καὶ μόνῃ τῇ προσηγορίᾳ τὸ θεῖον ἀφοσιοῦν ἐκμηχανᾶσθαι διεγνώκασι. τὴν αὐτὴν γὰρ ἐξουσίαν καὶ μετὰ τὴν ἀφιέρωσιν οὐκ ἐρυθριῶσι σφετερίζεσθαι, ἣν ἔχειν οὐκ ἐκωλύοντο πρότερον. καὶ τοσαύτη καπηλεία προσετρίβη τῷ πράγματι, ὥστε πολλὰ τῶν ἀφιερωθέντων παρ' αὐτῶν γε τῶν ἀφιερωσάντων καθορᾶται πιπρασκόμενα, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μεταμέλεια, ἐφ' οἷς τῶν ἅπαξ ἀνατεθειμένων Θεῷ τὴν ἐξουσίαν ἑαυτοῖς ἐπιτρέπουσιν, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ταύτην ἀδεῶς παραπέμπουσιν. ὥρισεν οὖν διὰ ταῦτα ἡ ἁγία σύνοδος, μὴ ἐξεῖναι μοναστήριον οἰκοδομεῖν, ἄνευ τῆς τοῦ ἐπισκόπου γνώμης καὶ βουλῆς· ἐκείνου δὲ συνειδότος καὶ ἐπιτρέποντος, καὶ τὴν ὀφειλομένην ἐπιτελοῦντος εὐχήν, ὡς τοῖς πάλαι θεοφιλῶς νενομοθέτηται, οἰκοδομεῖσθαι μὲν τὸ μοναστήριον, μετὰ πάντων δὲ τῶν αὐτῷ προσηκόντων σὺν αὐτῷ ἐκείνῳ βρεβίῳ ἐγκαταγράφεσθαι, καὶ τοῖς ἐπισκοπικοῖς ἀρχείοις ἐναποτίθεσθαι, μηδαμῶς ἄδειαν ἔχοντος τοῦ ἀφιεροῦντος, παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ἑαυτὸν ἡγούμενον, ἢ ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον καθιστᾶν. εἰ γὰρ ἅπερ τις ἀνθρώπῳ χαρίζεται, τούτων οὐκέτι κύριος εἶναι δύναται, πῶς ἅπερ τις Θεῷ καθαγιάζει, καὶ ἀνατίθησι, τούτων ὑφαρπάζειν τὴν κυριότητα παραχωρηθήσεται;

ΚΑ.

## ΚΑΝΩΝ β'.

Ἐπειδή τινὲς τὸν μονήρη βίον ὑποδύεσθαι σχηματίζονται, οὐχ ἵνα Θεῷ καθαρῶς δουλεύσωσιν, ἀλλ' ἵνα τῇ σεμνότητι τοῦ σχήματος δόξαν εὐλαβείας προσλάβωσι, καὶ τῶν οἰκείων ἐπιτυχόντες ἡδονῶν ἄφθονον εὑρίσκωσι τὴν ἀπόλαυσιν· τῶν τριχῶν γὰρ μόνον τὴν ἀποβολὴν ποιούμενοι, ἐν τοῖς οἰκείοις οἴκοις παρεδρεύουσι, μηδεμίαν τῶν μοναχῶν ἀποπληροῦντες ἀκολουθίαν ἢ κατάστασιν· ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος, μηδένα τῶν πάντων τοῦ μοναχικοῦ σχήματος ἀξιοῦν ἄνευ παρουσίας τοῦ ὀφείλοντος αὐτὸν εἰς ὑποταγὴν ἀναδέχεσθαι, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ ἡγεμονίαν, καὶ τῆς ψυχικῆς αὐτοῦ σωτηρίας τὴν πρόνοιαν ἐπαγγέλλεσθαι, ἀνδρὸς ὄντος δηλονότι θεοφιλοῦς, καὶ μονῆς προεστηκότος, καὶ ἱκανοῦ σώζειν ψυχὴν ἀρτίως τῷ Χριστῷ προσαγομένην. εἰ δέ τις φωραθείη ἀποκείρων τινὰ χωρὶς παρουσίας τοῦ εἰς ὑποταγὴν αὐτὸν ὀφείλοντος ἀναλαμβάνειν ἡγουμένου, τοῦτον μὲν καθαιρέσει καθυποβάλλεσθαι, ὡς ἀπειθοῦντα τοῖς κανόσι, καὶ τὴν μοναχικὴν εὐταξίαν διαλύοντα· τὸν δὲ παραλόγως καὶ ἀτάκτως ἀποκαρθέντα, ἐν ὑποταγῇ καὶ μοναστηρίῳ, ἐν ᾧ ἂν ὁ κατὰ τὸν τόπον ἐπίσκοπος δοκιμάσῃ, παραδίδοσθαι. αἱ γὰρ ἄκριτοι καὶ ἐπισφαλεῖς ἀποκάρσεις καὶ τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἠτίμασαν, καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα βλασφημεῖσθαι πεποιήκασιν.

## A CANON II.

Quoniam nonnulli ſe vitam monaſticam ſubire præ ſe ferunt, non ut Deo pure ſerviant, ſed ut propter habitus honeſtatem, pietatis opinionem conſequantur, & ea ratione propriis voluptatibus uberius fruantur (ſolorum enim pilorum jactura facta, propriis domibus aſſident, nullam monachorum vitæ adminiſtrationem, vel conſtitutionem implentes) ſtatuit ſancta ſynodus, ne ullus ex omnibus monaſtico habitu dignus cenſeatur, ſine præſentia ejus, qui illum debet ad obedientiam ſuſcipere, & ſe principatum in illum obtenturum, & ejus animæ ſalutis curam geſturum profiteri: qui ſcilicet eſt vir pius, & præeſt mona- B ſterio, & eſt idoneus ad ſervandam animam, quæ Deo offertur. Si quis autem deprehenſus fuerit aliquem tondens ſine præſentia ejus, qui ipſum debet ad obedientiam ſuſcipere, præfecti, ille quidem depoſitioni ſubjiciatur, ut qui canonibus non pareat, & monaſticum ordinem bene compoſitum diſſolvat. Qui vero inordinate, & præter rationem tonſus eſt, in ſubjectionem, & monaſterium, in quo illius loci epiſcopus melius eſſe duxerit, tradatur. Citra judicium enim factæ, & temerariæ ac præcipites tonſuræ, monaſticum quoque habitum ignominia affecerunt, & ut Chriſti nomen blaſphemiis appeteretur effecerunt.

## ΚΑΝΩΝ γ'.

Καὶ τοῦτο κακῶς πραττόμενον, κατὰ πολὺ δὲ χεῖρον παροράσει καὶ ἀμελείᾳ παραπεμπόμενον τυχεῖν ἐκρίθη διορθώσεως, ἵνα εἴ τις μονῆς προϊστάμενος τοὺς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένους μοναχοὺς ἀποδιδράσκοντας, οὐ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας ἐπιζητοίη, ἢ εὑρίσκων οὐκ ἀναλαμβάνοιτο, καὶ τῇ προσηκούσῃ καὶ καταλλήλῳ τοῦ πταίσματος ἰατρείᾳ τὸ νοσηκὸς ἀνακτᾶσθαι, καὶ ἐπιῤῥωννύειν ἀγωνίζοιτο, τοῦτον ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος ἀφορισμῷ ὑποκεῖσθαι. εἰ γὰρ ζώων ἀλόγων τὴν προστασίαν ἐγχειριζόμενος, καὶ τῆς ποίμνης καταμελῶν, οὐκ ἀτιμώρητος καταλιμπάνεται, τῶν Χριστοῦ θρεμμάτων τὴν ποιμαντικὴν ἀρχὴν καταπιστευθεὶς, καὶ ῥᾳστώνῃ καὶ ῥᾳθυμίᾳ τὴν αὐτῶν σωτηρίαν ἀπεμπολῶν, πῶς οὐ δίκας τοῦ τολμήματος εἰσπραχθήσεται;

## C CANON III.

Id quoque quod male fit, & multo pejus deſpicatui, & negligentiæ mandatur, correctionem oportere aſſequi judicatum eſt. Si quis ergo qui præeſt monaſterio, eos qui ei ſubjecti ſunt monachos non cum multa diligentia requirat, vel inveniens non recipiat, & convenienti lapſuique congruente medicina id quod morbo affectum eſt non recuperat, & confirmare contendit, ſtatuit ſancta ſynodus eum ſegregationi ſubjici. Si enim, cui animalium ratione carentium præfectura credita eſt, gregem negligit, id non impune aufert, is cujus fidei Chriſti pecoris imperium commiſſum eſt, & ſocordia ac negligen- D tia eorum ſalutem venundat, quidni audacis ejus incepti pœnæ ab eo exigentur?

## ΚΑΝΩΝ δ'.

Πολυτρόπως ὁ πονηρὸς τοῦ μοναχικοῦ σχήματος τὸ σεβάσμιον ἐπονείδιστον θεῖναι ἠγωνίσατο, καὶ πολλὴν εὗρεν εἰς τοῦτο συνδρομὴν, τῆς κατασχούσης αἱρέσεως τὸν καιρόν. τὰς γὰρ ἰδίας μονὰς τῇ ἀνάγκῃ τῆς αἱρέσεως οἱ μονάζοντες καταλιμπάνοντες, οἱ μὲν εἰς ἑτέρας, οἱ δὲ εἰς κοσμικῶν ἀνδρῶν μετέπιπτον καταγώγια. ἀλλὰ γὰρ ὅπερ αὐτοὺς δι' εὐσέβειαν τότε πραττόμενον μακαριστοὺς ἀπέφαινεν, εἰς ἔθος ἄλογον μεταπεσὸν, καταγελάστους παρίστησι. πανταχοῦ γὰρ νῦν τῆς εὐσεβείας ἐξηπλωμένης, καὶ σκανδάλων τῆς ἐκκλησίας ἀπηλλαγμένης, ἔτι τινὲς τῶν οἰκείων μοναστηρίων ἀποφοιτῶντες, καὶ καθάπερ τι ῥεῦμα δυσκάθεκτον ὧδε κἀκεῖσε μεταγγιζόμενοί τε καὶ μεταῤῥέοντες, πολλῆς μὲν πληροῦσι τῆς ἀκοσμίας τὰ μοναστήρια, πολλὴν δὲ τὴν ἀταξίαν ἑαυτοῖς συνεισκωμάζουσι, καὶ τῆς ὑποταγῆς τὸ σεμνὸν διασπῶσί τε καὶ καταλυμαίνονται. ἀλλὰ τούτων τὸ ἄστατον τῆς ὁρμῆς καὶ ἀνυπότακτον ἡ ἁγία

## CANON IV.

Multis modis malignus monaſticum venerabilem habitum probroſum efficere contendit, & magnum eam ad rem auxilium invenit ejus, quæ præceſſit, hæreſis tempus. Propria enim monaſteria hæreſis neceſſitate relinquentes monachi, hi quidem ad alia, illi vero etiam ad ſæcularium virorum habitacula ſe transferebant. Verum enim vero, quod tunc ab illis propter pietatem factum, eos laudandos beandoſque effi- E ciebat, in mores a ratione alienos converſum, eos jure deridendos efficit. Cum enim jam ubique terrarum propagata ſit religio, & eccleſia a ſcandalis & offenſionibus liberata, quidam adhuc e ſuis monaſteriis excedentes, & tamquam fluentum aliquod, quod cohiberi non poteſt, nunc illuc ſe conferentes, & confluentes, monaſteria quidem multa immodeſtia replent, & multam ſibi confuſionem petulantiamque afferunt, obedientiæque honeſtatem convellunt ac perdunt. Sed eorum inſtabilem & non ferendam appetitionem reſecans ſancta ſynodus, ſtatuit, ut ſi quis monachus a proprio aufugiens monaſterio, vel

ſe

ſe in aliud monaſterium conferat, vel in ſeculare habitaculum ingrediatur, ipſe & qui eum ſuſcepit ſegregatus ſit, donec qui aufugit, in id monaſterium a quo improbe receſſerat, revertatur. Sed ſi epiſcopus quidem de nonnullorum monachorum pietate & vitæ probitate ab idoneis teſtibus certior factus, in aliud monaſterium ad ejus conſtitutionem eos transferre voluerit, vel in domum ſæcularem, ad eorum, qui inhabitant, ſalutem, traducendos eos cenſuerit, vel in alio quovis loco præficiendos ceteris duxerit, hoc neque iis, qui ſuſcipiunt, nec ipſis monachis fraudi erit.

## CANON V.

QUÆ temere, & ſine judicio ac probatione fiunt, renunciationes, bono monaſtico ordini magnum afferre incommodum invenimus. In monaſticam enim vitam ſe facile injicientes, & ad aſperam, & laborioſam exercitationem ſe ſegniter gerentes, ad carnalem, & voluptariam vitam rurſus miſere revertuntur. Propterea ergo ſtatuit ſancta ſynodus, ut nemo monaſtico habitu dignus putetur, prius quam triennii tempus ad experientiam eis relictum, eos eſſe probatos & tali eſſe vita dignos oſtenderit: Et hæc omni modo obſervari præcepit, præterquam ſi gravis aliquis morbus incidens probationis tempora contrahi coegerit, vel ſi nondum quis ſit vir religioſus, & tamen vitam monaſticam in habitu ſæculari peragat. Tali enim viro ad abſolutam experientiam tempus ſemeſtre ſuffecerit. Si quis autem præter hæc fecerit, præfectus quidem præfectura excidens, perperam obſervati ordinis correctionem, in obedientia, & ſubjectione converſationem inveniat. Qui eſt autem in alio monaſterio monachus, alii monaſterio tradatur, quod monaſticam diſciplinam accurate perfecteque obſervet.

## CANON VI.

MONACHI nihil debent habere proprium: ſed omnia eorum monaſterio adſcribi. Dicit enim beatus Lucas de iis qui credunt in Chriſtum, & monachorum inſtitutionem deſcribunt, quod nemo quidquam eorum quæ aderant, proprium eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Et ideo iis qui monachi eſſe volunt, prius datur facultas de ſuis rebus teſtandi, ac diſponendi, & quibuſcumque velint perſonis, lege ſcilicet non prohibitis, ſua tranſmittendi. Poſtquam enim monachi facti fuerint, omnium bonorum dominium monaſterium habebit, & nullam de rebus propriis curam gerere, vel diſponere eis permiſſum eſt. Si quis autem deprehenſus fuerit, poſſeſſionem aliquam, quæ monaſterio adſcripta fuerit, ſibi privatim attribuere, & acquirendarum poſſeſſionum cupiditati ſervire, ea quidem ab epiſcopo ſeu præfecto recipiatur, & in multorum præſentia vendita, pauperibus & mendicis diſtribuatur. Eum autem qui eam poſſeſſionem, ut olim Ananias, ſurripere meditatus eſt, convenienti pœna caſtigandum eſſe ſancta ſynodus ſtatuit. Clarum eſt autem, quod quæ de viris monachis ſancta ſynodus canonice conſtituit, ea in monachis quoque fœminis valere, & obſervari æquum cenſuit.

A σύνοδος ἀνακόπτουσα, ὥρισεν, ἵνα εἴ τις μοναχὸς τῆς ἰδίας ἀποδράσας μονῆς εἰς ἕτερον μεταπήσῃ μοναστήριον, ἢ εἰς κοσμικὸν εἰσχωμάτῃ καταγώγιον· αὐτός τε καὶ ὁ τοῦτον ὑποδεξάμενος ἀφωρισμένος εἴη, ἕως ἂν ὁ ἀποφυγὼν ἐπανέλθῃ, ἐξ ἧς κακῶς ἐξέπεσε μονῆς. εἰ μέντοι γε ὁ ἐπίσκοπός τινας τῶν μοναχῶν ἐπὶ εὐλαβείᾳ καὶ βίου σεμνότητι μαρτυρουμένους, εἰς ἕτερον μοναστήριον ἐπὶ καταστάσει τῆς μονῆς ἐθελήσει μετακομίσαι, ἢ καὶ εἰς κοσμικὴν οἰκίαν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἐνοικούντων δοκιμάσει καταστῆσαι, ἢ ἀλλαχόσε ἀποδοχήσει ἐπιστῆσαι· τοῦτο οὔτε τοὺς ὑποδεχομένους, οὔτε τοὺς μοναχοὺς ὑποδίκους ποιεῖ.

B
## ΚΑΝΩΝ ε'.

ΤΑΣ ἀκρίτους καὶ ἀδοκιμάστους ἀποταγὰς ἐπὶ πολὺ τὴν μοναχικὴν εὐταξίαν λυμαινομένας εὑρίσκομεν. προπετῶς γάρ τινες εἰς τὸν μονήρη βίον ἑαυτοὺς ἐπιρρίπτοντες, καὶ πρὸς τὸ τραχὺ καὶ ἐπίπονον κατολιγωροῦντες τῆς ἀσκήσεως, ἐπὶ τὸν φιλόσαρκον καὶ φιλήδονον βίον ἀθλίως πάλιν ἐπαναστρέφουσιν. ὥρισεν οὖν διὰ τοῦτο ἡ ἁγία σύνοδος, μηδένα τοῦ μοναχικοῦ καταξιοῦσθαι σχήματος, πρὶν ἂν ὁ τῆς τριετίας χρόνος εἰς πεῖραν αὐτοῖς ἀφεθεὶς, δοκίμους αὐτοὺς καὶ ἀξίους τῆς τηλικαύτης βιοτῆς καταστήσῃ, καὶ τοῦτο κρατεῖν παντὶ τρόπῳ παρεκελεύσατο, πλὴν εἰ μήπου C τις προσπεσοῦσα βαρεῖα νόσος, τὸν χρόνον ἀναγκάσῃ συσταλῆναι τῆς δοκιμασίας. ἢ εἰ μήπω τις εἴη ἀνὴρ εὐλαβὴς καὶ τὸν μοναχικὸν βίον ἐν τῷ κοσμικῷ . . . . σχήματι. ἐπὶ γὰρ τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς εἰς ἀπόπειραν παντελοῦς καὶ ὁ ἑξαμηνιαῖος ἀρκέσει χρόνος. εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα διαπράξεται τὸν μὲν ἡγούμενον τῆς ἡγουμενείας ἐκπίπτοντα, παιδείαν τῆς ἀταξίας τὴν ἐν ὑποταγῇ διαγωγὴν εὑρίσκειν· τὸν δὲ μονάσαντα ἐν ἑτέρᾳ μονῇ τὴν μοναχικὴν ἀκρίβειαν φυλαττούσῃ παραδίδοσθαι.

## ΚΑΝΩΝ ς'.

D ΟΙ μοναχοὶ οὐδὲν ἴδιον ὀφείλουσιν ἔχειν, πάντα δὲ τὰ αὐτῶν προσκληροῦσθαι τῷ μοναστηρίῳ. φησὶ γὰρ ὁ μακάριος Λουκᾶς περὶ τῶν εἰς Χριστὸν πιστευόντων, καὶ τὴν τῶν μοναχῶν πολιτείαν διατυπούντων, ὡς οὐδείς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ᾽ ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά. διὸ τοῖς ἐθέλουσι μονάζειν ἄδεια δίδοται περὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς διατίθεσθαι πρότερον, καὶ οἷς ἂν βούλοιντο προσώποις μὴ κεκωλυμένοις δηλονότι παρὰ τοῦ νόμου τὰ αὐτῶν παραπέμπεσθαι. μετὰ γάρ τοι τὸ μονάσαι, τῶν προσόντων αὐτοῖς ἁπάντων, τὸ μοναστήριον ἔχει τὴν κυριότητα, καὶ οὐδὲν περὶ τῶν οἰκείων φροντίζειν ἢ διατάσσεσθαι τούτοις παρακεχώρηται. εἰ δέ τις φωραθείη κτῆσίν τινα, ἥτις E οὐκ ἀπεκληρώθη τῷ μοναστηρίῳ ἰδιοποιούμενος, καὶ φιλοκτησίας πάθει δουλεύων, ταύτην μὲν παρὰ τοῦ ἡγουμένου ἢ τοῦ ἐπισκόπου ἀναλαμβάνεσθαι, καὶ ἐπὶ πολλῶν παρουσίᾳ πιπρασκομένην, πτωχοῖς καὶ ἀπόροις διανέμεσθαι. τὸν δέ γε τὴν τοιαύτην κτῆσιν κατὰ τὸν παλαιὸν Ἀνανίαν ὑποσυλᾶν μελετήσαντα, τῷ προσήκοντι ἐπιτιμίῳ ἡ ἁγία σύνοδος ὥρισε σωφρονίζεσθαι. δῆλον δὲ ὡς ἅτινα περὶ μοναζόντων ἀνδρῶν ἡ ἁγία σύνοδος ἐκανόνισε, τὰ αὐτὰ καὶ περὶ μοναζουσῶν γυναικῶν κρατεῖν ἐδικαίωσεν.

## ΚΑΝΩΝ ζ.

ΠΟΛΛΑΣ τῶν ἐπισκοπῶν ὁρῶμεν καταπιπτούσας, καὶ ἀφανισμῷ τελείῳ κινδυνευούσας παραδίδοσθαι, ὅτι περ οἱ τούτων προεστηκότες τὴν περὶ αὐτῶν φροντίδα, καὶ ἐπιμέλειαν, εἰς νεουργίας μοναστηρίων καταναλίσκουσι, καὶ τὸν σφετερισμὸν τῶν εἰσόδων ἐκμηχανώμενοι, τὴν ἐκείνων ἐπαύξησιν πραγματεύονται. ὥρισεν οὖν διὰ τοῦτο ἡ ἁγία σύνοδος, μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξεῖναι μοναστήριον ἴδιον ἐπὶ καταλύσει τῆς ἰδίας ἐπισκοπῆς νεουργεῖν. εἰ δέ τις φωραθείη τοῦτο τολμῶν, αὐτὸν μὲν τῷ προσήκοντι ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλεσθαι, τὸ δὲ νεουργηθὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ, ὡς μηδὲ τὴν ἀρχὴν μοναστηρίου δίκαιον ἀπειληφὸς, ὡς ἰδιόκτητον τῷ ἐπισκοπείῳ προσκυροῦσθαι. οὐδὲν γὰρ τῶν παρανόμως καὶ ἀτάκτως παρυφισταμένων τὸ πρόκριμα τῶν κανονικῶς συνισταμένων ἀποφέρεσθαι δύναται.

A

## CANON VII.

MULTOS epiſcopatus ruere, & perpetuo exitio tradi videmus, quod qui eis præſunt, omnem de eis curam, & ſolicitudinem in recentes monaſteriorum extructiones conferunt, & eos divellentes ac diſtrahentes, & ut ad ſe pertineant reditus molientes, ut ipſa augeantur, laborant. Hoc ergo ſtatuit ſancta ſynodus, nulli licere epiſcopo privatum monaſterium ad proprii epiſcopatus perniciem recens excogitare. Si quis autem hoc audere deprehenſus fuerit, ipſum quidem convenienti pœnæ ſubjici: quod ab ipſo autem recens extructum eſt, ut quod nec eſt ab initio jus monaſterii ſortitum, ut privatum epiſcopatui adſcribit. Nihil enim eorum quæ præter leges, & inordinate conſiſtunt, iis quæ canonice conſtituta ſunt, præjudicium afferre poteſt.

## ΚΑΝΩΝ η.

Ο Θεῖος καὶ ἱερὸς τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν, τοὺς ἐκτέμνοντας ἑαυτοὺς αὐτοφονευτὰς κρίνει, καὶ ἱερεῖς μὲν ὄντας, καθαιρεῖ, μέλλοντας δὲ τῆς ἐπὶ ἱερωσύνην προκοπῆς ἀπείργει· δῆλον ἐντεῦθεν καθιστῶν, ὡς εἴπερ ὁ ἑαυτὸν ἐκτέμνων αὐτοφονευτής ἐστιν, ὁ ἕτερον ἐκτέμνων πάντως φονευτής ἐστι. θείη δ᾽ ἄν τις τὸν τοιοῦτον δικαίως καὶ τῆς δημιουργίας αὐτῆς ὑβριστήν. C διόπερ ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος, ὡς εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἀνευνουχίζων τινὰ ἐλεγχθείη, ἢ αὐτοχειρίᾳ, ἢ ἐξ ἐπιτάγματος, τοῦτον καθαιρέσει καθυποβάλλεσθαι. εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφορίζεσθαι, πλὴν εἰ μήπω νοσήματι περιπεσὼν, πρὸς ἐκτομὴν τοῦ πεπονθότος ἐκβιάζοιτο. ὥσπερ γὰρ ὁ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πρῶτος κανὼν τοὺς ἐν νόσῳ χειρουργηθέντας οὐ κολάζει διὰ τὸ νόσημα· οὕτω καὶ ἡμεῖς, οὔτε τοὺς ἱερεῖς ἐπιτάσσοντας τοὺς νοσοῦντας ἀνευνουχίζεσθαι κατακρίνομεν, οὔτε μὴν τοὺς λαϊκοὺς αὐτοχειρίᾳ πρὸς τὴν ἐκτομὴν χρωμένους αἰτιώμεθα. τοῦτο γὰρ ἰατρείαν τοῦ νοσήματος, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπιβουλὴν τοῦ πλάσματος, D ἢ τῆς πλάσεως ὕβριν λογιζόμεθα.

## CANON VIII.

DIVINUS, & ſacer ſanctorum apoſtolorum canon, eos qui ſeipſos caſtrant eſſe ſui homicidas judicat. Et ſi ſint quidem ſacerdotes, deponit; ſi non ſint autem, ne ad ſacerdotium promoveantur prohibet, ex eo aperte ſtatuens, quod ſi is qui ſeipſum execavit ſui eſt homicida, qui alium execat, eſt omnino homicida. Merito autem ſtatuerit quiſpiam eum quoque in opificium contumelioſum videri. Quamobrem decrevit ſancta ſynodus, ut ſi quis epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, caſtrare aliquem convictus fuerit, vel manu propria, vel ſuo juſſu, is depoſitioni ſubjiciatur: ſi ſit autem laicus, ſegregetur, præterquam ſi morbus, qui alicui accidit, ad eum execandum, qui caſtratus eſt, coegerit. Quemadmodum enim Nicænæ primæ ſynodi canon, eos qui in morbo execti ſunt, non punit, propter morbum: ſic, & nos, nec ſacerdotes, qui ægrotos caſtrari mandant, condemnamus, nec laicos, qui propriis manibus ad caſtrationem utuntur, reprehendimus. Hoc enim morbi eſſe medelam, non autem creaturæ inſidias fieri, vel opificium injuria affici exiſtimamus.

Cano. Apoſt. 22. 23. & 24.

## ΚΑΝΩΝ θ.

ΤΟΥ ἀποστολικοῦ καὶ θείου κανόνος τοὺς ἱερεῖς τύπτειν ἐπιχειροῦντας πιστοὺς ἁμαρτήσαντας ἢ ἀπίστους ἀδικήσαντας, καθαιρέσει καθυποβάλλεσθαι διοριζομένου, οἱ τὸν οἰκεῖον ἀποθεραπεύειν μηχανώμενοι θυμὸν, καὶ τὰς ἀποστολικὰς διατάξεις παραχαράσσοντες, τοὺς αὐτοχειρίᾳ τύπτοντας ἐξειλήφασι, μήτε τοῦ κανόνος μηδὲν τοιοῦτον ὑποσημαίνοντος, μήτε τοῦ ὀρθοῦ λόγου τοῦτο ἐπιδέχοντος. μάταιον γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ λίαν ἐπισφαλὲς τὸν αὐτοχειρίᾳ μὲν τρὶς ἢ τετράκις πλήξαντα, καθαιρεῖσθαι, ἀδείας δὲ διδομένης, ἐξ ἐπιτάγματος τύπτειν τὸν E ἀπηνῶς καὶ μέχρι θανάτου τὴν τιμωρίαν ἐπαύξοντα, παρορᾶσθαι ἀτιμώρητον. διόπερ τοῦ κανόνος τὸ τύπτειν ἁπλῶς κολάζοντος, καὶ ἡμεῖς οὕτω συμψηφιζόμεθα. χρὴ γὰρ τὸν Θεοῦ ἱερέα καὶ διδασκαλίαις, καὶ νουθεσίαις, ἔσθ᾽ ὅτε καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἐπιτιμίοις, τὸν ἀτακτοῦντα παιδαγωγεῖν, ἀλλὰ μὴ ταῖς μάστιξι καὶ ταῖς πληγαῖς εἰς τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα ἐπιπηδᾶν. εἰ δέ τινες εἶεν παντελῶς ἀνυποτακτοῦντες καὶ τῷ σωφρονισμῷ τῶν ἐπιτιμίων μὴ ὑπείκοντες, τούτους διὰ τῆς πρὸς τοὺς κατὰ τὸν τόπον ἄρχοντας ἐγκλήσεως, οὐδεὶς κωλύει σωφρονίζεσθαι. καὶ γὰρ

## CANON IX.

CUM apoſtolicus & ſacer canon ſacerdotes, qui verberare aggrediuntur, vel fideles, qui peccarunt, vel infideles qui injuriam fecerunt, depoſitioni ſubjiciat: ii qui ſuæ iræ mederi moliuntur, & apoſtolicas conſtitutiones detorquent, eos intellexerunt, qui ſua manu verberant, nec canone tale quid ſignificante, nec recta ratione hoc intelligere permittente. Etenim revera ineptum, & valde lubricum, ut qui ſua quidem manu ter, vel quater percuſſerit, deponatur, data autem facultate juſſu verberandi, eum qui immaniter, & uſque ad mortem ſupplicium inflicturus eſt, impune id ferre negligi. Quamobrem canone ipſum verberare abſolute puniente, nos quoque ſimul cum eo ita decernimus. Oportet enim Dei ſacerdotem doctrinis, & admonitionibus, nonnunquam autem & pœnis canonicis eum qui ſe immodeſte & inſolenter gerit, inſtituere, ſed non flagellis, & verberibus in hominum corpora inſultare. Si qui autem ſunt morem omnino non gerentes, & pœnarum correctioni non cedentes, eos per vocationem ad ejus loci magiſtratus nemo caſtigari prohibet. Antiochenæ enim ſynodi canon v. eos qui tumultus excitant, & ſeditio-

Can. Apoſt. 26.

ditiones in eccleſia introducunt, per manum ex- A ternam converti oportere ſtatuit.

## CANON X.

QUI ſeipſos tradunt animi perturbationibus, non ſolum quod a ſacris canonibus intentatur ſupplicium non horrent, ſed eis etiam inſultare auſi ſunt. Ipſos enim torquent: & ad ſuam animi perturbationem eorum quoque voluntatem adulterant: ut propter animi ſui motus contentionem, ut inquit Gregorius Theologus, non ſolum ſit eorum malum correctioni non obnoxium, ſed divinum quoque exiſtimetur. Apoſtolicum enim canonem, qui dicit, Vas aureum, vel argenteum, ſanctificatum, vel velum lineum, B nemo in ſuum uſum accipiat: eſt enim præter leges. Si quis autem deprehenſus fuerit, ſegregatione mulctetur. Eum ad ſuorum delictorum patrocinium adſumentes, dicunt eos non oportere judicari depoſitione dignos, qui venerandum ſanctæ menſæ indumentum in propriam tunicam, vel in aliquod aliud veſtimentum transformant. Sed neque eos qui ſanctum calicem, o impietatem, vel venerabilem diſcum, vel ea quæ ſunt iis ſimilia, in proprium uſum inſumunt, vel polluunt. Canon enim, inquiunt, eos qui in hoc incidunt, eſſe ſegregationi non depoſitioni ſubjiciendos æquum cenſuit. Sed quis tantæ perverſitatis, & impietatis magnitudinem ferat? Cum enim canon, eos qui quod ad uſum ſolum C eſt ſanctificatum, & id non ad perfectam rapinam ſibi vendicant, ſegregationi ſubjiciat, ipſi eos qui ſancta ſanctorum rapiunt, & ſacrilegis manibus auferunt, depoſitione liberant: & eos qui ad ciborum miniſterium, ſuo quidem certe judicio, venerabiles diſcos & ſacros calices inquinant, deponendos judicant, non, quamvis ſit apertum piaculum, & clarum eſt, quod qui hæc faciunt, non ſolum in depoſitionem, ſed in extremæ etiam impietatis crimen incidunt. Et ideo ſtatuit ſancta ſynodus, eos qui calicem, aut diſcum, aut ſuſcinulam, aut velum, aut unum aliquod in altari ſacrorum & ſanctorum vaſorum, vel veſtimentorum, ad proprium uſum capiunt, vel ad profanum uſum convertunt, abſolutæ depoſitioni ſubjici. Hoc enim eſt profanare: illud vero ſurripere. Eos quidem certe, qui extra altare, vaſa quædam ſegregata, vel veſtes, ſibi vel D aliis præbent, eos canon quoque ſegregat: & nos una quoque ſegregamus. Eos autem qui plane ſurripiunt, ſacrilegorum condemnationi ſubjicimus.

Greg. Naz. orat. 34. n. 54.

## CANON XI.

PResbyteros, vel diaconos, ſæculares magiſtratus vel curas ſuſcipientes, vel eas quæ in E magiſtratuum ædibus dicuntur, curationes, divini, & ſacri canones depoſitioni ſubjiciunt. Hoc ergo nos quoque confirmantes, de reliquis quoque qui ſunt in clericorum catalogo decernimus: Quod ſi quis eorum ſæcularia officia aſſumat; vel eas quæ in magiſtratuum ædibus vel in ſuburbanis dicuntur, curationes ſuſcipiat, is ex clero expellatur. Nemo enim poteſt, ut eſt Chriſti veri Dei noſtri vox ab ipſo prolata, eaque longe veriſſima, duobus dominis ſervire.

ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου πέμπτος κανών, τοὺς θορυβοῦντας καὶ στάσεις τῇ ἐκκλησίᾳ παρεισάγοντας, διὰ τῆς ἔξωθεν χειρὸς ἐκκανόνισεν ἐπιστρέφεσθαι.

## ΚΑΝΩΝ ι.

ΟΙ τοῖς πάθεσιν ἑαυτοὺς ἐκδότους παραστήσαντες, οὐ μόνον τὴν ἀπὸ τῶν ἱερῶν κανόνων τιμωρίαν οὐ φρίττουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἐκείνων καταρχεῖσθαι πεπολμήκασι. στρεβλοῦσι γὰρ αὐτοὺς, καὶ πρὸς τὸ ἐμπαθὲς αὐτῶν ἀποκιβδηλεύουσι τοῦ θελήματος, ἵνα τῇ φιλοτιμίᾳ τῆς ἐμπαθείας κατὰ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον, μὴ μόνον ἀνεύθυνον αὐτοῖς ᾖ τὸ κακὸν, ἀλλὰ καὶ θεῖον νομίζοιτο. τὸν γὰρ ἀποστολικὸν κανόνα τὸν λέγοντα· σκεῦος χρυσοῦν ἢ ἀργυροῦν ἁγιασθὲν ἢ ὀθόνην, μηδεὶς ἔτι εἰς οἰκείαν χρείαν σφετεριζέσθω, παράνομον γάρ. εἰ δέ τις φωραθείη, ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ. τοῦτο οὖν εἰς συνηγορίαν τῶν οἰκείων παρανομημάτων ἐκλαμβάνοντες, οὐ φασὶ δεῖν καθαιρέσεως ἀξίους κρίνεσθαι τοὺς τὴν σεβασμίαν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐνδυτὴν εἰς οἰκεῖον χιτῶνα, ἢ εἰς ἕτερόν τι τῶν ἀμφίων μετασχηματίζοντας· οὐ μὴν, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς τὸ ἅγιον ποτήριον· ὢ τῆς ἀσεβείας· ἢ τὸν σεπτὸν δίσκον, ἢ τὰ τούτοις παραπλήσια εἰς ἰδίαν ἐκδαπανῶντας χρείαν, ἢ καταχραίνοντας. ὁ γὰρ κανών φασι τοὺς εἰς τοῦτο περιπίπτοντας ἀφορισμῷ μὲν καθυποβάλλεσθαι, ἀλλ' οὐ καθαιρέσει ἐδικαίωσεν. ἀλλὰ τίς ἂν ἀνάσχοιτο τῆς τοσαύτης παραποιήσεως καὶ δυσσεβείας τὸ μέγεθος; τοῦ γὰρ κανόνος τοὺς τὸ μόνον ἁγιασθὲν εἰς χρῆσιν, ἀλλ' οὐκ εἰς τελείαν ἁρπαγὴν σφετεριζομένους τὸν ἀφορισμὸν ἐπιτιμῶντος, αὐτοὶ καὶ τοὺς καθαρπάζοντας καὶ ἱεροσυλοῦντας τὰ τῶν ἁγίων ἅγια, ἐλευθεροῦσι τῆς καθαιρέσεως, καὶ τοὺς εἰς βρωμάτων ὑπηρεσίαν, ὅσον γε τῇ ἐφ' ἑαυτοὺς κρίσει, τοὺς σεβασμίους δίσκους, ἢ τὰ ἱερὰ ποτήρια καταμολύνοντας, ἀκαθαιρέτους εἰσάγουσι, καίτοι φανερῶς καθεστηκότος τοῦ μιάσματος, καὶ δῆλον ὂν, ὡς οἱ τὰ τοιαῦτα πράττοντες οὐ μόνον καθαιρέσεως, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐσχάτης δυσσεβείας τῷ ἐγκλήματι περιπίπτουσι. διόπερ ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος τοὺς τὸ ἅγιον ποτήριον, ἢ τὸν δίσκον, ἢ τὴν λαβίδα, ἢ τὴν σεβασμίαν ἐνδυτὴν, ἢ τὸν λεγόμενον ἀέρα, ἢ ἁπλῶς τοὺς ἕν τι τῶν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ ἱερῶν καὶ ἁγίων σκευῶν ἢ ἀμφιασμάτων εἰς ἴδιον κέρδος ὑφαρπάζοντας, ἢ εἰς χρῆσιν ἀποχρωμένους ἀνίερον, παντελεῖ καθαιρέσει καθυποβάλλεσθαι. τὸ μὲν γάρ ἐστι βεβηλῶσαι, τὸ δὲ συλῆσαι τὰ ἅγια. τοὺς μέντοι τὰ ἔξωθεν τοῦ θυσιαστηρίου ἀφωρισμένα σκεύη τινὰ, ἢ ἄμφια εἰς χρῆσιν ἀνίερον ἑαυτοῖς ἢ ἑτέροις παρέχοντας, τούτους καὶ ὁ κανὼν ἀφορίζει καὶ ἡμεῖς συναφορίζομεν· τοὺς δὲ παντελῶς ἀφαρπάζοντας, τῇ τῶν ἱεροσύλων καταδίκῃ καθυποβάλλομεν.

## ΚΑΝΩΝ ια.

ΤΟΥΣ πρεσβυτέρους ἢ διακόνους κοσμικὰς ἀρχὰς ἢ φροντίδας ἀναδεχομένους, ἢ τὰς ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ἀρχόντων λεγομένας κουρατωρείας, οἱ θεῖοι καὶ ἱεροὶ κανόνες καθαιρέσει καθυποβάλλουσι. τοῦτο οὖν καὶ ἡμεῖς ἐπικυροῦντες, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἐν κλήρῳ κατειλεγμένων διορίζόμεθα, ὡς εἴ τις αὐτῶν κοσμικὰς ἀρχὰς μεταχειρίζοιτο, ἢ τὰς ἐν τοῖς τῶν ἀρχόντων οἴκοις ἢ προαστείοις λεγομένας κουρατωρείας ἀναδέχοιτο, τοῦτον τοῦ οἰκείου κλήρου ἐκδιώκεσθαι. οὐδεὶς γὰρ δύναται, κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν αὐτόλεκτον καὶ ἀψευδεστάτην φωνὴν, δυσὶ κυρίοις δουλεύειν

ΚΑ-

## ΚΑΝΩΝ ιβʹ.

ΤΗΣ ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου τοὺς ἐν τοῖς εὐκτηρίοις οἴκοις ἔνδον οἰκίας οὖσι λειτουργοῦντας ἢ βαπτίζοντας κληρικοὺς παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου καθαιρέσει καθυποβαλλούσης, καὶ ἡμεῖς τοῦτο συμψηφιζόμεθα. τῆς γὰρ ἁγίας ἐκκλησίας ὀρθοτομούσης, καὶ τὸν ἀληθῆ πρεσβευούσης λόγον, καὶ τὸ σεμνὸν τῆς πολιτείας συντηρούσης τε καὶ ἐκδιδασκούσης, ἀπηχὲς καὶ ἀνόσιον παραχωρεῖν τοὺς ἀπαιδευσίᾳ καὶ ἀναρχίᾳ συζῶντας, εἰς τὰς οἰκίας ὑποδυομένους, τὴν ταύτης εὐταξίαν διασπᾷν, καὶ πολλῆς ταραχῆς καὶ σκανδάλων ἀποπληροῦν. διόπερ ἡ νῦν ἱερὰ καὶ θεοσυνέργητος σύνοδος τῇ οἰκουμενικῇ καὶ ἁγίᾳ ἕκτῃ συνόδῳ συμφωνοῦσα, ἀποκεκληρωμένους εἶναι τοὺς ἐν τοῖς εὐκτηρίοις οἴκοις ἔνδον οἰκίας οὖσι λειτουργοῦντας, διωρίσατο, τῆς ἀποκληρώσεως, δηλονότι, παρὰ τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἐπισκόπου αὐτῆς ἀπονεμηθείσης. εἰ δέ τινες παρὰ τούτους, τοῦ ἐπισκόπου μὴ συνδοκοῦντος, εἰς τὰς οἰκίας εἰσπίπτοντες ἅπτεσθαι τῆς λειτουργίας ἀποτολμῶσι, τούτους μὲν καθαιρεῖσθαι· τοὺς δὲ τῆς αὐτῶν κοινωνίας μετασχόντας, τῷ ἀφορισμῷ καθυποβάλλεσθαι.

## CANON XII.

A Cum ſancta, & univerſalis ſancta ſynodus, clericos, qui in oratoriis, quæ ſunt intra domum, celebrant, vel baptizant, præter epiſcopi voluntatem, depoſitioni ſubjiciat, nos quoque idem decernimus. Cum enim ſancta eccleſia recte diſpertiat, veramque rationem defendat, & venerabilem ac honeſtam bonæ inſtitutionis formam doceat, & conſervet, inconcinnum eſt, & ineptum, ut qui in petulantia, & inſolentia ac in inobedientia vitam agunt, domos ſubeuntes, bonum ejus ordinem convellant, & multa perturbatione, & offenſionibus impleant. Et ideo ſacra nunc, & divinitus coacta ſynodus, univerſali ſextæ ſynodo conſentiens, eos qui in B oratoriis, quæ ſunt intra domos, celebrant, clero amotos eſſe ſtatuit, a clero videlicet amotione eis ab ejus loci epiſcopo edita. Si qui autem præter eos, non conſentiente epiſcopo, in domos irruentes, celebrationis miniſterium attingere audeant, ii quidem deponantur: qui vero eorum communionis ſunt participes, ſegregationi ſubjiciantur.

## ΚΑΝΩΝ ιγʹ.

ΤΑΣ τῶν αἱρετικῶν ζιζανίων ἐπισπορὰς ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ ὁ παμπόνηρος καταβαλὼν, καὶ ταύτας ὁρῶν τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος τεμνομένας προῤῥίζους, ἐφ' ἑτέραν ἦλθε μεθοδείας ὁδὸν, τῇ τῶν σχισματικῶν μανίᾳ τοῦ Χριστοῦ σῶμα μερίζειν ἐπιχειρῶν. ἀλλὰ καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν ἐπιβολὴν ἡ ἁγία σύνοδος ἀναστέλλουσα παντελῶς ὥρισε τοῦ λοιποῦ, ἵνα εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ὡς δῆθεν ἐπ' ἐγκλήμασί τισι τοῦ οἰκείου κατεγνωκὼς ἐπισκόπου πρὸ συνοδικῆς διαγνώσεως καὶ ἐξετάσεως, ἀποστῆναι τολμήσει τῆς αὐτοῦ κοινωνίας, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς ἱεραῖς τῶν λειτουργιῶν εὐχαῖς κατὰ τὸ παραδεδομένον τῇ ἐκκλησίᾳ μὴ ἀναφέροι, τοῦτον ὑποκεῖσθαι καθαιρέσει, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἀποστερεῖσθαι τιμῆς. ὁ γὰρ ἐν πρεσβυτέρου τάξει τεταγμένος, καὶ τῶν μητροπολιτῶν ἁρπάζων τὴν κρίσιν, καὶ πρὸ κρίσεως αὐτὸς κατακρίνων, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ, τὸν οἰκεῖον πατέρα καὶ ἐπίσκοπον, οὗτος οὐδὲ τῆς τοῦ πρεσβυτέρου ἐστὶν ἄξιος τιμῆς, ἢ ὀνομασίας. οἱ δὲ τούτοις συνεπόμενοι, εἰ μὲν τῶν ἱερωμένων εἶέν τινες, καὶ αὐτοὶ τῆς οἰκείας τιμῆς ἐκπιπτέτωσαν· εἰ δὲ μοναχοὶ, ἢ λαϊκοὶ, ἀφοριζέσθωσαν παντελῶς τῆς ἐκκλησίας, μέχρις ἂν τὴν πρὸς τοὺς σχισματικοὺς συνάφειαν διαπτύσαντες, πρὸς τὸν οἰκεῖον ἐπίσκοπον ἐπιστραφῶσι.

## CANON XIII.

Hæreticorum zizaniorum ſemina in Dei eccleſia malignus dejiciens, & eas videns gladio ſpiritus excindi radicitus, ad aliam venit inſidiarum viam, ſchiſmaticorum inſania Chriſti corpus dividere aggrediens. Sed & has ejus C inſidias ſancta ſynodus reprimens, omnino definiit deinceps, ut ſi quis presbyter, vel diaconus, ut qui utique ob aliqua crimina proprium epiſcopum condemnarit, ante ſynodalem cognitionem, & examinationem, & perfectam ejus condemnationem, ab illius communione diſcedere auſus fuerit, & ejus nomen in ſacris celebrationum precibus, ut eccleſiæ traditum eſt, non referat, is depoſitioni ſubjiciatur, & omni ſacerdotali honore privetur. Qui enim eſt in ſacerdotali ordine collocatus, & metropolitanorum judicium præripit, & ante judicium, ipſe quantum in ſe eſt, proprium D patrem, & epiſcopum condemnat, is nec presbyteri honore, nec nomine dignus eſt. Qui autem eos conſequuntur, ſi ſint quidem ex iis qui ſunt ſacris initiati, ipſi quoque a proprio honore excidant: ſin autem ſint laici vel monachi, ex eccleſia omnino ſegregentur, donec cum ſchiſmaticis conjunctionem reſpuentes, ad proprium epiſcopum reverſi fuerint.

## ΚΑΝΩΝ ιδʹ.

ΕΙ τις ἐπίσκοπος ἐγκλήματος πρόφασιν ποιούμενος τοῦ οἰκείου μητροπολίτου πρὸ συνοδικῆς διαγνώσεως ἀποστήσει ἑαυτὸν τῆς πρὸς αὐτὸν κοινωνίας, καὶ μὴ ἀναφέρει τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατὰ τὸ εἰθισμένον ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ, τοῦτον ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος καθῃρημένον εἶναι, εἰ μόνον ἀποστὰς τοῦ οἰκείου μητροπολίτου, σχίσμα ποιήσει. δεῖ γὰρ ἕκαστον τὰ οἰκεῖα μέτρα γινώσκειν, καὶ μήτε τὸν πρεσβύτερον καταφρονεῖν τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου, μήτε τὸν ἐπίσκοπον τοῦ οἰκείου μητροπολίτου.

## CANON XIV.

Si quis epiſcopus metropolitani crimen prætexens, ante ſynodalem cognitionem, ſeipſum ab ejus communione ſubduxerit, & no- E men ejus, non, prout divini myſterii celebrationi eſt conſuetum, referat, ſancta ſynodus eum depoſitum eſſe ſtatuit, ſi tantum convictus fuerit a proprio metropolitano receſſiſſe, & ſchiſma feciſſe. Oportet enim unumquemque proprias partes cognoſcere, & nec presbyterum proprium epiſcopum contemnere, nec epiſcopum proprium metropolitanum.

## ΚΑΝΩΝ ιεʹ.

ΤΑ ὁρισθέντα ἐπὶ πρεσβυτέρων καὶ ἐπισκόπων καὶ μητροπολιτῶν πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ πατριαρχῶν ἁρμόζει, ὥστε εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος,

## CANON XV.

Quæ de presbyteris, & epiſcopis, & metropolitanis conſtituta ſunt, multo magis etiam in patriarchis conveniunt. Quam-

obrem ſi quis presbyter , vel epiſcopus, vel me-A tropolitanus a ſui patriarchæ communione rece-dere auſus fuerit , & nomen ejus non , ut in divini myſterii celebratione conſtitutum eſt , & ordinatum , referat , ſed ante ſynodale decre-tum , & perfectam ejus condemnationem , ſchiſ-ma fecerit , ſtatuit ſancta ſynodus eum eſſe ab omni ſacerdotio alienum , ſi in hoc ſolum deli-quiſſe convictus fuerit . Et hæc quidem conſti-tuta :, & obſignata ſunt , de iis qui aliquorum criminum prætextu a propriis præſulibus rece-dunt , & ſchiſma faciunt , & eccleſiæ unionem convellunt . Qui enim propter hæreſim aliquam a ſanctis patribus vel ſynodis condemnatam , ſe a præſulis communione ſeparant , illo hæreſim ſcilicet publice prædicante , & nudo capite in B eccleſia docente , ii non ſolum canonicæ pœnæ non ſubjicientur , ante ſynodalem cognitionem , ſeipſos a communione ejus , qui epiſcopus dici-tur , ſejungentes : ſed & honore qui orthodoxis convenit , digni habebuntur . Non enim epiſco-pos , ſed pſeudepiſcopos doctores condemnarunt : & non ſchiſmate eccleſiæ unionem conſciderunt , ſed a ſchiſmatibus , & diviſionibus eccleſiam li-berare ſtuduerunt .

ἢ μητροπολίτης τολμήσειεν ἀποστῆναι τῆς πρὸς τὸν οἰκεῖον πατριάρχην κοινωνίας, καὶ μὴ ἀναφέροι τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατὰ τὸ ὡρισμένον καὶ διατεταγμένον ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ, ἀλλὰ πρὸ ἐμφανείας συνοδικῆς, καὶ τελείας αὐτοῦ καταχρίσεως σχίσμα ποιήσει, τοῦτον ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος πάσης ἱερατείας παντελῶς ἀλλότριον εἶναι, εἰ μόνον ἐλεγχθείη τοῦτο παρανομήσας. καὶ ταῦτα μὲν ἐσφράγισται, καὶ ὥρισται περὶ τῶν προφάσει τινῶν ἐγκλημάτων τῶν οἰκείων ἀφισταμένων προέδρων, καὶ σχίσματα ποιούντων, καὶ τὴν ἕνωσιν τῆς ἐκκλησίας λυόντων. οἱ γὰρ διαίρεσίν τινα παρὰ τῶν ἁγίων συνόδων ἢ πατέρων κατεγνωσμένην τῆς πρὸς τὸν πρόεδρον κοινωνίας ἑαυτοὺς διαστέλλοντες, ἐκείνου τὴν αἵρεσιν δηλονότι δημοσίᾳ κηρύττοντος, καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἐπ᾽ ἐκκλησίᾳ διδάσκοντος, οἱ τοιοῦτοι οὐ μόνον τῇ κανονικῇ ἐπιτιμήσει οὐχ ὑποκείσονται, πρὸ συνοδικῆς διαγνώσεως ἑαυτοὺς τῆς πρὸς τὸν καλούμενον ἐπίσκοπον κοινωνίας ἀποτειχίζοντες, ἀλλὰ καὶ τῆς πρεπούσης τιμῆς ὀρθοδόξοις ἀξιωθήσονται. οὐ γὰρ ἐπισκόπων, ἀλλὰ ψευδεπισκόπων, καὶ ψευδοδιδασκάλων κατέγνωσαν, καὶ οὐ σχίσματι τὴν ἕνωσιν τῆς ἐκκλησίας κατέτεμον, ἀλλὰ σχισμάτων καὶ μερισμῶν τὴν ἐκκλησίαν ἐσπούδασαν ῥύσασθαι.

## CONON XVI.

PRopter contentiones & tumultus , qui in Dei eccleſia contingunt , hoc quoque eſt C definire neceſſarium , ut epiſcopus nullo modo conſtituatur in eccleſia , cui qui præeſt , adhuc vivit , & eſt adhuc in proprio honore conſtitu-tus , niſi epiſcopatui ſua ſponte renunciaverit . Oportet enim cauſam ejus , qui eſt epiſcopatu expellendus , canonice examinatam ad finem prius deduci : deinde poſt ejus depoſitionem , alterum in ejus epiſcopatum provehi. Si quis autem epiſcopus in proprio honore conſtitutus , nec vult renunciare , nec proprium populum paſcere , ſed a ſuo epiſcopatu recedens , pluſ-quam ſex menſibus in alio loco degat , nec re-gio juſſu detentus , nec ſui patriarchæ miniſterio deſerviens , neque a gravi morbo , & qui ut omnino moveri non poſſit efficiat , retentus , D is nulla ex ſupra dictis cauſa prohibitus , & a ſuo epiſcopatu abſens , & ultra ſemeſtre tempus in alio loco degens , ab epiſcopi dignitate & honore omnino alienabitur . Eum enim qui ſuæ fidei commiſſum gregem negligit & in alio loco ſupra ſemeſtre tempus degit , ſtatuit ſancta ſy-nodus , ut a ſacerdotio , per quod paſcere or-dinatus eſt , alienus omnino conſtituatur , & in ejus epiſcopatus locum , alius pro ipſo promo-veatur.

## ΚΑΝΩΝ ιϛʹ.

ΔΙΑ τὰς φιλονεικίας τε καὶ ταραχὰς τὰς ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ συμβαινούσας, καὶ τοῦτο ὁρίσαι ἀναγκαῖόν ἐστι. τὸ, μηδένα ἐξόπω ἐπίσκοπον κατασταθῆναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἧς ἔτι ὁ προεστὼς ζῇ, καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ συνίσταται τιμῇ, εἰ μὴ αὐτὸς ἑκὼν τὴν ἐπισκοπὴν παραιτήσεται. δεῖ γὰρ χρὴ πρότερον τὴν τοῦ αἰτίαν μέλλοντος τῆς ἐπισκοπῆς ἐκδιώκεσθαι, κανονικῶς ἐξεταζομένην εἰς πέρας ἄγεσθαι, εἶθ᾽ οὕτως μετὰ τὴν αὐτοῦ καθαίρεσιν ἕτερον ἀντ᾽ αὐτοῦ εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προβιβάζεσθαι. εἰ δέ τις τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ ἰδίᾳ συνιστάμενος τιμῇ μήτε παραιτεῖσθαι βούλοιτο, μήτε τὸν οἰκεῖον ἐθέλοι ποιμαίνειν λαὸν, ἀλλὰ τῆς οἰκείας ἀποστὰς ἐπισκοπῆς ὑπὲρ τὸ ἑξάμηνον ἐν ἑτέρῳ διατρίβοι τόπῳ, μήτε βασιλικῷ προστάγματι κατεχόμενος, μήτε ταῖς τοῦ οἰκείου πατριάρχου λειτουργίαις ὑπηρετούμενος, μήτε μὴν ὑπὸ νόσου χαλεπῆς τὴν ἀκινησίαν ἐμποιούσης παντελῶς συνεχόμενος, ὁ τοιοῦτος ὢν ὁ κατὰ μηδεμίαν τῶν εἰρημένων προφάσεων κωλυόμενος, τῆς οἰκείας ἀφιστάμενος ἐπισκοπῆς, καὶ ὑπὲρ τὸν ἑξαμηναῖον χρόνον ἐν ἑτέρῳ τόπῳ χρονοτριβῶν, τῆς τοῦ ἐπισκόπου τιμῆς τε καὶ ἀξίας ἀλλοτριωθήσεται παντελῶς. τὸν γὰρ τῆς ἐμπιστευθείσης αὐτῷ καταμελοῦντα ποίμνης, καὶ ἐν ἑτέρῳ ὑπὲρ τὸ ἑξάμηνον χρονοτριβοῦντα τόπῳ, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης δι᾽ ἧς ποιμαίνειν ἐτάχθη, παντελῶς ἀλλότριον καθεστάναι, καὶ εἰς τὸν αὐτοῦ τῆς ἐπισκοπῆς τόπον ἕτερον E ἀντ᾽ αὐτοῦ καταλέγεσθαι.

## CANON XVII.

IN omnibus boni eccleſiaſtici ordinis curam ge-rentes , hoc quoque definire neceſſarium du-ximus , ut nullus deinceps laicus , vel monachus repente ad epiſcopalem altitudinem eveheretur , ſed in eccleſiaſticis gradibus primum examina-tus , ſic epiſcopalis dignitatis ordinationem ſu-ſciperet . Etſi enim huc uſque quidam ex mo-nachis & laicis , exigente neceſſitate , epiſco-pali honore ſtatim digni facti ſunt , qui & vir-tute excellenti fuere , & ſuam eccleſiam in al-

## ΚΑΝΩΝ ιζʹ.

ΕΝ πᾶσι τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας φροντίζοντες, καὶ τοῦτο ὁρίσαι ἀναγκαῖον ἐθέμεθα, ὥστε τοῦ λοιποῦ μηδένα τῶν λαϊκῶν ἢ μοναχῶν ἀθρόον εἰς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ὕψος ἀνάγεσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς βαθμοῖς ἐξεταζόμενον πρότερον, οὕτω τῆς ἐπισκοπῆς τὴν χειροτονίαν ὑποδέχεσθαι. εἰ γὰρ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀπὸ τῶν λαϊκῶν ἢ μοναχῶν τινες ἀπαιτούσης χρείας παραυτίκα τιμῆς ἄξιοι γεγόνασιν ἐπισκοπικῆς, ἀρε-

τῇ

τῇ τε διαφρέψαντες, καὶ τὴν κατ' αὐτοὺς ἐκκλησίαν ὑψώσαντες, ἀλλὰ τὸ σπάνιον, οὐδαμοῦ νόμον τῆς ἐκκλησίας τιθέμενοι, ὁρίζομεν τοῦ λοιποῦ μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι· εἰ μὴ κατὰ λόγον ὁ χειροτονούμενος τῶν ἱερατικῶν προέλθοι βαθμῶν ἑκάστῳ τάγματι τὸν νενομισμένον χρόνον ἀποπληρῶν.

## ΚΑΝΟΝΕΣ ΕΚΤΕΘΕΝΤΕΣ ΠΑΡΑ τῆς ἁγίας συνόδου.

Τῆς ἐν τῷ περιωνύμῳ καὶ ἐπωνύμῳ ναῷ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας συστάσης, καὶ τὴν ἑβδόμην οἰκουμενικὴν σύνοδον ἐπιβεβαιωσάσης, πᾶσαν δὲ σχισματικὴν καὶ αἱρετικὴν πλάνην ἀπελασάσης.

### ΚΑΝΩΝ α'.

ΩΡΙΣΕΝ ἡ ἁγία σύνοδος, ὥστε εἴ τινες τῶν ἐξ Ἰταλίας κληρικῶν, ἢ λαϊκῶν, ἢ ἐπισκόπων, ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἢ Εὐρώπῃ, ἢ Λιβύῃ διατρίβοντες, ὑπὸ δεσμὸν, ἢ καθαίρεσιν, ἢ ἀναθεματισμὸν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα ἐγένοντο Ἰωάννου, ἵνα εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι καὶ παρὰ Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῷ αὐτῷ τῆς ἐπιτιμίας ὅρῳ, τουτέστιν ἢ καθῃρημένοι, ἢ ἀνατεθεματισμένοι, ἢ ἀφωρισμένοι, οὓς μέντοι Φώτιος ὁ ἁγιώτατος ἡμῶν πατριάρχης κληρικοὺς, ἢ λαϊκοὺς, ἢ τοῦ ἀρχιερατικοῦ καὶ ἱερατικοῦ τάγματος, ἐν οἱᾳδήποτε παροικίᾳ ὑπὸ ἀφορισμὸν, ἢ καθαίρεσιν, ἢ ἀναθεματισμὸν ποιήσῃ· ἵνα ἔχῃ αὐτοὺς καὶ ὁ ἁγιώτατος πάπας Ἰωάννης, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν ἁγία τοῦ Θεοῦ Ῥωμαίων ἐκκλησία ἐν τῷ αὐτῷ τῆς ἐπιτιμίας κρίματι μηδὲν τῶν προσόντων πρεσβείων τῷ ἁγιωτάτῳ θρόνῳ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, μηδὲ τῷ ταύτης προέδρῳ τὸ σύνολον καινοτομουμένων, μήτε νῦν, μήτε εἰς τὸ μετέπειτα.

### ΚΑΝΩΝ β'.

ΕΙ καὶ μέχρι νῦν ἔνιοι τῶν ἀρχιερέων εἰς τὸ τῶν μοναχῶν κατιόντες σχῆμα ἐπὶ τῷ τοῦ ἀρχιερωσύνης ἐβιάζοντο διαμένειν ὕψει, καὶ τοῦτο πράττοντες παρεωρῶντο, ἀλλ' οὖν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος αὕτη, καὶ τοῦτο ῥυθμίζουσα τὸ παρόραμα, καὶ πρὸς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς τὴν ἄτακτον ταύτην ἐπανάγουσα πρᾶξιν, ὥρισεν, ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ εἴ τις ἄλλος τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος πρὸς τὸν μοναδικὸν θελήσειε κατελθεῖν βίον, καὶ τὸν τῆς μετανοίας τόπον ἀναπληρῶσαι, μηκέτι τοιοῦτον τῆς ἀρχιερατικῆς ἀντιποιεῖσθαι ἀξίας. αἱ γὰρ τῶν μοναχῶν συνθῆκαι ὑποταγῆς ἐπέχουσι λόγον, καὶ μαθητείας, ἀλλ' οὐχὶ διδασκαλίας ἢ προεδρίας, οὐδὲ ποιμαίνειν ἄλλους, ἀλλὰ ποιμαίνεσθαι ἐπαγγέλλονται. διὸ, καθὰ προείρηται, θεσπίζομεν, μηκέτι τινὰ τῶν ἐν ἀρχιερατικῷ καταλόγῳ καὶ ποιμένων ἐξεταζομένων, εἰς τὴν τῶν ποιμαινομένων καὶ μετανοούντων χώραν ἑαυτὸν καταβιβάζειν. εἰ δέ τις τοῦτο τολμήσειε πρᾶξαι μετὰ τὴν ἐκφώνησιν, καὶ διάγνωσιν τῆς νῦν ἐκπεφωνημένης ψήφου, αὐτὸς ἑαυτὸν τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀποστερήσας βαθμοῦ, οὐκέτι πρὸς τὸ πρότερον, ὅπερ δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἠθέτησεν, ἀξίωμα ἀναστρέψει.

### ΚΑΝΩΝ γ'.

ΕΙ τις τῶν λαϊκῶν ἀρχῇ χρησάμενος, καὶ καταφρονήσας μὲν τῶν θείων καὶ βασιλικῶν προσταγμάτων, καταγελάσας δὲ καὶ τῶν φρικτῶν τῆς ἐκκλησίας θεσμῶν τε καὶ νόμων τολμήσειεν ἐπίσκοπόν τινα τύψαι ἢ φυλακίσαι, ἢ χωρὶς αἰτίας, ἢ καὶ συμπλασάμενος αἰτίαν, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

A tum extulere, id tamen quod raro evenit, eccleſiæ legem nequaquam ſtatuentes, decernimus, ut id deinceps minime fiat, niſi is qui rite ordinatur, per gradus ſacerdotales proceſſerit, in unoquoque ordine tempus præſtitutum adimplens.

## CANONES EDITI A SANCTA SYNODO,

Quæ in celeberrimo templo, cui nomen a vera Dei ſapientia inditum, congregata fuit, & ſeptimam œcumenicam ſynodum confirmavit, omneſque ſchiſmaticorum, ac hæreticorum errores depulit.

### CANON I.

B STATUIT ſancta & univerſalis ſynodus, ut ſi qui ex Italiæ clericis, vel laicis, vel epiſcopis, in Aſia, vel Europa, vel Libya verſantes, ſub vinculo, vel depoſitione, vel anathematizatione apud ſanctiſſimum papam Joannem fuerunt, ut ii quoque ſint ejuſmodi etiam apud Photium ſanctiſſimum patriarcham Conſtantinopolitanum in eadem pœnæ definitione, id eſt, vel depoſiti, vel anathematizati, vel ſegregati: & quos Photius quidem ſanctiſſimus noſter patriarcha, clericos, vel laicos, vel epiſcopalis, vel ſacerdotalis ordinis, in quacunque parochia, ſegregationi, vel depoſitioni, vel anathematizationi ſubjecerit, ſanctiſſimus quoque papa Joannes, & ſancta Dei C Romanorum eccleſia eoſdem in eodem pœnæ judicio habeat, privilegiis, quæ adſunt ſanctiſſimæ Romanorum eccleſiæ ſedi, & ejus antiſtiti, nihil penitus innovatis, nec nunc, nec in poſterum.

*Hæc alia eſt pſeudoſynodus octava, de qua multa item mendacia Photii impoſtoris circumferuntur. Celebrata fuit anno Chriſti 879 Joannis papæ 8 qui in hac ſynodo tanta facilitate uſus, ut deluſus a Photio eunucho eſt, ut eum eo ſomine, quam vero ſimiliorem eſſe adverſarii ſui calumniat. In hac ſynodo Photius reſtituitur, & altera germana ſynodus ſub Hadriano quantum in ipſo Photio fuit, infirmata Act. Syn. Joann. epiſt. 199. 200 201. 203. Damnata fuit apertiſſime ab eodem Joanne cum ipſomet Photio. Joa. ep. 250. & 251. Hoc canone quem Græci lambunt, & illigariunt, intercepta appellationes ad pontificem, itaque auctoritas apoſtolicæ ſedis ſublata, nimirum commento, & vanitate Photii calliduſſimi veteratoris.*

### CANON II.

ETIAM ſi hucuſque nonnulli antiſtites, qui ad monachorum habitum deſcenderant, ut in epiſcopali faſtigio manerent, vim adhibuerunt, & cum hoc facerent, neglecti ſunt: ſancta tamen, & univerſalis hæc ſynodus, hanc negligentiam quoque corrigens, & ad ritus eccleſiaſticos hanc inordinatam actionem re- D digens, ſtatuit, ut ſi quis epiſcopus, vel aliquis alius ex pontificali dignitate, voluerit ad vitam monaſticam deſcendere, vel pœnitentiæ locum implere, ne amplius antiſtitis dignitatem uſurpet. Monachorum enim profeſſiones, ſubjectionis, & diſcendi cupiditatis rationem habent, non autem doctrinæ vel primatus: nec alios paſcere, ſed ipſos paſci profitentur. Et ideo quemadmodum prædictum eſt, decernimus, ut nemo eorum, qui in epiſcopalem paſtorumque catalogum relatus eſt, ad eorum qui paſcuntur, & agunt pœnitentiam, locum ſe demittat. Si quis autem hoc facere auſus fuerit, poſt denuntiationem, & declarationem E hujus editæ ſententiæ, ipſe, qui ſeipſum epiſcopali gradu privavit, non amplius ad priorem, quam factis deſpicatui habuit, dignitatem revertetur.

### CANON III.

SI quis laicus auctoritate uſus, divinis quidem, & regiis juſſis contemptis, reverendiſque eccleſiæ ritibus, & legibus irriſis, aliquem epiſcopum verberare auſus fuerit, vel in cuſtodiam tradere, vel ſine cauſa, vel aliqua conficta cauſa, is ſit anathema.

# a CONCILIUM APUD VERMERIAM,

## IN QUO ACCUSATUS HINCMARUS EPISCOPUS Laudunenſis ad ſedem apoſtolicam appellavit, anno DCCCLXIX.

Ex editione P. Sirmondi.

*Hincmaro Laudunenſi, Hincmari Rhemenſis nepoti, tria maxime ut ex variis utriuſque ſcriptis liquet, objici ſolebant, excommunicationes quædam immoderatæ & injuſtæ, ſacramenta regi non obſervata, & beneficia per vim & injuriam quibuſdam ablata. Inſenſum autem præ ceteris habuit Hincmarum patruum, tum, Hincmaro inſtigante, Carolum quoque regem. Quare in hac primum ſynodo accuſatus, cum difficilem ſibi exitum fore ſentiret, ad ſedem apoſtolicam appellavit. Romam tamen, quo etiam ab Hadriano papa vocabatur, ut ire liceret, non obtinuit. De hac itaque ſynodo accipienda ſunt, quæ Hincmarus ſenior adverſus nepotem c. 8. ſcribit his verbis:* Nam & quando principalis poteſtas, nec non & omnis præfectura totius regni ſui, inſolentia tua exigente, contra te fuerunt commotæ in Vermeria palatio, iterum inde ſcriptum quod legiſti, porrexi. *Appellationis vero ſuæ apud Vermeriam, Romanæque profeſſionis inhibitæ, meminit Hincmarus ipſe in pittacio, quod ad patruum de ea re ſcripſit poſt ſynodum Attiniacam.* Unde vos nunc, *inquit*, pro amore Dei omnipotentis, & reverentia ſancti Petri, expoſco, ſicut & in eadem ſynodo in eadem Attiniaco a vobis convocata, quod & impetrare non valui, expoſtulavi, & jam etiam per integrum efflagitavi annum, & præcipue in ſynodo apud Vermeriam palatium olim ab horno habita obſecrando declamavi, nunc quoque & obſecro, & item declamo, ut & hactenus egi; quo veſtra archiepiſcopali auctoritate apud domini noſtri glorioſiſſimi regis Caroli clementiam obtineatis, quatenus domni & univerſalis papæ Hadriani præceptis ac inſtitutionibus eccleſiaſticis mihi, ut omnibus expedit, veluti ei qui de omni eccleſia fas habet judicandi, liceat obedire; videlicet ut limina ſanctorum apoſtolorum, Petri ſcilicet ac Pauli, merear, ut devovi, & ab eodem inſuper vocatus ſum, penetrare. Alioquin me vobis abhinc, ut archiepiſcopo coepiſcopus obtemperare debet, canonice ſciatis obſequi non poſſe.

### PRÆCEPTORUM REGIORUM in favorem Carrofenſis monaſterii confirmatio in conventu apud palatium Vermeriam Remenſis provinciæ, ſive, ut in ipſo inſtrumento dicitur, diœceſis, anno Chriſti DCCCLXIX.

* Pro, cohibentibus, hoc eſt, conniventibus.

CUm canonum ſanctionibus * cohibentibus & ſereniſſimo regum Carolo orthodoxo annuente & invitante, anno incarnationis dominicæ DCCCLXIX. indictione II. regni ſupradicti principis 29. conveniſſemus nos ſuffragante Chriſti gratia epiſcopi, quorum nomina ſubter habentur, in Rhemenſem diœceſim apud palatium Vermeriam, prætaxatuſque rex pridie Kalendas Maii medio noſtrum ſancta reſideret in ſynodo, venerabilis Carrofenſis monaſterii abbas Guillelmus noſtro conventui præcepta obtulit, qualiter ipſe rex ad deprecationem Gumbaldi & Valafredi abbatum tria monaſteria integra prædicto monaſterio conceſſerat: quorum unum dicitur Colonus in pago Alninſe ſitum: alterum in honore S. Saturnini conſtructum in pago Andegavenſi: tertium in pago Sanctonico in honore S. Florentii martyris, & præterea villas Fraxinidum & Montiniacum confirmaverat. Quæ omnia recitata in ſynodo confirmantur epiſcopis manu propria ſubſcribentibus.

Hincmarus Rhemorum archiepiſcopus.
VVanilo Rotomagenſis archiepiſcopus.
Egilo Senonenſis archiepiſcopus.
Frotarius Burdegalenſis archiepiſcopus.
Herardus Turonenſis archiep.
Remigius Lugdunenſis archiep.
Arduinus Veſuntionenſis archiep.
Vulfadus Bituricenſis archiep.
Odo Belvacenſis epiſcopus.
Ercambertus Bajocenſis epiſcopus.
Seginandus Conſtantienſis epiſc.
Æneas Parienſis epiſc.
Fulcricus Tricaſſenſis epiſc.
Rothadus Sueſſionenſis epiſc.
Abbo Nivernenſis epiſc.
Hilmeradus Ambianenſis epiſc.
Erpuinus Silvanectenſis epiſc.
Hildegarius Meldenſis epiſc.
Actardus Nannetenſis epiſc.
Iſaac Lingonenſis epiſc.
Helias Engoliſmenſis epiſc.
Rahinelmus Noviomagenſis epiſc.
Chriſtianus Antiſſiodorenſis epiſc.
Joannes Cameracenſis epiſcopus.
VValterius Aurelianenſis epiſc.
VVillebertus Catalaunenſis epiſc.
Hildebrandus Sajenſis epiſc.
Hilduinus Ebroicenſis epiſc.
Giſlebertus Carnotenſis epiſcopus.

### NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

a *Concilium apud Vermeriam.*) Quibus de rebus, & quam grave Hincmari ſenioris adverſus nepotem diſcidium fuerit, intelligi licet ex libro c. 55. & ex prolixa epiſtola, cujus partem recitat Flodoardus lib. 2. cap. 22. Extant & Hincmari Laudunenſis epiſtolæ, aliaque opuſcula nondum edita, quibus cauſam ſuam tueri ac munire conatus eſt. In his queri inter cetera ſolet, unum ſibi inſenſum Hincmarum, ab eoque uno accuſatum fuiſſe. Sic enim quodam loco ſcribit; *De eo quod me rogabant ſubſcribere, ut ſacrilegus eſſem, & poſt ſubſcriptionem promittebant mihi reddere officium meum & epiſcopatum, cum nullus me accuſaret tunc, nec accuſet, niſi Hincmarus*

* Extat editus anno 1615 a Cordeſio, atque a Sirmondo recognitus tomo II a pag 577 ad 593 epiſtola vero pag 597

### NOTA SEVERINI BINII.

Cauſa concilii.

a *Concilium.*) Præceperat Hadrianus papa ſecundus, ut Hincmarus Rhemenſis archiepiſcopus, aliique Gallarum epiſcopi, Northmannum, qui a Carolo rege bona eccleſiaſtica in beneficium acceperat, excommunicarent. Cumque Hincmarus ſenior Rhemenſis archiepiſcopus huic ſedis apoſtolicæ mandato non obtemperaret, Hincmarus junior Laudunenſis epiſcopus, illius ſenioris nepos, præcepto pontificis ſatisfaciens, Northmannum excommunicavit. Quo facto Hincmarus ſenior cum rege plurimum offenſus, hanc ſynodum congregavit, qua nepotem ſuum, quaſi metropolitano ſuo inobediens foret, condemnavit. Laudunenſis epiſcopus injuſte damnatus appellabat ad Romanum pontificem: ſed dalatum non eſt illius appellationi, utpote quod hoc facto, ut ajebat, contra canones egiſſet. Cumque ille per litteras apud ſedem apoſtolicam ſuam interpoſitam appellationem proſequeretur, atque pontificis reſcriptum pro ſe obtinuiſſet, Hincmarus Rhemenſis adverſus nepotem

ANNO CHRISTI 869.

tem ſuum Hincmarum Laudunenſem prolixam ſcripſit epiſtolam apologeticam, quæ illi hujus ſynodi patribus pro arbitrio conſcripſit, ideoque de nearum falſo denuntiavit, quod non eſſet obediens ſuo metropolitano, quodque ob privatas injurias ſuas omnes Laudunenſes excommunicaſſet, & ſacros miniſtros omnes a ſacris miniſteriis, ſacramentorumque prohibitione ſuſpendiſſet. Hæc ex Flodoardo & epiſtolis Hadriani ad Hincmarum & Carolum, Baronius anno 870. num. 37. & 38.

## Observatio Philippi Labbe, S. J.

Quæ in annalibus Bertinianis ad eccleſiaſticam illorum temporum hiſtoriam ſpectantia in periochis annorum 868. & 869. deprehendimus, ea in unum veluti faſcem collecta, quanta fieri poterit brevitate, ſubjicimus, ut inde lectoribus major lux affulgeat ad conciliorum Vermerienſis hujus, ac ſequentium Metenſis, Attiniacenſis, Duziacenſis, aliorumque accuratiorem notitiam.

Carolus per curtes regias in pago Laudunenſi conſiſtentes pergens, Hincmarum Laudunenſem epiſcopum, nullo epiſcopo ſuæ provinciæ conſcio, juſſit ut ad cauſas ſuas, id eſt, ad ſeculare judicium advocatum ſuum daret, pro eo quod beneficia quibuſdam ſuis hominibus abſtulit. Iſdem autem epiſcopus ſe reclamans, quod relicto eccleſiaſtico judicio non auderet ſæculare adire judicium, ſicut ei juſſum fuerat, ad locum nominatum ſæcularis judicii non venit, ſed cauſas ſuæ impoſſibilitatis regi mandavit. Rex autem Carolus jubens inde quaſdam judicare etiam infames perſonas, quia perſonam præfatus epiſcopus non miſit, qui juraret quod illuc venire non poſſet, & quoniam advocatum ſuum de ſe in judicio ſæculari non dedit, prædictarum perſonarum judicio quidquid iſdem epiſcopus de rebus, & facultatibus eccleſiaſticis in uſibus epiſcopii ſpecialiter habebat, proſcriptum eſt. Sicque idem rex ad Piſtas medio menſe Auguſto veniens annua dona ſua ibidem accepit: & caſtellum menſurans, pedituras ſingulis ex ſuo regno dedit.

Hincmarus autem Rhemorum archiepiſcopus, Hincmarum epiſcopum Laudunenſem ſecum ducens, apud Piſtas cum aliis epiſcopis ſcriptis & verbis regem adiit, oſtendens quantum præjudicium & epiſcopalis auctoritas, & univerſalis eccleſia in tali facto patiebatur. Et obtinuit ut reveſtito epiſcopo quibus fuerat ſpoliatus, ſicut ſacræ leges præcipiunt, in provincia, ubi hæc cauſa judicanda erat, electorum judicum judicio, & ſi neceſſe foret poſt hoc ſynodali terminaretur examine. Sed & eodem placito rex Markiones, Bernardum ſcilicet Toloſæ & iterum Bernardum Gothiæ, itemque Bernardum alium ſuſcepit.

Carolus rex Kalendas Decembris Cariſiacum veniens, quoſdam Primores tam ex epiſcopis, quam ex aliis regni ſui, obviam ſibi accerſivit: & commotus contra Hincmarum Laudunenſem epiſcopum, quia Romam ſine illius conſcientia miſerat, & epiſtolas pro quibus non convenerat obtinuerat. Eidem vero epiſcopo contumaciter ſibi reſiſtenti valde infenſus erat. Unde iſdem epiſcopus ſine illius licentia, cum ſæpe ab eo evocatus fuerat, & ad illum venire diſtuliſſet, ad ſedem ſuam perrexit, & amplius quam epiſcopalis gravitas poſtulat, eumdem regem contra ſe excitavit. Carolus autem Compendium veniens, ibidem nativitatem Domini celebravit.

Et quoniam iſdem epiſcopus etiam per alios epiſcopos evocatus, ut ad illum veniret, juſſionem illius implere detrectavit, ſcaram ex quamplurimis comitibus regni ſui confectam Laudunum miſit, ut ipſum epiſcopum ad eum violenter perducerent. Iſdem autem epiſcopus cum A clericis ſuis juxta altare reſedit, & quibuſdam epiſcopis ſatagentibus, actum eſt ut ipſi, qui miſſi fuerant, de eccleſia eum non extraherent. Sed ſine illo ad Carolum redierunt, omneſque homines ipſius epiſcopii liberos ſibi ſacramenta fieri fecit. Carolus autem valde commotus, ſynodum omnium epiſcoporum regni ſui VIII. Kalend. Maii ſecundæ indictionis apud Vermeriam condixit, quo eumdem Hincmarum epiſcopum vocari præcepit.

Lotharius mittens ad eum, ſed & ad Ludoicum petiit ut in ſuo regno nullum impedimentum ei facerent, donec ipſe Romam rediret. A Carolo autem nullam firmitatem accepit: ſed a Ludoico, ſicut dicitur, firmitatem inde ſuſci- B piens Romam perrexit, locuturus prius cum Ludoico fratre ſuo imperatore: ut tunc ſi poſſet, per eum apud Hadrianum papam obtineret, quatenus Theutbergam rejiceret, & VValdradam reſumeret. Ipſamque Theutbergam poſt ſe Romam ire præcepit. Sed, ut dicebatur, Ludoicus imperator ab obſeſſione Saracenorum pro fratris ſui petitione non debuiſſet diſcedere, cui amplius quam ducentas naves rex Græcorum in auxilium contra eoſdem Saracenos feſtinato mittebat.

Lotharius iter, quod tempore inconvenienti, ſcilicet menſe Junio, cauſa uxorum ſuarum, in parte Romæ cœperat, contendens perficere, uſque Ravennam venit, ubi miſſos fratris ſui obvios habuit, per quos ei contradixit, ut nec in C antea procederet, nec diutius in eodem regno immoraretur, ſed ad ſuum regnum rediret, & tempore commodo & opportuno loco ſimul convenirent, & de quibus vellet cum eo ſatageret. Lotharius autem Romam rediens a latere ad ſuum fratrem in Beneventum uſque pervenit, & apud eum per Engelbergam multis petitionibus & muneribus, atque inconvenientiis obtinuit ut ipſa Engelberga cum eo uſque ad monaſterium S. Benedicti, quod in monte Caſſino ſitum eſt, rediret. Quo etiam Hadrianum papam eidem Engelbergæ, & ſibi ex juſſione imperatoris venire fecit, & apud eum datis illi multis muneribus per ipſam Engelbergam obtinuit, ut idem papa illi miſſam cantaverit, & ſacram commu- D nionem hac convenientia ei donaverit, Si, poſt quam Nicolaus papa VValdradam excommunicavit, nullum cum ea contubernium, vel carnalis copulæ mercimonium, quin nec conloquium quoddam habuerit. Ipſe autem infelix more Judæ ſimulata bona conſcientia, & impudenti fronte, eamdem ſacram communionem ſub hac conventione accipere non pertimuit, nec recuſavit. Sed & ſui fautores cum eo ab ipſo papa percepere communionem. Inter quos & Guntharius, auctor & incentor hujus publici adulterii, communionem inter laicos ab eodem Hadriano papa accepit, data illi prius coram omnibus profeſſione, quæ ita habetur.

Profiteor ego Guntharius coram Deo, & ſan- E ctis ejus, vobis domino meo Hadriano ſummo pontifici & univerſali papæ, ac venerandis tibi ſubditis epiſcopis, reliquoque conventui, quoniam judicium depoſitionis in me a domno Nicolao canonice datum non reprehendo, ſed humiliter porto. Unde nec ulterius ſacrum miniſterium contingere præſumo, niſi per miſericordiam mihi ſubvenire volueritis. Nec aliquando contra ſanctam Romanam eccleſiam aut ejus pontificem aliquod ſcandalum, vel quidquam adverſi movere volo: ſed devotum me eidem ſanctæ matri eccleſiæ ejuſque præſuli exhibere, atque obedientem permanere proteſtor. Ego Guntharius huic pro-

ANNO CHRISTI 869.

profeſſioni a me factæ manu propria ſubſcripſi. Data Kalendas Julii, indictione II. in eccleſia S. Salvatoris, quæ eſt in monaſterio S. Benedicti in Caſſino.

Accipiens autem iſdem papa a Gunthario conſiſtente inter laicos hanc profeſſionem, relectam inter laicos ab ipſo publice coram omnibus, dixit illi: Et ego tibi concedo laicam communionem, ea conditione ut ita quamdiu vixeris, obſerves, ſicut modo profeſſus fuiſti.

Engelberga denique redeunte ad ſuum imperatorem, Hadrianus papa Romam reverſus eſt. Quem e veſtigio Lotharius eſt proſecutus, & Hadriano papa Romam ingrediente, Lotharius ad eccleſiam beati Petri venit, ubi nullum clericum obvium habuit: ſed tantum ipſe uſque ad ſepulchrum S. Petri cum ſuis pervenit: indeque ſolarium ſecus eccleſiam beati Petri manſionem habiturus intravit, quem nec etiam ſcopa mundatum invenit. Putavitque in craſtinâ ſubſequente videlicet dominica (nam ſabbato ad baſilicam S. Petri pervenit) ſibi cantari debere miſſam. Sed a præfato pontifice hoc obtinere non potuit. Inde ſecunda feria Romam ingrediens, in palatio Lateranenſi cum ipſo apoſtolico prandidit, & datis ei muneribus in vaſis aureis & argenteis, obtinuit ut ei ipſe pontifex leenam, & palmam, ac ferulam daret, ſicut & fecit. Quæ munera ita ipſe & ſui interpretati ſunt, videlicet ut per leenam de Vualdrada reveſtiretur, per palmam victorem ſe in his quæ cœperat demonſtraret, per ferulam epiſcopos ſuæ voluntati reſiſtentes obſiſtendo diſtringeret: ſed aliter ab eodem papa & Romanis fuere diſpoſita. Nam idem pontifex Formoſum epiſcopum, & alium etiam cum eo epiſcopum, in has Galliarum partes mittendos diſpoſuit; ut cum pluralitate epiſcoporum de his, quæ Lotharius petebat, tractarent, & illi Kalend. Martii quæ inventa forent in ſynodo renunciarent, quam Romæ in ipſis Kalendis Martii denunciavit. Quo etiam quatuor epiſcopos ex regno Ludoici regis Germaniæ cum ipſius legatis; & quoſdam epiſcopos ex regno Lotharii, cum epiſtolis ſuis hac conditione venire præcepit, ut quæ in ſynodo vel examinanda, vel gerenda forent in perſonis aliorum confirmarent, tam ex occidentalibus partibus, quam ex orientalibus. Unde miſſos ſuos, quos nuper Conſtantinopolim pro contentione, quam orientales cum Nicolao papa habebant, miſerat, tunc venturos ſperabat.

ANNO CHRISTI 869.

Lotharius vero Roma lætus promovens uſque Lucam civitatem venit, ubi febre corripitur: & graſſante clade in ſuos, quos in oculos ſuos coacervatim mori conſpiciebat, ſed judicium Dei intelligere nolens uſque Placentiam VIII. Idus Auguſti pervenit. Ibique dominica die ſuperdiurnans, circa horam nonam inopinate exanimis pene effectus eſt & obmutuit, atque in craſtina hora diei ſecunda moritur, & a paucis ſuorum qui a clade remanſerant, in quodam monaſteriolo ſecus ipſam civitatem terræ mandatur.

# CONCILIUM METENSE,

## QUO REGNUM GALLIÆ A LUDOVICO II.

Imperatore, qui Lotharii fratris legitimus ſucceſſor habebatur ut ſanguine propior, ad Carolum Calvum utriuſque patruum Francorum regem fuit traslatum anno Chriſti DCCCLXIX. tempore Hadriani papæ II.

Ex Editione P. Sirmondi.

*Mortuo in Italia Lothario, Carolus a regni ejus proceribus accitus, ut regnum capeſſeret, iter confeſtim ingreſſus eſt, Virdunique Hattonem epiſcopum, Metas veniens Adventium ejus civitatis præſulem, & Franconem Tungrenſem, atque alios plurimos in fidem ſuſcepit. Mox ibidem v. Idus Septembris, in baſilica ſancti Stephani, ab epiſcopis qui adfuerunt, præmiſſis annuntiationibus quæ ſequuntur, publice coronatus eſt.*

*Auctor annalium Bertinianorum ad ann. 869. ſynodo Metenſi iſta præfixit:* Carolus, mortem Lotharii, apud Silvanectis civitatem degens non incerto comperiens nuntio, ab ipſa civitate movens, Attiniacum venit. Ubi a quibuſdam epiſcopis, ſed & ab aliquibus primoribus regni quondam Lotharii miſſos directos ſuſcepit ut ibi reſideret, & in regnum quod Lotharii fuerat non intraret, donec frater ſuus Ludoicus rex Germaniæ ab expeditione hoſtili de VVinedis, cum quibus præſenti, & præterito anno ſæpe cominus ſui congredientes, aut nihil aut parum utilitatis egerunt, ſed damnum maximum retulerunt, reverteretur. Petierunt ergo ut in palatio Ingilheim reſidens ad eum miſſos ſuos dirigeret, & ei mandaret ubi & quando ſimul convenirent, & de regni ipſius diviſione tractarent. Plures autem ſaniori conſilio illi mandaverunt, ut quantocius commode poſſet uſque Mettis properare ſatageret, & ipſi tam in itinere quam ad ipſam civitatem ei occurrere maturarent. Quorum conſilium Carolus acceptabilius & ſalubrius eſſe intelligens, juxta eorum ſuggeſtionem agere feſtinavit. Veniens ergo uſque Viridunum, plurimos de eodem regno, ſed & Hattonem ipſius civitatis epiſcopum, & Arnulphum Tullenſis urbis epiſcopum ſibi ſe commendantes ſuſcepit. Indeque Metis nonas Septembris veniens, Adventium ipſius civitatis præſulem, & Franconem Tungrenſem epiſcopum, cum multis aliis in ſua commendatione ſuſcepit. Sicque v. Idus ipſius menſis ab epiſcopis qui adfuerunt, coeuntibus omnibus in Baſilica beati Stephani, hæc quæ ſequuntur denuntiata & geſta fuere hoc modo.

*AN. INCARNATIONIS DOMINICÆ* DCCCLXIX. *indictione* II. v. *Idus Septembris, Metis civitate in eccleſia ſancti Stephani martyris, hæc quæ ſequuntur capitula Adventius epiſcopus ipſius civitatis, coram rege & epiſcopis qui adfuerunt, publice populo & ſcripto & verbis denuntiavit.*

### CAPUT I.

VOs ſcitis, & multis in plurimis regnis eſt cognitum, quantos & quales eventus tempore

Annotationes hæ, ſub Caroli

pore ſenioris noſtri, quem hactenus habuimus, A pro cauſis notiſſimis communiter ſuſtinuimus: & quanto dolore, quantaque anguſtia de illius infauſta morte nuper cordibus perculſi ſumus. Unde unicum refugium, & ſingulariter ſalubre conſilium, rege & principe noſtro deſtituti ac deſolati, nobis omnibus eſſe conſideravimus, ut jejuniis & orationibus ad eum nos converteremus, qui eſt adjutor in opportunitatibus in tribulatione, & cujus eſt conſilium, ac cujus eſt regnum, & ut ſcriptum eſt, cui voluerit dabit illud; & in cujus manu corda ſunt regum, & facit unanimes habitare in domo, ſolvens medium parietem, & faciens utraque unum: deprecantes ipſius miſericordiam, ut daret nobis regem ac principem ſecundum cor ſuum, qui B judicio & juſtitia nos in omni ordine ac profeſſione regeret, ſalvaret atque defenderet juxta voluntatem ejus, & corda omnium noſtrorum unanimiter in eum inclinaret atque uniret, quem ipſe ad ſalutem & profectum noſtrum præſcitum & electum atque prædeſtinatum habeat ſecundum miſericordiam ſuam.

ANNO CHRISTI 869. Calvi in regno Lotharii coronationem ab epiſcopis habitam, inter ejus capitula editæ ſunt titulo 35.

II.

Quia denique voluntatem Dei, qui voluntatem timentium ſe facit, & deprecationes eorum exaudit, in concordi unanimitate noſtra videmus, hunc regni ejus heredem eſſe legitimum, cui nos ſponte commiſimus, domnum videlicet præſentem regem ac principem noſtrum Carolum, ut nobis præſit & proſit: videtur nobis, C ſi vobis placet, ut ſicut poſt illius verba vobis manifeſtabimus, ſigno certiſſimo demonſtremus, quia illum a Deo electum & nobis datum principem credimus, & eidem largitori Deo ex ſuis beneficiis non ſimus ingrati; ſed gratiarum actiones illi referentes, oremus quatenus & eum nobis ad ſalutem & defenſionem ſanctæ ſuæ eccleſiæ, & ad auxilium atque profectum omnium noſtrum cum ſalute ac pace, & tranquillitate nobis conſervet diutius, & nos fideli devotione illi obſequentes, atque optata ſalvatione fruentes, ſub illius adminiſtratione in ſuo gubernet ſervitio.

III.

Et ſi illi placet, dignum ipſi & neceſſarium D nobis eſſe videtur, ut ex ejus ore audiamus, quod a Chriſtianiſſimo rege, fideli & unanimi in ſervitio illius populo, unicuique in ſuo ordine convenit audire, ac devota mente ſuſcipere.

*Poſt hæc rex Carolus hæc quæ ſequuntur per ſe in eadem eccleſia cunctis qui adfuerunt denuntiavit.*

Quia ſicut iſti venerabiles epiſcopi unius ex ipſis voce dixerunt, & certis indiciis ex veſtra unanimitate monſtraverunt, & vos acclamaſtis, me Dei electione, ad veſtram ſalvationem & profectum, atque regimen & gubernationem, huc advenisse, ſciatis me honorem & cultum Dei E atque ſanctarum eccleſiarum, Domino adjuvante, conſervare, & unumquemque veſtrum, ſecundum ſui ordinis dignitatem & perſonam, juxta meum ſcire & poſſe honorare & ſalvare, & honoratum ac ſalvatum tenere velle, & unicuique in ſuo ordine, ſecundum ſibi competentes leges tam eccleſiaſticas, quam mundanas, legem & juſtitiam conſervare: in hoc ut honor regius & poteſtas, ac debita obedientia, atque adjutorium ad regnum mihi a Deo datum continendum & defenſandum, ab unoquoque veſtrum, ſecundum ſuum ordinem & dignitatem atque poſſibilitatem, mihi exhibeatur, ſicut veſtri anteceſſores fideliter, juſte & rationabiliter meis anteceſſoribus exhibuerunt.

ANNO CHRISTI 869.

*ET POST HÆC HINCMARUS Rhemorum epiſcopus hæc quæ ſequuntur capitula, jubente ac poſtulante Adventio ipſius civitatis epiſcopo, & ceteris epiſcopis Treverorum provinciæ, Attone ſcilicet eccleſiæ Virdunenſis epiſcopo, & Arnulfo Tullenſis civitatis epiſcopo, & Francone Tungrenſis civitatis epiſcopo, conbibentibus provinciæ Rhemorum epiſcopis, coram epiſcopis & rege, cunctis qui adfuerunt in eadem eccleſia publice denuntiavit.*

## CAPUT I.

NE alicui forte videatur, incongrue ac præſumptioſe me ac provinciæ noſtræ venerabiles coepiſcopos facere, quoniam de altera provincia ordinationi & cauſis hujus provinciæ nos immiſcemus; ſciat nos contra canones ſacros non agere: quoniam Rhemenſis & Treverenſis eccleſiæ in hac regione Belgica commiſſis eccleſiis ſorores & comprovinciales habentur, ſicut auctoritas eccleſiaſtica, & antiquiſſima demonſtrat conſuetudo. Ac per hoc unanimi conſenſu & ſynodalia judicia * exerere, & quæ a ſanctis patribus conſtituta ſunt, debent concorditer cuſtodire, hac privilegii conditione ſervata, ut qui prior de Rhemenſi & Treverenſi epiſcopis fuit ordinatus, prior etiam habeatur.

* Forte, exercere. H.

II.

Et lex divinitus inſpirata præcipit dicens: *Si tranſieris per meſſem amici tui colligens ſpicas, manu confricabis ad manducandum, falcem autem non mittas*, vel, *falce non metas*. Meſſis eſt populus, ut dominus monſtrat in evangelio dicens: *Meſſis quidem eſt multa, operarii autem pauci: rogate Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam*: quia vos pro nobis epiſcopis debetis orare, ut vobis digna poſſimus loqui. Meſſis autem amici, eſt populus in provincia alteri metropolitano commiſſa. Unde vos hortando, quaſi manu operis confricando, ad Dei voluntatem & veſtram ſalutem in corpus unitatis eccleſiæ valemus & debemus trajicere. In parochianos autem provinciarum aliis metropolitanis commiſſarum falcem judicii non mittimus: quia nec eſt unde, nec noſtrum eſſe conſideramus.

Deut. 23.

Matth. 9.

III.

Eſt & alia cauſa: quia iſti venerabiles domini & confratres noſtri, provinciæ illius epiſcopi, non habentes metropolitanum epiſcopum, exiguitatem noſtram ſic in ſuis, ſicut & in ſpecialibus noſtris cauſis, nos fraterna caritate jubent, & commonent agere. Eſt ita, domini fratres? Et reſponderunt ipſi epiſcopi: Ita eſt.

IV.

Præter ea quæ domnus epiſcopus & frater noſter Adventius vobis ex ſua, & ceterorum ſuorum ac noſtrorum fratrum & venerabilium epiſcoporum voce dixit, in hoc etiam animadvertere poteſtis voluntatem Dei eſſe, ut præſens domnus & rex noſter, qui in parte regni, quam hactenus tenet & tenuit, & nobis ac eccleſiis noſtris, & populo ſibi commiſſo utiliter præeſt ac præfuit, & ſalubriter prodeſt & profuit, inde ad hunc locum Domino ducente pervenerit. Quo etiam vos ejus in inſpiratione confluxiſtis, & ipſi vos ſponte commendaſtis, cujus inſtinctu animantia omnia in arcam Noe, ſignificantem eccleſiæ unitatem, nullo cogente convenerunt.

Quia

ANNO CHRISTI 869.

Quia ſanctæ memoriæ pater ſuus, domnus Hludouvicus Pius imperator Auguſtus, ex progenie Hludouvici regis Francorum incluti, per beati Remigii Francorum apoſtoli catholicam prædicationem cum integra gente converſi, & cum tribus Francorum millibus, exceptis parvulis & mulieribus; * vigilia ſancti Paſchæ in Rhemenſi metropoli baptizati, & cælitus ſumpto chriſmate, unde adhuc habemus, peruncti, & in regem ſacrati, exortus per beatum Arnulfum, cujus carne idem Hludouvicus Pius Auguſtus originem duxit carnis, & a Stephano papa Romano ante ſanctæ Dei genitricis & ſemper virginis Mariæ altare Rhemis in imperatorem eſt coronatus & demum factione quorumdam terreno imperio deſtitutus, in prædictam regni partem, unanimiter epiſcoporum & fidelis populi, ante ſepulchrum ſancti Dionyſii eximii martyris, eccleſiæ ſanctæ eſt redditus, & in hac domo, ante hoc altare protomartyris Stephani, cujus nomen interpretatum reſonat, coronatus, per Domini ſacerdotes, acclamatione fidelis populi, ſicut vidimus qui adſuimus, corona regni eſt imperio reſtitutus. Et quia, ut in hiſtoriis ſacris legimus, reges, quando regna obtinuerunt, ſingulorum regnorum ſibi diademata impoſuerunt, non incongruum videtur illis venerabilibus epiſcopis, ſi veſtræ unanimitati placet, ut in obedientia regni, unde vos ad illum ſponte conveniſtis, & vos ei commendaſtis, ſacerdotali miniſterio ante altare hoc coronetur, & ſacra unctione Deo conſecretur. Quod ſi vobis placet, propriis vocibus conſonate. Et in hoc conclamantibus omnibus, dixit idem epiſcopus: Agamus ergo unanimiter Deo gratias, decantantes, Te Deum laudamus.

* Avitus natalem Chriſti deſignat.

*Pergit idem auctor Anonymus ex codice celeberrimi ſancti Bertini, in Audomaropolitana civitate cœnobii deſcriptus, cujus ſæpe hactenus meminimus.* Et poſt hæc ab epiſcopis cum benedictione ſacerdotali eſt idem rex coronatus.

## Nota Severini Binii.

a *Concilium.*) Cum Carolus Calvus rex Francorum occupaſſet Lotharii regnum, quod jure hæreditario ejus fratri Ludovico imperatori debebatur, neque frequentibus ejuſdem Ludovici expoſtulationibus ac monitis ullum locum dediſſet, ille ſedem apoſtolicam interpellans, impetravit: quod Hadrianus papa decerneret legationem ad Carolum, de quia iſta apud Aimonium: *Carolus legatos Hadriani*, &c.

Cauſa concilii.

Eidem legationi addidit epiſtolas, quas ſupra invenies, plures; quarum una ad Carolum, altera ad epiſcopos, tertia ad Ludovicum regem Germaniæ ſcripta erat. Antequam vero iſta legatio ad Carolum perveniſſet, habita eſt iſta Metenſis ſynodus, qua Carolus regni coronam injuſte accepit, ideoque non immerito ſynodus prædatoria nominatur. Abſoluta ſynodo, Carolus legationem cum oblatione duarum coronarum aurearum gemmis intextarum pro duobus regnis quæ poſſidebat, miſit ad Hadrianum papam. Qui munera oblata reſpuens, novam legationem ad Carolum & Ludovicum deſtinavit; de qua fit mentio in epiſtola quadam ad Carolum, cujus initium, *Sacrorum itaque dogmatum*, &c.

Acta concilii.

# PISTENSE CONCILIUM

## A PLURIMIS EPISCOPIS

Præſente Carolo Calvo Francorum rege celebratum anno 869. regni ejus 29. indictione 2. exhibet nobis diploma Senonenſe a D. Luca Dacherio editum II. Specilegii pag. 712. ex Clarii O. B. monachi chronico ſancti Petri Vivi Senonenſis.

Anno ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCLXIX. glorioſi regis Caroli XXIX. indictione ſecunda, poſitis nobis diverſarum urbium epiſcopis cum eodem rege in Piſtis, qua ad componendum regni ſui ſtatum acceſſerat, Reverendiſſimus nobiſque dilectiſſimus Egil gratia Dei archiepiſcopus Senonicæ civitatis, propter inſidias & cupiditatem ſucceſſorum impetrato regali præcepto de quadam villa ſui epiſcopatus nomine Seuriaci, in comitatu Senonico ſita, cum manſis omnibus in Villamari, & Septempiri, & Longumpiri, & cunctis ad eamdem villam pertinentibus plena integritate, cuidam ejuſdem epiſcopatus monaſterio ad orientalem plagam præfatæ urbis in honorem ſancti Petri dicato, ubi turma monachorum jugiter Deo famulatur, ob Dei ejuſdemque ſancti Petri amorem & honorem, per ſuæ auctoritatis præceptum reſtitueret vel donaret, & reſtituens, vel dans perpetim habendam confirmaret. Poſtulavit inſuper, ut quamdam eccleſiam ejuſdem epiſcopatus in honore ſancti Petri conſtructam, cum omnibus ad eam pertinentibus in eodem pago Aſtonis ſitam, eidem monaſterio ſancti Petri æternaliter concederet, atque concedens delegaret. Cujus petitionem libenter ſuſcipiens, libentiſſimeque perficiens reſtituit quæ juris illarum eſſe dicebantur. [Et dedit vel largitus eſt auctoritate & poteſtate regis quod pie a memorato antiſtite poſtulatum eſt, ut quia locum ſuæ ſepulturæ in eodem monaſterio præparare decreverat, ex eadem eccleſia luminare ibi continuatim miniſtraretur, & præfata villa cum ſuis appendiciis, uſibus monachorum ibi degentium deſerviat. Hoc igitur præceptum flagitavit cariſſimus & dulciſſimus Egil coepiſcopus, ut noſtræ fraternitatis conventus privilegio noſtræ auctoritatis roboraret atque confirmaret: neque abnuimus.

Igitur ſtatuimus ut hæc reſtitutio vel largitio noſtri ſenioris, atque præfati antiſtitis perpetualiter obſervetur, neque a ſucceſſoribus ſuis ullo modo violetur, ſed ſemper ad uſus fratrum, & ad lumen ſufficiendum pro ſua ſepultura teneatur: non modo hæc, verum etiam omnia quæ in tempore videntur habere, vel quidquid deinceps acquirere potuerint, ſeu fidelibus eis collatum fuerit cauſa eleemoſynæ, inſolubiliter ab illis poſſideatur. Quod ſi quis noſtram exiguitatem contemnendo per aliquam cupiditatem, vel ſubreptionem, hoc noſtrum decretum infregerit, ſecundum auctoritatem quam in beato Petro accepimus, dicente Domino: *Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis*: eum juſte ac rationabiliter anathematis vinculo obligamus, qui cæca cupiditate hæc Dei ſervorum ſtipendia etiam poſt noſtram prohibitionem auferre præſumpſerit. Atque ut hæc conſtitutio vera credatur, & profutura Dei famulis omni

ANNO CHRISTI 869.

omni tempore inviolabiliter conſervetur, manus A noſtræ ſubſcriptionibus eam univerſi firmavimus: & inſuper tam abſentes quam futuros noſtri ordinis cooperatores, ſeu quoslibet veræ religionis ſectatores poſcimus, ut hanc tanti pontificis largitionem cum legerint, vel audierint, voto & ſubſcriptione eam nobiſcum roborent.

Ego Egil indignus archiepiſcopus Senonenſis eccleſiæ hanc donationem & conſtitutionem a me factam ſubſcripſi.

Fulcarius Tricaſſenſis epiſcopus.

Ego Chriſtianus Autiſſiodorenſis eccleſiæ epiſcopus.

Æneas Pariſienſis epiſcopus.

Hildegarius Meldenſis epiſcopus.

Abbo Nevernenſis.

Gualterius Aurelianenſis.

Guenilo Rothomagenſis.

Iſaac Lingonicæ civitatis epiſcopus.

Hincmarus metropolitanus Rhemenſis.

Vulphadus Bituricenſis.

Ayrardus Turonenſis metropolitanus epiſcopus, &c.

Ex Baluzii Capitular. tom. 2. pag. 209.

*Hæc, quæ ſequuntur Capitula conſtituta ſunt a domno noſtro Karolo Rege glorioſo cum conſilio & conſenſu epiſcoporum ac ceterorum Dei & ſuorum fidelium qui adfuerunt in loco qui dicitur Piſtis, anno Incarn. Dom.* 869. *anno autem regni ſui* 30. *Indictione* 2., *& ab eo denuntiata ſunt a ſe & ab omnibus fidelibus ſuis, ſecundum uniuſcujuſque ordinem & perſonam inviolabiliter conſervanda.*

B

CAPUT I.

De honore & cultu &c. *Vide Baluz. loc. cit.*

---

ANNO CHRISTI 870.

# SYNODUS VIENNENSIS SUB ADONE PRÆSULE,

## Ubi privilegium confirmatum eſt Monaſterii S. Augendi ſuper quadam Eccleſia anno DCCCLXX.

Ex Mabillon. ſæcul. Benedict. IV. par. I. p. 209.

Anno 870. Incarn. D. N. Jeſu-Chriſti congregata eſt ſynodus Viennæ metropolis eccleſiæ, domno & Venerabili Archiepiſcopo Adone præſidente, & vigilantiſſima cura cauſas eccleſiaſticas, & filiorum ſuorum neceſſitates inveſtigante ac eccleſiaſtico more definiente. Adveniens Reverendus vir Manno Præpoſitus Cœnobii S. Augendi, adventus ſui cauſam manifeſtans protulit in medio quamdam eccleſiam ex Cœnobio prædicto, & infra Viennenſem diœceſim ſitam in Villa Velnis dotatam in honore S. Petri, privilegio ſibi conceſſo ab Anteceſſoribus ſanctiſſimi jam fati Archiepiſcopi, nec non ab ipſo compontifice uſque ad id tempus conſervato, proclamante Vici S. Albani Rectore deſolatam eſſe. Protulit etiam iſdem Venerabilis Præpoſi- D tus ſcripturam Inquiſitionis temporibus piæ recordationis domni Agilmari factam, eo quod tunc temporis altercatio haberetur inter ipſarum Rectores eccleſiarum. Sed quia ea ſancta ſynodus irritam judicavit, eo quod Canonicorum .... roboratam non vidit. Placuit S. Pontifici a C capite per ſanctiſſimos Presbyteros omnem cauſam reiterari, quatenus veritate comperta altercatio diu ventilata firmaretur *. His igitur teſtantibus, & dicentibus ordinem veritatis, viſum eſt domno Pontifici una cum conſenſu ſanctiſſimæ ſynodi, quatenus ſicut in diebus anteceſſorum ſuorum ſanctorum Pontificum honorata fuit ſancta Congregatio Cœnobii beatiſſimi Augendi; ſic & in hac petitione, & in ceteris neceſſitatibus ſuis honorem, & opem ferret ad vires tuas S. Metropolis Viennenſis eccleſia. Et ut ſopita querela firmius Privilegium ſuum ſuper facto Viennenſis S. Augendi eccleſia in futurum poſſideat, litteris etiam roboretur. In hunc itaque modum ego Ado Viennenſis Archiepiſcopus conſentiens, & pio conſilio filiorum meorum annuens manu propria ſubter firmavi, ſanctiſque filiis meis ſecundum morem eccleſiaſticum firmare rogavi. Actum Viennæ publice menſe Aprilis, epiſcopatus domni Adonis anno X. Indictione 3.

* l. finiretur.

---

# [1] [a] CONCILIUM APUD ATTINIACUM.

## SYNODUS DECEM PROVINCIARUM,

## In qua Hincmarus epiſcopus Laudunenſis iterum accuſatus ad ſedem apoſtolicam iterum appellavit, menſe Majo, anno DCCCLXX.

Ex editione P. Sirmondi.

*In hoc conventu primum auditi ſunt a Carolo rege duodecim legati Ludovici regis Germaniæ, pro diviſione regni Lotharii ab eo miſſi. Deinde, ubi ſynodalia ventilari cœperunt, iterata eſt accuſatio Hincmari Laudunenſis. Poſtremo acta cauſa Carlomanni filii Caroli regis. Tria enim hæc apud Attiniacum tractata docet Aimoinus* * *libro* 5. *capite* 24. Menſe Majo, *inquit*, Carolus rex ad Attiniacum palatium venit: ubi & duodecim le- E gatos fratris Ludovici pro diviſione regni accepit. *Et poſt alia.* Interea poſt de multis impetitus, præcipue autem de inſubjectione regiæ poteſtati, & inobedientia erga ſuum archiepiſcopum, Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, ut ſe ab impetitis expediret, in ſynodo epiſcoporum decem provinciarum libellum propria manu ſubſcriptum porrexit hæc continentem: Ego Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, amodo & deinceps

* Aimoini continuator anonymus deſcripſit cum pluribus

alii ex annalibus Bertinianis ad an. 870. quos conſule.

ANNO CHRISTI 870.

domno ſeniori meo Carolo regi ſic fidelis & obediens ſecundum miniſterium meum ero, ſicut homo ſuo ſeniori, & epiſcopus per directum ſuo regi eſſe debet: ac privilegio Hincmari metropolitani provinciæ Rhemorum eccleſiæ ſecundum ſacros canones, & decreta ſedis apoſtolicæ ex ſacris canonibus promulgata, pro ſcire & poſſe me obediturum profiteor. Et ſubſcripſit. Carlomannus etiam regis filius, & plurimorum monaſteriorum abbas, reputatus quoniam inſidias erga patrem ſuum infideliter moliretur, abbatiis privatus, in civitatem Silvanectenſem eſt cuſtodia mancipatus. *Sed quod ad Hincmari Laudunenſis cauſam attinet, narrat illum Hincmarus ſenior in epiſtola quam recitat Flodoardus libro 3, capite 21. cum ab epiſcopis propter injuſtas excommunicationes, a rege ob violata ſacramenta, a Northmanno denique propter beneficia vi adempta impeteretur, ut ſynodicam cenſuram evaderet, regi & ſibi ſuprascriptum profeſſionis libellum dediſſe. Deinde cum electos judices expetiiſſet, deſignatoſque Artardum, Rigenelmum & Joannem epiſcopos ſuſcepiſſet, ante ſynodi definitionem fuga lapſum exceſſiſſe, tum pittaciolum, cujus in ſynodo Vermeriaca mentio facta eſt, miſiſſe quo Romam eundi licentiam poſtulabat. Qua de re Hincmarus idem in eadem epiſtola:* * Quod dicis, *inquit*, te in ſynodo apud Vermeriam, indeque apud Attiniacum licentiam eundi Romam petiiſſe, & impetrare non potuiſſe; omnes epiſcopi qui in eiſdem ſynodis fuerunt, liquido ſciunt, quoniam cum de tuis inſolentiis increpabaris, timens regulare judicium, vel regis caſtigationem, licentiam eundi Romam petebas. Cum vero videbas, quia & rex & epiſcopi erant tibi placabiles, de ipſa licentia nihil dicebas, ſicut nec modo facis, donec aliquam novitatem, ut ſicut, quam ſemper timendo expecto, iterum facias, de qua compellatus ſolitam cantionem de licentia tua recantes. *At contra Laudunenſis in apologia* * *nondum edita, qua ſuperiori epiſtola reſpondet, ſingula refellens, & objecta crimina diluit, & profeſſionis libellum per vim fraudemque ſibi extortum, & fugam neceſſariam fuiſſe demonſtrat, retentumque ſe, ne ad Romanam, quam appellarat, ſedem iret, vehementer conqueritur,*

* Vide pag. 601 tom. II operum Hincmari Rhemenſis archiepiſcopi.

* Illam anno 1615 nondum tunc publici juris fecit idem R. P. Sirmondus tom. II. operum Hincmari a pag. 608.

## Notæ Jacobi Sirmondi, S. J.

1 *Concilium apud Attiniacum.* ) Decem provinciarum ſynodum paſſim appellat Hincmarus Rhemenſis, in eaque libellum ab Hincmaro nepote ſubſcriptum ait, quem Hincmarus ipſe Laudunenſis in ſynodo habita in Attiniaco per vim & fraudem ſibi extortum ſcribit in epiſtola apologetica, cujus initium eſt, *Relegi curſim ſcripta veſtra celſitudinis.*

2 *Ubi ſynodalia ventilari* ) Cum Hincmarus junior in altera epiſtola, cujus initium: *De his quæ vobis per Hittonem &c. Vocaſtis me*, inquit, *litteris veſtra auctoritatis Attinaicum ad ſynodum, Tractata ſunt in eodem Attiniaco a domno rege per aliquot dies quæ viſa ſunt, Cum autem deſignaretur nobis dies tertius, in quo ſynodalia tantum deberent ventilari, qui futurus erat ſexta feria, adveni.*

## Nota Severini Binii.

a *Concilium.* ) Cum Hincmarus Laudunenſis epiſcopus ob cauſam præcedente conciliabulo expreſſam reſcriptum Hadriani papæ pro ſe impetraſſet, illudque Hincmaro Rhemenſi archiepiſcopo & Carolo regi inſinuaſſet, ex odio erga Laudunenſem uterque decrevit, ut hæc ſynodus, quæ latrocinalis dicitur, cogeretur. Præfuerunt illi Remigius Lugdunenſis, Ardovicus Veſotienſis, Bertulfus Trevirenſis archiepiſcopi, una cum ſubiectis ſibi epiſcopis. In ea Hincmarus Rhemenſis epiſcopus una cum Carolo rege accuſatorem agebat adverſus Hincmarum nepotem ſuum, quem jam antea epiſcopum Laudunenſem conſecraverat. Cauſa denuntiandi Hincmarum erat iſta; quod ille jura ſedis apoſtolicæ contrariis ſcriptis defenderat, quæ Rhemenſis archiepiſcopus impugnare & evertere nitebatur: quodque contra juramentum fidelitatis, quo regi erat obſtrictus, eumdem Carolum regem apud Romanum pontificem accuſaſſet, atque ſine ejus licentia adverſus ipſum ſcripta miſiſſet. Cumque Hincmarus Laudunenſis jam, prout mandatum erat a pontifice, itineri accinctus eſſet, ut Romam pergeret, ab hoſtibus captus & ſpoliatus, introductus eſt in hanc pſeudoſynodum. Auditis querelis ſupra commemoratis omnibus, obtulit ille libellum defenſionis ſuæ: ſed rejectus eſt, & nequaquam legi permiſſus. Qua de re cum ille viciſſim ad ſedem apoſtolicam provocaret, non modo non ejuſdem appellationi detulerunt, verumetiam humi proſtratus, defenſioniſque locum ſibi dari expoſtulans, nequaquam eſt exauditus. Ferentes ſententiam eum epiſcopatu depoſuerunt, vinctumque duriſſimis & ferreis vinculis in exilium ejecerunt; atque demum, quod omnem crudelitatem ſuperat, oculis evulſis excæcari fortaſſe procurarunt, ut redeundi ad epiſcopatum ſpem omnem illi adimerent. Hæc ex libello Trecenſis concilii ſub Joanne VIII. celebrati Baronius anno 870. num. 35. & 36.

## Observatio Philippi Labbe, S. J.

Nacti ſumus ineditas aliquot Hincmari utriuſque epiſtolas quæ ex codice Vaticano deſumptæ, & ad nos huc ab Em. cardinale Fr. Barberino tranſmiſſæ plurimum lucis afferre queunt iis quæ de Vermerienſi, atque Attiniacenſi ſynodis præmiſſa ſunt: ſed ne ordinem editionis regiæ in pluribus violare videamur, ſatius viſum fuit eas tantiſper differre, nec prius publicare, quam quæ ſubjecit Cellotius noſter Duziacenſi concilio Hincmari utriuſque opuſcula fuerint excuſſa.

# CONCILIUM COLONIENSE
## IN CAUSA ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ

Celebratum VI. Kalendas Octobris, anno domini DCCCLXX. tempore Hadriani papæ II.

a *Concilium.* ) Vetus Francorum chronicum imperatorum a Pithoeo editum refert, quod anno 870 VI Kalendas Octobris agente rege Ludovico ſynodus quædam Coloniæ Agrippinæ acta fuerit, in qua quidem complura etiam ad eccleſiaſticam diſciplinam ſpectantia pertractata ſint: inſuper ab eiſdem, qui convenerunt, epiſcopis dedicata fuerit eccleſia S. Petri. De reliquis actis ibidem nihil aliud extat.

# AD CONCILIUM COLONIENSE

## Anni 870. vel ad alterum 873.

### *ADDITIO.*

Ex Suppl. Manſi To. I. pag 1012. Anno 870. vel 873.

MAbillonius V. Cl. in analectis ſuis pag. 143. vulgavit collectionem quamdam veterum canonum, opera Abonis Floriacenſis abbatis digeſtam, in qua §. 36. exhibetur canon 56. concilii Colonienſis, eundemque ad concilium anni hujus idem vir clariſſimus referendum opinatur, ea ductus ratione, quod in annalibus Pithœanis anno iſto 870. concilium Coloniæ habitum, & in eo diſciplinæ eccleſiaſticæ canones plures conſtituti adnotantur. Verum & anno 873. concilium alterum ibidem conveniſſe, coeuntibus epiſcopis ad dedicationem templi S. Petri ibi erecti, ex actis ejuſdem concilii apud Labbeum tom. XI. pag. 249. Venet. edit. conſtat; idemque poſterius concilium in dedicatione templi coactum cum priori illo anno 870. confudiſſe Annaliſtam ex eo diſcimus, quod templi ejuſdem dedicatione habitum idem illud concilium anni 870. affirmet. Quare non ſatis conſtare arbitror, utrum canon, mox recitandus, ad concilium anni 870. ſive ad alterum 873. pertineat

*Ex Concilio Colonia cap. LVI.*

UT nemo epiſcoporum quemlibet ſine certa, & manifeſta peccati cauſa, communione privet eccleſiaſtica. Anathema autem ſine conſenſu archiepiſcopi, & epiſcoporum, prælata etiam evangelica admonitione, nulli imponat, niſi B unde canonica deceat auctoritas; quia anathema æternæ mortis eſt damnatio, & non niſi pro mortali debet imponi crimine, & illi qui aliter non potuerit corrigi.

# HINCMARI REMORUM ARCHIEPISCOPI,

## Et aliorum Epiſcoporum apud Vermeriam anno 870. congregatorum Diploma de libertate & prædiis Abbatiæ S. Vedaſti.

Ex Diplomatibus To. I. pag. 134.

HINCMARUS Remorum Archiepiſcopus, ac plebis Dei famulus, omnibus Confratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis nunc ad Synodum vocatis, atque mecum Vermeriaco palatio conſtitutis.

GAUDENDUM eſt nobis, Fratres cariſſimi, ac nimis in Domino Jeſu Chriſto exultandum, pro Senioris noſtri, KAROLI ſereniſſimi, ac glorioſiſſimi Regis ferventiſſimo ſtudio, quod ob amorem Dei, & ſalutem animæ ſuæ gerit circa Monaſteria, & loca Sanctorum relevanda, inſtauranda, atque religioſe ordinanda.

AD quod negotium ut ferveret, ſi forte temperet, nos Epiſcopos conveniret illum ammonere. Sed ille, Deo gratias, Spiritu Sancto plenus, utilitatibus, ac neceſſitatibus ſervorum..... pauperum Chriſti conſulens, non ſolum nos ammonet, ſed etiam humiliter deprecatur, ut in hac re illi adjutores prompta voluntate exiſtamus; videlicet ut quod ille illis per ſuum præceptum confirmavit, nos divina auctoritate, & noſtra Epiſcopali ſententia ita corroboremus, ut in æternum nullus mortalium id audeat temerare. atque violare.

NUNC vero maxime de Monaſterio Sanctiſſimi confeſſoris Chriſti VEDASTI, ejuſdemque loci Monachis, quod dicitur NOBILIACUS, curam atque ordinationem præ manibus habet: quoniam ipſam Abbatiam, nunc noviter reddente ſibi nepote ſuo LOTHARIO Rege, recepit, quam olim, poſt bellum Fontanidum, fratri ſuo LOTHARIO Imperatori, ob gratiam firmioris inter ſe amicitiæ, præſtitit.

QUAPROPTER idem Dominus Rex Senior noſter de eadem Abbatia, ſicut ſibi, ſuiſque fi- C delibus viſum eſt, quaſdam res, villas, prædia, mancipia, cum omnibus ſuis appendiciis, Imperiali præcepto ſuo indidit, auctoritate ſigilli ſui ſignavit, atque confirmavit. Quarum villarum nomina ſunt hæc; ad matriculam ſcilicet Eccleſiæ, *Mainbodaillam*, *Bais*, *Senons*, *Herborceſternam*, *Pomerias*, *Herbinicurtem*, manſos x. cum *Longobragio*, *Mainsvium*, *Morſelle*, & *Scheldogetheim*, *Juventiacum*, & in Dominica Curte manſum unum.

HAS villas, cum mancipiis, & omnibus ad ſe pertinentibus, in uſus luminariorum, matriculariorum, & ceteris, quæ in eccleſiis, in præfato D Monaſterio poſitis, neceſſaria fuerint, deputavit, cum omni cenſu de omnibus precariis Monaſterii, eo modo, ut quidquid etiam ad medicinam opus fuerit, ex præfatis villis ſuppleatur.

AD neceſſaria vero Fratrum, victus ſcilicet, & potus, has villas delegavit, medietatem vici, qui vocatur *Novavilla* juxta ipſum Monaſterium, & tabernam unam: *Filciacum* villam, Dominicam curtem, *Theuludum*, *Bigartium*, *Hernanicurtem*, & *Bernallam*: in pago Belvacenſi *Mediolanas*, *Puteas Aquas*, & *Iuungiſcurtem* manſum indominicatum unum; & alios manſos XXIV. E cum Eccleſia, & vineis, & ceteris appendiciis: valles ſuper fluvium Sommam, cum camba una, & duobus molendinis, & manſum ad eoſdem pertinentibus. *Stragas*, *Saltiacum*, *Atramentarias*, *Maſt*, *Marcheim*, *Strigotem*, precariam *Emmomenis* & Tagengarii. Has omnes villas, cum ceteris omnibus, uſibus Fratrum æternaliter deſervituras deputavit.

AD Cameram vero Fratrum præfatorum has villas deſtinavit, *Atheias*, *Saltiacum*, *Liniacum*,

*Campaniæ*, & in Fontanido manſos III. & manſum I. in *Lambras*, *& alterum in Hedas*, cum homine nomine Godone, & tabernam unam in vico Monaſterii, cum omnibus appendiciis, familiis, & Eccleſiis, & univerſis ad ſe pertinentibus. Ad portam vero, *Berneiam* villam, & in *Anzinio* manſum unum cum molendino, & in *Avez* manſos V. cum molendino, & decimam omnis Abbatiæ.

AD hoſpitale vero pauperum in *Daginvilla* manſos VII. & in *Beneia* villa & *Letſales*, manſos III. & quintam partem omnis decimæ, quæ ad portam venerit, & de omnibus lignariis omnium villarum, quæ ad Præpoſituram, vel ad Cameram pertinent, carros X. Ad domum vero infirmorum omne teloneum ex mercato.

PRO remedio namque animæ Genitoris, ac Genitricis ſuæ, ac pro ſua ſalute, & ERMENTRUDIS ſuæ cariſſimæ conjugis, dedit has villas Fratribus, *Trentellicurtem*, *Cilliacum*, *Latoſum montem* atque *Tilgidum*; ut in eorum anniverſariis refectio pleniſſima eis præparetur.

UNDE nos omnes Epiſcopi, qui Synodali evocatione hic adſumus, Senjoris noſtri CAROLI Regis juſſu, ex auctoritate Dei Omnipotentis, & poteſtate nobis divinitus collata præcipimus, atque ſtatuimus, ut nullus Rex, nullus Epiſcoqus, nullaque perſona alia de jam ſatis rebus, & de nominatis villis, prædiis, atque mancipiis, ipſis Monachis deputatis, unquam inſequenti tempore aliquid agere præſumat, ſed illorum ordinatio in Abbate, vel Monachis pendeat.

NULLA omnino ſervitia, nec manſionaticos, nec paratredas, nec carnicatioras ab illis villis exigat, nec placita in illorum villis quiſquam teneat, ut ipſi Monachi ab omni ſeculari inquietudine immunes, libere, religioſe, & quiete in Monaſterio viventes, abſque ullius Senjoris impedimento, proprias res teneant, dominentur, atque poſſideant, Dominique miſericordiam pro Senjoris noſtri proliſque regiæ ſanitate, & æterna beatitudine, proque totius Sanctæ Eccleſiæ ſtatu, ac pace illos fideliter exorare delectet.

MONASTERIUM vero ipſum, ejuſque cuſtodia, atque omnis ordinatio ad ipſos Monachos, & ad Abbatem, quem ſibi elegerint, pertineant; neque CANONICI extra Clauſtrum ad habitandnm admittantur ulterius, ſicut hactenus omnimodis inhibemus, excepto ſervitores illorum, quia non modicas diſſenſiones audivimus propter hoc in illo exortas fuiſſe Cœnobio.

SI quis vero (quod abſit) his noſtris præceptis, atque ſtatutis aliqua levitatis, vel avaritiæ, cupiditatis, vel malitiæ præſumptione contraire voluerit, vel aliquod impedimentum ſupradictis Monachis, vel Abbati beatiſſimi VEDASTI inferre tentaverit, quolibet ingenio, qualibet arte, quoquo modo, clam, vel manifeſte, omnium noſtrum ſententia damnatus, a Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, Deo Omnipotente, cui injuriam facere non timuit, quia ipſe dixit: Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, anathematis vinculis obligatus, a cœtu ſanctorum ſeparatus, in æternum, juſto judicio Dei, intereat in infernum, cum his quorum vermis non moritur, & ignis non extinguitur; niſi publica ſatisfactione digne pœnituerit, depoſito, ſi Laicus fuerit, ſæcularis militiæ cingulo; ſi Clericus, Eccleſiaſtici honoris dignitate.

PAX vero, & miſericordia Dei ſuper illos, qui illa cuſtodierit, quæ in iſto divinæ, noſtræque auctoritatis privilegio conſcripſimus, noſtriſque nominibus in Dei nomine firmavimus. Amen.

STATUIMUS denique, ut hoc idem privilegium a nobis editum, divinaque auctoritate roboratum, per omnia Synoda, quæ in poſterum agenda ſunt, deferatur, noſtroſque oramus humiliter Succeſſores, ut pro Dei amore & S. VEDASTI, ipſi quoque ſubſcribendo corroborent, quod a nobis conſtitutum eſt.

HINCMARUS Sanctæ Metropolis Remorum Archiepiſcopus ſubſcripſi.
Egil divino munere Archiepiſcopus ſubſcripſi.
Velino Rotomagenſis Archiepiſcopus ſubſcripſi.
Herardus Turonis Archiepiſcopus ſubſcriſi.
VVulfardus Bituricenſis Archiepiſcopus ſubſcripſi.
Froterius Burdigalenſis Archiepiſcopus ſubſcripſi.
Ercheuranus Catalaunenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Hildegarius Meldenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Folericus Autricorum Epiſcopus ſubſcripſi.
Hilmeradus Ambianenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Heitas maiguus Epiſcopus ſubſcripſi.
Æneas Pariſiacenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Rainelmus Noviomagenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Gunibertus Ebroicenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ercumbertus gratia Dei Epiſcopus ſubſcripſi.
Joannes Cameracenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Gualterus Aurelianenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Giſlebertus Carnotenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Airardus Luxovienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Chriſtianus gratia Dei Epiſcopus ſubſcripſi.
Erminus Silvanectenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Achardus Morinorum Epiſcopus ſubſcripſi.
Odo Beluacenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Rothardus Sueſſionis Epiſcopus ſubſcripſi.
Anſelmus Lemovicenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Iſaac Lingonicæ Epiſcopus ſubſcripſi.
Robertus Nannetis Epiſcopus ſubſcripſi.
Abbo Niveruenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Siemundus Cenomanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Hildebrandus Saienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Bodo Auguſtidunenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Carolomannus Abbas ſubſcripſi.
Hugo Abbas ſubſcripſi.
Gauſſenus Abbas ſubſcripſi.
Hilduinus Abbas ſubſcripſi.
Vulfo Abbas ſubſcripſi.
Berengarius Abbas ſubſcripſi.
Vulfardus Abbas ſubſcripſi.
Hildebertus Abbas ſubſcripſi.
Odo Abbas ſubſcripſi.
Fulco Abbas ſubſcripſi.
Ego GAUSLEUS Abbas, juſſu Domini HINCMARI Archiepiſcopi, hoc privilegium ſcripſi, & ſubſcripſi.

CON-

ANNO CHRISTI 871.

# [a] CONCILIUM DUZIACENSE, IN QUO HINCMARUS EPISCOPUS

Laudunenſis tertium accuſatus epiſcopali gradu dejectus eſt, apud Duziacum villam menſe Auguſto celebratum, an. Chriſti DCCCLXXI. Hadriani II. papæ anno IV. Caroli Calvi regis XXXII.

[a] Ex editione P. Sirmondi, & P. Cellotii.

*TErtia hæc ſynodus contra Hincmarum Laudu-
nenſem: nam tribus in ſynodis convictum
fuiſſe Carolus rex Hadriano papæ reſcripſit. Quo
autem pacto ad ſynodum hanc perductus, & quam
acerbe in ea tractatus, atque ab epiſcopali remotus
ſit officio, tum deinde in exilium miſſus, ferro vin-
ctus, ac denique oculis cæcatus, fuſe narrat Hinc-
marus ipſe in libello proclamationis quem Joanni
papæ poſtea oblatum ſuo loco reddemus in ſynodo
Tricaſſina. Hujus vero ſynodi acta, quæ ad Ha-
drianum papam miſſa fuerant per Actardum, non
extant: extat tamen Hadriani reſcriptum ad ſyno-
dum, in quo Hincmari depoſitionem improbat, eum-
que in urbem iterandi judicii gratia mitti jubet.
Hadriani porro epiſtola ad ſynodum Duziacenſem,
excuſſa eſt ſupra * inter alias ejuſdem epiſtolas
num. 32. ad quam concilium tale reſcriptum edidit.*

* pag. 932. A.

## RESCRIPTUM

### EPISCOPOR. SYNODI DUZIACENCIS, ad epiſtolam XXXII. Hadrianini papæ II.

*DOMINO SANCTISSIMO AC
reverendiſſimo patri Hadriano ſanctæ catholicæ &
apoſtolicæ Romanæ primæ ſedis papæ, epiſcopi
diverſarum provinciarum, qui in ſynodo apud
Duziacum provinciæ Rhemenſis in nomine Chri-
ſti convenimus, quorum nomina & ſubſcriptiones
in geſtorum ejuſdem ſynodi ſerie continentur,
quam per venerabilem conſacerdotem noſtrum
Actardum vobis direximus, & quibus per eum
paternitatis veſtræ litteras remiſiſtis.*

VEniens ad nos prædictus venerabilis frater
& conſacerdos noſter Actardus tradidit no-
bis epiſtolam a veſtra paternitate filiolitati no-
ſtræ directam, quam cum in conventu noſtro
fecimus recenſeri, quædam in ea invenimus,
quæ ſtuporem mentibus noſtris non mediocriter
induxerunt, feceruntque nos non modicum du-
bitare, utrum aliter putaremus, an illa ita eſ-
ſent poſita, quemadmodum perſonabant. Quæ
cum ſæpius repeti juſſimus, ac prælati fratris &
coepiſcopi noſtri relatione impedimenta veſtræ
ſanctitatis, & occupationes miniſtrorum ſedis
apoſtolicæ pro diverſis & maximis negotiis au-
divimus, geſta ſynodi ab exiguitate noſtra ſubli-
mitati veſtræ per eumdem fratrem noſtrum ſe-
cundum canones ſacros directa, ab eo, cui nobis
inde juſſiſtis, ſicut ipſæ litteræ monſtrant, re-
ſcribere, ex integro relecta non fuiſſe adverti-
mus. Sed & epiſtolam noſtram de eiſdem actio-
nibus auctoritati veſtræ tranſmiſſam ſtudio ne-
ceſſario eum non relegiſſe comperimus. Scriptum
eſt enim in epiſtola ſanctitatis veſtræ nobis di-
recta hoc modo; Igitur de Hincmari Laudu-
nenſis eccleſiæ epiſcopi depoſitione pontificio no-
ſtro ſcripſiſtis, quatenus de eo ſecundum quod
canonicum eſt, vobis reſcribere juberemus. Pri-
A mo denique veſtræ reſpondemus caritati, quia
cum clamaret in ſynodo, ſe ad ſedem apoſtoli-
cam velle incunctanter venire, atque in præſen-
tia ejus pro objectis ſibi ab adverſario crimini-
bus reſpondere, damnationis in eum non erat
proferenda ſententia. Tamen ſicut in ipſius con-
cilii actionibus legitur, quoniam ſalvo in omni-
bus judicio ſedis apoſtolicæ illum ab epiſcopis
fuiſſe judicatum aſſeritis: nos autem, non ali-
qua contra quoslibet commoti invidia, nec al-
terius culpam in alterum retorquere cupientes,
volumus & auctoritate apoſtolica, quia nullius
B partis favorem aut obſequium, ſed rei geſtæ
veritatem magis invenire cupientes, jubemus
ipſum Hincmarum Laudunenſem epiſcopum ad
limina ſanctorum apoſtolorum, noſtramque ve-
nire præſentiam. Quo ſane veniente, veniat pa-
riter accuſator idoneus, qui nulla poſſit aucto-
ritate legitima reſpui; & tunc præſentia noſtra,
& totius ſedis Romanæ ſynodali collegio, cauſa
illius prudenti ventilata examine ac diligenter
inquiſita, ſecundum Deum & ſacrorum cano-
num conſtitutiones ſpiritu Dei prolatas, ſine
protelatione aliqua finietur. A qua reprehenſio-
ne noſtra, quod accuſemur, quia cum clamaret
C in ſynodo, ſe ad ſedem apoſtolicam velle incun-
ctanter venire, atque in præſentia ejus pro ob-
jectis ſibi ab adverſario criminibus reſpondere,
damnationis in eum non erat proferenda ſen-
tentia, beati Petri apoſtolorum primi pro mo-
dulo noſtro imitantes exemplum, per quem
ſumpſimus religionis exordium, nos minores
apud vos potiores humiliter excuſare ſatagi-
mus; quia ille, ut in ſacra hiſtoria legimus,
reprehenſus a minoribus ſuis, cur ad gentiles
intraſſet, & comediſſet cum eis, & cur eos in
baptiſmate recepiſſet, querelam minorum ſuo-
rum humili ratione placavit, atque in cauſa re-
prehenſionis ſuæ teſtes adhibuit dicens: *Venerunt* Act. 11.
D *autem mecum ſex fratres iſti.* Quam excuſationis
noſtræ ſatiſfactionem tanto vos placabilius ac-
ceptare confidimus, quanto nos in ea ipſius
exemplum ſequi velle cognoſcetis, cujus ſedi di-
vino conſilio præſidetis. Unde nunc nobis non
eſſet neceſſarium excuſare, ſi is quem nobis
juſſiſtis reſcribere, ad locum in geſtorum ſyno-
dalium ſerie legiſſet, quod ibi antequam damna-
tionis in Hincmarum proferretur ſententia, ſcri-
ptum eſt ita: Tunc lectæ ſunt in ſynodo ab
Adalgario diacono ſententiæ canonum, ita eo
dicente: Sardicenſes canones decreverunt, ut ſi Conc. Sardic. can. 3.
aliquis epiſcopus judicatus fuerit in aliqua cau-
ſa, & putat ſe bonam cauſam habere, ut ite-
E rum concilium renovetur: ſi vobis placet, ſan-
cti Petri apoſtoli memoriam honoremus, ut ſcri-
batur ab his qui cauſam examinaverunt Julio
Romano epiſcopo: & ſi judicaverit renovandum
eſſe judicium, renovetur, & det judices. Si
autem probaverit talem cauſam eſſe, ut non re-
fricentur ea quæ acta ſunt, quæ decrevit confir-
mata erunt. Et Innocentius papa decrevit, ut ſi Decret. c. 10.
majo-

ANNO CHRISTI 871.

majores cauſæ in medio fuerint devolutæ, ad ſedem apoſtolicam, ſicut ſynodus ſtatuit, & vetus conſuetudo exigit, poſt judicium epiſcopale referatur. Et Bonifacius papa dicit: Nos per omnes provincias litteras dirigemus, ne excuſationem ſibi ignorationis Maximus obtendat, ut ad provinciam venire cogatur, & illic ſe conſtituto præſentare judicio. Quidquid autem veſtra caritas de hac cauſa duxerit decernendum, cum ad nos relatum fuerit, noſtra, ut condecet, neceſſe eſt auctoritate firmetur. Et S. Leo papa decrevit: Si quæ, inquiens, aliæ emerſerint cauſæ, quæ ad ſtatum eccleſiarum, & ad concordiam pertineant ſacerdotum, illic ſub timore Domini volumina ventilentur, & de componendis atque compoſitis omnibus ad nos relatio plena mittatur, ut ea quæ juxta eccleſiaſticum morem juſte & rationabiliter fuerint definita, noſtra quoque ſententia roborentur. *Cetera deſiderantur.*

[Margin: Decr. c. 3. — Decr. c. 49.]

### Nota Jacobi Sirmondi, S. J.

*Concilium Duziacenſe.* ) Synodi hujus menſes & locum indicat Hincmarus junior in reclamatione quam Joanni papæ obtulit in ſynodo II. Trecaſſina: *A Rhemorum*, inquit, *archiepiſcopo ad ſynodum ſum vocatus ad Duziacum villam, quam conſtituit hebdomada prima menſis Auguſti, & monuit me de certis cauſis paratum eſſe ibidem ut reſponderem.* Nomen hodieque retinet locus ultra Moſam, haud procul Moſomo, in finibus Rhemenſis diœceſis. Olim Duodeciacus vocabatur.

[Margin: Hodie, Douzi les Prez.]

### Nota Severini Binii.

a *Concilium.* ) De rebus in hac ſynodo geſtis Aimoinus lib. 5. cap. 24. in fine hæc ait: *Interea poſt de multis impetitus, præcipue autem de inſubjectione & inobedientia erga ſuum * archiepiſcopum; Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, ut ſe ab impetitis expediret, in ſynodo epiſcoporum decem provinciarum libellum propria manu ſubſcriptum porrexit, hæc continentem.*

[Margin: * regem Carolum]

*Ego Hincmarus eccleſiæ Laudunenſis epiſcopus amodo & deinceps domino ſeniori meo Carolo regi ſic fidelis & obediens ſecundum miniſterium meum ero, ſicut homo ſuo ſeniori, & epiſcopus per directum ſuo regi eſſe debet, ac privilegio Hincmari metropolitani Rhemorum eccleſiæ, ſecundum ſacros canones & decreta ſedis apoſtolicæ ex ſacris canonibus promulgata, pro ſcire & poſſe me obediturum profiteor. Et ſubſcripſi.* Hucuſque Aimoinus. Facta ſunt hæc in ſynodo Duziacenſi in Rhemenſi provincia congregata. Sed quoniam nec iſta ſatis fuere ipſi, ne damnaretur ab epiſcopis, hac de cauſa ſedem apoſtolicam appellavit, quam ne adiret, tum rex, tum epiſcopi, a quibus damnatus fuerat, aliquamdiu impedimento fuere. Quæ cum Hadrianus audiſſet, cum rege & epiſcopis ſtudioſe litteris egit, ut ſineretur idem Hincmarus Romam ſe conferre: qua etiam pendente cauſa ( ut dictum eſt ) idem rex Carolus legatum Romam miſit Actardum ad Hadrianum pontificem.

[Margin: Juramentum Hincmari Laud. epiſcopi]

Porro hanc legationem revera eſſe diverſam a priori, ne quid dubites, illud certum reddit, quod illa contigit anno Domini octingenteſimo ſeptuageſimo: hæc autem hoc anno, ut ex ejuſdem Hadriani litteris ſupra excuſis intelliges, quæ datæ habentur hoc anno, ſeptimo Kalendas Januarii, indictione quinta inchoata.

[Margin: Duæ legationes Actardi epiſcopi.]

### Observatio Philippi Labbe, S. J.

Nec plura de prima hac Duziacenſi ſynodo poſt Binium Sirmondus publicam emiſit in lucem anno 1619. Verum anno 1645. cum me præſente luſtraret inſtructiſſimam V. C. Alexandri Petavii ſenatoris Pariſienſis integerrimi manuſcriptorum codicum bibliothecam, incidit in theſaurum hactenus ſibi ignotum, petitaque ac impetrata ab humaniſſimo ſenatore deſcribendi licentia, a tenebris concilii hujus acta feliciter vindicavit, & poſt aliquot annos R. P. Ludovico Cellotio, hiſtoriæ Gotteſcalcanæ ſcriptori toto orbe celeberrimo publicanda conceſſit: quod anno tandem 1658. peractum eſt, typis Cramoiſianis in 4. Unde tibi quæ ſequuntur, lector, plena manu liberalique animo communicamus, non ſervato tamen in omnibus eodem quem collector ſequutus eſt ordine.

## LUDOVICI CELLOTII PARIS. S. J.

ANNO CHRISTI 871.

### Præfatio in acta conc. Duziacensis I.

QUod hic vides ( benevole lector & catholice ) ſpolium vetuſtatis eſt, non obſoletæ; munus novitatis, non delicatæ: Gallicanum opus eccleſiæ; nec florentis, ut procul a primitiva, neque languentis, ut noſtris moribus non propinquæ. Ætas Chriſtum inter, & nos media huic operi, & materiam fecit, & formam. Locum in conciliis Galliæ deſignavit editor Jacobus Sirmondus ὁ μακαρίτης, non dedit. Concilium Duziacenſe verbo tenus appellavit, paucas ejus partes, neque omnes integras deſcripſit. Acta Romam miſſa per Actardum non extare profeſſus eſt, & quidem veriſſime, quis enim pure ſcripta tineis folia blattiſque expoſita ad rodendum? Fecit Deus poſt illam editionem ut in ejus manum feliciter tali librorum generi obſtetricantem, venirent, dum Petavianam bibliothecam reconditioris doctrinæ apothecam excutit & indagat. Prætierat collocandi cum ceteris conciliis occaſio; exquiſitis, pro more, notis illuminare non ſinebat ætas ingraveſcens; prælo committere rudem maſſam, atque imperfectam vetabat elegans hominis genius. Dum ipſe jam affectis vacat opuſculis, & eruditum ſibi ſepulcrum ſtruere pergit, poſtremo vitæ anno, iſtud, quaſi exceptum hereditati, donatione inter vivos ad nos tranſire voluit, ne periret poſteritati, quacumque tandem manu publicaretur. Et hæc litterarum jactura eſt, prodire non a Sirmondo. Habe, lector, vel a me, & munus æſtima, non donantem.

[Margin: Unde & quomodo prodeat hoc concilium. — Conc. Gall. tom. 3.]

Ejus vero ſuſceptorem te advoco, & hunc diem operi per te luſtricum eſſe cupio. Dic, amabo, quo nomine velis appellari? Concilium, an hiſtoriam, an apologiam? Certe concilium eſt, hortatu pontificis ex octo, vel ſi mavis, decem provinciis Galliæ pro cauſa eccleſiaſtica legitime coactum, cui metropolitanus præfuit, rex interfuit, recto ordine juxta canones omnia geſta, per epiſcopum legatum Romam miſſa. In iis ſi nævus aliquis Hadriano II. diſplicuit, tamen poſtea ex aſſe Joanni VIII. probata ſunt. Hiſtoria nihilominus cenſeri poteſt, & debet, temporum perturbationem, tumultus ab improbis excitatos, bonorum ſtudium laboremque in iis componendis, jucunda rerum varietate aperto ſtylo deſcribens: quæ quia ſcriptoribus hactenus fuit incognita, ne illi graves in errores impegerunt. Nam laſos aliorum injuria, ſuo inſuper judicio cruentat: Eccleſiæ regnique perduellibus laudum encomia plenis manibus largiuntur, viros ſanctiſſimos infamia ſchiſmatis dedecorant, pacis & tranquillitatis publicæ perturbatores pene martyrii titulo cohoneſtant. Has calumniarum nebulas concilii narratio diſſipat, & facta omnia, doteſque ſingulorum in aperta veritatis luce conſtituit.

[Margin: Eſt verum concilium provinciale. — Admodum utile hiſtoriæ eccleſiaſticæ.]

Hæc apologia clarorum hominum virtuti atque innocentiæ comparata, Caroli Calvi regis Chriſtianiſſimi, Hincmari ſenioris Rhemenſis archiepiſcopi, epiſcoporum triginta qui per ſe ipſi, vel per legatos concilium fecerunt, e quorum nominibus infamiæ labem abſtergere, & memoriam debito ſplendori reſtituere, publicæ rei, & morum bonorum intereſt. Nam pro ſchiſmatico traducitur a quibuſdam, hujus ipſius concilii gratia, Carolus Calvus: ut qui ne pilum quidem boni viri habeat, cujus patientiam in injuriis ab homine eccleſiaſtico illatis, obſervantiam adverſus ſacros antiſtites, magnificentiam in ornandis eccleſiis hoc in concilio miraberis: ac deinde ab eo qui concilium probavit pontifice ſic compellatum audies. *Vere enim, filiorum cariſſime, cor veſtrum in manu Dei eſt, quia ejus * conſulta univerſa diſponitis, & ſapienter imperium vobis collatum moderari ſtudetis: quia ex utero matris crevit vobiſcum ſapientia, & rectitudo fuit dilecta amica veſtra.* Hincmaro archiepiſcopo Rhemenſi Janſeniana factio in primis infenſa, ob Gotteſcalcum patriarcham virgis ſuppoſitum, conciliorum tyrannum, omnimodæ nequitiæ architectum, nepotis epiſcopi carnificem, ex hoc concilio appellat; quem modis omnibus a nepote peſſumdatum, in cauſa capitali recuſatum, in ſententia dicenda poſtremum leges in actione concilii. Concilium totum accuſant alii contemptæ apoſtolicæ ſedis, imminutorum jurium Romani pontificis, damnati contra jus faſque reclamantis epiſcopi, & Romam appellantis: in quo frequenter audies hortantes epiſcopos ut Romam appellet; objurgantes quod religioſum iter, ne invitante quidem pontifice, aggrediatur; monentes ut quam ferunt ſententiam in reum convictum, ea ſalvo per omnia ſedis apoſtolicæ judicio privilegioque ſubdatur. Non credidit nobilis ille conſeſſus, in quo plurimos videbis ſanctitatis gloria ſuis in eccleſiis celebres, veram appellationem dici oportere, quæ multis nominibus illuſoria eſſet, quæ ab homine ſeditioſo, ad audaciam confirmandam, contra regni tranquillitatem, honorem eccleſiæ, ſacrarum legum intentionem, jam tertio, in procinctu damnationis, fruſtra & inaniter objiceretur judicibus, non ſemel ante deluſis. Habebat in ore canones a conciliis prioribus, & pontificibus Romanis conditos, & totius mundi reverentia conſecra-

[Margin: Ex quo multorum innocentia cognoſcitur. — Carolus Calvus non fuit ſchiſmaticus. — Joan. VIII. ep. 23. — * forte conſulto Hincmarus Rhemenſis per vim nihil egit. Patres concilii Romanæ ſedis obſervantes.]

ANNO CHRISTI 871.

ſecratos, quæ accurate ſequeretur; & ab Hincmaro concilii præſide vix quicquam abſque citata canonis auctoritate factum reperies, qui etiam Prædeſtinatianum monachum ſecundum *canones & regulas* vapulare juſſit in ſynodo.

*Inter pontificem & concilium diſcordia.*

Quæ igitur ob rem, inquis, ex hoc concilio nata eſt inter Carolum regem, cum antiſtibus ſuis, & pontificem Hadrianum diſcordia? Cur acerbiores ultro citroque ſcriptæ epiſtolæ? Quare concilii judicium, ſi fuit ad canones exactum, reſcidit ſupremus judex, cauſam omnem ad ſuum tribunal revocavit, & factus eſt de judice defenſor & patronus? Audi pacate dum ſatisfacio. Primo aſpectu jus ſacrum, ab incunabulis eccleſiæ uſitatum, Romam appellandi, læſum eſſe credidit pontifex, hinc ſententiæ in appellantem dictæ ſuſpenſio, & graves ad regem & concilium litteræ. Doluerunt iſti vehementer ea pontificis voluntate, & rebellis epiſcopi pervicacia, qua liberari ſperaverant, referri ſe in præteritos tumultus; deſperarunt ullo modo quietem regno, atque eccleſiæ poſſe reſtitui, ſi pontifex Hincmarum patrocinio, Hincmarus perduellionem impunitate foveret. Sic iracundius reſponſum Hadriano. Eſt autem de hiſtorico quopiam pontificibus parum æquo dictum, quod vulgo probatur ab omnibus: *Quis illi non parcat ſi ſcripſit iratus?* quod ad anteriores illos referre quid vetet?

*Non ſatis conſulto nata.*

Video animum tuum, Lector, hiſtoricæ licentia de veterum geſtis arbitrium dicere geſtientem, ut utrimque plus æquo humanitati eſſe indultum pronuncies. Potuit enim animadvertere pontifex, cauſam ſibi reſervatam, reum ad appellationem invitatum eſſe a patribus, promiſſum a rege ſubſidium ad ejus proſecutionem, abuti furioſum hominem appellationis nomine, qui rem non ſemel antea contempſiſſet: rogare ſuppliciter concilium, ut res judicata perſiſteret. Quæ hic ſuſpicio contemptus, quæ umbra ſchiſmatis? Quid eſt igitur cauſæ cur tantopere pontifex excandeſcat? Ex adverſo debuit expendere concilium, quid exigeret Hadrianus, quid concederet? Judicio peracto probabant antiſtites Galli appellationem ab Laudunenſi opponi, ſuis etiam regiiſque facultatibus juvare parati. Hoc ipſum erat quod poſtulabat pontifex, retractari apud ſe judicium, quodque in Rothado & Wlfado olim fecerat Nicolaus. Optaverant alterutrum præſules, ut aut ex omni parte ſententia confirmaretur a pontifice; aut certe ſi quid mutatum vellet, pendente lite, depoſitionem non tangeret: non attigit pontifex, contentus vetare, ne quis ſucceſſor in locum ita depoſiti ſubrogaretur. Actardum Namnetenſis epiſcopatus bonis hoſtili manu exutum, legatum delegarunt patres, qui ſimul & acta concilii deferret ad pontificem, & ab eo alicujus beneficii gratiam emereretur: archiepiſcopum Turonenſem creavit pontifex, vel eo facto teſtatus non damnari ſe concilium, cujus legatum extolleret. Unde igitur in ſacrum caput tantæ animis cæleſtibus iræ.

*Brevi ſedata.*

Sed hæc nubecula fuit, gratiorem cælo Gallico ſerenitatem mox factura. Nam paulo poſt, imperium pontifex placato regi promiſit, ſucceſſor contulit. Carolus Hincmarum depoſitum turbare pergentem ſupplicio coercuit, tacente Hadriano. Profectus eſt Romam Carolus, venit in Galliam Joannes VIII. Concilium Trecis habuit, ad quod amantiſſime Rhemenſem Hincmarum invitavit. Et dubitas quin plurimi cum eo Tuziacenſis concilii patres advenerint, cum Hodonem Belvacenſem ab eo invitatum ſcribat Flodoardus? Audita eſt illa in ſynodo depoſiti Laudunenſis querimonia, & rejecta: confirmatus in ſede ſucceſſor, antea juſſus eligi: cæcus ad partem unam ſacerdotalem pontificia commiſeratione admiſſus, non tam diu vixit privatus, quam ſero mortuus eſt miſer. Hic finis ingentis illius ſchiſmatis, quod aliqui horrere ſe dicunt. Eo pervenerunt illa diffidia, quæ Gallicanam eccleſiam a Romana, eccleſiarum omnium matre & magiſtra, creduntur avellere potuiſſe.

*In jure multa favent huic concilio. 2. q. 6. tota.*

Quæ omnis apologia pro concilio, de ipſo concilio deprompta eſt, quod proinde funditus noſſe neceſſarium eſt. Ab eo tamen ſi digredimur ad Gratiani collectionem, ejuſque gloſſam, in ea nihil admodum parebit, quod efficaciter opponi debeat: quin potius juvabunt plurima, & majores noſtros omni ſchiſmatis ſuſpicione liberabunt. Ibi enim appellatio definitur proprie, *Provocatio iniquæ ſententiæ querelam continens*. Poſt latam ergo ſententiam aſſumenda, quod unum volunt Duziacenſes. Eſt *remedium quo cauſa vitiata ſublevetur*. Quid autem in ſynodo vitii deprehendere poteſt Laudunenſis? immo quid in vita ipſius vitii non reprehendit ſynodus? *Ad Romanam eccleſiam ab omnibus, maxime tamen ab oppreſſis, appellandum eſt, & concurrendum quaſi ad matrem, ut ab ea omnes oppreſſi auxilium, & injuſte damna reſtitutionem petant.* Lecto concilio tuum erit judicium, Lector, ſitne oppreſſus ab aliquo Laudunenſis, an alios oppreſſerit? ſitne damnatus injuſte, qui juſtam trium ſynodorum damnationem arte effugit? *Quicumque non confidentia juſtæ cauſæ, ſed cauſa afferendæ moræ, ne contra eum ſententia proferatur, appellaverit, hujuſmodi appellationes non recipiuntur.* Quid autem aliud tribus in ſynodis fecit Hincmarus? *Ceterum ſi cauſa fruſtratoria dilationis appellaverit, a judice ad quem provocatum fuerit, condemnabitur.* Quæ vero magis eſſe poteſt appellatio fruſtratoria, vel quæ eo nomine dignior, quam Hincmariana illa toties interjecta, nunquam tentata? *A judicibus quos communis conſenſus elegerit, non liceat provocare.* At provocavit Hincmarus apud Attiniacum, & quidem, quod nefas eſt, ab eccleſiaſticis ad laicos abſque metropolitani conſenſu. *Ei qui appellat impertitur annus, intra quem ſecundum ſe communiter cum adverſario litem exequatur: aut ſi juſta cauſa intervenerit, annus alius indulgeatur, quo tranſacto, lite non completa, rata manet ſententia.* Quæ cauſa Laudunenſem coegit ultra triennium domi reſidere, & ne pontificis quidem invitatu, non regis conceſſione, non metropolitani hortatu religioſum iter aggredi?

*Non nocet Hincmari Rhemenſ. reprehenſio per Nicol. I.*

Dies me deficiet ea colligentem ex Gratiano, aliiſque canoniſtis, quibus Hincmari appellatio debilitetur, atque adeo Duziacenſium patrum facto robur addatur. Neque quicquam illis nocere poteſt Hincmari Rhemenſis, qui concilio præſedit, producta in Gratiano vehemens reprehenſio, a graviſſimo pontifice Nicolao I. facta: quando & aliter decernenti pontifici ſumma animi demiſſione paruit archiepiſcopus, & illud judicium per calumniam exprobranti nepoti ſapienter reſpondit avunculus, ut hoc in concilio perſtringitur, & nos in hiſtoria Gotteſcalci fuſius explicuimus. Neque vero cauſa Rothadi, vel omnino caſus ullus a Gratiano ſignificatus, huic Laudunenſis contumaciæ ſimilis eſt. Recte autem Fulbertus Carnotenſis illorum temporum pene æqualis, pronunciavit, *nihil valere exemplorum inductione, ubi neque perſonarum, neque negotiorum ſimilitudo conſequitur.* Quamobrem, ut tandem deſinam præſtanti concilio patrocinari, hac gemma ſi bene te novi (Lector catholice) venenum ſchiſmatis non bibes, ut aut notam ullam majoribus noſtris inuras, aut de Romanæ ſedis jure ac dignitate, tali abuſus exemplo quicquam detrahas.

*Major concilii editio non eſt improbanda.*

Quod ſi me quoque dignum apologia judicas, quod ad piorum ſcandalum obducta vetuſtate vulnera hujus concilii editione refricentur, & in ſacratiſſimi ordinis dedecus Laudunenſis epiſcopi ſcelera publicentur. Reſpondeo expeditiſſime, Rhemenſis Hincmari ſcriptis, & hiſtoria Flodoardi, aliiſque libris ante jam editis culpam illam, ſi qua eſt, fuiſſe contractam: poſſe ſæculo noſtro vulgari, quod nono ab ipſis epiſcopis in luce totius Galliæ publico judicio geſtum eſt. Hiſtoriam accuſari a te quæ facta narrat, ut hominem excuſes, qui fecit peſſime. Sua quemque dedecorant crimina; nihil eſt privatorum vitiis cum ordinis ſanctitate commune: niſi fortaſſe regum omnium intereſſe vis, quod adulterium homicidiumque Davidis ſcriptura propalat: aut regum filios in Ammonis inceſtu, vel Abſalonis patricidio, ac perduellione partem aliquam habere arbitraris. Morum ſcientia præceptis, hiſtoria exemplis, humanitatem totam explicant, virtutibus vitiiſque conſtantem. Leges divinæ atque humanæ præmio pœnaque propoſitis quid ſequi, quid cavere debeamus, edocent. Paucorum impietas vindicata, omnium diſciplina eſt. Quæ peccavit Hincmarus in oppido, improbarunt plurium provinciarum epiſcopi ſanctiſſimi, & etiamnum damnat poſteritas. Illud beneficii genus debemus hiſtoriæ. Supremum in homines, &, mea quidem ſententia, longe graviſſimum improborum ſupplicium eſt, poſteritatis memoria: illam horrent etiam in ſui ſimilibus ſcelerati, nec ullus ſuccenſet hiſtoriæ, niſi qui de ſe prior confitetur.

*Quædam omiſſa ſunt jam ante emenſa.*

Quæris ad extremum, totum ne concilium, quale ac quantum eſt, exhibeam? & repetundarum accuſas ſi quid detraho. Non poſſum diſſimulare, quod invitiſſimus patior, minutum capite produci, quod temporis latrocinium eſt, ab ipſo fortaſſe aliquando reſtituendum. In fine truncando, fateor ingenue arbitrii mei pluſculum reperiri. Quamvis enim vetet indicis Tridentini regula *in libris catholicorum veterum mutari quicquam*, duplicem tamen laciniam oculis tuis ſciens volenſque ſubduco, infirmioribus animis aliquo modo ſuſpectam, nullo neceſſariam. Prior eſt, contentioſa illa, de qua dictum, Caroli regis ad pontificem Hadrianum epiſtola, quam in rhapſodiis aliis poteris aliquando legere; quam ex hac quidem cum Laudunenſi contentione natam, & poſt iſtud concilium ſcriptam fatemur, ſed non ſolius occaſione ſynodi, quando rex mitiſſimus collectam ex longo iracundiam a turbulentiſſimi hominis nequitia excitatam, eo ſcripto videtur profudiſſe. Poſterior eſt, Reſcriptum epiſcoporum Duziacenſium ad litteras Hadriani, quibus cauſam Laudunenſis jubet retractari, & latum in appellantem judicium non probat. Nam cum ejus reſponſi prima pars a Sirmondo primum ſit edita, deinde in concilia regia immiſſa; tertia lacunis fœde hiantibus ne divinationi quidem criticæ pervia, operæ pretium non putavi in media parte deſcribenda tempus ponere, quæ merum Hincmari multiloquium complectitur.

*V. Baron. ad an. 871. t. 9.*

*Hadrian. ep. 32. al. 27.*

*Sirm. to. III. Concil. Gall. Conc. reg. to. 23. in fine.*

*Nova alia ad demenſum addita.*

Verum qualis cacumque jactura eſt, cumulatiſſime compenſatur appoſita coronide ex opuſculis Hincmari utriuſque pro eccleſia, proque Laudunenſis epiſcopii poſſeſſionibus adverſus vim aulicam certantis: quæ quia ſerius in manus meas venerunt, de iis poſt concilium ſuo tantum ordine locoque dicetur. Unum addo, partium & capitum ſectiones quæ parent in concilio ex MS. vel apographo non eſſe, ſed a me tædii vitandi gratia eſſe additas, non

fine

ſine ſcriptorum aliorum frequentibus exemplis. Fruere, A lector, hoc labore, & veritati conſtanter ſiste.

ANNO CHRISTI 871.

# TESTIMONIA VETERUM

## AD CONCILIUM DUZIACENSE I.

## Et Hincmarum Laudunenſem epiſcopum ſpectantia.

### HADRIANUS II.

*Epiſt. ad epiſcopos concilii Duziacenſis.*

Hadr. ep. 32. in Sirm. 27. HAdrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei reverendiſſimis & ſanctiſſimis confratribus noſtris archiepiſcopis & epiſcopis, qui apud Duziacenſem provinciæ Rhemenſis ſynodum convenerunt. Caritatis veſtræ literas, per Actardum venerabilem coepiſcopum & glorioſi regis Caroli legatum ſuſcepimus: & quid de eo ad ſuggeſtionem & deprecationem noſtram egeritis, non ſolum in eis, verum & per ipſum cognovimus. *Et infra.*

Igitur de Hincmari Laudunenſis epiſcopi depoſitione, pontificio noſtro ſcripſiſtis, quatinus de eo ſecundum quod canonicum eſt, vobis reſcribere juberemus, *&c.*

*Idem epiſt. ad Carolum regem.*

Hadr. ep. 34. in Sirm. 29. *Subſcripti tantum eſſe reperiuntur archiepiſcopi.* De pontifice Laudunenſi Hincmaro, a præſulibus decem provinciarum depoſito, & a metropolitano ſuo, venerabili fratre Hincmaro archiepiſcopo, reſervato per omnia hujus primæ ſedis privilegii judicio, cumulata in ſynodalibus litteris, & præfati metropolitani, & veſtris, nec non in libello reclamationis cleri & plebis Laudunenſis, ſeu in libello continenti ſeriem geſtorum ſynodi, tanta turpia, tanta dictu nefanda, tantaque execranda & auctorem ſuum damnantia referuntur, ut incredibilia ab ignorantibus, *&c.*

### CAROLUS REX.

*Epiſtola ad Hadrianum papam.*

Apud Hincmar. ep. 43. tom. 2. Valde mirati ſumus ubi hoc dictator epiſtolæ nobis per Actardum epiſcopum delatæ ſcriptum invenerit, eſſe apoſtolica auctoritate præcipiendum, ut rex corrector iniquorum, & diſtrictor reorum, ac ſecundum leges eccleſiaſticas atque mundanas ultor criminum, reum legaliter ac regulariter pro exceſſibus ſuis damnatum, ſua fretum potentia Romam dirigat. Maxime autem illum, qui & ante depoſitionem contra cuſtodiam publicam, & contra quietem moliri in tribus ſynodis extitit deprehenſus, ſicut in geſtis epiſcopalibus paternitati veſtræ directis continetur: & poſt depoſitionem ſuam, & per ſe, & per quoſcumque potuit, a ſua pervicacia non quievit, *&c.* D

### JOANNES VIII.

*Epiſtola ad Hincmarum Rhemenſem.*

Joan. ep. 314. in Sirm. 1. Quamvis de ſanctitatis tuæ judicio nihil dubitaviſſemus: quia tamen cariſſimus filius noſter Carolus inviсtiſſimus imperator, a nobis diligentiſſime percunctatus, circumſtantiam judicii a beatitudine tua coepiſcopiſque ſuis in Hincmarum dudum Laudunenſem epiſcopum prolati, apoſtolatui noſtro retulit, agnovimus juſtum fuiſſe omnino judicium. Neque enim tantus princeps niſi veritate fultum quicquam poterat affirmare, *&c.*

### HINCMARUS IPSE LAUDUNENSIS.

*Proclamatione ad Joannem in ſynodo Tricaſſina.* E

A Rhemorum archiepiſcopo ad ſynodum ſum vocatus ad Duziacum villam, quam conſtituit hebdomada prima menſis Auguſti, & monuit me de ceteris cauſis paratum eſſe ibidem, ut reſponderem. Ad quam cum feſtinaſſem, *&c.*

### FLODOARDUS IN HIST. RHEMENSI.

*De epiſtolis Hincmari Rhemenſis ad diverſos.*

L. 3. c. 22. Item convocans eum ad ſynodum, ubi Hadriani papæ mandata tractanda erant.

Ibid. c. 23. Item pro conventu ſynodali ſuper reſponſione ad epiſtolam Hadriani papæ.

Item pro ordinatione Hedenulphi ſecundum juſſionem A Joannis papæ, ad epiſcopatum Laudunenſem, diu paſtore vacantem.

ANNO CHRISTI 871.

Item cum Vualtero Gisleberto, & Angelino epiſcopis, ut convenirent ſecum ad peragendam juſſionem præfati papæ Joannis, inter Hedenulphum & Hincmarum Laudunenſes epiſcopos, cum ſacrorum obſervatione canonum.

Item pro mandatis papæ Joannis, de Hincmaro Laudunenſi, ad eumdem Atulfum ab eodem papa directo, quid illi ſit obſervandum.

Hedenulfo, quem poſt Hincmarum Lauduni ordinaverat epiſcopum, pro quibuſdam diaconis quos ei dirigebat ad ſacerdotium provehendos.

Ut ſecundum ſacras regulas, cum conſilio coepiſcoporum Ibid. c. 25. & viſitatoris epiſcopii Laudunenſis, quia tunc epiſcopus ibi non habebatur, inde Domino aſpirante decernatur.

Iſemberto illuſtri viro amico ſuo, precans pro Hincmaro nepote ſuo, quem miſerum appellat, utpote qui pro Ibid. c. 26. exceſſibus ſuis tam gravia ſuſtinebat, petenſque ut illum in ſuis neceſſitatibus adjuvaret.

Item de Nicæna ſynodo, & de abjectione vel reſtitutione Hincmari Laudunenſis epiſcopi. Ibid. c. 29. B

### ANNALES BERTINIANI AD AN. DCCCLXXI.

Hincmarus Laudunenſis nomine tantum epiſcopus, homo inſolentiæ ſingularis, contra veritatem evangelicam & apoſtolicam, atque eccleſiaſticam auctoritatem contra regem rebellans, &c. *quæ ſuo loco deſcripta ſunt.* Ut rex ſynodum in menſe Auguſto apud Duziacum conduceret, quatenus de illius pravitatibus regulare agitaretur judicium, *etc.*

### AIMOINI SUPPLEMENTUM L. V. C. XXIV.

*De concilio apud Attiniacum.*

Interea poſt de multis impetitus (præcipue autem de inſubjectione regiæ poteſtati, & inobedientia erga ſuum C archiepiſcopum) Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, ut ſe ab impetitis expediret, in ſynodo epiſcoporum decem provinciarum libellum propria manu ſubſcriptum porrexit hæc continentem. Ego Hincmarus eccleſiæ Laudunenſis epiſcopus, &c. *Habetur ſuo loco.*

### ADO * VIENNENSIS IN FINE CHRONICI.

* *Imo ejus continuator.*

*De concilio Tricaſſino.*

Quo tempore Joannes papa in Gallias venit, & apud civitatem Trecas diu moratus eſt, habuitque ſynodum epiſcoporum, in qua * Immaurus Lauduni * Daviti epiſcopus, poſt avulſionem oculorum, epiſcopatu eſt donatus.

* *l. Hincmarus*

* *eleuati.*

## PARS PRIMA CONCILII,

### Sive, proclamatio Caroli regis adverſus Hincmarum Laudunenſem epiſcopum ſynodo porrecta.

Caput I. II. & III. deſunt.
Caput IV. carens principio.
V. *De inobedientia erga regem.*
VI. *Quod regiæ poteſtati reſtitit.*

## PARS SECUNDA,

### Scedula, ſive libellus expoſtulationis Hincmari Rhemenſis adverſus Hincmarum Laudunenſem in ſynodo recitatus.

## PRÆFATIO.

Caput I. *Quod palatii regii & abbatiæ adminiſtrationem contra canones obtinuit.*
II. *Quod ad eamdem abbatiam ſine licentia metropolitani contra canones perrexit.*
III. *Quod ad ordinationem epiſcopi Cameracenſis vocatus, venire, aut vicarium mittere contempſit.*
IV. *Quod regem ſine ulla ratione, vel neceſſitate offendit; & aliorum epiſcoporum parochianos excommunicavit.*
V. *Quod eccleſiæ ſuæ presbyteros & miniſtros illicite excommunicavit.*
VI. *Quod infantes in ſua parochia baptizari prohibuit.*
VII. *Quod pœnitentiam & viaticum morientibus dari vetuit.*

VIII. *Quod*

ANNO CHRISTI 871.

VIII. *Quod ſepulturam mortuis in parochia ſua denegari præcepit.* A

IX. *Quod de his exceſſibus monenti metropolitano ſuo obedire neglexit,*

X. *Quod profeſſioni cuidam ſubſcripſit cum conſenſu epiſcoporum aliarum provinciarum, poſtpoſito metropolitano,*

XI. *Quod ineptam decretorum collectionem compoſuit, eidemque indebite ſubſcripſit.*

XII. *Quod in ea collectione, ſanctorum patrum dicta ſenſuſque corrupit.*

XIII. *Quod frequenter admonitus, excuſare culpas maluit, quam corrigere; & accuſatus in ſynodo, non expectato ſine judicii fugam arripuit.*

XIV. *Quod fugam illam infirmis rationibus excuſare conatur.*

XV. *Quod res eccleſiæ, quæ controvertuntur, regi conceſſit Nortmanno tradendas.*

XVI. *Quod falſo dicit ſe detentum fuiſſe, ne Romam, quo appellabat, adiret.* B

XVII. *Quod poſt fugam, Hincmaro Rhemenſi per litteras ſignificavit, ſe Romam evocari a pontifice: quibus ab eodem Rhemenſi reſponſum eſt. Et quod contra ſuam profeſſionem venit.*

XVIII. *Quod ſcedulam fictam, quaſi ab epiſcopis concilii Tullenſis conſcriptam obtulit, cui reſcripſit Rhemenſis, adhortans ad patientiam, & maturam rerum cognitionem.*

XIX. *Quod poſt fugam ab Attiniaco, relicto eccleſiæ judicio, ſæculares judices a rege expetiit, & judicata retractari fecit.*

XX. *Quod excommunicationi complicum Carlomanni poſt quartam admonitionem non ſubſcripſit.*

XXI. *Quod deinde ſemel ac iterum eadem de re monitus, obedire contempſit, & concilii Antiocheni canonem indiſcrete exponit.*

XXII. *Quod in quibuſdam Rhemenſem ipſum male reprehendit: & de pœna inobedienti irroganda.* C

XXIII. *Quod Hincmaro eidem Rhemenſi traditionis crimen per calumniam imponit.*

XXIV. *Illa calumnia tabulis teſtibuſque productis, a Rhemenſi diſſipatur.*

XXV. *Aliam nepotis calumniam de contemptu pontificiæ excommunicationis diſſipat avunculus.*

XXVI. *Senſum ſuum catholicum, de ſummæ ſedis apoſtolicæ in ſolvendo ligandoque poteſtate, publice profitetur Hincmarus.*

XXVII. *Quod plura falſo narrat de litteris apoſtolicis ſecum non communicatis.*

XXVIII. *Quod vane gloriatur, excommunicationem a ſe factam a ſede apoſtolica probatum iri.*

XXIX. *Quod ſimilem excommunicationem ab ipſo Rhemenſi factam eſſe, falſo criminatur.*

XXX. *Quod poſtulavit ut avunculus ſua adverſus ipſum ſcripta igni abſumeret. Iterum de ſuperiore calumnia, propter quam non debet ad accuſationem admitti.*

XXXI. *Quod excommunicationem a ſe factam fruſtra excuſare conatur.*

XXXII. *Refertur magna pars epiſtolæ Hincmari Laudunenſis de ſubſcriptione quam fecit in ſynodo apud Attiniacum.*

XXXIII. *Hincmarus archiepiſcopus ſuperiores objectiones vera rerum geſtarum narratione diſſolvit.*

XXXIV. *Ejuſdem refutationis continuatio.*

XXXV. *Quod tertio vocatus ad ſynodum, non reſpondit, & ideo tractari debet ut contumax.*

Concluſio; *Qua monſtratur, non obſtante appellatione, ferri poſſe ſententiam.*

## PARS TERTIA,

Sive, reſponſa epiſcoporum ad proclamationem regis.

Caput I. *Præfatio epiſcoporum.*

II. *De juramentis præſtitis & refragatis.*

III. *De ſeditione.*

IV. *De pervaſione.*

V. *De eo quod eccleſiæ bona regi tradidiſſe confitetur.*

VI. *De calumnia apud pontificem regi impoſita.*

VII. *De accuſatione regis ante conſtituta.*

VIII. *Quæ ſit pœna calumniatori conſtituta.*

IX. *De eo quod poſt ſacramentum homines ſuos ſine regis licentia emiſit e regno.*

X. *De inobedientia ejus erga regem.*

XI. *De eo quod regiæ poteſtati armata manu reſiſti fecit.*

XII. *De eo quod regi infideles a ſe fraudulenter emiſit.*

Concluſio, *Quorumdam criminum recapitulatio: & quod leges eccleſiaſticæ ſervandæ ſint.*

## PARS QUARTA,

SIVE, ACTA SYNODI CUM HINCMARO Laudun. epiſcopo canonice vocato & præſente.

Caput I. *Ter vocatus ad ſynodum, tandem comparet.*

II. *Accipit a ſynodo petitionem regis, & litteras Hadriani.*

III. *Denuo vocatus ter ad ſynodum, tandem advenit.*

IV. *Tandem præſens interrogatus in ſynodo, recuſat reſpondere, & regem calumniatur.*

V. *Convincitur in ſynodo, ſpoliati theſauri Laudunenſis eccleſiæ.*

VI. *Juſſus ad objecta reſpondere, Hincmarum metropolitanum judicem recuſat per calumniam; quæ ſtatim publice revincitur.*

VII. *Interrogatus de ſingulis accuſationis capitibus, neque ad illa reſpondens, teſtibus convincitur*

VIII. *Hincmarus metropolitanus patres rogat ſententiam.*

IX. *Patres concilii adverſus Hincmarum Laudunenſem epiſcopum ſententiam dicunt.*

X. *Hincmarus metropolitanus adverſus Hincmarum Laudunenſem ſententiam depoſitionis pronuntiat ex ſcripto.*

*Subſcriptiones epiſcoporum.*

## PARS QUINTA,

SIVE, EPISTOLÆ.

*Epiſtola ſynodalis ad Hadrianum papam.*

*Epiſtola Hincmari Rhem. ad eundem.*

# CONCILIUM DUZIACENSE I.

In quo Hincmarus epiſcopus Laudunenſis tertium accuſatus, epiſcopali gradu dejectus eſt,

Apud Duziacum villam, menſe Auguſto celebratum, anno Chriſti 871. Hadriani papæ II. anno 4. Caroli Calvi regis 32.

D *Ex codice MS. Alexandri Petavii ſenatoris ampliſſ. paulo ante obitum deſcriptum a R. P. Jacobo Sirmondo S. J. & opera Ludovici Celotii ejuſdem ſocietatis presbyteri primum in lucem editum anno 1658. apud Sebaſtianum Cramoiſium cum ampliſſimis atque eruditiſſimis notis.*

PARS I.

[a] *Petitio proclamationis domini Caroli regis adverſus Hincmarum Laudunenſem epiſcopum in ſynodo porrecta.*

Multa deſunt e principio.

. . . . . . . . . .

E Quas habeo, profitetur, mihi conceſſit, ut eas Nortmanno beneficiarem. De quibus, poſt talia & tanta ſacramenta, & ſubſcriptionis ſuæ profeſſionem, ſicut præmiſi, antequam me inde cum archiepiſcopo, vel ceteris coepiſcopis ſuis, in ſynodo Rhemorum provinciæ, cum plures ſynodi in eadem provincia habitæ fuerint, compellaret; latenter me ad ſedem apoſtolicam ut diſtractorem rerum eccleſiaſticarum, per calumniam accuſare, miſſum ſuo nomine Celſanum, & litteras ſuas tranſmiſit: ipſæ litteræ domni apoſtolici, quas mihi idem Hincmarus in Cariſiaco, coram ſuo archiepiſcopo, & aliis archiepiſcopis, & epiſcopis, & pluribus fidelibus noſtris obtulit. Quæ

[a] *En c. 4. libelli Petitionis Caroli regis.*

PARS I. Hadilan. ad regem epiſt. 92.

* leg. videtur orthodoxorum

inſius Hincmari adverſum me accuſationem, apud A apoſtolicam ſedem demonſtrant: dicente in his mihi domno apoſtolico. * *Sicut enim gaudemus cum ſerenitatem tuam erga ſtatum eccleſiaſticum more * paradoxorum... liberalitatem tuam tam litteris..... quam vocibus. Sic nimirum cum eam in aliquo diſtrahentem extra conſuetudinem ſuam comperimus, tota cordis valetudine contriſtamur.* Dominus namque dicit, ſicut audio, judico: ita & domnus apoſtolicus, manifeſte demonſtrat, quia ſicut ex hac cauſa per Hincmarum litteris & vocibus audivit, de diſtractione rerum eccleſiaſticarum, ita etiam ſcripto mihi mandavit. Et Hincmarus in ſcripto ſuo, quod mihi direxit, ita dicit: *Hanc autem villam idcirco, per eum,* id eſt, per apoſtolicum, *recuperan-* B *dam eccleſiæ, cui indignus præſideo, dignum duxi, quia omnibus caſſus, ut præmiſi, rebus, omni conſequenter deinceps extiteram veſtræ liberalitatis ſpe deſtitutus. Et tacere ulterius non fui auſus, cum per octo tranſactos penitus annos, nonoque fere completo, ſatagens pro ea recipienda, defecerim. Ac per hoc quod ad modicum ſine diſpendio profuturo, tempus præfixo rationis modo indulſeram rebus, damnandus aſſenſor judicarer, ſi meo negligeretur torpore, quaſi conbibita abrogatione. quod vid...s erogatum fuerat devotione. Nihil vero in hoc ſaluti veſtræ contrarium, nihil veſtræ regiæ dignitati, domne digniſſime, feciſſe me putavi, vel puto obliquum, quoniam Romam miſi.*

*Laudunenſ. ad regem.*

*Villam Pauliacum.*

Et idem in ſcripto ſuo dicit, quia *epiſcopi verba aut vera ſunt, aut ſacrilega.* Sed cum domnus C apoſtolicus mihi ſcripſerit, quia cum *diſtractorem me erga ſtatum eccleſiaſticum, tam litteris, quam vocibus accepit, & comperit, tota cordis valitudine contriſtatur.* Quæ verba noſtræ regiæ ſaluti, atque regiæ dignitati ſunt profecto obliqua: quæ domnus apoſtolicus non de ſe protulit, ſed ſicut ab ejus ſcriptis vel vocibus a miſſo ſuo, ex ſua parte prolatis accepit, reſcribere procuravit. Et leges ſacræ decernunt, ſcriptura, vel teſtibus quemquam jure poſſe convinci. Ecce ſcripturam quæ eum convincit, me ad ſedem apoſtolicam mendaciter accuſaſſe, quia diſtraxerim ſtatum eccleſiaſticum: cum ipſe Hincmarus in ſcriptis ſuis confiteatur, mihi ad petitionem Chuonradi & Ro- D dulfi eaſdem res prætitiſſe, ut illas Nortmanno beneficiarem: & Celſanus ipſam epiſtolam a ſede apoſtolica ſe detuliſſe negare non poteſt, in qua domnus apoſtolicus, ſicut litteris & vocibus de me audiviſſe comperit, ſe mandaſſe manifeſtavit. Cujus teſtimonio, ut rectum eſt, credimus, quoniam non mandavit, niſi velut & litteris & verbis Hincmari per miſſum ejus accepit: & ſancta ſcriptura oſtendit, duorum vel trium teſtimonio ſententiam confirmari.

*Mendacii & calumniæ arguitur. Hinc. l. 55. Cap. c. 45. 514.*

Cum Hincmarum ſæpiſſime litteris, & frequentibus tam eccleſiaſticis, quam & reip. miſſis venire ad me vocaverim, & venire ad me contempſerit: & ad me relatione veriſimili pervenerit, quoniam cum Hlotario nepote meo illi conve- E nerit, ut eccleſiam & plebem ſibi commiſſam defereret, & in regno illius honores acciperet; unde in ſcriptis ejuſdem Hincmari quæ habeo, ſignificationes inveni: ad Laudunum miſſos meos direxi, & homines liberos de ipſo epiſcopio, quibus ut ad me perventum erat, Hincmarus non permiſit ad me venire, quatenus ad me perducerentur de ipſis hominibus qui ſacramento firmaverunt, ut de regno meo, ſine mea licentia non exirent, & in mea fidelitate verbis vel ſcriptis in regno meo vel extra regnum meum, miſſaticum non portarent; miſit VValconem & Bernonem,

*Item defectionis a rege & perjurii.*

A qui illud ſacramentum juraverunt, ad ſedem apoſtolicam furtim & latenter, atque mendaciter iterum me accuſare, ſicut ipſa epiſtola domni apoſtolici manifeſte demonſtrat pro villa Pauliaco, & pro aliis quæ hic audire poteſtis, & obtinuit talem epiſtolam in meam contrarietatem & inhonorationem; qualem a ſede apoſtolica nullus anteceſſorum meorum regum Francorum accepit. Et non ſuffecit illi quia in tantis ſacramentis, ſicut audiſtis, ſe perjuravit, & contra ſuam profeſſionem, & ſubſcriptionem fecit: ſed & prædictos ſuos homines perjurare fecit.

ANNO CHRISTI 871.

## CAPUT V.

*De inobedientia erga regem.*

B ISdem Hincmarus anno incarnationis dominicæ 870. 16. Kal. Jul. tertiæ indictionis, in ſynodo epiſcoporum decem provinciarum, quorum habemus nomina, dedit mihi libellum manu ſua ſcriptum, qui ita ſe habet. *Ego Hincmarus eccleſiæ Laudunenſis epiſcopus, amodo & deinceps domno ſeniori meo, Carolo regi, ſic fidelis & obediens ero, ſicut homo ſuo ſeniori, & epiſcopus per rectum ſuo regi eſſe debet.* Et poſtquam hujuſmodi libellum in ſynodo mihi dedit, ſine mea licentia nocturna fuga lapſus ab Attiniaco palatio noſtro diſceſſit, quem ad me venire mandavi, ut diceret, qua ratione aufugerit. Et ipſe mihi per Berthac C rium clerum ſuum litteras miſit hæc continentes; *Sine mora, inſtanterque veſtræ dominationi occurrerem, ſicut pro poſſe agere conſuevi, niſi recidiva ſebri retinerer: & maxime dum nudo ſolis fervore perfundor ex rubea in me accenditur cholera, totumque corpus exæſtuare compellit. Pronus igitur cordis ſupplicatione ad veſtros devolutus pedes efflagito, ut nulli meorum credatis clanculum, quia palam non audet, ſuggerenti inimico, quaſi me velle in aliquo a veſtra fidelitate deviare: de qua in quibuſcumque pro ſcire & poſſe, ut dignum eſt, cupio decertare: tantum ut mihi canonicæ inſtitutionis legem, ſine qua ſubſiſtere nequeo, conſervare digneminí. Illuſtret igitur ſuperni fomitis inſtinctus veſtri ſereniſſimi cordis aulam, ut licentiam ac liberam* D *pro Chriſti clavigeri amore facultatem ejuſdem mihi adeundi limina, ad apoſtolicam etiam præſentaliter concedatis deprecationem. In quo labore ab hac febrium vexatione me liberari quantocius confido; quoniam ab hac eadem olim erutus ſum hoc devovendo: & idcirco me repetit recidiva, ut implere non tardem bene devota. Superſtitet quoque, ne ſi ſecus egero, etiam ob inobedientiam apoſtolica, ut ſcitis, auctoritate vocatus, merito judicer, ac eccleſiaſticis ictibus feriar.*

*Apud Attiniacum palatium.*

*Epiſtola Laudun. ad regem.*

*Licentiam poſtulat Romam proficiſcendi.*

Cui remandavi, quod mirabar valde, de eo quod mihi mandabat, ſe ad me venire non poſſe, in loco proximo febre detentus, & ſe poſſe Romam ire cum eadem febre, ut ab ea abſolveretur, mandabat. Veniret autem ad me, & ſic E contra rationem, & auctoritatem illi Romam eundi licentiam non denegarem. Sed tunc ipſe venire non voluit. Poſtea autem circa Kalendas ſequentis menſis Septembris, in Silvacum ad me veniens, nihil mihi inde dixit. Deinde menſe Octobrio Remi mecum veniens; ubi & domni apoſtolici miſſi, & archiepiſcopus ejus fuit, nihil inde loquutus eſt. Poſtea in menſe Februario Compendio per aliquot dies mecum fuit, & nihil inde petiit. Inde in menſe Junio, ſicut & ſuus archiepiſcopus, & alii ejus coepiſcopi, in Silvaco ad me venit, & nullam ſignificationem de ſuo itinere Romam oſtendit. Et non ſolum

*Fruſtratoria appellatio.*

de

*ANNO CHRISTI 872.*

de die in diem, ſed & de hora in horam, quando ſibi videtur, & pro quibus ſibi videtur, apoſtolicam ſedem appellat, & ſe invitatum ab apoſtolico, & a me ſibi licentiam dari obtinere non poſſe proclamat. Verum & alia quæ mihi modo longum eſt enarrare, in ſuis ſcriptis meæ perſonæ imponit. Unde a veſtra epiſcopali auctoritate, conſilium & auxilium diu fatigatus expoſco, quatenus vel tandem ab illius vexationibus valeam requieſcere.

## CAPUT VI.

*Quod regiæ poteſtati reſtitit.*

INſuper hæc omnia, poſtquam eumdem Hincmarum, litteris regio more, ad hanc ſynodum convocavi, ad quam eum & ſuus metropolitanus, & auctoritate domni apoſtolici, & ſua metropolitana ſolicitudine regulariter evocavit: quia comiti & miſſo meo præcepi, ut quoſdam liberos homines de regno meo ſibi commendatos, qui de infidelitate mea reputantur, & ſicut ad me perventum eſt, aufugere de regno meo parabant, ne ad rationem venirent, præcepi, ut ſecundum legem Francorum, & antiquam conſuetudinem prædeceſſorum meorum regum, per fidejuſſores mitteret, donec ad rationem legaliter venirent: iſdem Hincmarus tam liberos, quam & colonos, & ſervos ſecum degentes contra meam regiam poteſtatem armari, & miſſis meis reſiſti fecit: ut quod ſecundum legem præceperam, miſſus meus legaliter implere non poſſet. Et miſſum ſuum Heribrandum ad me miſit, qui hæc penitus non denegavit: per quem mihi mandavit, ut epiſcopos & miſſos meos obviam illi tranſmitterem, cum quibus libere & ſecure ad me venire poſſet. Et in ſequenti nocte eoſdem homines, ſicut & ipſe miſſis meis dixit, a ſe emiſit; & ſicut manifeſtum eſt, ne ad rationem venirent, fugam arripere in mea infidelitate præcepit. Quam rem novam, nec ante viſam exhorrui: cum de ſub iſto cælo non legimus, ut epiſcopus militari manu, & in regno pacifico, regi reſiſteret, ut leges non adimpleret. Et ſacri canones dicunt, quomodo epiſcopus provincialis regulariter evocatus ad ſynodum venire debeat: & ſi pro certa cauſa venire nequiverit, apud primatem ſuum, & non apud alios, ſicut Hincmarus poſtpoſito metropolitano ſuo facit, per vicariam perſonam, cum tractoria ſuam excuſet perſonalem præſentiam, ſuumque regularem repræſentet conſenſum. Quod ſi ſecus egerit, manifeſtum eſt quid inde ſacri decernant canones.

*Homines regi infideles clanculum emiſit.*

Et hæc perlecta, obnixe domnus rex petiit epiſcopos, ut quia Hincmarus eatenus venire ad ſynodum detrectabat, quid de his quæ in ſua petitione continentur, ſcripturæ ſacræ & leges ac regulæ dicant, in unum colligerent, & ſcriptis alligarent: quatenus ſi forte Hincmarus veniret ad ſynodum, legaliter ac regulariter inter ſe ac ipſum Hincmarum diſcernerent.

*Libellus hic offertur epiſcopis expendendus.*

PARS II. *SCEDULA SIVE LIBELLUS expoſtulationis Hincmari metropolitani Rhemenſis adverſus Hincmarum Laudunenſem epiſcopum, in ſynodo recitatus.*

## PRÆFATIO.

*Nonnihil deeſſe videtur. Cæleſt. epiſt. 8.*

SAnctus Cæleſtinus ſynodo apud Epheſum ſcripſit, *Spiritus ſancti præſentiam teſtificat congregatio ſacerdotum. Certum eſt enim quod legimus, quia non poteſt veritas noſtra mentiri, cujus in evangelio ſententia iſta eſt, ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego ſum in medio eorum.* Quod certiſſimum retinens, veſtræ ſanctæ congregationi conſilium, & auxilium, ſicut & jam feci apud eos qui conventibus interfuerunt, ſcilicet in Vermeria, deinde in Gundulfi villa, & poſtea in Attiniaco, porrecta in ſynodo ſcedula de fratre & coepiſcopo noſtro Hincmaro expoſtulo: quem multis epiſtolis, quarum habeo exemplaria, ut a pertinaci contumacia ſua erga metropolis ſuæ privilegium reſipiſceret, corripui; ſed corrigere non prævalui. Nam poſt multas commonitiones, quibus ad eum nihil profeci, nuper 4. Idus Junias præſentis 4. indictionis, de his quæ in hac ſcedula breviter collecta ſequuntur: ſed & [a] de petitione Berthari diaconi Laudunenſis, mihi adverſus eum directa, cujus exemplar hic habeo: pro loci mei officio, illum ad proxime futuram ſynodum invitans, ſcripto commonui, volens illum ſtatuere contra faciem ſuam: ut illa quæ coram Deo tecta, & coram hominibus oblita penitus cupiebam, alligata litteris, & ad memoriam ejus reducta legeret, ac ſe intelligeret, ne quando eum regulare judicium raperet, quod effugere non valeret. Et in indiculo quo ad hanc ſynodum eum vocavi, ſicut & ceteros provinciæ Rhemorum epiſcopos, illi ſuperaddidi: *Sciat etiam tua fraternitas, eos qui adverſum te anno præterito apud me querelas ſuas depoſuerunt, & de quibus in ſynodo fuiſti apud Attiniacum impetitus, quoniam quæ conventa ibi fuerant, non es regulariter proſecutus, nunc iterum ſuas querelas deponere. Unde moneo fraternitatem tuam, ut ita inde præcogitatus & præparatus ad denunciatam ſynodum venias, quatenus querimoniæ indecentes epiſcopo ſopiantur: ne nomen bonum quod apoſtolica regula jubet habere epiſcopum, in tua opinione notetur; & ſicut idem dicit Apoſtolus, non vituperetur miniſterium noſtrum. Dat. Prid. Id. Maii præſentis 4. indict.*

*PARS II. Matth. c. 18.*

*Laud. fruſtra ſæpe admonitus.*

*Bertharius diaconus vide notas.*

*Monetur ut ad reſpondendum ſe comparet.*

Unde exardeſcens ſicut ignis in ſpinis, mihi more ſuo prolixiſſimam rotulam 16. Kal. Julias præſentis 4. indict. per hominem ſuum nomine Chunibertum, exprobrationibus repletam, & calumniis reſperſam direxit. Cui hoc modo per compresbyterum noſtrum reſcriptum direxi: *Domnus apoſtolicus Hadrianus miſit mihi epiſtolas de cauſis noſtræ diœceſeos, quas oportet in ſynodo legi. Propterea auctoritate ipſius domni apoſtolici, te ad proxime futuram ſynodum in Duziaco Rhemenſis parochiæ, Non. Auguſti præſentis 4. indict. venire commoneo. Data 3. Non. Julias præſentis quarta indict.* Igitur quoniam per me corrigere nequeo, veſtram conſultationem ac conſolationem inde ſimiliter adeo, ſi forte Spiritus ſanctus, qui ubi vult ſpirat, & cujus præſentiam ſancta congregatio veſtra teſtificatur, veſtris ſalubribus monitis, & Deo dignis orationibus, eum tandem aliquando corrigat, aut regulari medicamento inſolentiam ejus compeſcat: quoniam diutius eum ſine correctione, & propter Deum, & propter metropolitanam ſolicitudinem indigno mihi commiſſam, ſuſtinere non audeo. Præſertim cum & domnus papa Hadrianus me nuper apoſtolicis ſuis litteris hinc commonuerit. Quæ ita ſe habent.

*Vice ſatisfactionis mittit collectionem quæ extat p. 547.*

*Vocatur ad ſynodum Duziacenſem auctoritate pontificis.*

*Hadrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimo confratri noſtro Hincmaro archiepiſcopo: Fidelium relatione comperimus quod tua fraternitas debitum vigorem in provincia Rhemenſi non agitans, multa reprehenſione digniſſima a tuis comprovincialibus convaleſcant. Cujus rei gratia negligentiam veſtram*

*Epiſtol. Hadriani II ad Hincm. Rhemenſem.*

PARS II

*ſtram his apoſtolicis affatibus excitamus, ut ſecundum venerandorum canonum regulas ita omnium omnino comprovincialium tuorum ſynodice, ſalvo ſanctæ Romanæ eccleſiæ privilegio reſeces vitia, ut privilegii tui coram Deo, noſtroque judicio non merearis ſuſtinere jacturam. Optamus fraternitatem tuam in Chriſto bene valere. Data* 8. *Kal. April.* Et hæc quidem, ſed & alia quæ ſequuntur, non de propriis & ſpecialibus meis injuriis vice accuſatoris, ſed ſolicitudine privilegium metropolis Rhemorum provinciæ, per ſacros canones ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos decretum, & auctoritate apoſtolicæ ſedis confirmatum, contra convellentem illud, evindicantis & contra profeſſionem & ſubſcriptionem ſuam erga ſanctos ſanctorum conciliorum canones, & decreta ſedis apoſtolicæ, ex eiſdem canonibus promulgata, ergaque ſacras leges, quibus una cum canonibus moderatur eccleſia, ejus contemptum monſtrantis, & ei per ſcripturam falſo illatas mihi calumnias refellentis, inculco. Quia ut beatus Cæleſtinus dicit, *merito nos cauſa reſpicit, ſi ſilentio faveamus errori. Quæ enim a nobis res digna ſervabitur, ſi decretorum norma conſtitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permiſſa frangitur. Non eſt agentium cauſa ſolorum: univerſalis eccleſia quacumque novitate pulſatur.* Novum eſt enim quod provincialis epiſcopus qui non in civitate quæ ex antiquo inter provinciales ſedes fuerit computata, ſed in municipio Lauduni a Macrobrio prætore condito, ut produnt hiſtoriæ; quod ab exordio ſui nunquam inter ſedes provinciales Rhemorum provinciæ in paganiſmo, vel in Chriſtianiſmo nomen vel locum habuit, donec S. Remigius XV. Rhemorum archiepiſcopus, certis quibuſdam accidentibus cauſis primus ibidem ordinavit epiſcopum, & eidem municipio de rebus Rhemenſis metropolis ſatis ſuperque ditato, ipſum comitatum in quo conſiſtit, partem ſcilicet ex Rhemenſi parochia delegavit, ſed ſemper fuit Rhemenſis parochiæ municipium; ſicut hodieque & alia municipia in Rhemenſi parochia, quæ in ſubjectionis loco ac nomine permanent, privilegium ſibi arrogat, & contra privilegium metropolis ſuæ rebellat. Cum S. Leo difficiat ſcribens ad Maximum Antiochenum epiſcopum: *Etſi enim diverſa nonnunquam ſunt merita præſulum, jura tamen permanent ſedium; quibus poſſunt æmuli perturbationem aliquam fortaſſis inferre, non tamen poſſunt minuere dignitatem.* Quapropter non queror adverſus hunc fratrem ſpeciali cauſa mearum injuriarum, ſed contempti privilegii Rhemorum metropolis, quod ſacri canones myſtici Nicæni concilii ſedibus ſingularum provinciarum ſervari irrefragabiliter decreverunt. De quibus item Leo ad Anatolium diffinivit, *ut omni penitus auctoritate ſit vacuum, quicquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum.*

Hincmarus non eſt accuſator, ſed vindex.

Cæleſt. ep. 1. c. 1.

Epiſcopum Laudunenſem Hincmarus Leo ... Conc. c. 16. p. 431.

S. Leo ep. 60.

Item ep. 53. ad Anat. Vid. & ep. 55. ad Pulcher. Aug.

## CAPUT I.

*Quod palatii regii & abbatiæ adminiſtrationem contra canones obtinuit.*

CUm ſacri Antiocheni canones præcipiant, ut præter metropolitanum nihil agere debeat, ſecundum antiquam a patribus noſtris regulam conſtitutam, niſi ea tantum quæ ad ſuam parochiam pertinent, poſſeſſioneſque ſubjectas: ſine mea vel coepiſcoporum conſcientiam adminiſtrationem in palatio domni regis obtinuit. Quam adminiſtrationem illi coram eodem domno rege, & aliis qui adfuerunt, ex ſacris regulis interdixi. Poſtea iterum per exteras poteſtates, id eſt, ſæcularium interventione, contra Sardicenſes canones, eamdem adminiſtrationem in palatio cum abbatia in tertia provincia, ultra Rhemenſem provinciam, ſine mea conſcientia impetravit, & per aliquot annos tenuit: donec contra dominum regem in tantum ſe, ſine ratione, contumaciter erexit, ut & adminiſtrationem palatinam, & ipſam abbatiam illi auferret. Contra quæ Sardicenſes canones dicunt: *Scimus enim & ipſi ſæpiſſime propter paucorum impudentiam religioſum ſacerdotale nomen fuiſſe reprehenſum.* Et poſt aliquanta in hujuſmodi litteris ſubſcribi, & talem in communione recipi vetant.

Hinc. l. 55. cap. c. 2. p. 39. Conc. Antioch. c. 9.

Satisfaciat ... Hincmari.

ANNO CHRISTI 871.

Conc. Sardic.

## CAPUT II.

*Quod ad eamdem abbatiam ſine licentia metropolitani contra canones perrexit.*

AD quam abbatiam quoties ſibi placuit, ſine licentia mea perrexit: & quamdiu illi placuit, ibidem commoratus fuit; contra Hilari papæ decreta dicentis: *Illud non potuimus præterire, quod ſolicitudine diligentiore curandum eſt, ne præter metropolitanorum ſuorum litteras aliqui epiſcopi ad quamlibet provinciam audeant proficiſci. Quod etiam in omni genere officii clericalis per ſingulas debet eccleſias cuſtodiri.* Et ſic antea Zoſimus, & poſtea S. Gregorius decrevit, ſcribens ad [*] Vincentium, & ceteros epiſcopos: *Hortamur*, inquit, *fraternitatem veſtram, ut ſi quemquam veſtrum pro cauſis propriis ubicumque longius compulerit ambulare neceſſitas, a metropolitano veſtro, ſecundum inditam a ſanctis patribus regulam, petere licentiam debeatis, nec eum poſtponere in aliquo debeatis.* Et reliqua.

Ibid. c. 2. p. 193.

Hilarus ep. 8. ad diverſos epiſcopos Galliæ.

Zoſimus ep. 5. 9. 11. Greg. l. 6. ind. 1. ep. 8. * al. Innocentium.

## CAPUT III.

*Quod ad ordinationem epiſcopi Cameracenſis vocatus venire, aut vicarium mittere, contempſit.*

PRæterea quoque litteris canonicis certum diem & locum deſignantibus, & ad eccleſiam ſuam ex more directis, quarum exemplar habeo, evocatus ad ordinationem epiſcopi in eccleſia Cameracenſi provinciæ noſtræ, paſtore deſtituta, unde apoſtolica ſedes, me ſuggerente non modice laboravit, nec ipſe venit, nec pro ſe vicariam perſonam, vel litteras ſui conſenſus ad me, ſicut præcipiunt regulæ ſacræ, direxit. Qua de re, ordinatio electi fuit dilata. Unde iterum illiuſmodi litteras ad eccleſiam ſuam ex more direxi: *Hincmarus Rhemorum epiſcopus dilecto fratri Hincmaro & venerabili coepiſcopo noſtro, ſalutem. Sicut jam altera vice litteris dilectionis tuæ mandavi, clerus ac plebs Cameracenſis eccleſiæ cum decreto canonico petierunt ſibi ordinari epiſcopum Joannem presbyterum, virum boni teſtimonii: ad ejus ordinationem nonis Julii convenimus ſecus Belvacum. Sed quia tua fraternitas illuc non convenit, nec pro ſe perſonam aut litteras ſui conſenſus direxit, ordinationem illius diſtulimus. Propterea, quoniam ſicut ipſe ſcis, eadem ſedes, diu in multorum periculum vacat paſtore,* 12. *Kalendas Auguſti conveni cum ceteris fratribus in monaſterium quod dicitur Iſla, in parochia Belvacenſi ad eumdem fratrem noſtrum ex more ordinandum epiſcopum. Data* 3. *Id. Julii.* Et convenientibus nobis ad prædictum locum prædictis Kalendis, nec ipſe venit, nec pro ſe vicariam perſonam, vel litteras ſui conſenſus, ad me, ſicut præcipiunt ſacræ regulæ, direxit. Nos

Ibid. c. 3. p. 193.

Sub Nicolao I. Hinc. epiſt. 17 p. 244.

Epiſt. Hinc. Rhemenſ. ad Laudun.

Joannes electus Cameracenſis epiſcopus.

ANNO CHRISTI 871.

Conc. Nic. c. 6.

autem qui convenimus, auctoritate Nicæni concilii, decernentis ut in ordinando epiſcopo, ſi communi cunctorum decreto rationabili, & ſecundum regulam eccleſiaſticam comprobato, duo aut tres propter contentiones proprias contradicant, obtineat ſententia plurimorum, eumdem venerabilem fratrem Joannem epiſcopum ordinavimus. De contemptu autem fratris Hincmari, ut ad ordinandum coepiſcopum noſtrum conveniret, & ſecundo litteris commonitus venire contempſit, Symmachus papa ad Æonium ita ex ſacris regulis promulgavit: *Ut ſi quilibet epiſcopus metropolitano pontifici juxta canonicam diffinitionem vocatus obtemperare noluerit, noverit ſuccidendum ſe, quod non optamus, eccleſiaſtica diſciplina*. Sed dehinc a me conventus, nullam ſatisfactionem, nec etiam humile reſponſum, mihi ac coepiſcopis noſtris reddidit.

Symmach. ep. 10. ad Cæſarium non ad Æonium.

## CAPUT IV.

*Quod regem ſine ratione vel neceſſitate offendit, & aliorum epiſcoporum parochianos excommunicavit.*

POſtea intervenit diutinum ſcandalum inter domnum regem & illius pertinacem contumaciam: eo quod homines ſui ad domnum regem ſe reclamaverunt, quia beneficia eorum ab eis injuſte abſtulerit. Unde domnus rex ſemel ac ſecundo me, una cum coepiſcopis noſtris, & aliis miſſis ſuis, inter eos habere audientiam juſſit; ſed illum ad rationem & obedientiam debitam flectere non potuimus. Quapropter juſſit domnus rex, ut ad Pontigonem palatium ſuum in Rhemenſi provincia, quo plures epiſcopi, & alii fideles ejus conventuri erant, aut ipſe veniret, aut ita perſonas pro ſe inſtructas dirigeret, ut ipſæ querimoniæ finem acciperent. Ipſe autem illuc non venit, nec ita inſtructas pro ſe perſonas direxit, qui legalem finem eiſdem querimoniis imponerent. Qua de re domnus rex ei mandavit, ut ipſis hominibus ſua beneficia tenere permitteret, uſque dum juſte & rationabiliter cauſæ de quibus apud eum reclamabatur, diffinirentur.

Conventus Pontigonenſis.

Iſdem autem ſine miſſo regis, vel metropolitani, abſentibus illis qui contra eum querebantur, contra leges publicas & eccleſiaſticas, ſeptem homines quod ſibi fuerat viſum, interrogavit, & quod domnus rex ei mandaverat, non obaudivit. Et veniens demum ad domnum regem adeo illum commovit, ut & ſupraſtatam abbatiam, & adminiſtrationem palatinam ab eo auferret. Et poſt hæc, quia ſicut ei præcepit ad domnum regem venire; non voluit, nec advocatum ſuum qui de rebus pecuniariis, contra conquirentes adverſus eum rationem redderet, miſit, nec electorum judicium juxta leges & regulas expetere voluit, nec mihi ſuo metropolitano, ut eccleſiaſticos judices, quorum judicio cauſæ finiuntur, ſicut leges & regulæ jubent, illi delegarent, quiddam mandavit, domni regis erga ſe animum non mediocriter exaggeravit. Cujus benignitatem ad eum veniens, adjunctis mecum noſtris coepiſcopis, ſicut antea, & poſtea ſæpius egi, placabilem ei feci. Sed frater Hincmarus more ſueto iterum atque iterum domni regis animum ſine ulla ratione vel neceſſitate contumaciter reccommovit: & ſine ipſius licentia ab eo recedens, Laudunum per noctem aufugit. Quem domnus rex litteris & miſſis tam eccleſiaſticis quam & ſæcularibus ut ad eum veniret ſæpe vocavit: qui ad eum venire contempſit. Et quoniam pervenit ad domnum regem, quia cum Hlotario illi conveniret, ut eccleſiam & plebem ſibi creditam deſereret, & in regno ipſius honores acciperet. Qui & in litteris domno regi directis ſcripſit dicens: *Deo teſte vobis loquor: potius eligo extra veſtrum degere regnum, quam in veſtro talis apparere, quoſdam neſcio ſuſurrare*. Tunc domnus rex neceſſitate compulſus mandavit, ut quia ipſe venire nolebat, liberi homines de epiſcopio Laudunì ad eum Compendio palatio venirent. Quo aliqui ex eis venerunt: quibuſdam vero, ut ad regem perventum eſt, Hincmarus venire non permiſit. Et ideo domnus rex duos epiſcopos Rhemorum provinciæ, Hodonem ſcilicet & VVillebertum ad eum miſit, mandans ut jam tandem ad eum veniret. Et miſit reipublicæ miniſtros, ut liberos homines, qui ad eum, ſicut mandaverat, non venerunt, & cum Hincmaro degebant, aut voluntarios aut invitos ad eum venire facerent.

Hinc. ep. 55. p. 598.

Idem l. 55. Cap. 1. c. 2. p. 593.

PARS II.

Hincmar regis, regis Auſtraſio.

Epiſt. Laud. ad regem.

Belvacenſem & Catalaunenſem epiſc.

Hincmarus audiens eorum adventum, ſicut etiam ipſe in ſcripto ſuo demonſtrat, antequam reip. miniſtri ad eum directi, Laudunum pervenirent, inauditam antea noſtris temporibus excommunicationem in meos, & multorum archiepiſcoporum & epiſcoporum parochianos, non de criminibus quibuſcumque accuſatos, vel confeſſos ſive convictos, ſed nec evangelice vel regulariter commonitos, in parochia ſua perpetratis, ſine mea conſcientia, contra ſacras regulas jaculavit. Unde maximum ſcandalum & regi & regno, & iſtis Cisalpinis eccleſiis intulit. Excommunicatio vero, quin potius maledictio, quam furia exagitatus intorſit, hoc modo ſe habet. *Apoſtolica, immo divina auctoritate per virtutem hujus ligni*, (videlicet ſanctæ crucis) *cooperantibus meritis ſanctæ hujus genitricis Mariæ, cum auctoritate beatiſſimi principis apoſtolorum Petri, tam omnes hujus loci invaſores, quam parochiæ meæ, omneſque hujuſmodi contaminatores cunctoſque eis conſentientes, anathemate damnamus, & a liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ extorres virtute Spiritus ſancti decernimus, atque ab omni Chriſtianorum conſortio alienos adjudicamus*. Et mox ſubſequitur in ſuo ſcripto. *Reſponditque omnis clerus, Anathema ſint: tenentibus presbyteris in manibus ſancta evangelia, lignumque ſanctæ crucis.*

Ibid c. 3. p. 595.

Formula excommunicationis.

Præfati vero epiſcopi ad eum venientes, nihil de obedientia erga regem, quam illi ſuper ſacroſancta juravit, obtinuerunt. Reip. autem miniſtri a rege directi, nullam ei aut cuiquam violentiam inferentes, homines liberos epiſcopi Laudunenſis ad regis fidelitatem ſacramento confirmaverunt, & ſic ad regem redierunt. Ipſe vero, me poſtpoſito, in tali excommunicatione ſuis eſt libitibus uſus: cum ſacri Africæ provinciæ canones præcipiant, ut poſteriores epiſcopi anterioribus deferant, nec eis inconſultis aliquid agere præſumant. Et lex prohibeat, ut per alienam meſſem tranſiens falcem non mittat, ſed manu ſpicas conterat & manducet. *Falcem*, inquit beatus Gregorius ad Auguſtinum, *judicii mittere in ea ſegete non potes, quæ alteri videtur eſſe commiſſa: ſed per effectum boni operis frumenta dominica vitiorum ſuorum paleis expolia, & in eccleſiæ corpus monendo & perſuadendo, quaſi mandendo, converte*. Et item S. Gregorius ad Januarium epiſcopum, qui Iſidorum V. Cl. cauſa ſuæ injuriæ excommunicaverat, ſcripſit, dicens: *Quia, ſi ita eſt, nihil te oſtendis de cæleſtibus cogitare, ſed terrenam te habere converſationem ſignificas, dum pro vindicta propriæ injuriæ, quod ſacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis invexiſti. Unde de cetero omnino eſto circumſpe-*

Cod. can. eccl. Afric. can. 86.

Deut. 23.

Greg. l. 11. epiſt. 31. ad Auguſtin.

Idem l. 2. ind. 10. ep. 34.

Epiſcopus proprias injurias ne perſequatur.

PARS II

ſpectus, atque ſolicitus, ne tale cuiquam pro defenſione injuria tuæ inferre denuo præſumas. Nam ſi tale aliquid feceris, in te ſcias poſtea vindicandum. Et ſanctus Auguſtinus in libro de pœnitentia: *Auferte malum a vobis ipſis. Quibus verbis ſatis oſtendit, non temere, & quomodolibet; ſed per judicium auferendos malos ab eccleſiæ communione. Noluit enim apoſtolus hominem ab homine judicari ex arbitrio ſuſpicionis, vel etiam extraordinario uſurpato judicio: ſed potius ex lege Dei ſecundum ordinem eccleſiæ, ſive ultro confeſſum, ſive accuſatum atque convictum. Alioquin illud cur dixit, Si quis frater, nominatur aut fornicator aut idolis ſerviens, &c. niſi quia eam nominationem intelligi voluit quæ fit in quemquam, cum ſententia ordine judiciario, atque integritate profertur. Nam ſi nominatio ſufficit, multi damnandi ſunt innocentes; quia falſo ſæpe in quoquam crimen nominatur.*

Auguſt.

*Excommunicatio ſervanda legitime.*

## CAPUT V.

*Quod eccleſiæ ſuæ presbyteros & miniſtros illicite excommunicavit.*

L. 55. Cap. c. 28. p. 495.

DE qua præſumptione coram coepiſcopis noſtris, quia publice illam admiſerat, eum corripui: ſed non adquievit ullo modo corrigi. Unde iterum cauſa ſuæ injuriæ, me inconſulto, & ſine conſenſu coepiſcoporum Rhemenſis provinciæ, ſicut petitio a clericis Laudunenſis eccleſiæ mihi porrecta demonſtrat, & in ſynodo apud Attiniacum habita demonſtravi, presbyteros, & miniſtros eccleſiæ excommunicavit, ut nemo in eadem parochia miſſarum officia celebraret. Unde S. Auguſtinus doctor famoſiſſimus, & ab apoſtolica ſede receptiſſimus, qui Carthaginienſi concilio interfuit, & conſtitutiones ipſius pleniſſime novit, in epiſtola ad clerum & plebem Hipponienſium, inter alia dicit: *Nuper in concilio epiſcoporum conſtitutum eſt, nullum clericum qui nondum convictus eſt, ſuſpendi a communione debere, niſi ad cauſam ſuam examinandam non ſe præſentaverit.* Et S. Gregorius Auguſtino tempore poſterior, & loco prior, ex ſacris legibus ad Martinum, & ad Sicilienſes epiſcopos promulgavit, *ut nemo ſine cognitione damnetur.* Et de inlicita excommunicandi ratione lex Juſtiniani catholici imperatoris, quam probat & ſervat eccleſia catholica, conſtitutione 118. capitulo 441. decrevit, ut nemo epiſcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem, antequam cauſa probetur, propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri jubent. Si quis autem adverſus ea excommunicaverit aliquem, ille quidem qui excommunicatus eſt majoris ſacerdotis auctoritate ad gratiam ſanctæ communionis redeat, is autem qui non legitime excommunicavit, in tantum abſtineat a ſacra communione tempus, quantum majori ſacerdoti viſum fuerit, ut id quod injuſte fecit, ipſe juſte patiatur. Et hinc S. Gregorius ad Joannem epiſcopum injuſte excommunicantem, inter cetera ſcripſit, dicens: *Caſſatis prius, atque ad nihilum redactis prædictæ ſententiæ tuæ decretis, ex beati Petri apoſtolorum principis auctoritate, decernimus 30. dierum ſpatio ſacra te communione privatum, ab omnipotente Deo noſtro tanti exceſſus veniam cum ſumma pœnitentia & lacrymis exorare. Quod ſi hanc ſententiam noſtram cognoverimus impleſſe remiſſius: non jam tantum injuſtitiam, ſed & contumaciam fraternitatis tuæ cognoſces, juvante Domino, ſeverius puniendam.* Et item idem quoſdam epiſcopos excedentes, poſt inquiſitionem, utrum exceſſus exilio, vel depoſitione cujuſque ſit dignus? in ſex menſibus dominici corporis & ſanguinis communione privatos agere pœnitentiam in monaſterio decrevit; ea conditione, ut ſi communione privatis mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. *De qua cauſa*, ut idem alibi, & aliunde dicit, *oſtenſa eſt nobis ira quam ſequamur, appoſita forma cui imprimamur.*

Concil. Carthag. c. 19. 20.

Aug. epiſt. 137.

Greg. lib. 7. ind. 2. ep. 6. Vide Notas.

*Illegitime excommunicans, excommunicatur.*

Greg. lib. 2. ind. 11. ep. 6.

Idem.

ANNO CHRISTI 871.

## CAPUT VI.

*Quod infantes in ſua parochia baptizari prohibuit.*

Hinc. l. 55. Cap. c. 31. p. 510. c. 47. p. 570.

PRohibuit quoque ut nemo parvulos in ſua parochia, etiam in mortis urgentis periculo conſtitutos, baptizaret; ſicut in petitione præfata continetur: cum veritas dicat: *Niſi qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorum.* Et, *Non venit filius hominis animas perdere, ſed ſalvare.* Et item: *Sinite parvulos venire ad me, & nolite prohibere eos.* Obviam etiam decretis Siricii, Leonis, Gelaſii, & Africani concilii: Nam de infantibus baptizandis, qui nondum baptizati noſcuntur, quoties neceſſitas exegerit, regula eccleſiaſtica per B. Siricium eſt prolata: cujus regulæ concluſio conſtat hoc modo: *Nunc præfatam regulam omnes teneant ſacerdotes, qui nolunt ab apoſtolica petra, ſuper quam Chriſtus univerſalem conſtruxit eccleſiam, ſoliditate divelli.* Et S. Leo hujus ſalutis ſingulare præſidium nullo tempore unquam denegari decrevit.

Joan. c. 3.

Luc. c. 9.

Matt. c. 19.

Siric epiſt. 1. ad Himerium.

S. Leo epiſt. 92. ad Ruſt.

## CAPUT VII.

*Quod pœnitentiam & viaticum morientibus dari vetuit.*

Hincm. c. 32. p. 513.

NUllum ſiquidem etiam ad ultimam pœnitentiam ſuſcipi & nullo viatico munere ſubveniri, contra Nicænos & Africanos canones & decreta Siricii, & Innocentii atque Cæleſtini, nec non & Leonis, vetuit, ſicut in ſæpefata petitione habetur. Cum per ſe veritas dicat: *Venit filius hominis quærere & ſalvare quod perierat; qui non venit juſtos, ſed peccatores vocare in pœnitentiam.* Multis voce Domini reclamantibus, & eccleſiæ catholicæ doctoribus, ut præſidium regenerationis, & pœnitentiæ, ſacræque communionis in mortis periculo poſitis & petentibus, a quoquam nullatenus denegetur. Et ſacrum Nicænum concilium decrevit, *Generaliter*, inquiens, *omni cuilibet in exitu poſito, & poſcenti ſibi communionis gratiam tribui, epiſcopus probabiliter ex oblatione dare debebit.* Et de præfatis apoſtolicorum pontificum ex hac cauſa decretis S. Leo papa judicium protulit, *ut ſi quis in illa commiſerit, veniam deinceps noverit denegari.*

Luc. c. 19.

Matt. c. 9.

Concil. Nicæn. c. 13.

S. Leo ep. 1. ad epiſc.

## CAPUT VIII.

*Quod ſepulturam mortuis in parochia ſua denegari præcepit.*

Hinc. lib. c. 33. p. 514.

SEpulturam etiam mortuis, ſicut in memorata petitione continetur, nimia inhumanitate contra ſacras ſcripturas, ſacroſque canones denegari præcepit. Cum ſicut in hiſtoria veneranda libri Regum legimus, etiam eorum corpora qui ad conſultum Domini propter peccatum Saul, ob quod facta eſt fames in diebus David tribus annis jugiter, crucifixi fuerant, laudabiliter ſunt cuſtodita a concubina Saul, ne lacerarentur ab avi-

avibus per diem, nequ a beſtiis per noctem, A donec ſtillaret aqua ſuper eos de cælo: ſicque ſepulta ſunt cum oſſibus Saul & Jonathæ. Et in evangelio legimus, quia petente Joſeph, Pilatus juſſit reddi corpus domini Jeſu. quem quaſi nefarium petentibus Judæis crucifigi adjudicavit: unde *& cum iniquis*, ſecundum ſcripturam, *deputatus eſt*. Et Judæi, ne remanerent etiam ſceleratorum corpora in cruce die ſabbati inhumata, obtinuerunt a Pilato, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Et antiquorum patrum regulæ, etiam eorum corpora qui ſibi quolibet modo mortem intulerunt, vel qui pro ſuis ſceleribus puniuntur, ad ſepulturam, licet ſine hymnis & pſalmis, deferri præcipiunt, & non ſepultura in ventre matris omnium, id eſt, B terræ, carere etiam talium cadavera præceperunt.

Matt. c. 27. Iſ. c. 53. Luc. c. 22.

## CAPUT IX.

*Quod de his exceſſibus monenti metropolitano ſuo obedire neglexit.*

Hinc. ep. 35. p. 599.

QUÆ audiens vehementer exhorrui, & proinde ad eum metropolitana ſolicitudine ſemel & ſecundo litteras miſi, monens & hortans illum ut tam exitiabilem excommunicationem, & impietatis colligationem in ſuum & multorum periculum intentatam, quantocius ſolveret. Sed ad obediendum, eum invitare non valui. Cum S. Bonifacius explanans capitulum C Nicæni concilii ad Hilarium Narbonenſem epiſcopum dicat: *Advertat caritas, adeo nos canonum præcepta ſervare, ut ita conſtitutio quoque noſtra diffiniat, quatenus metropolitani ſui unaquaque provincia in omnibus rebus ordinationem ſemper expetat*. Et Leo ad Theodorum Forojulienſem epiſcopum: *Solicitudinis*, inquit, *tuæ is ordo eſſe debuerat, ut cum metropolitano tuo de eo quod quærendum eſſe videbatur, conferres: quia in cauſis quæ ad generalem obſervantiam pertinent, omnium Domini ſacerdotum, nihil ſine primatibus oportet impleri*. Certum eſt enim quoniam illa quæ de baptizandis parvulis, & de ultima pœnitentia, & viatico munere ac mortuorum ſepultura nulli deneganda, ex ſacris regulis ad eum ſcripſeram, D ad generalem obſervantiam Domini ſacerdotum pertinent. Contra quæ præſumere non debuerat, & inconſulto præſumens etiam ad primam commonitionem ex evangelica veritate, & apoſtolica atque canonica auctoritate, & ex decretis apoſtolicæ ſedis pontificum promulgatam, mihi qualicumque metropolitano ſuo ſuadenti, ut eaſdem conligationes impietatis diſſolveret, obaudire debuerat, S. Leone decernente, *Qui*, inquiens, *ſcit ſe quibuſdam præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam quam exigit, etiam ipſe dependat. Et ſicut non vult gravis oneris ſarcinam ferre, ita non audeat alii importabile pondus imponere*. Et non debuerat oblivisci profeſſionis & ſubſcriptionis ſuæ, ante ordina- E tionem epiſcopalem: qui coram altari S. Mariæ, & cunctis qui adfuerunt, non ſolum de Rhemenſi eccleſia, & de Laudunenſi parochia, verum & de Rhemorum provincia epiſcopis, & aliis diverſi ordinis viris, ſecundum morem Rhemenſis eccleſiæ, ſicut ſoliti erant epiſcopi ordinandi ſubſcribere, poſt catholicæ fidei profeſſionem, de obedientia ſua ſecundum ſacras regulas erga Rhemorum metropolim propria manu ſubſcripſit; unde ſacri canones dicunt: *Si quis contra ſuam profeſſionem ac ſubſcriptionem venerit in aliquo, ipſe ſe honore privabit*.

Boniſ. ep. 3. Concil. Nicæn. c. 13. Idem. *Sacramentum epiſcopi in ordinatione ſua.*

## CAPUT X.



*Quod profeſſioni cuidam ſubſcripſit cum conſenſu epiſcoporum aliarum provinciarum, poſtpoſito metropolitano.*

DEinde ſine meo, & coepiſcoporum Rhemenſis provinciæ conſcientia, in altera provincia conſenſu epiſcoporum aliarum provinciarum profeſſioni ſubſcripſit, & regi dedit: quæ ita ſe habet: *Ego Hincmarus Laudunenſis epiſcopus de hora iſta in antea fidelis ero ſeniori meo Karolo, ſicut homo per rectum ſeniori ſuo debet eſſe, & epiſcopus regi ſuo: & ſic obediens quomodo homo per rectum ſeniori ſuo debet eſſe, & epiſcopus Chriſti ſecundum meum ſapere & poſſe ad Dei voluntatem, & ad regis ſalutem, & ad ſtatum . . . . ad meam ipſius ſalutem H.* Cum Africæ provinciæ canones dicant: *poſteriores epiſcopi anterioribus deferant, nec eis inconſultis aliquid agere præſumant*. Et canones Antiocheni decerni metropolitanum & honore præcellere, & nihil amplius præter eum ceteros epiſcopos agere, ſecundum antiquam a patribus noſtris regulam conſtitutam, niſi ea tantum quæ ad ſuam diœceſim pertinent, poſſeſſioneſque ſubjectas. Et ſi pro aliqua erga ſe cauſa, vel contentione ſedanda huic profeſſioni ſubſcripſit, ſine metropolitani tamen & coepiſcoporum Rhemenſis provinciæ conſcientia id agere non debuerat. Unde S. Innocentius ad * Victoricium epiſcopum decrevit dicens: *Si quæ cauſa vel contentiones inter clericos tam ſuperioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, ut ſecundum ſynodum Nicænam congregatis ejuſdem provinciæ epiſcopis jurgium terminetur; nec alicui liceat (ſine præjudicio tamen Romanæ eccleſiæ, * cui in omnibus cauſis debetur reverentia cuſtodiri) relictis his ſacerdotibus, qui in eadem provincia Dei eccleſiam nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias. Quod ſi quis forte præſumpſerit, & ab ordine cleri ſubmotus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur*.

*Sacramentum regi oblatum a Laudunenſ.* Cod. can. eccl. Afric. can. 86. Conc. Antioch. Innocent. epiſt. 1. * Victricium. * al. cujus in omnibus conſis debet.

Quid ſit autem reum injuriarum judicari in l. 5. ſententiarum Pauli oſtenditur: *Qui per calumniam*, inquit, *injuriæ actionem inſtituit, extra ordinem puniatur. Omnes enim calumniatores, exilii, vel inſulæ relegatione, aut ordinis amiſſione puniri placuit*. Et in lib. 1. ſententiarum ejuſdem Pauli: *Calumniator eſt, qui ſciens prudenſque per fraudem negotium alicui comparat; & in * præſatis, & in publicis judiciis omnes calumnioſi pro qualitate admiſſi plectantur*. Interpretatio. *Qui aut apud * cinctos, aut apud privatos judices fuerit calumnia objectione convictus, non expectata ordinis ſententia, prout cauſa fuerit, ſupplicio ſubdatur*. Et in ſupraſcripto capitulo beatus Innocentius dicit: *Si autem majores cauſæ in medio fuerint devolutæ: ad ſedem apoſtolicam, ſicut ſynodus ſtatuit, & vetus conſuetudo exigit, poſt judicium epiſcopale deferantur*. E Et ſanctus Gregorius ad * Vincentium & ceteros epiſcopos, ait: *Ut nemo coepiſcoporum metropolitanum ſuum poſtponere in aliquo præſumat: excepto ſi contra eumdem metropolitanum eos habere aliquid cauſæ non contigerit: ut ab hoc ſedis apoſtolicæ judicium, ſi qui petere feſtinant, licentiam habeant, quod per canones etiam, antiquorum patrum eſt inſtitutione permiſſum*. Nam de quibus canonibus & Innocentius & Gregorius hoc dicant, manifeſtiſſime claret; ſcilicet de Sardicenſibus, de quibus & Gelaſius. *Ipſi ſunt canones qui appellationem totius eccleſiæ ad hujus ſedis examen voluere deferri: ab ipſa vero nuſquam* prorr-

*Injuriarum reus qui & calumniator.* * forte privatis. * forenſibus. *Quo tempore Romam appellandum.* * al. Innocentium. Greg. l. 9. ind. 2. ep. 8. Vide notas. Gelaſ. Commonit. ad. Fauſt.

PARS II.

*prorſus appellari debere ſenſerunt.* Claret igitur ex A his ſanctorum pontificum ſententiis, quia, me poſtpoſito, judicio vel hortamento aliorum, & aliarum provinciarum epiſcoporum, VVenilonis Rotomagenſis archiepiſcopi, & Æneæ Pariſiorum epiſcopi, ſine mea & coepiſcoporum Rhemenſis provinciæ conſcientia, præfatæ profeſſioni ſubſcribere, & regi dare non debuit. Nam etſi contra me aliquid habebat, aut apoſtolicam ſedem adire, aut petitionem veritate ſub . . . . (*leg. videtur ſubſcriptam.*) debuerat mittere, & non, me poſtpoſito, judicio vel conſilio epiſcoporum aliarum provinciarum in altera provincia profeſſionem & ſubſcriptionem regi porrigere.

## CAPUT XI.

*Quod ineptam decretorum collectionem compoſuit, eidemque indebite ſubſcripſit.*

(*De ſ. collectione confuſiſſima. Hinc ep. 55. p. 600. habetur pag. 597.*) POſt hæc quærens adinventiones ut ſe a metropolitana ſubjectione poſſet exuere, libellum de antiquorum patrum ſcriptis ante ſacros Nicænæ ſynodi, & aliorum ſanctorum canones editis collegit: in quibus ſententias inter ſe diſſonas, & contra evangelicam, & apoſtolicam atque catholicam, & apoſtolicæ ſedis auctoritatem immiſcuit; & eidem libello ſine metropolitani, & coepiſcoporum Rhemenſis provinciæ conſcientia & conſenſu ſubſcripſit, (*Hinc ep. 55. p. 599.*) & a clericis eccleſiæ ſuæ, nec non & a parochianis presbyteris C ſubſcribi fecit; cum Africæ provinciæ canones dicant: (*Concil. Afr. c. 31. Milevit. cap. 13. Cod. can. eccl. Afric. can. 86.*) *Poſteriores epiſcopi anterioribus deferant, nec eis inconſultis aliquid agere præſumant: & qui putaverit ſpretis majoribus aliquid præſumendum, competenter eſſe ab omni concilio coercendum.* Et Antiochenum concilium decernit, *Metropolitanum & honore præcellere, & nihil amplius præter eum ceteros epiſcopos agere,* (*Conc. Antioch. c. 9.*) *ſecundum antiquam regulam a patribus conſtitutam, niſi ea tantum quæ ad ſuam diœceſim pertinent, poſſeſſioneſque ſubjectas.* Et S. Leo ad Theodorum Forojulienſem epiſcopum decrevit: (*S. Leo ep. 91.*) *Quia in cauſis quæ ad generalem obſervantiam pertinent, omnium Domini ſacerdotum, nihil ſine primatibus oportet impleri.*

In quo libello cum aliis diverſis, & ſibi averſis ſententiis ſubſcripſit, (*Collectionis a ... mendi...*) & a clericis parochiæ ſubſcribi fecit, quia non poſſunt epiſcopi humano condemnari examine, quos Deus ſuo reſervavit judicio. Et item, ut (*Pag. 360.*) *vocato epiſcopo canonice in loco omnibus congruo, tempore ſynodali, ab omnibus comprovincialibus epiſcopis in ſua provincia audiatur. Qui concordem ſuper eo preferre debebunt ſententiam.* Quod & Antiocheni canones apertiſſime decreverunt. (*Conc. Antioch. c. 14.*) E item ſubſcripſit, & ſubſcribi a clericis ſuis fecit, ut *delatori aut lingua capuletur, aut convicto caput amputetur.* Et ſubjungens Leonis ſententiam, qua dicit: (*S. Leo ep. ad ...*) *Hæc itaque admonitio noſtra denunciat, quod ſi quis fratrum contra hæc conſtituta venire tentaverit, & prohibita fuerit auſus admittere, a ſuo ſe noverit officio ſubmovendum: nec communionis noſtræ futurum eſſe conſortem, qui ſocius noluit eſſe diſciplinæ. Ne quid* (*Pag. 374.*) *vero ſit quod prætermiſſum a nobis forte videatur, omnia decretalia conſtituta tam beatæ recordationis Innocentii, quam omnium deceſſorum noſtrorum, quæ de eccleſiaſticis ordinibus, & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita a veſtra dilectione cuſtodiri debere mandamus, ut ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi deinceps noverit denegari.* Et ita ſubſcripſit: (*Formula ſubſcriptionis ... & l. 55. Cap. c. 30 p. 326.*) *Hincmarus, Deo miſerante, eccleſiæ Laudunenſis epiſcopus his ſanctorum apoſtolicæ ſedis patrum decretis obtemperandum ſubſcripſi. Qui quoque* A *mihi eodem Deo auctore commiſſi ſunt, & in his ſimiliter ſentiunt, ſoliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis, hæc mecum pace potiantur. Si vero aliqui ſecus, nolentes fieri ſocii hujuſmodi diſciplinæ, ne habeantur participes communionis noſtræ.* (*ANNO CHRISTI 871.*) Quæ præmiſſæ definitiones ab eo ſubſcriptæ, quam ſint contrariæ inter ſe, atque adverſæ evangelicæ veritati, & apoſtolicæ auctoritati, nemo qui dubitet: cum ſint de epiſcopis certa & manifeſta in regulis ſanctis judicia. (*Ibid. c. 14. p. 471.*) *Et delatori aut lingua capuletur, aut convicto caput amputari,* ſicut hic poteſtis videre ſubſcripſit, & qui ex ſuis ſecus, nolentes fieri ſocii hujus diſciplinæ, non haberentur participes communionis ſuæ. " Cum (*Eccleſia gladio non utitur. Vide Anton. Auguſtin. Jur. canon. p. 3. tit. 20.*) Cyprianus in abuſionum gradibus, & Innocen-B tius in decretis ſuis ex apoſtolica ſententia judiciariæ poteſtati gladium legaliter vindicem doceant eſſe permiſſum, quem eccleſiaſticis miniſtris vel in libello, vel in ſeditione corripere, vel etiam portare, a majoribus noſtris legimus non eſſe conceſſum. Et Dominus dicit: (*Luc. c. 6.*) *Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos.* Et Petrus, (*1. Petr. 3.*) *non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, ſed e contrario benedicente.* (*Rom. c. 12.*) Et Paulus, *non vos defendentes cariſſimi, ſed date locum iræ.* Et S. Gregorius in epiſtola ad Sabianum diaconum Conſtantinopolitanum: (*Greg. l. 7 epiſt. 1.*) *Breviter ſuggeras ſereniſſimis dominis noſtris, quia ſi ego in mortem Longobardorum me miſcere voluiſſem, hodie Longobardorum gens* C *nec regem, nec duces, nec comites haberet, atque in ſumma confuſione eſſet. Sed quia Deum timeo, in morte cujuslibet hominis miſcere formido.* Et (*Auguſt.*) S. Auguſtinus ad Bonifacium Africæ Proconſ. *Fas,* inquit, *non eſt, ut reus epiſcopi ſuggeſtionibus occidatur, qui veniæ, ſi pœnituerit, reſervatur.* " Si non eſt fas ut reus epiſcopi ſuggeſtionibus occidatur, qui veniæ, ſi pœnituerit, reſervatur; nefas eſt ut reus, qui veniæ, ſi pœnituerit, reſervatur, ab epiſcopo ad mortem adjudicetur, & in mortis ejus judicio ſubſcribatur: & epiſcopus, qui contra eccleſiaſticum ordinem, & regularem diſciplinam ſubſcripſit, ut ſacri altaris miniſtri huic mortis diſciplinæ nolentes fieri ſocii, non habeantur participes com-D munionis ſuæ: videtur ſe hujus judicii ſubſcriptione a communione eccleſiaſtica ſeparaſſe, a cujus communione ſi ſe miniſtri altaris, ſubſcribentes mortis judicio, ſeparaſſent, ſolidius in communione diſciplinæ eccleſiaſticæ perſtitiſſent.

(*De clericis qui ſubſcripſerunt. Ambroſ.*) Unde B. Ambroſius in epiſtola ad Valentinianum imperatorem, qui petebatur contra religionem Chriſtianam legi ſubſcribere. *Convenio iterum fidem tuam, convenio mentem tuam, ne vel reſpondendum ſecundum hujuſmodi petitionem gentilium cenſeas, vel in ejuſmodi reſponſa ſacrilegium ſubſcriptionis adjungas, vox enim tua, manus tua, & ſubſcriptio tua opus eſt tuum.* Et antiquorum patrum canones decreverunt dicentes: *Sæpe principes contra quoslibet majeſtatis obnoxios* E *ſacerdotibus negotia ſua committunt: & quia ſacerdotes Chriſti ad miniſterium ſalutis electi ſunt, ibi conſentiant regibus judices, ubi jurejurando ſupplicii indulgentia committitur, non ubi diſcriminis ſententia præparatur. Si quis etiam ſacerdotum contra commune conſultum diſcuſſor in alienis periculis extiterit, ut reus effuſi ſanguinis apud Chriſtum, & apud eccleſiam perdat proprium gradum.* Hic autem nullo comminante neque jubente, gratis ſubſcripſit, ut delatori aut lingua capuletur, aut caput amputetur, & qui noluerit fieri ſocius hujus diſciplinæ, nec habeatur particeps communionis ſuæ. Et non ſuffecit illi ut ſubſcriberet,

[ANNO CHRISTI 871.]

ret, quatenus convicto delatori caput amputeretur; verum & miniſtro eccleſiaſticos ſuæ parochiæ, huic perverſæ ſententiæ fecit ſubſcribere. Reclamante Gelaſio in epiſtola ad Anaſtaſium imperatorem [Gelaſ. epiſt. 10.]. *Dicit apoſtolus, qui * non ſolum non facienda faciunt, reos videri, etiam qui conſentiunt facientibus. Legibus certe veſtris criminum conſcios, ſuſceptoreſque latrocinantium * par judiciorum pœna conſtringit: nec expers facinoris æſtimatur, qui licet ipſe non fecerit, facientes tamen in familiaritatem fœduſque receperit.* [* al. non ſolum qui non facienda faciunt. * al. parſ judiciorum pœna conſtringuntur.] Hic autem & fecit, & facientes ad agendum contra regulas quoſdam impulit, quibuſdam perſuaſit. Hinc apoſtolus [1. Cor. 8.]: *Sic enim peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis: & peribit infirmus in tua ſcientia frater, pro quo Chriſtus mortuus eſt.* Et B. Gregorius in regula paſtorali [Gregor.]: *Scire*, inquit, *Prælatus debet, quia ſi perverſa unquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. Unde neceſſe eſt ut tanto ſe cautius a culpa cuſtodiant, quanto per prava quæ faciunt, non ſoli moriuntur.* Et item Gelaſius in decretis ad epiſcopos per Dardaniam conſtitutos [Gelaſ. epiſt. 13. ſub fin.], ac ſi de his loquatur, quos ſecum fecit ſubſcribere: *Sicut*, inquit, *in ſimili conditione conſtricti, non poſſunt complicem ſuum judicare non jure damnatum, neque * rei reum poſſunt competenter abſolvere: ſic illo juſte prævaricatore damnato, iſti quoque pari jacent damnatione proſtrati: neque inde niſi reſipiſcentes poterunt prorſus abſolvi; quia ſicut per unum ſcribentem eorum omnium vulgata tranſgreſſio eſt, qui in eamdem perfidiæ ceciderant actionem; ſic in uno eodemque qui pro omnibus ſcripſerat, vel ſcribendo omnium prodiderat voluntates, tranſgreſſio eſt punita cunctorum.* [* al. redundat rei.]

[Contra canones nihil movendum.] Et quia ſacrum Nicænum concilium metropolitanos ſingularum provinciarum epiſcopos privilegium habere decrevit. Unde Leo ad Anatolium dicit [S. Leo epiſt. 55.]: *Illa*, inquens, *Nicænorum canonum per ſanctum vere Spiritum ordinata conditio in nulla eſt parte ſolubilis.* Sed & alia catholica concilia ita ab omnibus teneri diffinierunt: quia eorum immobilibus decretis contraria ſubſcripſit, ſe, ſibique complices a catholica communione ſegregaſſe videtur. Sicut item Leo in epiſtola ad Pulcheriam Auguſtam manifeſte demonſtrat dicens [Idem epiſt. 53.]: *Contra ſtatuta canonum paternorum, quæ ante longiſſimæ ætatis annos in urbe Nicæna ſpiritualibus ſunt fundata decretis, nihil cuiquam audere conceditur: ita ut ſi quis diverſum aliquid decernere velit, ſe potius minuat, quam illa corumpat.* Et quia, ut ipſe B. Leo, & ante illum Damaſus, & Bonifacius, & poſt eum alii apoſtolicæ ſedis pontifices ſcripſerunt, iidem ſacri canones, manſuræ ſcilicet uſque in finem ſæculi leges, Spiritu Dei ſunt conditi. Qui ſcilicet Spiritus, juxta evangelicam & apoſtolicam veritatem Spiritus eſt Patris, Spiritus eſt Filii, quia æqualiter a Patre procedit & Filio, & totus eſt Patris, ac totus eſt Filii Spiritus; & Pater, & Filius, & idem Spiritus ſanctus, quorum eſt una ſubſtantia, una voluntas, & operatio; ſcilicet ipſa ſancta Trinitas unus eſt Deus, ac Dominus. Conſtat quia a Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, tota videlicet Trinitate, uno Deo & Domino ipſi canones ſunt conditi: a quibus qui per contemptum pertinaciter deviat, in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, unum Deum ac Dominum peccat. Et in hac ſubſcriptione apoſtoli eſt ſententia * Hincmarus, in qua ſolicitus non fuit ſervare unitatem Spiritus in vinculo pacis [Hinc. ibid c. 36 p. 318.]: ſed ſolicitus fuit diſſolvere unitatem Spiritus, contra vinculum pacis. Dicit enim apoſtolus, cujus ſententiam ſubſcriptioni ſuæ perverſæ inſeruit [Epheſ. c. 4.]: *Soliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis; unum corpus, unus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ.* Unde B. Gregorius [Gregor.]: *Ad unam igitur vocationis ſpem nequaquam pertingitur, ſi non ad eam unita cum proximis mente curratur. Eſt, inquit Dominus ad Moyſem, locus penes me, & ſtabis ſupra petram.* Locus quidem apud Dominum eſt ſanctæ eccleſiæ unitas, in qua ſuper petram ſtatur, dum confeſſionis ejus ſoliditas utiliter tenetur. Hi enim in loco qui penes Dominum eſt, & ſuper petram ſtant, qui per hæreſes, & per ſchiſmata ab unitate ſe eccleſiæ non dividunt. Quia ut S. Hilarus papa dicit [Hilar. ep. 4.]: *Non minus in ſanctarum traditionum ſanctiones committitur, quam in injuriam ipſius Domini proſilitur.* Et B. Leonis decernentis [S. Leo cit.], quia in cauſis quæ ad generalem obſervantiam pertinent omnium Domini ſacerdotum, nihil ſine primatibus oportet impleri, non fuit ſocius diſciplinæ: unde timendum eſt, ut non ſit etiam conſors communionis ſuæ: a cujus communione ſi fuerit alienus, cum his qui præfatis ſynodis interfuerunt, & quorum decreta convelli fecit, ac per hoc cum eccleſia catholica communionem habere non poterit. Et in edicto quinti concilii ſcriptum eſt [Quinta ſynodus in confeſſ. fidei Juſtiniani.]: *Miramur eorum dementiam qui divina ſcriptura contraria agunt, evidenter dicentes, quia æqualiter horribilia ſunt apud Deum impius & impietas ejus. Actio enim cum actore punietur.* Si autem ſimiliter impietas horribilis eſt Deo, & ille qui impie agit, certe ſeparatus eſt talis a Deo, & anathemati juſte ſubjicitur. Anathema enim nihil aliud ſignificat, niſi a Deo ſeparationem [Anathema quid ſit.]: ſicut in veteri, & in novo teſtamento judicium de anathemate ſignificat.

## CAPUT XII.

*Quod in ea collectione, ſanctorum patrum dicta ſenſuſque corrupit.*

Et in eo, de quo agitur, libello, ſed & in illo, quem, per VVenilonem quondam archiepiſcopum mihi miſit, quem paulo infra commemorabo (eum enim præ manibus habeo) verbis B. Gregorii, de quatuor errorum capitulis, de quibus ad Theoctiſtam patriciam ſcripſit, quibus dicit [Greg. lib 9. epiſt. 39. in fin.]: *Si qui vero ſunt qui dicunt, quia compulſus quiſquam neceſſitate ſe anathematizaverit, anathematis vinculo non tenetur:* verbis ſuis impoſuit, immittens, & ſuperadjiciens, *aut contra ea quæ ſub anathemate prohibita ſunt, præſumpſerit* [Hinc. Laud. p. 373.]. In eodem autem loco, ubi dixit: *Si qui ſunt igitur, qui ſub nomine Chriſtiano, hæc quæ prædiximus errorum capitula, aut prædicare audent, aut taciti apud ſemetipſos tenere*: detruncavit, & pervertit ad ſuum ſenſum dicens: *Si qui ſunt igitur qui ſub nomine Chriſtiano hæc prædicare audent.* [[illegible]] Non timens ſententiam ſanctæ ſextæ ſynodi in duodecima actione prolatam hoc modo [Sexta ſyn. act. 12. Macarius Antiochenus ſcripturarum corruptor.]: *Inveteratum Macarium in impietatis dogmatibus, & non ſolum univerſam Chriſto amabilem plebem, quæ hanc a Deo conſervandam regiam urbem inhabitat everſione turbulenta potantem; teſtimoniaque ſanctorum & probabilium patrum falſantem, & quædam quidem abſcidentem, quædam vero addentem, & ſecundum quod ei videbatur, in devio mittentem, piiſſimum & a Deo coronatum principem per oblata ab eo codicilla, ſed & a ſolis ortu uſque ad occaſum per litteras ſuas, & per homines quos mittebat, univerſos perturbantem, & a fide vera ſegregan-*

PARS II.

*gantem, & juſte atque rationabiliter a pontificali habitu denudatum, nullatenus divina regula de cetero ſuſcepit in doctoris ſede reſidere: ne ex hoc propria ſua hæreſeos multo jam recrudeſcere faciat intelligentiam, & fiant, juxta quod ſcriptum eſt, noviſſima illius hominis deteriora prioribus.* Et Macedonius Conſtantinopolitanus epiſcopus ab imperatore Anaſtaſio legitur expulſus, quoniam evangelia falſaſſet, & maxime illud apoſtoli dictum: *Quod apparuit in carne, juſtificatum eſt in ſpiritu*; & pervertiſſe ut legeretur, *ut eſſet Deus, apparuit per carnem*. Quales redarguit Paulus apoſtolus de ſe, & ſuis ſociis dicens: *Non enim ſumus*, inquit, *ſicut plurimi adulterantes verbum Dei*. *Adulterare eſt*, inquit B. Gregorius, *verbum Dei, aut aliter ſentire quam de illo eſt, aut ex eo non ſpiritales fructus, ſed adulterinos fœtus quærere laudis humanæ*. Unde Gelaſius ad epiſcopos per Dardaniam conſtitutos, de hujuſmodi prave ſentientibus ſcripſit: * *Quia majores noſtri neceſſario præcaverunt, ut contra unamquamque hæreſim * quod acta ſemel ſynodus pro fidei communione & veritate catholica atque apoſtolica promulgaſſet, non finerent novis poſt hæc retractationibus * nubilari: ne pravis occaſio præberetur, quæ medicinaliter fuerant ſtatuta, pulſandi: ſed auctore cujuslibet inſaniæ ac pariter errore damnato, ſufficere judicarunt, ut * quiſquis aliquando hujus erroris communicator exiſteret, principali ſententia damnationis ejus eſſet obſtrictus, quoniam manifeſte quilibet vel profeſſione ſua, vel communione poſſet agnoſci.* Et poſt aliquanta: *Quoniam idem ipſe error, qui ſemel eſt cum ſuo auctore damnatus, in participe quolibet pravæ communionis effecto, execrationem ſui geſtat & pœnam.*

Macedo. CP.

1. Tim. 3.

2. Cor. 2.

Gregor. Gelas. epiſt. 13. ſub init.

* al. Quia majores noſtri divina inſpiratione cernentes.

* coacta ſynodus.

* vacillari.

* quiſquis.

Poſt præfati denique monſtruoſi libelli a ſe monſtruoſe collecti ſuam ſuorumque ſubſcriptionem, litteris quarum exemplar habeo, denuo illum commonui, ut ea quæ in parochia ſua contra rationem & auctoritatem egerat, ſtuderet corrigere. Sed admonitioni meæ non paruit: cum dicat apoſtolus: *Obedite præpoſitis veſtris in Domino*. Et S. Leo decernat, ut *qui ſcit ſe quibuſdam præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum*.

Hinc. epiſt. 31. p. 600.

Hebr. c. 13.

## CAPUT XIII.

*Quod frequenter admonitus excuſare culpas maluit, quam corrigere, & accuſatus in ſynodo, non expectato fine judicii, fugam arripuit.*

Hinc. ibid. & l. 55. Cap. Præfat.

DEinde ex epiſtolis Romanæ ſedis pontificum ante Nicænam ſynodum ſcriptis libellum a ſe collectum, & 20. verſiculis, in nomine domni regis Caroli titulatum, per venerabilem quondam archiepiſcopum VVenilonem, in Gundulfi villa coram epiſcopis qui adfuerunt, mihi direxit. De quo, illi, ſcripto reſpondi, cujus exemplar hic habeo: monens illum, ut ſacris canonibus & apoſtolicæ ſedis decretis ex eiſdem ſacris canonibus promulgatis fidem accommodaret, & debitam obedientiam illis dependeret. Inde in Attiniaco Rhemenſis parochiæ, illi coram epiſcopis, qui adfuerunt, dedi libellum in 55. capitulis, 44. verſibus titulatum, auctoritates eccleſiaſticas continentem, contra illa quæ in præfatis ſuis duobus libellis collegerat: monens ut a talibus hujuſmodi reprehenſionibus ſe cohiberet; & ſe ſacris regulis ſubdens, pacem & ſanctimoniam, ſecundum apoſtolum, ſequi ſtuderet. Is autem nullam inde meæ admonitionis ſatisfactionem exhibuit. Quin potius rotulam prolixiſſimam de quadam capella, unde eum ſæpe litteris, pro reclamatione ad me hominum ex ſua parochia, monui; ſed nihil profeci: & fabulis de Fimo presbyteri parochiæ ſuæ, & villæ eccleſiæ noſtræ; ſed & de aliis mendaciter compoſitis, de quibus ſe ipſe presbyter ad me non reclamavit, nec in aliqua ſynodo comprovinciali ullam rationem inde commovit, contextam, in eodem concilio mihi porrexit. De qua rotula loqui, in aliud tempus dignum duxi differre, ne vobis tædium deliramenta ſua inferant, & ad neceſſariora vos deliberanda impediant. Sed & præfatum ſuum monſtruoſum libellum, a ſe & a ſuis ſubſcriptum, in eadem ſynodo protulit: quem ibidem accipiens, hactenus ſervo.

Liber 55. Capitulorum. p. 383.

ANNO CHRISTI 871.

*Capella in Attolia curte ſita.*

lib. 55. Cap. 1.

Non extat.

Et cum me vidi poſt tot admonitiones nihil apud eum poſſe proficere, ſcedulam porrexi in ſynodo decem provinciarum, ab eiſdem venerandis epiſcopis quærens conſilium quid contra ſuam pertinacem contumaciam agere poſſem: & quæ illi . . . . ſuæ contra colligationes ſuæ impietatis direxeram, contra illis nota feci. Unde & ab eadem ſynodo conventus, quoniam injuſte ac irregulariter tantas & tales excommunicationes facere præſumpſit, dedit mihi in eadem ſynodo profeſſionis ſuæ libellum de regulari obedientia ſua, quem habeo, qui ita ſe habet: *Privilegio Hincmari metropolitani provinciæ Rhemorum eccleſiæ ſecundum ſacros canones & decreta ſedis apoſtolicæ ex ſacris canonibus promulgata, pro ſcire & poſſe me obediturum profiteor, & ſubſcribo.* Et ex eo quod ſui homines ſe ad regem reclamaverunt, quoniam ab eis ſua beneficia, quæ apud anteceſſores ſuos, & apud eum proſervierunt, injuſte & irrationabiliter abſtuliſſet, poſt datum mihi libellum in ſynodo de regulari obedientia ſua, electos judices epiſcopos apud me expetivit: & tres, ſecundum Africanum concilium, ſcilicet Actardum, Ragenelmum, atque Joannem a me ſibi deſignatos ſuſcepit; & eorum, atque aliorum Deum timentium judicio, in domni regis, ſicut poſtulavit, præſentia, de quibuſdam decretum fuit, ut beneficia ſua quæ irrationabiliter perdiderunt, recuperare deberent.

*Synodus apud Attiniacum.*

Non extat ſcedula.

*Profeſſio Laud. Hinc.*

*Electi judices dati Laudunenſi.*

Hinc. ep. 31. cit. p. 604.

Tota autem eorum cauſa, uſque ad alium tractatum, certis intervenientibus cauſis non diffinita, ſed die alia diffinienda, remanſit. Et ante diffinitionem contra ſacros canones, ſine ulla neceſſitate vel ratione, noctu fuga lapſus, regularem diffinitionem expectare contempſit. Unde ſacri canones Africani concilii de Quodvultdeo, qui antequam aut judices electos expeteret, aut etiam in rationem contra conquirentem adverſum ſe introiſſet, rationem ſubterfugiens diſceſſit, decreverunt dicentes: *De Quodvultdeo*, inquiunt, *epiſcopo Centurienſi*, * *quoniam adverſarius ipſius cum ſe petiſſet introduci ad concilium noſtrum, interrogatus vellet cum eo apud epiſcopos experiri, primo promiſerat; alia die reſpondit, hæc ſibi non placere, atque diſceſſit. Placuit omnibus epiſcopis, ut nullus eidem Quodvultdeo communicet, donec cauſa ejus qualem potuerit terminum ſumat. Nam adimi ei epiſcopatum, antequam cauſæ ejus exitus appareret, nulli Chriſtiano videri jure* * *potuit.* Et item dicit, *ut per epiſcopos judices cauſa finiatur, ſive quos eis (quin inter ſe conquirentibus) primates dederint, ſive quos ipſi vicinos ex conſenſu delegerint. Si autem ex communi placito vicinos judices elegerint, aut unus eligatur, aut tres: aut ſi tres elegerint, aut omnium ſententiam ſequantur, aut duorum. A judicibus autem, quos communis conſenſus elegerit, non liceat provocare: & quiſ-*

*Noctu fuga lapſus.*

Concilium Afric. c. 54. Cod. can. eccl. Afric. can. 87.

* ab. quoniam do.

* al. potuiſſet.

Conc. Milev. c. 22. Concil. Afr. can. eccl. Afric. can. 121. & 22.

*Formula judices eligendi*

*& quiſquis probatus fuerit pro controverſia nolle obtemperare judicibus, cum hoc primæ ſedis epiſcopo fuerit probatum, det litteras ut nullus ei communicet epiſcoporum, donec obtemperet.* Et Carthaginenſe dicit concilium, *ut quiſquis epiſcoporum accuſatur, ad primates provinciæ ipſius cauſam deferat accuſator.* Et poſt aliquanta: *Verum tamdiu poſt menſem ſecundum non communicet, donec purgetur. Si autem ad concilium univerſale anniverſarium occurrere noluerit, ut vel ibi cauſa ejus terminetur, ipſe in ſe damnationis ſententiam dixiſſe judicetur. Tempore ſane quo non communicat, nec in ſua eccleſia, vel parochia communicet.* Et jam tranſactus eſt annus, ex quo a me, ſuo metropolitano, præfatos judices electos expetiit, & accepit; & cauſam ſuæ accuſationis regulariter executus non fuit. Et dilata eſt hactenus ex eo ſententia Africani concilii, de Maximino epiſcopo promulgata: *De Maximino*, inquit, * *Bacagenſi, & ad eum, & ad ipſam plebem placuit de concilio litteras dari, ut & ipſe ab epiſcopatu diſcedat, & illi ſibi alium requirant.*

Conc. Carthag. III. c. 7. Cod. can. eccleſ. Afric. can. 19.

Conc. Afric. c. 51. Cod. can eccl Afr. can. 88.

* al. *Maximiano Bagaienſi.*

## CAPUT XIV.

*Quod fugam illam infirmis rationibus excuſare conatur.*

ET cum hæc ita ſe habeant, idem frater mihi reſcribens, multis allegationibus ſe neceſſitate compulſum, & perſecutionem declinantem fugiſſe aſſeverat, ſicut ſua ſcriptura quam hic habeo, prodit. Videlicet, [16] quia omnes homines ſui banniti fuerunt ad cauſas, ita ut nec unus, dum rediret ad manſionem, illum ſequi permiſſus ſit: Nortmanno hoc agente pro villa Pauliaco, eo quod illam conceſſione regia, & apoſtolica etiam, ut ſcirem, auctoritate recipiens, illum iidem ſui homines in eamdem villam ſecuti ſunt. Et in eiſdem ſuis allegationibus ponit teſtimonia ex epiſtola Julii papæ in Athanaſii pro fuga defenſione: *Quia Dominus quando Phariſæi conſilium fecerunt adverſus eum ut eum occiderent. Sciens autem Jeſus diſceſſit inde. Et diſcipuli propter metum Judæorum receſſerunt, celantes ſeipſos. Et Paulus in Damaſco a principe gentis quæſitus de muro in ſporta depoſitus eſt, & manus quærentis effugit.* Sed utrum pro eo [17] ſi Franci homines ad judicia ſuis legibus vocabantur, ut quod contra legem feciſſe quærebantur, aut legibus emendarent, aut legaliter defenderent, fugere illum oportuit, an non, cauſa in promptu eſt. Et utrum præmiſſa teſtimonia, ſuæ quam dicit perſecutioni, ſuæque cauſæ ac perſonæ, vel perſecutoris ſui perſonæ, quam ſpecialiter ſignat, ſed & aliis perſonis ſe perſequentibus a ſe deſignatis conveniant, an non, ratio manifeſte demonſtrat. De fuga vero Athanaſii, & quando, ac qualiter, vel pro quibus, epiſcopis vel miniſtris eccleſiaſticis fugiendum ſit, B. Auguſtinus in epiſtola ad Honoratum epiſcopum inter alia dicit: *Fortaſſe quis dicat ideo debere fugere Dei miniſtros talibus imminentibus malis, ut ſe pro utilitate eccleſiæ temporibus tranquillioribus ſervent. Recte hoc fiet a quibuſdam, quando non deſunt alii, per quos ſuppleatur eccleſiaſticum miniſterium, ne ab omnibus deſeratur. Quod feciſſe Athanaſium ſupra diximus. Nam quantum neceſſarius fuerit eccleſiæ, quantumque profuerit quod vir ille manſit in carne, catholica fides novit, quæ adverſus Arianos hæreticos ore illius & amore defenſa eſt. Sed quando eſt commune periculum magis timendum eſt ne quiſquam id facere credatur non conſulendi voluntate, ſed timore moriendi: magiſque fugiendi obſit exemplo, quam vivendi proſit officio: nulla ratione fugiendum eſt.* Et item poſt aliquanta: *Quicumque igitur iſto modo fugit, ut eccleſiæ neceſſarium miniſterium non deſit, facit quod Dominus præcepit, ſive permiſit. Qui autem ſic fugit, ut gregi Chriſti ea quibus ſpiritaliter vivit alimenta ſubtrahantur, mercenarius ille eſt, qui videt lupum venientem & fugit, quoniam non eſt ei cura de ovibus*

Hinc. Laud. epiſt. *De his quæ nobis* p. 610.

Ibid. p. 613.

Epiſt. 2. ad orientales.

2. Cor. 11.

*Refellitur.*

*Quando fugere liceat.*

Auguſt. ep. ad Honor.

*Athanaſii fuga utilis eccleſiæ.*

Matth. c. 10.

Joan. c. 10.

## CAPUT XV.

*Quod res eccleſiæ quæ controvertuntur, regi conceſſit Nortmanno tradendas.*

DE eo quod ſcripſit, me ſcire eamdem villam illi conceſſione regia, & apoſtolica etiam auctoritate ſibi redditam, quod in ejus litteris legi, hoc me ſcire non denego. [18] Dicit enim ibi, ad petitionem virorum venerabilis memoriæ Chonradi, & Rodolfi, ſe eamdem villam conceſſiſſe regi, ut eam Nortmanno, qui antea illam tenuerat, beneficiaret. Superadjiciens in reſponſione ſua, quia ſi ipſam villam in alodem haberet, quidquid regis eſſet voluntatis ex ea facere gauderet; quia illud voto regis non obviabat, nec inde ei periculum animæ imminebat. Ceterum quando illam conceſſionem de rebus eccleſiæ ſuæ fecit, nec mea conſcientia, vel coepiſcoporum Rhemenſis provinciæ, ſed nec cum conſenſu presbyterorum ac diaconorum Laudunenſis eccleſiæ, ſicut præcipiunt canones, fecit. Sed & hoc inde ſcio, quod in domni apoſtolici epiſtola exinde legi. Et quia quando Nortmanno ipſam epiſtolam oſtendam, dicens illi, quia niſi ab ipſis rebus Laudunenſis eccleſiæ quas invaſerat, ſe mox exueret, illum ſecundum juſſionem domni apoſtolici excommunicarem: coram plurimis epiſcopis mihi reſpondit, ut pro amore, & honore Dei, & S. Petri, ac domni apoſtolici illum non excommunicarem, quia nec meus parochianus erat, & ipſas res non invaſerat; & habebat inde auctorem, qui illi eas beneficiavit: & ſi ipſe ſuus auctor eas illi contradiceret, nihil poſtea ſe inde præſumeret.

Hinc. epiſt. 15. p. 605.

*Laudunenſis res eccleſiæ ſua regi male conceſſit.*

*Nortmannus excommunicationem deprecatur.*

## CAPUT XVI.

*Quod falſo dicit ſe detentum fuiſſe ne Romam, quo appellabat, adiret.*

DIcit etiam in eodem ſcripto ſuo Hincmarus, ideo ſe ab Attiniaco fugiſſe, quia *Silvaci memor fuerat, ubi & ego adfui, quod illi nihil profuit, ſed obfuit: quia pro eo ſolummodo retentus fuit, ne Romam domni apoſtolici præceptis obediens iret: quod a ſæculo non eſt de epiſcopo ab epiſcopis auditum.* Unde reſpondi, quia ne tunc, ſicut pro certo ſcio, & illi mecum ſciunt qui adfuerunt, nec unquam, prout reminiſci valeo, illum Romam appellaſſe pro quacumque cauſa audivi. Tunc autem ad ſynodum, quæ in proximo futura erat, invitatum audivi. Sed & multorum divulgabatur oribus quia cum Hlotario agebat, quatenus eccleſiam ſibi commiſſam, & oves ſibi creditas deſereret, ut ad Hlotarium iret, & in regno illius honores obtineret. Verumtamen ex hac cauſa nullam rationem tunc cum domno rege habuit; ſed & domnus rex nihil inde tunc mihi dixit.

Hinc. Laud. p. 613. cit.

*Laudunenſis defectionem a rege cogitat.*

PARS II.

## CAPUT XVII.

*Quod poſt fugam Hincmaro Rhemenſi per litteras ſignificavit ſe Romam evocari a pontifice, quibus ab eodem Rhemenſi reſponſum eſt. Et quod contra ſuam profeſſionem venit.*

Hinc. epiſt.

IS autem frater Hincmarus, poſtquam electos judices, a me regulariter, ut ſcripſi, datos ſibi ſuſcepit, & incaute ac inhoneſte noctu fuga lapſus abſceſſit, [19] pitaciolum irrationabiliter confectum, & manu ſua ſubſcriptum, ac præfatæ profeſſioni ſuæ uſquequaque contrarium, per Ermenoldum diaconum ſuum 6. Non. Jul. 3. indict. mihi tranſmiſit, quod ita ſe habet.

*Reverendiſſimo Rhemorum archiepiſcopo Hincmaro, ſanctæ Laudunenſis eccleſiæ Hincmarus Deo miſerante epiſcopus, debitam in Chriſto devotionem. Vos ſcitis quia ab univerſali ſanctæ Romanæ eccleſiæ papa, patre quoque noſtro & magiſtro Hadriano his vocatus exiſto. Et vos ipſi in quaternionibus mihi a vobis in Attiniaco palatio coram archiepiſcopis, & epiſcopis qui affuerunt datis, quod ad eamdem ſedem venire totidem vocatus detractem, me reprehendiſtis: ſi vitio ſcriptoris pro detrectem, quod eſt diſſimilem, vel differam, detractem, quod valde tractem non ab re accipi poteſt, intercharaxatum non fuit. Unde vos nunc pro amore Dei omnipotentis, & reverentia S. Petri expoſco, ſicut & in eadem ſynodo in Attiniaco a vobis convocata, quod impetrare non valui, expoſtulavi; ac jam etiam per integrum efflagitavi annum: & præcipue in ſynodo apud Vermeriam palatium olim ab hornotina habita obſecrando declamavi.* Et quæ ſequuntur. *Ego Hincmarus S. Laudunenſis eccleſiæ epiſcopus ſponte ſubſcripſi.*

De quo pitacio latius in quaterniunculis, ut ſupra dixi, ei datis reſpondi: & quia nunquam vel nuſquam apoſtolicam ſedem eum adire prohibui. Inſuper etiam illum, ſicut & ipſe ſcripſit, cur juſſionem invitationis domni apoſtolici proſequutus non fuerit, reprehendi. Qui undicunque ſibi viſum fuit, cum de ſuis inſolentiis increpatus eſt, licentiam eundi Romam petit, vel ſedem apoſtolicam appellat. Quando vero rex, & epiſcopi ſunt ſibi placabiles, de ipſa licentia nihil dicit, nec ſedem apoſtolicam appellat: cum ſacri præfigant canones qualiter, & unde, & ubi appellare debeat epiſcopus apoſtolicam ſedem. Et anno præterito, poſtquam in Attiniaco libellum de ſua regulari obedientia mihi porrexit in ſynodo, ſedem apoſtolicam non appellavit, nec de licentia illuc eundi aliquid dixit. Sed cum commotus inhoneſte inde diſceſſit, præmiſſum pitaciolum de licentia Romam eundi, circa Kalend. Julias mihi direxit. Poſtea vero nihil mihi inde mandavit, nec quando mecum locutus fuit, inde aliquid dixit. Sed & cum domno rege in ſubſequenti menſe Septembrio in Silvaco, & in menſe Octobrio Remi, ubi & ego fui, & domni apoſtolici miſſi ibi fuerunt, & inde nihil dixit. Deinde menſe Februario in Compendio cum domno rege per aliquot dies fuit, & ego etiam illic fui. Poſtea vero menſe Aprili apud Silvanectis cum domno rege fuit. Et demum in Silvaco per aliquot dies cum domno rege fuit, & ego etiam ibi fui, & nihil inde dixit. Et jam plures Kalendæ menſis Auguſti pertranſierunt ultra placitum quod ei domnus apoſtolicus miſit, mandans ut ultra illas Kalendas non remoraretur quin Romam pergeret. Scripſi etiam illi, quia inſulſe ſcripſerit

Frustratoria appellatio.

A quoniam ſi licentiam ei eundi Romam apud regem non impetrarem, *abhinc ut archiepiſcopo coepiſcopus obtemperare debet, canonice mihi obſequi non poſſet.* Et quia contra rationem hoc dixit, ei ex epiſtolis B. Leonis oſtendi; & ut decretales epiſtolas quas beatiſſimi papæ diverſis temporibus ab urbe Roma pro diverſorum patrum conſolatione dederunt, de quibus (ut a metropolitano privilegio contra canones & decreta ſedis apoſtolicæ ex eiſdem ſacris canonibus promulgata ſe poſſit exuere, contumacia pertinaci contendit) illum commonui, ut ſecundum dictum B. Gelaſii venerabiliter ſuſciperet, & ſacra concilia, ut Gelaſius, & ceteri catholici videlicet, doctique pontifices decreverunt, inviolabiliter conſervaret, illi ſuaſi.

ANNO CHRISTI 871. Hinc. l. 55. Cap. c. 20. p. 412.

B Et de eo quod ſcripſit, quia *quod apoſtolica ſedes de eo voluit, ac diſpoſuit, Remigio & Arduico archiepiſcopis committere, commiſit:* ſcilicet ut per eos domni apoſtolici epiſtola, unde illi mandavi, ad domnum regem perveniret, & ipſi ejus cauſam agerent; illi non credo: quoniam epiſtola domni apoſtolici mihi directa aperte demonſtrat, illam de qua oblique fategit, mihi miſiſſe, ut ego illius, videlicet ſuffraganei mei, cauſam agerem apud regem: quatenus & apoſtolica ſedes vigorem proprium retineret, & a ſe conceſſa aliis jura ſua non demeret.

Ibid. c. 8. p. 412.

Et his, ut præmiſi, ſubſcribens, illi profeſſioni & ſubſcriptioni quam coram epiſcopis decem provinciarum in ſynodo apud Attiniacum C profeſſus fuerat, & manu propria ſubſcripſerat; ſcilicet, quia privilegio metropolitano provinciæ Remorum eccleſiæ ſecundum ſacros canones, & decreta ſedis apoſtolicæ ex ſacris canonibus promulgata pro ſcire & poſſe ſe obediturum, contraria profitendo ſubſcripſit. De qua profeſſione atque ſubſcriptione in eadem ſynodo mihi data, S. Leo in epiſtola ad Septimium epiſcopum dicit: *Saluberrimum eſt*, inquit, *& ſpiritalis medicinæ utilitate pleniſſimum, ut ſive presbyteri, ſive diaconi, * vel cujuslibet ordinis clerici, qui ſe correctos videri volunt, errorem ſuum, & ipſos erroris auctores damnari a ſe ſine ambiguitate fateantur; ut ſenſibus pravis, & dudum peremptis * nulla* D *adſpirante ſuperſit occaſio, nec ullum membrum eccleſiæ talium poſſit ſocietate violari, cum per omnia illis profeſſio propria cœperit obviare.* In qua profeſſione & ſubſcriptione ſua confratres & venerabiles coepiſcopi noſtri, conſulentes dulcitiæ animi ſui, & ſupportantes eum in caritate, noluerunt eum exaggerare de præteritis; ſed tantum futuram correctionem profitendo & ſubſcribendo promitteret. Attendentes quod B. Gregorius in paſtorali regula dicit: *Quia plerumque quos fortis pigmentorum potio curare non valuit, ad ſalutem priſtinam aqua tepens reduxit: & nonnulla vulnera quæ curari inciſione ferri nequeunt, fomentis olei ſanantur: & durus adamas inciſionem ferri minime recipit, ſed leni hircorum ſan-*E *guine molleſcit.*

S. Leo epiſt. 85. Septimio epiſc. * al. ſive alii. * al. nulla ſperandi Gregor.

Et hac profeſſione quam ſubſcripſit, quia ſi ei licentiam eundi Romam, quo illum vel quemquam nunquam vel nuſquam volentem ire prohibui, apud domnum regem Carolum non impetrarem, mihi ex tunc, ut archiepiſcopo coepiſcopus obtemperare debet, canonice ſcirem illum obſequi non poſſe: ſubjungens, *Ego Hincmarus S. Laudunenſis eccleſiæ epiſcopus ſponte ſubſcripſi:* illam quam in ſynodo decem provinciarum apud Attiniacum habitam mihi dedit, quantum in ipſo fuit, deſtruxit. Sicut B. Leo in epiſtola ad Leonem Auguſtum, etiam tantus pontifex de ſe

Laudun. ſibi contradicit. Leo ep. 78.

Galat. c. 2.

te dicens, oſtendit: *Secundum apoſtolum ſi quæ deſtruxi, hæc ædifico, prævaricatorem me conſtituo, & eis me ultionum conditionibus ſubdo, quas non ſolum auctoritas beatæ memoriæ principis Martiani, ſed etiam ego mea conſenſione firmavi*. Deſtruxit enim in præfata ſynodo inobedientiæ præteritæ inſolentiam, ædificans profitendo & ſubſcribendo futuram ſecundum ſacros canones erga ſuæ metropolis privilegium obedientiam. Quam iterum hac prævaricationis ſuæ profeſſione atque ſubſcriptione deſtruere, & adnullare ſategit, & priſtinam ſuam inſolentiam, redivivo furore reſuſcitavit: ac per hoc ſe prævaricatorem conſtituit.

Prævaricator.

Quas omnes profeſſiones & ſubſcriptiones ſuas ſapientia veſtra inſimul conferat, & quod de ſubſcriptione vel profeſſione ſubſcribentis ac profitentis, & negligentis atque refragantis ſanctus Spiritus, per eos in quibus locutus eſt, & qui cum Deo in cælo regnant, & in terris miraculis coruſcant, decreverit, ſolicita mente recogitet atque dijudicet. [20] Ait enim ſacrum Carthaginenſe concilium: *Si quis contra ſuam profeſſionem vel ſubſcriptionem venerit in aliquo, ipſe ſe honore privabit*. Quid enim in hac noviſſima ſubſcriptione ſua ſacris canonibus & ſupraſcriptis profeſſionibus & ſubſcriptionibus ſuis contraria, congruentius referri poteſt, qua dixit, Ego Hincmarus contra meam profeſſionem, vel ſubſcriptionem veniens, ſponte me honore privavi?

Conc. Carthagin. II. can. 13.

Sed forte dicet, alias ſubſcriptiones ſe invitum, atque coactum feciſſe. Et quid dicit de illa ſubſcriptione, qua libello compilationum ſuarum, nullo petente, vel ſperante, ſubſcripſit, & ab aliis quibuſdam invitis ſubſcribi fecit? Illi nempe qui de verborum differentiis loquuntur, ſicut Nonius Marcellus Peripateticus, in libello de compendioſa doctrina, dicit: *Hoc diſtare inter confiteri & profiteri autumant, quod confiteri voluntatis eſt, profiteri neceſſitatis, & coacti*. Sed non illo hoc ad voluntatem ſuam ſuccurrit, qui contra ſuam profeſſionem & ſubſcriptionem venit. Cum S. Leo, ſicut multoties in illius invenitur epiſtolis, ab unanimitate catholicæ pacis exorbitantes, profeſſionem cum abſolutiſſima ſubſcriptione coram omni clero, & univerſa plebe, * clare præcipiat. Et S. Gregorius in epiſtola ad Theoctiſtam patriciam, de his qui dicebant, [21] quia ſi compulſi aliqui de quibus juſte reprehendebantur, anathematizare ſe, dicerent, anathematis vinculo nullo modo teneri, manifeſtiſſime dicat: *Et ſi ſunt*, inquiens, *qui certiſſime talia ſentiunt vel tenent, quia Chriſtiani non ſunt, dubium non eſt: eoſque & ego, & omnes catholici epiſcopi, atque univerſa eccleſia anathematizamus, quia veritati contraria ſentiunt, & contraria loquuntur*.

Nonius Marcel. c. 5.

* dare.

Gregor. l. 9. p. 39.

## CAPUT XVIII.

*Quod ſcedulam fictam quaſi ab epiſcopis concilii Tullenſis conſcriptam obtulit, cui reſcripſit Rhemenſis adhortans ad patientiam, & maturam rerum cognitionem.*

Hinc. epiſt. 34. p. 591.

DEnique ad hæc 15. Kalend. Auguſt. 3. indictionis, miſit ad me apud Pontigonem, Heddonem eccleſiæ ſuæ præpoſitum, & per eum [22] ſcedulam quamdam mihi direxit, quam habeo ſub chirographo: cujus partem coram epiſcopis, qui adfuerunt, Remigio ſcilicet, Harduico, Francone, Hodone, atque Vvilleberto, & aliis eccleſiaſticis viris referendam illi donavi; ne poſtea mihi eamdem ſcedulam, ſi vellet, miſiſſe negare valeret. Quæ confecta eſt quaſi ex nomine ſynodi apud Tuſiacum: quam antequam per Heddonem clericum ſuum acceperim, nunquam vidi, & nunquam vel nuſquam audivi; ſed nec qui adfuerunt epiſcopi, eam ſe vidiſſe & audiſſe dixerunt. Cui ſcedulæ ab epiſcopis qui præfatæ ſynodo interfuerunt, multifariæ multiſque modis: ſed & a ſe aſſerit eſſe ſubſcriptum; quæ in quibuſdam, ſacris regulis contraria, & ſuæ excommunicationi quam fecerat in parochia ſua, eſt conſona. Dicitur enim ibi de damnato, ut *dum vivit, ita a cœtu & ſocietate fidelium remotus, a corpore & ſanguine Domini ſeparatus. ut nec in finem communionem accipiat. neque corpus ipſius more fidelium cum oblationibus & pſalmis atque hymnis ad ſepulturam deducatur*. Et aliquanto inferius: *Habeantque principes & judices hanc in populo Dei diligentiam, ut ubicumque tales in poteſtate eorum ab epiſcopis requiſiti fuerint, abſque mora eis exhibeant, ne forte ſi diſſimulaverint, aut mandatum epiſcopi contempſerint, ab eccleſia Dei projecti, nec ſepulturam cum fidelibus recipiant*. Et aliquanto ſupra iſtam ſententiam: *Si clericus tanti cupiditate ſacrilegii corruptus, aut laicus quicumque hac iniquitate deceptus fuerit, & cognoſcens damnationem ſuam pœnitentiæ remediis ſecundum ordinem & diſpoſitionem ſui epiſcopi ſe ſummiſerit, volumus ut pervaſa & præſumpta ſecundum qualitatem in ſimplum, aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplum eccleſiæ cui damnum inlatum eſt, primum reſtituat. Inde pro ſacrilegio ab epiſcopo ſuo conſilium ſalutis & pœnitentiæ modum ſuſcipiat*. Quæ conſtitutio reſtitutionis, ſalvo legum jure contraria eſſe dignoſcitur decretis beati Gregorii ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum interrogantem: *Obſecro quid pati debeat, ſi quis aliquid de eccleſia furto abſtulerit?* Reſponſio beati Gregorii hinc poſt aliquanta; *Addis etiam quomodo ea quæ furto de eccleſiis abſtulerint, reddere debeant? Sed abſit ut eccleſia cum augmento recipiat, quod de rebus terrenis videtur amittere, & lucra de vanis quærat*.



Extat in Concilio.

Greg. epiſt. ult. l. 11. ad Auguſt. interrog. 4.

Quæ ſcedula, ut oſtendi, eccleſiaſticis ordinationibus contraria, etiam & ex hoc mendax eſſe patenter oſtenditur, quia eorum epiſcoporum nomina ibi habentur ſubſcripta, qui nondum erant epiſcopi; & etiam duorum epiſcoporum nomina ex una civitate, & uno tempore ibi ſunt poſita: & eorumdem epiſcoporum nomina qui ſucceſſerunt ante nomina ſuorum deceſſorum ibi ponuntur. Habetur enim ibi nomen Chriſtiani Autiſiodorenſium, & longe poſt Abbonis item Autiſiodorenſium, cui Chriſtianus ſucceſſit. Et inſcribitur ibi nomen Rainelmi Noviomagenſium, qui nondum erat epiſcopus: deinde longe poſt, nomen Immonis Noviomagorum inſcribitur, cui Rainelmus ſucceſſit. Et aliorum epiſcoporum ibi habentur nomina, qui eidem ſynodo non interfuerunt. Et nos qui interfuimus, ſed & ſe nobiſcum his ſubſcripſiſſe mendaciter dicit, quibus non ſubſcripſimus. Unde videndum eſt ſi illi conveniat, quod Africanum decrevit concilium, de epiſcopo qui Donatis ſe communicaſſe mentitus fuerit: ut *ſi probatum fuerit eum de communione illorum fuiſſe mentitum, dicendo eos communicaſſe, quos eo ſciente non communicaſſe conſtiterit, etiam epiſcopatum amittat*.

Fictilitas ſcedulæ ex nominibus ſubſcriptionis, quæ inſunt.

Conc. Afric. 91. Cod. can. eccl. Afric. can. 124.

Et poſtquam idem præpoſitus Heddo mihi præfatam ſcedulam dedit, dixit inter cetera, ſeniorem ſuum mihi mandaſſe, quia non poſſet dimittere, ut homines ſuos qui res de ſua eccleſia tenebant per poteſtatem & verbum regis, non

Hinc. epiſt. 34. p. 594.

PARS II.

non excommunicaret. Quoniam altera vice quando domno apoſtolico mandavit de Nortmanno, hoc ei remandavit domnus apoſtolicus, ut prius inde feciſſet ſuum miniſterium, & tunc ſe reclamaſſet. Et hoc ideo hactenus dimiſerat, donec hoc mihi mandaret, ut ſcirem quia nunc inde ſuum miniſterium faceret: unde inter cetera ei ſcripſi: *Age frater cariſſime, quod epiſcopalem condecet gravitatem, expectans donec provincialem ſynodum, cujus jam tempus in proximo eſt, conveniamus; in qua favente ac cooperante Domino, ſecundum decreta B. Gregorii, & de * indecentibus cauſis diſceptatio, & ſit ſalubris de eccleſiaſtica obſervatione conlatio, quatenus dum per hoc & præterita corrigentur.* Et quæ ſequuntur in epiſtola Hincmari 34. uſque ad finem.

* al. incidentibus. Ibid. p. 196. Superfluum viſum eſt reliqua deſcribere jam excuſa.

## CAPUT XIX.

*Quod poſt fugam ab Attiniaco, relicto eccleſiæ judicio, ſæculares judices a rege expetiit, & judicata retractari fecit.*

Hinc epiſt. 31. p. 691.

ET evoluto duorum circiter menſium ſpatio, poſtquam noctu aufugit ab Attiniaco, ante diffinitionem cauſarum, de quibus apud metropolitanam auctoritatem electos judices expetivit: quibuſdam machinationibus exquiſitis ab eo juſſio eſt principalis elicita, ut de quibus electos judices, ſecundum ſacros canones accepit, non ſolum eorum querela, quorum cauſa uſque ad C alium tractatum diffinienda remanſit, verum, & quæ, ut dixi, in domni regis præſentia electorum judicum ſententia deciſa fuerunt, ſine metropolitani conſcientia, ſineque canonico & epiſcopali judicio, per judices ſæculares, Helmigarium ſcilicet mercati palatii te lonearium, & Florarium, ac Urſionem villarum regiarum majores refricarentur. Contra canones, qui ab eccleſiaſticis ad majoris auctoritatis eccleſiaſticos judices, & non a majoribus ad minores, nec ab eccleſiaſticis ad ſæculares; neque a conſenſu partium electis provocari permittunt. A quibus ſæcularibus judicibus a ſe petitis, quædam ex diffinitis refricata & immutata, quædam vero ex diffiniendis ſunt diffinita, adinventitia reputatione. D ſicut ab ipſis qui eodem placito fuerunt, dicitur de non neceſſariis & inconvenientibus juramentis reperta: & ab eo, coram prædictis judicibus ipſis, ſive accuſatoribus, quos contra electos judices, ſicut expetierat, ſuſcepit, propoſita: quatenus & is, de quo legaliter ac regulariter deffinitum fuerat, ut beneficium ſuum haberet, quod contra rationem & æquitatem perdiderat, eadem adinventione dimitteret: & illi quibus judicatum fuerat, ut quoniam is poſt expetitum electorum judicium, idem judicium ſubterfugit, beneficia ſua uſque ad legalem diffinitionem tenerent, beneficia ipſa dererent, & ipſe quod incœperat, evindicaret. Cum ſicut ei non licet, E de accuſatione ſive criminalis, ſive civilis cauſæ, relicto eccleſiaſtico, publico purgari judicio; ita etiam non licet illi poſtpoſito, vel contempto eccleſiaſtico judicio, ad ſæcularia judicia convolare: vel quemcumque, vel etiam laicam perſonam pertrahere; neque ad forum ſuum ſequi, ſi ipſa perſona laica conſenſerit eccleſiaſtico ſubire judicio. Sicut lex Valentiniani, quam probat eccleſia, demonſtrat dicens: *Clericus ſi aliquem lite pulſaverit, in foro illius quem ad judicium provocat audiatur. Si tamen pulsatus non adquieverit ad presbyteri & epiſcopi venire judicium.* Et S. Leo * ac Romana ſynodus in epiſtola Sarma-

Nortmannus.

Hincmarus Laudun.

Non licet clericis a ſpudicibus ſæcularibus litigare.

S. Leo ep. 65.
* immo Leo Bituri. A.

A tioni, Caratoni, Deſiderio, epiſcopis & presbyteris omnium eccleſiarum intra provinciam * Tertiam * conſtitutis directa, dicit: *Si clericus laicum pulſat, prius ſe audiri ab epiſcopis poſcat: tum ſi petitioni ſuæ laicum viderit obviare, ex * permiſſo epiſcopi ſui in ſæculi * moderatoris diſceptatione confligat.* Videlicet, non per ſe, ſed per advocatum, ſicut leges & regulæ ſacræ decernunt. Et quod non licet cuiquam clerico, minime autem licet epiſcopo. Quoniam ut ſanctus Hilarus papa in ſuis decretis dicit, *reatu majore delinquit qui potiore honore perfruitur, & graviora facit vitia peccatorum ſublimitas dignitatum.* Et Africanum concilium decrevit: *Placuit,* inquiens, *ut quicumque,* ſcilicet clericorum, cum quibus & epiſ- B copalis ordo connumeratur, *ab imperatore cognitionem judicum publicorum petierit, honore proprio privetur. Si autem epiſcopale judicium ab imperatore poſtulaverit, nihil ei obſit.* Et Carthaginenſes canones in III. concilio: *Cui,* inquiunt, *ad eligendos judices undique eccleſiæ patet auctoritas, ipſe ſe indignum eccleſiæ conſortio judicat, qui de univerſa eccleſia male ſentiendo, de judicio ſæculari poſcit auxilium: cum privatorum Chriſtianorum cauſas apoſtolus etiam ad eccleſiam deferri, atque ibidem terminari præcipiat.* Et item Carthaginenſes canones præcipiunt, *ut quiſquis epiſcoporum, presbyterorum, & diaconorum ſeu clericorum, cum in eccleſia ei fuerit crimen * inſtitutum, vel civilis cauſa fuerit commota, ſi relicto eccleſiaſtico judicio,* C *publicis judiciis purgari voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat; & hoc in * criminali: in civili vero, perdat quod evicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit.*

Unde ſanctus Leo cum ſynodo Romæ habita prædictis epiſcopis Sarmationi, Caratoni, Deſiderio, & presbyteris omnium eccleſiarum intra provinciam * Tertiam conſtitutis, ſuis ſubſcriptionibus hæc quæ ſequuntur, miſit: *Tantam ſæculi poteſtates circa ſacerdotalem ordinem * reverentiam prævalere voluerunt, etiam hi quos ſub imperiali nomine terris divina potentia præeſſe præcepit, ut jus * diſtringendorum negotiorum epiſcopis ſanctis juxta Divalia conſtituta permiſerint. Quod cum & juris antiqui edictis, & * inlatis frequentius ſit le-* D *gibus confirmatum, præſenti tempore a pleriſque invenimus fuiſſe calcatum. Nam prætermiſſo ſacerdotali judicio, paſſim ad examen * ſæcularium tranſierunt. Quocirca nobis viſum eſt, ut hanc & * ſacrarum legum, & noſtri ordinis contumeliam, & ad præſens ulciſceretur plena diſtrictio, & obſervandam formulam conſtitueret in futurum. Cenſemus itaque, ut quicumque prætermiſſo ſacerdote eccleſiæ ſuæ, ad diſceptationem venerit ſæcularium, ſacris liminibus expulſus, a cæleſti arceatur altario; neque ullus poſt hanc diffinitionem, quæ communi ſedis arbitrio, quicquam ſibi ultra præſcriptum vindicare nitatur. * Ita fieri, ut & hi qui ante erraverunt, congrua emendatione ſe corrigant, & qui ſub obſervatione clericali, cæleſti probatur* E *ſervire officio, * ex clerico habendum, ſi prætermiſſo ſacerdotum judicio, ſæcularium adierit poteſtatem. Quod ideo ſingulos univerſoſque volumus agnoſcere, ut quod pleno juſtitiæ & juris ordine conſtitutum eſt, effectum totius firmitatis * ex omnibus clericorum negotiis ſortiatur.* Et paulo poſt: * *Leo epiſcopus ſubſcripſi. Victorius epiſcopus ſubſcripſi. Euſtachius epiſcopus ſubſcripſi.* Sic & ceteri qui adfuerunt epiſcopi ſubſcripſerunt.

De his autem quæ, ut præmiſit, diffinita fuerunt, & irregulariter ſunt retractata, S. Leo in epiſtola ad Leonem Auguſtum per Philoxenum agentem in rebus directa dicit: *Quæ patefacta ſunt,*

ANNO CHRISTI 871.

* al. Thraciam.
* l. Turon.
* al. permiſſu.
* moderatores.

Hilarus in ſynodo Rom. cit.

Conc. Afric. c. 91. cod. can. eccl. Afr. can. 104.

Conc. Carthagin. III. can. 9.

Ibidem.

* al. intentatum.

* al. criminali judicio.

Notabile decretum ſynodi Romanæ ſub Leone Magno ep. 96. cit.
* Thraciam.

* al. tanta reverentia prævalere etiam hi

* al. diſtinguendum.

* al. illibatis

* al. ſæculares.

* al. ſacra legis.

* al. & ita fiet.

* al. in clero abjiciendum.

* al. in omnibus.
* al. Leo epiſcop. ſcribit. Victorius epiſcop. ſcribit. Euſtach. epiſcop. ſcribit.

Semel judicata ne retractentur.

S. Leo ep. 78.

ANNO CHRISTI

*Philoſtomi egregiis in rebus fuit nulla mentio, ſed infra ep. 99*

*ſunt, quærere; & quæ perfecta ſunt, retractare;* *& quæ diffinita ſunt, convellere, quid aliud eſt, quam de adeptis gratiam non referre, & ad interdictæ arboris cibum improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere?* Unde attendendum eſt, de tanta exaggeratione, quam ſit grave quod admiſit, in obtentis, quæ patefacta ſunt, quærere, & quæ perfecta ſunt, retractare, & quæ diffinita ſunt, convellere. Quod tantæ ſapientiæ, & ſanctitatis atque auctoritatis vir apopolicæ ſedis pontifex reatui comparavit, qui, ut docet apoſtolus, *in omnes homines pertranſivit*, & non niſi morte filii Dei potuit expiari. Et videndum ſi tale commiſſum ſine ultione delata, abſque periculo eorum quorum intereſt, valeat pertranſire.

Rom. cap. 5.

## CAPUT XX.

*Quod excommunicationi complicum Carlomanni poſt quartam admonitionem non ſubſcripſit.*

Aimonius l. 5. hiſt. c. 24. & ſeq.

DEnique poſtquam Carlomannus a domno noſtro Carolo rege glorioſo inconvenienter ac perniciofe diſceſſit, & multis filiis Belial ſibi conſociatis, regnum ejuſdem domni noſtri eſt deprædatus: unde quantum potuimus, fideles illius qui in hoc regno commorabamur, ſategimus. Sed & domnus noſter rex poſtquam huc rediit, promiſſionibus paternis ac blanditiis, atque indulgentiarum largitione non modice laboravit, quatenus eundem filium ſuum Deo & ſibi reſtitui, & complices ejus ſalvare valeret. Sed cum ipſe & nos epiſcopi regni ejus qui adfuimus, nec terrores divini judicii, nec promiſſiones regni æterni ac temporalium honorum, apud eum & complices ejus proficere vidimus: epiſcopale miniſterium, quia ipſe de Remorum diœceſi non erat, ſed diaconus provinciæ Senonum exiſtebat, in complices ejus qui de noſtris parochiis erant: ſed & in eos qui in iiſdem parochiis noſtris multa ſcelera perpetrarunt, ſententiam excommunicationis eccleſiaſticæ, uſquedum reſipiſcerent, jaculavimus. Quam ſententiam ad archiepiſcopos diverſarum provinciarum dirigendam decrevimus, quæ ita ſe habet.

Flodoard. l. 3. c. 26.

*Excommunicatio complicum Carlomanni.*

*Hincmarus Remorum epiſcopus, ac plebis Dei famulus, cum Remorum diœceſeos venerabilibus conſacerdotibus noſtris, Remigio reverendiſſimo Lugdunenſium archiepiſcopo, & ipſius diœceſeos venerandis epiſcopis, ſalutem. Carlomannus domni noſtri Caroli regis glorioſi carne filius in diœceſi Remorum ex aqua & Spiritu ſancto regeneratus, & a patre ſacro altari oblatus, religioſis divini ſervitii obſequiis mancipandus, ac in clericum tonſus; in diœceſi vero Sennenſi, & in parochia Meldenſi ab Hildegario ejuſdem civitatis religioſo epiſcopo, per ſingulos gradus uſque ad ordinem diaconatus provectus, nuper a patre, poſt plurima benignitatis ac beneficentiæ dona ſibi conlata, fuga lapſus, congregavit ſecum plurimos filios Belial.* Et quæ ſequuntur apud Hincmarum, epiſtola 32. uſque ad illa verba. *Cuiquam illorum imminens urgentis mortis periculum ingruerit, ſecundum præfatam ſacrarum regularum formam poſcenti, ultima pœnitentia, & viatici muneris communio non negetur. Quæ idcirco veſtræ reverendæ fraternitati innoteſcere procuravimus, ut vobis commiſſos talium ante correctionem vitare perniciofum conſortium ſecundum ſacram regulam denuncietis, ne illorum peſtilenti contagione maculentur. Nomina autem vobis eorum omnium de quibus agitur, adnotata, propter pluralitatem mittere non valuimus; ſed ſigna vobis certiſſima deſignamus; quia ſicut Chriſtus ſuis dixit: In hoc* A *cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem: ita & vos cognoſcetis illos a diſcipulatu Chriſti, qui ſuos docuit eſſe pacificos, fore per inſolentiam alienos, & ab unitate ipſius eccleſiæ ſeparatos, qui Carlomanno & ſuis complicibus in apoſtaſia obſtinatione perſeverantibus, pertinaciter adhærere decreverunt. Valete fratres cariſſimi, ſemper in Domino, memores noſtri: quia nos veſtri oblivviſci non poſſumus.*

Meldenſis clericus.

Et hæc deſcribere ſuperſedimus, quia extant in Hinc. ep. 32 p. 311. Hæc deſiderantur in excuſis.

Joan. c. 13.

PARS II.

*Hincmar. Rhemenſis ep. ad epiſcopos abſentes.*

11 Et quia frater Hincmarus Compendio fuerat, quando adhuc de Carlomanni & complicum ejus converſione tractabatur: & ſine conſcientia mea inde receſſit: conſilio & conſenſu coepiſcoporum noſtrorum, qui ibidem mecum fuerunt, iſtiuſmodi litteras ei, ſed & aliis epiſco- B pis Remorum provinciæ, qui corpore tunc nobiſcum non erant, direxi. *Hincmarus Remorum epiſcopus, ac plebis Dei famulus, Hincmaro dilecto fratri, & venerabili coepiſcopo noſtro, ſalutem. Te latere non poteſt quanta mala Carlomanni complices in Remorum diœceſi fecerunt. Propterea cum fratribus & conſacerdotibus noſtris qui adfuerunt, tenore ſubjuncto eos excommunicandos decrevimus. Et ideo his, quæ ſubter adnotantur, relectis, præſentialiter mihi per comminiſtrum litteras tui conſenſus in hac excommunicatione canonica mitte; ut per ſingulos archiepiſcopos diverſarum provinciarum eam concurram dirigere, antequam malum quod cœperunt, gravius graſſari, & longius ac latius ſerpendo poſſit excreſcere. Data Prid. Kal. Febr. præſen-* C *tis 4. indictionis.* Et direxi ei præfatam huic ſubjunctam epiſtolam. Deinde v. Non. Februarias, venit ad me Heddo præpoſitus ſuus, & quia ſicut ei mandaveram, litteras ſui conſenſus in hac excommunicatione canonica non direxit, per eum illi eaſdem litteras mihi dirigendas verbo mandavi. Et evolutis pluſquam triginta diebus, ex quo inde litteras accepit, remiſi ad eum iterum litteras, mandans, ut veluti anteriores, & ordinatione poſteriores ſuis, & etiam de longinquioribus partibus litteras ſui conſenſus obedienter miſerunt, diutius & ipſe mittere non differret: aut certam & regularem rationem mihi reſcriberet, cur jam tertio commonitus eas mihi mittere detrectaret. Ad quas mihi reſcripſit D hoc modo.

Refertur ab ipſo Laudun. p. 352.

Flodoard l. 3. c. 21.

*Solus detrectat ſubſcribere.*

*Venerabili Remorum archiepiſcopo Hincmaro, epiſcoporum minimus ſanctæ Laudunenſis eccleſiæ Hincmarus, ſalutis Chriſticolæ magnificentiam. Quia adeo litteras mei conſenſus in excommunicatione a vobis facta requiritis, remandate litteris mihi quoque veſtris, ſi ea in eadem addidiſtis etiam, quæ tantillitati meæ videri rationi & auctoritati congruere per Heddonem parvitatis meæ legatum & commiſtrum mihi, eccleſiæ quin etiam cui indignus præſideo, præpoſitum, non ab re * utique reor, vobis intimavi. Et equidem ipſe demum de meo conſenſu, prout res depoſcit, * coapto tempore ſuſcepto, quod omni ſub ſole adjacet rei, locoque proſpecto, nihilominus regulariter congruo, funditus,* E *& deſpectivoe, non detrectative * tractanda pertractans, litteris, dante Deo, canonicis reſcribendo reſpondere, voto compote, & vita comite, cum actutum, tum accuratim procurabo. Alioquin reminiſcor & in hoc negatio illius ſapientis, cujus crebro agitis mentionem, * dicentes: qui jubet impoſſibile, ipſe ſe facit contemptibilem.*

*Reſponſ. Laudunenſis ad Rhemenſ. habetur ante epiſt. 36 p. 644.*

* al. ni utique.

* al. coepto.

* al. tractandam.

* al dicentis.

Unde inter cetera illi reſcripſi hoc modo: *Frater Heddo, quando ad me venit, nihil mihi innotuit quæ in litteris de præfata excommunicatione ſuperaddere debuiſſem. Verum nec fratres & coepiſcopi noſtri, qui mecum præſentes fuerunt, ibi tunc quiddam addendum viderunt: nec etiam illi qui corpore*

*Reſcriptum Remenſis ad Laud.*

PARS II.

pore tunc non adfuerunt, & ætate ac ordinatione tui præceſſores ac ſucceſſores habentur, quando mihi conſenſum ſuum inde regulariter, & obedienter miſerunt, ibi ſuperaddendum aliquid mandaverunt. Præſertim cum eadem excommunicatio ſecundum evangelicam, & apoſtolicam, atque canonicam, & decretorum apoſtolicæ ſedis auctoritatem habeatur contexta: ſicut in epiſtola tibi directa, vel tenuiter intelligens ſine difficultate poteſt advertere. Verumtamen quia Deus ſæpe juniori revelat, & S. Gregorius B. Petri apoſtolorum principis in apoſtolica ſede ſucceſſor, ad quemdam epiſcopum ſcribit: Ego, inquiens, & minores meos quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus ſum. Stultum eſt enim qui in eo ſe primum exiſtimat, ut bona quæ viderit, diſcere contemnat. Reſcribe mihi planis verbis, & non tortuoſo, ſicut ſoles, ſed recto & aperto ſenſu, quæ tibi in tenore præfatæ excommunicationis tibi directæ, videntur juxta ſanctarum ſcripturarum tramitem, traditionemque majorum ſuperadjicienda, vel detrahenda, ſeu immutanda: & voluntarie a te, vel a quoquam alio, ſalubriter diſcam quod neſcio: & ſecundum evangelicam, & apoſtolicam, atque eccleſiaſticam regulam, ſi quid perpere cum fratribus & coepiſcopis noſtris Remorum diœceſeos in hac cauſa, quod adhuc non recognoſco, decrevi, corrigere procurabo.

Greg. lib. 7. Ind. 2. ep. 64.

[illegible]

Tandem vero de eo quod ſcripſiſti: Alioquin reminiſcor & in hoc negotio illius ſapientis, cujus crebro agitis mentionem, dicentis: qui jubet impoſſibile, ipſe ſe fecit contemptibilem: non videtur mihi ut rationabiliter illud dictum, quod nec ſacris ſcripturis, nec eccleſiaſticis regulis continetur, (licet in communi colloquio forte, ut dicis, me hoc audieris dicere) in auctoritate ad contemnendam metropolitanam commonitionem mihi debueris proponere. Et me hujus cauſæ juſſione apud te non fecit contemptibilem, videlicet ad conſerviendum habilem, quia nihil tibi contra fidem & bonos mores, contra ſacras regulas & eccleſiaſticam conſtitutionem, ſeu conſuetudinem ſcripſi: ac per hoc nihil contemptibile, & ideo nihil impoſſibile juſſi ſcribens, ut in meis litteris tibi directis continetur, quatenus veluti anteriores, & ordinatione tui poſteriores, ac etiam de longinquioribus partibus obedienter miſerunt, diutius mihi mittere conſenſum tuum non differres, aut certam & regularem rationem mihi reſcriberes, cur ecce jam tertio commonitus, & evolutis pluſquam 30. diebus ex quo inde litteras accepiſti, metropolitano mandato in hac cauſa obedire detractares: non immemor ſententiæ B. Leonis quæ dicit: Qui non vult gravis oneris ſarcinam ferre, non audeat alii importabile pondus imponere. Diſcipuli enim ſumus humilis & mitis magiſtri, dicentis: Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Et tu, frater, ſequere ſententiam ſancti Spiritus, per eumdem ibidem dictam: Qui ſcit ſe quibuſdam præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum; ſed obedientiam quam exigit, etiam ipſe dependat.

S. Leo ep. 84.

Ibidem.

Quapropter nunc tibi iterum, frater, ſcribo, non pueriliter ſermonibus per gloſulas exquiſitis, ut ſtudes, quo ſine ullo intelligentiæ ac inſtructionis fructu a fatuis inanes admirationis rumuſculos capias: nec quaſi aerem verberans, vel mundanæ ſapientiæ verbis, aut ſæculari militia tecum pugno, ſed virtute diſpoſitionis divinæ: quia ut S. Leo oſtendit, etiam & inter beatiſſimos apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis; & cum omnium par eſſet electio, uni tamen datum eſt ut ceteris emineret. De qua forma, epiſcoporum quoque eſt orta diſtinctio, & magna ordinatione proviſum eſt, ne omnes ſibi omnia vindicarent, ſed eſſent in ſingulis provinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia: quoniam etſi ordo generalis eſt omnibus ſacerdotibus, non tamen communis eſt dignitas omnibus. Te coram Deo & Chriſto Jeſu, & electis angelis ejus in virtute Spiritus ſancti, quem per manus impoſitionem humilitatis meæ, in epiſcopali ordinatione creditum eſt te accepiſſe, commoneo & obteſtor ut reſipiſcas a cœpta contumacia, & obedias ſecundum ſacros canones ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos, tuæ metropolis privilegio. Juxta quod red...ſus de inſolentia tua frequenti ac periculoſa inobedientia, manu propria coram multis teſtibus profeſſus es ac ſubſcripſiſti, & mihi porrexiſti in ſynodo plurimarum provinciarum, quatenus canonicum non ſubires judicium, ante oculos mentis habens quod de hujuſmodi tranſgreſſoribus, qui contra ſuam profeſſionem vel ſubſcriptionem venerint in aliquo, ſacri canones præfigant. Et quæ hinc ſacra hiſtoria, & in ipſius ſententiæ expoſitione B. Gregorius apoſtolicæ ſedis pontifex diffiniat. Melior eſt, inquiens, obedientia quam victimæ, & auſcultare magis quam offerre adipes arietum; quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare; & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle adquieſcere. Hinc B. Gregorius: Obedientia victimis jure præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Tanto igitur quiſque citius Deum placat, quanto ante ejus oculos repreſſa arbitrii ſui ſuperbia, gladio præcepti ſe immolat. Quo contra ariolandi peccata inobedientia dicitur, ut quanta ſit virtus obedientiæ demonſtretur. Ex adverſo ergo melius oſtenditur, quod de ejus laude ſcribitur. Si enim quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle adquieſcere: ſola eſt quæ fidei meritum poſſidet obedientia; ſine qua quiſque infidelis convincitur, etiamſi fidelis eſſe videatur. Data 13. Kalend. Maji.

S. Leo ep. 8[illegible]

Sacrofancta [illegible]

Hic [illegible] Cap. [illegible] P. 413.

ANNO CHRISTI 871.

1. Reg. c. 15.

Greg. lib. 35. in Job. c. 10.

Obedientia commendatio.

## CAPUT XXI.

*Quod deinde ſemel ac iterum eadem de re monitus obedire contempſit, & concilii Antiocheni canonem indiſcrete exponit.*

POſtea 3. Nonas Maji venit ad me clericus ſuus, nomine Teutlandus, quædam mihi de patre illius referens, quæ hic cauſa brevitatis omitto. Et dixi ei, ut epiſcopo ſuo diceret, quatenus ſicut & litteris & verbis jam illi mandaveram, litteras ſui couſenſus in excommunicatione complicum Carlomanni mihi mittere diutius non differret: unde tunc quinta vice eum commonebam. Poſtea ſexta vice litteris, quarum exemplar habeo, illum commonui, quatenus conſenſus ſui litteras in excommunicatione canonica complicum Carlomanni mihi mittere diutius non differret: qui obedire mihi more ſuo dedignatus fuit. Inſuper in memorata rotula ſua inter alia hinc mihi reſcripſit: *Cujus cujus dedignamini conſilio, petere non operæ pretium habetis conſenſum. Et miror cur in hoc meum requiritis conſenſum, cujus non quæſiſtis; immo ſprevistis conſilium. Cum Antiochenum decernat concilium: Nec archiepiſcopus ſine ceterorum agat conſilio ſacerdotum: quod nullum excludit coepiſcopum.*

Memoratum ab ipſo Laudunenſi, ep. 34. pag. 593.

Non extant.

Non attendens quam indiſcrete ſententiam ipſius exponat concilii; quam diſcrete idem decrevit concilium, dicens: *Placuit præter metropolitanum ceteros epiſcopos nihil amplius agere ſecundum antiquam a patribus noſtris regulam conſtitutam.* Et reliqua. Quæ ſit autem antiqua regula a noſtris patribus conſtituta, ſancta Nicæna ſynodus patenter oſtendit, decernens, ut quoniam primatus

Jus metropolitani.

Conc. Antioch. can. 9.

Conc. Nicæn. can. 6 al. 8.

& 1[illegible].

ANNO CHRISTI 870. V. L. 55 C. c. 4 p. 401. &c.

& ſolicitudo omnium eccleſiarum in principatu beati Petri Domini ore percepto, pertinet ad primæ & ſanctæ Romanæ ſedis pontificem, ut Alexandrinus epiſcopus omnium ſibi commiſſorum habebat poteſtatem. Similiter & apud Antiochiam, ceteraſque provincias ſua privilegia ſerventur eccleſiis. De quibus autem eccleſiis dicat, & quæ, qualiter privilegia illis ſervari debeant, præfatum Antiochenum demonſtrat concilium: *Per ſingulas*, inquit, *regiones epiſcopos convenit noſſe, metropolitanum epiſcopum ſolicitudinem totius provinciæ gerere: propter quod ad metropolim omnes undique qui negotia videntur habere, concurrant*. Et Africanum concilium, *Decreta*, inquit, *Nicæna ſive inferioris gradus clericos, ſive epiſcopos ipſos ſuis metropolitanis apertiſſime commiſerunt*. Et reliqua. B Et S. Bonifacius ſcribit: *Convenit nos paternarum ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes. Nulli etenim videtur incognita ſynodi conſtitutio Nicænæ, quæ ita* * *incipit, (ut eadem proprie verba ponamus) Per unamquamque provinciam jus metropolitanos ſingulos habere debere; nec cuiquam duas eſſe ſubjectas. Quod illi (quia aliter credendum non eſt) ſervandum, ſancto Spiritu ſuggerente, ſibimet cenſuerunt*. Et paulo poſt: *Quod idcirco dicimus, ut advertat caritas tua, adeo nos canonum præcepta ſervare, ut ita conſtitutio quoque noſtra diffiniat, quatenus metropolitani ſui unaquaque provincia in omnibus rebus ordinationem ſemper expectet*. Diſtincte igitur Antiochenum decrevit concilium, ut *præter metropolitanum ceteri epiſcopi nihil amplius agant, niſi ea* C *tantum quæ ad ſuam diœceſim pertinent, poſſeſſioneſque ſubjectas*. Hic diœceſis pro parochia, ſicut, & alibi, ponitur. Et poſt aliquanta: *Nec metropolitanus ſine ceterorum gerat conſilio ſacerdotum*: Et non addidit in hac ſententia, quod in præcedenti propoſuit: nihil amplius ſine ceterorum gerat conſilio ſacerdotum: quoniam ſacrum Nicænum concilium noverat decreviſſe, ut ſi duo aut tres provinciales epiſcopi propter contentiones proprias contradicunt, obtineat ſententia plurimorum.

Concil. Antioch. c. 9. cit.

Conc. Afric. c. 105. & Cod. can. eccl. Afr. can. 118

Bonifac. papæ ep. 3.

* al. præcipit.

Conc Nicæn. can. 6.

Officium metropolitani.

Claret igitur fratrem Hincmarum aliter quam debuerat, ad ſuum ſenſum inflexiſſe ſententiam Antiocheni concilii, quam idem concilium, ſed & S. Bonifacius papa intellexerunt ſententiam D ſacri Nicæni concilii: cum idem S. Bonifacius in eodem concilio promulgaverit, *quatenus metropolitani ſui unaquaque provincia in omnibus rebus ordinationem ſemper expectet*. Et non decrevit, quia non debuit, contra Nicænum & Antiochenum concilium, ut in omnibus rebus metropolitanus omnium coepiſcoporum provinciæ conſilium ſemper expectet: quoniam de omnium negotiis, qui de provincia ad metropolitanum undique concurrunt, ſemper omnium coepiſcoporum conſilium expetere vel expectare metropolitanus non poteſt, verum nec debet. Sed ſicut ſanctus Leo ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem ſcribens: *Secundum ſanctorum Patrum canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos, metropolitanos ſingularum provinciarum epiſcopos jus tradita ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decrevit, ita ut a regulis præſtitutis nulla aut negligentia aut præſumptione diſcedant*. E Privilegium ſuæ ſedis metropolitanus eo modo debet exercere, ut ea ſingulis ſervari præcipiat; ſicut item Leo ad Hilarium Narbonenſem epiſcopum ſcribit: * *Quæ nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis ſanctorum inveniatur adverſum*. Et hoc eſt a præſtitutis regulis nulla aut negligentia, aut præſumptione diſcedere: videlicet ut præſtituta pro viribus exequi metropolitani

Leo ep. 84. ad Anaſt.

Idem ep. 92. ad Ruſticum Narbon. * quod.



A non negligant, neque præſumptione convellant.

PARS II.

Quæ autem ſecundum præſtitutas regulas ſingulis pro negotiis convenientibus præcipiens, quorumcumque rebellionem vel præſumptionem non potuerit corrigere, ſua præceptione debet aut per judices a ſe datos, aut ex conſenſu partium electos, corrigere: aut in comprovinciali ſynodo, ſecundum ſacras regulas, quæ neglecta, vel præſumpta ſunt, conſilio epiſcoporum provinciæ emendare.

Quas ſententias ſacrorum canonum ab omnibus omnium provinciarum epiſcopis, præter eum, in iſtis regionibus obſervatas, ante mentis oculos habens, non ſæpe memoratam excommunicationem canonicam in Carlomanni complices, B ſine ceterorum qui adfuerunt, & adeſſe voluerunt, vel adeſſe potuerunt conſilio vel conſenſu exerui; & aliorum qui tunc adeſſe non potuerunt, conſenſum & conſilium requiſivi, & obedienter ab illis datum, & miſſum recepi. Ab eo autem qui adeſſe potuit, & adeſſe non voluit, quique de tractatu ex cauſa Carlomanni & complicum ejus ſine conſcientia mea diſceſſit, conſenſum requiſivi: & ſicut ab anteceſſoribus & ſucceſſoribus ejus in ordinatione obtinui, apud illius contumaciam hactenus obtinere non potui.

*Solus Laud. non obſ. cⁱᵗᵃ canones.*

Ex concilio apud Attiniacum.

## CAPUT XXII.

C *Quod in quibuſdam Rhemenſem ipſum male reprehendit, & de pœna inobedienti irroganda.*

SCripſit etiam mihi ſe miratum valde fuiſſe, ſi eum per ſuum clericum commonere potuiſſem. Non attendens quia ſi ipſius metropolitanus eſt qui ſedet in Remorum metropoli, & clerici ſui eſt metropolitanus, ad quem ſecundum ſacros canones, totius provinciæ debent convenire omnes qui videntur habere negotia: & ipſe præcipere ſingulis, & in commune omnibus quæ nec præceptis evangelicis contraria, nec decretis ſanctorum inveniantur adverſa: & corrigere in ſingulis ſingula ſi quæ fortaſſis emerſerint. Quibus conſtat etiam * per clericum ſuum metropolitaD nus eum prævalet commonere, & apud quem, juxta Carthaginenſes canones, ſi eſt utile, debet & prævalet provincialis epiſcopus accuſari. Et presbyteri, & diaconi, & ceteri inferiores clerici in cauſis quas habuerint, ſi de judiciis epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, & ab eis, atque a vicinis epiſcopis ad primatem provinciæ appellaverint, ejus auctoritate ſuos epiſcopos regulariter commonere valebunt. Nam & coepiſcopi Rhemenſis provinciæ in longinquioribus partibus conſtituti, ex antiquo, * metropolitanis litteris per vicinorum epiſcoporum miſſos ad ſynodum vel ordinationem regulariter & jure, ſed & de aliis quibuſque monentur.

*Metropolitanus epiſcopum provincialem per quemlibet poteſt monere.*

* *Forte* quod per. H.

* *Forte*, Metropolitani. H.

Et ſubſequitur, *Quod tamen ſynodali agendum* E *erat tempore, & judicio ſi eſſet digna ratio unde commoneres. Nam iſtæ tales veſtræ præceptiones non ſiiuſmodi commonitiones ſunt: neque mihi aut alicui epiſcopo per loca diverſa, quæ pro veſtra commoditate aditis; ſi impetiar reſpondendum eſt, ſed in ſynodo*. Non videns, vel potius arrogantia cæcus videre non valens, quia aliud eſt, ſi a quoquam impetitur vel accuſatur; & aliud eſt, ſi pro reclamatione alicujus ex ſua parochia a metropolitano commonetur, ut ea quæ * propere egit, provincialis epiſcopus mendare monetur, aut pro cauſis neceſſariis conſenſus illius requiritur. Nam pro omnibus omnium negotiis, qui undique juxta ca-

Non extat hæc epiſtola Laudun.

* legendum videtur præpropere.

 

nones ad metropolim ſuam conveniunt, ad eum commonendum non debet, nec valet metropolitanus ſynodum convocare.

*Carlomanno & complicibus data benedictio ab epiſcopis.*

Reprehendit etiam me, quia Carlomanno, & ſuis, quibus excommunicationem intentaverat, ſed adhuc eam, ſicut & ipſe ſcribit, in illos non protulerat, & qui ſe profitebantur velle corrigere, in ſua parochia publice ſine ſuo conſenſu, benedictionem petentibus dedi. Dicit de quibuſdam ſcriptura: *Docuerunt linguam ſuam loqui mendacium: ut inique agerent, laboraverunt; ſed labor labiorum illorum operiet eos.* [24] Quando fideles ſenioris noſtri qui convenimus tam epiſcopi, quam abbates, & comites, & ceteri ejus fideles ad conlocutionem Carlomanni, atque ſuorum, & perſuaſimus eis, ut datis & acceptis utrinque obſidibus, a malis quæ perpetrabant in regno ſenioris noſtri, quieſcerent, & pacifice ibi degerent, quouſque ad ſenioris noſtri indulgentiam pervenirent: cum ſolvenda erat conlocutio, & quique noſtrum ad ſua redire pararent, tam ſenioris noſtri fideles, quam & Carlomannus & ſui, profitentes de correctione ſua, benedictionem ſibi dari a me, ſed & ab aliis qui adfuerunt epiſcopis, petierunt. Et præmiſſa ſententia Domini, qua præcepit diſcipulis ſuis dicens: *In quamcumque domum intraveritis, dicite, Pax huic domui; & ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper eum pax veſtra: ſin autem, pax veſtra ad vos revertetur.* Orando, ut confirmaret hoc Deus, quod operatus erat in nobis, & per nos in illis: benedictionem, ut fidelibus, & voluntatem, ac devotionem fidelitatis habere profitentibus, dedimus. Docente S. Gregorio ex legali ſententia, ut *per alienam meſſem tranſiens, manu ſpicas conterat & manducet; ut de ſegete quæ alteri videtur eſſe ſubjecta, per effectum boni operis, framenta dominica vitiorum ſuorum paleis* * *exſpolietur, & in eccleſiæ corpus monendo & perſuadendo, quaſi mandendo convertat.* Et canones ſacri dicunt, ut epiſcopus alienam civitatem quæ non eſt illi ſubjecta, non adeat, nec ad poſſeſſionem accedat, quæ ad eum non pertinet ſuper ordinatione cujuſquam; quod nec me feciſſe intelligo; cum iidem ſacri canones dicant: Per ſingulas regiones epiſcopos convenit noſſe, metropolitanum epiſcopum ſolicitudinem totius provinciæ gerere. Unde in quacumque parochia totius provinciæ viſum mihi fuerit, ſicut & in Laudunenſi parochia ſæpe jam egi, ſecundum Chalcedonenſes canones & decreta ſedis Romanæ pontificum, libere poſſum ſynodum convocare; & corrigere ſingula, ſi quæ fortaſſis emerſerint. Non ergo alienam civitatem, quæ non eſt mihi ſubdita, adii; nec ad poſſeſſionem quæ ad me non pertinet, ſuper ordinatione cujuſquam acceſſi. Quæ etſi Laudunenſis parochia mihi in privilegio metropolitanæ ſedis non eſſet ſubjecta; de ſegete qua alteri videbatur eſſe commiſſa, per effectum boni operis frumenta dominica vitiorum ſuorum paleis exſpoliare, & in eccleſiæ corpus monendo & perſuadendo, quaſi mandendo, libere poſſem convertere.

Luc. c. 10.

Gregor. l. 12 epiſt. inter 109 9. Deuteron. c. 23.

* exſpoliet.

Concil. Antiochen. can. 22. Vide Anton. Auguſt. l. 4 lec. pont. tit. 30.

*Ex epiſt. de ultima infirmitate.*

Sed & quod ſcripſimus in epiſtola de excommunicatione complicium Carlomanni, per diverſos archiepiſcopos dirigenda, dicentes: *Ea videlicet conditione,* [25] *ut ſecundum formam myſtici Nicæni concilii, & Africæ provinciæ canonum, juxtaque apoſtolicæ ſedis decreta pontificum Siricii, Innocentii, Cæleſtini, Leonis, ubicumque fuerint, ultima pœnitentia, & neceſſarii viatici communio petentibus non negetur.* Secundum ſuam ſingularem ſapientiam corrigit, ſcribens in ſua rotula: *De viatico autem illis concedendo, non niſi per profeſſionem, etiamſi in ultimo ſint poſiti, videlicet ut ſi poſtea convaluerit, quiſquis eorum viaticum in infirmitate poſitus petierit, profiteatur non ulterius ſe talia acturum, neque talia agentibus ſe participaturum. Quoniam in ſuis ita ſanctus papa Gelaſius inſtituit conſtitutis; ſententia præfigitur, vel præfixa eſt ſemper errori. Quæ ſententia huic errori præfixa, nunquam omnino ſolvetur.* Qua de re quid eſt nobis agendum, niſi intremus apud illum in ſcholam, & nos magiſtrali ferula doceat, quod patres qui in Nicænum concilium convenerunt, & canones ſpiritu Dei conditos, manſuraſque uſque in finem ſæculi leges præfixerunt? [26] Sed & epiſcopi Africæ provinciæ, inter quos & famoſiſſimus Auguſtinus, non parva Chriſti portio, & eccleſiæ catholicæ inſtitutio, atque defenſio, extitit, neſcierunt, vel obliti fuerunt? Sed & Siricius, Innocentius, Cæleſtinus, & Leo percipere non potuerunt? Verumtamen quia nobis de hac cauſa ſufficit tantorum, quorum formam præmiſimus, catholica & ſalutaris doctrina; cui ex ſuperfluo, vel potius ex anguſtia quiddam, quaſi diſſimulando, ſuperaddere voluit ac præſumpſit; quoniam eum repercuſſit, contra quam in ſua pernicioſa excommunicatione agere non pertimuit: & ideo ſui conſenſus litteras in præſcriptis canonum & decretorum apoſtolicæ ſedis pontificum diffinitionibus mittere mihi auſus non fuit. Et accidit illi quod ſcriptum eſt; Qui fugerit arma ferrea, irruet in arcum æreum. Dum enim vitare voluit, ne contra ſuæ pernicioſæ excommunicationis præſumptionem in conſenſu ſibi mandato a me, ſcriberet, & de ipſa præſumptione inlicitæ excommunicationis, & de contempto privilegio ſuæ metropolis, & de inobedientia contra ſuam profeſſionem & ſubſcriptionem, in judicium ſacrarum legum, & canonum & decretorum apoſtolicæ ſedis pontificum inruit. Et ut ſtatuerat ſuam ſententiam, poſuit in eodem ſuo ſcripto teſtimonium contra ſe beati Auguſtini ex libro de fide & operibus, de diſcretione correptionis & excommunicationis, & quaſi fugiens à facie leonis, inruit in urſum; & in domo inniſus parieti, momordit eum coluber. Id eſt, teſtimonium contra ſe a ſe ipſo in ſcripto ſuo poſitum ex ſcripturis illius, qui exaltatus eſt in cruce, ſicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto. *Non eſt*, inquit Auguſtinus in teſtimonio ab Hincmaro poſito, *contrarius apoſtolus Domino, quia dixit, Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant: cum ille dicat, Corripe eum inter te & ipſum ſolum. Utrumque enim faciendum eſt, ſicut infirmitatis diverſitas admonet eorum, quos utique non perdendos, ſed corrigendos curandoſque ſuſcepimus.* Quæ verba teſtimonii a ſe in ſcripto ſuo poſiti ſi attenderet, illam pernicioſam excommunicationem ad perditionem multorum, quos non perdendos, ſed corrigendos curandoſque ſuſcepit, intentare nequaquam præſumeret. Quo contra Salomon dicit: *Sicut ſpina in manu temulenti: ſic & in ore ſtulti parabola.* Ut enim temulentus ſpinam in manu gerens ſeipſum vulnerat; ita qui incautus eſt ad loquendum, ſententia ſua ſe percutit. Et item in eodem teſtimonio beatus Auguſtinus dicit: *Ita etiam eſt ratio diſſimulandi, & tolerandi malos in eccleſia: & eſt rurſus ratio caſtigandi, corrigendi, non admittendi, vel a communione removendi. Errant autem homines non ſervantes modum; & cum in unam partem proclives ire cœperint, non reſpiciunt divinæ auctoritatis alia teſtimonia, quibus poſſunt ab illa intentione revocari, & in ea quæ ex utriſque temperata eſt, veritate & moderatione conſiſtere.* Et ſi hanc diſcretionem corripiendi & excommunicandi, aut diſſimulandi & tolerandi malos

*Corrigitur a Laudun.*

*Ridicula.*

*Auguſtini encomium.*

*Cur refugiat ſubſcribere excommunicationi.*

*Teſtimonium ſibi repugnans allegat.*

Aug. lib. de fide & operibus cap. 3. Timoth. 5. Matth. c. 18.

*Iterum de excommunicatione ſuorum clericorum.*

Prov. c. 9. *Quomodo ſi ſpina naſcitur.*

los in eccleſia, quam beatus Auguſtinus dixit, & A
ANNO CHRISTI 871. ex verbis ſacri eloquii ratiſſimam demonſtravit,
frater Hincmarus attendens a metropolitano ſuo
ſemel & ſecundo ex evangelica veritate, & apo-
ſtolica atque canonica auctoritate, & decretis apo-
ſtolicæ ſedis commonitus, ut eamdem pernicio-
ſam excommunicationem reſolveret, in pertinaci
contumacia ſua in ſuum periculum non perſi-
ſteret.

*Inobedientiæ pœna.* Contra cujus inobedientiam, qui mihi, ſuo me-
tropolitano, litteras ſui ex hac cauſa conſenſus
contumaciter mittere recuſavit, quid ſacræ leges
& regulæ dicant, ſubjungam: Honorius & Theo-
doſius Augg. in legali edicto ſuo, directo Aure-
lio Carthaginenſi archiepiſcopo, decreverunt di-
centes: *Religio itaque tua competentibus ſcriptos uni-* B
*verſos epiſcopos faciat admoneri, ſcituros diffinitio-*
*ne ſanctimonii tui hanc ſibi diffinitionem eſſe proſcri-*
*ptam, ut quicumque damnationem ſupra memorato-*
*rum, quo pateat mens pura, ſubſcribere, impia ob-*
*ſtinatione neglexerint, epiſcopatus amiſſione mulctati,*
*interdicta in perpetuum, expulſi civitatibus, commu-*
*nione priventur.* Et paulo poſt: *Una enim eadem-*
*que culpa eſt eorum qui aut diſſimulando cohibentiam,*
*aut non damnando favorem noxium præſtiterunt.* Et
hinc S. Gregorius ad Felicem epiſcopum in Sar-
Gregor. l. 4. epiſt 7. dica: *Qualiter*, inquit, *obedientia, vel ſit reveren-*
*tia præpoſitis exhibenda, ex tuis quoque ſubiectis ipſe*
*non ambigis. In qua re valde eſt utile, ſi id quod*
*diſciplinæ vigor imponit, nullo cogente humilitas lau-*
*danda ſervaverit. Pervenit ad nos itaque quod fra-* C
*ternitas tua Joanni fratri noſtro, primæ Juſtinianæ*
* al. abeſt conſtitutum. *epiſcopo ſecundum morem * conſtitutum parere diſpi-*
* al. relatio- ni quam ad nos direxit. *ciat, & nec decreto ejus, nec * relationi, juxta con-*
*ſuetudinem, voluiſſet ſubſcribere. Quod ſi ita eſt,*
*contriſtamur, quia ſuperbiæ de te manifeſte præbes in-*
*dicium: quod quam ſit, præſertim in ſacerdote, cul-*
* al. divinæ admonitionis clamans elo-quia *pabile, * divina clementia monitionis eloquitur. Pro-*
*pterea hortamur, ut mentis tumore depoſito antedi-*
*cto fratri, & coepiſcopo noſtro humilem te exhibeas,*
*& parere non deſinas: quatenus & Deus gaudeat in*
*fraternitatis veſtra concordia, & alii de te ſumant*
*bonitatis exemplum. Nam ſi, quod non credimus, te*
*in ſuperbia permanere contigerit, diſtrictam canoni-*
* al. nos ſci- to ulciſcenter imponere. *camque diſciplinæ correctionem contumaciæ tuæ * ſci-*
*to ſacros canones ulciſcenter imponere. Bene ergo fa-* D
*cis talem te ſponte ſalubri conſideratione præbere, qua-*
* al. coercitio- ne exigente. *lis eſſe canonica * exercitione compelleris. Nam nec*
*tibi denuo poſt hanc noſtram admonitionem licebit ad*
*tua voluntatis arbitrium, contra morem, majoribus*
*tuis inobedientem exiſtere: nec nos tantæ indiſcipli-*
*nationi eccleſiaſticam cognoſcas diſſimulare vel differ-*
*re vindictam.* Unde attendentes judicii commina-
tionem beati Gregorii, contra inobedientiam ar-
chiepiſcopo ſuo, qua dicit: *Denuo poſt hanc no-*
*ſtram admonitionem nec tibi licebit ad tuæ volunta-*
*tis arbitrium, contra morem, majoribus tuis inobe-*
*dientem exiſtere: nec nos tantæ indiſciplinationi ec-*
*cleſiaſticam cognoſcas diſſimulare, vel differre vindi-*
*ctam.* Diſcernite utrum quod in terris conſiſtens,
& converſatione in cælis habitans intentavit; & E
adhuc nobiſcum in ſuis conſtitutionibus vivens,
de cælo in hujuſmodi creditur intentare, poſt tot
commonitiones, vindictam tantæ indiſciplinationi
iſtius regularum contemptoris diſſimulare, vel diſ-
ferre diutius debeamus, nos qui per Dei gratiam
ad cæleſtia ſuſpiramus.

# CAPUT XXIII. PARS II.

*Quod Hincmaro eidem Rhemenſi traditionis crimen per calumniam imponit.*

POſt tantas denique, & alias plures, quas vi-
tando prolixitatem prætereo, commonitiones
& ſacras auctoritates a me illi prolatas; ſicut Do-
minus de rebellante adverſum ſe populo queri-
tur: *Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata.* Et,
*verſa eſt mihi domus Iſrael in ſcoriam*, accidit mi-
hi ab illo, quod Salomon dicit: *Acetum in nitro* Jerem. c. 51.
*ei qui cantat carmina corde peſſimo. Acetum*, inquit *Mali homines exaſperantur correptione.*
Gregorius, *ſi mittatur in nitrum, fervescit nitrum*
B *protinus, & ebullit: & perverſa mens quando per* Ezech. c. 22.
*increpationem corripitur, nec per prædicationis dul-* Prov. c. 25.
*cedinem ad bona ſuadetur, & correptione ſit deterior,* Greg.
*& inde in murmurationis iniquitatem ſuccenditur,*
*unde debuit ab iniquitate compeſci.* Unde ſubſequi-
tur in rotula nuper 16. Kal. Julias præſentis 4.
indictionis mihi directa.

*Nulla*, inquiens, *conſanguinitatis pietate reſtricti,* *Laud. ad Rhemenſem.*
*ſed neque aliqua archiepiſcopalitatis præſtabilitate aut*
*probitate, ab * orgiis juſtitiam non operante retenti,* * *ſoli ergo*
*ſuadentes, ac imo compellentes me tradendo, ut a*
*regia poteſtate manciparer cuſtodiæ, ſcribentes litteris*
*veſtris ad eum ita: Et cum Silvanectis venerit, ha-*
*be tales homines ſtrenuos ac peritos, ſicut opus eſt ad*
*talem beſtiam capiendam. Et ad Odonem complicem*
C *veſtrum, ſic, ut quando ad ſynodum venerimus, Deus*
*poterit dare nobis quid loquamur: uſquedum de iſto*
*indomabili unicornio, & inquieto animali nos libera-*
*bit. Hæc autem perficere laborare non ceſſaſtis, a*
*tempore quo ſynodum in Sueſſionica civitate pro de-*
*poſitione Rothadi habuiſtis: eo quod retinebar ſubſti-*
*tui contra ſacras regulas in ejus loco epiſcopum, an-*
*tequam univerſalis papa pro tanto conſuleretur, ut*
*auctoritas ſe habet, negotio. Quod dum ante efficere*
*non voluiſtis, quia nondum venerat hora mea, in*
*Silvaco compote eſtis potiti voto. Et hoc vos egiſſe*
*Rhemi mihi negaſtis; quod tamen tunc vobis aperte*
*dicere nolui.*

De quibus ſcribo. Lex Juſtiniani dicit, ut *me-* *Reſpondet Rhemenſis.*
*tropolitanus vel primas provinciæ, de eccleſiaſtico ju-*
D *re, vel de aliis negotiis inter conquirentes audiat:*
*& quod eccleſiaſticis canonibus & legibus noſtris con-*
*ſentaneum ſit, hoc diffiniat, & nulla pars valeat*
*calculo ejus contradicere.* Et hinc beatus Gregorius
ſæpenumero in ſuis ex Regeſto decretis præci- Leges de judiciis eccleſiaſticis.
pit, ut *ſecundum leges & canones eccleſiaſtica judi-*
*cia terminentur.* Et ſacræ leges, quas eccleſia ca-
tholica recipit, dicunt: *Quoniam confiteri quiſque*
*in judicio, non tantum ſua voce, ſed & litteris, &*
*quocumque modo poteſt: convinci autem non niſi ſcri-*
*ptura aut teſtibus poteſt.* Et de clericis, in poſte-
riori lege Majorani abrogatum demonſtrant, ut
*clerici per compromiſſi vinculum non adeant epiſco-*
*pale* judicium. Et item leges ſacræ dicunt, ut in
criminalibus cauſis nec accuſator, nec accuſatus
E per procuratorem, aut aliam perſonam defenſare
ſe permittantur, niſi ingratum libertum patronus
accuſet. Et in cauſa capitali nemo damnatur, ne-
que abſens per alium accuſare aut accuſari poteſt;
niſi forte accuſatus legaliter ac regulariter evoca-
tus (quia, ut ſcribit Gelaſius, *Ita vocatur ad ju-* Gelaſ.
*dicium certa quæcumque perſona, ut aut fateatur ob-*
*jecta, aut convincatur objectis*) ad purgandum ſe,
contra evocationis regulam venire diſtulerit, ut
ſecundum leges, & decreta Gregorii, in eum,
quaſi in contumacem, proferatur ſententia. Et ſe-
cundum leges & canones, ut dicit Felix, *reſpon-*
*dere diffidens, objecta confirmat*: quatenus ut Bo-

PARS II.

nifacius papa decrevit, *dilationem ſententiæ de abſentia non lucretur*. Cujuſmodi judicio & accuſator ſecundum leges & canones ſubjacebit, ſi accuſationem ſuam legalem, ac regularem proſequutus non fuerit; ut aut quæ objecit, legaliter ac regulariter comprobet, aut falſitatis reus judicio legali ac regulari ſubjaceat. Sicut in legis Theodoſianæ lib. 9. c. 26. & 27. in Carthaginenſis concilii c. 19. & Africani concilii c. 27. evidenter oſtenditur. Sed & conſpirans cum propria plebe, & nonnunquam vocatus ad concilium venire *detractans, putans ſibimet plebem ſuam poſſe ſufficere, fraterna dilectione contempta, non tantum diœceſim amittere, verum & auctoritate publica ab ipſa principali cathedra removeri, & propriis carere, ut rebellis, præcipitur: ſicut in 20. Capitulo Africani concilii continetur.

* *ſeu* detrectans. H.

*Crimen traditionis.*

Ceterum, quia graviſſima ex hoc crimina judicia & in legibus ſacris, & in eccleſiaſticis regulis demonſtrantur, tam in accuſatum, quam in per calumniam accuſantem, & non probantem; ſive præſens in judicio Hincmarus a ſe objecta proſequatur; vel objectis ſibi reſpondeat; ſive ſæpius regulariter evocatus adeſſe neglexerit: neceſſe erit ex utriſque partibus veritatem inquiri, & quæ inventa fuerint, juſte & rationabiliter definiri. Dicit namque ſuum me traditorem, id eſt, proditorem, videlicet epiſcopum epiſcopi delatorem. Et hiſtoriæ, ac chronicæ eccleſiaſticæ adſtruunt, præcipue chronica Proſperi, Cæciliano eccleſiæ Carthaginenſis epiſcopo objecta crimina C non probata fuiſſe; maxime quod a traditoribus divinarum ſcripturarum fuerit ordinatus. Et non leve crimen eſt, ſi ego qualiſcumque archiepiſcopus per me Domino conſecratum epiſcopum tradidi. Unde & ſigna litterarum mearum, quibus recognoſcerem me ſuum traditorem mihi iſdem frater noſter ad comprobationem producere. *Sicut & de traditore Domini noſtri ſcriptum eſt; quia traditor eis, quibus eum tradebat, dedit ſignum, ut quemcumque oſculatus fuiſſet, ipſum tenerent. De quo idem Dominus ad Pilatum dicit: *Qui tradidit me tibi, majus peccatum habet*. Duarum quoque epiſtolarum mearum verba mendoſe, ac ſi duos teſtes, adverſum me in teſtimonium protulit: ut & in accuſatione ſummi capitis noſtri factum fuiſſe legimus. *Omnes*, inquit Gregorius, *electi, quia ſummi capitis membra ſunt, caput quoque ſuum in paſſione ſequuntur, ut ipſos adverſarios in ſua morte ſentiant, de quorum vita præſumebant; & tanto eis creſcat merces operis, quanto eis virtutis lucrum proficit & ex aliena damno caritatis.*

Proſper.

* deeſt debet

Matth. c. 26.

Joan. c. 19.

Greg.

Sanctus autem Zoſimus papa ad Aurelium, & ad univerſos epiſcopos per diverſas provincias conſtitutos ſcribens, oſtendit quantum ſcelus ſit traditionis, dicens: *Lazarus dudum in Taurinenſi concilio * præmiſſorum epiſcoporum ſententiis pro calumniatore damnatus, cum * Briccii innocentis epiſcopi vitam falſis objectionibus appetiſſet. Poſt vero * indebite ab eodem Proculo, qui inter ceteros in * ſynodo damnationi ejus adſenſerat, ſacerdotium conſequutus eſt, a quo ſe ipſe vita ſua conſcientia datis litteris in * abdicatione ſui ſua ſponte ſummovit.* Et in lib. 8. Theodoſianæ legis c. 29. de calumniatoribus ſcriptum eſt. *Gratianus, Valentinianus, Theodoſius AAA. Hellibico comiti, & miniſtro utriuſque militiæ. Non eſt ratio qua manifeſti calumniatoris ſupplicium differatur. Non enim patimur frequenter iterari, quæ conſiſtere prima accuſatione non quiverint; atque alienam innocentiam ſecuri itemque ſine crimine, damnabili appetitione terreri. Data 3. Kal. Jun. Merobaude & Saturnino Conſſ.* Iidem Augusti Menandro Vicario Aſiæ: *Noſtris & parentum noſtrorum conſtitutionibus comprehenſum eſt, eos qui accuſationem alienis nominibus præſumpſiſſent, delatorum numero eſſe ducendos, Atque ideo calumnioſiſſimum caput & perſonam judicio irrita delationis infamem deportatio ſequatur: quo poſthac ſinguli univerſique cognoſcant, non licere in eo principum animos commoveri, quod non poſſit oſtendi. Data Idus Majas, Arcadio & Bautone Conſſ.* Et item Arcadius & Honorius AA. Victuro proconſuli Africæ: *Innocentes ſub ſpecie falſæ criminationis non patimur callidorum impugnatione ſubverti: qui ſi tentaverint, intelligant ſibimet ſeveritatem legum pro commiſſis facinoribus incumbere. Data 4. Id. Mart. Mediolano, Honorio Auguſt. III. & Eutychiano Conſſ.* Et B item ibi poſt alia: *Calumniatores etiam ſunt, qui falſa deferentes contra cujuſque innocentis perſonam, principum animos ad iracundiam commovere præſumunt; qui omnes infames effecti, in exilio detrudentur*. Et in lib. 10. c. 5. de delatoribus lex promitur, quam idem frater in ſuis compilatis quaterniunculis ſynodum apud Attiniacum præſentatis ſubſcripſit, & ſubſcribi a ſuis clericis fecit. Quæ quia eccleſiaſticis judiciis de miniſtris eccleſiaſticis non convenit, hic eam mittere ſuperſedi.

Zoſim ep. 6. a concil.

* al. graviſſimorum.

* al. Briſſii.

* al. indebitum.

* al. ſynodo damnationis ejus acceſſerat.

* al. abdicationem

Leges imperatoriæ contra calumniatores.

ANNO CHRISTI 871.

## CAPUT XXIV.

*Illa calumnia tabulis teſtibuſque productis a Rhemenſi diſſipatur.*

" ET quia dixit, *ſuadente, ac immo compellente me tradendo, ut a regia poteſtate manciparetur cuſtodiæ*, domnus rex præſens, ſi dignatus fuerit, veritatem coram vobis hinc dicere poteſt, quia nullus eo melius ſcit, ſi ipſum fratrem noſtrum tradidi, & ei ſuaſi, vel conſilium illi dedi, ſive conſenſum præbui, ut eum regia poteſtas manciparet cuſtodiæ. Nam quando ſuis juſſionibus reſultabat, & adverſus eum rebellabat, domno regi miſit litteras ſuas, quas mihi dominatio ſua direxit, mandans ut apud Silvacum ad eum venirem; & antequam illuc venirem, litterariam reſponſionem de litteris Hincmari remandarem. Et quoniam mihi contra fidem, & bonos mores nihil mandavit, & apoſtolica regula nobis præcipit, ut *ſubjecti ſimus regi, tamquam præcellenti*, feci de juſſione illius ut potui, & iſtiuſmodi litteras exinde illi direxi.

Hinc. l. 55. Cap. c. 40. p. 536.

*Domino glorioſo ſit ſemper ſalus & vita. Cariſſima & reverentiſſima dominatio veſtra, exiguitati meæ litteras Hincmari ad vos miſſas, & veſtras illi remiſſas direxit, jubentes ut de his conſiderarem: ſed non juſſiſtis ut inde reſponderem. Juſſiſtis etiam ut apud Silvacum ad vos venirem: ſed qua die Calendarum illuc venirem, non mandaſtis. Nunc autem iterum dominationis veſtræ litteris rogaſtis ut ad Silvacum veniam, ſed diem non mandaſtis quando veniam. Mandaſtis etiam, ut antequam ad Silvacum* E *veniam, litterariam reſponſionem de litteris Hincmari vobis remandem. Et non demonſtraſtis utrum vobis quid mihi ex litteris Hincmari videatur, reſpondeam; an quid Hincmaro ex his reſpondendum ſit, quod mihi videtur, ſcribam. Unde dominationi veſtræ quod mihi ex litteris videatur, ſcribo. Videlicet quia ſpiritu ſuperbiæ illum agi, ſicut & antea, mihi videtur: & hoc, quantum video, laborat, ut nulli ſubjectus ſit, & maximam habet fiduciam, ut per ſedis Romanæ poteſtatem omnia quæ cupit, evincat. Veniam autem, ſi Dominus permiſerit nunc Kalend. Jun. ad Codiciacum, & in craſtino ubi vos eſſe audiero. Et ſi benigno veſtro ſederit animo, multum*

Epiſt. Rhemenſ. ad Regem.

Ville en Selmo.

Hinc. ibid. c. 27. p. 491.

Oiſey.

cupio

*cupio ut fidelis veſter, filius noſter Hodo epiſcopus vobiſcum ſit, quando ad vos venero; ut ſi quod ex his quæ dominatio veſtra injunxerit, pro me agere nequivero, ipſe perficiat. Sed & ſi eſſe poſſit, multum vellem ut etiam alii de fidelibus veſtris ſociis noſtris epiſcopis ibi adeſſent, qui periti ſunt ad hanc beſtiam capiendam ad ipſius ſalutem, ne in perniciem ſuam captionis retia tranſilire, & ſibi periculum, & aliis impedimentum, & ſacerdotali miniſterio vituperium poſſit aliquod facere.*

*Laudunenſis impoſtura.*

Ego ita ſicut hic poſui, me ſcripſiſſe non denego. Quo contra ipſe ſcribit, me ſcripſiſſe domno regi cum Silvanectis venerit, habere tales homines ſtrenuos & peritos, ſicut opus eſt ad talem beſtiam capiendam. Et quomodo ad tradendum eum ſcriptura mea conveniat, quæ ſalutem illius, & non traditionem quæſivit? vos judicate. Et alteram domno regi ex eo direxi prolixam epiſtolam, cujus exemplar hic habeo: in qua continetur ad locum.

*Fragmentum alterius epiſtolæ ad regem.*

*Ego autem ſic hæc quæ acta ſunt, progredi timeo, & ſic doleo; licet iſdem Hincmarus ſicut ad me pro certo per eos qui ab ipſo audierunt, & ejus frendentes motus cum de me loquitur, vident, perventum eſt, mihi hoc totum reputat, quod vos a me provocati, quicquid contra eum egiſtis & agitis, dicens quod hæc omnia meo conſilio & inſtinctu agatis. Quod non eſſe verum, melius ipſi ſcitis.* Et item ad locum in eadem epiſtola: *Quod autem juſſiſtis ut conſilium qualiter contra contumaciam Hincmari vobis agendum ſit remandare procurem, cum venia veſtræ dominationis reſpondeo, hoc mihi non modo difficile, verum etiam mihi videtur impoſſibile.* Et paulo poſt: *Sicut vobis ſufficienter eſt cognitum, ſacros præcipere canones de cauſa epiſcopi, maxime unde regia veſtra poteſtas læſam ſe queritur: & apoſtolicæ ſedis auctoritas contentioſe, ſicut mihi relatum eſt, in medium devocatur, ſine coepiſcoporum tractatu atque conſenſu ſententiæ conſilium dare, vel quiddam diffinire non valeo.*

*Hincmarus non probat direptionem Laudunenſis.*

Hodoni autem epiſtolam pro eo, miſi, interroganti quid vellem, ut Hincmaro daret conſilium: unde illi prolixas litteras miſi, quarum exemplar hic habeo: alteram autem eidem fratri Hodoni pro Hincmaro miſi epiſtolam, cujus exemplar & hic habeo, in qua continetur. *Quantum potes animum domni regis modifica, ne talia faciat in ſancta eccleſia, & in epiſcopali ordine, unde tunc pœniteat, quando illa facta habere nolebit. Et reduc ei in memoriam quod B. David de Nabal ſtulto faciendum juraverat, ſed ad interceſſionem unius ſapientis mulieris, in vaginam ultionis gladium revocavit. Et dic ei, quod per ipſum David Spiritus ſanctus decantavit, quod iſte ſenior noſter ſedulo cantat, & cantare debet, & omnis catholica cantat eccleſia: Iraſcimini & nolite peccare. Et in libro Job ſcriptum eſt: Non te ſuperet ira, ut aliquem opprimas. Et hæc non dico pro perſona Hincmari; quem utinam non vidiſſem! & quem non, ſicut Deus Judam per providentiam, ſed ſicut homo per improvidentiam ordinavi: ſciens a Domino dictum: Si oculus dexter, aut manus, aut pes ſcandalizaverit te, projice illa abs te. Sed pro ipſo ſeniore noſtro, ne in ſuo miniſterio, & in eccleſia, & in generali ordine epiſcopali, & in his qui alterius ſocordia perire poſſunt, ipſe taliter peccet, & in Deum, quod abſit, offendat.*

*Non extant. Hincm. Rhem. ad Hodonem, pro mitigando rege adverſus Laudunenſem.*

*1. Reg. 25.* — *Pſalm. 4.* — *Job c. 36.* — *Matth. c. 5.*

Tertiam quoque eidem fratri pro eo miſi epiſtolam, cujus exemplar hic habeo: in qua continetur: *Multum timeo ac doleo, ne forte iſdem filius meus, ac frater noſter propter arrogantiam a Domino per electionis judicium neſciatur, quem per humilitatem ipſe ſcire non appetit. Quia de arrogantibus Dominus queritur, dicens: Tenentes legem neſciunt me: & ipſi regnaverunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognovi. Et neſciri ſe ab hujuſmodi Dominus queritur; & neſcire ſe principatum neſcientem proteſtatur: quoniam qui eum per humilitatem neſciunt, a Domino neſciuntur. Hæc autem cordis dolore conſtrictus de illo per vocem luctus emitto, dicens quod pius Dominus clementer peritura civitati flendo dixiſſe legitur: Quia ſi cognoviſſes & tu. Subauditur, fleveras. Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Tandem ſi iſtius indebitam pertinaciam Deus converterit ad debitam humilitatem, & ad bonum finem mala cœpta illius perduxerit, de his quæ in ſynodo apud Vermeriam futura ſunt, ſufficienter nobis reſponſiones dabit, qui unicuique fideli in ſe fideliter credenti repromiſit: Aperi, inquiens, os tuum, & ego adimplebo illud. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.*

*Alia Rhem. epiſt. ad Hodonem.* — *Ierem. c. 2. Oſee c. 8.* — *Rhemenſ. pietas erga Laudun.* — *Luc. c. 19.* — *Pſalm. 80. Matth. c. 10.* — *Laudunenſis impoſtura.*

Ego ſic ſcripſi. Et Hincmarus dicit me ad complicem meum Hodonem ſcripſiſſe, ut *quando ad ſynodum venerimus, Deus poterit nobis dare quid loquamur, uſque dum de iſto indomabili unicornio, & inquieto animali nos liberabit.* Quæ ſcripturæ quantum inter ſe diſcordent, ratio manifeſta demonſtrat. Nam etſi ita, ut dicit Hincmarus, ad Hodonem ſcripſiſſem: non tamen ibi colligere poterat illius traditorem me fore: cum etiam in litteris ſuis me dicat dixiſſe: *Quando ad ſynodum venerimus, Deus poterit nobis dare quid loquamur.* Quæſivi enim inter exemplaria litterarum exemplar epiſtolæ in qua hæc verba quæ dicit, contineantur, ſed invenire non potui. Et licet eum unicornem, ſcilicet indomabilem beſtiam in meis litteris appellarem, non criminaliter peccatum committerem. Cum B. Gregorius exponens ſententiam Domini ad Job dicentis: *Nunquid alligabis rhinocerotem ad arandum loro tuo?* de ſuo imperatore dicat: *Sæpe*, inquiens, *vidiſſe me memini quod cum ſe ad feriendum graviter hic rhinoceros accenderet, quaſi elevato cornu beſtiolis minimis mortis exilia, damnationemque ſubjectis immenſis terroribus intentaret, repente fronti ſigno crucis impreſſo, omne in ſe incendium furoris extinxit.* Et utinam hic rhinoceros noſter ſignum crucis fronti & cordi imprimeret, & e ſuæ contumaciæ ferocitate ſemetipſum extingueret, & ſe alterum faceret: ut cum apoſtolo dicere poſſet: *Vivo ego, jam non ego; vivit autem in me Chriſtus.* Unde Gregorius: *Extinctus quippe fuerat ſævus ille perſequutor, & vivere cœperat pius prædicator.* Adferat autem litteras meas de quibus hic ſcripſit, & proferat eum qui eas illi dedit, & cognoſcatur inde veritas. Nam quod dicit, mihi reſtitiſſe de Rothado: ſubſcriptiones manus ſuæ, quas habeo, inde mendacii eum redarguunt, oſtendentes, quia nihil de Rothado decrevi, vel de ordinando alium in locum ejus feci, quod mecum ipſe non fecerit: ſicut & ſynodalia geſta apoſtolicæ ſedi directa, quibus ipſe ſubſcripſit, patenter oſtendunt.

*Job. c. 39.* — *Gregor.* — *Signum crucis ita ſcuatur.* — *Galat. c. 2.* — *Gregor.* — *Hinc. l. 55 Cap. c. 5. p. 400*

Ceterum veni ad domnum regem ad Solarium in Cippido, & ei litterarum reſponſionem de ſuis & Hincmari litteris detuli. Quam reſponſionem coram me, & Hodone epiſcopo, & Ottulfo, atque Hildeboldo tunc presbyteris, ſed & coram Eirico comite, & non recordor aliorum nomina qui ibidem affuerunt, Hincmaro dedit, & * locum ſuper noctem ad legendum conceſſit. Et in craſtina ad regem reverſus, quia in ſolita contumacia pertinaciter perſtitit, ut nec ego, nec frater Hodo, nec etiam qui adfuerunt alii, quiddam rationis, vel humilitatis, aut epiſcopalis gravitatis obtinere apud eum potuimus: licentiam apud domnum regem petii: quia ſatis infirmus eram,

*Teſtes præſentes in concilio appellat. Cippidum, Suippe.* — ** forte noctem ſuper lectum.*

ad

ad manſionem receſſi. Si autem quiddam de traditione illius, vel de cuſtodiæ mancipatione cum domno rege aliquid loquutus fui, non ſolum domnus rex hoc melius ſapit: verum & iſti religioſi epiſcopi Hodo, & Ottulfus, & Hildeboldus, veritatem nobis pro amore ipſius veritatis poſſunt edicere, & me aut noxium, aut innoxium de hac calumnia pronunciare. Scriptum eſt enim: *In ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum.* Et apoſtolus accuſationem ſub duobus vel tribus teſtibus adverſus presbyteros, recipi poſſe oſtendit. Et Nicænum concilium, Neophytum epiſcopum a duobus vel tribus teſtibus redargutum, abſtinere a clero præcipit, ſi aliquod delictum animæ circa perſonam reperiatur hujuſmodi. Sed & quia, ut ſupra poſui, ſacræ leges dicunt, quia convinci nemo poteſt, niſi ſcriptura vel teſtibus: audiſtis ſcripturas & ſuas, & meas, de quarum certitudine cum domni regis, & iſtorum epiſcoporum atteſtatione legaliter ac regulariter poteſtis diſcernere, atque decernere, ſi præfata judicia legum, & Zoſimi, in eum qui me falſo eſt calumniatus, recidere debeant; quæ in me procederent, ſi me per calumniam delatorem ſuum probare valeret.

Matth. c. 16. — 1. Tim. 5. — Nic. concil. can. 2.

Quæ, & alia, de aliis mihi ab eo illatis, non cauſa mearum injuriarum dico; ſed zelo Dei & eccleſiaſticarum regularum, atque divinæ ordinationis, ſecundum paternas conſtitutiones: ne pro loci mei officio damnari ex negligentia debeam: ſed, ſicut B. Gregorius in regula paſtorali demonſtrat, eumdem zelum poſtmodum, inter me & illum, fortem munitionem habeam, ne tunc ad vindictam ſim deſtitutus, ſi nunc in correctiones fuero diſſolutus. Necnon ut & de me veritas, & litterarum illius falſitas, cunctis ejus accuſationes & meas excuſationes legentibus liqueat. Et ſi fortaſſis idem frater Hincmarus ideo ſubſcripſit, & ſubſcribi ab eccleſiaſticis eccleſiæ ſuæ miniſtris fecit, ut delatori, juxta forenſes leges, aut lingua capuletur, aut caput amputetur, quatenus in me, quem ſuum delatorem poſtea ſcripſit, hæc vindicta procederet: egit præpropere, & contra eccleſiaſticam diſciplinam, ut antequam me confeſſum, vel ordine regulari convictum videret: judiciali me ſententia, & illa maxime, quam non recepit cenſura eccleſiaſtica, condemnaret.

*Accuſare non veretur Hincmarus.* — Gregor.

## CAPUT XXV.

*Aliam nepotis calumniam de contemptu pontificiæ excommunicationis diſſipat avunculus.*

Aliam quoque rotulam nimis prolixam præterito anno, Idibus Novembris, 4. indictionis, per Clarentium presbyterum ſuum direxit, in qua contra me ſcriptum habetur. *Non mihi,* inquit Hincmarus, *videtur dignum excellentia veſtra fuiſſe, ut diceretur Bertario quod mihi renunciavit vos dixiſſe: Si eos præſignatos meos excommunicaſſem homines, qui talia agerent, & adhuc agunt, non eos excommunicatione teneri, videlicet anathematis vinculo non ligari. Sed non eſt mirum, ſi parvitatis meæ excommunicationem parvi penditis, ac forte irrationabilem judicatis, quando apoſtolicæ ſedis excommunicationem & pro nihilo ducitis, & pro nihilo ducendam, utpote abſurdam, judicatis.*

*Habetur apud Hincm. poſt ep. 31.* — Pag. 617.

De qua calumnia mihi inlata, quia S. Gregorius in libro ex Regeſto frequentiſſime dicit, ſecundum leges & canones, cauſas inveſtigari debere, & judicia terminari, legantur leges & canones. Dicunt enim antiquorum patrum noſtrorum regulæ: *Dignum eſt, ut vita innocentis nulla maculetur pernicie accuſatoris. Ideo quiſquis a quolibet criminetur, non ante accuſatus ſupplicio detur, quam accuſator præſentetur, atque legum & canonum ſententiæ exquirantur. Quod ſi indigna ad accuſandum perſona invenitur, ad ejus accuſationem non admittatur. Et, quod ſi epiſcopus aliquem de crimine putat eſſe damnandum, accuſatoris vice diſcutiendum ſe ſciat. Fas eſt enim ut quæ uni probantur, probentur & omnibus.* Quos canones ſi, ut ſolet ea quæ contra illum faciunt, refutare voluerit: audiat, quid hinc Leo papa ad Maximum Antiochenum epiſcopum dicat: *Quicquid,* inquiens, * *propter ſpeciales cauſas ſynodalium conciliorum ad examen epiſcopale defertur, poteſt aliquam dijudicandi habere rationem, ſi nihil de eo eſt a ſanctis patribus apud Nicæam diffinitum. Nam quod ab illorum regulis & * conſtitutionibus diſcordat, apoſtolicæ ſedis nunquam poterit * obtinere conſenſum.* Et Antiochena ſynodus, perfectum illud eſſe concilium, ubi interfuerit metropolitanus antiſtes. Et Zoſimus papa in epiſtola ad univerſos epiſcopos per diverſas provincias conſtitutos, provincialem Gallicanorum epiſcoporum ſynodum approbat, dicens: *Lazarus,* inquit, *dudum in Taurinenſi concilio graviſſimorum epiſcoporum ſententiis pro calumniatore damnatus, cum Briccii innocentis epiſcopi vitam falſis objectionibus appetiſſet.* Et Africæ provinciæ canones: *Cauſæ,* inquiunt, *quæ communes non ſunt, in ſuis provinciis judicentur.* Et Africanum concilium decrevit, ut *quotieſcumque clericis, cum quibus & epiſcopi numerantur, ab accuſatoribus multa crimina objiciuntur, & unum ex ipſis, de quo prius egerit, probare non valuerint, ad cetera non admittantur.* Et ſacræ leges dicunt, quia nemo convinci niſi ſcriptura, aut teſtibus poteſt. Et Gelaſius in Commonitorio Fauſto legatione fungenti dato, de epiſcopis prævaricatoribus: *Quid tamen dicerent, ſi non chartis ſuis in omnibus vincerentur?* Et Africanum dicit concilium: *Teſtes ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti præcepti ſunt: vel etiam quos ipſe accuſator de domo ſua produxerit.* Et item ſacræ leges dicunt: Unius teſtimonium, quamlibet ſplendida, & idonea videatur eſſe perſona, nullatenus audiendum.

*Reſponſio.* — Ex conc. Tolet. 3. qu. 9. c. Dignum eſt. — S. Leo ep. 62. — * al. præter. — * al. conſtitutioneque. — * obtinebit. — Concil. Antioch. can. 20. — Vide notas. Zoſim. cit. — Conc. Afric. c. 97. Cod. can. eccl. Afric. can. 130. — Gelaſ. Commonit. — Conc. Afric. cap. 98. Cod. can. eccl. Afric. can. 131.

Unde quia ſcriptura quam frater Hincmarus calumniatus eſt, impræſentiarum habetur: aut producantur ab accuſatore adverſum me legales & regulares teſtes, vel ſcriptura, qua me de hac calumnia, * qua dicit, excommunicationem apoſtolicæ ſedis & pro nihilo me ducere, & pro nihilo ducendam, utpote abſurdam, prædicare. Quod ſi agi ab eo, vel a quoquam nequiverit: leges & regulæ de calumniatore ſententiam proferent. Et veniet frater Bertharius diaconus in præſentiam veſtram, quem ſibi Hincmarus renunciaſſe dixit, me illi dixiſſe, quod ſi præſignatos ſuos homines excommunicaſſet, qui talia ſcilicet contra leges eccleſiaſticas egerunt, & adhuc agunt, non eos excommunicatione teneri, videlicet anathematis vinculo ligari. Et quia diſcreta eſt iſta Hincmari in ſcriptura ſua ſententia, quia de ſua excommunicatione a me annullata ad Bertharium ſe reclamat, licet mihi legaliter ac regulariter in præſentia veſtra confligere cum eodem Berthario.

*Offert ſe legitimo judicio.* — * *Deeſſe videtur*, convincat. H. — Hinc. l. 55. Cap. c. 29. p. 501. & c. 33. p. 511.

CA-

ANNO CHRISTI 871.

# CAPUT XXVI.

*Senſum ſuum catholicum de ſumma ſedis apoſtolicæ in ſolvendo ligandoque poteſtate publice profitetur Hincmarus.*

Pag. 619. cit.

DE eo autem quod dicit idem Hincmarus: *Sed non eſt mirum, ſi parvitatis meæ excommunicationem parvi penditis, ac forte irrationabilem judicatis,* » *quando apoſtolicæ ſedis excommunicationem & pro nihilo ducendam, utpote abſurdam, prædicatis;* cum eo legaliter, ac regulariter eſt mihi, conſilio & auxilio veſtro, agendum. Qualiter autem de apoſtolicæ ſedis, quæ eſt omnium eccleſiarum in toto orbe terrarum mater & ma- B giſtra, & cujus pontifex, patriarcha eſt patriarcharum, & primas primatum cunctarum provinciarum, ligatione atque ſolutione ſentiam atque teneam, ut ſciatis mendaciter hinc me ab Hincmaro calumniatum: quamquam decernat Africanum concilium, *ut quotieſcumque clericis ab accuſatoribus multa crimina objiciuntur, & unum ex ipſis, de quo prius egerit, probare non valuerint, ad cetera jam non admittantur:* coram vobis expono, ſicut corde credo ad juſtitiam, & ore confiteor ad ſalutem.

Can. Afric. cit.

Petri privilegium.

S. Leo ſerm. 3. in anniverſ. aſſumpt. Math. c. 16.

Et ſicut ex doctrina beati Leonis, ejuſdem ſanctæ & primæ ſedis pontificis didici, qui in ſermone ſui natalis, inter cetera dicit: *Quod dicitur beatiſſimo Petro, Tibi dabo claves regni cælorum,* C *& quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælis; & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis: tranſivit quidem etiam in alios apoſtolos jus iſtius poteſtatis, & in omnes eccleſiæ principes decreti hujus conſtitutio commemoravit: ſed non fruſtra uni commendatur, quod omnibus intimetur. Petro enim ideo hoc ſingulariter creditur, quia cunctis eccleſiæ rectoribus Petri forma proponitur.* Manet ergo Petri privilegium, ubicumque ex ipſius fertur æquitate judicium: nec nimia eſt vel ſeveritas vel remiſſio, ubi nihil eſt ligatum, nihil ſolutum, niſi quod B. Petrus aut ligarit, aut ſolverit: qui regem cælorum, ut Auguſtinus & ceteri doctores exponunt, majore præ ceteris devotione confeſſus eſt; merito præ ceteris ipſe con- D latis clavibus regni cæleſtis munere donatus eſt: ut conſtaret omnibus, quia abſque ea confeſſione ac fide regnum cælorum nullus poſſit intrare. Claves autem regni cælorum, ipſam diſcernendi ſcientiam, potentiamque judiciariæ poteſtatis nominat, qua dignos recipere in regnum, indignos ſecludere debet a regno. Unde Dominus manifeſte ſubjunxit: *Et quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis.*

Toti eccleſiæ datum.

Quæ ſolvendi ac ligandi poteſtas, quamvis ſoli Petro data videatur a Domino; abſque ulla tamen dubietate noſcendum eſt, quia & ceteris apoſtolis datur, ipſo teſte, qui poſt paſſionis reſurrectioniſque ſuæ triumphum apparens eis *inſufflavit & dixit* omnibus, *Accipite Spiritum ſanctum: quo-* E *rum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Nam ſic interrogatis generaliter omnibus, Petrus reſpondit unus pro omnibus; ita & quod Petro Dominus reſpondit, in Petro omnibus reſpondit: Necnon etiam nunc in epiſcopis ac presbyteris omni eccleſiæ officium idem committitur, ut videlicet agnitis peccantium cauſis, quoſcumque humiles ac vere pœnitentes reſpexerit, hos jam a timore perpetuæ mortis miſerans abſolvat: quos vero in peccatis quæ egerunt perſiſtere cognoverit, illos per * omnibus ſuppliciis obligandos inſinuet. Unde alias Do-

Joan. c. 20.

* deeſt eam.

A minus, de correpto ſemel & iterum, ac tertio, ſed non pœnitente fratre, præcepit dicens: *Si autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus.* Et ne leve quiſque putaret eccleſiæ ſe judicio condemnari, mox terribiliter adjunxit, *Amen dico vobis, quæcumque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.* Omni igitur electorum eccleſiæ, juxta modum culparum, vel pœnitentiæ, ligandi ac ſolvendi datur auctoritas. Sed idem B. Petrus, qui Chriſtum vera fide confeſſus, vero eſt amore ſequutus, ſpecialiter claves regni cælorum, & primatum judiciariæ poteſtatis, & curam paſcendarum ovium dominici ovilis accepit; & in primatu il- B lius ſucceſſores ipſius in ſede ejus acceperunt: ut omnes per orbem credentes intelligant, quia quicumque ab unitate fidei, vel ſocietatis illius quolibet modo ſemetipſos ſegregant, tales nec vinculis peccatorum abſolvi, nec januam poſſunt regni cæleſtis ingredi.

PARS II. Math. c. 18.

Sed Petri primatus.

De qua obligatione vel ſolutione epiſcopali, quod nobis apoſtolicæ ſedis filiis ac diſcipulis, ſatis tremendum, & cavendum, atque obſervandum eſt, S. Gregorius in homilia evangelii dicit: *Sæpe in ligandis ac ſolvendis ſubditis paſtor ſuæ voluntatis motus, non autem cauſarum merita ſequitur. Unde fit, ut ipſa hac ligandi & ſolvendi poteſtate ſe privet, qui hanc pro ſuis voluntatibus, & non pro ſubjectorum moribus exercet. Unde recte per* C *prophetam dicitur: Mortificabant animas, quæ non moriuntur: & vivificabant animas, quæ non vivunt.* Non morientem quippe mortificat, qui juſtum damnat; & non victurum vivificare nititur, qui reum ſupplicio abſolvere conatur: ac ſæpe agitur, ut vel damnet immeritos, vel alios ipſe ligatos ſolvat. Cauſæ ergo penſandæ ſunt, & tunc ligandi atque ſolvendi poteſtas exercenda.

Prudenter ea poteſtate utendum.

Greg. hom. in evang.

Ezech. c. 13. ut interficerent animas.

Ceterum ſicut B. Auguſtinus, & ceteri catholici doctores dicunt, non ſunt ligamenta vel ſolutiones ſanctæ eccleſiæ, quæ contra ſanctam eccleſiam fiunt; vel ab his fiunt, qui contra dogmata catholicæ eccleſiæ ſentientes, contraria ipſi eccleſiæ ligant, vel ſolvunt. Sancta quippe eccleſia dicit: *Non ſedi cum concilio vanitatis, & cum* D *iniqua gerentibus non introibo. Odivi eccleſiam malignantium, & cum impiis non ſedebo. Lavabo inter innocentes manus meas.* In cujus ſolius catholicæ eccleſiæ unitate, quæ per hæreſes & ſchiſmata non eſt diviſa, ut vera ſunt ſacramenta, ita vera ſunt ligamenta atque ſolutiones; quæ ædificata eſt ſuper petram: quæ unica columba appellatur: quæ ſponſa pulchra ſine macula & ruga: & hortus concluſus, fons ſignatus, puteus aquæ vivæ, paradiſus cum fructu pomorum, locus penes Deum in quo ſolide ſtatur, & locus auro in quo conflatur; & domus Dei quæ claves regni cælorum accepit, ac poteſtatem ligandi & ſolvendi. Hanc domum ſi quis corrigentem corripientemque contempſerit, præcipitur a Domino, E ut *ſit ſicut ethnicus & publicanus.*

In ſola eccleſia ſunt vera cenſura.

Pſalm 25.

Eccleſia encomium.

Ita de ligatione & ſolutione ſanctæ catholicæ eccleſiæ, & apoſtolicæ ſedis pontificis, ſed & ſubjectorum ſibi epiſcoporum ex ejuſdem apoſtolicæ ſedis doctrina credendum, & tenendum, atque ſequendum accepi: & ita credo, teneo & ſequor. Et qui aliter de me dixit atque dixerit, oſtendet ſe eſſe malevolum, & me probare non poterit non eſſe catholicum: ſe autem comprobabit mendacem criminatorem, & non criminis eſſe me reum. Quæ autem mihi diſcenda ſunt, & libenter & obedienter ab illius ſummæ ſedis catholica doctrina paratus ſum diſcere, tenere, & lo-

Hincmari catholica profeſſio.

qui;

 

qui; quæ in primatu B. Petri, cui Dominus trina repetitione paſcendas ſuas oves commiſit, & ut confirmaret fratres ſuos præcepit, privilegium primatus omnium eccleſiarum in toto orbe terrarum accepit,

## CAPUT XXVII.

*Quod plura falſo narrat de litteris apoſtolicis ſecum non communicatis.*

ISdem etiam frater noſter Hincmarus mihi litteris ſuis impegit noxam non levem; ſi verum diceret, me commiſiſſe contra eamdem ſanctam & apoſtolicam ſedem, dicens: *Vocaſtis me litteris veſtræ auctoritatis Attiniacum ad ſynodum, intimantes quia litteræ domini apoſtolici domno regi Carolo, & regni ipſius epiſcopis directæ fuerunt, de quibus ſine ſynodali conſultu reſponderi non poterat. Quamvis has litteras in Gundulfi villa ſuſcepiſſetis, ubi & præſens adfui: quas mihi ibidem nullatenus oſtendiſtis. Cum autem Attiniacum veni, dediſtis mihi quaſi exemplar earumdem, legere me rogantes, & ſic ſtatim inde me reſpondere, & ut perlegens idipſum exemplar vobis protinus redderem, præcepiſtis. Sicut autem poſtea per aliud didici exemplar, plura in indiculo veſtro mihi oſtenſo defuerunt.*

*Ibid. p. 613.* — *vel Hundulfi villa. Hondilcour.*

Quæ dicta illius non ſunt vera. Nam ipſa die quando miſſi domni apoſtolici, in Gundulfivilla ejus epiſtolas in præſentia regis & epiſcoporum, & ceterorum fidelium qui ibi aderant, mihi dederunt: ſicut & domnus rex ſcit, & epiſcopi, ac ceteri in quorum præſentia epiſtolas illas accepi, antequam de ipſa domo exirem, audiente rege, & audientibus epiſcopis, & ceteris qui ibidem fuerunt, eas relegi. Et ſi Hincmarus ibi fuit, & audire eas voluit, ſicut & ceteri eas audierunt, audire modis omnibus potuit. Quod dicit, quoniam quaſi exemplar earumdem, quando Attiniacum venit, illi dedi, & legere rogavi, & ſic ſtatim reſpondere, non dicit verum. Exemplar ſecundum tenorem authenticum epiſtolæ illi ad legendum dedi, ſicut & Erardo, & Waniloni, & VVlfado, & ceteris archiepiſcopis domni Caroli ex integro miſi, & eamdem epiſtolam in ſynodo apud Attiniacum relegi. Quod dicit, me juſſiſſe illum ut ſtatim reſponderet: non ſic dixi: ſed ut legeret illud exemplar, & videret quid inde reſponderet. Quod dicit, quia per aliud exemplar didicit plura in indiculo meo ſibi oſtenſa defuiſſe: integrum exemplar epiſtolæ illi legendum dedi. In indiculo autem a me collecto, & regibus, & epiſcopis relecto & dato, quantum de ipſa epiſtola, ſed & de illa quam domnus apoſtolicus miſit, neceſſarium ad mittendum vidi, miſi, & exemplar ipſius indiculi domno apoſtolico ex epiſtola mea direxi. Et ipſam epiſtolam domni apoſtolici, ſed & memoratum indiculum, ſed & ſcripta ipſius fratris Hincmari, hic habeo: quibus probari poteſt me verum dicere, & illum a vero deviare.

*Revincitur falſi.* — *Turonenſ. Rhotomagenſ. Bituricenſ.* — *Nihil iſtorum extat.*

## CAPUT XXVIII.

*Quod vane glorietur, excommunicationem a ſe factam a ſede apoſtolica probatum iri.*

SCribit etiam in rotula quam per Clarentium presbyterum ſuum mihi tranſmiſit hoc modo: *Tam intentative in Attiniaco de excommunicatione a me in parochia mea facta interrogatus ſum. Tantummodo hoc interea pando, eo quod vos inauditam illam, ac contra apoſtolicam doctrinam, & contra eccleſiaſticam veritatem fuiſſe aſſeratis factam. Non aliam illam feci, quam a veſtra viva vocis doctrina faciendam didici, & vos ea quæ jure deſtruxiſtis, ab re ædificare non debetis. Immo & quam in Romana ſede apoſtolica auctoritate cognovi præinditam, & de qua eamdem mihi ſedem declamo fore auctricem: cujus intereſt & de illa a me facta excommunicatione judicare, & de veſtra reſolutione decernere.*

*Hinc. Laud. ibid. p. 632.*

Ad quæ reſcribo. Majores ac doctores noſtri dixerunt, quædam eſſe nomina, quæ in femininum flecti non poſſunt, ut auctor, curſor. Et iſte novus doctor, qui noviter adinvenit quod diceret de ipſa excommunicatione, apoſtolicam ſedem ſe reclamat fore *auctricem*. Sed me auctorem non habebit, de eo quod ſuper me dicit, *quia non aliam illam excommunicationem parochia ſua fecit, quam a mea viva vocis doctrina faciendam didicit*. Et quod mox ſubſequitur. *Quoniam ea quæ jure deſtruxi, ab re ædificare non debeo*, verum eſſe confirmo. Nam per evangelicam veritatem, & apoſtolicam atque canonicam auctoritatem; necnon & per apoſtolicæ ſedis doctrinam atque decreta, ſuam pernicioſam excommunicationem deſtruxi: quam ab re ædificare non debeo, nec volo, nec valeo.

*Refellitur.*

In eo vero quod dicit, quia non aliam illam excommunicationem fecit, *quam in Romana ſede apoſtolica auctoritate cognovit præinditam*; id eſt, ante inſertam, ante impoſitam, ante immiſſam: nimis audacter poſuit in cælum os ſuum. Et ideo non eſt mirum ſi lingua ejus tranſivit in terram, ut de me peccatore diceret: *non aliam illam feci, quam a veſtra viva vocis doctrina faciendam didici*. Sed ſicut apoſtolica ſedes a nobis accuſari non debet, nec valet: ita excuſatione noſtræ humilitatis non indiget. Verumtamen quod non ab incertis relatoribus inde audivimus, cum venia ipſius ſedis libere dicere poſſumus. Audivimus namque, quia ſanctæ memoriæ Nicolaus papa, ſancta Romana eccleſia in afflictione poſita, auctoritate veteris & novi teſtamenti, in jejunio, & fletu, ac planctu, in cinere & cilicio litanias indixerit. Sed a nullo audivimus, quia cauſa ſuarum injuſiarum & ipſius ſedis apoſtolicæ, parvulos in diſcrimine mortis poſitos baptizari, & obeuntibus atque petentibus ultimam pœnitentiam, & viatici muneris communionem, & mortuis ſepulturam negari præceperit. Et quod de illa excommunicatione pernicioſa quam fecit, eamdem ſibi ſedem *fore*, ſermone vitioſo, atque calumnioſo dicit *auctricem*, non credimus. Abſit enim ut, ſicut hic frater Hincmarus in pernicioſo ſcripto ſuo improprie dicens declamat, ſuæ conligationibus impietatis apoſtolica ſedes conſentiat; minime autem *auctrix* exiſtat? Quæ per B. Cæleſtinum univerſo mundo apoſtolice intonat, *Obſecrationum*, inquiens, *ſacerdotalium ſacramenta reſpiciamus, quæ ab apoſtolis tradita, & in toto mundo, atque in omni catholica eccleſia uniformiter celebrantur: ut legem credendi, lex ſtatuat ſupplicandi. Cum enim ſanctarum plebium præſules mandata ſibimet legatione funguntur, apud divinam clementiam humani generis agunt cauſam; & tota ſecum eccleſia congemiſcente poſtulant & precantur, ut infidelibus donetur fides*. Et ſic pro omnibus exorare Dominum catholicam eccleſiam debere demonſtrat, ut erutos de poteſtate tenebrarum transferat in regnum filii caritatis ſuæ: & ex vaſis iræ, faciat vaſa miſericordiæ: qui non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat: & qui vult omnes homines ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire; & neminem vult perire.

*Falſum eſt Romana eccleſia exemplo id factum.* — *Nicolaus papa litanias indixit.* — *Cæleſtin.* — *Coloſſ. c. 1.* — *Rom. c. 9.* — *Ezech. c. 33.* — *1. Timot. 2.*

Abſit,

*ANNO CHRISTI 871.*

Abſit, inquam, ut auctor ſit ſancta ſedes apoſtolica iſtius pertinacis crudelitatis tantorum hominum, qui per baptiſmum, vel per ſacerdotalis miniſterii reconciliationem ſalvari, & per viatici muneris communionem ab æterno poterant liberari interitu mortibus reo: quia non poterat fieri ut in tam ampla parochia, ſicut illa eſt, quæ ſpecialiter ſubjacet Lauduni municipio, per quinque circiter dies, quibus eo modo, ſicut præmiſi, fuerat conligata, quia eam antea metropolitana ſolicitudine, evangelica, & apoſtolica, atque canonica, & apoſtolicæ ſedis auctoritate abſolvere non concurri, plures ſine baptiſmo, & abſque communionis gratia, non obierint: de quibus quicumque ſalvati ſunt, ſalvantis eſt donum; qui autem perierunt, perditoris & pereuntium fuit meritum.

*aliquid deeſt*

*Quinque dies tenuit excommunicatio.*

Attamen licet, velut ſanctus Ambroſius in fidei devotione Valentiniani, & beatus Auguſtinus diſputando demonſtrat, ut ſicut in illo latrone cum Domino crucifixo & credente, & confitente, quod ei ex baptiſmi ſacramento defuerat, complevit omnipotentis benignitas: ita forte parvulis quibus baptiſmum denegari juſſit, parentum vel patronorum corde credentium, & etiam parvulis fideli confeſſionis verbo baptiſma expetentium, ſed non impetrantium fides, & fidelis poſtulatio prodeſſe potuerit: donante eo, cujus ſpiritus, quo regeneratio fit, ubi vult ſpirat; & etiam ante baptiſmum ſe baptizandis infudit, ſicut in ſacra hiſtoria legitur. Similiter & de his qui ultimam pœnitentiam, & viatici muneris communionem petierunt, & impetrare pro ſua interdictione non potuerunt, gratia ejus, cui ab omni fideli dicitur: *Gemitus meus a te non eſt abſconditus:* & quibus ſingulis Dominus dicit: *Mox ut ingemueris, ſalvus eris*, ad ſalutem prodeſſe valuerit. Ipſe tamen de eorum perditione ſecurus eſſe non poteſt, ſi aliqui ſine eiſdem ſacramentis per ſuam juſſionem abierunt, ut non diſtricte inde judicetur.

*Opinio peculiaris Hincmari.*

*Ambroſ. l. de obitu Valentin. Auguſt.*

*Pſalm. 37.*

Et ſi vult dicere de excommunicatione Nortmanni, quam mendaciter per ſubreptionem a ſede apoſtolica elicuit, ſuggerens Nortmannum res ſuæ eccleſiæ invaſiſſe, quas ipſe aut regi, aut Nortmanno beneficiandas conceſſit, aut filio Nortmanni beneficiavit, ſicut ſcripta ſua demonſtrant: reſpondendum ab eadem ſancta & diſcretiſſima ſede credimus: *Fiat tibi ſecundum fidem tuam*. Et, *ex verbis tuis condemnaberis*. Et quod B. Auguſtinus in ſerm. 7. evangelii Joannis dicit: *Juris*, inquiens, *forenſis eſt, ut qui in precibus mentitus fuerit, non illi proſit quod impetravit. Dixiſti enim quod voluiſti: & cui dixiſti, neſcivit an verum ſit, dimiſit te adverſario tuo convincendum, ut ſi ante judicem convictus fueris de mendacio, quia non potuit ille niſi præſtare, neſciens an fueris mentitus, ibi careas beneficio reſcripti, quo perduxiſti reſcriptum*. Et hoc jus in corpore libri Theodoſianæ legis haberi legimus. Ceterum, ſicut de Deo omnipotente, cum omnia poſſit, ſcilicet quæ omnipotentiæ illius conveniunt, recte dicit apoſtolus: *Seipſum negare non poteſt:* ita & nos de illa ſancta ſede dicimus, quia ſibi ipſi, præſertim in tam manifeſtiſſimis & maximis cauſis, & humanæ redemptionis atque ſalutis ſingularibus præſidiis, contraria nullo modo eſſe poteſt: & quæ ſecundum evangelicam veritatem, & apoſtolicam traditionem, atque canonicam auctoritatem, per Siricium, Innocentium, Cæleſtinum, Leonem inrefragabiliter conſtituit, refragari a quoquam impune nulla ratione dimittet. Cujus intereſt, ſicut iſdem frater Hincmarus ſcribit, *de illa a ſe facta excommunicatione judicare, & de mea reſolutione decernere*.

*Occurrit objectioni de excommunicatione Nortmanni.*

*Matth. c. 9.*

*Matth. c. 12.*

*Mentiens in precibus nihil impetrat.*

*2. Timot. 2.*

*PARS II.*

Verumtamen, ſicut ex concilii Sardicenſis canonibus SS. Innocentius, Bonifacius, & Leo promulgaverunt, prius majores cauſas, quæ ad ſtatum eccleſiarum, & ad concordiam pertinent ſacerdotum, apud nos, ſub timore Domini, convenit ventilari; & de componendis, quæ forte noſtro nequiverint ſopiri judicio; & de judicio noſtro compoſitis poſt judicium oportet ad ſedem apoſtolicam plenam rationem tranſmitti: ut ea quæ juxta eccleſiaſticum morem juſte & rationabiliter apud nos fuerint diffinita, ipſius apoſtolicæ ſedis ſententia roborentur. Sic enim & S. Ambroſius ſcribens ad Theophilum Alexandrinum epiſcopum, ſacras leges, & canones, ut poſt judicium ad ſedem apoſtolicam relatio referatur, & qui legaliter evocatus, judicio adeſſe neglexerit, dilationem ſententiæ proferendæ, ſicut in contumacem, de abſentia non lucretur, ſe intellexiſſe demonſtrat dicens: *Cum ſancta ſynodus cognitionis jus unanimitati tuæ, ceteriſque ex Ægypto conſacerdotibus noſtris commiſerit, iterum oportet fratrem noſtrum Flavianum convenias, ut ſi in eo perſeveraverit, quo veniendum non putet, ſalvis concilii Nicæni, etiam ſynodi Capuenſis ſtatutis, inlibata pace univerſorum ita conſulas, ut non videamur deſtruere quod ædificatum eſt. Si enim quod ædificavi deſtruo, prævaricatorem me ipſe conſtituo; ac ſi quæ deſtruxi, iterum ædificem. Servetur ergo impertita pacis gratia inter univerſos, & nihilominus declinatio partis alterius fruſtrandi effectum habere non poſſit. Sane referendum arbitramur ad ſanctum fratrem noſtrum Romanæ ſacerdotem eccleſiæ; quoniam præſumimus ea te judicaturum, quæ etiam illi diſplicere non queant. Ita enim utile erit conſultum ſententiæ, ita pacis & quietis ſecuritas, ſi id veſtro ſtatuatur conſilio, quod communioni noſtræ diſſenſionem non afferat; ut nos quoque accepta veſtrorum ſerie ſtatutorum, cum id geſtum eſſe cognoverimus, quod eccleſia Romana haud dubie comprobaverit, lati fructum hujuſmodi examinis adipiſcamur.*

*Prius in provincia judicandum, deinde Romam referendum.*

*Ambr. ep. ad Theoph.*

## CAPUT XXIX.

*Quod ſimilem excommunicationem ab ipſo Rhemenſi factam eſſe falſo criminatur.*

DE hac etiam excommunicatione mihi in Gundulfi villa per venerabilem quondam archiepiſcopum Vvenilonem mihi mandavit, ſicut domnus Adventius, & ceteri qui adfuerunt epiſcopi, ſciunt, quia quod de illa excommunicatione fecit, ego illi inſinuavi, dicens ſe habere quamdam villam in mea parochia, & quia homines ejuſdem villæ rogavit, ad illam eccleſiam dare illorum decimam, ad quam eam dare debebant, excommunicaverim illos: & habebat inbreviatos, quot infantes ſine baptiſmate, & quot homines ſine communione inde obierint: quæ mihi in publicum objicere nollet, ne poſtea illi improperarem. Quod ſi alia mala de me ſciret, illa etiam diceret. Unde illi ſtatim per eumdem Vvenilonem remandavi, quia & inde, & de quibuſcumque vellet, quæ illi viderentur, objiceret. Sed de hac cauſa verum non diceret, & contra canones ſe confitebatur egiſſe, qui me poſtpoſito ordinationem decimæ in mea parochia uſurpavit.

*Verbotenus id ob citum.*

Et poſtea inde illi ſcripto reſpondi, cujus exemplar hic habeo: in quo continetur, tria me conſideraſſe in hoc quod dixit, me illi inſinuaſſe quod de illa excommunicatione fecit. Primum quidem, quoniam ſi ratio inter illum & clericos

*Argumentum epiſtola Rhemenſis ad Laudunenſ. quæ non exſtat.*

PARS II.

Laudunenſis eccleſiæ agitanda foret, de petitione A ex cautis in eo continentibus ab eiſdem mihi porrecta, utrum eſſet an non veritate ſubnixa, nullam quæſtionem deberet recipere, poſtquam ſuæ confeſſionis atteſtatione firmatur. Aliud vero, quia ſilentio ſuppreſſis bonis quæ illi inſinuavi, atque inſinuari feci, imputando mihi quod male illi de hac excommunicatione quam perpetravit, inſinuaverim, reum ſe confeſſus eſt, quia ſcienter male fecit. Ac per hoc, ſecundum decreta Hilari papæ, ſuum contra regulas factum deberet ipſe diſſolvere. Quod ſi nollet, per ſententias canonum, & apoſtolicæ ſedis decreta, quæ nulla poſſunt ratione convelli, auctoritas metropolitana illud deberet annihilare. Tertium, quia ut ſecum me poſſet inlaqueare, ſi forte, ut aſſolet improviſæ menti B accidere, illi ſtatim hæc falſa de me rejiciendo imparatus & ira commotus non reſponderem, & ſe jactare valeret, me in aliquo inde concredidiſſe; voluntarie ſibi de tali confeſſione laqueum ſtuduit injicere. Et pro bonis mala retribuens, non ut quondam proditorum primicerius ſimulando pacem oſculo, quam non habebat in pectore, ſed exerto linguæ gladio, me aperte, ac impudenter decrevit impetere: & quaſi me qualicumque patrono, ac benefactore, atque ordinatore ſuo tradito, talis confeſſionis de tantis impietatibus laqueo ſe ſuſpendere. Sed benedictus Dominus, qui ſecundum promiſſionem ſuam, qua dixit, *a flagello linguæ abſconderis*, liberando animam meam a labiis iniquis, & a lingua doloſa, C adjuvit me, & conſolatus eſt me: mox telum falſitatis, ſcuto veritatis, reſpondendo rejeci.

*Alium accuſando ſe reum fatetur.*

*Confertur cum Juda proditore.*

*Job c. 5.*

Quæ animi dolore compunctus, non animi livore ſtimulatus, dixi, ſciens capiti ac ſalvatori noſtro mendaciter multa fuiſſe objecta: ſed & productos adverſus eum falſos teſtes fuiſſe. Nam & Romanæ ſedis pontificibus Damaſo, Sixto, & Leoni III. verum & aliarum inſignium eccleſiarum pontificibus, Athanaſio ſcilicet Alexandrino, Joanni Conſtantinopolitano, Cæciliano Carthaginenſi, ſanctitate fidei & operationis atque ſcientiæ doctrina præclaris: necnon & quamplurimis aliis venerandis epiſcopis, ab hominibus invidis, & eorum locum, ac bonæ opinionis famam obtinere volentibus; ſed non habere meritum illo D rum ſtudentibus, mortalia & nefaria crimina falſo impacta, & uſque ad eccleſiaſtica judicia, & cognitionem publicam fuiſſe perducta legimus. Sunt enim hujuſmodi vipereæ nequitiæ homines, qui licet prius eorum mentes propria rodat invidia, in hoc tamen ſuas tegere poſſe iniquitates putant, ſi alios infamia modo quolibet maculare curaverint: quorum criminationes iidem viri ſancti patientiſſime toleraverunt, & conſtantiſſime, adjuvante Domino, revicerunt. Et horum, ſicut ſcriptum eſt, intuens exitum, converſationis fidem mihi neceſſe eſt imitari. & ita compertus, & de illo in me prorſus expertus, quia phreneticus ſæpe nulli majorem alapam dare ſolet, quam ipſi medico, qui eum curare volet. Sed & multum E me miratum ſcripſi illi, ubi ſenſum ſuum habuit, quando de me, tantæ auctoritatis, & ſapientiæ, atque religionis viro, ſicut domnus erat Vvenilo, dixit, & ad plurimorum epiſcoporum notitiam pervenire fecit, quod ſi in judicio regulari dixiſſet, probare non poſſet: præſertim ſe reum de hoc ipſo confeſſus, & confitendo ſe talia egiſſe, quæ etſi non confiteretur perpetraſſe, negare non poſſet, ſeipſum inlaqueaſſe videre non potuit. Et quia mendacium erat quod dixit, me excommunicaſſe homines villæ de ipſa ruſticana parochia, & infantes ſine baptiſmate, & homines

*Viris maximis imputata ſunt calumniæ.*

*Verba [illegible]*

*Mendacium ejus objectio*

ANNO CHRISTI 871.

A ſine communione in ea excommunicatione inde obiiſſe; mox illi remandavi, quoniam nulli unquam in mea parochia, poſtquam fui ordinatus epiſcopus, baptiſmum, vel viatici muneris communio, a me, vel a quoquam comminiſtro meo denegata fuere: ſicut omnes in parochia mea tam eccleſiaſtici, quam & ſæculares, tam viri quam & feminæ ſciunt.

## CAPUT XXX.

*Quod poſtulavit ut documentas ſua adverſus ipſum ſcripta igni abſumeret. Iterum de ſuperiore calumnia, propter quam non debet ad accuſationem admitti.*

B MAndavit etiam mihi per præfatum venerabilem quondam archiepiſcopum Vvenilonem, ut ſi ſcripta quæ illi & eccleſiæ ſibi commiſſæ, de excommunicatione qua agitur ab eo intentata ſuæ parochiæ, tranſmiſi, quæque ibi ſecum habebat, coram aliis incenderem, & annullanda dicerem, meque contra rationem & auctoritatem feciſſe profiterer, mecum pacem habere vellet. Unde illi pro tempore, cum aliis quæ mihi occurrerunt, per eumdem archiepiſcopum, & Adventium glorioſum epiſcopum remandavi. Et poſtea illa ipſa, & alia, ſcriptis, quorum hic habeo exemplaria, inculcavi, quoniam in q cumque conventu me adire, mihique pacis oſculum, ſic- C ut & domnus rex, & epiſcopi, ac ceteri illuſtres, ac mediocres qui conveniebant, dare nolebat, nec etiam ullo verbo me alloqui dignabatur, de quibus hic quædam ſtudui replicare. Scripſi nempe inter cetera illi, quomodo ei in ſenſum ſuum venire potuerit, ut talia mihi mandaret? Nam diabolus loquens ad primos parentes noſtros, ſed & ad redemptorem ac ſalvatorem noſtrum, non ex dejectione, ſed ex provectu, & ex ſublimitatis avaritia eos temptavit. Iidem autem ſupergreſſus, ſic dici fas eſt, diaboli malignitatem, oblitus ſcriptum eſſe, quod * *malignitates exterminabuntur*, me ſtultitiæ ex dejectione temptavit: ſciens quia quæ illi, & eccleſiæ ſibi commiſſæ in eiſdem ſcriptis direxi, de evangelica veritate, & D apoſtolica atque prophetica, necnon & canonica auctoritate, ſed & de apoſtolicæ ſedis conſtitutione, ſicut acceperat eadem ſancta ſedes, beatiſſimorum apoſtolorum traditione conſtaret eſſe conſcripta. Et ſanctarum ſcripturarum traditores & incenſores inter ſacrilegos legimus computatos. Si ergo illa quæ de evangelio, & apoſtolis, atque prophetis, necnon & de ſacris regulis ſpiritu Dei conditis, ſine admixtione alicujus hæreſeos, vel ſchiſmatis, conſcripſi, videlicet menſuram tritici a comburendis paleis & zizania puri, revera de horreo dominico in tempore illi ac eccleſiæ ſibi commiſſæ, & ſolicitudini meæ ſubjectæ prolata incenderem, & vera negarem: ſine dubio Chriſtum qui in eis prænunciatus & oſten- E ſus eſt, & per quæ Chriſtum cognovimus, quique illa loquutus eſt, me noſſe, & in eum credere, ac per hoc me Chriſtianum negarem. Et ſi ſacros canones, & decreta catholicæ eccleſiæ incenderem & abdicarem; me procul dubio ab epiſcopatu non ſolum ipſe dejicerem, verum & ab eccleſia catholica diviſum, & alienum, id eſt, ſchiſmaticum & anathematizatum, publicis & eccleſiaſticis legibus efficerem. Sicut S. Leo papa ſcribens ad Leonem Auguſtum etiam de ſe dicit: *Si ſecundum apoſtolum*, inquit, *quæ deſtruxi, hæc ædifico, prævaricatorem me conſtituo, & eis me conditionum ultionibus ſubdo, quas non ſolum auctoritas beata*

*Hinc. t. II. Cap. c. 4. p. 596.*

*Adventius Metenſis.*

*Pacis oſculum.*

*Argumentum epiſt. Rhem. ad Landun. quæ non exſtat.*

*Pſalm. 36. * Pro, malignantes. H.*

*Qualis collectio Rhem. Hincmari*

*Leo ep. 78.*

*beatæ memoriæ principis Marciani, ſed etiam ego* A *mea conſenſione firmavi.*

ANNO CHRISTI 871.

Quapropter etſi me infirmum ac fragilem, atque imbecillem, ut revera ſum, adeo æſtimavit, ut minis vel promiſſionum blanditiis ad hæc agenda trahi, vel invitari valerem: non tamen epiſcopus dubitare debuerat verum eſſe, quod ab eo qui perficit in infirmitate virtutem, ore veridico Hinc. c. 47 p. 563. promittitur: *Dominus*, inquit, *dabit virtutem multam evangelizantibus verbum*: & epiſcopus mihi qualicumque epiſcopo mortiferum ad bibendum non debuerat propinare; ſcilicet, ut eloquia ſacra, gratia ſui incenderem. Et licet hinc me Deus gratia ſuâ ſervaverit, qui in ſe credenti- Marc. c. 16. bus repromiſit, dicens: *Et ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Dum peſtiferas*, inquit B. B Gregor. homil. 29. in evang. Gregorius, *ſuaſiones audiunt, & tamen ad operationem pravam minime pertrahuntur, mortiferum quidem eſt quod bibunt; ſed non eis nocebit.* Ipſe tamen niſi pœnituerit ex hac pernicioſiſſima ſuaſione, ſtudii ſui luet judicium. *Tardius*, inquit B. Paſtor. l. 3. admon. 33. Gregorius, *peccatum ſolvitur, quod & per conſilium ſolidatur. Niſi enim mens omnimodo æterna deſpiceret, in culpa ex judicio non periret.*

Et quia dicit apoſtolus: *avaritia, quæ eſt idolorum ſervitus*: Hinc. ibid. pag. 561. Coloſs. c. 3. & B. Gregorius, ex provectu avaritiæ primos parentes noſtros tentatos & ſuperatos demonſtrat, oſtendens avaritiam, non ſolum pecuniæ, ſed etiam altitudinis eſſe: & quia recte avaritia dicitur, cum ſuper modum ſublimitas ambitur: ſcripſi ei ex verbis beati Auguſtini de C ſcripturæ ſacræ auctoritate dicentis, contra Donatiſtas ſchiſmaticos, qui ſe ſine cauſa a compage unitatis catholicæ ſeparaverunt, dicentes quod probare non potuerunt, Cæcilianum a traditoribus ſacrarum ſcripturarum fuiſſe ordinatum; ut cognoſceret quam grave peccatum ſit idololatria, quod ex ambitu altitudinis admiſiſſe videtur, dum nulli ſubjectus eſſe velit, qui cunctis præeſſe non valet. Et quia gravius eſt peccatum incenſio divinorum eloquiorum, ad quod me traducere voluit: & quoniam graviſſimum ſit peccatum ſchiſma, quo ſe a fraterna noſtra unanimitate per Ibid. p. 564. ſuam pernicioſam ſubſcriptionem ſeparavit; ſicut ſcripto oſtendi in libello ſuo monſtruoſo, a ſe, & a clericis parochiæ ſuæ ſubſcripto: ubi quibuſ- D dam ſubſcriptis quæ evangelicæ veritati, & apoſtolicæ auctoritati, & decretis ſanctorum conciliorum, quæ univerſalis eccleſiæ probavit adſenſus, & apoſtolicæ ſedis confirmavit auctoritas, Auguſt. l. 1. de bapt. c. 6. Jerem. c. 36. inveniuntur adverſa. Ait enim beatus Auguſtinus loquens ad Donatiſtas de his tribus capitulis: *Non afferamus*, inquit, *ſtateram doloſam, ubi appendamus quod volumus, & quomodo volumus, pro arbitrio noſtro dicentes, hoc grave, hoc leve eſt. Sed afferamus divinam ſtateram de ſcripturis ſanctis, tanquam de theſauris divinis, & in illa quid ſit gravius, appendamus: immo non appendamus, ſed a Domino appendente recognoſcamus. Tempore illo, quo Dominus priora delicta recentibus pœnarum* Jerem. c. 36. *exemplis cavenda monſtravit, & idolum fabricatum,* E *atque adoratum eſt, & propheticus liber ira regis contemptoris incenſus, & ſchiſma altemptatum, idololatria gladio punita eſt; exuſtio libri, bellica cæde & peregrina captivitate; ſchiſma, hiatu terræ ſepultis auctoribus vivis, & ceteris cæleſti igne conſumptis: quis jam dubitaverit hoc eſſe ſceleratius commiſſum, quod eſt gravius vindicatum?*

Falſo ſcribit exemplo avunculi ſe clericos ſuos excommunicaſſe.

Sed quia illi non ſuffecit me calumniari, quod tam nefariam & exitiabilem excommunicationem illi agendam exemplo docuerim, niſi etiam nunc me ſcripto calumniaretur, non aliam illam excommunicationem ſe feciſſe, quam a mea vivæ vocis doctrina faciendam didicerit: reſpondendum PARS II. mihi contra mendacem illius calumniationem ex ſacris auctoritatibus neceſſarium video; ne quaſi tacendo conſentiens, reus pariter cum illo dijudicer. Sicut in petitione, quam clerici Laudunenſis eccleſiæ mihi dederunt, continetur, & ſicut in ſynodo coram illo apud Attiniacum habita demonſtravi, omnes ſacerdotes totius parochiæ ſuæ conligavit, ut nemo eorum in ea ſacerdotali miniſterio tandiu uteretur, uſquedum ille ipſe iterum cum eis viva voce loqueretur, aut litteræ a ſede B. Petri apoſtoli eis mitterentur: & ne baptizarent pueros, ne viſitarent infirmos, ne reconciliarent cum viatico munere pœnitentiam petentes, ne ſepelirent mortuos, penitus ab his omnes eos prohibuit. Et in ſua rotula mihi ſcripſit, non aliam illam feciſſe, quam a mea vivæ vocis doctrina faciendam didicit. Quod mendacium eſſe profiteor. Et quia manifeſtum eſt, eum illas conligationes impietatis admiſiſſe: quæ ſi crimina eſſe poſſunt, ſicut S. Gregorius eſſe oſtendit, criminaliter illas admiſit: oſtendendum eſt ex ſacris auctoritatibus, ſi crimino ſus alium criminari, & reum criminis facere poſſit. Sacræ *Reus reum facere non poteſt.* quippe leges, quas eccleſia catholica recipit, dicunt, quia jure & legibus conſtitutum eſt, ut Jul. epiſt. 2 c. 28. *ſpontanea profeſſione reus, reum non faciat, neque illi de altero credatur, qui ſe crimino ſum eſſe confeſſus eſt.* Et item: *Non credendum eſt contra alios eorum confeſſioni, qui in criminibus accuſantur, niſi ſe prius probaverint innocentes: quia periculoſa eſt, & admitti non debet rei adverſus quemcumque profeſſio.* Et ſacri canones dicunt, ut *ad accuſationem non admittantur, quos ad accuſanda publica crimina leges publicæ non admittunt.* 3 q. 5. c. accuſationes C. accuſatores. Et quotieſcumque clericis ab accuſatoribus multa crimina objiciuntur, Can. Afric. cap. 130. & unum ex ipſis de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera non admittantur. Et item ſacræ leges Theodoſianæ dicunt: *Si epiſcopus, vel presbyter, diaconus, & quicumque inferioris loci Chriſtianæ legis miniſtri, apud epiſcopos, ſi quidem alibi non oportet, a qualibet perſona fuerint accuſati, ſive ille ſublimis vir honoris, ſive ullius alterius dignitatis, qui hoc genus inlaudabilis intentionis arripuerit, noverit docenda documentis ſe debere inferre. Si quis ergo contra hujuſmodi perſonas non probanda detulerit, auctoritate hujus ſanctionis intelligat ſe jactura famæ propriæ ſubjacere: ut damno pudoris, exiſtimationiſque diſpendio diſcat ſibi alienæ verecundiæ impune inſidiari, ſaltem dicere non licere.* 2. q. 7. c. Si quis epiſcopus. Et Africanum dicit concilium, *Omnes infamiæ maculis adſperſos ad accuſationem non admitti, niſi in cauſis propriis.* Conc. Afric. cap. 129 Ibid. c. 124. Et de epiſcopo qui Donatiſtis ſe communicaſſe mentitus fuerat, idem decrevit concilium, ut *ſi probatum fuerit eum de communione illorum fuiſſe mentitum, dicendo eis ſe communicaſſe, quos eo ſciente non communicaſſe conſtiterit, etiam epiſcopatum amittat.*

Unde veſtra fraternitas inter me & illum diſcernat, atque decernat, ut ſi ego, licet mendaciter me talia illum docuiſſe vel hortatum fuiſſe, ſicut ipſe dicit, confiterer, reus criminis epiſcopatum deberem amittere: quid ille mereatur qui mendaciter me calumniatur, non ſolum participem, verum & auctorem in his ſuis impiis excommunicationibus eſſe. Unde etiam antiquorum patrum canones ſanxerunt, ſcribentes ad epiſcopos per Gallias & quaſcumque provincias conſtitutos, hoc modo: *Nec illud, fratres, ſcribere alienum ab eccleſiæ utilitate cenſuimus, ut ſciretis, quicumque ſub ordinatione vel diaconatus, vel presbyterii, vel epiſcopatus mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos, a ſupradictis ordinationibus ſubmovendos:*

PARS II

nis: ſcilicet vel veri confeſſione, vel mendacio falſitatis. Neque enim abſolvi poterit, qui in ſeipſo dixerit mortis cauſam, quæ dicta in alium puniretur; cum omnis qui ſibi fuerit mortis cauſa, major homicida ſit. Quod enim in hac ſententia canonum dicitur, Quicumque ſub ordinatione vel diaconatus, vel presbyterii, vel epiſcopatus, mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos, a ſupradictis ordinationibus ſubmovendos: nemo tamen ſapiens hæc de ſola luxuria, & immunditia, vel pollutione carnis dictum intelligit, cum ſcriptum ſit, *Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Deus qui ſuperbis reſiſtit.* Et in evangelio dicit: *Quæ de corde exeunt, hæc coinquinant hominem.* Et S. Gregorius dicit, quia *per humilitatis cuſtodiam ſervanda ſemper eſt munditia caſtitatis.* Et item dicit, quia *aliquando minus eſt in corporis corruptionem cadere, quam in cogitatione tacita ex deliberata elatione peccare. Neque enim rex Babyloniæ tunc reus de elatione extitit, cum ad elationis verba pervenit. Quippe qui ore prophetico & ante, cum ab elatione tacuit, ſententiam exprobrationis audivit. Nam diſtrictus judex prius inviſibiliter vidit, quod poſt publice feriendo, reprehendit. Unde & in irrationabile hunc animal vertit, ab humana ſocietate ſeparavit, agri beſtiis mutata mente conjunxit, ut diſtricto videlicet, juſtoque judicio homo quoque eſſe perderet, qui magnum ſe ultra homines æſtimaſſet.* Et item ſcriptura dicit: *Initium omnis peccati ſuperbia:* quæ mater eſt inobedientiæ, & regina omnium vitiorum, qua de cælo cecidit archangelus, & factus eſt diabolus, *qui eſt rex ſuper univerſos filios ſuperbiæ.* Mortale igitur peccatum eſſe ſuperbiam, nemo qui neſciat. Sed & inobedientiam, propter quam homo eſt ejectus de paradiſo, & de qua hic frater meus arguitur, omnes mortale peccatum novimus. De qua etiam ſcriptura dicit: *Quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare; & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere.* Unde S. Gregorius: *Sola eſt,* inquit, *quæ fidei meritum poſſidet obedientia, ſine qua quiſque infidelis convincitur, etſi fidelis eſſe videatur.*

## CAPUT XXXI.

*Quod excommunicationem a ſe factam fruſtra excuſare conatur.*

Et frater Hincmarus, excommunicationem, de qua agitur, ſe egiſſe in ſuis rotulis conſitetur. Quam mortalem fuiſſe, & in plurimorum perditionem, in nullius autem ſalvationem a ſe abſque ulla diſcretione intentatam denegare non poteſt. De qua ſatis egit, ut ſe valeret contegere tam de apoſtolicæ ſedis calumnia, dicendo ab eadem ſancta ſede illam excommunicationem præinditam, & ſibi fore auctricem: quam & dicendo ſuper me falſa: quaſi ego illi & exemplo faciendam oſtenderim, & verbo agendam docuerim; quatenus exitiabiliter egiſſe a me non poſſet redargui. Sed quo fructu, ac cujus mercedis intuitu illam fecerit, in rotula per Clarentium mihi directa manifeſte denudat, dicens, ad excuſandas excuſationes in peccatis, ut impleat peccata ſua ſemper. *Docet quidem papa Alexander in fine ſuæ epiſtolæ, quod non tantum attendenda ſunt quæ fiunt, quantum quo animo fiunt. Nempe cum hoc examuſſim tam in vobis, quam in me fuerit perſcrutatum, patebit illico inde æquitatis emolumentum.* Et quæ ſequuntur uſque ad hanc ſententiam: *Quod non me, pro me dicere reamini, quaſi propria inſtigatum injuria. Quia, Deo teſte, pro cavendo potius eccleſiaſtici ordinis detrimento, vobis ſcribo, uti ſcriptum eſt: Nolite locum dare diabolo.*

Habetur apud Hinc. Laudun. to... ep. 616

Ephes. 4.

Quibus verbis aperte oſtendit, ſe ſuſtinere non velle, ut auctoritas metropolitana, ſecundum regulas, exceſſus illius corrigendi ullam habeat poteſtatem: & quem violatorem apoſtolicæ ſedis decreta, & delinquentem contra omnes leges tam divinas quam humanas ſignificet, qui legit, vel audit, intelligat: & cui væ propheticum imminere ea docenti, per quæ hæc fieri quoquomodo a quibuſcumque præſumantur: & quem in ipſo ſacroſanctam religionem prævaricatum fuiſſe convictum dicat, aperte in ſuperiori capite demonſtravit, in quo me ſuum traditorem vocavit. Verba quoque S. Alexandri corrupte interpretatus eſt. Ubi enim idem ſanctus dicit: *Non tantum attendenda ſunt quæ fiunt, quantum quo animo fiant.* Paulo poſt ſubſequitur, inquiens: *Unde & illud eſt, quod Dominus ad munera Abel reſpexit, & non ad Cain: quia magis intendit ad offerentis animum, quam ad ea quæ offeruntur.* Hinc B. Gregorius: *Ab omnipotente Deo munus non accipitur, quod corde obligato in malitia offertur: quia omne quod Deo datur, ex dantis mente penſatur, quia in his quoque animo geruntur, ignoratur a proximis. Apud Deum igitur bona vera commendat intentio pura: quoniam non eſt arbor mala faciens fructum bonum. Arbor namque homo, fructus autem opera ſunt ipſius.* In apertis autem malis non eſt neceſſe intentionem requirere cordis: quia non eſt arbor bona, quæ facit fructus malos. Dicit enim apoſtolus: *Manifeſta autem ſunt opera carnis;* poſt quorum enumerationem ſubdit ſpiritus fructus. Inconvenientem ergo interpretationem præcepti Domini ad primos parentes noſtros, non humilitatem quacumque ſimulatione collectam; ſed nullam ſuperbiam frater Hincmarus ſe excuſando de ſua pernicioſa excommunicatione oſtendit: quia, ut beatus dicit Gregorius: *Veræ humilitatis teſtimonia ſunt, & iniquitatem ſuam quemque cognoſcere,* * *& cognitam voce confeſſionis aperire. At contra, uſitatum humani generis vitium eſt, & labendo peccatum committere, & commiſſum negando defendere,* * *& convictum defendendo multiplicare.*

Similiter & apoſtoli ſententiam ad ſuum ſenſum violenter inflectens, dicit: *lex propter tranſgreſſores poſita eſt.* Quæ juxta ipſius ſenſum ad quem illam retorſit, ita exponi poteſt; ac ſi diceret: Tranſgreſſus ſine timore legem, contra legem, excommunicationis poſui legem, quam rex timeret, & me contingere non auderet: & prædicans non furandum, furari non timui; & abominans idola, ſacrilegium feci. Deinde ponens Gregorii verba dicentis: *Qui non corrigit reſecanda, committit.* Ac ſi patenter diceret: in me reſecanda, in multos excommunicando commiſi, ut hoc facto nemo in me reſecanda auderet corrigere. Demum ſubſequitur: *Deo teſte, pro cavendo potius eccleſiaſtici ordinis detrimento vobis ſcribo.* Quibus verbis evidenter oſtendit, qua intentione illam excommunicationem fecerit: videlicet ſuæ irrationabilitatis caſtigationem, vocans eccleſiaſtici ordinis detrimentum, ut rex illam excommunicationem pertimeſceret, & illum rebellantem contra ſe contingere non auderet: & ipſe, qui pro Dei timore ſe non cohibebat, nec diſtringi a quoquam hominum revereretur, & propriæ voluntatis motus ut libenter, ita etiam exequi poſſet licenter. Tandem addidit: *pro cavendo eccleſiaſtici ordinis detrimento vobis ſcribo, ut ſcriptum eſt: Nolite locum dare diabolo.* Quod apoſtoli teſtimonium, dum non apoſtolico, ſed apoſtatico ſenſu in alium jaculare voluit, in ſeipſum retorſit. Sicut ipſe apoſtolus ad Epheſios aperte demonſtrat, dicens: *Iraſcimini, & nolite peccare.* Pſalm. 4.

Sol

ANNO CHRISTI 871.

Refellitur.

Gregor.

Galat. c. 5.

Greg. in Pſ. pœnit. Pſ. 3.
* al. annunciatam ſatisfactione pœnitentia delere.
* al. & vulgatum defend. multiplic.

Greg. lib. 7. epiſt. ...

ANNO CHRISTI 871.

Ephes. c. 4.

Gregor.

*Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Nolite locum dare diabolo.* (A) *Per iram*, inquit Gregorius, *lux veritatis amittitur, quia cum menti iracundia confuſionis tenebras incutit, huic Deus radium ſuæ cognitionis abſcondit.* Ipſe ergo in ſe locum diabolo principi tenebrarum, ſcilicet iniquitatum, donavit, qui radium cognitionis Dei, qui lux eſt, per iracundiam menti ſuæ confuſionis tenebras incuſſit, ut videre non poſſet, quam magnum malum in ſua pernicioſa excommunicatione, de qua ſe excuſando accuſat, perpetrare non metuit: ille eccleſiaſticas, immo divinas leges tranſgreſſus eſt, & locum diabolo dedit, ut ſine baptiſmo & communione mortuos homines raperet; ne locum contingendi eum contra ſuam voluntatem quis habere auderet. Verumtamen ſecundum ſuam in (B) telligentiam, eamdem apoſtoli ſententiam adulterino ſenſu hic poſuit: qua de cauſa in ſynodis plures fuiſſe damnati leguntur.

## CAPUT XXXII.

*Refertur magna pars epiſtolæ Hincmari Laudunenſis de ſubſcriptione quam fecit in ſynodo apud Attiniacum.*

Epiſtola Laud. quæ incipit, *Relegi ſanctam*, habetur poſt ep. 31. 150.

Et in rotula quam mihi 16. Kalend. Julias miſit, ita ſcribit: *Quia me ſæpe de ſubſcriptione redarguitis, quam in eadem ſynodo* (ſcilicet apud Attiniacum habita) *primo violenter per regiam poteſtatem, & poſtea fraudulenter a me extorſiſtis,* (C) *compendioſe aliqua nunc reſpondebo, plura, ſi neceſſe fuerit, ſuo reſervans in tempore. Nam ſicut jam vobis reſcripſi, ad illam ſynodum pro reſponſione ad litteras domni apoſtolici me vocaſtis: ad quam veniens non illam me introire permiſiſtis, ſed extra fores, ut privilegio veſtræ ſedis ſubſcriberem, mandaſtis. Et ego reſpondi, quia nunquam contra privilegium veſtrum feciſſem: unde nec neceſſitas, nec ratio erat, ut a me illam ſubſcriptionem requireretis. Dum autem ex hoc magis ac magis in craſtinum fatigarer, reclamavi me per epiſtolam papæ Leonis ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum directam,*

Leo ep. 84. * al. qua.

* *qui ait ad locum; non enim neceſſarium fuerat, ut obligaretur ſcripto, qui obedientiam ſuam ipſo jam voluntarii adventus probabat officio. Deinde cum nec* (D) *hoc adjuvaret, proclamavi per libellum, de quo ſuperius memoravi, legens capitulum iſtud. Quotieſcumque epiſcopi ſe a ſuis comprovincialibus, vel a metropolitano putaverint prægravari, aut eos ſuſpectos habuerint, mox Romanam appellent ſedem: & ſic uſque ad finem capitis percurri, quod & ſuperius integrum deſcripſi. Legi meæ vocationis a domno apoſtolico litteras. Quod neutrum mihi profuit. Me autem hæc agente, domnus rex veſtra factione inſtigatus, qui priori die dixerat, ſe mihi nihil ex ſua parte diſcredere; minatus eſt, quia tantum me meoſque oneraret, quantum plus valeret, niſi illam ſubſcriptionem facerem. De me autem mihi parum erat. Videns autem quia mei homines cogerentur revadiare, quod me in villam Pauliacum ſequuti fuerant,* (E) *cum jam domum cum Harduico archiepiſcopo iturus eſſem, acceſſit Frotarius archiepiſcopus ad me, alloquens cur non adquieſcerem ut ſubſcriberem, quia nihil periculi erat: cui reſpondi, quia aliter hoc non facerem, niſi & vos debito eccleſiæ meæ privilegio mihi * ſubſcriberetis ſervando, uti Antiochenum conſtituit concilium: ne demum mihi quaſi pro occaſione hujus ſubſcriptionis aliquod præjudicium niteremini inferre. Qui reſpondit: certe hoc ille nullatenus tibi contradicet. Et ſpopondi eo tenore * mihi hoc eſſe facturum. Et petii mihi ipſam ſubſcriptionem oſtendi. Quam dum mihi oſtenderitis, quædam*

pag. 149. & inter. p. 161.

* al. ſcriberetis.

* al. me.

(A) *quibus non acquievi, deleta ſunt, & quædam addita: videlicet, ut ibi haberetur, ſecundum decreta ſedis apoſtolicæ. Eſt autem ipſa ſubſcriptio talis: Ego Hincmarus Laudunenſis eccleſiæ epiſcopus amodo & deinceps domno ſeniori meo Carolo regi ſic fidelis & obediens ſecundum miniſterium meum ero, ſicut homo ſuo ſeniori, & epiſcopus per rectum ſuo regi eſſe debet. Ac privilegio Hincmari metropolitani provinciæ Rhemorum eccleſiæ ſecundum ſacros canones & decreta ſedis apoſtolicæ, ex ſacris canonibus promulgata, pro ſcire & poſſe me obediturum profiteor. Quam mecum deferens domum, hanc mihi a vobis * ſcribendam dictavi. Et ego Hincmarus Rhemorum archiepiſcopus tibi Hincmaro Laudunenſis eccleſiæ * epiſcopo, tuum debitum, ſacris præcipientibus canonibus,* (B) *privilegium conſervabo; & in quibuſcumque eccleſiaſticis negotiis indigueris, ſecundum ſacras regulas, debitum tibi jure adjutorium archiepiſcopali auctoritate adhibebo. Hanc autem vobis per Fredericum Harduici archiepiſcopi presbyterum miſi: & remandaſtis mihi per eumdem, quia voluntarie illud faciebatis: & ſic in ſynodo relegi, & ſubſcripſi. Vos autem penitus ſubſcriptionem, quam promiſeratis, dimiſiſtis: ſed verbis fuiſtis profeſſi quod in quibuſcumque me juſte, & rationabiliter poſſetis ſecundum veſtrum miniſterium adjuvare, feciſſetis. Ego autem nunquam contra privilegium ſedis veſtræ quicquam egi; neque contra ullius epiſcopi privilegium, Deo propitiante, unquam acturus ero.*

PARS II.

Profeſſio Hincmari Laudunenſis.

* al. ſubſcribendam.

* al. epiſcopo.

Contra quæ ſcriptum eſt: *Filius ſtultus dicit* (C) *ſe eſſe juſtum, ſed exitum ſuum non abluit.* Et aliis interpoſitis ad hanc ſuam ſubſcriptionem reſilivit, dicens:

*Ac ſi etiam in ſubſcriptione illa aliquid haberetur, quod forte intolerabile foret, beatus papa Alexander, quintus poſt principem apoſtolorum Petrum, mihi manum porrigeret, qui ſuis ita inquit decretis, ad locum. Similiter ſi hujuſmodi perſonis quædam ſcripturæ quoque modo per metum, aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel ut ſe liberare poſſint, 12 quocumque ab eis conſcriptæ, aut roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præjudicium aut nocumentum, provenire cenſemus: neque ullam eos infamiam vel calumniam, aut a ſuis ſequeſtrationem bonis, unquam auctore Domino, & ſanctis apoſtolis,* (D) *eorumque ſucceſſoribus, ſuſtinere permittemus. Confeſſio vero in talibus non compulſa, ſed ſpontanea fieri debet: ipſo adteſtante qui ait: Ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blaſphemiæ, & cetera, quæ ſunt ad hæc pertinentia. Nec tantum adtendenda ſunt quæ fiunt, quantum quo animo fiant. Si non ſunt tantum adtendenda quæ fiunt, quantum quo animo fiunt: quo animo ego illud fecerim, neque parum ſciens potui ignorare: qui etiam multo plura tunc eſſem facturus, ut meos qui innoxii erant, & cauſa mei opprimebantur, poſſem liberare.*

Ibid. p. 113. Alexand. epiſt. 1.

Matth. c. 15.

*Et ne ſolus hic ſanctus papa Alexander hæc decreviſſe putetur: quid beatus Gregorius, quem venerabiliter ſuſcipitis, de hoc ſentiat, apparet, ad* (E) *Conſtantium Mediolanenſem epiſcopum de Pompeio epiſcopo ſcribens ita. Nunc igitur, quoniam illa quæ contra eum dicta ſunt, & geſta quæ exinde apud fraternitatem veſtram confecta ſunt, neque ad condemnationem, neque ad abſolutionem ejus probantur, poſſe ſufficere: non levis * res igitur incaute, vel in tranſcurſu non debet diffiniri. Nam grave eſt ſatis, & indecens, ut in re dubia, certa dicatur ſententia. Et hæc geſta quidem eſſe poterant ad diffiniendum * idonea, ſi accuſati ea confeſſio ſequeretur: ſi tamen eamdem confeſſionem ſubtilitas examinis ex occultis eliceret, & non afflictio vehemens extorqueret: quæ frequenter hoc agit, ut noxios ſe fateri*

Greg. l. 8. ep. 30.

* al. res agitur ut in c. vel in tranſc. debeat deſiniri.

* al. ſatis idonea.

etiam

PARS II

*etiam cogantur innoxii. Nam poſtquam præfatus epiſcopus, ut dicitur, * cruciari, cremarique fame * ſe aſſeruit, ** ſcire debemus, ſi ita eſt, * utrum noceat, ſi ſic fuerit extorta confeſſio. Certe ſi non nocet extorta confeſſio, non nocet extorta ſubſcriptio.*

* al. cruciari cuſtodia. * al. ſe aſſeruit. ** ſcire debetis. * al. ut non noceat.

## CAPUT XXXIII.

*Hincmarus archiepiſcopus ſuperiores objectiones vera rerum geſtarum narratione diſſolvit.*

*Reſp. ad 1. objeſt.* CUjus verba ſingillatim recenſeamus. Dicit in eadem ſynodo, primo violenter per regiam poteſtatem, & poſtea fraudulenter a me fuiſſe ab illo ipſam ſubſcriptionem extortam. Domnus rex, Deo gratias, & ætatem, & ſapientiam, & virtutem, & locum pro ſe reſpondendi habet: & de hoc facto plures habet & archiepiſcopos, & epiſcopos veridicos teſtes.

*Ad. 2.* „ Quod dicit poſtea, illam a me fuiſſe ab eo fraudulenter extortam, non eſt verum. Nam ſoluta ſynodo illa die, in craſtinum convenienda, poſtquam domnus rex ab ea domo abſceſſerat, & quidam epiſcopi in eadem domo, ſicut cuique convenit, cum ſuo fratre loquebatur: & ego juxta quamdam feneſtram ſtans cum fratre Odone loquebar, venit ad me Frotarius archiepiſcopus, & Æneas epiſcopus, & dixerunt mihi coram Odone, quia frater Hincmarus vellet profeſſionis libello ſubſcribere, & de domni regis obedientia: & eſſemus inter nos pacifici ſicut pater & filius, ac archiepiſcopus & epiſcopus eſſe debent. Quod ego gratanter recepi; & ab alia feneſtra, juxta quam ſtabat Hincmarus cum aliis epiſcopis, adduxerunt eum ad me: & ipſe Hincmarus petiit, ut liceret illi loqui ſolo mecum ſolo. Et ſeceſſi cum eo juxta parietem domus; & dixit mihi, quod pro me nihil dubitaret in illa ſubſcriptione, ſed pro eo qui poſt me erit in illa ſede metropoli. Et ego ei reſpondi, ut ille ipſe libellum dictaret ſicut vellet; & petiit ut ego illum dictarem. Et reverſi ſumus ſimul ad feneſtram juxta quam Æneas & Odo ſtabant: & dixi Odoni ut acciperet ſuas tabulas, & exciperet in illis libellum cui Hincmarus deberet ſubſcribere. Et excepit Odo, ſicut tunc ſimul dictavimus. Et dixi illi, ut quicquid ibi vellet aut mutare, aut ſubtrahere, aut addere, faceret: ſicut & factum eſt. Et dixi ego Odoni, ut in craſtino illum apportaret ſcriptum, & in ſynodo ei Hincmarus ſubſcriberet. Hincmarus autem reſpondit, quia febris illum tangebat, & ſtatim ſe inde vellet deliberare, ut ſanguinem poſſet minuere. Ego autem juſſi Odonem ire ad Cancellarium regis, & accipere ab illo pergamenum, & atramentarium, & ſcriberet illum cito. Interea dixi Æneæ, cui tunc auſcultabat Hincmarus, quod melius eſſet ut in craſtina expectaret; & perſuadente Ænea acquievit ita Hincmarus. Et in craſtina veniens in ſynodo profeſſus eſt ſecundum quod in illo libello continetur. Et porrigente ſibi Odone pennam, coram omnibus, ſicut tunc paruit, eidem libello ſponte ſubſcripſit; & regi, & mihi manu ſua porrexit. Et tunc domnus rex pacem illi dedit: & ego poſt illum. In craſtino autem antequam in domum intrarem, in quam epiſcopi convenire debebant: Harduicus epiſcopus in alia domo mecum loquens, ſecretiſſime dixit mihi, quod Hincmarus mihi mittebat unum parvulum ſcriptum, petens, ut ei ſubſcriberem. Et occulte illum mihi dedit; ego autem illum ſuſcepi, & in ſinum meum miſi. Quem poſtea non legi, antequam in via eſſem, qua ad manſionem meam redibam. Et coram Odulfo epiſcopo qui mecum ibat, primum idem ſcriptum relegi; poſtea nec Hincmarus, nec aliquis alius inde mecum rationem habuit. Verum & Fredericus presbyter Harduici, unquam de illo libello mecum ullam rationem non habuit. Et per talem fraudem, ſicut auditis, eandem ſubſcriptionem ab eo extorſi.

*Feſtiva narratio de profeſſione compoſita & ſubſcripta.*

ANNO CHRISTI 871.

*Ad. 3.* Quod dicit illam profeſſionem, antequam ei ſubſcriberet, ſuam domum portaſſe, non eſt verum. Quia poſtquam Odo epiſcopus eam in tabulis ſuis excepit, ſcriptam Hincmarus illam non vidit; uſquequo 16. Kal. Jul. 3. indictionis eidem profeſſioni in ſynodo coram omnibus qui adfuerunt epiſcopis, & coram domno rege ſubſcripſit: & domno regi, ac mihi porrexit, & ei in ſynodo exemplar illius donavi. In craſtino autem, id eſt, 15. Kal. Julias domnus Harduicus archiepiſcopus, tali modo ſicut præmiſi, libellum ab eo mihi directum dedit. Et nihil poſtea, quamdiu in Attiniaco fuimus, inde Hincmarus vel verbo, vel ſcripto quiddam mihi dixit. Qui etiamſi mihi aliquid inde dixiſſet, reſponderem illi ex Jacobo: *Petis, & non accipis, eo quod male petis.* Quia injuſtum atque inrationabile eſt, ut archiepiſcopus a ſacris canonibus exorbitans, excedenti epiſcopo ſuffraganeo, & a ſe ordinato, profeſſionis ac ſubſcriptionis ſuæ libello ſatisfaciat. Sicut enim ſecundum ſcripturam, minor a majore benedicitur: ita prorſus minor a majore, & non major a minore judicatur, ligatur, & ſolvitur: ſicut & in decretis B. Gelaſii demonſtratur. *Hinc. ep. 35. p. 601.*

*Ad 4.* De eo quod ſubſequitur: *Nam ſicut jam vobis reſcripſi, ad illam ſynodum pro reſponſione ad litteras domni apoſtolici me vocaſtis: ad quam veniens, non illam me intrare permiſiſtis; ſed extra fores, ut privilegio veſtræ ſedis ſubſcriberem, mandaſtis.* Dicat, per quem hoc illi extra fores mandavi; & oſtendat, quomodo verum eſſe poſſit, quoniam ad ſynodum veniens, non illum eam ego intrare permiſerim. Nam poſtquam ad Attiniacum venit, quandocumque in ſynodo fuimus, & ipſe interfuit: & coram illo in ſynodo ea quæ ſemel & ſecundo pro diſſolvendis ipſius impiis conligationibus ad eum ex evangelica veritate, & ex decretis apoſtolicæ ſedis decreveram, relecta fuerunt. Et in ſynodo coram illo, omnibus audientibus, Otulfus epiſcopus dixit, eum ſæpe dicere, ſicut & alii cum eo audiebant epiſcopi, quod plenam buccam de aqua non valerent illa quæ legebantur.

*Ad 5.* Quod dicit ſe reſpondiſſe, quia nunquam contra privilegium meum, quod in metropolis civitatis dignitate accepi, feciſſe: vos judicate, ſi contra privilegium metropolitanum in his quæ audiſtis quoquo modo fecerit.

*Ad 6.* Quod dicit ſe ſedem apoſtolicam appellaſſe: dicat quis ei contradixit, ut ſuam appellationem non proſequeretur.

*Ad 7.* Quod dicit, qua domnus rex mea factione inſtigatus, qui priori die dixerat, ſe nihil illi ex ſua parte diſcredere; & poſtea illum minatus eſt: domni regis reſponſio valebit ſufficere.

*Ad 8.* Quod dicit, quia ſui homines cogerentur revvadiare, quod illum in villam Pauliacum ſecuti fuerant: ſi revvadiabant, quia inrationabiliter eum in Pauliacum ſequuti erant, negare non poteſt ſe eſſe auctorem ipſius inrationabilitatis.

*Pauliacus villa, Baulcourt, ou Paillcourt.*

*Ad 9.* Quod dicit, ſi etiam in ſubſcriptione illa haberetur aliquid, quod forte intolerabile foret, B. papa Alexander illi manum porrigeret. Videamus quomodo illi conveniat, & manum illi porrigat quod S. Alexander decrevit. Ait enim in epiſtola omnibus orthodoxis per diverſas pro-

vincias

ANNO CHRISTI 871

Alexand. ep. 2.

vincias Domino famulantibus: *Eſt etiam & hoc ad hanc ſanctam perlatum ſedem quod pudet dicere; & non ſolum ſacerdotali, ſed etiam omni Chriſtiano nomini eſt inimicum. Id eſt, quod nonnullos epiſcopos aut ſacerdotes aut metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt, * aliquas confeſſionis ſuæ in alteram partem quam debeant, aut pro ſuarum non requiſitione rerum; aut, quod deterius eſt, * alieni erroris ſectas, ſcripturas facere, & propriis manibus roborare, & coram populis recitare atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus & ergaſtulis recludi, ut ſaltem his territi inſidiis devient Domini ſacerdotes, & ſuis faveant voluntatibus.* Et plurimis capitulis interpoſitis iterum hinc dicit ad locum, quæ Hincmarus adulterantium modo in rotula ſua poſuit: *Similiter ſi hujuſmodi perſonis quædam ſcripturæ quoquo modo per metum, aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel ut ſe liberare poſſent, quocumque ab eis conſcripta vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præjudicium aut nocumentum provenire cenſemus: neque ullam eos infamiam, aut calumniam, aut a ſuis ſequeſtrationem bonis, unquam auctore domno, & ſanctis apoſtolis eorumque ſucceſſoribus, ſuſtinere permittemus. Confeſſio vero in talibus non compulſa ſed ſpontanea fieri debet: ipſo atteſtante qui ait: Ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blaſphemia, & cetera, quæ ſunt ad hæc pertinentia. Nec tantum attendenda ſunt quæ fiunt, quantum quo animo fiant.* Et paulo poſt: *Unde & illud eſt, quod Dominus ad munera Abel reſpexit, & non ad Cain; quia magis adtendit ad offerentis animum, quam ad ea quæ offeruntur.*

* al. aliquos

* al. pro alieni erroris ſecta,

Matt. c. 15.

Geneſ. c. 4.

Expenditur dictum Alexandri.

Conferamus verba B. Alexandri cum profeſſione, ac ſubſcriptione Hincmari. Alexander dicit nonnullos epiſcopos vel ſacerdotes, aut metu compelli, aut vi extorqueri, aut fraude decipi, aliquas confeſſionis ſuæ in alteram partem quam debeant, aut pro ſuarum non requiſitione rerum, aut, quod deterius eſt, alieni erroris ſectas, ſcripturas facere, & propriis manibus roborare, & coram populis recitare atque confiteri. Et Hincmarus profeſſus eſt, atque ſubſcripſit hoc modo: *Ego Hincmarus Laudunenſis eccleſiæ epiſcopus amodo & deinceps domno ſeniori meo Carolo regi ſic fidelis & obediens ſecundum miniſterium meum ero, ſicut homo ſuo ſeniori, & epiſcopus per rectum ſuo regi eſſe debet. Ac privilegio Hincmari metropolitani provinciæ Rhemorum eccleſiæ, ſecundum ſacros canones & decreta ſedis apoſtolicæ ex ſacris canonibus promulgata, pro ſcire & poſſe me obediturum profiteor, & ſubſcribo.* In qua profeſſione & ſubſcriptione nihil continetur de his quæ ſervari non debent: nec aliquid ibi ſonat de confeſſione in alteram partem quam debeat, neque pro ſuarum non requiſitione rerum, neque de ſectis alieni erroris: nec eum quiſquam, ut ſubſcriberet, aut in carcere, aut in ergaſtulo reclusit, ut his territus inſidiis, Domini deviaret ſacerdos, & voluntatibus alienis faveret.

## CAPUT XXXIV.

*Ejuſdem refutationis continuatio.*

Ad 10. Hincm. Laudun. ibid.

De eo quod ibidem ſubſequitur: *Si non ſunt tantum adtendenda quæ fiunt, quantum quo animo fiant; quo animo ego illud fecerim, neque parum ſciens poterit ignorare: qui etiam multo plura tunc eſſem facturus, ut meos qui innoxii erant, & cauſa mei opprimebantur, poſſem liberare.* Paulus apoſtolus dicit: *Lex non eſt poſita juſtis, ſed injuſtis.* Et hinc S. Leo dicit ſcribens ad

1. Timot. 1.

A Ravenium: *Juſto quippe ideo dicitur lex non eſſe poſita, quia normam præceptionis implet judicio voluntatis.* Si ſui qui eum ad Pauliacum ſequuti fuerunt, revvadiaverunt per legem, quod contra legem commiſerunt, innoxii non erant; & domnus rex ut noxios diſtringere juſſit: quantum audemus dicere, contra regium miniſterium fecit. Si judices regii contra legem innoxios, velut noxios diſtrinxerunt, prævaricatores legis fuerunt: ſi * arbitros innoxios, velut noxios judicaverunt, auctoritatem & locum judicii amittere meruerunt. Quia vero nec ipſe, nec aliquis ſuorum, ſe tunc in judicio pati præjudicium reclamavit: & S. Gregorius ſæpe juxta leges & canones terminari decrevit judicia: & ex interpretatione le-

B gis Honorii & Theodoſii dicitur, quoniam *quicumque quod in judicio adverſario præſente non repetiit, poſtea de eadem re litem aliam non poterit inchoare. Legem conculcat, qui contra legem, legaliter judicata, etiam ſcripto, rediviva lite condemnat.* Et quia perſonas privatas ſuos homines contra legem diſtrinxiſſe, vel judicaſſe Hincmarus probare non poteſt: conſtat, ſi ſui homines legaliter revvadiarunt, quod contra legem commiſerunt, innoxii non fuerunt. Et qui * ſe conduxiſſe illos, ut eum ad commiſſum illud quod revvadiaverunt, ſequerentur, qui noxii fuere probati: innoxius rite dici non poteſt, & noxius innoxios facere ſuo teſtimonio nequit.

PARS II.

Leo ep. 90.

* forſ. arbitri.

* deeſt dicit.

De hoc quod dicit, S. Gregorium ſcripſiſſe a

C Pompeio epiſcopo *cruciato, crematoque fame * extorta confeſſione:* nos in illa ſynodo ſatis ſuperque illum vidimus corpulentum, atque conferſum; & non cruciatum neque necatum fame ut profiteretur ac ſubſcriberet, vidimus vel audivimus.

Ad 11.

* forſ. extortam confeſſionem.

De hoc quod dicit: *Certe ſi non nocet extorta confeſſio, non obeſt extorta ſubſcriptio.* Puto clamare nunc contra illum de cælo, & clamaturos in divino judicio ducentos quatuordecim ſanctos epiſcopos, qui in Carthaginenſi concilio decreverunt, ut *ſi quis contra ſuam profeſſionem, vel ſubſcriptionem venerit in aliquo, ipſe ſe honore privabit.* Et dicentem ex ſua perſona: *Certe ſi non nocet extorta confeſſio, non obeſt extorta ſub-*

D *ſcriptio*: niſi pœnitentiam egerit, credo illum inter alia de hoc mendacio ab eiſdem ſanctis epiſcopis judicandum. Sed & a beato Gregorio condemnandum, qui ſcripſit ad Theoctiſtam patriciam: *Si qui ſunt qui dicunt, quia compulſus quiſpiam neceſſitate ſe anathematizaverit, anathematis vinculo non teneri, ipſi ſibi teſtes ſunt, quia Chriſtiani non ſunt: quia ligamenta ſanctæ eccleſiæ vanis ſe æſtimant conatibus ſolvere: ac per hoc nec abſolutionem ſanctæ eccleſiæ, quam præſtat fidelibus, veram putant, ſi ligaturas ejus valere non æſtimant. Contra quos diutius diſputandum non eſt, quia per omnia deſpiciendi & anathematizandi ſunt, & unde ſe fallere veritatem credunt, inde in peccatis ſuis veracius ligantur.* Et aliquanto ſupe-

E rius: *Et quia ſi compulſi aliqui de quibus reprehendebantur, anathematizare ſe dicerent, anathematis vinculo nullo modo teneri. Et ſi ſunt qui certiſſime talia ſentiunt, vel tenent, quia Chriſtiani non ſunt, dubium non eſt: eoſque & ego, & omnes catholici epiſcopi, atque univerſa eccleſia anathematizamus, quia veritati contraria ſentiunt, & contraria loquuntur.* Sed & mihi alia mendaciter impingit: ſed & ſuper ſcriptum quædam dicit, contra quæ longum eſt mihi ſcribere, & vobis audire.

Ad 10.

Conc. Carthag. cit.

Greg. l. 9. ep 39. cit.

C A-

PARS II.

ANNO CHRISTI 871.

## CAPUT XXXV.

*Quod tertio vocatus ad ſynodum non reſpondit, & ideo tractari debet ut contumax.*

ECce audivit vestra fraternitas, quomodo & in quantis ſcriptura fratris Hincmari ſit mendax. Et ſicut ſacræ leges dicunt, quia hoc in omnibus cauſis ſtatutum eſt, ut ſcripturam prolator affirmet: nam ſi is qui ſcripturam protulit, ejus non aſtruxerit veritatem, ut falſitatis reum eſſe retinendum. Et in concilio Epheſino, & Chalcedonenſi, ſed & in quinta, ac ſexta ſynodo, propriis ſcripturis & ſubſcriptionibus ſuis convictos, nullorumque aliorum accuſationem vel teſtificationem requiſitam, ſecundum ſacras leges, dicentes quoſcumque convinci ſcriptura vel teſtibus, legimus damnatos fuiſſe.

*Tertio vocati ad ſynodum, ſi non parent, damnantur.*

Sed & tertio vocatos, & venire detrectantes, (quanto magis poſt tot ac tantas commonitiones?) omni ſacerdotali officio etiam abſentes invenimus fore privatos. Sed & Joannem Antiochiæ tertiæ ſedis epiſcopum, quia blaſphemias contra Cyrillum ſecundæ ſedis archiepiſcopum per libellos emiſit, tertio vocatum, & non adeuntem Epheſinam ſynodum legimus ibidem fuiſſe excommunicatum. Necnon & Dioſcorum ſecundæ ſedis Alexandrinæ epiſcopum inter cetera, quoniam adverſus regularem ordinem & eccleſiaſticam egerit diſciplinam: inſuper etiam quia ad multos libellos plenos iniquitatibus contra archiepiſcopum ſuum primæ ſedis magnæ Romæ ſanctiſſimum & ſapientiſſimum Leonem, ſæpius eccleſiaſticos conculcans canones in concilio obtulit; privatum omni ſacerdotali miniſterio, ab eodem beatiſſimo Leone per vicarios ſuos in eadem magna ſynodo Chalcedonenſi; & tertio vocatum, quia ſynodo ſe præſentare contempſit, abſentem legimus fuiſſe damnatum.

*Ad trinam commonitionem qui non convenit, contumax eſt.*

Verum de trina commonitione ſacræ leges dicunt, quicumque tribus auctoritatibus judicis conventus, vel tribus edictis ad judicem fuerit provocatus, aut uno pro omnibus peremptorio, id eſt, quod cauſam extinguit, fuerit evocatus, & præſentiam ſuam apud eum judicem, a quo ei denunciatum eſt, exhibere noluerit, adverſus eum quaſi in contumacem judicari poteſt: Quin immo nec retractari per appellationem negotia poſſunt, quoties in contumacem fuerit judicatum ab ea ſententia quæ adverſus contumaces data eſt; neque appellari, neque in duplum revocari poteſt. Et hinc S. Gregorius ad Maximum Salonitanum epiſcopum: *Ita*, inquit, *fac, ut ad veniendum amplius jam moras non ingeras: ne ipſa te magis abſentia obnoxium his quæ dicuntur, aſſignet: & nos* * *inter hæc reo non ſolum propter dicta crimina quæ purgare ſubterfugis, ſed etiam propter inobedientiæ culpam, durius, ſcilicet ut in contumacem cogat ex concilio ferre judicium.* Et S. Cæleſtinus de trina vocatione ad Neſtorium ita ſcripſit: *Itaque quamvis jam frater Cyrillus* * *ſecundis te epiſtolis aſſerat eſſe conventum, intelligas volo poſt primam & ſecundam illius, & hanc correptionem noſtram, quam conſtat eſſe jam tertiam, ab univerſitate collegii & conventu Chriſtianorum te prorſus eſſe ſejunctum, niſi mox ea quæ male dicta ſunt, corrigantur, niſi in eam viam redeas, quam* * *Chriſtus eſſe teſtatur.* Et item in eadem epiſtola: *Perſequar plane* * *Domini mei fidelis ſervus inimicos: cum propheta aſſerat, eos odio ſe odiſſe perfecto. Moneor rurſus altero loquente, ne parcam.* * *Quem vis ergo reſpiciam, cui honoris aliquid ſervem, quando agitur ut mihi totius ſpei meæ cauſa tollatur?* Ipſius in evangelio verba ſunt Domini, quibus ait non ſibi patrem, non matrem, non filios, non aliquam neceſſitudinem debere præponi. Eſt enim frequenter talis pietas ex qua naſcatur impietas: cum vincente earum affectu carnis caritati illi quæ Deus eſt, caritas præponitur corporalis. Et S. Ambroſius in pſalmo 118. *Eſt juſta miſericordia, & eſt etiam injuſta miſericordia. Denique in lege ſcriptum eſt de quodam. Non miſerebitur illius. Et in libro regnorum legis, quia Saul propterea contraxit offenſam, quia miſeratus eſt Agag hoſtium regem, quem prohibuerat ſententia divina ſervari. Et ſi quis latronis filiis deprecantibus motus, & lacrymis conjugis ejus flexus abſolvendum putet, cui adſit latrocinandi affectus, nonne innocentes tradit exitio, qui liberet multorum exitia cogitantem? Certe ſi gladium reprimit, vincla diſſolvit; cur laxat exilia, cur latrocinandi qua poteſt clementiore via non eripit facultatem, qui voluntatem extorquere non potuit? Deinde inter duos, hoc eſt, accuſatorem & reum, pari periculo de capite decernentes, alterum ſi rem probaſſet, alterum ſi non eſſet ab accuſatore convictus, non id quod juſtitia eſt judex ſequatur; ſed dum miſeretur rei, damnet probantem, aut dum accuſatori favet qui probare non poſſit, addicat innoxium. Non poteſt igitur hæc dici juſta miſericordia: in ipſa eccleſia ubi maxime miſereri decet, teneri quam maxime debet forma juſtitiæ, ne quis a conſortio communionis abſtentus, brevi lacrymula, atque ad tempus parata, vel etiam uberioribus fletibus communionem, quam plurimis debet poſtulare temporibus, facilitati ſacerdotis extorqueat. Nonne cum uni indulget indigno, plurimos facit ad prolapſionis contagium provocari? facilitas enim veniæ, incentivum tribuit delinquendi. Hoc eo dictum eſt, ut ſciamus ſecundum verbum Dei, ſecundum rationem, diſpenſandam eſſe miſecordiam debitoribus. Medicus ipſe ſi ſerpentis interius vulneris inveniat cicatricem, cum debeat reſecare ulceris vitium, ne latius ſerpat, tamen a ſecandi urendique propoſito lacrymis inflexus ægroti medicamentis tegat, quod ferro aperiendum erat: nonne iſta inutilis miſericordia eſt, ſi propter brevem inciſionis vel uſtionis dolorem corpus omnino tabeſcat, vitæ uſus intereat? Recte igitur & ſacerdos vulnus, ne latius ſerpat, a toto corpore eccleſiæ, quaſi bonus medicus, debet abſcidere, & prodere virus criminis quod lateat, non fovere: ne dum unum excludendum non putat, plures dignos faciat, quos excludat ab eccleſia. Jure ergo apoſtolus divino nos hortatur exemplo, dicens: Vide ergo bonitatem & ſeveritatem Dei; in eos quidem qui ceciderunt, ſeveritatem; in te autem bonitatem, ſi permanſeris in bonitate.* Et ſanctus Gregorius in regula paſtorali: *Malorum*, inquit, *cum incaute amicitiis cingimur, culpis ligamur. Unde Joſaphat qui tot de anteacta vita præconiis attollitur, de Achab regis amicitiis pene periturus increpatur: cui a Domino per prophetam dicitur: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia jungeris; & idcirco iram quidem Domini merebaris; ſed bona opera inventa ſunt in te, eo quod abſtuleris lucos de terra Juda.* Et in homilia evangelii: *Multum*, inquit, *eſt, quod carnales affectus intentionem mentis diverberant, ejuſque actum obſcurant: ſed non declinant a recto itineris, qui arcam Dei portant in mente.*

*Objectioni reſpondet.*

Et ne quis dicat, beatum Cæleſtinum de tertia commonitione ſcripſiſſe ad Neſtorium hæreticum: attendendum eſt quod Hilarus papa dicit: *Quia non minus in ſanctorum traditionum delinquitur ſanctiones, quam in injuriam ipſius Domini*

Marginal notes: Greg. l. 5. ep. 103. — * al. In te hæc ret. — Cæleſtin. ep. 5. — * al. epiſtolis ſuis. — * al. ſe Chriſtus eſſe — * al. boni domini. — Pſal. 138 — * al. quem hic ego reſpic. — Matt. c. 10. — Ambroſ. in pſal. 118 — 1. Reg. 15. — Miſericordia injuſta — Pœnitentia diuturna. — Severitas in eccleſia neceſſaria. — Rom. c. 11. — Gregor. paſtor. curæ, parte 3. c. 1. admonit. 23. — 2. Paralip. 19. — Idem in evang. — Hilarus ep. 2.

*ni præſilitur*. Et hujuſmodi præſumptor, qui in ſanctarum traditionum pertinaciter ſanctiones delinquit, non inter catholicos eſt computandus, ſed cum ſchiſmaticis eſt condemnandus: quia ſicut in decretis apoſtolicæ ſedis ſcriptum eſt, quiſquis ſchiſmatico aſſenſerit, ſchiſmaticus eſſe negari non poterit. Quod etſi omnes ſacerdotes, & mundus aſſentiat, damnatio conſentientes involvit, non prævaricationem conſenſus abſolvit. Non enim crimen minuitur, ſed roboreſcit, cum generale fit ex privato. Hoc enim Deus omnium judicavit, qui peccatorem mundum generali diluvio interemit. Et his beatus Gelaſius concinit in decretis ſuis: ſicut maniſeſte ex ejus verbis hic poſſem oſtendere, ſi prolixitatem non devitarem.

ANNO CHRISTI 871.

*Concluſio qua monſtratur non obſtante appellatione ferri poſſe ſententiam.*

*...tio ſe accuſare negat Rhemenſis.*

HÆc omnia ſupraſcripta, ut ſæpe commemoravi, non cauſa mearum injuriarum, ſed evindicatione dignitatis mihi commiſſæ metropolis, contra fratrem Hincmarum contexui: nec ſacras leges & regulas collegi adverſus eum in cauſis propriis intentando judicium, ſed oſtendendo qualitatem, ac quantitatem ſuorum exceſſuum & mearum commonitionum; & quibus ac quantis conſtitutionibus pertinacem objecit contemptum. Veſtra vero Deo placita unanimitas, coram ſe recitata vigilanti diſcernat libramine: quia licet ſacerdotibus canones ignorare non liceat, levior tamen fuerat error, ſi per ignorantiam deliquiſſet, quam nunc, quia ſciens & prudens ex conſilio & ſtudio ſacrarum regularum per contumaciam tranſgreſſor exiſtit, quarum cuſtodiam & obſervationem profeſſione ac ſubſcriptione ſua firmavit. Duplici ergo reatu tenetur adſtrictus; qui non ſolum contra venerabilium patrum, ſed etiam contra ſua veniſſe decreta temere comprobatur. Utrum igitur Deo medio prolata ſententia, eum debeat percellere; an veraciter recognoſcentem, & humiliter ſupplicantem abſolvere, ſalvis ſanctorum conciliorum ſtatutis, & apoſtolicæ ſedis pontificum ex eiſdem ſacris canonibus promulgatis, & reſervato per omnia primæ & apoſtolicæ ſedis privilegio, ac Rhemorum metropolis jure: quod ex me eſt, conſilio, & judicio veſtræ unanimitatis committo: pro modulo meo ſequens dicta B. Cæleſtini ad Cyrillum epiſcopum de Neſtorio: *Studeo*, inquit, *quieti catholicæ, ſtudeo pereunti ſaluti, ſi tamen voluerit ægritudinem confiteri. Quod ideo dicimus, ne volenti* * *corrigere, forſitan deeſſe videamur. Nam* * *ſi & nobis ſuſtinentibus uvam, ſpinas ſibi addiderit, impleatur manentibus ſtatutis prioribus ſui fructu judicii, colligat quod ſulco diabolico ſeminavit, non noſtro conſilio, ſed ſe periturus auctore.* * *Probat nos veloces pedes ad effundendum ſanguinem non habere, quando ſibi etiam remedium cognoſcat oblatum.* Et hæc dico non præjudicans veſtræ deliberationi, utrum juxta hæc B. Cæleſtini verba veraciter recognoſcens, & humiliter ſupplicans, abſolvi; an pro tam diutina pertinaci in contemptum ſanctarum regularum permanſione debeat percelli. Quia ſicut a regulis præſtitutis de ceteris & maniſeſtis cauſis quæ in nullo nobis ſunt dubia vel obſcura, nulla aut negligentia aut præſumptione debemus diſcedere, ſicut Leo ad Anaſtaſium ſcribens decrevit: ita de quibus diffinitivas ſententias, quæ nulla poſſunt ratione convelli, a ſanctis patribus promulgatas habemus, nou debemus no-

Cæleſtin. ep. 10 apud Baron. an. 431.
* al. *ſe corrigere.*
* al. *etſi & nobis*
* al. *Probet.*
Leo ep. 84.



vum inire tractatum, vel novum expectare conſilium.

PARS II.

*De rebus jam definitis non eſt conſulenda ſedes apoſtolica*

Nec etiam ſedem apoſtolicam in requirendo inquietare, ſicut S. Innocentius ſcribens ad Macedones epiſcopos dicit: *Cum ſæpius*, inquit, *repeti feciſſem (quin ſcripta veſtra) adverti ſedi apoſtolicæ, ad quam relatio, quaſi ad caput eccleſiarum, miſſa currebat, fieri injuriam, cujus adhuc in ambiguum ſententia duceretur.* Et ad Felicem Nucerianum epiſcopum. *Stupuimus prudentem virum de his voluiſſe conſulere, quæ omnibus ſunt certa ratione comperta.* Et S. Zoſimus: *Sciat quiſquis hoc, poſtpoſita patrum, & apoſtolicæ ſedis auctoritate, neglexerit, a nobis diſtrictius judicandum, & loci ſui minime dubitet ſibi non conſtare rationem, ſi hoc putat poſt tot prohibitiones impune poſſe tentari. Contumeliæ enim ſtudio fit, quicquid interdictum toties uſurpatur.* Et S. Cæleſtinus: *Quæ enim a nobis res digna ſervabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum, pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa, frangatur?* Et item: *Quæ enim ſola admonitionis auctoritate non corrigimus, neceſſe eſt per ſeveritatem congruentem regulis vindicemus. Et* * *ideo omnia decretaiia conſtituta tam beatæ recordationis Innocentii, quam omnium deceſſorum noſtrorum quæ de eccleſiaſticis ordinibus, & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita a veſtra dilectione cuſtodiri debere mandamus: ut, ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi deinceps noverit denegari.* Et Gelaſius: *Satis indignum eſt, quemquam vel pontificem, vel ordinum ſubſequentium, hanc obſervantiam refutare, quam B. Petri ſedem videat edocere: ſatiſque conveniens ſit, ut totum corpus eccleſiæ in hac ſibimet obſervatione concordet, quam illic vigere conſpiciat, ubi Dominus eccleſiæ totius poſuit principatum.* Et item: *Non opus fuit nova ſynodo; cum veteris conſtituti ſufficienter hac forma præſcriberet.* Et item: *Nunquam ceſſiſſe manifeſtum eſt, qualibet neceſſitate cogente, noviter, quæ fuerant ſalubriter conſtituta, temeraſſe.* Et S. Gregorius ad Sergium defenſorem: *Si homo eſſes, aut aliquam* * *diſtrictionem habuiſſes, ita regularis diſciplinæ debuiſſes cuſtos exiſtere, ut ea quæ illic illicita committuntur, ante vindicta corrigeres, quam ad nos eorum nuncius perveniret.* Et poſt pauca: *Nam ſi quolibet modo in hac re negligens, vel lentus extiteris, ita in te diſtrictiſſime noveris vindicandum, ut quod ex te neſcis, pœna poſſis* * *ſecante cognoſcere.* Et domnus Hadrianus papa in epiſtola, ſicut audiſtis, nuperrime directa: *Fidelium*, inquit, *relatione comperimus, quod tua fraternitas debitum vigorem in provincia Rhemenſi non agitans, multa reprehenſione digniſſima a tuis comprovincialibus convaleſcant. Cujus rei gratia negligentiam veſtram his apoſtolicis affatibus excitamus, ut ſecundum venerandorum canonum regulas, ita omnium ordino comprovincialium tuorum ſynodice, ſalvo ſanctæ Romanæ eccleſiæ privilegio, reſeces vitia, ut privilegii tui coram Deo, noſtroque judicio non merearis ſuſtinere jacturam.*

Hinc. l. 55. Cap. c. 34.
Innocent ep. 17.
Id. ep. 3.
Zoſim ep.
Cæleſtin. ep. 11.
Ibidem
* S. Leo.
Leo ep. 1
Gelaſ. ep 11.
Greg. I. ep. 10.
* al. *diſcretionem.*
* al. *reſecante*
*Hadriani II. epiſtola ad Hincm. jam relata*

Et quia frater Hincmarus ſæpe non in canonico judicio, nec pro certis cauſſis, ſed pro animi ſui motibus, inregulariter ſedem apoſtolicam appellavit, & proſequi appellationem ſuam, etiam inregularem neglexit: ſi regulariter nunc appellare voluerit, ſic ſummiſſe & temperate legum & canonum ſunt exequendæ ſententiæ, ut & ipſe comedat fructus viæ ſuæ, ſuiſque conſiliis ſaturetur, & ſedes apoſtolica ſecundum ſacros canones, ut dignum eſt, honoretur; & nos pro diſſolutione regularis diſciplinæ redargui non mereamur. Nam de appellatione Conſtantinus Aug. ad Catulinum decrevit hoc modo. *Moratorias di-*

*Inregularis Hincmari appellatio.*
*Fruſtratoriæ appellationes.*

Ss *latio-*

PARS II.

*lationes, fruſtratoriaſque non tam appellationes quam judificationes admitti non convenit. Nam ſicut bene appellantibus negari auxilium non oportet; ita his contra quos merito judicatum eſt, inaniter provocantibus differri bene geſta non decet.* Et ex interpretatione legis Valentiniani, Valentis, & Gratiani Auggg. ad Claudium: Lex iſta hoc dicit: Cronopium epiſcopum a multis epiſcopis fuiſſe damnatum, & ſtuduiſſe eum, ante judicium, ſententiam quæ proferebatur, appellatione ſuſpendere, a qua ſententia, quia juſte prolata fuerat, appellare minime debuiſſet. In qua eum gravi mulcta, id eſt, 50. libras argenti addictum fuiſſe dicit. Quæ tamen ſumma ipſius mulctæ, non fiſco prodeſſe juſſa eſt, ſed pauperibus erogari. Unde apoſtolica ſedes diſcernet, ſi appellans epiſcopus bonam cauſam habebit: velut decrevit Sardicenſe concilium: *Si*, inquiens, *aliquis epiſcopus judicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, ut iterum concilium renovetur, ſi vobis placeat, ſancti Petri apoſtoli memoriam honoremus, ut ſcribatur ab his qui cauſam examinarunt, Julio Romano epiſcopo: & ſi judicaverit renovandum eſſe judicium, renovetur, & det judices. Si autem probaverit talem eſſe cauſam, ut non refricentur ea quæ acta ſunt: quæ decreverit, confirmata erunt.* Et hinc in c. 4. & 7. ordo appellationis epiſcopi poſt epiſcopale judicium ad apoſtolicam ſedem deſcribitur. Quem eodem modo exequentium Innocentius, Bonifacius, & Leo in decretis ſuis ex eiſdem ſacris canonibus apertiſſime promulgaverunt. Unde & Gelaſius ſcribit: *Confidimus quod nullus jam veraciter Chriſtianus ignoret uniuſcujuſque ſynodi conſtitutum, quod univerſalis eccleſiæ probavit aſſenſus, * nullam magis exequi ſedem * oportere, quam primam, quæ & unamquamque ſynodum ſua auctoritate confirmat, & continuata moderatione cuſtodit, pro ſuo ſcilicet principatu, quem beatus Petrus apoſtolus Domini voce perceptum, eccleſia nihilominus ſubſequente, & tenuit ſemper, & retinet.* Quam ſynodum Sardicenſem apoſtolica ſedes per Oſium Cordubenſem, & Gentium Capuenſem, & Calepodium Neapolitanum epiſcopos, ſuos vicarios confirmavit: & eccleſia nihilominus ſubſequente confirmatam tenuit ſemper, & retinet.

Conc. Sardic. can. 3.

Gelaſ. ep. 13.

* al. non aliquem.
* al. præ ceteris oportere

PARS III

## *RESPONSA EPISCOPORUM ad libellum proclamationis Caroli regis contra Hincmarum Laudunenſem epiſcopum.*

### CAPUT I.

*Præfatio epiſcoporum.*

DE his quæ contra fratrem noſtrum Hincmarum proclamans domnus rex nobis propoſuit, unde ſpatium ad reſpondendum petivimus, pro temporis brevitate quæ juxta ſanctarum ſcripturarum tramitem, traditionemque majorum, & auctoritatem ſacrarum legum & canonum invenimus, capitulatim proferimus.

### CAPUT II.

*De juramentis præſtitis & refragatis.*

Hincm. opuſc. 1. ad Carol. c. 1.

PRimo quidem de juramentis illi præſtitis, & ut in petitione ſua invenimus, refragatis. Unde catholicæ eccleſiæ doctores atque rectores ita dixiſſe legimus, quantum temeritatem jurandi vitare debeamus, & ipſe Dominus in evangelio, & Jacobus in epiſtola ſua docet, dicens:

A *Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum: ſit autem ſermo veſter, eſt, eſt, non, non, ut non ſub judicio decidatis*: illo videlicet judicio ſub quo decidit Herodes, ut vel pejerare, vel perjurium cavendo, aliud neceſſe haberet patrare flagitium. At ſi aliquid forte nos incautius juraſſe contigerit, quod obſervatum ſcilicet pejorem vergat in exitum, libere illud conſilio ſalubriori mutandum noverimus; ac magis inſtante neceſſitate pejerandum nobis, quam pro vitando perjurio in aliud crimen gravius eſſe divertendum. Sed quia in juramentis, quæ frater noſter Hincmarus regi juravit, nihil invenimus, ſicut in ejus petitione relegimus, quæ non debuerit obſervare: quæ juramenta, ſicut prolata B ſcripta, & domni apoſtolici, ſuggeſtione Hincmari elicita, & ipſius Hincmari ſcripta demonſtrant, quoniam poſtea non ſervavit, a reatu perjurii illum innoxium pronunciare non poſſumus. Scriptum eſt namque in Exodo: *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. Nec enim inſontem habebit Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra.* In vanum quippe, & fruſtra, non ut nihil ſit, ſed ut ei qui nomen Domini Dei ſui in vanum & fruſtra acceperit, nocivum, ut crimis reo, ſit. Item in Levitico Dominus dicit: *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui. Ego Dominus.* Et ſanctus David in pſalmo: *Qui jurat proximo ſuo,* C *& non decipit.* (Jurare eſt, inquit Caſſiodorus, hominem ſub teſtatione divina aliquid polliceri. Jurare enim dictum eſt, quaſi jure orare, id eſt, juſte loqui. Tunc autem quiſpiam juſte loquitur, quando ea quæ * permittit, implentur.) Et ſanctus Ambroſius in epiſtola ad Valentinianum imperatorem: *Quid eſt jurare, niſi ejus quem teſtaris fidei tuæ præſulem divinam potentiam confiteri?* Et iterum dicitur in pſalmo: *Nec juravit in dolo proximo ſuo.* Per dolum itaque jurat, quiſquis aliter facturus eſt, quam promittit: credens perjurium non eſſe, decepiſſe nequiter credentis errorem. Et hinc S. Hieronymus: *Multi ſunt*, inquit, *qui doloſe jurant, ut decipiant proximum. Quod abominatur pater luminum, dicente Petro:* D *Non es hominibus mentitus, ſed Deo.* Et in libro regum ſcriptum eſt, quia quando *facta eſt fames in diebus David tribus annis jugiter, & conſuluit David oraculum Domini, dixit Dominus: Propter Saul, & domum ejus & ſanguinem, quia occidit Gabaonitas.* Filii quippe Iſrael juraverant eis, & voluit Saul percutere eos zelo, quaſi pro filiis Iſrael, & Juda, dicens, Joſue gratis eoſdem Gabaonitas vivere permiſiſſe. Hinc patet, quanta impietas eſt perjurium, cui Dominus tantam repoſuit ultionem. Et Jeremias propheta: *Ecce vos confiditis vobis in verbis mendacii quæ non proderunt vobis, furari, occidere, adulterare, jurare mendaciter.* Hinc ergo penſandum eſt, quantum crimen ſit jurare mendaciter, quod adulterio, E & homicidio, ac furto conjunxit propheta: quorum perpetratores apoſtolus regnum Dei dixit non poſſidere. Et Hieronymus in expoſitione ejuſdem prophetæ: (Poterat fieri ut aliqui invenirentur in populo Dei, qui ſimularent cultum Dei, & jurarent per Dominum. Hoc prævenit, quod nequaquam Deus vanis ſermonibus, ſed veritate fidei delectetur, & dicet: Non eos diligo qui jurant per me, & jurant in mendacio; ſed quorum corda labiaque conſentiunt.) Et in Zacharia propheta: *Quia omnis fur, ſicut tibi ſcriptum eſt, judicabitur: & omnis jurans ex hoc ſimiliter judicabitur. Educam illum, dicit Dominus* exer-

ANNO CHRISTI 871.

Matth. c. 5. Jacob. ep. c. 5. Marc. c. 6.

Exod. c. 20.

Levit. c. 19.

Pſal. 14. Jurare quid. Caſſiod.

* Forte, promittit. Ambroſ.

Pſal. 23.

Hieron.

Act. c. 5.

2. Reg. 21.

Jerem. c. 7.

1. Cor. 6. Hieron.

Zach. c. 5.

ANNO CHRISTI 871.

*exercituum, & veniet ad domum furis, & ad do-* A *mum jurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio ejus, & conſumet eum, & ligna ejus.* Et in Ezechiele propheta: *Vivo ego, dicit Dominus, quoniam in loco regis qui conſtituit eum regem, cujus fecit irritum juramentum, & ſolvit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur.* ( Spreverat enim, inquit Hieronymus, Sedechias juramentum, ut ſolveret fœdus. Et cum omnia hæc fecerit, non effugiet.) Et iterum Hieronymus: ( Ecce, inquit, dedit manum ſuam regi Ægypti, & tradidit ſe, & perjurii contra Deum commiſit ſacrilegium.) Et hinc item Hieronymus: ( Ne putaremus juramentum, & fœdus, & pactum regis eſſe Babylonii, vel Sedechiæ, qui fecerat: ſequitur, in B prævaricatione qua deſpexit me. Ergo qui contemnit juramentum, illum deſpicit per quem juravit: illique facit injuriam, cujus nomini credidit adverſarius .... Quicquid igitur contra Sedechiam fecit Nabuchodonoſor, non ſuis fecit viribus, ſed ira Dei, in cujus nomine fuerat perjuratus. Legimus enim Sedechiam captum, ductum eſſe in Reblatha, ibique interfectis filiis excæcatum: & inſtar feræ clauſum cavea translatum in Babylonem.) Et ſanctus Cyprianus in nono abuſionis gradu, regis miniſterium dicit eſſe impios de terra perdere, parricidas & perjuros vivere non ſinere. Et S. Gregorius homilia evangelii de Martyribus: ( Ad extincta, inquit, eorum corpora viventes ægri veniunt, & C ſanantur: perjuri veniunt, & a dæmone vexantur: dæmoniaci veniunt, & liberantur.) Hinc ergo colligendum eſt, quantum peccatum ſit perjurare in nomine Dei, & ſanctorum ejus: quod & ſacrilegium, ut præmiſimus, dicit eſſe ſanctus Hieronymus.

Ezech. c. 17.
Hieron.
Idem ſuperius.
Cyprian.
Gregor.

## CAPUT III.

### *De ſeditione.*

Leges Auguſti contra ſeditioſos.

DE ſeditione, lib. 9. Theodoſianæ legis, capitulo 23. De his qui plebem audent contra publicam colligere diſciplinam: ex interpretatione legis Gratiani, Valentiniani, & Theodo- D ſii decretum eſt: *Si quis populum ad ſeditionem concitaverit, decenis graviſſimis ſubjacebit.* Et in lib. 5. ſententiarum Pauli, capitulo 3. ſcriptum eſt ( quæ non ſunt noſtri judicii ) de his quæ per turbam fiunt: *In eos qui turbam ſeditionemque alicui dederint, damnave curaverint, ſi quidem res pecuniaria eſt, æſtimatione duplici ſarciatur. Quod ſi ex hoc corpori alicujus, vitæ, membriſque noceatur, extra ordinem vindicetur.* Interpretatio. *Si aliquis collecta multitudine, vel concitata ſeditione damnum cuicumque intulerit, ſi pecunia damnum fiat, duplici redhibitione componatur. Nam ſi corpus alicujus vel membra cæde pulſata fuerint, hujuſmodi admiſſum a judice vindicetur. Quicquid ex incendio, rapina, naufragio, navique expugnata, raptum, ſuſceptum, ſuppreſſumve erit, eo anno in quadruplum ejus rei, quam quis ſuppreſſerit, celaverit, rapuerit, convenitur: poſtea vero ſimplum.* Sunt & hinc alia & graviora judicia, ad rem publicam pertinentia, & ab eccleſiaſtica manſuetudine aliena, quæ in ſuis locis lector poterit invenire, & hic commemoranda duximus: ut quantum ſit commiſſum ſeditio, eorum ultione colligatur.

Damni compenſatio.

In canonibus autem Africæ provinciæ concilii IV. * capitulo 72. de ſeditionariis aut uſurariis, ne clerici fiant, ſcriptum eſt ita: *Seditionarios* A *numquam ordinandos clericos, ſicut nec uſurarios, vel injuriarum ſuarum ultores.* Et ſi tales ordinandi non ſunt: colligendum eſt quid mereantur, qui poſt ordinationem admittere talia non formidant. Et antiqui patrum canones in ſynodo, cui plurimi metropolitani cum ſuis ſuffraganeis interfuerunt, decernente Antiocheno concilio, perfectum concilium illud eſſe, ubi interfuerit metropolitanus antiſtes, concordi ſententia decreverunt, ut *clerici qui in quacumque ſeditione arma volentes ſumpſerint, reperti, amiſſo ordinis ſui gradu, in monaſterio pœnitentiæ retrudantur.* Et ſacram evangelii hiſtoriam patres catholici exponentes, de his qui concitaverunt turbam ad comprehendendum, & crucifigendum Dominum, B eos eſſe potius reos homicidii, qui auctores damnationis Chriſti fuerunt, dicunt. Et clericus qui ad ſeditionem arma contra miniſterium corripi facit, immunis a reatu ipſius ſeditionis judicari non poteſt. *Ipſe*, inquit ſanctus Ambroſius ad Theodoſium, *facis, quicquid fieri juſſiſti.* Et Dominus in evangelio prælia & ſeditiones conjunctim poſuit, dicens: *Cum audieritis prælia & ſeditiones, nolite terreri.* Hinc beatus Gregorius: *Penſanda ſunt verba redemptoris noſtri, per quæ nos aliud interius, aliud exterius paſſuros denuntiat: bella quippe ad hoſtes pertinent, & ſeditiones ad cives. Ut ergo nos indicet interius exteriuſque turbari, aliud nos fatetur ab hoſtibus, aliud a fratribus perpeti.* Unde penſandum eſt, quam graviſſimum C ſit admiſſum, ab epiſcopo ſeditionem incitari, vel ſeditionibus ſe commiſcere, quæ a Chriſto bellis hoſtium conjunctæ proferuntur. Et S. Hilarius in decretis ſuis: *Reatu*, inquit, *majore delinquit, qui potiore perfruitur; & graviora facit vitia peccatorum ſublimitas dignitatum.* Et S. Gelaſius in decretis ſuis dicit: *Quamvis enim membra ipſius, id eſt, veri regis atque pontificis, ſecundum participationem naturæ magnifice, utcumque in ſacra generoſitate ſummiſſa dicantur, ut ſimul regale genus, & ſacerdotale ſubſiſtant: quoniam Chriſtus memor fragilitatis humanæ, quod ſuorum ſaluti conſuleret, diſpenſatione magnifica temperavit: ſic actionibus propriis, dignitatibuſque diſtinctis officia poteſtatis utriuſque diſcrevit, ſuos volens medicinali hu-* D *militate ſalvari, non humana ſuperbia rurſus intercipi: ut & Chriſtiani imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro temporalium curſu, rerum imperialium diſpoſitionibus uterentur: quatenus ſpiritalis actio a carnalibus diſtaret incurſibus, & ideo militans Deo, minime ſe negotiis ſæcularibus implicaret; ac viciſſim non ille rebus divinis præſidere videretur, qui eſſet negotiis ſæcularibus implicatus: ut & modeſtia utriuſque ordinis curaretur, ne extolleretur utroque ſuffultus, & competens qualitatibus actionum ſpecialiter profeſſio aptaretur.*

PARS III.
Ambroſ.
Luc. c. 21.
Greg hom. 35. in evang.
Hilar. cit.
Gelaſ.

Quibus omnibus rite collectis, ſatis evidenter oſtenditur, quam graviſſimum ſit commiſſum, epiſcopum contra eccleſiaſticam diſciplinam, & epiſcopalem gravitatem, & ſanctitatis modeſtiam, E atque manſuetudinem, ſeditionarium eſſe; cum regiæ ſit poteſtatis hoſtes depellere, & ſeditioſos comprimere, vel punire: & epiſcopalis ſit miniſterii, cæleſtibus ſacramentis inſiſtere; & orationi atque doctrinæ, ceteriſque pietatis officiis indeſinenter incumbere, qui prorogandis venerabilibus eſt attributus myſteriis. *Chriſtus*, inquit Petrus, *paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus, qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus: qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem judicanti ſe injuſte: qui peccata omnium in ſe pertulit in ſuo corpore* ſuper

1. Petr. 2.

Canones contra ſeditioſos.
* al. c. 69.

*ſuper lignum: ut peccatis mortui, juſtitia vivamus: cujus livore ſanati eſtis*, Et item: *Cum modeſtia & timore, conſcientiam habentes bonam, ut in eo quod detrahunt de vobis, confundantur, qui calumniantur veſtram bonam converſationem*. Quæ qui obſervat, ſeditionem non incitat.

PARS III. Ibidem c. 3.

## CAPUT IV.

### *De pervaſione.*

*Leges imperatoriæ contra pervaſores.*

DE pervaſione ſiquidem ſacræ leges, quibus una cum ſacris canonibus, & decretis apoſtolicæ ſedis ſancta moderatur eccleſia, dicunt in conſtitutione legum Novellarum Valentiniani Auguſt. *Epiſcopi ſeu pro pervaſione rei alicujus, ſeu pro quibuſcumque gravibus injuriis, ſi ad judicium fuerint provocati, licet in criminalibus cauſſis per alium nulli liceat reſpondere, epiſcopis tamen & presbyteris hac lege præſtatur, ut in talibus cauſſis miſſo procuratore reſpondeant; ſine dubio ut ad nos redeat ſententia judicati. In reliquis vero criminalibus cauſſis, ubi de ſcelere convincenda perſona eſt, ſuam in judicio præſentiam exhibere procurent. Quod ſi tertio conventi per executorem, ad judicium venire noluerint, ſententiam excipiant contumacis*. Et hinc Gregorius ad Malchum epiſcopum ex legibus & ſacris regulis promulgavit: *Præterea*, inquiens, *fraternitatem tuam præſenti præceptione curavimus admonendam, ut Stephanum epiſcopum ad eligendum compellas venire judicium: & quicquid inter Joannem virum magnificum, & ſupradictum epiſcopum electorum fuerit ſententia diffinitum*, (quin ſecundum ſacras leges, ut multoties ſcribit) *ad effectum perducere non omittas*. Et in lib. 4. Theodoſianæ legis capitulo 19. ex interpretatione legis Gratiani, Valentiniani, & Theodoſii Auggg. ad Photium: *Quicumque cauſam ſuam non ita agere voluerit, ut adverſarium ſuum publice patefacta actione conveniat, & * dominum poſſeſſoris aliqua ratione conturbaverit: ita negotio ipſo careat, ut eam cauſam nunquam valeat reparare, qui prius rem voluit auferre, quam ſperaret a judice ut deberet audiri. Similiter & ille omni cauſa privetur, qui judicis ordinatione ſuppreſſa, judicium ſe habere dicens, alienam poſſeſſionem ſuam præſumptione pervaſerit*.

Greg. l. 1. epiſt. 36.

Cod. Theodoſ.

* l. dominium.

*Leges eccleſiaſticæ contra pervaſores.*

Et hinc Africanum concilium capitulo 88. *Item placuit, ut quicumque epiſcopi plebes, quas ad ſuam cathedram æſtimant pertinere, non ita repetant, ut cauſſas ſuas epiſcopis judicantibus agant, ſed alio retinente irruerint, ſive volentibus, ſive nolentibus plebibus, cauſſa ſua detrimentum patiantur. Et quicumque hoc jam fecerunt, ſi nondum eſt inter epiſcopos finita intentio, ſed adhuc inde contendunt: ille inde diſcedat, quem conſtiterit prætermiſſis judiciis eccleſiaſticis irruiſſe. Nec ſibi quiſque blandiatur, ſi a primate, ut retineat, litteris impetrarit: ſed ſive habeat litteras, ſive non habeat, conveniat eum qui tenet, & ejus litteras accipiat, ut eum appareat pacifice tenuiſſe eccleſiam ad ſe pertinentem. Si autem aliquam quæſtionem retulerit, per epiſcopos judices cauſſa finiatur, ſive quos eis primates dederint, ſive quos ipſi vicinos ex conſenſu delegerint*. Et in lib. 4. Theodoſianæ legis, ſuprascripto capitulo, ex interpretatione legis Valentiniani, Theodoſii, & Arcadii Auggg. ad Meſſianum. *Cognovimus rem fiſci noſtri violenter aliquos invaſiſſe. Sed nos evidenti lege præcepimus, ut ſi quis aut fiſcalem rem, aut privatam, ante ſententiam a judice prolatam invaſerit, & noluerit expectare litis adventum, perdat negotium qui noluit expectare judicium. Ille vero qui præſumpſit invadere, quod per juſtitiam apud judicem non poterat obtinere, habita exiſtimatione talem aliam rem illi domino reſtituat, qualem noſcitur ante judicium pervaſiſſe*. Et in 4. lib. capitulorum domni Caroli, & Hludovici Pii impp. cap. 34. *Si quis proprium noſtrum, quod in veſtitura genitoris noſtri fuit, alicui quærenti ſine noſtra juſſione reddiderit, aliud nobis tantum de ſuo proprio cum ſua lege componat: & quicumque illud ſcienter per malum ingenium adquirere tentaverit, pro infideli teneatur: quia ſacramentum fidelitatis quod nobis promiſit, irritum fecit*. Et reliqua. Et in decreto ſynodali anno 14. imperante Mauricio, ſanctiſſimus atque ſapientiſſimus Gregorius papa, cap. 3. de pervaſione hoc decrevit judicium: *Præſenti*, inquiens, *decreto conſtituo, ut ſi quis eccleſiaſticorum unquam titulos ponere, ſive in ruſtico, ſive in urbano prædio ſua ſponte præſumpſerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes, anathema ſit*. Et item ibidem cap. 4. *Is autem qui præeſt eccleſiæ, ſi hoc vel ipſe fieri præcipit, vel ſine ſua præceptione factum digna punire animadverſione neglexerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes, anathema ſit*. Et hinc ad Petrum ſubdiaconum & rectorem patrimonii in Sicilia ſcripſit, in capitulo commonitorii quinto: *Si quid juſte conſpicis juri eccleſiaſtico poſſe competere, cave ne unquam hoc manu ſtudeas defenſare: maxime quia & decretum ſub anathematis interpoſitione conſtitui, ne unquam nomine eccleſiæ urbano, vel ruſtico prædio tituli debeant imponi. Sed quicquid ratione pauperibus competit, ratione etiam debet defendi; ne dum bona res non bene agitur, apud omnipotentem Deum etiam quod juſte a nobis quæritur, de injuſtitia redarguatur*. Et item idem in altero commonitorio ad eumdem: *Præterea cognovi quia quaſdam res * per plures fundorum alieni juris eſſe cognoſcis; ſed pro quorumdam obteſtatione vel metu dominis ſuis reſtituere reformides, qui ſi veraciter Chriſtianus eſſes, plus Dei judicium, * quam homines timeres: * quia ego quoque te hac de re indeſinenter admoneo. Quod ſi implere neglexeris, etiam & meas voces contra te in teſtimonium habebis*. Et in epiſtola ad Vitalem defenſorem Sardiniæ, inter cetera dicit: *Pro requirendis*, inquiens, *rebus eccleſiarum, vel monaſteriorum, ſive piarum cauſſarum quod ſcripſiſti, prius quidem hi quorum intereſt, admonendi ſunt, ut ab his te inſiſtente, atque ſollicitante modis omnibus requirantur. Quod ſi forte vel ipſi negligentes extiterint, vel certe qui eas requirere debeant, inventi non fuerint, tunc omnia ipſe perquire, atque ita reperta recollige, ut manu aliquod judicium inferre cuiquam minime videaris*.

ANNO CHRISTI 871.

Habetur in fine epiſtolarum l. 12. al. l. 4. ep. 44.

Greg. l. 11. epiſt. 10.

* al. vel plures

* al. quam voces hominum.

* al. attende, quia Greg. l. 11. ep. 10.

Ecce quod judicium de pervaſione apoſtolicæ ſedis pontifex S. Gregorius, qui adhuc nobiſcum in ſuis conſtitutionibus vivit, in pervaſores rerum alienarum protulit, dicens: *Præſenti decreto conſtituo, ut ſi quis eccleſiaſticorum unquam titulos ponere ſive in ruſtico, ſive in urbano prædio ſua ſponte præſumpſerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes anathema ſit*. Et in capitulo: *Is autem quis præeſt eccleſiæ, ſi hoc vel ipſe fieri præcepit, vel ſine ſua præceptione factum digna punire animadverſione neglexerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes anathema ſit*. Cujus judicium nos refragari non poſſumus, dicente beato Gelaſio in decretis ſuis, de ſecundæ ſedis antiſtite, quod ab inferioris ſedis pontifice non poſſit abſolvi: *Nec ab inferiore*, inquiens, *qualibet, ſed a prima ſede jure poſſit abſolvi; inferior quippe potiorem abſolvere non poteſt. Sola ergo potior inferiorem convenienter abſolvit. Proinde inferioris loci pontifices, qui nullatenus ſe noverunt potiorem ſibi, ſine prima ſede poſſe reſolvere, præcipue quem ejus ſententia noverunt*

Gelaſ. in tomo de anathematis vinculo.

ANNO CHRISTI 871

Idem epiſt. 13.

Quæ majores noſtri divina inſpiratione earumdem neceſſaria prædixerunt, ut contra unamquamque hæreſim coacta ſynodus pro fide, &c.

*runt obligatum, prævaricatoria abſolutione potius non illum penitus exuerunt, ſed ſe prævaricatione potius nexuerunt*. Et idem Gelaſius ad epiſcopos per Dardaniam conſtitutos: *Quod alia*, inquit, *ſemel ſynodus pro fide, communione, & veritate catholica, atque apoſtolica promulgavit, majores noſtri non fuerunt novis poſt hæc retractationibus mutilari, ne pravis occaſio præberetur, quæ medicinaliter fuerant ſtatuta. pulſandi, ſed auctore cujuslibet inſaniæ, ac pariter errore damnato, ſufficere judicaverunt, ut quiſquis aliquando hujus erroris communicator exiſteret, principali ſententia damnationis ejus eſſet obſtrictus*. Et poſt aliquanta: *Quoniam idem ipſe error qui ſemel eſt cum ſuo auctore damnatus, in participe quolibet pravæ communionis effectum exſecrationem ſui geſtet & pœnam*. Et in commonitorio, Fauſto magiſtro militum fungenti legationis officio Conſtantinopolim dato: *Deceſſorem*, inquit, *meum executorem fuiſſe veteris conſtituti, non novæ conſtitutionis auctorem. Quod non ſolum præſuli apoſtolico facere licet. ſed & cuicumque pontifici*. Si non licet, juxta documentum B. Gelaſii, nobis ſolvere quod per B. Gregorium apoſtolica ſedes ligavit, & licet exequi veteris conſtituti decretum: non nobis eſt exequi negligendum, quod eſt a ſede apoſtolica judicatum.

## CAPUT V.

*De eo quod eccleſiæ bona regi tradidiſſe confitetur.*

Epiſcopus regat res eccleſiæ.

DE eo quod frater Hincmarus in ſcriptis ſuis profitetur, deprecantibus Rodulfo, & Chuonrado, regi res eccleſiaſticas, Landunenſi eccleſiæ a rege redditas, & etiam traditas, conceſſiſſe, ut eas Nortmanno qui eas ante habuit, beneficiaret. Videndum eſt quid ſacri canones dicant:

Conc. Antiochen. can. 9. Vide can. apoſt. c. 39.

*Unuſquiſque*, inquiunt, *epiſcopus habet ſuæ parochiæ poteſtatem, ut regat juxta reverentiam ſingulis competentem, & providentiam gerat omnis poſſeſſionis, quæ ſub ejus eſt poteſtate*. Regat, inquit, poſſeſſiones juxta reverentiam regulis competentem, & non abroget contra reverentiam incompetentem.

Ibid. can. 24.

Et item Antiocheni canones dicunt, *ut res & facultates eccleſiæ epiſcopus non ſine presbyterorum conſcientia, diaconorumque pertractet: ſed quæ ſunt eccleſiæ ſub omni ſolicitudine & conſcientia bona, & fide quæ in Deum eſt, qui cuncta conſiderat, judicatque, ſerventur*. Serventur quidem, & non ſine ratione atque auctoritate aliis, niſi eccleſiæ ſibi commiſſæ ſubjectis, ab epiſcopo concedantur, vel ſine regulari conſultu committantur. Et item canones dicunt: *Si autem & aliter accuſetur epiſcopus, aut presbyteri qui cum ipſo ſunt, quod ea quæ pertinent ad eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate, ſibimet uſurpent: ita ut pro hoc affligantur quidem pauperes, criminationi vero & blaſphemiis tam ſermo prædicationis, quam hi qui diſpenſant taliter, exponantur: & hos oportet corrigi a ſancta ſynodo, id quod condecet approbare.*

Exemplum pejorum.

Videtur namque viam ceteras eccleſias lædendi, eum in hac cauſa contra ſacros canones dediſſe: quia niſi hoc pro divino reſpectu dimiſerit, poteſt princeps apud alios epiſcopos petere poſſeſſiones eccleſiarum, ut eas concedant a ſibi commiſſis eccleſiis abrogari: & illum in exemplum donans ſicut ipſe fecit, aliis in beneficium dari. Quod ſi fecerint, faciant contra canones: ſi autem non fecerint, ſcandalum ipſis, eccleſiis illorum, fratre Hincmaro prævio, diverſas afflictiones ſuſtineant. Nam & in literis quas canones ordinatos ab ordinatoribus ſuis jubent accipere, traditione ſedis apoſtolicæ ſcriptum habetur.

PARS III.

Literæ in ordinatione dandæ.

*Miniſterium*, inquit, *ornatum, vel patrimonium atque reditus, vel facultates eccleſiæ, prout leges divinitus promulgatæ præfigunt, ſtude conſervare, ampliare, augere, vel diſpenſare*. Unde videndum eſt, qualiter hæc, cum his quæ in ſcripto ſuo dicit, cum ad petitionem Rodulfi, & Chuonradi conceſſiſſe, ut domnus rex Nortmanno eaſdem res quas ſuæ eccleſiæ reddidit, ſive tradidit, beneficiaret, conveniant.

Cæleſt. ep. 3.

S. Cæleſtino adverſus illius conſenſum, ſuamque actionem clamante: *Nulli ſacerdoti ſuos * liceat canones ignorare, nec quicquam facere quod patrum poſſit regulis obviare. Quæ enim a nobis res digne ſervabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum, pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa, frangatur?*

* al. ſuo

Sacrilegii ſe ipſe convincit.

Dicit etiam ſcripto ſuo, quia ſi taceat, & non clamet, ſi non quibus valet viribus inſiſtat, ut eamdem villam recipiat, ſacrilegium a ſe fieri reputet. *Par enim pœna*, (ſicut ſcribit) ut ait beatus papa Lucius, *& agentes & conſentientes comprehendit*. Conſiderandum eſt, ſi ſacrilegium faceret, ſi taceret, ut eamdem villam non reciperet: quid fecit, quando illam contra competentem reverentiam a ſibi commiſſa eccleſia irregulariter abrogavit. Contra quem conſenſum, immo factum ſuum Antiocheni canones dicunt: *Quæ ſunt eccleſiæ ſub omni ſolicitudine, & conſcientia bona, & fide quæ in Deum eſt, qui cuncta conſiderat, judicatque, ſerventur*.

Conc. Antioch. cit.

Contra quæ patet, quia ipſi villa ſub omni ſolicitudine & conſcientia bona, & fide quæ in Deum eſt, ab illo non eſt ſuæ eccleſiæ conſervata; nec regulariter & humiliter, ſicut & debuerat ſe recognoſcere, ab eo eſt repetita, donec commotus contra principem ſuum, & contra præfatum Nortmannum diu ſibi familiariſſime amiciſſimum, eam ſua factione, & quaſi per fortiam, & non per juſtitiam, vindicare curavit.

Vi, non ſorte.

Cum antiqui Carthaginenſes canones concilio IV. ex auctoritate evangelica & apoſtolica dicant, *ut epiſcopus nec provocatus pro rebus tranſitoriis litiget*.

Epiſcopus non litiget. Defenſores ei.

Sunt enim advocati & defenſores eccleſiarum, quos ſacri canones & leges, quibus moderatur eccleſia, epiſcopos habere jubent, quorum hujuſmodi eſt officium, ut per leges, quæ ſunt eccleſiæ aut defendant aut conquirant; & non violenter aut ſua præſumptione, aut epiſcopi juſſione quæ eccleſiæ dicuntur, vel putantur eſſe, pervadant. Et quia hæc frater Hincmarus obſervare neglexit, contra ipſius actionem S. Gregorius ad Victorem, & Columbum epiſcopos dicit: *Quanto cordi noſtro lætitiam eccleſiaſticus ordo inculpabiliter cuſtoditus infundit, tanto reſciſſus tædium doloris imponit; quod pravitatis temeritas in everſionem diſciplinæ tentat, & quæ ſunt olim laudabiliter ſtatuta, diſſolvere, & quæ fortius punienda, præſumere*. Et poſt aliquanta: *Accendat, ergo vos zelus æquitatis, accendat juſtitiæ rectitudo; ad cuſtodiendam in cunctis antiquam eccleſiaſtici ordinis diſpoſitionem operam inſtanter impendite; diſtrictos ſoliciteſque vos inter culpas & innocentiam exhibete: quatinus & * juſtitia cum habentibus magna de rectitudinis veſtræ zelo ſit fiducia, & inquietis de futuro omnis excedendi amputetur occaſio*

* juſtitiam cauſam

CA-

## CAPUT VI.

*De calumnia apud pontificem regi impoſita.*

DE eo quod in petitione regis humilitati noſtræ porrecta continetur, quia poſt tanta & talia ſacramenta, & profeſſionis ſuæ ſubſcriptionem, antequam de ipſis rebus eum cum archiepiſcopo vel ceteris coepiſcopis ſuis in ſynodo Rhemorum provinciæ, cum plures ſynodi in eadem provincia habitæ fuerint, compellaret, latenter illum ad ſedem apoſtolicam, ut diſtractorem rerum eccleſiaſticarum per calumniam accuſare, miſſum ſuum nomine Celſanum, & litteras ſuas tranſmiſit: ſicut ipſæ litteræ domni B apoſtolici, quas regi idem Hincmarus in Cariſiaco, coram ſuo archiepiſcopo & aliis archiepiſcopis & epiſcopis, & pluribus fidelibus ſuis obtulit, quæ ipſius Hincmari adverſum eum accuſationem apud ſedem apoſtolicam evidenter oſtendunt. Attendendum nobis videtur, quid inde ſacræ leges & canones venerandi decernant. Decernunt enim leges, ſcriptura vel teſtibus quemquam convinci. Et Gelaſius in commonitorio Fauſto legatione fungenti dato, De epiſcopis prævaricatoribus: *Quid tamen dicerent, ſi non chartis ſuis in omnibus vincerentur?* Et in legis Valentiniani, Gratiani, & Valentis interpretatione, ad Antonium dicitur: *Quicumque ſcripturam in audientiam protulerit, veritatem ejus probare videa-* C *tur: quia hoc in omnibus cauſſis ſtatutum eſt, ut ſcripturam prolator adfirmet. Nam ſi is qui ſcripturam protulit, ejus non adſtruxerit veritatem, ut falſitatis reum eſſe retinendum.* Neceſſe eſt igitur fratri Hincmaro, ut probet ea eſſe vera, quæ in epiſtola a ſe per miſſum ſuum a ſede apoſtolica obtenta continentur: quam domno regi coram ſuo archiepiſcopo, & aliis archiepiſcopis & epiſcopis, & pluribus fidelibus ſuis in Cariſiaco obtulit: quia domnus apoſtolicus, ſicut per Hincmari petitionem de accuſatione domni regis audivit, ita etiam reſcripſit. Et ſi iſdem frater Hincmarus ſcripturæ, quam ſua petitione obtinuit, & in audientiam protulit, veritatem probare nequiverit, oportet ut falſitatis reum illum D eſſe tenendum.

*Scriptura vel in judiciis. Gelaſ. in commonit.*

## CAPUT VII.

*De accuſatione regis ante compellationem.*

DE accuſatione quoque ante compellationem, qua regi, ut ſua petitio continet, contra ſacras leges, & venerandos canones præjudicium fecit: ſacræ leges dicunt, ut *ultra provinciæ terminos accuſandi licentiam non progrediatur. Oportet enim illic criminum judicia agitari, ubi facinus dicitur admiſſum.* Et ex interpretatione legis ipſius: *Criminum diſcuſſio ibi agitanda eſt, ubi crimen admiſſum eſt; nam alibi criminum* E *reus prohibetur audiri.* Et ex interpretatione legis Martiani: *Si quis adverſarium aut repetitione, aut criminis objectione pulſaverit, in provincia in qua conſiſtit ille qui pulſatur, ſuas exerat actiones: nec æſtimet adverſarium ſuum alibi, aut longius ad judicium pertrahendum.* Et ſecundum has leges decrevit ſacrum Carthaginenſe concilium ut accuſatus, vel accuſator in eo loco unde eſt ille qui accuſatur, ſi metuit aliquam vim temerariæ multitudinis, locum ſibi eligat, quo non ſit difficile teſtes producere, ubi cauſa finiatur. Nam etſi forum Reipublicæ non habebat quo regem

*Accuſatio ubi facinus patratum eſt. V. Anton. Auguſt. 3. p. l. 30. tit. 9.*

*Rex potuit compellare apud ſynodum.*

A per procuratorem ſuum accuſare valeret, debuerat eum ſynodali ſententia convenire: & ſi vel decreto ſynodi quæ ſuæ eccleſiæ jure competebant, obtinere nequiret, tunc proſequentibus epiſcopalibus litteris, ſuam proclamationem ad ſedem apoſtolicam rationabiliter valuiſſet proferre. Sicut Innocentius ad Victoricium Rothomagenſem epiſcopum decrevit, ut *ſecundum ſynodum Nicænam, congregatis ejuſdem provinciæ epiſcopis, jurgium terminetur: nec alicui liceat, ſine præjudicio tamen Romanæ eccleſiæ, cui in omnibus cauſſis debet reverentia cuſtodiri, relictis his ſacerdotibus qui in provincia eccleſiam nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias. Quod ſi quis facere præſumpſerit, & ab officio cleri ſummotus, & in-* B *juriarum reus ab omnibus judicetur. Si autem majores cauſæ in medio fuerint devolutæ, ad ſedem apoſtolicam, ſicut ſynodus ſtatuit, & vetus conſuetudo exigit, poſt judicium epiſcopale, referatur.* Et quamquam idem B. Innocentius præmiſerit in capite hujus capituli, ut *ſi quæ cauſſæ vel contentiones inter clericos tam ſuperioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ*: & reliqua quæ præſcripſimus: non ab re tamen idem capitulum ad regiam poteſtatem, & epiſcopalem auctoritatem derivandum putavimus. Cum B. Gelaſius ad Anaſtaſium imperatorem ſcribat: *Duo ſunt*, inquiens, *Imperator Auguſte, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas ſacra pontificum, & regalis poteſtas.* Et Leo ad Anaſtaſium: *Si forte inter* C *ipſos qui præſunt, de majoribus, quod abſit, peccatis cauſſa naſcitur, quæ provinciali nequeat examine diffiniri, fraternitatem tuam de totius negotii qualitate metropolitanus curabit inſtruere; ut ſi coram poſitis partibus, nec tuo fuerit res ſopita judicio, ad noſtram cognitionem, quicquid illud eſt, transferatur.*

*Prima cognitio in provincia eſt.*

*Innoc. ep. 2. ad Victricium 8.*

*Appellatio & majores cauſſæ ad pontificem referuntur.*

*Gelaſ. ep. 8.*

*S. Leo ep. 88.*

Debuerat ergo frater Hincmarus de his quæ per ſe non poterat obtinere, regiam poteſtatem prius in comprovincialis ſynodi convenire judicio; & ſi coram poſitis partibus nec noſtro foret res ſopita judicio, noſtris litteris ad ſedis apoſtolicæ cognitionem, quicquid illud erat, transferre. Quod quia non fecit, juxta decretum B. Innocentii & ab officio cleri ſummotus, & in- D juriarum reus debet ab omnibus judicari. Quid ſit autem reum injuriarum judicari, leges ſacræ manifeſte demonſtrant, dicentes: *Qui per calumniam injuriæ actionem inſtituit, extra ordinem puniatur. Omnes enim calumniatores exilii, vel inſulæ relegatione, aut ordinis amiſſione puniri placuit.* Et hinc ſanctus Gregorius in commonitorio ad Joannem defenſorem euntem in Hiſpanias, in cauſa contra epiſcopum mota, ſive probata, jubet requiri, utrum exilio, vel depoſitione ſit digna?

*Quiſ ſit injuriarum reus.*

*Greg. l. 11. epiſt. 53.*

## CAPUT VIII.

*Quæ ſit pœna calumniatori conſtituta.*

DE eo quod in petitione regis continetur, eum ad ſedem apoſtolicam, ut diſtractorem rerum eccleſiaſticarum per calumniam accuſare miſiſſe: ſicut ipſæ litteræ domni apoſtolici patenter oſtendunt. In lib. 9. Theodoſianæ legis cap. 29. de calumniatoribus ſcriptum eſt: *Gratianus, Valentinianus, Theodoſius AAA. Ellibico comiti, & magiſtro utriuſque militiæ. Non eſt ratio qua manifeſti calumniatoris ſupplicium differatur. Nec enim patimur frequenter iterari quæ conſiſtere prava accuſatione non quiverint: atque alienam innocentiam ſecuritatemque ſine crimine, damnabiis*

*Leges Cæſarea de calumniatoribus.*

*bilis*

ANNO CHRISTI 871.

*• Merobaude* *• Menandro*

*bili appetitione terreri. Data 3. Kal. Jun.* • *Merobaude, & Saturnin. Coſſ.* Idem Auguſtus • Minandro vicario Aſiæ: *Noſtris & parentum noſtrorum conſtitutionibus comprehenſum eſt, eos qui accuſationem alienis nominibus præſumpſiſſent, delatorum numero eſſe ducendos: atque ideo calumnioſiſſimum caput: & perſonam judicio irrita delationis infamem deportatio ſequatur: quo poſt hæc ſinguli univerſique cognoſcant, non licere in eo principum animos commoveri, quod non poſſit aſtrui. Data Idibus Maii. Arcadio & Bautone Coſſ.* Et item Arcadius & Honorius Auguſti, Victuro procoſ. Africæ: *Innocentes ſub ſpecie falſæ criminationis non patimur callidorum impugnatione ſubverti: qui ſi tentaverint, intelligant ſibimet ſeveritatem legum pro commiſſis facinoribus incumbere. Data 4. Idus* B *Mart. Mediolano. Honorio Aug. III. & Eutychiano Coſſ.* Et item ibi poſt alia: *Calumniatores etiam ſunt, qui falſa deferentes, contra cujuſque innocentis perſonam, principum animos ad iracundiam commovere præſumunt. Qui omnes infames effecti in exilio detrudentur.* Et S. Zoſimus papa ad Aurelium, & ad univerſos epiſcopos per univerſas provincias conſtitutos, oſtendit quantum ſcelus ſit calumnia, dicens: *Lazarus dudum in Taurinenſi concilio graviſſimorum epiſcoporum ſententiis pro calumniatore clamatus eſt, cum Bricci innocentis epiſcopi vitam falſis objectionibus appetiſſet.* Quia ſicut leges publicæ mortem inferunt delatoribus, id eſt, calumniatoribus: ita eccleſiaſtica cenſura eccleſiaſticos miniſtros gradu privari debere decernit. C

*Calumniatores qui?*

*Zoſim. ep. cit.*

*Calumniatores deponendi.*

## CAPUT IX.

*De eo quod poſt ſacramentum homines ſuos ſine regis licentia emiſit e regno.*

DE his, ſicut in petitione regis continetur, quod poſt ſacramentum illi præſtitum, ut de regno ſuo ſine ipſius licentia non exirent & in ſua infidelitate verbis vel ſcriptis, in regno ejus, aut extra regnum ſuum, ſine ipſius licentia non exirent: & poſt illud ſacramentum, ad ſedem apoſtolicam furtim & latenter, atque mendaciter iterum eum accuſare pro Pauliaco D villa Hincmarus eos direxit: regiæ benignitatis intereſt, utrum eis aut legaliter reputare, aut miſericorditer parcere velit. Et tunc demum ipſi, quorum parochiani ſunt, eos ſecundum modum culpæ, modo pœnitentiæ ſubdere procurabunt. Verumtamen ſicut Dominus ad Pilatum dicit: *Qui tradidit me tibi, majus peccatum habet:* qui eos ad peccandum vel ſuaſit, vel pellexit, vel impulit, vel pertraxit, majus illis exinde peccatum habet: *Plus*, inquit Ambroſius, *aſtringitur qui labi infirmum coegerit*, unde & apoſtolus: *Sic enim peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis: & peribit infirmus in tua ſcientia frater, pro quo Chriſtus mortuus eſt.* Et B. Gregorius in regula paſtorali dicit: *Scire enim debent prælati, quia ſi perverſa unquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. Unde neceſſe eſt, ut tanto ſe cautius in culpa cuſtodiant, quanto per prava quæ faciunt, non ſoli moriuntur.* Et S. Gelaſius ad Anaſtaſium imperatorem ſcribens: *Cum dicat*, inquit, *apoſtolus, qui non ſolum non facienda faciunt, reos videri, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Legibus certe veſtris criminum conſcios ſuſceptoreſque latrocinantium per judiciorum pœna conſtringit: nec expers facinoris æſtimatur, qui licet ipſe non fecerit, facien-* E

Joan. c. 19.

Ambroſ.

1. Cor. 8.

Gelaſ. ep. 8. cit.

A *tes tamen in familiaritatem fœduſque receperit.* Ut ille igitur, de quo ſcriptum eſt, *qui peccavit, & peccare fecit Iſrael*, duplici reatu frater Hincmarus conſtringitur: in eo quidem quod ipſe pejoravit, & in eo quod alios pejerare fecit.

PARS III.

3. Reg. 14.

## CAPUT X.

*De inobedientia ejus erga regem.*

DE eo quod in petitione regis continetur, quia idem Hincmarus in ſynodo epiſcoporum decem provinciarum dedit ei libellum nomine ſuo ſubſcriptum, quia ita ſe habet: *Ego Hincmarus eccleſiæ Laudunenſis epiſcopus, amodo,* B *& deinceps domno ſeniori meo Carolo regi ſic fidelis & obediens ſecundum miniſterium meum ero, ſicut homo ſuo ſeniori, & epiſcopus per rectum ſuo regi eſſe debet.* Et poſtquam hujuſmodi libellum in ſynodo illi dedit, ſine ſua licentia noctu fuga lapſus ab Attiniaco palatio ſuo diſceſſit. Quem ad ſe venire mandavit, ut diceret qua ratione aufugerit. At ipſe ad eum, ſicut jam & aliis vicibus, venire contempſerit. Contra inobedientiam ejus ſacra ſcriptura dicit: *Melior eſt obedientia quam victimæ, & auſcultare magis, quam offerre adipes arietum. Tanto*, inquit Gregorius, *Deum quiſque citius placat, quanto ante ejus oculos repreſſa arbitrii ſui ſuperbia, gladio præcepti ſe immolat. Quo contra ariolandi peccatum inobedientia dicitur,* C *ut quanta ſit virtus obedientiæ demonſtretur. Si enim quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle adquieſcere: ſed ſola eſt quæ fidei meritum poſſidet obedientia, ſine qua quiſque infidelis convincitur, etiamſi fidelis eſſe videatur.* Et ſacri Sardicenſes canones, invitatum vel evocatum epiſcopum a religioſo principe ad comitatum ire præcipiunt. Et in evangelio legimus Dominum ſolviſſe tributum Cæſari, ut nobis perpetuæ libertatis gratiam donaret. Unde catholici doctores: *Servivit*, inquit, *Dei Filius homini regi, qui divinæ ſervitutis ignorabat obſequium, ut nobis per hoc etiam humilitatis formam tribueret: inſinuans videlicet quantum per caritatem ſervire debeamus invicem cum ipſe non deſpexit ei qui* D *veræ caritatis erat neſcius, impendere ſervitium.* Ubi hoc quoque ſuo præmonſtravit exemplo, quia poſtmodum per apoſtolorum principis erat verba docturus: *Subditi*, inquit, *eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum; ſive regi, quaſi præcellenti; ſive ducibus tanquam ab eo miſſis.* Hinc S. Auguſtinus in ſerm. 6. evangelii Joannis: *Apoſtolus voluit ſerviri regibus, voluit honorari reges, & dixit: regem reveremini. Noli dicere, quid mihi & regi? Quid ergo tibi & poſſeſſioni? Per jura regum poſſidentur poſſeſſiones. Dixiſti, quid mihi & regi? Noli dicere poſſeſſiones tuas; quia ipſa jura humana renunciaſti, quibus poſſidentur poſſeſſiones.*

1. Reg. 15.

Gregor. in Job. l. 35. c. 10.

Conc. Sardic. can. 9.

Matt. c. 17.

Regibus obtemperandum

1. Petr. 2.

Auguſt.

Cum igitur & Dominus ſuo exemplo, & apoſtolica regula, regem honorare, regique ſubjacere E præcipiat: & frater Hincmarus oſtendere nequeat, ut domnus rex contra fidem vel bonos mores præceperit: & ſacra ſcriptura inobedientiam idololatriæ atque ariolationi comparet; non mediocriter in judicium B. Gregorii decidit, qui hujuſmodi hominem adeo infidelitatem denotavit, ut diceret: *Sola eſt quæ fidei meritum poſſidet obedientia; ſine qua quiſque infidelis eſſe convincitur, etiamſi fidelis eſſe videatur.* De profeſſione autem & ſubſcriptione ſua refragata, ſacri Carthaginenſes canones decreverunt, ut ſi quis contra ſuam profeſſionem vel ſubſcriptionem venerit in aliquo, ipſe ſe honore privabit. Et S. Leo ad

Greg. cit.

PARS III

ANNO CHRISTI 871.

S. Leo ep. 92.

ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum, de ſacerdotibus quocumque crimine lapſis dicit: *Scriptum eſt, ſacerdos ſi peccaverit, quis orabit pro illo? unde hujuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei, privata eſt expetenda ſeceſſio, ubi illis ſatisfactio ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa.*

## CAPUT XI.

*De eo quod regiæ poteſtati armata manu reſiſti fecit.*

His autem quæ domnus rex in petitione ſua in ſynodo humilitati noſtræ porrecta dicit, fratrem Hincmarum egiſſe. Videlicet quia cum hominibus, tam liberis, quam & colonis vel ſervis ſecum degentibus armatis, contra regiam poteſtatem miſſis ſuis reſiſti fecit: ut quod ſecundum legem præceperat, miſſi ejus legaliter implere non poſſent: id eſt, ut quoſdam liberos homines de regno ſuo Hincmaro commendatos, qui de infidelitate regis reputantur, & rationem diffugere velle dicebantur, ſecundum legem & antiquam conſuetudinem fidejuſſionem conſtringerentur. Apoſtolus contra dicit: *Omnis*, inquiens, *anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi a Deo. Quæ autem ſunt, a Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim eſt miniſter tibi in bonum. Si autem male feceris, time: non enim ſine cauſſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt: vindex in iram ei qui malum agit. Ideo neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed propter conſcientiam. Ideo enim & tributa præſtatis: miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſervientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem.* Et hinc S. Innocentius ad Exuperium Toloſanum epiſcopum: *Legimus a Deo poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter vindictam noxiorum, gladium fuiſſe permiſſum: & Dei miniſtrum eſſe datum in hujuſmodi vindicem. De his ergo ita ut hactenus ſervatum eſt, ſic habemus, ne aut diſciplinam evertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur.* Et S. Cyprianus in 9. abuſionis gradu dicit: *Regem correctorem iniquorum eſſe oportet.* Et item idem: *Undecimus abuſionis gradus eſt plebs ſine diſciplina: quæ dum diſciplinæ exercitationibus non ſervit, communi ſe perditionis laqueo conſtringit. Ira etenim Domini abſque diſciplinæ rigore non evaditur. Sicut enim tunica totum corpus tegitur præter caput: ita diſciplina omnis eccleſia præter Chriſtum: quia eccleſia & ſub diſciplina ejus protegitur, & ornatur. Ipſa vero tunica contexta deſuper fuerat per totum; quia eidem eccleſiæ diſciplina a Domino de cælo tribuitur & integratur. Tunica enim corporis Chriſti, diſciplina eccleſiæ eſt. Qui autem extra diſciplinam eſt, alienus a Chriſti corpore eſt. Non ſcindamus igitur illam; ſortiamur de illa: non ſolvamus quicquam de mandatis Chriſti; ſed unuſquiſque in quo vocatus eſt, in eo permaneat apud Deum.*

Rom. c. 13.

Innocen. ep. 3.

Cyprian. de 12. abuſ. c. 9. 11.

*Tunica Chriſti, diſciplina eccleſiæ.*

Et quia ſanctus Leo ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum ſcribens decrevit, ut id noveriſmus ſequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis ſanctorum inveniatur adverſum: & ſanctus Gelaſius decrevit ſervanda quæ ſunt ſecundum tramitem ſanctarum ſcripturarum, traditionemque majorum: frater Hincmarus non mediocriter in hoc facto contra regulas ſacras exceſſit. Qui enim in eccleſiaſticis regulis legit, quas, ut Cæleſtinus ſcribit, nulli ſacerdoti licitum eſt ignorare, a principibus terræ leges ab eccleſia, & pro eccleſia petitas, & promulgatas, non debuerat leges diſſolvere, vel eis, minime autem militari manu, contraire. Dicit enim beatus Ambroſius in epiſtola contra Auxentium: *Repugnare non novi, dolere potero, potero flere, potero gemere: adverſus arma, milites, Gothos quoque, lacrymæ meæ arma ſunt. Talia enim ſunt munimenta ſacerdotis. Aliter nec debeo, nec poſſum reſiſtere.* Et iterum: *Habeo defenſionem, ſed in orationibus pauperum. Cæci iſti & claudi, debiles & ſenes, robuſtis bellatoribus fortiores ſunt. Denique munera pauperum, Deum obligant: quia ſcriptum eſt, qui largitur pauperi, Deo fœnerat. Præſidia bellatorum divinam ſæpe gratiam non merentur.* Quid igitur obaudientius poteſt eſſe, quam ut Chriſti ſequamur exemplum, qui ſpecie inventus ut homo, humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem. Denique omnes per obedientiam liberavit. *Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt plurimi; ita per unius obedientiam, juſti conſtituentur multi.*

Ambroſ.

Rom. c. 5.

## CAPUT XII.

*De eo quod regi infideles a ſe fraudulenter emiſit.*

De eo quod in præfata petitione domni regis continetur, quia, ſicut frater Hincmarus miſſis ſuis dixit, ipſe a ſe homines ſuos, qui de infidelitate regis reputantur, emiſit: ſentiendum videtur, quod S. Gelaſius in epiſtola ad Anaſtaſium imperatorem dicit: *Apoſtolus*, inquit, *qui non ſolum non facienda faciunt, reos videri, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Proinde ſicut non poteſt perverſitatis communicatore ſuſcepto, non pariter perverſitas adprobari: ſic non poteſt refutari perverſitas complice ſectatore perverſitatis admiſſo. Legibus certe veſtris criminum conſcios, ſuſceptoreſque latrocinantium par judiciorum pœna conſtringit: nec expers facinoris æſtimatur, qui licet ipſe non fecerit, facientes tamen in familiaritatem fœduſque recepit.* Et S. Cyprianus; *Duodecimus abuſionis gradus eſt, populus ſine lege: qui dum * edicta, & legum ſcita contemnit, per diverſas errorum vias eundo, perditionis laqueum incurrit. Utique multæ perditionis viæ * incidunt, cum una regalis via, lex Dei videlicet, quæ neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinat, per negligentiam deſeritur. Igitur populus ſine lege populus ſine Chriſto eſt: * Non ſiamus ergo ſine Chriſto, in hoc tempore tranſitorio, ne ſine nobis Chriſtus eſſe incipiat in futuro.* Non leviter igitur frater Hincmarus exceſſit, eoſdem homines virtute defenſans, & a ſe fraudulenter emittens; ne ſecundum leges conſtringerentur, ut aut per legem liberarentur, aut per legem judicarentur. Quia, ſicut Hilarus papa dicit, *reatu majore delinquit, qui potiore honore perfruitur: & graviora facit vitia peccatorum ſublimitas dignitatum.* Et ſi, ut Cyprianus dicit, *Populus ſine lege, populus ſine Chriſto eſt:* Epiſcopus legem conculcans exhonorare videtur Chriſtum, qui dicit: *Per me reges regnant, & conditores legum juſta decernunt.* Unde timendum illi eſt, quod B. Cyprianus dicit: *Non ſiamus ergo ſine Chriſto, in hoc tempore tranſitorio, ne ſine nobis Chriſtus eſſe incipiat in futuro.*

Gelaſ. ep. 8. cit.

Cyprian. cit. c. 12.

* al. *Dei dicta.*

* al. *ſunt incedentur.*

* al. *Non itaque nos ſiamus ſine Chr.*

Prov. c. 8.

CON-

ANNO CHRISTI 871.

## CONCLUSIO

*Quorundam criminum recapitulatio, & qual leges eccleſiaſtica ſervanda ſint.*

DE fidelitate autem contra juramenta a ſe præſtita, & contra profeſſiones, & ſubſcriptiones ſuas refragata, egimus. Sed & de ſeditione, ſufficienter ſupra reſponſum putamus. Hoc tamen ſuperadjiciendum vidimus, ut in B. Ambroſio contempletur, quantum cavere debuerat, in tot ſeditionibus a ſe commotis, ſicut multi ſe noſſe dicunt, humanus ſanguis effundi non poſſet. Ait enim de ſe idem B. Ambroſius: *Dominica poſt lectiones, atque tractatum, dimiſſis catechumenis, ſymbolum aliquibus competentibus in baptiſterii tradebam baſilica. Illic nunciatum eſt mihi, comperto quod ad Portianam baſilicam de palatio decanos miſiſſent, ut vela ſuſpenderent: populi partem eo pergere. Ego tamen manſi in munere, miſſam facere cœpi. Dum offero, raptum cognovi a populo Caſtulum quemdam, quem presbyterum dixerunt Ariani: hunc autem in platea offenderant tranſeuntes. Amariſſime flere, & orare in ipſa oblatione Deum cœpi, ut ſubveniret, ne cujus ſanguis in cauſſa eccleſiæ fieret effuſus. Certe ut meus ſanguis pro ſalute non ſolum populi, ſed etiam pro ipſis impiis profunderetur. Quid multa? miſſis presbyteris & diaconibus eripui injuriæ virum.* Hæc ſunt enim epiſcopi: quia *nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus, ut ei placeat, cui ſe probavit:* & non militari manu regi reſiſtere; ac per hoc, ut apoſtolus monſtrat, Dei ordinationi reſiſtere.

*Ambroſii narratio.*

*In cauſa eccleſiæ ſanguis ne fundatur.*

2. Timot. 2.

Et quiſquis clericorum, in quibus connumerantur epiſcopi, contra tramitem ſcripturarum, traditionemque majorum contumaciter venit, ordinis ſui detrimentum patenter incurrit: quia nemo judicum eccleſiaſticorum, eccleſiaſticarum regularum judiciis audet, aut prævalet obviare. Cum S. Leo decernat, * ut ſecundum ſanctorum patrum canones Spiritu Dei conditos: & totius mundi reverentia conſecratos, metropolitanos ſingularum provinciarum epiſcopos, jus traditæ ſibi antiquitus dignitatis, intemeratum habere: ita ut a regulis præſtitutis nulla aut negligentia aut præſumptione diſcedant. Et S. Auguſtinus in libro de vera religione dicit: *Æternam legem mundis animis fas eſt cognoſcere, non eſt fas judicare. In iſtis autem temporalibus legibus, quamquam de his homines judicent, cum eas inſtituunt, tamen cum fuerint inſtitutæ, atque firmatæ, non licebit judici de ipſis judicare, ſed ſecundum ipſas.* Et S. Cæleſtinus: *Quæ,* inquit, *a nobis res digna ſervabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permiſſa, frangatur?* Et ſi imperatores Romanorum ſuas leges æternas vel perpetuas appellaverunt, multo magis leges illæ æternæ, atque perpetuæ ſunt, quæ ſunt ſancto Spiritu promulgatæ. Unde Leo ad Anatolium ſcribens dicit: *Sancti illi & venerabiles patres, qui in urbe Nicæna ſacrilego Ario cum ſua impietate damnato manſuras uſque in finem ſæculi leges eccleſiaſticorum canonum condiderunt, & apud nos * in toto orbe terrarum in ſuis conſtitutionibus vivunt: & ſi quid uſquam, aliter quam illi ſtatuere, præſumitur, ſine cunctatione caſſatur: ut quæ ad perpetuam utilitatem * inſtituta ſunt, nulla commutatione varientur.* Et ſacrum Carthaginenſe concilium ſub Grato epiſcopo dicit: *De quibus apertiſſime divina ſcriptura ſanxit, non differenda ſententia eſt, ſed potius exe-*

* redundat ut.

Aug. l. de vera relig. c. 31.

Hinc. epiſt. 29. ad Carol. regem, p. 331.

S. Leo ep. 56.

* al. & in toto.

* al. generaliter inſtituta.

Conc. Carthag. ſub Grato c. 13.



A *quenda. Nemo contra prophetas, nemo contra evangelia, nemo contra apoſtolos facit ſine periculo.* Et: *Quæ facta, vel dicta ſuperius comprehenſa ſunt, vel aliis conciliis conſcripta, quæ ſecundum legem inveniuntur, cuſtodire nos oportet. Si quis vero ſtatuta ſupergreſſus corruperit, vel pro nihilo habenda putaverit, ſi laicus eſt, communione; ſi clericus eſt, honore privabitur.* Et S. papa Hilarus dicit: *Quia non minus in ſanctarum traditionum delinquitur ſanctiones, quam in injuriam ipſius Domini proſilitur.* Et Dei virtus, ac Dei ſapientia per Salomonem præcepit dicens: *Ejice deriſorem, & exibit cum eo & jurgium, ceſſabuntque cauſſa & contumelia.* Et per ſemetipſam dicit: *Omnis plantatio, quam non plantavit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Neque* B *enim qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, niſi incrementum det Deus.*

PARS III.

Idem c. 14.

Hilarus ep. cit.

Prov. c. 22.

Matt. c. 15.

1. Cor. 3.

PARS IV. concilii.

## *ACTA SYNODI*

*Cum Hincmaro Laudunenſi epiſcopo, canonice vocato & præſente.*

## CAPUT I.

*Ter vocatus ad ſynodum tandem comparet.*

ET dum hæc omnia præmiſſa legebantur in ſynodo, [16] quoniam iſdem Hincmarus non in anguſto tempore, & regis & metropolitani C ſui litteris ad eamdem ſynodum regulariter evocatus: & quia de certis cauſis, certæ perſonæ, querelarum petitiones adverſus eum deponebant, a metropolitano ſuo venire præmonitus, venire contempſit: per ter, ternis epiſcopis, ac ternis presbyteris, terniſque diaconibus ad eamdem ſynodum eſt iterum vocatus hoc modo.

Directis ad eum Hildeboldo Sueſſionicæ urbis epiſcopo, & Adelulfo presbytero, atque Hadeberto diacono, ei dicentibus: Frater Hincmare, domnus apoſtolicus Hadrianus miſit Hincmaro metropolitano noſtro epiſtolas, de cauſis Rhemorum diœceſeos: ſed & tibi ſpecialem mittit epiſtolam: quas in ſynodo coram fratribus noſtris, ſed & coram te recitari oportet. Nec non & D certæ perſonæ de certis cauſis petitiones adverſum te porrexerunt in ſynodo: Propterea ſancta ſynodus, quæ apud Duziacum parochiæ Rhemenſis convenit: ſed & prædictus metropolitanus noſter, mandant tibi auctoritate domni apoſtolici, & ſacrorum canonum, ut quantocius ad ſynodum convenias, & ibi mandata domni apoſtolici audias. Sed & his quæ per libellos proclamationum contra te deponuntur, ſicut regulæ jubent, reſpondeas. Iſdem vero Hincmarus obtulit eis prolixam rotulam deferendam in ſynodo, & ſedem apoſtolicam appellare ſe dixit. Cui præfatus epiſcopus, presbyter, & diaconus reſponderunt: Veni ad ſynodum, ad quam regulariter es convocatus; & audi mandata domni apoſtoli- E ci; & reſponde de his regulariter, quæ opponuntur tibi: & tunc, ſi neceſſe tibi fuerit, ſecundum regulas, ſedem apoſtolicam appellare, ſicut præcipiunt canones, appellationem tuam proſequare. Et ſi tibi appellare neceſſe non fuerit, & aut voluntarius, aut a ſede apoſtolica vocatus illuc ire volueris; cum fraternitatis unanimitate religioſum iter aggredere. Et inſuper præfatus epiſcopus, presbyter, & diaconus addiderunt: Mandant tibi omnes epiſcopi, qui ad illud concilium convenerunt, ut ad ſynodum illorum, ad quam regulariter es vocatus, venire non dubites: quia pro illius perſonæ reſpectu tibi nullum

*Prima citatio Hincm. Laudun.*

Non extat.

*Securitas data.*

Tt præ-

PARS IV.

præjudicium contra ſacras regulas inferent: ſed A ſicut juſtius & rationabilius, Domino revelante, ſcire potuerint, de his quæ adverſum te proponuntur, æquali lance ſecundum ſacras regulas, & leges, judicia proferent.

*Jubetur Haimeradum presbyterum ſuum repræſentare.*

" Et quia quemdam presbyterum tuæ rusticanæ parochiæ, de villa Rhemenſis eccleſiæ nomine Haimeradum ſecum habebat. Romam mendaciter proclamare ducendum, de rebus inutilibus, de quibus nec ad metropolitanum, nec in ſynodo comprovinciali ſe reclamavit; cum pluſquam centies in eadem villa ubi eſt Haimeradus presbyter ordinatus, cum mepropolitano fuerit, & plures ſynodi in eadem provincia, & in ſua vicinitate habitæ fuerint, poſtquam Hincmarus Laudunenſis fuit ordinatus epiſcopus. Sed nec B de his ſe reclamavit apud ſynodum, quæ a longo tempore diffinita manſerunt, & uſque ad nuperrima Hincmari Laudunenſis tempora obtinere non potuit: cum leges dicant, ut res olim judicata poſt longum ſilentium in judicium deduci non poteſt: & longum tempus inter præſentes decennium computatur: & canones etiam inter epiſcopos diffiniant, ut ſi quiſquam aliquem locum per triennium obtinuerit, nemine repetente, ſi tamen per ipſum triennium obtinuerit, nemine repetente, ſi tamen per ipſum triennium fuit epiſcopus, qui poſſet repetere, & tacuit, ulterius non repetatur. Et item leges atque canones, & decreta Gelaſii diffiniunt, ut ultra 30. annos nulli liceat pro id appellare, quod legum C tempus excludit. Et parochia de qua iſdem presbyter queritur, per ſeptuaginta & amplius annos ſine altercatione fuit: donec conhibente, & ut quidam dicunt, inſtigante Hincmaro iſdem presbyter ea quæ ſua non fuerunt, obtinuit: unde hactenus villani homines adverſus eum, ſed & adverſus Hincmarum reclamant. Quapropter præfatus epiſcopus, presbyter, & diaconus adjecerunt, dicentes: metropolitanus etiam noſter Hincmarus, & coepiſcopi Rhemenſis provinciæ mandant tibi, ut Haimeradum presbyterum parochiæ tuæ, quem tecum habes, ad hanc comprovincialem ſynodum in Rhemenſi parochia venire jubeas: quatenus ibi de omnibus querimoniis ejus, de quibus Haimerado abſente, & in D Laudunenſi parochia commorante Hincmaro metropolitano noſtro, in ſynodo apud Attiniacum Rhemenſis parochiæ anno præterito rotulam dediſti, quam ſecum habet, ſicut præcipiunt canones, regularia judicia præſente ipſo Haimerado determinentur. Quia ſecundum ſacras leges, neque accuſator per alium accuſare, neque reus per alium defendi poteſt: niſi ingratum libertum patronus accuſet; aut in abſentia defendatur. Et canones jubent, qui ſe læſos exiſtimant, comprovincialibus ſynodis adeſſe debere, ut ſynodi experiantur examen.

*Longum tempus quod ſit?*

*Citatur privatim Haimeradus*

Sed & Hincmarus metropolitanus Hairoardum diaconem ſuum, ad eundem Haimeradum presbyterum miſit vocans eum ad ſynodum, hoc E modo: Haimerade, Hincmarus metropolitanus Rhemorum epiſcopus, & coepiſcopi Rhemenſis provinciæ, mandant tibi ut venias ad hanc comprovincialem ſynodum in Duziaco Rhemenſis parochiæ, ſi te læſum exiſtimas: quatenus ibi de querimoniis tuis, de quibus tuus epiſcopus Hincmarus, Hincmaro metropolitano epiſcopo, in ſynodo apud Attiniacum, te abſente, rotulam contextam donavit, quam ſecum habet, ut ſecundum ſacros canones de his te præſente regularia judicia terminentur.

*Secunda & tertia citatio.*

Et quia nec ſic vocati iſdem Hincmarus epiſcopus, & Haimeradus presbyter, venerunt ad ſynodum iterum eodem modo per Joannem epiſcopum Camaracenſem, & Vvinefridum presbyterum, ac Bernonem diaconum, iſdem Hincmarus epiſcopus eſt vocatus. Et per Hildradum diaconum Rhemenſis eccleſiæ, præfato modo Haimeradus presbyter eſt vocatus. Similiter, & tertio per Rainelmum Tornacenſem epiſcopum, & Vvanilonem presbyterum, ac Bernonem diaconum Hincmarus vocatus, tamdem venit ad ſynodum. Presbyter autem Haimeradus non venit.

ANNO CHRISTI 871.

## CAPUT II.

*Accipit a ſynodo petitionem regis, & litteras Hadriani.*

ET Hincmaro præſente in ſynodo, iterum domnus rex Carolus petitionem proclamationis adverſus eum porrexit: quæ coram eo eſt relecta, & per Hodonem Belgivacorum epiſcopum illi data, ut diligenter eam inſpiceret: & haberet inducias, quatenus his quæ ibi continentur, ſigillatim ad ſingula regulariter in ſynodo reſponderet. Sed & epiſtola domni Hadriani papæ in ſynodo eſt illi data: & ipſo jubente, & inſpiciente, ab Hodone epiſcopo relecta: ne more ſuo Hincmarus denegaret ea in illa contineri, quæ ibi continentur: Cujus & exemplar his geſtis dignum duximus inſerendum.

*Hadriani epiſtola ad Hincmarum Laudun.*

*Hadrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Hincmaro Laudunenſi epiſcopo. Solicitudine paſtorali ſuper tuæ remorationis negotio liquidius perſcrutantes, reperimus te ſanctæ ſedis apoſtolicæ promiſſa viſitatione, ambitus propriæ voluntatis, quo ſatis tergiverſatorie uti diceris, tepidum reddidiſſe: & aut nunquam viſitare ſanctorum apoſtolorum limina voluiſti; aut Dominum vota tua non audire credidiſti; aut & Dominum cui voviſti, & nos a quibus vocari voluiſti, procul dubio contempſiſti. Ergo ne forte, ut credimus, occaſione adeundæ ſedis apoſtolicæ fretus, a reverentiſſimi fratris noſtri Hincmari metropolitani tui debita ſubjectione alvorſum declinans, tanto liberius libita per abuſum pertinaciæ tuæ committas, quantum & metropolitano regulariter ſubjici, & ad nos de die in diem differendo venire detrectas: auctoritate ſancti Spiritus tibi præcipimus, ut memor ſacrorum canonum, qui jubent per unamquamque provinciam jus metropolitanos ſingulos habere debere, metropolitano tuo per omnia, ſecundum ſacros canones, ſubjectus exiſtas: neque moleſte feras hunc tibi eſſe prælatum, qui te noſtis tuis ovibus eſſe præpoſitum. Quin potius, obedientiam quam a tuis exigis, etiam ipſe metropolitano tuo, ſalvo dumtaxat apoſtolicæ ſedis ſynodico proclamandi judicio, canonica lege dependens vota tua, ſi vere vota fuerunt, procraſtinando tamdiu non differas, ne exiſtimationis tuæ merearis, quam non optamus, ſuſtinere jacturam.*

## CAPUT III.

*Denuo vocatus ter ad ſynodum, tandem advenit.*

*Ampliantur induciæ ad reſpondendum.*

SEquenti autem die ſynodus Actardum epiſcopum, & Vvinefridum presbyterum, & Adalgarium diaconem, ad eumdem Hincmarum direxit, mandans illi hoc modo: Frater Hincmare, mandat tibi ſancta ſynodus, ut ſi præparatus es breviter & capitulatim reddere rationem de his, quæ pridie oppoſita ſunt tibi per ſcripturam a domno rege, de quibus jamdiu fuiſti impetitus, & non in anguſto tempore a metropolita-

no

ANNO CHRISTI 871.

no tuo præmonitus, vade ad ſynodum, & pro- A pone tuam defenſionem & juſtificationem * præparandam; qualiter te exuere poſſis ab his quæ oppoſita ſunt tibi: & proxima die ſabbati veni ad ſynodum, & ſicut tibi ſupradictum eſt, reſponde capitulatim de tibi oppoſitis. Quia, ut dicit B. Gelaſius, *ideo vocatur ad judicium certa quæcumque perſona, ut aut fateatur objecta, aut convincatur objectis.* Iſdem autem Hincmarus ad ſe miſſis prolixam rotulam obtulit ſynodo deferendam. Qui reſponderunt, ut ipſe per ſe in ſynodo reſponderet objectis.

* l. præparatam.

*Gelaſius.*

*Vocatur iterum.*

*Non apparuit.*

*Tertia citatio.*

Deinde miſſi ſunt a ſynodo ad Hincmarum Rainelmus epiſcopus, & Vranilo presbyter, & Berno diaconus, dicentes illi hoc modo: Frater Hincmare, quia non in anguſto tempore primum, & regiis litteris, & metropolitana ſolicitudine, inſuper & auctoritate apoſtolicæ ſedis, ad certum locum, & diem, de præſignatis tibi rebus regulariter evocatus ad ſynodum, venire detractaſti; iterum ab hac ſynodo evocatus, uſque dum tibi fuit viſum, diſtuliſti venire: quo tandem te perveniente denuo domnus rex in tua præſentia eamdem petitionem porrexit in ſynodo, quæ ibi coram te fuit relecta, & a ſynodo per venerabilem coepiſcopum noſtrum Hodonem, tibi data, ut diligenter inſpiceres quæ tibi objiciuntur; & inde ad ſingula capita ſingillatim & capitulatim in ſynodo reſponderes. Deinde ſynodus die ſequenti, per venerabilem coepiſcopum noſtrum Actardum, & Vvinefridum presbyterum, & Adalgarium diaconem, tibi mandavit, ut, ſi præparatus eras breviter & capitulatim rationem de his, quæ tibi ſunt per ſcripturam a domno rege oppoſita, reſpondere, ires ad ſynodum. Sin autem, haberes inde de illo, & in craſtina inducias ad præparandam tuam reſponſionem; & hodie ita præparatus venires ad ſynodum, quatenus de his quæ objiciuntur tibi, reſponderes. Quapropter poſt has inducias, ſi ad reſpondendum de his quæ objiciuntur tibi, ita es præparatus, ſicut ſynodus tibi mandavit: vade ad ſynodum, & de his quæ tibi oppoſita ſunt, redde regulariter rationem. Quia, ut dicit S. Gelaſius, *ideo vocatur ad judicium certa quæcumque perſona, ut aut fateatur objecta, aut convincatur objectis.* De prolixis tuis rotulis ex eis cauſis contextis, de quibus metropolitanus tuus pro loci ſui officio ad correctionem tuam præmonuit, quas relegendas in ſynodo agis, & ipſe fers, nec tibi eſt ratio ſynodo eas offerre; nec legaliter, vel regulariter eas ſynodus ad legendum, vel quamcumque tuam proclamationem ad diſcernendum vel decernendum poteſt recipere, donec de his, quæ tibi ſunt per ſcripturam oppoſita, legaliter & regulariter rationem reddas in ſynodo: nec potes legaliter ac regulariter quemquam de quacumque cauſa in judicio ſynodali impetere, uſque dum legaliter ac regulariter exutus fueris ab his, quæ ſunt tibi oppoſita. *Negandа eſt*, inquiunt ſacræ leges, *accuſatis licentia criminandi, priuſquam ſe crimine, quo premuntur, exuerint. Nam ſanctionum veterum conditores adimendam licentiam omnibus conſuerunt, in accuſatores ſuos invidioſam dicendi vocem. Nullam itaque obtineat auctoritatem in judiciis periclitantium furor; qui ſi latius evagetur, nec ipſe quidem cognitor tutus erit, aut quæſtionem ſecurus agitabit; qui exequendo juris ſeveritatem, non poteſt illorum quos punit, odium evitare.* Et ſacrum Africanum decrevit concilium, ut ad accuſationem non admittantur, quos ad accuſanda publica crimina leges publicæ non admittunt.

*Gelaſius.*

*Reus accuſare vel criminari non poteſt.*



PARS IV.

## CAPUT IV.

*Tandem præſens interrogatus in ſynodo, recuſat reſpondere, & regem calumniatur.*

TAndem 19. Kalend. Auguſti, 4. indictionis, reſidentibus epiſcopis qui convenerant, cum presbyteris, & diverſarum eccleſiarum legatis, adſtantibus diaconibus, cum laicis fidelibus, domnus rex eidem ſynodo præſentavit, ut proclamationem ſuam legaliter ac regulariter proſequeretur. Vocatus eſt autem & frater Hincmarus ad ſynodum. Quo veniens cum presbyteris & diaconibus Laudunenſis eccleſiæ, dixit ei metro- B politanus ſuus Hincmarus Rhemorum epiſcopus: Frater Hincmare, tu ſcis quam petitionem proclamationis adverſum te domnus rex de certis clauſis huic ſanctæ ſynodo porrexit, quæ & coram te relecta, & tibi data eſt, ut eam diligenter inſpiceres, & ſingillatim ad ſingula regulariter reſponderes. Propterea acceptis ad reſpondendum induciis, de his unde non in anguſto tempore fuiſti præmonitus; videlicet de his quæ anno præterito in ſynodo apud Attiniacum fuiſti impetitus, quoniam ea, ſicut ibi conventum fuerat, non es regulariter proſequutus: profer eamdem petitionem, & reſponde, ſicut præcipiunt regulæ, de ſingulis tibi objectis.

*Jubetur reſpondere ad regis petitionem.*

*Conferenda ſunt hæc omnia cum Hincmari proclamatione. V. Notas.*

[11] Cui frater Hincmarus reſpondit: Spoliatus C ſum omnibus rebus & facultatibus meis, & ideo nihil in hac ſynodo reſpondebo. Et protulit quaterniores de ſinu ſuo, & cœpit legere ſententias de appellatione epiſcoporum. Cui dixit Hincmarus metropolitanus epiſcopus: Frater Hincmare, habemus Sardicenſes canones a ſede apoſtolica confirmatos, qui dicunt, de quibus, ac qualiter epiſcopus appellare debeat ſedem apoſtolicam. Hæc quæ legis, ubi inveniſti? Qui reſpondit: Felicis papæ ſunt verba. Cui ſynodus ſancta dixit: Reſponde in hac ſynodo, ſicut præcipiunt regulæ, de tibi objectis: & tunc ſi neceſſe tibi fuerit ſecundum regulas ſedem apoſtolicam appellare, ſicut præcipiunt canones, appellationem tuam proſequere. Et ſi tibi appellare neceſſe non fuerit, D & aut voluntarius, aut a ſede apoſtolica vocatus, illuc ire volueris, cum licentia domni regis, & fraternitatis noſtræ unanimitate religioſum iter illud aggredere. Ad hæc frater Hincmarus reſpondit: Spoliatus ſum omnibus rebus & facultatibus meis: nihil ad hæc, quæ objiciuntur mihi, reſpondebo.

*Fraudulenter appellat ad papam.*

*Hinc. Laud. in collect. pag. 349. & 361.*

Cui ſynodus ſancta reſpondit: Dic, frater, certas perſonas, quæ te exſpoliaverunt rebus & facultatibus tuis. Qui reſpondit: Iſti mei clerici ſciunt, quis me exſpoliavit. Synodus illi reſpondit: Tu ipſe potes dicere, ætatem enim habes, & licentiam reſpondendi. Qui reſpondit: Iſti mei clerici dicant. Et conjuratus Fagenulfus presbyter Laudunenſis eccleſiæ, ut memor ordinis E ſui, veritatem & corde, & ore inde proferret, quem ſciret epiſcopi ſui a ſede, & rebus, & facultatibus eccleſiaſticis ſpoliatorem eſſe. Qui dixit: Etiam, de ſe nullam poteſtatem habet. Cui rex dixit: Dic certas perſonas, quæ eum exſpoliaverunt: & ego faciam inde, ſecundum legem, juſtitiam. Cui Fagenulfus dixit: Vos illum exſpoliaviſtis. Tunc rex ſurgens, ſynodo dixit: Non dicit iſte frater verum.

*Jubetur certas perſonas nominare.*

*Calumnia in regem.*

Regiis litteris, more præceſſorum meorum, Hincmarum Laudunenſem epiſcopum ad hanc ſynodum convocavi: & poſt eamdem convocationem, certa relatione fidelium meorum comperi,

*Ab ipſo rege confutatur.*

PARS IV.

quia homines liberi de regno meo ſibi commendati, mihi infideles erant, unde etiam comprobati fuerunt. Et juſſi comiti, & meis miſſis, ſicut in petitione mea continetur, ut eoſdem homines, ſecundum legem & antiqua conſuetudinem, per fidejuſſores mitterent, uſque ad rationem reddendam. Et iſte Hincmarus epiſcopus tam liberos, quam & colonos, & ſervos ſecum degentes, contra meam regiam poteſtatem armari, & miſſis meis reſiſti fecit; ut quod ſecundum legem præceperam, miſſus meus legaliter implere non poſſet. Quod cum mihi nuntiatum fuit, quoniam eum, ſicut & ceteros epiſcopos qui ad ſynodum convocati fuerunt, cum paucis hominibus venire juſſeram, ut alii eorum homines parati eſſent ad patriæ defenſionem, contra Normannos: & Hincmarus cum omni plenitudine ſuorum hominum, armata manu veniebat ad ſynodum: direxi miſſos meos ad ipſos homines, & mandavi eis ut parati eſſent, ſicut & antea juſſeram, quatinus, mox ut eis mandarem, ad locum ubi militia de ipſo epiſcopio Laudunenſi contra paganorum infeſtationem ad cuſtodiam eſſe ſolebat, irent: & decem vel duodecim de ipſis * caſatis hominibus, præter clericos & ſervientes, cum Hincmaro venirent ad ſynodum; qui & illi veluti ſeniori obedirent, & ei ſervirent, & ad ſua cuſtodienda ſufficerent.

*Venit ad ſynodum cum armatis.*

* [illegible]

Denique nuntiatum eſt mihi certa relatione, quia ipſos homines, & propinquos ſuos qui de mea infidelitate reputantur, & quos per fidejuſſores mittere juſſeram ad rationem reddendam, a ſe Hincmarus latenter cum facultatibus eccleſiaſticis, ne ad rationem venirent, emiſit, & fugam arripere fecit. Poſt quos, & ipſe, ſicut & jam ſæpe fecerat, & fuga lapſus ne veniret ad ſynodum, vellet abſcedere. Et inſuper facultates eccleſiaſticas, & vaſa ſacra, & veſtimenta, ſed & alia, quæ ego, & uxor quondam mea, eccleſiæ ſanctæ Mariæ Laudunenſis epiſcopii in noſtra eleemoſyna dederamus, & bonæ memoriæ prædeceſſor ſuus Pardulus epiſcopus, eidem eccleſiæ reliquerat, fraudulenter ſecum aſportabat. Et ideo miſi fidejuſſores, ut ſatagerent ne iſdem Hincmarus cum theſauro & facultatibus eccleſiaſticis fugam arripere poſſet. Et ſi ad ſynodum venire vellet, libere eum venire permitterent; & nullam violentiam, vel dehonorationem illi facerent: & ſui clerici, ac ſui vaſſalli & ſervientes, illi debitum obſequium, ſicuti ſeniori & epiſcopo, exhiberent: mei autem homines, quos ad præfatam cuſtodiam miſeram, a longe in circuitu illius cuſtodiæ agerent, ne ipſe cum eis quæ ſunt eccleſiæ, poſt fugitivos a ſe emiſſos, effugere poſſet.

*Dimittit eccleſiæ ſuæ facultatibus fugam meditatur.*

*Pardulus epiſcopus bonæ memoriæ.*

Hincmarus autem poſt tertiam regularem evocationem venit ad ſynodum, & noluit ire ad manſiones, quas ſui homines præmiſſi acceperant, & ad quas diſpenſa ſua adducta fuerat: ſed dixit mihi, quia non haberet manſionem. Et dixi illi, ut ſi vellet, iret ad ſuas manſiones: ſin autem, maneret in manſione juxta eccleſiam in corte mea. Et reſpondit, ſe ita velle. Et præcepi cuſtodi noſtro Bernoni, ut eum cum honore exciperet, & ſua ſcrinia cum Hincmari clericis & hominibus cuſtodiret, ſi Hincmarus ſic vellet. Sed Hincmarus ad manſiones ſuas perrexit: & ſua ſcrinia ſalva & inviolata ei fuere delata. In quibus & crux aurea cum gemmis pretioſis, quam uxor mea bonæ memoriæ Yrmintrudis ſanctæ Mariæ eccleſiæ Laudunenſis donavit, cum aliis eccleſiaſticis rebus, adhuc in eiſdem habetur ſcriniis: & nullus meorum fidelium illi vel ſuis contradixit, ut quando vellet, ad eccleſiam ire non poſſet. Et ecce clerici religioſi, & laici nobiles, cum quibus hæc ita eſſe poſſum probare.

*Nihil ipſi per vim receptum.*

*Yrmintrudis uxor Caroli Calvi.*

ANNO CHRISTI 871.

Et productis utriuſque ordinis teſtibus, probata ſunt hæc ita ſe habere. Sed & ipſe Fagenulfus, ac ceteri clerici Laudunenſis eccleſiæ, hæc ita eſſe dixerunt. Hincmarus autem more ſuo, * quandoquidem confitebatur, quandoquidem vero negabat.

*Teſtibus res probatur.*

* *quandoque.*

## CAPUT V.

*Convincitur in ſynodo ſpoliati theſauri Laudunenſis eccleſiæ.*

ET probatum eſt coram omnibus in ſynodo, quia calicem onychinum de ipſa eccleſiæ auro & gemmis ornatum, & patenam onichinam, quam domnus rex ſanctæ Mariæ Laudunenſis eccleſiæ dedit, auro & gemmis ornatam, de ſcriniis ſuis, ne in ſuis ſcriniis invenirentur, ipſo die presbytero ſuo Yrminoni latentius juſſit accipere: ſicut & ipſe Yrmino ibidem fuit confeſſus: ſed & reliquias, quæ & ab antiquo tempore in eadem fuerunt eccleſia, & quas deceſſor illius Pardulus, rege & plurimis aliis largientibus, ipſi eccleſiæ contulit, cum præfata cruce, quam Yrmintrudis quondam regina eccleſiæ Laudunenſi donavit: ſed & præcepta & * ſtrumenta chartarum, de rebus ipſius eccleſiæ, ſecum aſportare eſt accuſatus. Crucem quoque auream cum ligno ſanctæ crucis, quam Pardulus deceſſor ſuus ſanctæ Mariæ dedit, ipſe Hincmarus ibidem ſecum habebat. Quæ cum ab eo fuit repetita, dixit, ut ſi Hincmarus metropolitanus ſuus ei præciperet, utique illam redderet.

* *Chartas donationum ſive privilegiorum inſtrumenta.*

Hincmarus autem metropolitanus, intelligens quod de exſpoliatione, ſicut & de aliis, more ſuo eum falſo inſimulare vellet, proferens librum canonum, dixit: Non aliter tibi reddere aliqua jubeo, niſi veluti hæ regulæ dicunt. Et juſſit has regulas in ſynodo recitari: *Quæ ſunt eccleſiæ ſub omni ſolicitudine, & conſcientia bona, & fide quæ in Deum eſt, qui cuncta conſiderat, judicata ſerventur. Quæ etiam diſpenſanda ſunt judicio & poteſtate pontificis, cui commiſſus eſt populus, & animæ quæ intra eccleſiam congregantur. Manifeſta vero ſunt quæ pertinere videntur eccleſiæ, cum notitia presbyterorum & diaconorum, qui circa ipſum ſunt: ita ut cognoſcant, nec ignorent quæ ſint eccleſiæ propria; nec eos aliquid lateat: ut, ſi contigerit epiſcopum migrare de ſæculo certis exiſtentibus rebus, quæ ſunt eccleſiæ, nec ipſæ conlapſæ depereant, nec quæ propria probantur epiſcopi ſub occaſione eorum pervadantur eccleſiæ. Juſtum namque & acceptum eſt coram Deo & hominibus, ut ſua epiſcopus quibus voluerit derelinquat; & quæ eccleſiæ ſunt, eidem conſerventur eccleſiæ: ut nec eccleſia aliquod patiatur incommodum, nec epiſcopus ſub occaſione proſcribatur eccleſiæ.*

*Hincmari Rhemenſis prudentia.*

Conc. Antioch. capite …

Qua perlecta ſententia, domnus rex dixit: Iſte Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, eſt de nihil habentibus: quia quando eſt ordinatus epiſcopus manifeſtum eſt, quia nec unum habebat denarium. Nam avunculus ſuus eum de rebus & facultatibus paſcebat & veſtiebat Rhemenſis eccleſiæ, in qua eum totondit, & nutrivit, & per ſingulos gradus eccleſiaſticos ordinavit. Et Hincmarus Laudunenſis epiſcopus reſpondit, quia res, & mancipia habebat. Quod conſtat eſſe mendacium. » Nam nec unam rigam de terra, nec ullum ha-

*Hincmarus Laudunenſis inops ante epiſcopatum.*

ANNO CHRISTI 871.

habebat mancipium proprium, niſi quantum avunculus ſuus Hincmarus apud propinquos & cohæredes ſuos, ſed & apud matrem ſuam, aviam ſcilicet iſtius Hincmari, eo modo de rebus & mancipiis quædam illi tradi obtinuit, ut ipſa in vita ſua haberet, & poſt ſuum diſceſſum Hincmarus ea poſſideret: quia avia illius eaſdem res, & mancipia in ſua poteſtate per annum & amplius quam quatuor menſes habuit, poſtquam Hincmarus Laudunenſis epiſcopus ordinatus fuit. Sed & pater ejuſdem Hincmari Laudunenſis epiſcopi res & mancipia ſuæ hereditatis; ſed & res & mancipia matris ipſius Hincmari olim defunctæ, in ſua poteſtate habebat: qui per aliquot annos in corpore vixit, poſtquam Hincmarus fuit ordinatus Laudunenſis epiſcopus: & nec quantum valet unus denarius, de omnibus rebus ſuis ſeelioratam ſenſit hactenus Laudunenſis eccleſia. Et quid de nihil habentibus in clerum ordinatis decernant Africæ provinciæ canones, conſtat eſſe notiſſimum.

Conc. Carth. III can. 32.

*Epiſcopus quatenus res eccleſiæ in ſuos & propinquorum uſus poſſit convertere.*

Et quia propinqui ipſius Hincmari ſunt, qui cum aliis facultates eccleſiaſticas fuga lapſi aſportaverunt: & per diverſa loca libri & facultates de ipſa eccleſia ab Hincmaro per diverſos latenter dicebantur eſſe commendata, lecta eſt etiam hæc quæ ſequitur ſententia canonum. *Epiſcopus eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem, ad diſpenſandum erga omnes qui indigent, cum ſumma reverentia & timore Dei. Participet autem & ipſe quibus indiget, ſi tamen indiget; tam ſuis, quam fratrum qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſariis uſibus profuturus: ita ut in nullo qualibet occaſione fraudentur, juxta ſanctum apoſtolum ſic dicentem: Habentes victum & tegumentum, his contenti ſimus. Quod ſi contentus iſtis minime fuerit, convertat autem res eccleſiæ in ſuos uſus domeſticos; & ejus commoda, vel agrorum fructus, non cum presbyterorum conſcientia diaconorumque pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis, aut fratribus, filiiſque committat, ut per hujuſcemodi perſonas occulte cetera lædantur eccleſiæ: ſynodo provinciæ pœnas iſte perſolvat. Si autem & aliter accuſetur epiſcopus, aut presbyteri qui cum ipſo ſunt, quod ea quæ pertinent ad eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate, ſibimet uſurpent: ita ut, ex hac affligantur quidem pauperes; criminationi vero & blaſphemiis tam forma prædicationis, quam hi qui diſpenſant taliter, exponantur: & hoc oportet corrigi a ſancta ſynodo, id quod condecet approbante.* Et poſt hanc lectionem, Hincmarus Laudunenſis epiſcopus de ſinu ſuo producens præfatam crucem, reddit eam * Yrmioni theſaurario Laudunenſis eccleſiæ.

Conc. Antioch. c. 25.

2. Timot. 6.

* Cod. Trmimoni

## CAPUT VI.

*Juſſus ad objecta reſpondere, Hincmarum metropolitanum judicem recuſat per calumniam, quæ ſtatim publice revincitur.*

Et his quæ ſupra diximus legaliter ac regulariter probatis atque oſtenſis, Hincmarus metropolitanus epiſcopus Hincmaro Laudunenſi epiſcopo dixit: Frater Hincmare poſt tantas commonitiones, ſicut præcipiunt regulæ, ad objecta tibi reſponde: quia ſicut ſanctus dicit Gelaſius, *ideo ad ſynodum vocatur certa quæcumque perſona, ut aut fateatur objecta, aut convincatur objectis.* Frater Hincmarus reſpondit: Tua juſſione non reſpondebo, nec judicium tuum recipiam, quoniam adverſum te habeo; unde apoſtolicam ſedem appello. Cui Hincmarus metropolitanus epiſcopus reſpondit: Non habes contra me aliquid cauſæ, ut me aliquo poſtponere debeas, & recipere judicium meum non debeas. quia licet te ſæpiſſime verbis & ſcriptis de certis cauſis commonuerim, ut reſipiſceres; & de certis cauſis te præmonuerim, ut præparatus eſſes ad objecta tibi in ſynodo reſpondere: nullum tamen tibi præjudicium intuli, nec adhuc te in ſynodo judicavi, ut ob hoc, ſedis apoſtolicæ judicium, bonam te putans habere cauſam, per antiquorum patrum canones expetere debeas: ſicut B. Gregorius ad * Vincentium & ceteros epiſcopos ex ſacris canonibus promulgavit. Et accuſatus in ſynodo per ſcripturam a certis perſonis, & de certis cauſis, non potes legaliter ac regulariter me, vel quemcumque alium de quacumque cauſa in judicio ſynodali impetere, uſque dum legaliter ac regulariter exutus fueris ab his quæ ſunt tibi oppoſita, prout ſacræ regulæ ac leges demonſtrant. Suſcipies igitur de quibus oppoſita ſunt tibi, ſi ab eis exuere te non poteris, regulare judicium: reſervato per omnia juris privilegio, atque judicio Romanæ ſedis pontificis, ſicut ſacri Sardicenſes præcipiunt canones: & poſt judicium, ſi appellare volueris, cum tua appellatione ad illius examinis perges diffinitionem, nobis ei ſcribentibus, qui juxta ſacras regulas cauſam examinavimus. Quia ſic conſonantes regulis, domni Hadriani mihi & tibi epiſtolæ directæ præcipiunt. Et ecce epiſtola, quam mihi direxit: & exemplar iſtius epiſtolæ, quam tibi direxit. Et relectæ ſunt in ſynodo ipſæ epiſtolæ.

PARS IV.

Greg. l. 7. indict. 2. epiſt. 8.

* al. Innocentium

*Iterum Hadriani lectæ epiſtolæ.*

Poſt quarum lectionem, dixit Hincmaro ſynodus: Frater Hincmare, ſecundum præceptionem domni Hadriani papæ, eſto obediens juxta ſacras regulas tuo metropolitano, & ad objecta reſponde: ſalvo ſedis apoſtolicæ proclamandi judicio, ſicut ipſa domni papæ jubet epiſtola: & ſic tua vota, ſi vere vota fuerunt, implere non differes. Ad hæc Hincmarus reſpondit: In iſta habetur epiſtola mihi directa, ut vota mea eundi Romam amodo non differam, & ad ipſam apoſtolicam ſedem me ire velle appello. Cui ſynodus reſpondit: Inſpice ordinem epiſtolæ ipſius domni papæ, & ſecundum ordinem in ea taxatum tua vota implendo ad apoſtolicam ſedem perge; id eſt, ſicut in eadem continetur epiſtola, *metropolitano tuo per omnia ſecundum ſacros canones ſubjectus exiſte: neque moleſte feras hunc tibi eſſe prælatum, qui te noſti tuis ovibus eſſe præpoſitum. Quin potius obedientiam, quam a tuis exigis, etiam ipſe metropolitano tuo, ſalvo dumtaxat ſedis apoſtolicæ ſynodico proclamandi judicio, canonica lege dependens*, reſponde ad tibi objecta, ſicut metropolitanus tuus, & hæc ſancta ſynodus, auctoritate ſacrorum canonum, & domni apoſtolici Hadriani papæ jubet. Et tunc ſi neceſſe tibi fuerit ſecundum regulas, ſedem apoſtolicam appellare, ſicut præcipiunt canones, & epiſtola ipſius domni papæ, appellationem tuam proſequere. Et ſi tibi appellare neceſſe non fuerit, & aut voluntarius, aut a ſede apoſtolica vocatus, illuc ire volueris, ſicut jam tibi dictum eſt, cum licentia domni regis, & noſtræ fraternitatis unanimitate religioſum iter illud aggredere. Ad hæc Hincmarus reſpondit: Nulli objectioni in hac ſynodo reſpondebo, & meum metropolitanum judicem non recipiam, quoniam adverſum illum habeo, quia me a rege in cuſtodiam mitti fecit.

Tunc Hincmarus metropolitanus epiſcopus ſurrexit, & coram ſynodo, domno regi dixit: Domne rex, peto dignationem veſtram, ut coram iſta ſancta ſynodo dignetur clementia veſtra dice-

*Calumnia revincitur teſtimonio regis.*

*PARS IV.*

dicere, ſi meo conſilio, vel meo conſenſu, ſicut frater Hincmarus ſuper me dicit, eum in cuſtodia aliqua religaſtis, vel miſiſtis. Ad quem dominus rex cum multa obteſtatione nominis Domini, & in fide ſua quam Deo debet, teſtificatus eſt, quod nec conſilio, nec conſenſu ipſius Hincmari metropolitani epiſcopi, Hincmarum Laudunenſem epiſcopum in quacumque cuſtodiis religavit, vel miſit, nec eum inde aliquid interrogavit: ſed ſi pro ejus reverentia hoc non dimiſiſſet, jam duo anni tranſierunt quod in arctiſſima, & longiſſima a Laudunenſi eccleſia cuſtodia eum religaret; quia ſuas inſolentias ſufferre non poterat. Et niſi ipſe illum inſolentem epiſcopum a ſuis quamplurimis fidelibus eripuiſſet, ipſi illum etiam de palatio ſuo violenter abſtrahere, & aut membrorum demptione deturpare, aut uſque ad mortem cædere diſpoſuerunt, propter ſuas inſolentias, & dehonorationes ac violentias, quæ non ſolum illis, ſed & ſuæ regiæ dignitati adeo tam multipliciter ac frequenter inferebantur, ſicut nullus epiſcoporum unquam in iſto regno aut regi, aut regni primoribus hactenus intulit. Et licet, ſicut S. Leo. ad Anatolium ſcripſit, *ſufficere poſſet atteſtatio principis Chriſtiani cauſæ cui tam venerabilis * aſſertio acceſſerit*; idem tamen Hincmarus metropolitanus epiſcopus, converſus ad epiſcopos, Hodonem ſcilicet, & Hildebaldum, qui tunc ibi erant, ſicut & Otulfus, qui ad ſynodum propter infirmitatem venire non potuit, precatus eſt eoſdem epiſcopos, ut in amore veritatis quæ Chriſtus eſt, quid inde ſcirent, veraciter ſynodo reſponderent. Qui coram ſynodo teſtificati ſunt, in veritate & ſacerdotio ſuo, quia conſilio, vel conſenſu, ſeu hortamento Hincmari metropolitani epiſcopi, Hincmarus Laudunenſis epiſcopo a domno rege cuſtodiæ mancipatus non fuit. Similiter & Sigemundus presbyter & abba, & Agenulphus presbyter, & Angelramnus, atque Eiricius comites, & illuſtres viri, & alii quamplurimi teſtificati ſunt, qui tunc cum rege fuerunt, quando eundem Hincmarum, ut corrigeretur, & a gradu non caderet, rex cuſtodiæ mancipavit: quoniam ab eo nec hoc potuit obtinere, ut vel verbo diceret, ſi ad ſynodum tunc proxime futuram, venire debuiſſet: & multorum oribus dicebatur, quia eccleſiam & plebem ſibi commiſſam vellet deſerere, & ad Hlotarium nepotem ſuum ire, & in regno ſuo vellet honores obtinere.

*Hincm. l. 55. cap. 40. p. 536.*

*Rex & optimates Hincmaro Laudunenſi propter Rhemenſem pepercerunt.*

*S. Leo ep. 55.*

** al. aſſertor*

*Clericorum teſtimonio, & aliorum.*

Et poſt tantorum ac talium virorum teſtificationem quia Hincmarus Laudunenſis epiſcopus falſo metropolitanum ſuum calumniatus erat: judicavit ſynodus, Hincmarum metropolitanum epiſcopum ab hac calumnia exutum, & purgatum; & Hincmarum Laudunenſem epiſcopum, ut calumniatorem judicari debere: & quia ejuſdem metropolitani ſui judicium regulare non poſſet rejicere.

*Hincmarus Rhemenſis abſolvitur, & Laudunenſis calumniator judicatur.*

## CAPUT VII.

*Interrogatus de ſingulis accuſationis capitibus, neque ad illa reſpondens, teſtibus convincitur.*

TUM ſancta ſynodus dixit Hincmaro metropolitano epiſcopo, ut jubeat Hincmarum epiſcopum Laudunenſem, quatenus ad objecta ſibi regulariter reſpondeat. Et a ſynodo monitus Hincmarus metropolitanus epiſcopus dixit Hincmaro Laudunenſi epiſcopo: Frater Hincmare, profer petitionem proclamationis adverſum te a domno rege ſynodo porrectam, & reſponde regulariter ad tibi objecta. Hincmarus autem Laudunenſis epiſcopus dixit, eamdem petitionem in ſinu ſuo habere: quam dum proferre non vellet, exemplar ipſius petitionis Hincmarus metropolitanus epiſcopus per ſingula juſſit relegi in ſynodo

*ANNO CHRISTI 871.*

Et primum relecto tenore juramenti a ſe domno regi præſtiti, interrogavit eum Hincmarus metropolitanus epiſcopus, ſi tale juramentum domno regi feciſſet? Qui noluit reſpondere utrum ita juraſſet, an non: ſed tantum dixit, quia non * fuerit ibi, quando juravit, quatuor evangelia. Unde a multis ibidem probatum fuit, quia non verum dixerit. Deinde dixit, quia infidelitatem regi juravit, quam & attendit. Dixit etiam ſe ſcriptum habere qualiter juravit. Et juſſus proferre idem ſcriptum, dixit ſe illud ſecum non habere; nec habere cum quibus ſe idoneum poſſet reddere, de his quæ illi objiciebantur: cum presbyteros & diaconos ſuæ eccleſiæ, ſed & liberos laicos plures ſecum haberet.

*De juramento regi præſtito.*

** fort. fuerint.*

Et ſuperadjecit, ut quilibet illi quæcumque vellet objicere, iret cum illo Romam, & in domni apoſtolici judicio quæ voluerit illi diceret. Et hoc etiam in ſuis ſcriptis dicit. Quod quam ſit contra leges & canones dictum, nemo qui neſciat. Dicunt enim leges, ut ultra provinciæ terminos accuſandi licentia non progrediatur: oportet enim illic criminum judicia agitari, ubi facinus dicatur admiſſum. Et Carthaginenſes canones: *Placuit ut accuſatus, vel accuſator in eo loco, unde eſt ille qui accuſatur, ſi metuit aliquam vim temerariæ multitudinis, locum ſibi eligat proximum, quo non ſit difficile teſtes producere, ubi cauſa finiatur.* Quod capitulum ſanctus Gregorius in regeſto, & Africanum concilium ad Cæleſtinum ſcribens, non pro accuſato, ſed pro ab accuſatore teſtibus producendis decretum fuiſſe demonſtrant: cum oſtenditur ratum judicium eſſe debere, quo teſtium neceſſariæ perſonæ, vel propter ſexus, vel propter ſenectutis infirmitatem, vel pro aliis impedimentis, ad locum proximum poſſuut adduci: quia convinci nemo niſi aut ſcriptura, aut teſtibus poteſt. Et Sardicenſes canones, epiſcopum a congregatis regionis epiſcopis de gradu ſuo dejectum, a finitimis epiſcopis cum ejuſdem provinciæ epiſcopis, apoſtolicæ ſedis auctoritate, vel cum a latere ſuo directo, in provincia, in qua cauſa ventilata, & judicata eſt, jubent audiri. Et hinc ſanctus Gregorius ad Columbum Numidiæ epiſcopum dicit: *Indicamus*, inquiens, *ſanctitati veſtræ veniſſe ad nos * quemdam, Petrum nomine, qui ſe aſſerit fuiſſe epiſcopum; atque cauſæ ſuæ a nobis remedium poſtulaſſe. Et prius quidem retulit, quæ digna miſeratione eſſe potuiſſent: ſed requirentes poſtea, multo aliter quam indicavit, invenimus: & vehementer nos ejus actio triſtavit. Sed quia cauſa ejus interna ſubtiliter nequaquam addiſcere tam longo itineris intervallo disjuncti potuimus: eam, incerti quippe, diffinire nequimus.* Et paulo poſt. *Quia ergo præſentes, ſubtilius cauſam poteſtis ſcire, hortamur, ut ita eidem Petro ſervare quicquid juſtum canonicumque fuerit debeatis: quatinus & rectitudinis vigor a vobis in omnibus impleatur, & cauſa ipſius ſecundum Dei timorem, & eccleſia videatur regulas judicata.* Quia vero leges pro eccleſia & eccleſiaſticis, vel de eccleſia & eccleſiaſticis, ſeu eccleſiæ ac eccleſiaſticis, ab imperatoribus & regibus promulgatas, regulæ ſacræ ab eccleſiaſticis judiciis non repellunt: ſed ubi ab eccleſiaſtica religione non diſcordant, conjunctim in judiciis proferre, & ſecundum eas judicari præcipiunt: S. Leo in epiſtola ad Leonem Auguſtum etiam tantus pontifex de ſe dicit:

*Prima cauſæ cognitio extra provinciam fieri non poteſt.*

*Canones ſæpe citati. V. Anton. Auguſt. l. 30. tit. 7.*

*Greg. l. 5. ep. 36. & l. 12. ep. 13. Conc. Afr. ad Cæleſtin. pap.*

*Ob teſtium infirmitatem.*

*Conc. Sardic.*

*S. Gregorius cauſam remittit ad provinciam. l. 5 ep. 36.*

** al. quemdam hominem.*

*S. Leo ſæpe cit.*

ANNO CHRISTI 871.

cit: *Secundum apoſtolum*, inquiens, *ſi quæ deſtruxi, hæc ædifico, prævaricatorem me conſtituo, & eis me ultionum conditionibus ſubdo, quas non ſolum auctoritas beatæ memoriæ principis Marciani, ſed etiam ego mea conſenſione firmavi*. Et ſanctus Gregorius ad Natalem archiepiſcopum. *Quæ ſunt legibus canonibuſque placita decernantur*. Et ſic multoties in regeſto idem beatus inculcat Gregorius.

Greg. l. 2. indict. II. ep. 8.

Et licet idem Hincmarus in familiari ſua contumacia permanens fateri noluiſſet, quod ita, ut in petitione domni regis habetur, juraſſet: multorum tamen teſtium idoneorum teſtimonio eſt comprobatus ita juraſſe: quia coram epiſcopis, & presbyteris, & diaconibus, & quamplurimis laicis juramentum illud peregit.

De ſubſcriptione profeſſionis.

De ſubſcriptione autem ſuæ profeſſionis interrogatus, ſi hanc profeſſionem a ſe ſubſcriptam, regi, ſicut in petitione illius continetur, donaverit? Reſpondit: *Si forte eidem petitioni ſubſcripſi, utique attendi*. Sed ſuis actibus, & idoneorum teſtium eſt teſtimonio comprobatus, profeſſionis ſuæ ſubſcriptionem non conſervaſſe.

De aliis autem ſingillatim interrogatus, reſpondere nihil voluit: ſed ex verbis, & ſcriptis, ac ſubſcriptionibus ſuis, & idoneorum teſtium teſtificatione, de ſingulis quæ in eadem petitione continentur, eſt coram ſynodo comprobatus atque convictus. Scilicet quia, ſicut in ſcriptis ſuis, quæ habemus, ipſe fatetur, & teſtium veridicorum teſtimonio in ſynodo eſt comprobatum, auctor, & incentor ſeditionum extitit: & poſt juramenta domno regi præſtita, & ſubſcriptionem illi datam de fidelitate & obedientia ei ſervanda, rerum proprietatis ejus pervaſor, & ſuis verbis, ac ſcriptis, & teſtium idoneorum teſtimonio comprobatus, perjurii reatu revictus, & contra ſubſcriptionem ſuam, quam domno regi de ſervanda fidelitate, & obedientia dedit, veniſſe probatus eſt. Sed & poſt juramenta domno regi præſtita, & profeſſionem ac ſubſcriptionem illi datam, de fidelitate & obedientia ei ſervanda: de rebus epiſcopii Laudunenſis, ab eodem epiſcopio a longo tempore abſtractis, & ſuo præcepto eidem epiſcopio redditis, inſuper & aliis ſuæ proprietatis rebus traditis, quas laicorum petitione, ſicut ipſe Hincmarus in ſuis ſcriptis fatetur, ſine conſcientia ſui metropolitani, ac coepiſcoporum Rhemenſis provinciæ, vel comminiſtrorum eccleſiæ, contra ſacras regulas eidem regi conceſſit, ut eas Nortmanno beneficiaret, latenter & mendaciter per calumniam ad ſedem apoſtolicam eum accuſare direxit: ſicut & in ſcriptis ſuis, quæ habemus, & veridicorum teſtium teſtimonio in ſynodo eſt comprobatum. Sed & homines ſuos liberos, contra juramentum domno regi præſtitum, perjurare fecit, & ſacrilegum ſe eſſe in ſuis ſcriptis ipſe profeſſus eſt. Et de inobedientia poſt ſacramenta præſtita, & profeſſiones ac ſubſcriptiones a ſe regi datas, quia denegare non potuit, comprobatus extitit. Regis quoque infideles, contra eccleſiaſticam auctoritatem armata manu defendit, ne ſecundum leges ad reddendam rationem veniret: ipſoſque infideles fraudulenter ac latenter a ſe cum facultatibus eccleſiaſticis emiſit. In ſynodo etiam decem provinciarum epiſcoporum eſt comprobatus, quia omnes presbyteros & miniſtros eccleſiæ ſibi commiſſæ, non accuſatos, nec confeſſos atque convictos de quocumque crimine, ſed cauſa ſuæ injuriæ excommunicavit, ut miſſam presbyteri non cantarent: & nemo parvulos, etiam in mortis urgentis periculo conſtitutos, baptizaret: nemo ad ultimam pœnitentiam aliquem ſuſciperet, necnon viatico munere nulli ſubveniret: nulli mortuo ſepulturæ humanitatem exhiberet. Et inde litteris a metropolitano ſuo ter commonitus, ut hanc impietatis ligationem ſolveret; obedire illi, contra ſuam profeſſionem, contempſit: ſicut in litteris, quæ ante geſtorum ſeriem præmittuntur in hoc opuſculo, demonſtratur.

De ſeditione. De diſtractione rerum eccleſiaſticarum. De calumnia in regem. De ſacrilegio. De inobedientia erga regem. De infidelitate. De illicita excommunicatione.

PARS IV. De inobedientia erga metropolitanum. Non extant.

Libellum etiam idem Hincmarus Laudunenſis epiſcopus in ſynodo epiſcoporum decem provinciarum obtulit: cui ſine metropolitani ac coepiſcoporum Rhemenſis provinciæ conſcientia & conſenſu, contra ſacras regulas ſubſcripſit, & a clericis eccleſiæ ſuæ, ac a parochianis presbyteris ſubſcribi, contra profeſſionem ac ſubſcriptionem ſuam veniens, fecit. Quem libellum & præterito, & hoc anno, in ſynodo inſpeximus; & ſubſcriptionem ſuam, ac ſuorum conſpeximus. Sed & ipſe ſe eidem libello ſubſcripſiſse, in ſcriptis ſuis non denegat. In quo inter cetera ſubſcripſit, *ut delatori aut lingua capuletur, aut convicto caput amputetur*. Et defendi, & protegi ſe obtendit de verbis S. Innocentii, qui dicit, gladium vindicem judicibus traditione apoſtolica permiſſum a Deo. Cum licet S. Cyprianus & Innocentius ex apoſtolica ſententia judiciariæ poteſtati gladium legaliter vindicem dicentes eſſe permiſſum; non tamen ipſi, vel quiſquam catholicorum epiſcoporum, ſicut Hincmarus, ſubſcripſit, ut qui ſuæ diſciplinæ (ſcilicet ut delatori aut lingua capuletur, aut convicto caput amputetur) ſocius fieri nollet, ſuæ communionis particeps non eſſet. In eodem etiam libello, ſed & in alio a ſe collecto, & a ſua profeſſione, adulterator verborum & ſcripturarum catholicarum eſt comprobatus. Sed & contemptor privilegii ſuæ metropolis, contra ſacram Nicænam ſynodum, contraque cetera ſancta concilia, & decreta ſedis apoſtolicæ, multipliciter & ſuis ſcriptis ac ſubſcriptionibus, & verbis, & epiſtolis ſui archiepiſcopi eſt comprobatus: & contumax contra ſacras regulas, & domni apoſtolici mandata revictus. Præterea quæ multifarie multiſque modis, & in epiſtolis commonitoriis ſui metropolitani, & in ſuis ipſis ſcriptis quæ habemus, & coram nobis relecta ſunt, & in plurimorum petitionibus continentur: de quibus, his noſtris judiciis nihil inſeruimus, exceptis his de quibus in noſtra ſynodo fuit revictus & comprobatus: quia propter brevitatem temporis, & varias occupationes, tantum in ſynodo remorari nequivimus, ut de ſingulis ſingillatim ejus pertinax contumacia legaliter ac regulariter revinceretur.

De irregulari libelli ſubſcriptione. De adulteratione librorum. De contemptu metropolis. De contumacia. De calumnia regi Carolo & Hincmaro archiepiſcopo in ipſa ſynodo, impoſita, nihil hoc loco.

44 Et quia iſdem Laudunenſis Hincmarus, ſine ratione & auctoritate, non ſolum ſine epiſcopali gravitate, verum etiam ſine Chriſtiana modeſtia, ſuis clamoribus ſynodo obſtrepebat: iterum atque iterum ſynodus Hincmaro metropolitano dixit, ut ei regulariter præciperet, ad objecta ſibi, ſecundum ſacras regulas reſpondere. Cui iſdem Hincmarus metropolitanus dixit: Frater Hincmare, hæc ſancta ſynodus, & mea humilitas, auctoritate Dei, & ſacrorum canonum, & domni Hadriani papæ, & metropolitana ſollicitudine, tibi præcipimus, ut ſecundum ſacras regulas ad objecta tibi reſpondeas. Et reſpondente Hincmaro, quia nulli objectioni in eadem ſynodo reſponderet: uſque tertio Hincmarus metropolitanus epiſcopus Hincmaro Laudunenſi epiſcopo hæc eadem inculcavit: & eodem Hincmaro Laudunenſi in ſua pertinacia contumaciter permanente, ſancta ſynodus dixit, dignum eſſe ut in eumdem Hincmarum Laudunenſem epiſcopum ſententia contumacis proferretur. Sicque Hincmarus

Synodo per contumaciam obſtrep.

marus metropolitanus epiſcopus ſanctæ ſynodo dixit.

## CAPUT VIII.

*Hincmarus metropolitanus patres rogat ſententiam.*

SAnctitas veſtra, domini fratres, audivit quid in petitione domni regis adverſus Hincmarum Laudunenſem epiſcopum contineatur: quam, detrectante venire eodem Hincmaro ad hanc ſynodum, ad quam tertio regulariter fuit evocatus 8. Idus Auguſtas præſentis 4. indictionis, porrexit in ſynodo. Quæ iterum per ter, ternis epiſcopis, ac ternis presbyteris, terniſque diaconibus * eundem Hincmarum ad hanc ſynodum evocatum, in præſentia illius eſt a domno rege porrecta, & coram eo relecta, atque data, ut eam diligenter inſpiceret, & ſingillatim ad ſingula regulariter reſponderet. Et poſt datas ſibi inducias nunc regulariter reſpondere contemnit. Audiſtis etiam ex ſcriptis, & ſubſcriptionibus, ac verbis ipſius Hincmari, per quanta & qualia contra epiſcopalem ordinem, & eccleſiaſticam diſciplinam exceſſit: & adverſus quanta & qualia regularum ſacrarum judicia per plures annos, ab ipſo etiam ordinationis ſuæ initio, multoties ac multipliciter correptus, ſed non correctus: quin potius adverſus ſacros canones ſe pertinaciter erigens, canonicam in ſe proferri ſententiam elicuit. Unde quid veſtræ ſanctitati videatur, edicite.

* *deeſt poſt.*

## CAPUT IX.

*Patres concilii adverſus Hincmarum Laudunenſem epiſcopum ſententiam dicunt.*

*Judicatur ut ſeditioſus.* HArduicus Veſontionenſium archiepiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, contra regulam apoſtolicam dicentem, *Nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſæcularibus*, auctor & incentor ſeditionum, & ſuis verbis, ac ſcriptis, & teſtium veridicorum teſtimonio comprobatus, depoſitione dignus a ſacris regulis judicatur: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio. *2. Tim. 2.*

*Ut pervaſor & perjurus.* Frotharius Burdegalenſium archiepiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, poſt juramenta domno regi præſtita, & ſubſcriptionem illi datam de fidelitate & obedientia ei ſervanda, rerum proprietatis ejus pervaſor, & ſuis verbis, ac ſcriptis, & teſtium veridicorum teſtimonio comprobatus: perjurii quoque reatu revictus: & contra ſubſcriptionem ſuam, quam domno regi de ſervanda fidelitate & obedientia dedit, veniſſe probatus, ſecundum tramitem ſanctarum ſcripturarum traditionemque majorum juxtaque ſacros canones, non ſolum gradus amiſſione dignus a ſacris regulis & legibus judicatur, ſed & ſecundum decreta Gregorii, anathema eſſe decernitur.

*Ut calumniator.* Vulfadus Biturigenſium archiepiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, poſt juramenta domno regi præſtita, & profeſſionem, ac ſubſcriptionem illi datam, de fidelitate & obedientia ſui ei ſervanda, & de rebus epiſcopii Laudunenſis ab eodem epiſcopio a longo tempore abſtractis, & ſuo præcepto eidem epiſcopio redditis: inſuper & aliis ſuæ proprietatis rebus traditis, quas laicorum petitione, ſicut ipſe Hincmarus in ſuis ſcriptis fatetur, ſine conſenſu ſui metropolitani ac coepiſcoporum eccleſiæ ſuæ, contra ſacras regulas, eidem regi conceſſit, ut eas Normanno beneficiaret: latenter, & mendaciter per calumniam, antequam eumdem regem inde in ſynodo epiſcopali compellaret, ad domnum apoſtolicum, miſſum ſuum Celſanum, ut diſtractorem rerum eccleſiaſticarum accuſare direxit: ſicut & in ſcriptis ſuis, & veridicorum teſtium in ſynodo coram nobis eſt teſtimonio comprobatum. Quapropter ſecundum ſacras regulas & leges, ut calumniator, epiſcopalis gradus amiſſione multari debet: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

*Ut regi infidelis.* Bertulfus Trevirenſium archiepiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus poſt juramenta domno regi præſtita, & ſubſcriptionem illi datam de fidelitate & obedientia ei ſervanda, homines liberos qui fidelitatem eidem domno regi juraverunt, & quod de regno illius ſine ſua licentia, & in ſua infidelitate non exirent, & ullum miſſaticum in illius infidelitate uſquam non portarent, in ipſius domni regis infidelitate, falſo eum accuſare miſiſſe maniſeſtiſſimis documentis eſt comprobatus. Quapropter ſecundum ſanctarum ſcripturarum tramitem, traditionemque majorum, gradus epiſcopalis depoſitione dignus addicitur: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

*Ut ſacrilegus.* Adalardus Rothomagenſium archiepiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, in ſcriptis ſuis dicit, quia ſi taceat, & non decertet, ſi non quibus valet viribus inſiſtat, ut villam Pauliacum recipiat, ſacrilegium a ſe fieri reputet, ipſe prodit ſe ſacrilegium perpetraſſe, quando ad petitionem laicorum, ſicut ipſe ſcribit, eamdem villam ſine conſcientia ſui metropolitani, & coepiſcoporum, ac ſuæ eccleſiæ comminiſtrorum, contra regulas abrogavit: & maniſeſtus ſacrilegus tractare ſancta in epiſcopali officio a ſacris regulis non permittitur: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

*Ut regi inobediens.* Anſegiſus Sennenſis archiepiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, poſt juramenta domno regi præſtita, & profeſſionem manu ſua ſubſcriptam in ſynodo decem provinciarum, de fidelitate & obedientia illi ſervanda, ſine ſua licentia fuga lapſus ab Attiniaco ejus palatio diſcedens, ab eo mandatus, ut veniret, & rationem redderet, de his unde accuſatus erat. & ad regem, ſicut jam & aliis vicibus obedire illi ut veniret contempſit: non ſolum inobedientiæ & infidelitatis notam, ſed & alia crimina pertinaci contemptu incurrit: ſicut ſacra ſcriptura, & ſanctus demonſtrat Gregorius: *Quaſi ariolandi peccatum eſt*, inquit, *repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle adquieſcere*. Et, *ſola eſt quæ fidei meritum poſſidet obedientia, ſine qua quiſque infidelis convincitur, etiamſi fidelis eſſe videatur*. Quibus revictus verbis iſdem frater in epiſcopali ordine regulariter manere non poteſt: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio. *Gregor.*

*Ut ſuæ profeſſionis violator.* Actbardus provinciæ Turorenſis epiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus contra profeſſionem, & ſuam ſubſcriptionem, quam in ſynodo decem provinciarum porrexit, veniens comprobatus, ipſe a ſacris canonibus ſe honore privaſſe decernitur. Unde poſt tot, & tantos exceſſus, ſicut admiſiſſe probatur, velut S. Leo decernit, *ad promerendam miſericordiam Dei, eſt illi expetenda ſeceſſio: unde & ſatisfactio ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa:* ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio. *S. Leo ep. 92.*

*Ut qui regi reſtitit armata manu.* Franco Tungrenſis epiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, regiæ poteſtati, & juſſis ejus armata manu reſtitiſſe, ne liberos homines

ANNO CHRISTI 871.

mines qui de regia infideli‘ate reputabantur, ſe- A cundum legem, & antiquorum conſuetudinem per fidejuſſores mitterentur, & ſuis verbis, & teſtium veridicorum teſtimonio in ſynodo comprobatus, apoſtolico beati Pauli judicio condemnatur: qui præcepit ut *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt poteſtas niſi a Deo: quæ autem ſunt, a Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt*. Et hinc ſanctus Innocentius decrevit, poteſtatibus ad vindictam noxiorum ab eccleſiaſticis non reſiſtendis *, *ne diſciplinam evertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur*. Quibus decretis & apoſtoli, & apoſtolicæ ſedis pontificis, quoniam iſdem frater contraire præſumpſit, ipſe in ſe damnationis ſen- B tentiam proferri elicuit: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

Rom. c. 13.

Innoc. ep. 2.

* leg. reſiſtendum.

*Ut perjurus & infidelis.*

Hildegaruus Meldenſis epiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, poſt juramenta domno regi præſtita, & profeſſionem, & ſubſcriptionem illi datam de fidelitate & obedientia ei ſervanda, homines liberos, qui de infidelitate regia reputabantur, emiſiſſe a ſe ſuis verbis in ſynodo comprobatus, apoſtolico, & apoſtolicæ ſedis pontificis Gelaſii judicio percellitur: qui ſcripſit ad Anaſtaſium, *apoſtolus*, inquit, * *qui non ſolum non facienda faciunt reos videri, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Legibus certe veſtris criminum conſcios, ſuſceptoreſque latrocinantium par judiciorum pœna conſtringit; nec expers facinoris æſtimatur, qui licet ipſe non fecerit, facientes tamen in familiaritatem fœduſque receperit*. Unde iſdem frater, qui infideles ne ad rationem venirent abduxit; perjurii, & infidelitatis, ac refragationis ſuæ profeſſionis & ſubſcriptionis triplici reatu revictus, epiſcopi ordine eſt privandus: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

Gelaſ. ep. 8.

* al. non ſolum qui.

*Ob injuſtam excommunicationem, & inobedientiam erga metropolitanum.*

Adventius Metenſium epiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, in ſynodo epiſcoporum decem provinciarum coram nobis eſt comprobatus, quia omnes presbyteros, & miniſtros eccleſiæ ſibi commiſſæ, non accuſatos, nec confeſſos, neque convictos de quocumque crimine; ſed cauſa ſuæ injuriæ excommunicavit: ut miſſam presbyteri non cantarent, & miniſtri nullum miniſterium eccleſiaſticum exhiberent. Et inde litteris a ſuo metropolitano ter commonitus, ut hanc tam inregularem excommunicationem ſolveret, contra ſuam profeſſionem, quam ante ordinationem ſuam coram multis teſtibus, de fidei catholicæ & ſacrorum canonum obſervatione & obedientia erga ſuæ metropolis privilegium ordinatori ſuo porrexerat, obedire illi contempſit. Qua de re juxta ſacras regulas debet honore privari: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

*Ob eaſdem cauſas.*

Gislebertus Carnotenſis epiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, in ſynodo epiſcoporum decem provinciarum coram nobis eſt comprobatus, quia contra evangelicam veritatem, & apoſtolicam traditionem, contraque ſacras regulas prohibuit, ut nemo parvulos in ſua parochia, etiam in mortis urgentis periculo conſtitutos, baptizaret: nemo ad ultimam pœnitentiam aliquem ſuſciperet: nemo viatico munere ulli ſubveniret: nulli mortuo ſepulturæ humanitatem exhiberet. Et inde litteris a metropolitano ſuo ter commonitus ut hanc impietatis conligationem ſolveret, obedire illi contra ſuam profeſſionem contempſit. Qua de re juxta ſacras regulas debet honore privari: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

PARS IV.

*Quia mortis judicio ſubſcripſit.*

Hodo Belgivacenſis epiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, libellum coram nobis obculit in ſynodo epiſcoporum decem provinciarum, cui ſine metropolitani ac coepiſcoporum Rhemenſis provinciæ conſcientia & conſenſu, contra ſacras regulas ſubſcripſit; & a clericis eccleſiæ ſuæ atque a parochianis presbyteris ſubſcribi contra profeſſionem, & ſubſcriptionem ſuam veniens fecit. Et in eodem libello, qui in præſenti habetur, contra evangelicam, & apoſtolicam, atque canonicam auctoritatem ſubſcripſit, & ſubſcribi a comminiſtris eccleſiæ ſuæ fecit, ut delatori aut lingua capuletur, aut convicto caput amputetur. Et S. Ambroſius ad Valentinianum imperatorem ſcripſit, *Vox*, inquiens, *tua, manus* B *tua, & ſubſcriptio tua, opus eſt tuum*. Et quia mortis judicio ſubſcripſit, & ſubſcribi contra epiſcopalem ordinem fecit, ipſe in corpore vivens * defungi ſacerdotio debet adjudicari: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

Ambroſ.

* privari, ſeparari, cadere a.

*Ut adulterator ſacrorum librorum.*

Ragenelmus Tornacenſis epiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, in eodem libello, qui in præſenti habetur, ſacrarum ſcripturarum ſenſum adulteravit, & verba catholicorum impoſturavit. Unde ſententiam depoſitionis, quam in ſanctis conciliis adulteratores & impoſturatores ſacrarum ſcripturarum ac verborum catholicorum ſuſceperunt, meretur ſuſcipere: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

*Ut contemptor metropolis ſuæ.*

Eugenoldus Pictavenſis epiſcopus dixit: Frater C Hincmarus Laudunenſis epiſcopus privilegii ſuæ metropolis, contra ſacram Nicænam ſynodum, contraque cetera ſancta concilia & decreta ſedis apoſtolicæ, contemptor, ab epiſcopali regimine deponi debet: qui non vult obedientiam quam a ſuis ſubditis exigit, prælato ſuo dependere: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

*Ut indiſciplinatus & irreligioſus.*

Joannes Camaracenſis epiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus die conſtituta ad ſynodum, ad quam regulariter primum regiis litteris, & metropolitana ſolicitudine, inſuper & apoſtolicæ ſedis auctoritate ad certum locum & diem, de præſignatis ſibi a metropolitano ſuo pro loci ſui officio rebus, non in anguſto tempore fuerat evocatus; non venit. Domnus rex D Carolus petitionem proclamationis adverſus eum porrexit in ſynodo, quæ coram eo relecta fuit. * Propterea per ter, ternis epiſcopis, ac ternis presbyteris, terniſque diaconibus tandem iterum vocatus venit. In cujus præſentia domnus rex iterum ſuam petitionem in ſynodo adverſus eum porrexit, quæ coram eo relecta fuit. Unde non ſicut eccleſiaſticus, ſed ſicut indiſciplinatus quilibet, ibi loquutus fuit: neque cum debita religione ſe continuit; ſed in calumnias, & contumeliationes atque convicia quorumdam epiſcoporum exarſit: & ea de quibus reputabatur, quandoquidem confitebatur, & quandoquidem iterum denegabat. Sed & de aliis talibus a ſe perpetratis, quibus tranſgreſſus eſt terminos, quos ſtatue- E runt patres noſtri, ſe indignum epiſcopali ordine judicavit, & judicandum ſe nobis exegit: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

* leg. videtur Propterea.

*Ob plures exceſſus.*

Vvaltharius Aurelianenſis epiſcopus dixit: Fratrem Hincmarum Laudunenſem epiſcopum de pluribus exceſſibus comprobatum, de quibus ſancti patres noſtri, per quos Spiritus ſanctus ſacras regulas promulgavit, in quibus de eiſdem exceſſibus canonica præfixere judicia, eum jam judicatum habent. Unde neceſſe eſt, ut & nos eorum proſequamur, & exſequamur judicia: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

ANNO CHRISTI 871.

Vvillebertus Catalaunenſis epiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, quia poſt tantas, ſicut in promptu eſt, correptiones, a ſua contra regulas ſacras pertinacia corrigi non potuit, dicente Domino, ut quilibet frater poſt tertiam correptionem non correctus, ſit nobis ſicut ethnicus & publicanus, ab epiſcopali ordine dejiciendus eſt judicandus: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

*Quod contemnat ad objecta reſpondere.*

Hildebaldus Sueſſionenſis epiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, quia dicente Gelaſio, ideo ad judicium vocatur certa quæcumque perſona, ut aut fateatur objecta, aut convincatur objectis, quoniam ad objecta ſibi legaliter reſpondere contemnit, oportet, ut ſecundum ſacras regulas atque leges ſententiam ſuſcipiat contumacis: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

Berardus Viridunenſis epiſcopus, dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, quoniam ſicut domnus Hadrianus papa auctoritate ſancti Spiritus illi mandavit per epiſtolam ſuam, quæ ei eſt in hac ſynodo data atque relecta, ſecundum ſacras regulas, ſalvo ſedis apoſtolicæ ſynodico proclamandi judicio, metropolitano ſuo obedire contemnit, dignum eſt ut etiam de contemptu ipſius domni apoſtolici, ſalvo ſedis apoſtolicæ ſynodico proclamandi judicio, ſicut & ipſe ſcripſit, ejus auctoritate damnetur: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

Ingilvvinus Pariſiacenſis epiſcopus dixit: Frater Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, in epiſcopali ordine nomine manens, agendo multoties contra ſacras regulas traditionemque majorum, ſicut ex ſuis ſcriptis ac ſubſcriptionibus, & certiſſimis patet documentis, ſe ab epiſcopalis diſciplinæ ſocietate diſcrevit: & eccleſiæ ac eccleſiaſticis votis, atque regi & regno ſæpe ſcandala non mediocriter intulit. Colligat ſui fructum judicii, ſicut Dei * metus, & Dei ſapientia per Salomonem præcepit, *Ejice*, inquiens, *deriſorem, & exibit cum eo & jurgium, ceſſabuntque cauſæ & contumeliæ*. Et per ſemetipſam dicit, *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cæleſtis, eradicabitur. Neque enim qui plantat, aut rigat, eſt aliquid, niſi incrementum det Deus:* ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

Matth. c. 15.

Birico Dungrenſis chorepiſcopus dixit: Fratrem Hincmarum Laudunenſem epiſcopum multoties contra regulas ſacras agentem, & in ſua diutina contumacia permanentem, quia, ſicut ſanctus dicit Gregorius, *qui non corrigit reſecanda, committit*, metropolitanus & ordinator illius judicet cum primus, & nos ejus judicium regulariter proſequemur: ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio.

## CAPUT X.

*Hincmarus metropolitanus adverſus eundem Hincmarum Laudunenſem, ſententiam depoſitionis pronunciat ex ſcripto.*

Hincmarus Rhemorum epiſcopus dixit: Nunquam vellem in eum me judicare oporteret: & utinam nec ordinare contigiſſet, de quo ſemper timui, quod nunc video, poſtquam eum ſibi ſæculum rapuit, & ei frequenter ſcriptum prædixi: *Qui mentis eſt duræ, corruet in malum*. Sed quia ipſe ſibi judicium ferri exegit: veſtra unanimitas dicat, ſi ego pro præmiſſis cauſis eum judicavero, utrum vos illum mecum unanimiter judicabitis, an non? Et ſingillatim epiſcopis reſpondentibus, ſe illum una cum eo judicaturos: Hincmarus Rhemorum epiſcopus dixit. Et poſtquam ego judicio, ſecundum morem eccleſiaſticum ſubſcripſero, ſubſcribetis mecum eidem judicio? Reſponderunt, quia quod cum eo judicaverint, ſe juxta morem eccleſiaſticum fore ſubſcripturos. [46] Et tunc lectæ ſunt in ſynodo ab Adalgario diacono ſententiæ canonum, ita eo dicente. Sardicenſes canones decreverunt, *ut ſi aliquis epiſcopus judicatus fuerit in aliqua cauſa, & putet ſe bonam cauſam habere, ut iterum concilium renovetur, ſi vobis placet ſancti Petri memoriam honoremus, ut ſcribatur ab his qui cauſam examinarunt, Julio Romano epiſcopo, & ſi judicaverit renovandum eſſe judicium, renovetur, & det judices: ſi contra probaverit talem eſſe cauſam, ut non refricentur ea quæ acta ſunt; quæ decreverit, confirmata erunt*. Et Innocentius papa decrevit, ut *ſi majores cauſæ in medio fuerint devolutæ, ad ſedem apoſtolicam, ſicut ſynodus ſtatuit, & * vetus conſuetudo exigit, poſt judicium epiſcopale referatur*. Et Bonifacius papa dicit: *Nos per omnes provincias litteras dirigemus, ne excuſationem ſibi ignorationis jure Maximus obtendat, ut ad provinciam venire cogatur, & illic ſe conſtituto præſentare judicio. Quicquid autem veſtra caritas de hac cauſa duxerit decernendum, cum ad nos relatum fuerit, noſtra, ut condecet, neceſſe eſt auctoritate firmetur*. Et S. Leo papa decrevit, *Si quæ*, inquiens, *aliæ emerſerint cauſæ, quæ ad ſtatum eccleſiarum, & ad concordiam pertineant ſacerdotum, illic ſub timore Domini volumus ventilentur: & de componendis atque compoſitis omnibus ad nos relatio plena mittatur: ut ea quæ juxta eccleſiarum morem juſte & rationabiliter fuerint diffinita, * noſtra quoque ſententia roborentur*.

Concil. Sardic. can. 5
Innoc. ep. 2.
* al. beata conſuet.
Bonif. ep. 2.
S. Leo ep. 4.
* al. mea.

*Sententia in Hincmarum Laudunenſem.*

Tunc Hincmarus metropolitanus Rhemorum epiſcopus legens, dixit: Hincmarus Rhemorum epiſcopus Hincmarum hactenus eccleſiæ Laudunenſis epiſcopum evangelicæ veritati, atque apoſtolicæ auctoritati in pertinacia præſumptionis illicitæ excommunicationis repugnatorem; & ſanctorum canonum venerandorum conciliorum, & decretorum ſedis apoſtolicæ, ex eiſdem ſacris canonibus promulgatorum, tranſgreſſorem; & eccleſiaſtici ordinis ac regularis diſciplinæ in contemptu privilegii ſuæ metropolis contra ſacram Nicænam ſynodum, contraque cetera ſancta concilia, & decreta ſedis apoſtolicæ novum impugnatorem: veternoſis fæcibus corruptum, ſeditionis ſcilicet Choræ, ac poſt Nicænæ ſynodi conſtitutionem, quorumdam ſubjectorum rebellionis contra potiores ſuos reſuſcitatorem; & contra ordinem eccleſiaſticum ac regularem diſciplinam profeſſorem ac ſubſcriptorem; necnon & canonicæ profeſſionis ac ſubſcriptionis ſuæ prævaricatorem; ſacræque ſcripturæ adulteratorem, & verborum catholicorum interverſorem, & impoſturatorem. Regiæ ſiquidem ſubjectioni, & honorificentiæ contra regulam apoſtolicam reſultatorem; perjurum quoque, ſeditioſum, & rerum alienarum ac facultatum pervaſorem, calumniatorem, ac injuriarum reum; & poſt tertiam vocationem a metropolitano ſuo ad ſynodum evocatum; itemque ab ipſa ſynodo per ter, ternis epiſcopis, terniſque presbyteris, ac ternis diaconibus iterum evocatum, in diutina contumacia ſua pertinaciter perſiſtentem, & non reſipiſcentem; & ad objecta ſibi regulariter reſpondere contemnentem. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cujus evangelicæ veritati, pertinaci præſumptione pernicioſæ excommunicationis repugnavit, judicio ſancti Spiritus, qui loquutus eſt in beatiſſimis apoſtolis, & apo-

ANNO CHRISTI 871.

& apoſtolicæ ſedis pontificibus, quorum doctrinæ, atque decretis cauſa [illegible]æ injuriæ crudeliter & contumaciter obviavit, ſecundum ſacros ſanctorum conciliorum canones ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos, quibus ſæpe correptus, & non correctus, multotiens reſultavit: & ideo ipſe contra ſe elicuit canonicam damnationis proferri ſententiam: epiſcopali honore ac dignitate privatum judico, *⁹ & omni ſacerdotali officio ſpoliatum decerno: reſervato per omnia juris privilegio domni & patris noſtri Hadriani, apoſtolicæ ac primæ ſedis papæ: ſicut ſacri Sardicenſes canones decreverunt, & ejuſdem apoſtolicæ ſedis pontifices Innocentius, Bonifacius, Leo, ex eiſdem ſacris canonibus promulgaverunt.

## *⁸ SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Hincmarus Rhemorum epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Harduicus Veſontionenſis epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Remigius Lugdunenſis epiſcopus relegi, conſenſi, & ſubſcripſi.

Frotharius Burdegalenſis epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Vulfadus Biturigenſis epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Bertulfus Trevirenſis epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Adalardus Rothomagenſis epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Anſegiſus Senenenſis epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Acthardus epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Franco Tungrenſis epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Hildegarius Meldenſis epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Adventius Mettenſis epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Giſlebertus Karnutenſis epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Hodo Belgivagorum epiſcopus ſimiliter judicans ſubſcripſi.

Ragenelmus Tornacenſium epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Joannes Camaracenſis epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Vualtherus humilis Aurelianorum epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Vuillebertus Catalaunorum epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Hildeboldus Sueſſionicæ eccleſiæ epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Berhardus Viridunenſis epiſcopus judicans ſubſcripſi.

Ingilvinus Pariſiorum epiſcopus judicans ſubſcr.

Birico chorepiſcopus ſubſcripſi.

Gerholdus presbyter ad vicem domni & patris mei Helmeradi Ambianenſis eccleſiæ epiſcopi ſubſcripſi.

Frothardus presbyter ad vicem domni & patris mei Erpoini Silvanectenſis epiſcopi ſubſcripſi.

Ageteus presbyter ad vicem domni & patris mei Erchamberti Baiocagenſis epiſcopi ſubſcripſi.

Ego Leuderius * ϟ ⁶ vice patris mei Arnulfi Tullenſis epiſcopi ſubſcripſi.

* Pro, presbyter, vel archidiaconus. & ſic inferius. H.

Eudo ϟ' ad vicem Liudonis ſanctæ Æduenſis eccleſiæ præſulis ſubſcripſi.

Helias presbyter legatus patris mei Ottulfi Auguſtæ Trecorum epiſcopi ſubſcripſi.



A Heliſeus archidiaconus, ad vicem patris mei Chriſtiani præſulis eccleſiæ S. Stephani Antiſſiodorenſis, ſubſcripſi.

PARS IV.

Anſoldus archidiaconus, ad vicem patris mei Abbonis Nivernenſium epiſcopi, ſubſcripſi.

Sigloardus Rhemenſis eccleſiæ archipresbyter, ſive ſervans locum archidiaconi, ſubſcripſi.

Hrodoldus archipresbyter Rhemenſis eccleſiæ ſubſcripſi.

Reinfredus Burdegalenſis archidiaconus ſubſcripſi.

Dodo Biturigenſis archidiaconus ſubſcripſi.

Fredegiſus Veſontionenſis eccleſiæ presbyter ſubſcripſi.

Rado Sueſſionenſis eccleſiæ ϟ' ſubſcripſi.

B Frotgerus Carnotenſis eccleſiæ archidiaconus ſubſcripſi.

Vuillebertus ſacerdos ſubſcripſi.

## *EPISTOLA SYNODALIS ejuſdem concilii ad Hadrianum papam.*

PARS V.

DOmino ſanctiſſimo, ac reverentiſſimo patri Hadriano, ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ Romanæ primæ ſedis papæ, Hincmarus, Harduicus, Remigius, Frotarius, Vulfadus, Bertulfus, Adalardus, Anſegiſus, Franco, Hildegarius, Adventius, Giſlebertus, Hodo, Rainelmus, Engenoldus, Joannes, Vualtharius, Vuillebertus, Hildeboldus, Berardus, Ingilvvinus, epiſcopi, qui C cum diverſarum eccleſiarum legatis, in ſynodum apud Duziacum Rhemenſis parochiæ, in nomine Chriſti convenimus. Diutinis, ac multis, graviſſimiſque, atque frequentibus, ab inſolentiis Hincmari Laudunenſis, vexationibus fatigati, quem nec metropolitanus ſuus, qui orfanum benigne illum nutrivit, in clericum totondit, litteris erudivit, per ſingulos gradus, electione, cleri & plebis Laudunenſis eccleſiæ, cum favore domni regis Caroli, ad apicem epiſcopatus provexit, multifarie multiſque modis & verbis, & ſcriptis commonitum, corrigere non potuit. Quem domni noſtri regis Caroli benignitas multorum beneficiorum largitionibus, & caſtigationibus, ad epiſcopalem manſuetudinem, & gravitatem attrahere D non prævaluit: & nec ipſe, neque metropolitanus ſuus ad hoc eum compellere potuerunt, ut clericis ac laicis, quibus injuſte fecerat, quod lex, & juſtitia dictabat, reſtitueret. Sed potius quicumque ad regem, vel ad metropolitanum ſuum ſe contra eum reclamavit, nequaquam ceſſavit, donec eos penitus exterminavit. Cui etiam ſynodales invectiones, ut a contumacia & levitate ſua reſipiſceret, & bonum nomen, quod apoſtolica regula epiſcopum etiam ab his qui foris ſunt, habere jubet, morum probitate, & ordinis ſui religione obtinere, & bonorum operum exemplum demonſtrare ſtuderet, perſuadere non potuerunt. Quem etiam humana verecundia a ſuis reprehenſibilibus, & improbabilibus actibus, ut non vituE peraretur miniſterium noſtrum, extrahere nequiverunt. Quem veſtræ poſtremo apoſtolicæ epiſtolæ, obteſtationes, & commonitiones corrigere, & ad obedientiam debitam flectere non potuerunt.

*Hincmarus Laudun. ſæpe & plurimis fruſtra monitus.*

1. Tim. 3.

Tandem quod non ſine gemitu & cordis dolore dicimus, quoniam aliud medicamentum quo ſanaretur, reperire nequivimus, ab ordine ſacerdotali removimus: ſicut in geſtorum ſerie ſanctitas veſtra inveniet, *⁹ quam per hunc fratrem, & venerabilem coepiſcopum noſtrum Actardum, qui nobiſcum reſedit in ſynodo, auctoritati veſtræ dirigimus. Quia diutius nec ſibi commiſſa

*Ideo depoſitus a ſynodo.*

Vu 2 eccle-

PARS V.

ANNO CHRISTI 871.

ecclesia, quæ sub eo veluti sub gravissimo fasce gemebat, illum portare; nec aliarum ecclesiarum rectores, sine reprehensione insolentias ejus ferre; nec regiæ dignitatis potestas, vel regni unanimitas, ejus inquietudinem ac dehonorationem sustinere valebat. De quibus quædam, & juxta pluralitatem aliorum excessuum in præfata gestorum serie pauca invenietis: quia & pro temporis brevitate, quoniam isdem Hincmarus constituta sibi die noluit venire ad synodum; [19] & domnus rex cum quibusdam episcopis ad colloquium fratris sui, pro reconciliatione filiorum ejus, ad patrem illorum & fratrem suum festinare accelerabat; ne commota seditione * carne propinquos inter se compugnantes Christianorum parricidalis sanguis * effunderetur; & hac de causa ecclesiarum Dei res scinderentur, & sacerdotum ac servorum Dei facultates diriperentur, & pauperes depopularentur. Verum & ipsum Hincmarum ad hoc perducere multum laborantes non potuimus, ut secundum rationem & auctoritatem ad objecta sibi redderet rationem. Sed obstrependo clamoribus, & inconditis vocibus, ea quæ verbis confitebatur, & in scriptis suis professus fuerat, iterum denegabat, & ea quæ negaverat, iterum fatebatur.

*Tanta de multis crimina in synodo discussa sunt.*

** Forte, inter carne propinquos secum pugnantes. H. * leg. effunderet.*

Propterea * præmissis aliis, quæ in gestorum serie invenietis, & quæ in plurimis sui metropolitani epistolis, & quæ in ipsius Hincmari scriptis habentur: intermissis etiam quamplurimis plurimorum querelis, qui datis petitionibus in synodo adversus eum querebantur, tam de clericis & laicis ecclesiæ suæ, quam & de parochianis presbyteris, & liberis hominibus, non solum suæ parochiæ, verum & aliarum parochiarum. Intermissa nihilominus ratione de auro, & gemmis quamplurimis & pretiosis; & multis ac variis ornamentis ex auro & gemmis compositis, quibus Pardulus episcopus decessor illius altare sanctæ Mariæ Laudunensis ecclesiæ pulchre satis ornavit; quod iste defabricavit: & sicut ministeriales ipsius ecclesiæ dicunt, [21] inde umgas ad spatas, & balteos, & calcaria, atque ligaturas hosarum, quas hosobindas dicunt, fieri jussit; & suo fratri, & quibus sibi placuit dedit. Sed & de auro purissimo ex calice, quod præfatus decessor suus eidem ecclesiæ contulit. Necnon & de alio auro, verum & de argento ipsius ecclesiæ; sed & de casulis pretiosis, quas dedit quibus sibi visum fuit. Necnon & de sacrato panno optimo ex altare sanctæ Mariæ, quem ad sæculares usus dedit: & alia plurima, quæ ad rationem, & judicationem mittere non concurrimus.

** for. prætermissis.*

*Plura sacrilegia.*

Sicut nec de seditionibus aliis, præter eam de qua rex eum accusavit per scripturam, præsens præsentem in synodo: in quarum una ipse fuit, & veniens cum pluribus armatis hominibus, & permixta vulgi multitudine, cum gladiis & fustibus ad mansum, ubi mulier comitis regis, nomine Nortmanni, de partu more femineo jacebat, ejecit eam inde, & omnia quæ ibi habuit, aurum, argentum, vestimenta, pannos plurimos, annonam, vinum, [22] & generis diversi ac sexus pecuniam, sine misso, vel litteris, aut verbo regis, in sua parochia, & missatico, illi per violentiam abstulit: sicut in petitione ipsius Nortmanni nobis porrecta in synodo continetur. In altera vero seditione quæ ipsius jussione fuit concitata, sicut illi dicunt qui in ea fuerunt, unus homo fuit occisus. Nam quia domnus rex cuidam vassallo de Laudunensi episcopio, nomine Amalberto, cui beneficium reddere jussit, quod ab eo injuste tulerat, præcepit hominibus suis & familiæ episcopii Laudunensis illuc ire cum armis & fustibus, & inde illum ejicere: sicut & factum est; & fugato eo, unus homo ibi fuit occisus.

*Variæ seditiones.*

*Amalbertus [illegible]*

Sed & plura sunt alia, quæ nobis longum est scribere: tantum de his quæ in petitione domni regis contra eum in synodo data continentur, judicia terminavimus: reservato per omnia juris privilegio apostolicæ sedis, ac vestro judicio: sicut sacri Sardicenses canones, & decreta sedis apostolicæ pontificum, Innocentii, Bonifacii, & Leonis, ex eisdem sacris canonibus promulgata decernunt. Ea vero quæ metropolitanus suus & jam in altera, & nuper in ista synodo ad correctionem illius, quem per se non valebat corrigere, legenda obtulit, idcirco auctoritati vestræ dirigimus, ut expressius & certius, seu plenius, factum & animi ejus duritiam, & irrevocabilem ipsius Hincmari pertinaciam cognoscatis; & non præpropere, vel immature, ac inconsulte, sed satis coacte nos in eum, ipso compellente, damnationis sententiam protulisse.

*Hinc. lib. 55. cap. c. 2 & 41. p. 548.*

*Non extat schedula oblata synodo apud Attiniacum.*

Unde obnixe precamur vestram auctoritatem, ut a tanto hujus incorrigibilis pestis tædio, nos etiam suo judicio, quem longius supportare nequivimus, liberet: secundum decreta Bonifacii & Leonis, ea quæ juxta ecclesiasticum morem, prout intelleximus, non inimico animo, vel aliqua cupiditate, aut gratia depravati, juste & rationabiliter diffinivimus, vestra quoque sententia roborando. Et si forte, quod non putamus, visum vobis necessario fuerit, ut secundum Sardicenses canones renovetis judicium, & detis judices, scribendo episcopis qui in finitimis & vicinis provinciis sunt, ut & ipsi diligenter omnino requirant, & juxta fidem veritatis diffiniant. Vel si decreveritis mittere a latere vestro habentes auctoritatem vestram, qui cum episcopis judicent, eo in gradu adhuc non restituto, sicut sacri Sardicenses canones præcipiunt, non abnuimus. Licet, quantum possumus, redire ad laborem quo diu vexati sumus, refugere cupiamus: & ea quæ propter verecundiam sacerdotalis reverentiæ tegi potius, quam publicari optamus, si valuerimus, ad plurimorum notitiam deferri modis omnibus refultemus. Verumtamen quanta possumus devotionis humilitate deposcimus, ut etiam in hac causa nobis canonicam diffinitionem servetis. Videlicet ut si, quod non credimus, ea quæ regulariter diffinivimus, prout sacras regulas intelleximus, vobis præsentialiter non placuerit vestra sententia roborare; non antea communione sacerdotali, a qua separatus est, restituatur, antequam secundum regulas & leges, in provincia, in qua causæ gestæ, & judicatæ sunt, requirantur. Quia usque ad nostra tempora nulla patrum diffinitio ne hoc ecclesiis Gallicanis & Belgicis est derogatum: præsertim quia decreta Nicæna, sive inferioris gradus clericos, sive episcopos ipsos, ut Africanum scribit concilium, suis metropolitanis aptissime commiserunt. Sicut & S. Bonifacius exponit, scribens ad Hilarium Narbonensem episcopum. *Convenit nos*, inquit, *paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Nulli etenim videtur incognita synodi constitutio Nicænæ, quæ ita præcipit, ut eadem proprie verba ponamus. Per unamquamque provinciam jus metropolitanos singulos habere debere; nec cuiquam duas * esse subjectas. Quod illi, quia aliter credendum non est, sancto Spiritu suggerente sibimet, censuerunt.* Et paulo post. *Quod idcirco dicimus, ut advertat caritas tua, adeo nos canonum præcepta servare, ut ita constitutio quoque nostra diffiniat, quatenus metropolitani sui unaquaque provincia in omnibus rebus ordinationem semper*

*Petunt confirmari sententiam.*

*Saltem ut ante retractationem judicii non restituatur.*

*Laudunensis separatus a communione sacerdotali.*

*Numquam derogatum est Gallicanis ecclesiis.*

*Bonif. ep. 1.*

** al. posse esse.*

expe-

*expectet. Prudentiſſime enim ſancti patres noſtri juſtiſſimeque viderunt*, ut Africanum concilium ad Cæleſtinum papam ſcripſit, *quæcumque negotia in ſuis locis ubi orta ſunt, finienda: nec unicuique provinciæ gratiam ſancti Spiritus defuturam, qua æquitas a Chriſti ſacerdotibus & prudenter videatur, & conſtantiſſime teneatur*. Maxime autem cum diffinitione ac patrocinio ſanctæ & apoſtolicæ ſedis, ſecundum leges & Africæ provinciæ canones, illud ratum haberi poſſe oſtendatur judicatum, *ubi teſtium neceſſaria perſona abſque ſexus, vel ſenectutis, ſeu infirmitatis, vel multorum aliorum excuſatione impedimentorum, poſſunt adduci*. Quoniam nemo niſi aut ſcriptura, aut teſtibus, legaliter ac regulariter poteſt convinci: ſicut Hincmarus ſuis ſcriptis, ac ſubſcriptionibus, & idoneis teſtibus eſt in ſynodo coram nobis convictus.

ANNO CHRISTI 871. Concil. Afr. ep. ad Cæleſt.

Quia ergo nos, quantum ſcimus, & poſſumus, privilegium ſanctæ ac primæ ſedis Romanæ, & conſervare, & obaudire, & extollere cupimus, atque ſatagimus, *pro ſuo ſcilicet principatu, quem B. Petrus apoſtolus Domini voce perceptum, eccleſia nihilominus ſubſequente & tenuit ſemper & retinet*: ſervet veſtra paternitas, & a Deo in prima ſede conſtituta auctoritas, nobis, filiis & ſubjectis ſibi epiſcopis eccleſiaſtica privilegia, a ſacris canonibus, & veſtris deceſſoribus ac prædeceſſoribus, noſtris deceſſoribus, ac prædeceſſoribus conſervata: Quatenus & apoſtolica ſedes proprium vigorem retineat, & a ſe conceſſa aliis ſua jura non minuat. Sicut B. Gregorius ſcribens ad Dominicum Carthaginenſem epiſcopum. *De eccleſiaſticis*, inquit, *privilegiis quod veſtra fraternitas ſcribit, hoc poſtpoſita dubitatione teneat, quia ſicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſque eccleſiis ſua jura ſervamus: nec cuilibet favente gratia, ultra quam meretur impertior; nec ulli hoc quod ſui juris eſt, ambitu ſtimulante * derogabo: ſed fratres meos honorare per omnia cupio, ſicque ſtudeo eos * in honores ſubvehi, dummodo non ſit, quod alteri jure ab altero poſſit opponi*. Et ad Natalem Salonitanum epiſcopum. *Quod vero dicitis * veſtris temporibus debere ſervari, quæ a * deceſſoribus quoque tradita & cuſtodita ſunt: abſit a me ne ſtatuta majorum conſacerdotibus meis in qualibet eccleſia infringam: quia mihi injuriam facio, ſi fratrum meorum jura perturbo*.

*Petunt ſervari privilegia eccleſiæ Gallicanæ.*

Gregor. l. 1. epiſt 39.

* al. *derogo.* * al. *honore ſingulos ſubvehi.* Idem l. 1. indict. 10 ep 37. * al. *noſtris temporibus.* * al. *a meis quoque deceſſ.*

Et ſi forte, quod abſit, cujuſcumque ſuggeſtione vel poſtulatione, apoſtolicæ ſedi ſurreptum fuerit, ut idem contemptor & conculcator ſacrorum canonum in gradu reſtitutus, aut in noſtras provincias ad audientiam remittatur, aut ſine audientia in reſtitutione manere jubeatur, ut cum venia veſtra dicamus, ulterius, quod iſdem ab ipſis ordinationis ſuæ primordiis ſemper quæſivit, ut in noſtris provinciis, nullius coercitionis reſpectu quicquid vellet, licenter agere poſſet, ſciens nos de ſingulis Romam mittere non poſſe: uſquequo iidem ſancti patres noſtri, qui adhuc nobiſcum in ſuis conſtitutionibus vivunt, & ſecundum tramitem ſanctarum ſcripturarum, traditionemque apoſtolorum, præventi, ac inſpirati gratia ſancti Spiritus, de hujuſmodi factis, quæ inſolens, & tranſgreſſor ſacrarum legum, ac regularum Laudunenſis Hincmarus noſcitur perpetraſſe, certa præfixere judicia, cum Domino inde judicaturi adveniant, de ipſius in epiſcopali cum ima . . . ordine perpetratis, ac perpetrandis exceſſibus, ſicut hactenus actibus ejus conhibendo non communicavimus; ita in poſtmodum nulla de eo judicia decernemus, vel quamcumque proclamationem apud quemcumque faciemus. Vivat ſibi ſicut vult, conſolante nobis ac conſulente apoſtolo, qui dicit: *Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis & redarguite*. Egimus enim de illo pro modulo noſtro. Quia ſicut B. Auguſtinus exponit, *duobus modis nos non maculat malus, ſcilicet, ſi non conſentiamus ejus operibus malis; & ſi ea redarguamus*. Non conſenſimus quidem: immo & ejus opera redarguimus; & quem corrigere non potuimus, judicatum a nobis Dei mediante ſententia, diffinitionis veſtræ judicio reſervavimus: & ſub geſtorum ſerie, quæ acta ſunt per venerabilem epiſcopum noſtrum Actardum, qui ſynodalibus diffinitionibus noſtris interfuit, paternitati veſtræ dirigimus. [13] Quod & de Rothado faceremus, ſi legatis noſtris facultas tranſeundi Alpes in illis temporibus concederetur. Credite ergo fidei noſtræ, quia non inimico animo, vel aliqua cupiditate, aut gratia depravati eum judicavimus: ſed ipſo multis & maximis, atque diutinis exceſſibus nos compellente: ac per hoc credite, juxta Sardicenſes canones, poſſe ſufficere: ſicut regulariter negotio terminum impoſuimus, noſtrum judicium veſtra roborante ſententia.

*Curam abjiciunt Hincmari, ſi judicium ipſorum irritatur.*

PARS V. Epheſ. c. 5. Auguſt. *Locus corruptus.*

[14] Venerabilem denique fratrem, & coepiſcopum noſtrum Actardum, quem clerus & plebs metropolis eccleſiæ Turonenſis, in eadem eccleſia baptizatum, tonſum, & nutritum, ac per ſingulos gradus ad ordinem epiſcopatus provectum, ſibi incardinari depoſcit: quemque veſtra paternitas nobis incardinandum, etiam ſi locus eveniret in noſtris regionibus in metropoli recommendavit, auctoritati veſtræ remittimus. Quatenus illum in præfata metropoli, eo, ſi vobis placet, tenore archiepiſcopum incardinetis, ut poſt deceſſum illius præfatæ metropoli eccleſiæ cleri ac plebis electione, ſicut regulæ ſacræ præcipiunt, & vetus conſuetudo exigit, a ſuffraganeis & provincialibus epiſcopis ibidem metropolitanus ordinetur epiſcopus. Quem licet, juxta Antiochenos canones perfecto concilio, atque ſecundum apoſtolicas veſtras litteras vacanti eccleſiæ incardinare poſſemus: quia tamen Turonenſis eccleſia ex antiquo metropolis, & B. Martini meritis famoſiſſima & honorabilis ſemper extitit, & præfatus frater noſter Actardus venerabilis epiſcopus [15] genio pallii a benignitate veſtra eſt honoratus: rationabilius vidimus, ut petitione cleri ac plebis ipſius eccleſiæ, & conſenſu noſtræ unanimitatis, ac favore domni noſtri Caroli regis glorioſi, ac veſtra auctoritate eidem incardinetur eccleſiæ. Deus noſter ſanctitatem veſtram ævo longiore orantem pro nobis cuſtodiat, domine reverentiſſime pater in Domino. Data VIII. Idus Sept. præſentis 4. Indictionis.

*Rogant ut Actardum ſedi Turonenſi præficiat.* Flodoard. l. 3. c. 21. Hadrian. epiſt. 2. ad epiſc. ſynodi Sueſſion. Hadrian epiſt. 28. ad Carol. *Genium pallii vocavit Gregor. dotes ejus & ſignificationes.* Lib. 7 epiſt. 111.

## EPISTOLA [16] HINCMARI RHEMORUM *archiepiſc. ad Hadrianum papam.*

DOmino ſanctiſſimo & reverentiſſimo patrum patri Hadriano, primæ ſedis apoſtolicæ, & univerſalis eccleſiæ papæ, Hincmarus, nomine non merito Rhemorum epiſcopus, ac plebis Dei famulus. Venerabilem fratrem, & coepiſcopum noſtrum Actardum, ſicut veſtra dignatio exiguitati meæ litteris ſuis præcepit, in gremio dilectionis ſuſcepi, [17] & a paganis Nortmannis, necnon & a pſeudochriſtianis Britonibus de ſua ſede expulſum, conſenſu coepiſcoporum Rhemenſis provinciæ, ac favore domni noſtri Karoli regis glorioſi, in vacante eccleſia * diœceſeos noſtræ locum ſacrificandi, & epiſcopale miniſterium peragendi conceſſi: & ſecundum Sardicenſes canones immorandi licentiam dedi: & de rebus ac facultatibus

*Suſcipitur ab Actardo commemoratione.* Hadrian. epiſt. 4. ad Hinc. * *Morinenſ.* Concil. Sardic. can. 5. 13. & 21.

PARS V.

tibus ejuſdem eccleſiæ, larga benevolentia humanitatem exhiberi præcepi: uſque dum aptus & conveniens ſibi locus eveniret, ubi ſecundum præceptionem veſtram poſſet incardinari. [58] In qua vacante eccleſia diœceſeos noſtræ ſecundum apoſtolicas litteras veſtras, incardinari non potuit; quia res eccleſiæ Namnetenſis a Paganis reſiduæ, longe ab eccleſia Morinenſi Rhemorum provinciæ diſtant, & in duabus provinciis regulariter conſcribi non poterat. Nunc autem quia clerus & plebs metropolis eccleſiæ Turonenſis, in eadem eccleſia baptizatum, tonſum, & nutritum, ac per ſingulos gradus ad ordinem epiſcopatus provectum, ſibi eum incardinari depoſcit, quem veſtra paternitas nobis incardinandum, etiam ſi locus eveniret in noſtris regionibus in metropoli, commendavit, auctoritati veſtræ remittimus: quatenus illum in præfata metropoli, eo, ſi vobis placet, tenore archiepiſcopum incardinetis, ut poſt deceſſum illius, præfatæ metropoli eccleſiæ, cleri & plebis electione, ſicut regulæ ſacræ præcipiunt, & vetus conſuetudo exigit, a ſuffraganeis & provincialibus epiſcopis, ibidem metropolitanus ordinetur epiſcopus. Quem licet juxta Antiochenos canones perfecto concilio, atque ſecundum apoſtolicas veſtras litteras vacanti eccleſiæ incardinare poſſemus: tamen quia Turonenſis eccleſia ex antiquo metropolis, & beati Martini meritis famoſiſſima, & honorabilis ſemper extitit; & præfatus frater noſter Actardus venerabilis epiſcopus, genio pallii, a benignitate veſtra eſt honoratus: rationabilius vidimus, ut petitione cleri ac plebis ipſius eccleſiæ, & conſenſu noſtræ unanimitatis, ac favore domni noſtri Caroli regis glorioſi, a veſtra auctoritate eidem incardinetur eccleſiæ.

*Eccleſia Turonenſis.*

*De Hincm. Laudunenſis vita & moribus.*

De cauſa vero fratris Hincmari, ſufficienter vobis geſtorum ſeries, quam per hunc venerabilem fratrem & coepiſcopum noſtrum Actardum, ſynodus in parochia Rhemenſi nuper habita, veſtræ auctoritati tranſmittit, plenam notitiam intimabit. Cui poſt omnia geſta, quæ de illo gerenda fuere, cum aliis epiſcopis & confratribus noſtris, [59] apud domnum regem * obtinuit, ut quicumque de clero, vel de familia Laudunenſis eccleſiæ cum illo pergere vellet, licentiam haberet. Quem utinam non vidiſſem, minime autem illum me ordinare in epiſcopum contigiſſet, per quem tantum ſcandalum in noſtrarum provinciarum eccleſiis, & in regno in quo degimus, ſine ulla neceſſitate commotum, & diutino tempore hactenus eſt perduratum. Adeo ut non inconvenienter de eo dicere poſſem: Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille: qui pro eo ut ad epiſcopalem gradum provectus in religione proficeret, ſub qua nutritus fuerat, pompas & illecebras ſæculi cœpit ſequi, & familiaritates, ac contubernia ſæcularium delectari; de negotiis ſæcularibus ſermocinationes frequentare; cupiditatem & avaritiam, non ſolum pecuniæ, ſed & altitudinis, ac turpis lucri emolumenta ſectari; meas, & quorumcumque correptiones aſpernanter, & indignanter accipere, & in ſenſu, ac ſapientia ſua confidere; ſicut multi, proh dolor! in noſtris regionibus ſciunt. Et ut alia plurima ſpecialiter computare omittam, quæ per plures annos in timore, & cordis dolore, de illius moribus & improbabilibus actibus, & etiam humana verecundia de inſolentiis ejus ſuſtinui: ſæpiſſime illum & verbis, & ſcriptis, familiariter & per me, & per communes familiares noſtros corripiens, & ad recognitionem, vel correctionem adducere non valens; de his pauca commemorabo, quæ ante quadriennium in pejus proficiens, & excreſcens, cum virtute laborare cœpit, ut caderet.

** leg. videtur obtinui*

*Hincmar. l. 55. cap. c. 43. & 55. cap. 11.*

ANNO CHRISTI 871.

Cœpit enim clericos & laicos, qui eum elegerant, per varias occaſiones affligere; & ab eis, quæ habebant, vel adquirere poterant, per diverſa ingenia ſurripere, &, ut dicam apertius, rapere: indeque illos de loco, in quo nutriti fuerant, exterminare, & alios pravæ opinionis ex diverſis provinciis recipere. Unde afflicti tam clerici, quam laici de ſibi commiſſa eccleſia, cœperunt ſe reclamare ad domnum regem, & ad meam exiguitatem: pro quibus ſatis ſuperque laboravi: ſed aut parum, aut nihil profeci. Iſdem autem pro reclamatione ſuorum hominum contra domnum regem commotus, de rebus a Nortmanno invaſis, quas ipſe regi ſine meo ac coepiſcoporum meorum conſenſu conceſſerat, ut eas Nortmanno beneficiaret, ſicut & ipſe in ſuis ſcriptis fatetur: miſit illum apud veſtram auctoritatem, me inſcio, ſine ulla neceſſitate accuſare, per miſſum ſuum Celſanum. Et mandavit mihi, quod domnus rex eum, & omne epiſcopium Laudunenſis eccleſiæ, exceptis principali eccleſia, & epiſcopii domo, & clauſtro fratrum, proſcripſerit & confiſcaverit, quia ipſe ſæculare judicium adire noluerit. Ego autem illi ut epiſcopo credens, ſcripſi inde domno regi plura, & minus caute, reprehendens illum de injuſto judicio. [60] Et quia non ita ſe res habebat, ſicut idem Hincmarus mihi mandaverat, & poſtea ipſe dixerat: aſſumpto eo mecum, veni ad domnum regem, & una cum coepiſcopis noſtris, ſicut antea, & poſtea ſæpius egi, domnum regem ei placabilem feci. Poſtea vero ſine mea conſcientia, vel conſenſu, miſit iterum ad veſtram auctoritatem, non ſolum regem, ſed & me accuſare, ſicut in ſanctitatis veſtræ litteris inveni. In quibus inter cetera continentur, *Quare miniſterio juris epiſcopalis in regionibus illis abutar, & Hincmarus nepos, & æquivocus meus, venerabilis dumtaxat epiſcopus, ſicut audiſtis, non minima in eccleſia ſua ſuſtinent detrimenta: ſi me tepeſcente nullam potuit conſolationem invenire.* Unde jure veſtræ auctoritati reſcripſi, quod non eſt modo neceſſe repetere.

*Subditos ſuos vexat. Hincm. lib. cit. c. 31.*

*Hinc. ep. 29. ad Carol. regem*

*Fragmentum epiſtolæ Hadriani ad Hincmarum Rhemenſem.*

*Non exſtat.*

Sed ipſe Hincmarus unde cautior & humilior eſſe debuerat, ſcilicet de mea interceſſione, & domni regis benignitate, inde elatus in ſuperbiam, & amarus animo effectus, non ſolum ſe non correxit, ſed malis pejora ſemper adjecit. Et quia ſuis pravis actibus & improbabilibus moribus conſentire non volui, & incaute ſuis mendaciis fidem accommodare vitavi; immo & illum redarguere cœpi: etiam contra me irremediabiliter ſe commovit; & plura & majora ſcandala & regi, & regno, & mihi, ac coepiſcopis noſtris, & eccleſiæ ſuæ tam clericis quam laicis ſemper accumulavit.

*Beneficiis avunculi nepos exaſperatur.*

Et horum ſcandalorum, licet non apertis vocibus, ſcandalizati ab eo, ut audivi, me auctorem eſſe dicebant: quoniam eum ſcilicet nepotem meum epiſcopum ordinaveram. Non attendentes, quia non ut Judam electum præſenti juſtitia apoſtolum, & Saul regem poſtea reprobatum, de quo ſcriptum eſt, *Erat vir electus & bonus, & non erat vir de filiis Iſrael melior illo*, Deus omnia ſciens ordinavit, & nihil culpæ contraxit, quia peccare non potuit: ſed ut homo neſciens quod futurum erat, iſtum per improvidentiam ordinavi, & divini judicii non injuſti miniſter extiti: quia, ſicut timeo, aliis peccatis meis hoc eſſe promerui. Quamquam & ſancti apoſtoli cum B. Stephano, & aliis diaconibus, Nicolaum ordinaverint, nec tamen dictis & factis

*Hincmari apologia, quod nepotem ordinarit.*

*L. 55. Capit. c. 49. p. 558.*

*1 Reg. 9.*

*Act. c. 6*

ANNO CHRISTI 871.

ctis illius improbabilibus poſtea manifeſtis, per manuum ſuarum impoſitionem communicaverunt. Sicut nec Samuel culpam contraxit in ordinatione Saul: quem divina juſſione a ſe ordinatum, & a Domino poſtea abjectum diutiſſime flevit, veluti ſacra narrat hiſtoria. Quia autem dicebant quod nepotem meum epiſcopum ordinaverim, non attendebant quia & alii per me ſunt epiſcopi ordinati, qui non ſunt mihi carne propinqui: & quia non impedit ad quemquam ordinandum carnis propinquitas, ſi ordinandus fuerit electus, & petitus ſecundum eccleſiaſticas regulas. Nam & Dominum a quo, & per quem cœpit epiſcopatus, carne ſibi propinquos legimus ordinaſſe epiſcopos.

1. Reg. 15.

*Gravior eſt ejus quam per externi cujuſlibet impugnatio.*

Sed licet in iſto nepote meo egerim unde gemo, quia neſcio qualiter de hoc, & de aliis meis factis *terribilis in conſiliis ſuper filios hominum* in occulto ſuo judicio, *qui poſuit tenebras latibulum ſuum*, diſponet: ſcio tamen omnipotentem advocatum, & miſericordem judicem, *ante quem eſt omne deſiderium meum, & gemitus meus non eſt abſconditus*. Conſolatur enim me, quia recepi pro illo & per illum duplicia. Quoniam ſicut ſanctus dicit Gregorius. *Quos plus ceteris diligimus, cum ab eis adverſa patimur, majorem dolorem mala nobis ingerunt, quam quæ ab externis inferuntur: & plus in nobis ea tormenta ſæviunt quæ ab illis patimur, de quorum meritibus præſumebamus; quia cum damno corporis mala nos cruciant amiſſæ caritatis. Hinc eſt enim quod de Juda traditore ſuo per pſalmiſtam Dominus dicit: Et quidem ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique; & ſi is qui oderat me, ſuper me magna loquutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu vero homo unanimis, dux meus, qui & notus meus, ſimul mecum dulces capiebas cibos: in domo Domini ambulavimus cum conſenſu*. Et rurſum: *Homo pacis meæ in quo ſperabam, & qui edebat panes meos, magnificavit adverſum me ſupplantationem*. Ac ſi de traditore ſuo apertis vocibus dicat: tranſgreſſionem ejus tanto gravius pertuli, quanto hanc ab eo qui meus eſſe videbatur, ſenſi.

Gregor.

Pſalm. 54

Pſalm. 40

*Aliter ſcripſit illum corrigere ſtudens.*

[61] Cui multa & multipliciter ut ſe corrigeret, ſcripſi: quæ ſi in unum corpus fuerint congregata, non puto minoris fore voluminis, quam quinque ſunt libri Moyſi. Et ideo ad ſcribendum illi me contuli, quia ſufferre non poterat, quæ illi a me dicebantur. Sed nec de ullo homine patienter aliquid poteſt audire, ut ſemper non ipſe loquatur; niſi ea illi quis dixerit, quæ in ſuo corde verſantur. [62] Contra quæ etiam ſcripta ipſe multa multipliciter, & irrationabiliter mihi reſcripſit: nolens ea quæ illi ſcribebam ſic intelligere, ſicut ſcripta erant: ſed me, & ipſa ſcripta reprehendere, & calumniari, atque refellere laborabat.

*Incorrigibilem deinc noſcens.*

Per quæ intelligens illum eſſe incorrigibilem, ſtatui in corde meo, ulterius me apud illum non inaniter laboraturum: videns in eo impleri, quod de Domino pſalmiſta dicit, *Immiſſiones per angelos malos, viam fecit ſemitæ iræ ſuæ*. *Cor*, inquit Gregorius, *Dominus prioribus meritis aggravatum, juſte permittit etiam ſubſequentibus malignorum ſpirituum perſuaſionibus falli: quod dum digne in culpa trahitur, reatus jam in pœna cumulatur. Unde & iræ ſuæ domino viam facere, eſt in eos qui punire in ſe cauſas recte noluerunt, diſtricte judicando dilatare: ut qui illuminati agere recta noluerunt, juſte cæcati adhuc faciant unde amplius puniri mereantur. De quibus dicit apoſtolus, ut impleant peccata ſua ſemper*. Et hinc voce angeli ad Joannem dicitur: *qui nocet, noceat adhuc; & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc*. Et hinc David ait: *Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & non intrent in juſtitia tua*. Et hinc per Moyſen dicitur: *Nondum completa ſunt peccata Amorrhæorum*. Hinc per eumdem Moyſen Dominus dicit: *Ex vinea enim Sodomorum, vitis eorum; & propago eorum ex Gomorrha. Uva eorum uva fellis, & botrus amaritudinis ipſis. Furor draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile. Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? In die ultionis reddam eis*. Et quia multa eorum mala narravit, tamen illico adjunxit. *In tempore quo lapſus fuerit pes eorum*. Et atrociſſima peccata illorum deſcribuntur: & tamen ad ultionis diem adhuc ſubſequens lapſus adipiſcitur, quo eorum culpæ cumulentur. Habent jam quidem, unde feriri mereantur: ſed ſuſtinetur tamen adhuc peccatum creſcens, ut peccantes poſſit acrior culpa cumulare. Jam meretur ſupplicium peccatum, & cauſa peccati: ſed expectatur adhuc, ut augmentum ſupplicii ſubroget peccatum & pœna peccati. Quæ in illo compleri videns, pro modulo meo ſequi decrevi quod Dominus dicit: *Non audivit populus meus vocem meam, & Iſrael non intendit mihi: & dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum: ibunt in adinventionibus ſuis*. Et *vocavi & renuiſtis, & deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Comedent igitur* hujuſmodi, *fructus viæ ſuæ, ſuiſque conſiliis ſaturabuntur*.

Pſalm. 77

G[r]egor.

1 Theſſal. 2.

Apoc. 22.

Pſalm. 68.

PARS V.

Geneſ. c. 15.

Deut. c. 32.

Pſalm. 80.

Prov. c. 1.

*Licet carne propinquum, & dilectum.*

Matth. c. 5.

Et quia ipſe Dominus dicit: *Si oculus tuus dexter, vel manus tua dextera ſcandalizat te, projice ea abs te*: & odire nos proximos noſtros præcipit, adhuc autem & animam noſtram. Unde beatus dicit Gregorius, quia amandus quilibet in hoc mundo nobis eſt adverſarius: ſed in via Dei contrarius non amandus eſt nobis, etiam proximus. Quia licet amandi ſint proximi, & impendenda caritas omnibus, & propinquis & extraneis; non tamen pro eadem caritate in Dei eſt amore flectendum. Quia pro affectu carnali, ſicut nec vaccæ quondam portantes arcam Bethſames, non declinant a recto itinere, qui arcam Dei portant in mente: cognoſcentes quia compaſſio proximis, & rectitudo debetur vitiis. Quæ idcirco veſtræ ſanctiſſimæ auctoritati ſcribens, dolore cordis conſtrictus, de illo per vocem l[...] emitto: ut ſciatis, quanta non ſolum ego, [...] & eccleſiæ Ciſalpinarum regionum, & rex, [...] regnum noſtrarum partium per illum hactenus [...]tinuerunt. Suggero enim paternitati veſtræ, quia quamdiu in hac mortali carne vixero, ſicut metropolitanus cum epiſcopo rationem habere debet, quantum ex me eſt, nec de parochia, nec de quacumque cauſa, metropolitana ſolicitudine, cum illo ullam rationem habebo: quem diutius inſolentem ſufferre non valeo. Et tolerabilius mihi eſt, etiam corporaliter, oculum, aut manum, aut pedem abſciſſione amittere, quam cum illo, quem ſpe gaudens dilexi, & ea gemens diligo propter Deum, de ſuis inſolentiis contentiones ſine ulla utilitate conterere. Jam enim in multis, & per plures ab eo vexato, neceſſe eſt mihi, ut non rixas, ſed quietem exquiram. Quatenus qui jam terminum meum expecto, vel in eodem termino, per Dei miſericordiam dicere poſſim: *Nunc dimittis ſervum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace*.

Luc. 14.

Greg. homil. 37. in evang.

1. Reg. 6.

Luc. 2.

[63] Ceterum veſtræ paternitatis auctoritas nuper mihi litteras miſit de presbytero parochiæ noſtræ, nomine Triſingo, præcipiens ut plenariis ſcriptis remitterem vobis notitiam de cauſa ipſius. De quo ſicut ſe rei veritas habet, veſtræ auctoritati reſcribo.

Quæ

PARS V

Quædam libera femina, ſoror hominis nomine Livulfi, de ipſa villa in qua præfatus Triſingus presbyter fuerat ordinatus, accepit maritum fratrem ipſius Triſingi presbyteri: & hac familiaritate idem Triſingus cœpit frequentare domum fratris ſui. Et, ſicut idem Livulfus, qui in ipſa villa manebat, & parochiani atque vicini ejuſdem presbyteri dicebant, cum filia uxoris fratris ſui, quam de altero marito ſuſceperat, cœpit concumbere. Et quadam die ipſe presbyter, atque præfatus Livulfus perrexerunt ad caſtellum, quod Moſomus dicitur, & inebriaverunt ſe in quadam taberna contra noſtrum epiſcopale interdictum: qui presbyteris noſtris in omnibus ſynodis interdicimus, ut ſicut canones Africani diffiniunt, *Clerici edendi, vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.* Et iſte presbyter, gulæ non peregrinationis neceſſitate, ad inebriandum ſe tabernam intravit: quia idem caſtellum non amplius quam quatuor milliaria a manſione ipſius presbyteri diſtat. Revertentes autem idem presbyter & Livulfus, ebrii, de præfato caſtello, cœperunt * verboſari inter ſe, ſicut ebrii ſolent facere, & illorum verboſatio euſque proceſſit, ut de ipſa ſua nepte improperaret presbytero, & e contra ipſe presbyter opprobria quæ invenire potuit, eidem Livulfo retulit. Idem autem Livulfus fuſte, quem in manu portabat, bis percuſſit Triſingum presbyterum. Tunc ipſe presbyter irruens ſuper filium Livulfi, qui ſpatam ad collum portabat, extraxit eamdem ſpatam; & volens percutere eum per medium caput, ut illum occideret, levavit idem Livulfus manum contra ſpatam, & ſuſcepit ſpatæ ictum, & abſciſſi ſunt illi duo digiti de eadem manu: & cadente illo de caballo, putavit presbyter illum eſſe mortuum, & ſaliens in caballum illius perrexit domum ſuam.

Conc. I. Afr. cap. 40.

Ego vero per multos hoc audiens, vocavi eum ad me, in præſentia clericorum ac comminiſtrorum noſtrorum, & interrogavi eum, ac veritatem. Qui de femina de qua reputabatur, negavit quod cum ea non concubuerit. De voluntate autem, quia eo ordine ſicut præmiſi, ipſum hominem occidere voluerit, confeſſus fuit: qui juxta vocem Joannis apoſtoli homicida convincitur. Ego autem, ſicut B. Auguſtinus de presbytero ſuæ parochiæ Xantippo primati ſuo ſcripſit, quæ negavit, Deo dimiſi; quæ occultare permiſſus non eſt, judicavi; & eum ab officio ſacerdotali removi, donec ad ſynodum comprovincialem veniret, & ibi cum certo epiſcoporum numero, ſicut Carthaginenſes præcipiunt canones, cauſa ipſius certum finem acciperet. Iſdem autem, cum plures ſynodos in provincia noſtra habuerimus, ad ſynodum poſtea nullam venit. Quem per annum & ſex menſes expectavi, & pro ſe in ſynodo nihil ſategit. Et decernentibus ſacris canonibus, ut *quotiens clerici convicti, & confeſſi in aliquo crimine, ſi forte cauſæ adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam adſerere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si vero intra annum cauſam purgare contempſerint, nulla eorum vox poſtea penitus audiatur.* Poſt annum & ſex menſes reclamantibus parochianis eccleſiæ ipſius, in qua idem presbyter fuerat ordinatus, ſe non habere presbyterum *: nam quia Romam perrexerit, ignoravi, donec poſt tres menſes, quam in loco ejus fuit presbyter ordinatus, Roma veniens mihi litteras veſtræ ſanctitatis attulit.

Aug. ep.

Canon Afr. c. 91. Conc. I. Carthagin. III can. 8.

Conc. Carthag V. can. 11.

In canonibus autem Africæ provinciæ concilii quarti capitulo 67. De ſeditionariis & uſurariis, ne clerici fiant ſcriptum eſt ita. *Seditionarios nunquam * ordinandos, vel injuriarum ſuarum ultores.* Et ſi tales ordinandi non ſunt, colligendum eſt, quid mereantur qui poſt ordinationem, admittere talia non formidant. Et antiqui patrum canones in ſynodo, cui plurimi metropolitani cum ſuis ſuffraganeis interfuerunt, decernente Antiocheno concilio perfectum illud eſſe concilium, ubi interfuerit metropolitanus antiſtes, manifeſta ſententia decreverunt, *ut clerici, qui in quacumque ſeditione arma volentes ſumpſerint reperti, amiſſo ordinis ſui gradu in monaſterio pœnitentiæ detrudantur.* Et Zacharias papa Bonifacio epiſcopo Moguntino ſcripſit, ut epiſcopos, presbyteros, aut diaconos ſanguinem Chriſtianorum ſeu Paganorum effudiſſe repertos, ab iiſdem eccleſiaſticis gradibus removeret. Et jam pluſquam duo ſunt anni, ex quo præfatus Triſingus ſupraſcriptum Livulfum volens occidere, demembravit, quando hanc relationem, ut juſſiſtis, veſtræ auctoritati tranſmitto. Et quia populus ſine presbytero tamdiu manere ſine periculo dimitti non poteſt, veſtra ſapientia ſufficientiſſime novit. Deus omnipotens ſanctitatem veſtram ad doctrinam & correctionem ſanctæ ſuæ eccleſiæ in ſuo cœpto ſervitio per annorum multa curricula conſervare dignetur, domine ſanctiſſime, & reverentiſſime patrum pater in Domino.

ANNO CHRISTI 871.

* al. ordini clericos.

Conc. Tolet. IV. can. 45. q. 8. Clerici qui.

Zachar. ep. ad Bonif.

# VITA HINCMARI JUNIORIS EPISCOPI LAUDUNENSIS,

## ad notitiam concilii Duziac. I. & II. &c.

*Auctore eodem Ludovico Cellotio ſociet. JESU*

Ratio edendi hujus concilii

Hincmarum Laudunenſem epiſcopum Rhemenſis Hincmari nepotem, alumnum, adverſarium, ad ſynodos regias tractum fuiſſe, rebus ſuis ſpoliatum, non ſemel clauſum cuſtodia, denique dejectum de gradu, ejectum in exilium, oculis privatum, cum maxime ſedem apoſtolicam appellaret: inde vero eductum carcere, Trecas ad magnum concilium ægre adveniſſe, & ſupplici querelarum libello cauſam ſuam commendaſſe pontifici, narrat temporum hiſtoria. Facti atrociſſimi auctorem nullus veterum appellat de nomine; ne offenſus quidem ipſe, inimicus, & ſupplex. Placuit tot poſt ſæculis noſtratium novitati, crimen ex eo facere, quod ſupplicium fuit; & actori tragœdiæ, Hincmari tyranni nomen imponere. Itaque Gilberti Mauguini hiſtorica diſſertatio, quam in hiſtoria Gotteſchalci nuper edita decurrimus, *ſumma*, ut profitetur, *fide*, *nec minima diligentia*, extra inſtituti ſui metas provecta, invidioſiſſimo epilogo in eam ſententiam clauditur; ponitque tamquam indubitatum, agentis partes in ea fabula ſuſtinere avunculum Hincmarum. Si falſo, per intolerabilem calumniam: ſi vere, per magnam credulitatis noſtræ fiduciam, ſine auctore, ſine teſte, ſine argumento ullo, vel topico: quin potius contra certiſſimas rationes ſecundo Hincmarianorum operum tomo liberaliter ſparſas. Quo iſtud animo dicat ſcriptor, aut a nobis credi percupiat, nemo jam quærit, qui genium novitatis agnoſcat. Si quibus fortaſſe perſuaſit, excuſationem habent ab ignorantia, quam hujus concilii latebræ hactenus permiſerunt.

Calumnia in Rhemenſem Hincmarum.

Hiſtor. diſſert. epil.

Quantum conferat ad hiſtoriam.

Ex iis igitur emergit modo & veritas, & clariſſimi antiſtitis innocentia, concilio Duziacenſi I. ex bibliotheca Alexand. Petavii ſenatoris ampliſſimi, & vetuſtatis ſtudioſiſſimi, per Sirmondum educto, quo cauſa tota continetur, & quid

in

in eccleſiaſtico tribunali, & quamobrem, & quomodo paſſus ſit Laudunenſis Hincmarus, edocemur. Magna ſane cauſa, in qua reus epiſcopus, rex accuſator, quæſitor avunculus; quæſtio de tempore modoque Romanæ appellationis; exitus reo funeſtus, indecorus judici, turbulentus actori. Atque cum tandem appellationem proſequuturus, libellum proclamationis Joanni pontifici obtulit Laudunenſis; in eo de ſolo hoc concilio quæſtus eſt, quia cetera evaſerat. Suas tamen calamitates ita in eo narrat, & deſcribit, ut omnino ad horum actorum fidem, velut ad Lydium lapidem, admovenda ſit proclamatio, cui omnes hactenus qui ſolam habuerunt cognitam, ut Sibyllæ folio crediderunt. Ne annales quidem eccleſiaſticos excipio, quibus quia fax iſta non præluxit, viſum eſt Hincmarum unum Laudunenſem toto regno eccleſiaſticorum jurium & bonorum aſſertorem & vindicem; Carolum autem regem conſiliis ſenioris Hincmari, fœda epiſcoporum omnium aſſentatione, oppreſſorem & ſchiſmaticum extitiſſe. Non erit tibi, lector, ut ſpero, injucundum, nobile vetuſtatis monumentum, ad vindicandam Hincmari archiepiſcopi famam, & ſincerum veritatis teſtimonium; ut a ſynodo, & quidem plurium provinciarum. Illud igitur accipies, non ut nudam rerum geſtarum narrationem, ſed ut juſtam regis Chriſtianiſſimi, & eccleſiæ Gallicanæ defenſionem, non parum pro temporum iniquitate, Hincmaro duce tum florentis, & in ætatis ferreæ confinio adhuc argenteæ. Quam ut majori cum animi voluptate perc enſeas, fuſius tibi collectam ex avunculi præcipue ſcriptis, notitiam nepotis prælibo.

*Proclamatio Laudunenſis Hincmari falſa continet.*

*Baron. ad ann. 878. tomo 10.*

A B C

## §. I.

*Hincmari junioris educatio, ſtudia, mores.*

*Vita Hincmari Laudun. in Rhemenſi collecta.*

HIncmarus junior in agro Bononienſi natus, matre Hincmari archiepiſcopi ſorore, patre nobis ignoto de nomine, nobilibus, at non copioſis parentibus, matre amiſſa in ipſo pueritiæ limine, in avunculi ſinum nutriendus, & bonis artibus inſtituendus convolavit. Admodum puero id contigiſſe oportuit, quando *linguam in qua natus eſt*, adeo ignoravit, ut etiam in epiſcopatu eam *non ſolum loqui, verum nec intelligere, niſi per interpretem poſſet*. Hanc autem educationem ſumptibus eccleſiæ Rhemenſis factam, atque adeo peculiarem ejus fuiſſe clericum profitetur avunculus, *quem Rhemenſis eccleſia ab ipſis, ut ita dicam, cunabulis, dulci benignitate nutrivit, & pannis infantiæ eluit, atque exuit; & ad virum perduxit, atque ad epiſcopatum provexit*. Animum puer attulit ad facultates grammaticæ poeſeoſque propenſum; ſed plane quales ea colebant tempora, ut in ejus epiſtolis, & verſibus videre eſt. Prodidit ſe ſtatim in puerilibus ſtudiis natura, novitatis, jactantiæ, vanitatis affectatrix, cum obſcuram orationis vetuſtatem affectavit: cum ſermonem ex plurium gentium linguis, tamquam centonem, conſarcinavit: cum *verba impropria, veritate ſenſus carentia, quæ nec ipſe intelligebat, ſtudioſe conquiſivit ad oſtentationem*. Invito quidem avunculo, & coercente; ſed ne acriori reprehenſione diſcendi ardorem extingueret, & jam tum refractariolum exacerbaret, illius pravitatis correctionem ad maturioris ætatis temperiem remittente. Sed in eo ſpe ſua eluſum ſe demonſtrat, cum in verbi unius enucleatione grammaticali per ipſum oblata, exprobrat jam epiſcopo, *de novo ejus utre grammaticæ artis muſtum, & ponderationes verborum ebullire*. Atque cum alibi ſolœciſſaret, peccare in grammaticorum regulas ſibi ait licere, utpote ſcriptori eccleſiaſtico, qui magna ſerio tractet: *Tibi autem*, inquit, *novo grammatico, qui ut frondoſa & condenſa arbor foliis, ornatus verborum phaleris debes incedere, & tua figmenta grandiſonis pompare modis, & in omnem ventum inflatis buccis grammaticas ſpumas exſpuere, hoc dicere non licebit*. Extat earum in dicendo ſordium non tenue veſtigium, in articulis per Heddonem præpoſitum ad avunculum miſſis, in quibus barbariem putes collegiſſe de triviis & compitis. Præterea jus canonicum, & decreta pontificia libavit, eodem quo reliqua vanitatis ingenio, uſque ad avunculi contemptum, in eo doctrinæ genere laudatiſſimi: quicum & armis illis confligere auſus eſt.

*Tantum. · L. 11. Cap. c. 43. p. 347 · Ibid. c. 39. p. 316. · Studia. · Ibid. c. 43. p. 347. · Ibid. c. 13. p. 413. · Ibid. c. 14. p. 481. · Epiſt. 34. p. 593. · L. 11. Cap. c. 14. p. 477.*

D E

*Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli.*

Ex his eminere jam incipiunt mores adoleſcentis, arrogantes, inquieti, monitoris impatientes, contumaces & refractarii, quos adeo ad epiſcopatum attulit, nihil ut ipſi magis avunculus Rhemenſis identidem objiciat: *Dictum eſt mihi, quoniam apud plurimos gloriaris, quia mihi potes reſiſtere, & me audes contemnere. Dementia quoque tua, ſic enim vocatur a plurimis, per multorum ora volitat. A multis etiam denotaris, quod ſuperbia efferaris, & vana gloria jactiteris, atque arrogantia ſupereris.* Ejuſque rei ſtolidum profecto, & indecorum epiſcopo producit exemplum. *De hoc quippe vitio deſcendit, quod multi te apud plurimos dicunt, de fortitudine, & agilitate corporis tui gloriari, & de præliis, atque ut noſtratium lingua dicitur, de vaſſalicis, frequenter ac libenter ſermonem habere: & qualiter ageres, ſi laicus fuiſſes, irreverenter referre: & alia multa quæ tibi non conveniunt dicere, & agere, nec mihi enunciare.* Ridicula ſane in eo qui obeſo ventre, & adipatis membris fuiſſe dicitur.

*Mores. · Ibid. c. 11. 12. &c. · Pag. 590.*

*Congruit inde tibi, ſapiens quod dixerat olim.*
*Non tenuem ſenſum venter obeſus habet.*
*Moribus, & factis turgens, ut corpore; corde,*
*Motibus, atque nimis diceris ore levis.*

*Reſp. pag. 583.*

Et in motibus incompoſitis ſuperbiæ ſignum eſt, & omen in puero peſſimum: ut in apoſtata Juliano deprehendit Nazianzenus. Illud autem intolerandæ arrogantiæ eſt, nemini quidquam debere velle, & aliena beneficia ſuis meritis imputare. Omitto quod pene ſemper ipſi objectum eſt, nemini ſubeſſe velle; non regi, non avunculo & metropolitano. In hoc enim omnis controverſiæ cardo verſatur. Nihil proinde mirum, ſi cenſorem omnem a ſe procul excuſſit. *Dic frater ac fili, quid aliud a te exegi, poſtquam epiſcopus factus es, & divitias terrenas adeptus es, niſi ut Deum haberes placabilem, & epiſcopaliter vivens, & epiſcopalem habitudinem gerens, te hominibus faceres venerabilem? Et tibi hoc eſſe grave videbam: & hoc quidem tibi grave hactenus eſſe potuit, & propter ætatem; & quia ſæculi hujus inſtabilitatem, & quam mutabile & fragile ſit, eatenus non cognoviſti. Nunc autem hora eſt jam nos de ſomno ſurgere: & non debemus ſemper eſſe juvenes, ſicut bos malus ſemper eſt vitulus.* Itaque eum juvenem Sacerdotem vocat metro ludens,

*Ibid. c. 5. p. 590. · C. 10. pag. 583. · Cap. 49. pag. 581.*

*Hoc tibi de titulo, juvenis Hincmare ſacerdos,*
*Reſpondere mihi convenit, arte pari.*
*Verſibus inverſis, juvenis Hincmare ſacerdos*
*Reddita ſume tuis, fontibus hauſta ſacris.*

*Reſp. pag. 583.*

Non potius ætatem quam mores perquam immaturos ſpectare cenſendus eſt. Atque id attente conſiderandum, illam monendi curam in avunculo, fortaſſe nimiam, aliquando & intempeſtivam, ex rigido virtutis & diſciplinæ zelo, quo ſem-

ſemper flagravit, profectam, intenti in contraria nepotis proterviæ & rebellioni quodammodo occaſionem dediſſe, quam ipſe non niſi graviſſima ſua culpa ſuſcepit. *Hinc quoque te frequentiſſime monui, & adeo corripui, ut etiam contra me, & mihi fideles inde ſcandalum ſumpſeris, & quas vel quantas potuiſti inſidias moliri ſtudueris.*

C. 31. pag. 386.

Admovetur et negotia.

Nihilominus ut amicis & propinquis ſtudio faventus non judicio, poſteaquam annis maturuit: captata occaſione, rebus gerendis idoneum, gerendo reddere ſtuduit, & in publicam lucem educere. Itaque capitula quædam apud Cariſiacum per Rhemorum & Rothomagenſium provincias Ludovico Germaniæ regi ſcripta, ipſe per nepotem ſuum ad Carolum miſit. De quibus ita ſcribit: *Et nolite negligere illa capitula, quæ ſynodus de Cariſiaco per Vvenilonem & Erchanraum tranſmiſit ad hunc Attiniacum præterito anno Ludovico fratri veſtro; & me tranſmittente, Hincmarus filius meus vobis dedit, quando vobiſcum in Burgundia fuit.* Obitam quoque a ſe legationem in Gothiam regis nomine teſtatur nepos; ſed ejus tempus aut cauſam non deſignat. Illud certum habemus, longe ante ſacras infulas acquiſitas, ad eccleſiaſticos honores ardenter aſpiraſſe, *tantum ut vel uno in oppido poſſet eſſe epiſcopus: & etiam ſi vellet* nutritor avunculus, *& auctoritas & ratio foret, honoris & poteſtatis cupidus, vicanus fieri conſentiret epiſcopus, qui Græce vocatur chorepiſcopus.*

Hinc. opuſc. 5. pag. 141.

Anno 856 Hinc. Laudun. epiſt. de his p. 611.

Honores affectat. Hincm. lib. 55. Cap. c. 10. p. 432.

### §. II.

*Hincmarus junior in ſede Laudunenſi epiſcopus ordinatur.*

Epiſcopus Laudunenſis ordinatur.

COmmodum autem per ea tempora mortuo Pardulo ſedes Laudunenſis vacavit, quam ſtatim cleri & plebis electione, regis favore, nepoti impetravit avunculus: opportunam ſane ſuis rationibus, ſive locum conſideres, Durocortoro Rhemorum vicinum, & metropoli ſingulariter ſubditum; ſive fidem, ut homini amiciſſimo, nepos, patroni & educatoris ſui beneficio ſuccederet. Quamobrem rex ab itinere debito flectentem revocare conatus, ſic eum alloquitur: *Prius te dignum duco monere, ut clerum & plebem tibi commiſſam, qui te, nullo cogente, ſed ſpe ducti, quia pro amore tui avunculi, qui & nobis, & regno, ac eccleſiæ regni noſtri in multis profuit, me videbant te diligere; & quia putabant te illius veſtigia ſecuturum, & conſiliis obediturum; & quoniam Laudunenſe mancipium Rhemenſi eccleſiæ, in qua nutritus fuiſti, unitum antiquitus fuerat, devote elegerunt, & obnixe ſibi paſtorem ordinari petierunt: debitam eis vicem rependens, epiſcopalem ac paſtoralem benignitatem impendas.* Ventum igitur ad ordinationem eadem avunculi velificante gratia, & nullo refragante, ſine primatis ullius examine, ſolo avunculi teſtimonio, præſentibus comprovincialibus epiſcopis fuit in epiſcopum Laudunenſem conſecratus. Quo tempore pro ceterorum more ad altare B. Mariæ metropolitano ſuo fidem obedientiamque promiſit: ſæpe deinde ab ipſo ruptam, ſæpe ab avunculo exprobratam. Neſciebat enim tum profecto ſenior Hincmarus ea manuum impoſitione parari ſibi ſegetem curarum, dolorum ſeminarium, cotem zeli eccleſiaſtici, ſcopulum patientiæ. Illudebant animo, & in futurum proſpicere vetabant fauſtæ acclamationes, & publicus favor, bonis omnibus in perſona nepotis avunculo, ut fit, certatim gratificantibus. Sic enim illum præterita recordari jubet. *Tandem frater & fili, moneo te, redue in memoriam, qui nunc es in proverbio, & motione capitis, atque in fabula & cantico tota die, cum quanta quiete a tumultu cogitationum quibus nunc in diverſa diſtenderis, degebas in primis diebus, quando ad epiſcopatum veniſti; cum quanta benignitate a domno rege ſuſcipiebaris; quanta dulcedine mea fruebaris; quanta unanimitate cum fratribus & coepiſcopis noſtris utebaris, cum quanto amore a palatinis & ab aliis hujus terræ hominibus colebaris; cum quanta amoris reverentia a tibi commiſſis, ſed & a noſtris a quibus, & cum quibus, & inter quos nutritus fuiſti, venerabilis ante quam immoderatus amor ſæculi tibi irreperet.* Ordines in eo beneficiis ornando ducere voluit rex Carolus, qui ut antea in ſenioris Hincmari gratiam eccleſiæ Rhemenſis bona in palatinos diviſa eccleſiæ ipſi reſtituerat, ſic ad demerendum juniorem epiſcopio Laudunenſi dudum ereptas facultates reddidit, & ſpeciatim villam Pauliacum ab antiquo divulſam, quæ poſtea fuit Marathonius campus Hincmari. Profitetur idem Carolus epiſtola ad Hadrianum pontificem ſcripta, multis a ſe prædiis & hæreditatibus eccleſiam Laudunenſem amplificatam eſſe. *Cujus eccleſiæ duo circiter millia manſa, plusquam tempore anteceſſorum noſtrorum habuerit, adduximus; & etiam ipſius tempore* (Hincmari) *plusquam ſexcenta ſuccrevimus.* Adminiſtrationem quoque palatinam, etiam inſcio avunculo, illi commiſit, & externarum ſive ſæcularium poteſtatum interventu abbatiam quamdam eidem contulit, in tertia provincia, ultra Rhemenſem provinciam. Quæ duo licet contra canones facta, propenſam tamen in ipſum & regis & aulicorum voluntatem declarant. Cui etiam accedebat eccleſiæ neceſſitas, & inopia epiſcopi, quem poſtea rex probavit in ſynodo, fuiſſe de nihil habentibus, qui ad clericalem militiam ſe adjungunt. Atque ipſe Laudunenſis clamat, ſi ſibi villa Pauliacus eripitur, *non habere unde ſuis ſufficientia, immo nec ſubſiſtentia tribuat, & ſibi ad ſervitia ſua peragenda neceſſaria præparet, & inde itinera tam crebra peragere valeat, & poſſit regi temporale reddere ſervitium.* Quo major videri debet regis liberalitas, qui ad hæc omnia ſufficientes ſumptus ſuppeditavit.

Carol. regis ad Hincm. Laud. ep. l. 55. Cap. c. 51. p. 586. Hincmarus Rhem. regno & eccleſiæ utilis.

Hinc. l. 55. Capitul. p. 389.

Omnibus per initia gratus.

L. 55. Cap. 41. p. 154.

A rege beneficiis ornatur.

Flodoard. l. 3. c. 4.

Epiſt. Caroli MS. ad Hadrian.

Hinc. epiſt. 31. p. 193.

Concil. Duziac. p. 3. c. 5.

Hinc. Laud. ep. De his pag. 609.

Nec fuit per hæc tempora omnino inutilis avunculo, quem in conciliis ſemper comitatus eſt. Abierant quidem illæ de dogmatis theologicis cum Gotteſchalcana factione contentiones: ſed Rothadi & clericorum Rhemenſium lites vigebant tum maxime: in quibus nihil minus opis & obſequii a nepote, quam antea a Pardulo ſperare debebat avunculus. Tractantem igitur hæc negotia educatorem ſuum imitatus, omnibus actis ſubſcripſit: cumque poſtea eo levitate animi proceſſit, ut hæc ejus judicia riſu proſequeretur, ut a ſede apoſtolica reſciſſa, ſubjecit audacter Rhemenſis. *Si hæc dicis, non me tantum, ſed & plurimos plurimarum provinciarum epiſcopos, immo & teipſum, quod non denegas, quia & denegare non potes, comparticipem in omnibus judicio noſtro, mendaciter impetis, non videns quo te laqueo ſtrangules.* Et expreſſius alibi, de Rothadi judicio, ſive potius, ut ego interpretor, de ſubrogatione alterius in ejus depoſiti locum, ante cauſam appellantis Romæ cognitam. *De eo quod dicis de Rothado, quia in ejus depoſitione non conſenſiſti; ſubſcriptiones tuæ manus propriæ te revincunt. Nihil enim inde egi, quod mecum non egeris: nihil ſubſcripſi, quod non ſubſcripſeris; habeo enim illas ipſas manus tuæ ſubſcriptiones.* Quamquam & de ſynodo Tullenſi II. apud Tuſiacum certantes viſuri ſumus, affirmante ſeniore prolixæ ſuæ epiſtolæ ſubſcriptum a præſen-

Avunculo.

Suffraganeus in conciliis.

L. 55. Cap. c. 4. p. 400.

Epiſt. 36. p. 641.

Epiſt. 34. p. 595. Hinc. Laud. epiſt. de his pag. 616.

Concil. Duziac. 2. p. c. 8.

præſentibus fuiſſe, negante nepote alteri ſe ſub- A ſcripſiſſe, quam brevi cuidam collectioni, non ab ipſo confectæ. Qua in re, ut dicemus, cum ſe in partem Lugdunenſium facile duci permiſit, avunculo in omnibus oppoſitorum, quanta fuerit animi levitate quamque parum conſtans in avunculi àmicitia & obſervantia, demonſtrare incepit.

## §. III.

*Nondum matura virtute ad eum gradum evectus.*

*Ipſius in pejus mutatio.*

HActenus dictum ut de epiſcopo, ex inſtitutione Hincmari Rhemenſis educto: nunc ut de procella & tempeſtate pluribus agendum eſt. B Si vere ſapienterque dictum eſt olim, vitam hominum quaſi fabulam eſſe, profecto tragœdiam vixit Hincmarus, a lætis initiis per turbulentam epitaſim in funeſtam cataſtrophen devolutus. Nihil quippe fuit hoc ceppho levius, nihil hoc Proteo mutabilius, nihil Iſmaele tali pugnacius, qui epiſcopatum deſideravit, *bonum opus*, tamquam patentem libertatis campum, impatiens ſeſſoris equuleus: tamquam theatrum & gloriæ, ambitionis mancipium? tamquam auream meſſem, avarus & inops animus. Pateri tandem aliquando coactus eſt avunculus, præcocem fuiſſe ejus ordinationem, & juvenem qui ſevera lege apud ſe noluit proficere, crudam virtutem in ſæculum & mundi illecebras propuliſſe, ut neceſſe habuerit ad extremum gra- C viter admonere: *Unde frater, & quondam dulciſſime fili, qui exigentibus peccatis de nido paterno, velut implumis, citius quam neceſſe fuerat, evolaſti; & antequam ſoliditate plumarum, id eſt, humilitatis veſte fores protectus, quaſi nudus, his animoſitatum, & ſæcularium cupiditatum ſpinis ac vepribus, quibus laceraris, inſediſti.* Hinc illud correctionis, quam differebat, *tempus, ante tempus exceſſiſſe* conqueritur. Hinc dolet in deterius ſtatim prolapſam vivendi rationem. *Cum te raptum habuit mundus, ſicut ſolet facere mundus immundus, cunctos quos accepit, decepit: cunctos quibus arriſit, irriſit: & ſicut a plurimis dicitur, ad ea te ſponte offerre (tantum ut hoc ego neſcirem, nullo, niſi forte cupiditate, aut indebito timore cogen- D te, quem non haberes ſi epiſcopaliter viveres) exequenda perduxit, quæ in tantum deteſtaberis, ut antea tibi collum abſcinderetur, quam ad illa perduceveris agenda, quæ multi dicunt a te etiam iterata.* Nec diſſimulat hæc ſibi ſolere a multis objici: *quod te*, inquit, *nepotem meum, gratia propinquitatis ordinaverim: quia talem, ſicut & contra divinæ ordinationis diſpoſitionem, & contra regem, & erga me, & erga eccleſiam tibi commiſſam, & erga plurimos alios effectus es, epiſcopum ordinaverim.* Quod quamquam & eo loco, & apud pontificem ipſum cogatur excuſare, humanum tamen aliquid paſſus videtur, ut carnem potius & ſanguinem in ea ordinatione, quam Dei rationes ſpectaret, & epiſcopum conſecraret, non *irrepre-* E *henſibilem*, ſed nepotem. At non ſine divina vindicta, quæ illo ipſo flagello, ut olim Abſalone adverſus Davidem, ad eum reliqua pene vita vexandum, uti voluit. Nam verbum S. Hieronymi uſurpans, qui ſuos obtrectatores canes appellabat, *audiant canes mei*, ait, *ipſum de filio in fratrem, inde in coepiſcopum, ac poſtremo in canem ſuum excreviſſe:* qui videlicet dictis, factis, ſcriptis allatrare, & mordere nunquam deſierit. Seque alibi conſolatur, quod qualemcumque culpam ejus ordinationis eluerit patientia, *quia recepit pro illo, & per illum duplicia.*

*Immatura provectio ad epiſcopatum.* — L. 55. C. 44. p. 552. — C. 43. pag. 547. — C. 45. pag. 554. — *Non ſine querela in avunculum.* C. 46. pag. 557. — Epiſt. 36. p. 646. — Epiſt ad Hadrian. poſt ſynod.



## §. IV.

*A rege Carolo paſſus injuriam, auxilium accipit ab avunculo.*

*Occaſio diſcordiæ cum rege.* — Hinc. opuſc. 55. c. 4. — Opuſc. 4. c. 7.

PErſonas autem quibus ſempiternum bellum intulit hominum importuniſſimus, modo didicimus ex avunculo, quas inſtituti noſtri eſt ordine ſpeculari. Primus nominatus eſt rex Carolus, non cauſa, ſed prætextus & occaſio jurgiorum. Is non tam ſuo, quam temporum vitio palatinos ſorices eccleſiaſtica bona corrodentes pati cogebatur, obnitentibus contra epiſcopis, & eccleſiæ immunitatem, patrimonia pauperum, pretia peccatorum fortiter, & generoſe vindicantibus. Dictitabant res eccleſiaſticas epiſcoporum in regis eſſe poteſtate ut eas largiretur ad libitum: hi ſacrorum bonorum pervaſores laicos, ſacrilegos, pauperum necatores eſſe clamabant: & Carolum Martellum tanti ſacrilegii auctorem, hoc ſolo nomine æternis cruciatibus addictum aſſerebant. Pleni ſunt conciliorum tomi ſcriptis epiſcopalibus, & decretis in eam ſententiam, neque zelum ſuum hac in re deſiderari unquam paſſus eſt Rhemenſis. Atque inter cetera de Carolo rege ſuo, ſcribit cum epiſcopis duarum provinciarum, ad Ludovicum Germanum ejus fratrem, & regni invaſorem. *Monaſteria religioſa, & canonicorum atque ſanctimonialium, quæ frater veſter dominus noſter partim juventute, partim fragilitate, partim aliorum callida ſuggeſtione, etiam & minarum neceſſitate, quia dicebant petitores, niſi eis illa loca ſacra donaret, ab eo deficerent, talibus, ſicut ſcitis, perſonis commiſit, debito privilegio reſtituite.* Adjicit epiſcoporum monitis pie obtemperantem plurima in integrum reſtituiſſe. *Nam idem frater veſter & divina inſpiratione, & ſacerdotali redargutione, & etiam ab apoſtolica ſede commonitus, ex aliqua parte quæ perpere egit, correxerat. quæ autem adhuc incorrecta erant, quomodo emendare poſſet, gemebundus quærebat.* Redargutio illa quod mireris, ad excommunicationem uſque proceſſit. Hoc enim videtur idem Hincmarus ipſum redarguens ſignificare. *Et poſt hæc omnia & alia, quæ ſæpe fidelibus veſtris, & etiam in Cariſiaco, quando veniam petentes ab epiſcopis qui adfuerunt, manus impoſitionem accepiſtis.* Et ad epiſtolæ finem. *Quiſcumque violans & convellens conſtituta divina, ab eccleſiæ corpore ſeparatus, niſi per pœnitentiam, & ſacerdotalis indulgentiæ reconciliationem eidem eccleſiæ fuerit reincorporatus, erit ab æterna eccleſia ſeparatus.* Iſta quis ſcribat, niſi cenſuram eccleſiaſticam experto, & reconciliatoria manus impoſitione donato? ut vel hinc agnoſcas paſtoralem vigorem exeruiſſe prælatos noſtros, eoſque injuria, adulationis & conniventiæ incuſari. Carolus autem, niſi eum vel optimatum minæ, vel aſſentatorum aures prohiberent, ipſe per ſe in eccleſiarum ornatus laudabili religione ferebatur. Teſtis eſt utraque eccleſia, Rhemenſis & Laudunenſis, de qua diximus: & Pariſienſis, cui pontem dedit in Æneæ epiſcopi perſona, quem quotidie calcamus: & Actardi hujus ſynodi legati teſtimonio didiciſse ſe ait Hadrianus pontifex, univerſe *quod ſit amator, exaltator, & illuſtrator ſpecialis in orbem terrarum, & permaximus eccleſiarum Dei.* Et Joannes VIII. poſt ejus obitum cum vera de regibus prædicantur, *divæ memoriæ tantum adjutorem eccleſiarum Domini in orbe Chriſtiano*, appellat: multum proinde remotum a ſchiſmate.

Cap. Caroli Calvi tit. 23. c. 8. — Ibid. — *Carolus ab epiſcopis excommunicatur.* — Hinc. epiſt. 29. p. 332. — Ibid. p. 333. — *Caroli magnificentia in eccleſiam.* — Hadr. ep. 29.

*Initium offenſæ in regis injuria.*

Ex his principiis originem duxit bellum ab Hincmaro Laudunenſi contra Carolum regem, regioſque purpuratos, tanto tumultu geſtum, in ſpeciem juſtum pro tuenda eccleſiæ libertate. Sed intereſt quo quis animo faciat, quo uſque progrediatur; & bonum bene agier jubent ſapientes. Primus congreſſus, quem quidem commemorat hiſtoria, fuit anno 868. in placito quodam in ipſa Laudunenſi parochia, ubi *cauſſa* nobis incognita, *initio rationabili, ſcilicet ſacris legibus non contrario, & aliquanto progreſſu, quia cum audientia epiſcopali, & non in loco publico, ſed in privato, & familiari examine cœpta diſcuſſa*, derepente Luidonis filius (ſive carnalis ante clericatum ſuſceptus, ſive ſpiritalis, quemadmodum & Hincmarum ipſum Laudunenſem Rhemenſis filium appellare ſolet) ad regem accedit ſupplex, deque præſente Hincmaro conqueritur, quod cum dato munere patris ſui beneficium ab ipſo impetraſſet, illo deinde per injuriam ab eodem privatus fuiſſet, & excluſus. Erat ut ſummum ea levitas indecora epiſcopo (nam de dato acceptoque exenio, nullum tunc jurgium, quod tamen inferius revocabitur ab avunculo.) At rex ſubita ira inflammatus, ultra quam res poſceret, in frequenti procerum corona conviciis & opprobriis hominem proſcidit, quæ nec epiſcopum audire, nec regem dicere conveniret. Aliunde commotum fuiſſe oportuit: quamquam & Luidonem amabat, Parduli veteris amici archidiaconum. Erit qui rem altius ſpeculatus, ſimoniæ crimen ab hominibus prætermiſſum, a Deo in Luidonis filio, per epiſcopum, in epiſcopo per regem, punitum eſſe arbitretur. Non enim hic ſtetit regis offenſio. Siquidem Hincmaro diem dixit, quod ad cauſas ſuas, hoc eſt, ad ſæculare tribunal ſe ſiſteret, facti illius ſui rationem redditurus. Excuſantis per eccleſiæ jura, & nec advocatum pro ſe mittentis, bona omnia proſcribit: per cancellarium palatii vetat ſubditorum quemquam domino ſuo epiſcopo ullum debitæ ſervitutis obſequium deferre: quodque ſupra omne propudium eſt, judicium illud per infames ſacris profaniſque legibus perſonas exercet, quas liberi & ſani capitis laici merito recuſaſſent.

*Non tamen abs que culpa Laudunenſ.*

*Hinc. epiſt. 55. p. 598.*

*L. 55. Cap. c. 7. p. 411.*

Neque tamen omni culpa hoc in negotio vacaſſe Laudunenſem Hincmarum, colligimus ex Rhemenſi, ad ipſum ita ſcribente. *Poſt hæc, more tuæ inſtabilitatis ac inconſtantiæ, contra domnum regem in tantum te ſine ratione contumaciter erexiſti, ut & adminiſtrationem palatinam, & ipſam abbatiam tibi auferret, & a te exaggeratus, duriora ingerenda tibi proponeret. Unde & ſcriptis & verbis pro te ſatagens illum tibi reconciliavi.* Sic & alibi: *Quando pro te & verbis, & ſcriptis apud domnum regem ſategimus, & commotionem illius a te ſine cauſſa & irrationabiliter excitatam, placavimus:* quod ita geſtum eſt.

*Hincmarus Rhem. pro Laudunenſi ſe orat.*

Acceptam a rege injuriam Hincmarus Laudunenſis avunculo Rhemenſi per litteras ſignificat, non tamen ſincere, & ad omnes veritatis numeros, unum admonens, proſcripta bona eccleſiaſtica, quod vocatus ad ſæculare judicium, venire noluiſſet: idemque præſenti præſens repetit. Cui ſenior, ut epiſcopo credens, ſine mora pro juribus eccleſiæ vindex exurgit, & regem graviſſimis litteris vehementer increpitum, ad officium, & pœnitentiam revocat. Tum aſſumpto ſecum nepote regem Piſtas abeuntem cum aliis ſequutus epiſcopis, oblatis iterum quaternionibus, & multis verbis *oſtendit quantum præjudicium & epiſcopalis auctoritas, & univerſalis eccleſia in tali facto patiebatur.* Sic enim auctoritatem in aula comparatam collocabat, qui dicitur aulicus epiſcopus, effectu non irrito; ſiquidem obtinuit ut *reveſtito epiſcopo, quibus fuerat ſpoliatus*, & privatim Pauliaco villa reddita, donec legitimo judicio lites omnes terminarentur, pacata ſtarent omnia.

## §. V.

*Regem Carolum multis modis offendit.*

*Hinc. Laudun. beneficio male utitur.*

Tanto affectus beneficio juvenis imprudens, graviter & regem, & avunculum, & epiſcopos omnes offendit, cum præcipiti mentis impetu, nemine conſulto, regis facinus pontifici Romano per litteras ſignificavit: quod & alias facere non omiſit, quoties vexationis nonnihil a regiis miniſtris paſſus eſt. Hoc vero & acerbiſſime tulit princeps Chriſtianiſſimus, & abſque conſenſu ſuo factum improbarunt antiſtites, ut jure illi Rhemenſis exprobret. *Si vim ab aliquo fuiſti perpeſſus, ut ab ea* (provincia Rhemenſi) *irregulariter, vel coactus exires, nihil apud me, ſicut præcipiunt regulæ, inde queſtus fuiſti: ſed antequam ſcires quid ex eodem negotio acturus eſſes, vel quid obtinere valerem, ſine mea conſcientia, ſicut & jam altera vice feciſti* (puta in prima regis offenſa) *reclamationem ad apoſtolicam ſedem miſiſti.* — L. 55. Cap. c. 7. p. 410.

*Hinc. epiſt. ad Hadrian. poſt concil.*

Iterum quoque eadem occaſione & regem, & archiepiſcopum ſuum apud eumdem pontificem accuſavit: illum ut rerum eccleſiaſticarum pervaſorem, hunc ut in illis injuriis patientem nimis, &, ut dicit ſcriptura, canem mutum, non volentem latrare. Quamobrem ab eo digreſſus, nec ipſum, nec ejus deinde legatos benigne excepit. Sed comprovincialibus omnibus epiſcopis neglectis, ad aliarum provinciarum epiſcopos in poſterum confugit, conſilium & præſidium ab iis rogaturus: *Quia cum bis ad te miſſos & litteras miſerim, & quidam tuorum tecum loquendi habuerint facultatem, & tecum loquuti fuerint, nec meum, vel coepiſcoporum noſtrorum expetiſti auxilium, nec noſtro voluiſti uti conſilio, ſicut jam aliis vicibus egiſti:* Et poſt pauca: *Me quoque poſtpoſito, ac relictis provinciæ tuæ communibus coepiſcopis, ſcilicet meis ac tuis, in alia provincia, & aliarum provinciarum epiſcoporum inde uti conſilio magis, quam noſtro contra regulas delegiſti; cum ego in vicinitate loci, ubi domnus rex immorabatur, tunc fuerim, & quidam coepiſcoporum noſtrorum cum rege deguerint.* — L. 55. Cap. c. 7. p. 413.

Putaſne lector, temerarium fore ſuſpicari epiſcopos illos aliarum provinciarum fuiſſe, quibus Lugdunenſium nomen inditum eſt, quibuſcum jam inde a concilio apud Tuſiacum amicitiæ fœdere conjunctus eſt: qui vetere in regem Carolum & Hincmarum archiepiſcopum odio, quod per Gotteſchalcum in quæſtionibus theologicis obtinere non potuerunt; per nepotem inquietum in bonis eccleſiaſticis conſequuti ſint, ut perpetua vexatione turbarentur, & vitam traherent curis moleſtiiſque pœnitendam? Quidquid credi oporteat, peccavit Laudunenſis, eumque longum & lentum ſequutis in negotiis morem ſemper tenuit, ut neglecto parabili & inter manus poſito remedio, quod a metropolitano avunculo, viciniſque epiſcopis regem perpetuo circumſtantibus, ſperare potuit, præſidium ſibi procul, & trans Alpes quæreret: & inde defenſionem ſuam auſpicaretur, ubi tentatis fruſtra omnibus terminare debebat. Neque hoc intellexit vir incautus, ſe ab epiſcopis contemptu offenſis derelictum, patere totum injuriæ, & ubi non legibus, ſed poteſtate certatur, ſubditum homi-

hominem unum, nihilo plus eſſe regi, quam muſcam elephanto.

*Hincm. in Comitem Nortmannum geſta.* Conc. Duziac. p. 3. c. 5.

Qui maxime noſtro in concilio, totaque iſta rixa commemoratur, comes aulicus Caroli regis eſt, Nortmannus nomine, cui primis annis perdiu *familiariſſime amiciſſimus* fuit Hincmarus, ut loquuntur epiſcopi. Ad ejus gratiam rogantibus aulicis item duobus Rodulpho, & Chuonrado, Pauliacum villam, & res alias olim eccleſiæ ſuæ per regem reſtitutas, eidem regi libens volenſque tradidit, ut eas eidem Nortmanno in beneficium daret. De villa autem Pauliaco præcipua lis eſt (*Bellus Pauliacus villa* ab annalibus Bertinianis dicitur) quam loci vetuſtate forte alliciente, voluntate mutata repetere inſtitit, atque a recuſante per vim extorquere. Comitem enim, quæ ſua eſſe contendebat, dare abnuentem primum excommunicat: tum apud pontificem accuſat, tanquam *raptorem, & ſacrarum rerum pervaſorem, & ſacrilegum*. Litteras impetrat ad Rhemenſem archiepiſcopum, quibus jubetur Nortmannum excommunicare, *niſi præſentialiter ſe omnibus Lugdunenſis eccleſiæ rebus exueret*. Mentem pontificis rite interpretatus Hincmarus Rhemenſis, excommunicandum eſſe, ſi quid contra jus & æquum ageret, facile reſpondet, res eccleſiæ non invaſiſſe Nortmannum, ſed ab epiſcopo inconſultis omnibus regis datas, *ut eas Nortmanno ſuo beneficiaret, ſicut plurimi ſciunt, & in ſcriptis ſuis domno regi, & mihi directis ſatetur. Quas quidem res nuper domnus rex eccleſiæ Laudunenſi reſtituit: quaſdam res prædictus epiſcopus, filio Nortmanni ſibi commendato in beneficium dedit; quas ab eo receptas tenet*. Leve hoc foret, niſi vehementiore impetu ferociam ſuam in regis contumeliam, & regiorum purpuratorum injuriam demonſtraſſet. Nam, ut eſt expoſitum in epiſtola ſynodali, armatos homines, & permixtum vulgus magna multitudine ſecum trahens, venit in villam, irruit in domum, in qua Nortmanni conjux de partu jacebat, & direpta omnis generis ſupellectile, tanquam Troia capta, languentem ejicit, nemine ante monito, inſcio rege, ſtupentibus omnibus. Alio poſtea die Nortmannum ipſum imparatum eadem vi occupans, non mitius habet, & omnia quæ ſupererant illius bona, corradit: ut mirum non ſit, tam vehementer accuſatum fuiſſe in ſynodis Hincmarum a Nortmanno. At ex adverſo Laudunenſis, velut accepta injuria, & ne quid contra jus & fas moliri videretur, rotulas regi & avunculo ſuo miſit, *in quibus*, inquit iſte, *hiſtorias altercationum inter te, & eumdem domnum regem, & item inter te & Nortmannum deſcripſiſti, & vocum ac factorum tuorum novitates explicuiſti*. Præterea, cuidam Amalberto ereptum beneficium cum rex juſſiſſet reſtitui, epiſcopus, armata ſua familia, illum ex eo ejecit; & neſcio quo alio prætextu indecoro, cum magna ſua infamia, & avunculi contemptu excommunicavit: *Quam*, ait, *turpis rei epiſcopo indecentem hiſtoriam, proh dolor! multis nimium cognitam, pudet me ſcribere*. Juvenis autem epiſcopus ſcripturæ ſuæ admodum liberalis, eidem avunculo rotulam dedit, *in qua fabulam de Amalberto & uxore ejus contexens, plurima in eum captavit*.

*Paulianus villa.* — Ann. Bertin. an. 868. — Hinc. Laudun. epiſt. de his p. 613. — Hadrian. ep. 11. — Hinc. epiſt. 41. p. 699. — Epiſt. ſyn. concil. Duziac. — Hinc. epiſt. 31. p. 601. — Idem l. 55. Cap. c. 43. p. 540. — Ibid. c. 1. p. 595. — Ibid. c. 43. cit. p. 539.

*Alia ſeditiones.*

Aliam quoque ejus ſeditionem exprimunt patres concilii, in qua hominem occiſum fuiſſe teſtantur; quod ab epiſcopali familia remotiſſimum eſſe oportet. Quid dicam de regiis miniſtris ad quoſdam ἐνάγοντας pertrahendos ad ſynodum Duziacenſem miſſis, quos ille armata manu repulit, & eos qui petebantur, noctu emiſit, ne ractiones ſuas regi reddere cogerentur: *Quam rem novam*, ait rex in petitione ſynodali, *nec ante viſam exhorrui: cum de ſub iſto cælo non legimus, ut epiſcopus militari manu, & in regno pacifico, regi reſtiterit, ut leges non adimpleret*. Omitto meditatam aliquando a rege defectionem, ad ejus nepotem Lotharium, regem ab ipſo excommunicatum, & ejuſdemmodi ſexcenta quadriennio & amplius perpetrata, quod malorum olympiadem non injuria dixeris. Atque horum pleraque poſt fidem regi datam & ſacramenta præſtita: quod perſæpe amplificat Rhemenſis: & ea refert Laudunenſis ipſe in hæc verba: *Ego Hincmarus Laudunenſis eccleſiæ epiſcopus, amodo, & deinceps domno ſeniori meo Carolo regi ſic fidelis, & obediens ſecundum miniſterium meum ero, ſicut homo ſeniori, & epiſcopus per rectum ſuo regi eſſe debet*. Cui profeſſioni a ſe ſubſcriptæ, & datæ in ſynodo Attiniacenſi, quia factis repugnavit, contendit rex & concilium, perjurii crimen incurriſſe, eoque nomine damnandum, epiſcoporum aliqui cenſuerunt. Et hæc pauca de regiis injuriis nemini mortalium tolerandis.

Epiſt. ſyn. concil. Duziac. — Conc. Duziac. p. 1. c. 6. — Ibidem. Hincm. epiſt. 15. p. 599. — *Hincmari perjurium.* — Idem epiſt. Rulegi. p. 550.

## §. VI.

*In archiepiſcopum avunculum temere incurrit.*

*Hincmar. geſta in avunculum.*

IN quibus poſcebat prudentia, etiam vulgaris, ut culto, & obſervato ſemper avunculo, apud regem & epiſcopos gratioſiſſimo, cujus nutu & conſiliis omnia in republica gerebantur, tutum ſibi perfugium pararet, quo contra regis offenſi, & optimatum impetus tegeretur. Verum ejus amicitiam nihil ſibi prodeſſe, immo potius obeſſe falſo exprobrans, cum illo, cui nihil non debebat, beneficiis omnibus præventus, bipedum ingratiſſimus ita certavit dictis, factis, ſcriptis, ut dici poſſit tantum cum rege velitatus. Multa hic non dico, quia ſuum & metropolitanæ ſedis contemptum, ſane infinitum, & in libro quinquaginta quinque capitum, & aliis epiſtolis, & in expoſtulatione apud ſynodum, infinito & ipſe multiloquio Rhemenſis proſequitur. Equidem ſine ſtupore non lego, quod neſcio utrum exaggeratione rhetorica ſcribat: *Ab ipſa die tuæ ordinationis tam verbis, quam ſcriptis, & inordinatis actibus ac motibus tuis, frequentibus adeo ſum gravatus lacerationibus atque contuſionibus, ut tædeat me vitæ meæ*. Atque utinam qui pro officii graduſque mei ratione tibi ſum alligatus, in vaſtam ſolitudinem procul a te tuiſque poſſem avolare! *ut aut tua pertinacia contumacis præſentiæ, aut miſſorum tuorum duriloquiis, aut ſcripturarum tuarum derogationibus, & inutilibus naniis, quin potius tragœdiis, aut talibus quæ non conveniunt epiſcopo de te auditionibus, non affligar*. Quod ſic interpretor; ut ſui juris factus per ordinationem, excuſſa ſtatim cenſoris ſui reverentia, ſpretiſque monitis ſæculares mores induerit, ad opes, ad honores, ad corporis delicias anhelarit, dolente & idemtidem revocante avunculo: eaque ſimultas intra privata colloquia, & occulta litterarum commercia aliquamdiu ſteterit; donec tandem in apertum magna omnium offenſione proruperit, cum quicquid ab alieniſſimo, & inimiciſſimo homine timeri potuit, hoc avunculo nepos, nutritori & benefactori alumnus, ordinatori epiſcopus intulit.

Idem epiſt. De his p. 613. — *Ab ipſo initio epiſcopatus.* Hinc. epiſt. 31. p. 597.

Qualia ſunt hæc, poſſeſſiones eccleſiæ Rhemenſis invadere: adminiſtrationem palatii, & abbatiam eo inconſulto accipere ad illud monaſterium in aliena provincia ſitum, abſque metropoli-

L. 55. Cap. c. 1. p. 389.

politani litteris proficiſci, & in eo negotia ad A ipſum non pertinentia inconſulte diſponere; quæ poſtea excuſare, & a ſynodali cognitione removere, [c. 2. p. 393. Ibid.] coactus eſt avunculus. Semel ac ſecundo advocatum ad concilium, neque accedere ipſum, neque vicarium mittere cum tractoria. Multorum [c. 43. p. 540. & epiſt. 30. p. 334.] criminum reos ab ipſo excommunicatos, ut Nivinum, & fratrem ejus Bertricum, apud ſe recipere: ejus ſubditos, ut Amalbertum, excommunicare, neque tertio admonitum ſententiam illam velle reſcindere: [c. 2. p. 391.] ut eam ob rem placitum indici oportuerit a Rhemenſi; ad quod convenientibus epiſcopis & laicis cujuſcumque ordinis, multa indecora dixit fecitque juvenis Hincmarus. Hujus Amalberti uxorem illam eſſe puto accuſatricem feminam, quam alibi videbimus dici ab B epiſcopis Duziacenſibus, ad pontificem Romanum mitti non poſſe. [Epiſt. 31. p. 339. & ipſe Laudun. ep. Religi. p. 347. c. 9. p. 411.] Ad preces avunculi Senato clerico ordinationes, Hadulfo presbytero, & monacho cuidam a rege miſſo, per eum excommunicatis, veniam & communionem nolle concedere: quam tamen monachus, aliorum epiſcoporum rogatu, ab eodem facile impetravit. [c. 7. p. 411.] Contempto metropolitano, alterius provinciæ epiſcoporum exquirere concilium, & ſtare velle judicio: ne præſentem quidem ipſum ſalutare vel intueri: vel oſculum pacis in concilio dare, quod [Præfat. p. 386.] ab alio nemine recuſabatur: nihil denique non agere, quo vexare avunculum, & metropolitani [ſ. 10. p. 410.] jugum excutere moliretur. *Et ſtudes*, inquit, *tergiverſationes exquirere, ut nulli poſſis ſubeſſe, qui* C *non potes cunctis præeſſe*. [c. 27. p. 493.] Et alibi: *Tu ante cogitans conſilia. quæ non poteris ſtabilire, inobedientiam tuam ne corrigas quæ perpere admiſiſti, & effrenationem deſiderata libertatis, indebite, ut non ſis metropolitano ſubjectus*, &c. Et hoc præciſe ad [c. 16. p. 437.] propoſitum: *Tu qui quantiſcumque potes molitionibus certas, ut tua metropolis auctoritatem, ex antiquo per ſacras regulas attributam, deroges; ac per hoc omnibus metropolitanis debita jura tollas*. Ea ſunt, comprovincialium epiſcoporum cauſſas primo cognoſcere, & judicare: ſalvo poſtea appellationis jure ad primam ſedem: quæ intempeſtiva appellatione, ad defugiendum inter notos judicium, & eludendam metropolitani vigilantiam poteſtatemque, convellebat Hincmarus.

[c. 40. p. 536.] Jam autem ubique famam avunculi carpere: dictitare ejus inſtinctu atque conſilio regem adverſum ſe efferari: inſultare tamquam victo dua- [c. 5. p. 399.] bus in cauſis, Rothadi, & VVlfadi; poſtulare [c. 4. p. 396.] ut ſua ipſe ſcripta concremaret: clamare degra- [c. 6. p. 407.] datione & interdictione a miſſa celebranda dignum eſſe, idque ſe effecturum minari: calumniam [c. 43. p. 539.] impingere, vel quod dictorum veterum ſcripta adulteret; vel quod id unum agat, ne appellationem ſuam apud ſedem Romanam proſequa- [c. 45. p. 555.] tur; immo ut jus appellationis ad pontificem abrogetur; quæ calumnia non alteri inter homines quam ipſi venire potuit in mentem. Omitto ſcripta in Rhemenſem mole grandia, faſtu turgentia, fabulis & corruptelis inania, *monſtruoſos* E [Epiſt. 55. p. 600.] *libellos, monſtruoſe collectos*. Quorum cenſuram breviter exſequitur his verbis: *Cum autem mihi vacaverit, ſuccinctius de aliis perverſis & incompoſitis ſcriptis tuis; in quibus quædam mendaciter, quædam reprehenſibiliter me reprehendendo, quædam ficte humiliter, & vere ſuperbe ſcripſiſti, reſcribam*. Nam licet tituli & appellationes nonnullæ aliquid reverentiæ præferant, in ironicum tamen [c. 43. p. 543.] ſenſum accipi oportere demonſtrat, dicens: *Et quia patrem me, ut paret, irriſione potius, quam veneratione vocaſti*. Denique quantum ab eo moleſtiarum patiatur, planius exponere non poteſt,

A quam cum ſcribit: *Ne magnitudo miſerationum* [c. 39. p. 534.] *Domini, quas de manu illius gratuita gratia ſine merito ullo ſuſcepi, extollat me, datus es mihi ſtimulus recognoſcendæ infirmitatis meæ, angelus ſatanæ*, [Angelus ſatanæ] *ut me, & matrem tuam Rhemorum metropolim quæ te nutrivit, elatis moribus, & inobedientibus colaphizes*. Et ad extremum ad concordiam illum invitans: *Noli ergo diutius, tamquam civili* [c. 44. p. 553.] *bello, noſtris contra nos erectis ſignis armiſque pugnare, & ſeditiones a multis, & per multos, & ſuper multos compreſſas* (in externo bello Goteſchalcano) *redivivo furore in perniciem tuam, & eccleſiæ catholicæ commotionem reexcitare. Et noli te extollere contra maternam metropolis tuæ generalem totius provinciæ ſolicitudinem, & contra* B *paternam nutritoris, & ordinatoris tui benignitatem, quam tibi cum ceteris, ſine aliquo detrimento, tantum ut te recognoſcas, & metropolis privilegium, & metropolitani dilectio, ſine difficultate cupiunt exhibere*.

## §. VII.

*Eccleſiæ ſuæ clericos & laicos vexat.*

POſt regem, & archiepiſcopum avunculum offenſos, debuit ſaltem pacata & regulari eccleſiæ Laudunenſis adminiſtratione ſubditorum [*Eccleſiam ſuam perturbatiſſime gubernat.*] ſuorum benevolentiam ſibi conciliare. Id vero quemadmodum præſtiterit, videamus. Simoniæ C quippe manifeſtiſſime convincitur in manuum impoſitione. [*Simoniacus.* c. 34. p. 522.] *Bene reminiſci potes, me jam te commonuiſſe, quoniam per multos audivi, ſed & uſque ad aures domni regis pervenit, quia & de impoſitione manus in ordinatione eccleſiaſticorum graduum, etiam a manu munera accipiebas: & de eccleſiarum datione præmia requirebas; & a diffamatis presbyteris, ne diſcuterentur, redemptionem accipiebas. Unde & ab eccleſiæ tuæ filiis iſdem domnus rex veritatem audire quæſivit: & requiſitionem, interveniente tali cauſa quæ nota eſt, proſequi deſtitit; tibique quam terribilius potui, interdixi, ut his facinoribus nullo modo communicares*. Atqui pretio aliquo temporali, vel publice peccantium crimina epiſcopo tegere, vel minus digne pœnitentiam D publice peragentem ad reconciliationem deducere, vel quocumque livore, quemlibet dignius pœnitentem ab eadem reconciliatione removere, terrio vetat Hincmarus noſter in capitulis, [Hinc. Cap. tit. 2. n. 13.] *quia hoc ſimoniacum & Deo & hominibus abominabile eſt*. Quanto magis Spiritum ſanctum & eccleſiæ miniſterium pecunia vendere? Quamobrem Theodulfo comiti viro illuſtri apud Flodoardum eccleſiam aliquam pretio vendere paranti, graviter ſcribit: [Flodoard. l. 3. c. 26.] *Scias quia ſi vel unum danarium tibi aliquis clericus pro ipſa eccleſia, vel pro alia aliqua in mea parochia, per ſe, vel per immiſſam perſonam dederit, per me ordinatus in ea non erit*. Multorum quoque gravaminum in ſubditos perdiu accuſatus eſt: [L. 55. Cap. c. 51. p. 584.] *Dicitur & a multis quod &* E *clericos, & laicos tibi commiſſos in multis exeniis, per diverſas occaſiones graves*. Et poſt pauca: *A multis enim dicitur, quod vix pauci, aut potius nulli apud te quiddam beneficii, niſi præmii datione prævaleant obtinere*. Quod admodum credibile facit inopia quam ad epiſcopatum attulit, ut antea dicebamus. [*Feneratori ſimilis.*] Atque hanc criminationem ad fœnus & turpem uſuram ait a canonibus referri, latis adverſus clericos fœnus & turpia lucra ſectantes: a quo propudio illum cum aliis rationibus, tum [p. 587.] exemplo maxime ſuo revocat, qui ad inſtar Samuelis nullum quacumque de cauſa munus accepit. Quo in temperantiæ genere, ut id obiter ad-

adjiciam, mihi ſemper placuit generoſa Theodoreti profeſſio ad Nomum exconſulem. *Viginti quinque jam egi annos* ( in epiſcopatu ) *nec a quoquam accuſatus, nec alium accuſavi. Nec eorum aliquis qui mihi ſubjiciuntur religioſiſſimi clerici, tot annis, ne obolum quidem mihi in tribunali oblatum conqueſtus eſt: neque veſtem a quoquam accepi; panem unum, vel ovum nullus domeſticorum meorum accepit aliquando. Præter laceras has veſtes quibus veſtior, nihil poſſidere volui.* Redeo ad Hincmarum.

Theodoreti laudabilis abſtinentia. ep. 81.

Violenter etiam ſua in oves proprias uſum poteſtate narrat & avunculi epiſtola ad Hadrianum, & Caroli regis ad ipſum epiſcopum, qua admonet, ut clero & plebi ſibi commiſſæ, epiſcopalem, & paſtoralem benignitatem impendat: *Et non eos*, inquit, *tam duriter tractes, atque adſtigas: neque illis alios quos non noſti, præponas, vel ſuperponas: & de gremio eccleſiæ tibi commiſſæ, in qua nutriti & educati fuerant, illos, ſicut quoſdam jam expuliſti, vel abſcedere compuliſti, non projicias, vel cum gemitu ibidem conſiſtere cogas.*

Hincmari violentia.

Epiſt. Car. regis ad Laudun. c. 51. p. 586.

Sed funeſtiſſima Laudunenſis eccleſiæ perturbatio tum accidit, cum neſcio qua laceſſitus injuria, omnes parochiæ ſuæ clericos excommunicavit. Erant illi magno numero, in quibus innocentes plurimos extitiſſe oportet. Poterat utcumque illa eccleſiæ contumelia tolerari, ſi pauci, accuſati, confeſſi, convicti, fuiſſent ejecti, ſi quid in eorum accuſatione dubium, aut obſcurum foret. *At ubi manifeſtiſſime, ſicut omnibus conſtat eſſe notiſſimum, ſine aliqua ratione vel culpa abjectorum contra omnem auctoritatem trecenti, vel quadringenti, ſive quingenti, ſolo tuo furore, & cauſſa injuriarum tuarum abjecti erant*, &c. Poſcebat legum ordo, ut ad me, tuum metropolitanum, querelam deponeres, meumque de illa judicium expectares; ſed tu præceps iracundia, nemine conſulto, rem tantam, tam pernicioſam derepente confeciſti. Quam multa hic peccata! Injurias privatas ſpiritali gladio ultum ire, quod canones vehementer improbant: illum abſque ullo judicii ordine exerere: plurimos innocentes eo ferire: novum illud & inſolens factum abſque metropolitani auctoritate aggredi. Sed illud luctuoſiſſimum, quod ea cenſura conſtrictis eccleſiæ miniſtris ſequutum eſt, ut neque baptiſmus parvulis, quod Pelagio placuit; neque communio morientibus, quod Novati dogma eſt; neque ſepultura mortuis, quæ nimia inhumanitas eſt, donari poſſet. Non arbitror equidem adeo crudelem fuiſſe, & impium, ut iſta directe fieri vetaret: ſed, quod eodem redit, clericorum neminem reconciliare voluiſſe, a quo cum tempus & ratio poſceret, hæc omnia fierent.

Clericos ſuos omnes excommunicat.

c. 28. p. 495.

c. 30. p. 507.

p. 508.

c. 31. p. 510.

c. 32. p. 511.

c. 33. p. 514.

## §. VIII.

*Excommunicationem ab eo irrogatam ſolvit avunculus metropolitanus.*

Dies quinque tenuit ferale juſtitium ( quibus credibile eſt & infantibus multis baptiſmum, & morientibus viatici muneris communionem in parochia ſatis ampla defuiſſe. ) Dum Laudunenſes clerici diuturnioris cladis metu, quod erat in proximo remedium exquirentes, appellant ad metropolitanum *abſque ſchiſmate & rebellione juxta temporis anguſtiam, & imminens periculum.* Quid enim opus tum erat Romani pontificis cognitione, ad quam remittebat epiſcopus, in re certa, & ſæpius judicata? De dubiis enim & obſcuris tantum conſulenda eſt ſedes apoſtolica, ubi canones deficiunt, aut diverſas interpretationes patiuntur. Sic ergo appellatus Rhemenſis archiepiſcopus, legitimo judicio, licet abſque provinciali concilio, & ſcrupuloſa teſtium interrogatione, clericos cenſura ſolvit, & communioni miniſterioque ſuo reſtituit. Quamquam non tam ſuſtulit inhærentem, quam nullam fuiſſe judicavit: *Quibus ſententiis*, inquit, *ſanctarum ſcripturarum, & ſacrorum canonum, atque decretorum ſedis Romanæ pontificum fultus atque ſuffultus, & ſicut adhuc in proceſſu oſtendam, metropolitana auctoritate execrabilem, atque exitiabilem non excommunicationem, ſed maledictionem tuam in eos jaculatam, qui non accuſati, nec confeſſi, nec convicti, nec etiam a te fuere ſecundum* [illegible] *juſſionem commoniti: ac de his, pro quibus eos excommunicaveras, ſicut non ſolum mihi, ſed & pene omnibus in Rhemenſi provincia erat notum, innoxii, & tanti, ſimul a ſacro officio, atque a ſocietate eccleſiæ catholica, ſolo tuo furore, & cauſſa tua injuria, ad multorum exitium fuere depulſi, irritam, & nullius momenti eſſe decrevi.* Ad hæc grandi canonum & veterum patrum collectione, quam nobis injuria temporum invidit, factum ſuum probavit, & latæ excommunicationis iniquitatem oſtendit: illudque ſcriptum ad eccleſiam Laudunenſem tranſmiſit, ut omnes cognoſcerent, 1. ſic ligata *nullas vires habere, nec eccleſiaſtica reputari; libere* proinde *potuiſſe ſolvere* metropolitanum, *pro officio loci ſui, quod ipſi non licuit ligare.* Cui dicto ſimile eſt aliud quod a Laudunenſi objicitur: *Non mihi videretur dignum excellentia veſtra fuiſſe, ut diceretis Berthario, quod mihi renunciavit vos dixiſſe, Si hos præſignatos meos excommunicaſſem homines, qui talia egerunt & adhuc agunt, non eos excommunicatione teneri: videlicet anathematis vinculo non ligari.* Quæ & alia exempla demonſtrant, iracundius & frequentius quam deceret eccleſiaſticas illas manubias jaculatum fuiſſe juvenem epiſcopum. 2. Opus concilio provinciali non fuiſſe, quia periculi magnitudo præſens auxilium flagitabat: *Quia pro omnibus reprehenſibilibus, quæ de te per omnium, ut ita dixerim, ora volitant, & ad me non pervenire non poſſunt, ſemper quando eaſdem reprehenſiones tuas audiero, omnes epiſcopos provinciales, ut eas mecum audiant, congregare non poſſum.* 3. In publico & vulgatiſſimo crimine teſtes non fuiſſe conquirendos, illudque nulla tergiverſatione tegi potuiſſe: *Cum certiſſimum, atque notiſſimum & nobis, & omnibus in hac Rhemenſi provincia habeatur, quod nec accuſati, nec confeſſi, neque convicti de aliquo crimine fuerint.* 4. Legitimum ejus non fuiſſe judicium, & ideo appellari debuiſſe: *Quia vero certum eſt te non ſecundum has regulas judicaſſe; nec ex conſenſu partium electus in hac judicatione judex fuiſti, a te judice eccleſiaſtico, ad me majoris auctoritatis judicem eccleſiaſticum judicati, ſicut & fecerunt, debuerunt provocare: & tua injuſta ſententia a me eſt competenter ſoluta.* Judicati, inquit, non judicandi & proximam condemnationem præcipientes; quia male judicati, ad juſte judicaturum, provocarunt.

Qui ſolvantur a metropolitano.

c. 47. p. 568.

c. 34. p. 514.

c. 30. p. 505.

Collectio Hincm. quæ non extat. Epiſt. 51. p. 589. c. 35 p. 518

Hinc. Laudun. epiſt. De his p. 619

Hinc. c. 35. cit.

cap 28. p. 499. c. 29. p. 501.

Ibid.

Hinc vero bellum inteſtinum nepotem inter & avunculum recruduit, dum ille ſe manifeſto in crimine deprehenſum indignatur: dum collectionem illam ſententiis ſuæ peremptricem flammis aboleri poſtulat per Vvenilonem Rothomagenſem, nunquam alias rediturus in gratiam. Quam conditionem non riſu, ut par erat, elevans, ſed ſerio reſpuens, tanquam *mortiferum* poculum ab ipſo *propinatum*, hominem vana ſpe, & infinita ſuperbia elatum rejecit. Ac denique ad ſynodos compulit, quarum contentiones ejuſcemodi materies

Inde maior diſcordia inter utrumque Hincmarum.

præfat. p 586. c. 47. p. 569.

teri0s fuerunt, excitatis accuſatoribus, paratis
accuſationum libellis, &, quod mirabile eſt, of-
fenſis judicibus omnibus, rege, metropolitano,
epiſcopis. Quapropter eorum judicium vitare co-
natus eſt Romana appellatione ſæpius repetita,
ſed fraudulenta & illuſoria; de quibus modo di-
cendum eſt. Statuit enim tandem aliquando rex
*Ad ſynodos tandem perductus.* Carolus rebellem & calumniantem coercere: cer-
tum eſt Hincmaro metropolis ſuæ jus & poteſta-
tem vindicare: non dubitant antiſtites Gallicani,
quin provinciale judicium appellationi præire de-
beat. Synodum poſtulant res & perſona. Tres
dantur, apud Vermeriam, apud Attiniacum,
apud Duziacum. In prima declamat, fugit a ſe-
cunda, ſpoliatus venit ad tertiam: convictus in
omnibus, appellat ab omnibus, vix ab illa liber
aut ſalvus evadit. Poſt hæc appellationem pro-
ſequitur, ſed damnatus: auditur, ſed cæcus: to-
leratur ut vivat, non ut imperet: Sampſon ener-
vis, uni ſibi miſer, oneri quod tandiu exaggera-
vit, ad extremum ipſe ſuccumbit.

## §. IX

*Prima ſynodus adverſus Hincmarum Laudunenſem apud Vermeriam palatium.*

*Prima ſynodus apud Vermeriam.* PRima ſynodus apud Vermeriam palatium, Pi-
ſtenſe colloquium, & deſcriptam a nobis pa-
cificationem ſequuta eſt, cum Laudunenſis Hinc-
marus crebris a rege litteris evocatus adire con-
tempſit, & ſcriptis ad pontificem Hadrianum lit-
*Hincm. ep. 55 p. 598.* teris eum cum metropolitano ſuo accuſavit. *In-
deque, ſicut ſciunt plurimi*, ait Rhemenſis, *contra
illum te iterum erexiſti, & mandata ſua ut ad eum
venires, contemnens, adeo illum ad iracundiam pro-
vocaſti, ſicut omnes in iſtis regionibus ſciunt, ut
coactus te per fideles ſuos, ſicut infidelem appeteret.*
*Annal. Bertin. ad an. 869.* Id quomodo geſtum ſit, ab hiſtorico repetendum
eſt, annaliſta Bertiniano, poſt illa quæ ſuo lo-
co retulimus, ſic narrante: *Et quoniam iſdem
*Bellatorum acies quas vulgari ſermone ſcaras vocamus Hincm. opuſc. 9. c. 3.* epiſcopus etiam per alios epiſcopos evocatus, ut ad
illum veniret, juſſionem illius implere detrectavit,
ſcaram ex quamplurimis comitibus regni ſui confe-
ctam, Laudunum miſit, ut ipſum epiſcopum ad eum
violenter perducerent. Iiſdem autem epiſcopus cum
clericis ſuis juxta altare reſedit: & quibuſdam epiſ-
copis ſatagentibus, actum eſt ut ipſi, qui miſſi fue-
rant, de eccleſia eum non extraherent: ſed ſine illo
ad Carolum redierunt, omneſque homines ipſius epiſ-
copi liberos ſibi ſacramenta fieri fecit. Carolus au-
tem valde commotus ſynodum epiſcoporum omnium
regni ſui 8. Kal. Maii ſecundæ indictionis apud Ver-
meriam condixit, quo eumdem Hincmarum epiſco-
pum vocari præcepit.* Quo tempore illud factum
opinor quod in homine vehementis iracundiæ cre-
dibilem eſt, & ad eum ſcribens avunculus ſupra-
*Regem, & plurimos alios excommunicat. Epiſt. 55. c. 6. p. 559.* dictis adnectit: *Tu autem ante inauditam excom-
municationem in meos, & multorum archiepiſcopo-
rum, & epiſcoporum parochianos, ſed & in ipſum
regem, ſine mea conſcientia, contra ſacras regulas
jaculaſti: unde multos ſcandalizaſti; & maximum
ſcandalum, non ſolum eccleſiæ, ſed & regi & regno
intuliſti.* Putabat Laudunenſis ita vindicari jura
eccleſiæ, præſulibus ceteris ſeditionem & pervi-
caciam interpretantibus, cui proinde dicere pot-
*Ezech. c. 28. Regi & omnibus irreconciliatus.* erat: *Ecce tu ſapientior es Daniele; omne ſecre-
tum non eſt abſconditum a te. In ſapientia & pru-
dentia tua, feciſti tibi fortitudinem.* Hic novus la-
bor Herculi Rhemenſi, ut protervum nepotem
cum rege & epiſcopis, ac deinde per regem cum
optimatibus & ceteris revocaret in gratiam, ne
recentes injurias ſynodali judicio perſequerentur.

A *Poſt quam præſumptionem adhibitis mecum confra-* *Hincm. ep. 55 cit.*
*tribus noſtris, te & cum eo pacificavi, & epiſco-
pis, quorum parochianos excommunicaſti, ut in te
ſynodali ſententia non inveherent, perſuaſi. Sed &
eoſdem a te excommunicatos, licet non ſine labore,
adminiculante domno rege, adverſum te conquieſcere
feci.* Quod non verbis ſolis, ſed etiam quibus
pollebat ſcriptis effecit, ad eorum ſimilitudinem,
quæ paulum ante, apud Piſtas regi obtulerat.
*Nam & quando eadem principalis poteſtas, necnon* *c. 8. p. 411.*
*& omnis præfectura totius regni ſui, inſolentia
tua exigente, contra te fuere commota in Verme-
ria Palatio, iterum inde ſcriptum, quod legiſti,
porrexi.*
Hac, ut credibile eſt, pacificatione ſecurus, *In ſynodo accuſatus Romam appellat.*
B venit ad ſynodum Hincmarus. Haud ſcio idemne
de Carolo rege dici debeat, lectis apud annales
citatos ejus geſtis poſt indictam ſynodum: maxi-
me cum & illa Hincmari reconciliatio ante ſy-
nodum perfici potuerit, & in ea nihil actum ap-
pareat, quod præſentiam regis expeteret. Quid
autem tum Laudunenſi fuerit objectum, qui fue-
rint ejus accuſatores, quid reſponderit, nuſquam
proditur. Unum conſtat, objectionibus tamquam
laqueis irretitum, non aliter extricari potuiſſe,
quam interjecta Romana appellatione; cujus li-
cet nulla tum ſit habita ratio, ulterius tamen
proceſſum non eſt: ſed abſque effectu prima illa
cognitio conquievit. Sic enim ipſe conqueritur:
*Jam etiam per integrum efflagitavi annum, & præ-* *Laud. apud Rhem. ep. 55 cit. p. 604.*
C *cipue in ſynodo apud Vermeriam palatium, olim ab
horno habita, obſecrando declamavi; nunc quoque &
obſecro, & item declamo, ut & hactenus egi, quo
veſtra archiepiſcopali auctoritate, apud domni glo-
rioſiſſimi regis Caroli clementiam obtineatis, &c.*
Cui reſpondet avunculus: *Quod dicis te in ſynodo* *Ibid. p. 605.*
*apud Vermeriam, indeque apud Attiniacum licen-
tiam eundi Romam petiiſſe, & impetrare non po-
tuiſſe; omnes epiſcopi qui in eiſdem ſynodis fuerunt,
liquido ſciunt, quoniam cum de tuis inſolentiis in-
crepabaris, timens regulare judicium, vel regis ca-
ſtigationem, licentiam eundi Romam petebas:* &
quæ ſequuntur. Nam de appellatione, & appel-
lantis luſione opportunius poſt ſynodum Attinia-
cenſem dicemus, cum ejus artes clarius parue-
D runt. Certum videtur interim monitum ab ipſo
pontificem de illa ſua appellatione, & nonnullis
in ſynodo geſtis, cum regis & metropolitani ac-
cuſatione, quorum ope gratiaque ab aliorum in-
juriis tegebatur.

## §. X.

*A rege mittitur in cuſtodiam apud Silvacum.*

COnſtat & illud, poſt ſynodum Vermerien- *Detinetur a rege.*
ſem, detentum fuiſſe a rege, velut in car-
cere, apud Silvacum in parochia Laudunenſi:
cujus facti culpam non obſcure rejicit in avun-
culum, cum ei ſcribit: *Relegi curſim ſcripta ve-* *Hinc. Laud. epiſt. Relegi p. 341.*
E *ſtræ celſitudinis, quæ mihi perferenda deſtinatis, in
ſtante anniverſario mei traditionis, perpetrato mea
in parochia, & loco qui dicitur Silvacus. Mei au-
tem, non meæ ſcripſi traditionis, ut removeatur
amphibologia ambiguitatis, inter tradentem & tradi-
tum, ex poſſeſſivo pronominis. Liquet enim ex primiti-
vo genitivo me traditum fuiſſe, non traditorem extitiſſe.*
Et expreſſius in concilio publice proteſtatus eſt:
*adverſum illum habeo, quia me a rege in cuſtodiam
mitti fecit.* Sed hanc eſſe calumniam, & regis
in ſynodo graviſſima aſſeveratione, & hic ex *Concil. Duziac. p. 4. c. 6. Hincm. ep. 55. cit. p. 599.*
Rhemenſi patet, narrationem ſuam ita proſe-
quente: *Sed tu addens pejora prioribus, ſic domnum
regem,*

*regem, ſicut mihi longum eſt enarrare, & multi ſciunt, iterum exaggeraſti, ut cauſſa tua caſtigationis, te ſine mea voluntate, ſineque meo conſenſu, aliquantulum detineri juberet.* Notanda vox, *cauſſa caſtigationis*; nam modo regiam caſtigationem audiebamus, a regulari, hoc eſt, ſynodali judicio diſtinctam: ut judicium, epiſcoporum ſit; caſtigatio, regis; judicium, res ſacras; caſtigatio, corpus attingat: quemadmodum anno ſequente in Karlomanno, judicium regulare excommunicationem, caſtigatio carcerem Silvanectenſem, ac deinde excæcationem peperit. Novum igitur effectum contumaciæ, & rebellionis crimen advenire oportuit, cuſtodia prohibendum. Id quale ſit, quis divinet, cum enarrare prætermittat Hincmarus? Quod ſi tum perficere conatus eſt, quod ante cogitarat, ut ab eccleſia ſua, & regno Caroli, ad ejus nepotem Lotharium in Auſtraſiam transfugeret? Hoc enim ejus conſilium, & conventionem cum Lothario factam, refert circa ſynodum Vermerienſem Carolus in petitione ſynodali. Diuturnam non fuiſſe detentionem, ſignificat vox *aliquantulum*. Idque epiſcoporum beneficio, & admonitionibus factum licet arbitrari, malentibus epiſcopis cauſam in ſynodo cognoſci, & ſi res poſceret, canonica damnari ſententia, quam regia caſtigatione coerceri.

*Conc. Duziac. p. 1 c. 4.*

## §. XI.

### *Secunda ſynodus apud Attiniacum palatium, adverſus eumdem Hincmarum & Carlomannum.*

*Secunda ſynodus apud Attiniacum.*

QUare anno ſequente hujus ſæculi ſeptuageſimo, apud Attiniacum palatium, habita ſynodus eſt, ſuperiore ut major, ita famoſior: Decem provinciarum vulgo dicta, quod ex totidem provinciis epiſcopi ad eam convenerint: in qua vocati ſunt ad judicium clerici duo illuſtres, Hincmarus rebellis epiſcopus nepos archiepiſcopi, & Carlomannus perduellis, filius Caroli regis. Ab utroque provocatum Romam, ſed irrito utrinque conatu. Atque ut a Carlomanno ordiamur, eum breviter ita deſcribunt annales Metenſes. *Prædictus rex* (Carolus) *ex Hirmentrude regina tres filios ſuſceperat; Carolum ſcilicet, & Carlomannum, atque Ludovicum.* Et poſt pauca: *Porro Carlomannus cum eſſet puerulus, juſſu patris attonſus, clericus effectus eſt. Dehinc procedenti tempore ad diaconatus officium, quamvis invitus & coactus, in præſentia genitoris ordinatus eſt: legitque publice evangelium, & pontifici miſſam celebranti juxta morem miniſtravit. Poſt hæc per apoſtaſiam recedens ab eccleſiaſtica religione, & abjiciens gratiam quæ data erat ei per manus impoſitionem, alter Julianus efficitur. Collecta namque prædonum non modica turba, eccleſias Dei cœpit devaſtare, & cuncta diripere, & inaudita mala perpetrare. Pro quibus cum crebro a patre correptus fuiſſet, nec a cœpta pravitate ceſſaret, noviſſime ex præcepto patris ei oculi eruuntur: juſto Dei judicio lucem exteriorem amittens, qui interiorem, quæ Chriſtus eſt, a ſuo pectore effugaverat.* Sed hæc poſtea. Quod ad hunc annum ſpectat & ſynodum, breviſſime colligunt annales Bertiniani *Carlomannus etiam Caroli regis filius, & plurimorum monaſteriorum pater reputatus, quoniam inſidias infideliter erga patrem ſuum moliebatur, abbatiis privatus, in Silvanectenſi civitate eſt cuſtodia mancipatus.* A qua eodem anno rogantibus Ludovici regis Germaniæ legatis eductus, ſequente funeſtiores tragœdias excitavit: iterum

*Carlomanni vita. Annal. Metenſes ad an. 870.*

*Annal. Bertin. ad an. 870.*

a nobis Hincmaro, ad quem regredimur, conveniendus.

Hincmarus igitur Laudunenſis, Silvacenſi cuſtodia efferatus, ad honeſtam pertinaciæ ſpeciem converſus, appellationem ſuam oſtentat, de appellanda ſede Romana libellum ex veterum pontificum decretis colligit, ſane imperfectum, neque avunculo tantum, ſed etiam auctori pudendum. Quare ſecundis & ſapientioribus curis ad aliam collectionem aggreditur, aliquanto perfectiorem, cui & verſiculos dedicationis indices præfigit ad Carolum regem: quam per Vvenilonem archiepiſcopum Rothomagenſem in Gundulfi villa, cum iis qui aderant epiſcopis, ad avunculum miſit. Neque ſibi defuit Rhemenſis, quin daret illi cuncta duplicia, pro confuſione duplici & rubore, librum videlicet quinquaginta quinque capitum: verſus verſibus, canones & decreta decretis, admonitiones & exprobrationes pervicaciæ & opprobriis reponens: eumque librum apud Attiniacum Palatium coram epiſcopis illi tradidit. Sed ſurdo canebat, & adhuc pugnaci. Venitur ergo ad ſynodum, in qua rex de ejus rebellione, archiepiſcopus de contumacia, Nortmannus comes de vi, clerici Laudunenſes de injuſta excommunicatione, laici ſubditi de rapinis queruntur. Ipſe autem ex adverſo *prolixiſſimam rotulam, contra veritatem & auctoritatem, ac rationem contextam, in eadem ſynodo obtulit, & monſtruoſum ſuum libellum, a ſe & a ſuis ſubſcriptum protulit.* Huic altercationi finis impoſitus eſt, per novam fidelitatis, regi & metropolitano iterum præſtitæ profeſſionem, publice in ſynodo datam atque ſubſcriptam. Cujus quia hominem deinde piguit, & eam violare penitus conſtituit, per vim & metum ſibi finxit extortam. Quod figmentum nativa rerum geſtarum narratione ita refellit archiepiſcopus, ut omnem dubitationis nubem detergat ex animo. Spontaneam quoque fuiſſe profeſſionem illam, teſtantur annales S. Bertini, ſynodum totam in ſummam contrahentes. *Interea poſtquam de multis cauſis impetitus, præcipue autem de ſubjectione regiæ poteſtatis* (nimirum violatæ) *& inobedientia erga ſuum archiepiſcopum Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, ut ſe ab impetitis expediret, in ſynodo epiſcoporum decem provinciarum, libellum propria manu ſubſcriptum porrexit, hæc continentem: Ego Hincmarus.* Et quæ ſequuntur, in concilio legenda, unde hiſtoricus videtur hauſiſſe, ſuoque teſtimonio actorum noſtrorum veritatem confirmare. Atque hic Caroli regis benignitas enituit, qui crimina illa judiciario ordine per teſtes, per tabulas, objiciendo, interrogando, probari noluit, ne quid dedecoris eccleſia pateretur: *Quod inde tibi in ſynodo reputatum eſt, judiciario ordine comprobatum non eſt: ſed regia benignitate intermiſſum eſt, omiſi hinc regulare judicium ponere, ut te ad conſcientiam tuam remitterem.* Id eſt, apparatum & inſtrumenta regularis judicii, quibus certo convictus fuiſſes, niſi tuo & noſtro pudori rex optimus peperciſſet.

*Hincmari Laudunenſ. ſcripta pro appellatione. Hinc. ep. 55. pag. 600.*

*Cui reſpondet Rhemenſis l. 55. capitum.*

*Ibid.*

*Regi & archiep. ſcripto ſatisfacit.*

*Conc. Duziac. p. 4. c. 33. 35.*

*Ann. Bertin. cit.*

*Hincm. ep. 55 cit. p. 603.*

Supererant terminandæ aliorum cauſſæ, Nortmanni, clericorum, aliorum. Eique rei electos tres epiſcopos Actardum, Rageneltmum, Joannem deſignarat avunculus, admiſerat nepos. Jamque aliquibus in regis præſentia pacate judicatis, & veris legitimiſque poſſeſſoribus adjudicatis, maxime villa Pauliaco comiti Nortmanno reſtituta, quam manifeſtiſſime ejus eſſe judicibus patuit: cum ceterorum cauſſa certas ob rationes comperendinaretur, omnibus ad eventum judicii ſuſpenſis, hic juri ſuo diffiſus, ne aliis exueretur,

*Cetera capita dum judicantur, aufugit.*

Ib.d. p. 504.

tur, quæ injuſte abſtulerat, *ante definitionem contra ſacros canones, & ſine ulla neceſſitate ac ratione, incaute ac inhoneſte fuga lapſus;* avunculo ſcribit, bis evocatum ſe a pontifice Romam, reprehenſum ab archiepiſcopo quod toties vocatus, adire detrectaret, jam tandem obſecrare, & declinare, ut ſua ipſe archiepiſcopali auctoritate licentiam abeundi ſibi a rege impetret. Revocanti autem per litteras regi, valetudinem excuſat, febribus ſe jactari quæ per æſtum augeantur; orare ut Romam ſolvendi voti cauſa proficiſci liceat. Ridiculum hominem! Rex ait: qui non audeat ſoli ſe committere, ut Attiniacum redeat unde diſceſſit; & Romam cogitet æſtuante canicula. Reſpondet avunculus non vetare ſe quominus Romam eat bonis avibus, licentiam ſui arbitrii non eſſe. Ceterum ejuſmodi appellationem vanam eſſe & ludicram, tectorium pervicaciæ, rimam judiciorum, ſpem libertatis indomitæ. *Omnes*, inquit, *epiſcopi liquido ſciunt quoniam cum de tuis inſolentiis increpabaris timens regulare judicium, vel regis caſtigationem, licentiam eundi Romam petebas: cum vero videbas quia & rex & epiſcopi erant tibi placabiles, de ipſa licentia nihil dicebas; ſicut nec modo facis, donec aliquam novitatem, ut ſoles, quam ſemper timendo expecto, iterum facias; de qua compellatus ſolitam cautionem de licentia tua recantes.* Neque hic ſtetit hominis levitas dicam, an improbitas? qui ne putaretur cauſæ ſuæ diffidere, ſæculares judices a rege impetravit, is qui tanto quondam tumultu judicium ſæculare defugerat. Vix quidem excuſari poteſt ea regis conceſſio, quem canones eccleſiaſtici, & eccleſiarum privilegia non latent: Epiſcopum autem a majoribus ad minores, ab eccleſiaſticis ad ſæculares judices, abſque partium conſenſu provocare quis ferat? Helmigarius tamen mercati palatii telonearius, Hlotharius ac Urſio, villarum regiarum majores, factum novum, & hactenus inauditum! quæ ſunt ab epiſcopis rege præſente judicata, retractant, donata reſcindunt, remiſſa definiunt, & quaſi non eſſet propheta in Iſrael, de rebus eccleſiaſticis agente epiſcopo, pleno jure decernunt.

Hanc quidem maculam eluere conatur in proxa reſponſione ad avunculum: fugam ſuam ridicule comparat cum fuga Pauli Damaſo ſeſe proripientis, & Athanaſii furorem Romanorum vitantis: judices epiſcopos ad dictam diem non adfuiſſe queritur: nihil ſe in avunculo præſidii reperiſſe: nihil ſecum agi per rationem & auctoritatem, ſive majorum decreta & exempla; & id genus alia, rerum geſtarum ignaris non incredibilia. Quandiu enim calamo certare licuit, calamiſtrata defenſione non caruit nepos, qua etiamnum avunculi oſoribus Gotteſchalcanis poſſit illudere. Sed præterquam quod in multis falſi & mendacii convincitur a Rhemenſi oculatiſſimo teſte, apud eos in quorum oculis geſta ſunt omnia, nemo eſt qui cum illo non ſic agat. Illud[...] illa fuga cum Athanaſio, cum Paulo apoſtolo, cum Chriſto Domino latitantibus comparanda, quid quæſiſti? Judices? at habebas electos. Judicium? at incœperat. Rationem & auctoritatem? at ea pertubas. Avunculi præſidium? at præſens erat. Quid opus fuit fugere, ut fugam excuſares; appellare, ut luderes; coram ſæcularibus litigare, ut eccleſiæ jura perderes? Habes quibus te tuearis? Adveniet alterius ſynodi tempus; proferes publice Duziaci. Quid & hic obmuteſcis? Rex accuſat in ſynodo: avunculus expoſtulat apud ſynodum: vocat te ſynodus reſponſurum, patiens eſt omnium: membrana dum ſcribitur, dum reſcribitur, obtunditur veritas, convaleſcunt ſcelera, perit occaſio, teſtes diffluunt, loquere judicaturis.

## §. XII.

### *Pro appellatione ad ſedem apoſtolicam a ſe interjecta ſcribit.*

*Laudunenſ. pro appellatione ſua certat.*

Itaque ſynodo Attiniacenſi ad eum modum abrupta, vehementiſſime pugnatur pro appellatione Romana, declamante Laudunenſi, manus apud Silvacum non alio conſilio ſibi injectas, quam ne Romam invitante pontifice abiret: *Quod a ſæculo non eſt ab epiſcopo de epiſcopis auditum:* apud Vermeriam, apud Attiniacum, annum totum obſecraſſe, ſibi ut permitteretur obedire pontifici, *veluti ei qui de omni eccleſia fas habet judicandi:* ſimul & votum exſolvere, pro recuperanda ſanitate ad limina apoſtolorum: decreta pontificum de jure appellationis ad Romanum pontificem plenis buccis perſonante: avunculum ubique & apud quoſcumque incuſante, quod apoſtolicæ ſedis poteſtati derogaret, jura infringeret: una illa de cauſa inſenſum experiri, quod Romanam auctoritatem, adverſus illius machinationes, pro extollendis metropolitanis, tueretur: ab eodem avunculo quærente audacter, *an ſibi appellanti ad ſummam apoſtolicæ ſedis auctoritatem, & ab eadem vocato, perque ejus auctoritatis litteras præſentialiter legendo reclamanti, deceret privilegium ejus ſedis* (metropolitanæ) *illam inferre violentiam?* & ſexcenta ejuſcemodi magnis clamoribus quaquaverſum evulgante: interim pontificem de ſua appellatione admonente, & eas litteras impetrante, de quibus mox agemus.

*Epiſt. De his. cit.*
*Epiſt. Vos ſcitis. p. 555.*
*Rhemenſ. l. 55. Cap. c. 45. p. 555.*
*Laudun. ep. Relegi. p. 552*

*Reſpondente Rhemenſi.*

Ad quæ graviter ſolideque reſpondet Rhemenſis avunculus, nihil unquam a ſe contra Romanæ ſedis auctoritatem, poteſtatem, appellationem dictum: ipſius calumniæ crediſſe, vel unquam crediturum ſapientem neminem. *Quoniam & ipſa ſcripta*, inquit, *quæ ad apoſtolicam ſedem ſæpiſſime miſi, & illa quæ tibi reſultanti jam tranſmiſi, te revincent, & in iſto ſæculo, & in futuro judicio.* Nihil a ſe factum unquam, quo vel appellare prohiberetur, vel appellationem proſequi. Doluiſſe tantum, quod auguſto illo nomine, & re omnibus veneranda uſus eſſet, ut gladio, quem, cum opus videretur, educeret e vagina; cum poſtulata obtinuerat, reconderet: ut veſte, quam, cum frigus erat, ſumeret; cum æſtus, abjiceret: qui merus mimus eſt, & in feriis ludus non ferendus. *Non unde, nec ſicut canones ſacri præcipiunt, ſed pro motibus incompoſiti animi tui, undecumque & per andronas, de hora in horam appellas; & illam ſemel, etiam & ſecundo ab ea litteris evocatus, adire detractas: cum ea quæ voles, & pro quibus te illam fingis appellando abire, quolibet modo apud domnum regem obtines: pro certo ſciens adhuc de cauſis regulari ordine te non compellari, pro quibus appellans in ſynodo, cum appellatione tua, illam, ſicut ipſa per canones præcipit, cures adire.*

*Epiſt. 36. p. 645.*
*l. 55. Cap. c. 55. p. 555. Hominum babiſtacula.*

*De litteris pontificis ad Laudunenſem.*

Quæ ſequuntur verba, duas tangunt epiſtolas, quibus ſe dicit evocatum: quæ quia non extant (habemus enim alias duas Hadriani ad regem, & ad archiepiſcopum, ut veniente Romam voti cauſa Hincmaro, ejus eccleſia ab injuriis Nortmannis tuta ſit) quæ de illis ſcire nos voluit Rhemenſis archiepiſcopus, operæ pretium eſt in memoriam revocare. 1. Emendicatas fuiſſe, ab ipſo, ſine teſte & cenſore, quod libuit ad pontificem ſcribente: *Licet abſque rationabili neceſſitate, quantum ex te conſtat, litteras evocationis tuæ obti-*

*C. 45. cit.*

*obtinueris, ut ipſam primam & ſanctam ſedem ad-* *ires: ceterum ipſa unde, & ſicut audit, reſcribit.* 2. Pinxiſſe illum iis aliqua con.ineri, quæ reipſa non legerentur. *Quod autem mihi mandaſti, quoniam altera vice, quando domno apoſtolico mandaſti de Nortmanno, hoc tibi remandavit, ut inde prius feciſſes tuum miniſterium, & tunc te reclamares, non hoc in ſuis litteris invenimus, vel audivimus.*

Epiſt. 34. p. 690.

## §. XIII.

*Hadrianus II. acerbas litteras regi ſcribit pro Hincmaro Laudunenſi, Romam appellante.*

*Littera pontificis ad Carolum regem.*

ET quando verſamur in Hadriani papæ litteris, eadem via perlatæ ſunt in Galliam aliæ ad regem, & ad archiepiſcopum Hincmarum, graves & acerbæ, quas tradere non auſus ipſe Laudunenſis, curavit ut per alios in eorum manus pervenirent. Sic enim arguit Rhemenſis: *Epiſtolas quoque domno regi pro reclamatione tua, a domno apoſtolico per miſſos tuos directas, non ſecundum domni papæ juſſionem mihi, ut juſſa illius exequerer, dari feciſti; ſed per aliarum, & etiam longinquarum regionum archiepiſcopos domno regi, & mihi, in parochia mea, in qua degebamus, dari obtinuiſti.* Remigium & Harduicum alibi nominat, ejus latores. Et hoc verbo declaratur, non tantum precibus obtentas litteras, ſed etiam perferendarum modum ab uno Hincmaro ſubtiliter excogitatum, qui mitti nolebat ad regem, ut ille olim, *durus nuncius*. Nam plurimo aceto perfuſam fuiſſe epiſtolam Hadriani ad Carolum, ex ejus reſponſione diſcimus, quam poſt Duziacenſe concilium remiſit: in qua objici ſibi queritur crimina *perjurii, tyrannidis, perfidiæ, impietatis*: quæ demonſtrant quo felle fuerint imbutæ Laudunenſis Hincmari ad Hadrianum literæ criminatrices, quæ cor humaniſſimi pontificis, adverſus regem optimum tam vehementer promoverunt. Cujus rei cauſam, præter hominis impotentiam, & præcipitem ad quemlibet lædendum audaciam, eadem nos docet epiſtola, quod nimirum ſibi perſuaderet, lancinante conſcientia reus, multorum criminum a rege ſe fuiſſe accuſatum. *Scriptum eſt etiam nobis, miſiſſe nos vobis epiſtolam de Hincmaro accuſationes nefandas continentem.... nefandas accuſationes vobis de illo non ſcripſimus: ſed quæ multi & epiſcopi, & alii viri eccleſiaſtici, & primores regni noſtri, & nobiles, & mediocres, & ignobiles de illo tunc fatebantur, & adhuc fatentur, vobis ſcripſimus: ſuggerentes ut quia corrigere eum volebamus, ne ad hoc perveniret, ad quod ſe ipſe impegit ut rueret, vobis quiſque ſurriperet, antequam inde veritatem reſciretis.* Fatetur ergo rex ſcripſiſſe ſe ad pontificem de Laudunenſi epiſcopo, & quidem per initia contentionum, fortaſſe ſtatim a Vermerienſi concilio, ſed non invidioſe contra ipſum, immo potius ſalubriter pro illo, ut veritate cognita communis pater præcipitantem filium ſuſtineret.

Hincm. c. 8. p. 411.

Epiſt. Carol. regis MS. ad Hadrian.

*Rem pontificem monuit de Hincmaro. ibid.*

Et ne dubium eſſet, cujus inſtinctu ſcriberetur epiſtola regem tantopere commotura, commendabat regi pontifex, Coſſanum, Vvalcanonem, & Bernonem, Hincmaro Laudunenſi addictos, contumelioſos in regem, perjuros, fugitivos. Mox enim ſequitur: *Et in eadem epiſtola nobis ſcriptum eſt, ut homines de regno noſtro Coſſanum, & Voalcanonem, atque Bernonem, ſalvos & incolumes cum ſuis permitteremus conſiſtere: & ſi aliter egerimus, veſtræ communionis particeps, uſque ad veram ſatisfactionem eſſe non valeremus: & non*

*Homines Hincmari commendantur regi.*



A *evaſuros nos veſtram cenſuram ſciremus, ſi veſtra a nobis fuerint amplius decreta, vel monita violata.* Ex his intelligis, lector, quo inſtigante, & quodammodo dictante, ſcriptæ litteræ iſtæ fuerint, quas a ſe ſcriptas poſtea negavit pontifex idem, ſed *ſubreptas, extortas, confictas*? Agnoſcis ſpiritum Laudunenſis turbinis, poſt agitatam Galliam, Romanos etiam animos concutientem? Habes interim in epiſtola regia nondum excuſa, pontificiæ præcipua capita, quæ penitus excidit.

Pervidere me arbitror & aliam non benigniorem in hiſtoria Flodoardi, ſignificantis ingenti ſolicitudine vexatum fuiſſe aliquando Rhemenſem Hincmarum, ne litteris Roma delatis, rex indignum in modum offenſus, grandi malo earum B procuratorem, illum, inquam, Hincmarum, ſeditionis artificem & incentorem mulctaret. Ergo rationes, quibus animum exulceratum demulceret, ſerio inveſtigantem, Odoni Belvacenſi apud regem tum degenti, ſcripſiſſe *de presbytero, qui epiſtolam papæ Roma detulerat, ut regem admoneret, modificans ejus animum, ne contra Dominum aliquid faciat in eccleſia Dei, vel epiſcopali ordine: non pro Hincmaro nepote ſuo ſe tantum id dicere aſſerentem, quantum pro ipſo ſeniore ſuo rege, ne ipſe taliter peccaret, unde æternaliter periret.* Aliam a priore dico hanc videri epiſtolam, quæ ſit ab presbytero delata: & ipſam acerbam, quæ juſto metu archiepiſcopum perCelleret, ne quid furor Caroli perpetraret. Quare vix mihi perſuadere poſſum, C hanc eſſe, quæ pro Hincmaro votum ſimulante ſcripta eſt; licet paucis verſibus vulnus inferat in Caroli ipſius ſynodali petitione non neglectum: *Cum eam in aliquo diſtrahentem, extra conſuetudinem ſuam comperimus, tota cordis valetudine contriſtamur.* Sed quid fruſtra quærimus ſcripta, quæ credibile eſt periiſſe? cum conſtet ex epiſtola Caroli regis modo citata, frequentibus illum ejuſcemodi aculeis punctum fuiſſe: *Sæpe nobis exprobrationum epiſtolas mittitis, & crimina nobis incognita, niſi quantum per malivolorum noſtrorum ora auditis, nobis impingitis.*

*Alia littera pontificis ad regem aſpera.*

Flodoard. l. 3. c. 23.

Hadr. ep. ... ad Car.

Car. epiſt. MS. cit. ad Hadrian.

## §. XIV.

D *Ejuſdem pontificis litteræ ad Hincmarum Rhemenſem, & hujus ad illum, de Hincmaro Laudunenſi.*

EAdem via redditæ ſunt Hincmaro metropolitano pontificis litteræ, ſed non eodem ſtilo & atramento notatæ. Siquidem univerſe deprehendo, ſi quid in Hincmaro reprehendendum habuit Hadrianus, id feciſſe lenius & humanius, quam quod modo in rege audiebamus. Nam & hoc ipſo anno, cum Carolum Auſtraſiæ regem Metis coronaſſet, eaque alieni regni invaſio magnopere pontifici diſpliceret, ad Hincmarum in hæc verba ſcripſit iratus: *Reſtat ut te de tuis actibus per juſtitiam, ex caritate tamen, reprehendere* E *non omittamus.* Vides paternum γλυκύπικρον, quod etiamſi poſtea minus temperatum propinavit, ſemel, quod ſciamus, id factum, cum litteris ſuis non reſpondente Hincmaro contemni ſe crederet. Itaque in cauſa Laudunenſis Hincmari, duas Hadriani epiſtolas commemorat Rhemenſis. Priorem, qua jubetur Nortamnnum excommunicare, niſi res eccleſiæ Laudunenſi ablatas mox reſtituat. *Veſtra denique auctoritas miſit mihi præterito anno epiſtolam* (poſt concilium apud Vermeriam) *per miſſum coepiſcopi noſtri Hincmari, præcipientem ut oris mei officio Nortmannum, qui res eccleſiæ Laudunenſis invaſerat, excommunicarem.* Extat il-

*Littera pontificis ad Hincmarum Rhemenſem.*

Hadrian. ep. ... ad Hinc.

Hinc. ep. 41.

Hadrian. ep. 11. concil. Gallic.

la in tomis conciliorum Gallicanorum. Cui articulo poſtquam reſpondit, falſo accuſatum fuiſſe Nortmannum, rogat ut in ſimilibus negotiis, juſſioni ſuæ pontifex interponat in poſterum: *Si ita eſt ut vobis innotuit*: ut conditio præcepto addita, remittat ad plenam facti notitiam. Poſterior hoc anno ante ſynodum Duziacenſem accepta, paulo commotior videtur: *Alteram ſiquidem mihi pro negotio ipſius Hincmari direxiſtis epiſtolam, dicentes: Miranda eſt plane veſtra fraternitas, quare miniſterio juris epiſcopalis in regionibus illis abutitur, & multorum caritas abundante nequitia refrigeſcere dicitur*, &c. Reprehendit, at non acerbe de duobus, quod nepotem & æquivocum ſuum Hincmarum, pro conſervandis eccleſiæ ſuæ bonis adverſus regem regioſque comites laborantem, conſilio & auxilio non ſublevet. Et quod eumdem Romanum iter aggredi volentem prohibuerit: quæ ſunt manifeſtæ Laudunenſis querelæ: quarum iniquitatem refellere facile fuit innocenti: *Unde humiliter auctoritati veſtræ reſcribo, quomodo, ut ſcriptum eſt, ſicut audio, judico; & vos ſicut audiſtis, ſcripſiſtis. Sed qui veſtræ ſanctitati hæc verbis vel litteris intimavit, mendacium vobis dixit. Plurimum enim pro eo & apud regem, & apud alios laboravi*. Erat hoc quaſi negativum crimen, non adjuviſſe laborantem. Sequitur poſitivum, prohibuiſſe Romanum iter. *Et ſicut illa de quibus mihi pro eo ſcripſiſtis, mendaciter dicta ſunt, etiam aliquis vobis ſuggeſſit, quod eum ire Romam prohibuerim, vel diſſuaſerim: mendacium vobis nihilominus dixit. Sicut & plures in iſtis regionibus ſciunt, & ſcriptis ad eum ſæpe directis poſſum oſtendere.*

Hincm. epiſt. cit.

Ibid. Rhemenſis ad pontificem reſponſio.

Cum autem ab Alexandro illo ſuo tot ſibi mala, & in Gallia, & ex urbe Roma ſentiret oſtendi, continere non potuit, quin & apud apoſtolicos legatos querelam viciſſim deponeret, & Hadrianum ipſum frigoris & temporis illius eccleſiaſtici cauſam edoceret. Id narratur in epiſtola poſteriore ab epiſcopis Duziacenſibus poſt concilium ſcripta, cujus initium habetur in conciliis. In parte autem ejus manuſcripta, cap. 5 ita legimus: *Et quia metropolitanus Hincmari, quoniam ſæpiſſime verbis, & multiplicibus ſcriptis, ſecundum ſanctarum tramitem ſcripturarum, traditionem que majorum eum corripuit, & ad correctionem perducere non prævaluit: apud legatos apoſtolicæ ſedis, Joannem & Petrum, itemque Joannem epiſcopos, & Petrum cardinalem Romanæ eccleſiæ presbyterum, coram Hodone coepiſcopo ſuo, & Anſegiſo venerabili tunc abbate, nunc autem archiepiſcopo, ſe de illius contumacia, & variis exceſſibus reclamavit: & quibuſdam eorum ſcripto ſuas exceſſus oſtendit: & per præfatum Anſegiſum, qualiter eum tandem de ſpecialibus ejus exceſſibus caſtigaverit, ſcriptis Romam direxit, & ut verbis apud auctoritatem veſtram obtineret, quatenus apoſtolicis eum verbis caſtigaretis, ut ſecundum ſacras regulas ſe epiſcopaliter gereret, & auctoritati ſuæ metropolis obediret: ſicut & veſtra paternitas egit, ſuo metropolitano, & eidem Hincmaro apoſtolicas litteras veſtræ auctoritatis per Anſegiſum dirigentes*. Vicem igitur nepoti ſuo rependit avunculus, & unde ille litterarum fulmina in regem & metropolitanum petebat, inde hic adverſus illum dignas ejus contumacia reprehenſiones elicuit; quamquam & bruta fuerunt hæc omnia. Pergunt enim patres: *Sed quia monitis veſtris iſdem protervus Hincmarus obedire non voluit, metropolitanus ejus, & nos cum eo, de illo ſic egimus, ſicut in epiſtola paternitatis veſtræ in conventu noſtro relecta, nobis præcipit; quæ ſic habet*. Audiemus & nos illam in concilio, cui conſervatam debemus, quamque magno labore vix tandem evicerunt antiſtites ipſo præſente & patiente perlegi. Meminit Laudunenſis ipſe litterarum regi & epiſcopis omnibus a pontifice miſſarum, *de quibus ſine ſynodali conſultu reſponderi non poterat*: quarum exemplar in Attiniaco palatio accepiſſe ſe fatetur ab avunculo. Sed cum veriſimile ſit ab iſtis fuiſſe diſtinctas: quales eæ fuerint, divinare non licet: ut neque ſuas increpatorias ſimul miſſas, ad nos pervenire voluit, vere protervus Hincmarus.

Rhemenſis ad pont. 4 con. ... de Laudunenſi.

Reſcr. epiſcop. conc. Duziac. MS. c. 5.

Hinc. Laud. epiſt. de his

## §. XV.

*Secunda rebellio Carlomanni, cujus excommunicationi ſubſcribere Hincmarus Laudunenſis abnuit.*

Carlomanni rebellio & eius complicum excommunicatio.

Vides, lector, tangere nos digito concilium Duziacenſe, cui pontificia hæc epiſtola conſenſum & auctoritatem ſolito majorem tribuit: ſed eo properantes retinet nos alius horum temporum turbo, Carlomannus perduellis Caroli filius, infeliciſſimæ nequitiæ princeps; qui e patris latere profugus, collecta perditorum manu, per Belgium primo, deinde per Rhemenſem provinciam *tantam crudelitatem & devaſtationem, ſecundum operationem ſatanæ*, inquit hiſtoria, *exercuit, ut credi non poſſit, niſi ab ipſis qui eamdem depopulationem viderunt, atque ſuſtinuerunt*. Carolus rex eam rebellionem & immania flagitia regio & eccleſiaſtico judicio certus proſequi, Carlomanni complices & ſocios morti addicit, eorum bona omnia fiſco; *& ordinatis ſicariis quæ eumdem Carlomannum cum ſuis complicibus de regno propellerent judicium epiſcopale de illis expetiit*. Complices provinciæ ſuæ vaſtatores excommunicat Hincmarus, & cenſuræ formulam ad archiepiſcopos aliarum provinciarum, atque ad nepotem ſuum Hincmarum mittit ſubſcribendam. Carlomannus Senonnenſis diaconus, juramenti bis patri ſuo præſtiti reus, eidem provinciæ judicandus permittitur. Conſentiunt in eam archiepiſcopi Rhemenſis excommunicationem remotiores archiepiſcopi: renuit ter quaterque admonitus ſubſcribere Hincmarus, ſive regis & archiepiſcopi odio, ſive ſimilis cauſæ ſocietate, quam & ſimul cognitam vidimus in ſynodo Attiniacenſi; ſive ad pontificis Romani gratiam magis ac magis emerendam. Nam Carlomannus epiſcopi exemplo, quid ſi & conſilio? legatis Romam miſſis, & appellatione ad pontificis judicium excommunicationem multis nominibus ſibi debitam conatur effugere: dum ipſe loca terrarum qua tranſit, qua fugit, fœde depopulatur. Egregium ſane par hominum, quibus ſacroſanctum jus appellationis patrocinari debuit! quorum cauſa inter Hadrianum, Carolum regem, & magnum Hincmarum ſimultates oriri oportuit.

Annal. Bert. ad an. 871.

Ibid.

Hinc. Laud. ep. Relegi.

Idem epiſt. Rota adeo

Concil. Duziac. a. p. c. 10.

Carlomannus ad pontificem provocat.

Hadrianus enim ad eam appellationis vocem excitatus, & principis impii legatione deceptus, (nam is eodem tempore patrem & regem ſuum pulchra in ſpeciem legatione ludere voluerat) & aliunde ob regnum Auſtraſiæ occupatum Carolo infenſus, ejus patrocinium ardenter ſuſcipit, patrem de cogitata adverſus filium vindicta graviter reprehendit: *Inter cetera exceſſuum tuorum, quibus aliena uſurpando invaſiſſe crederis, illud quoque nihilominus objicitur, quod etiam beſtiarum feritatem excedens, contra propria viſcera, id eſt, contra Carlomannum genitum tuum, ſævire minime verearis: eum videlicet non ſolum paterna gratia & beneficiis privans, verum etiam regni finibus eliminans, atque, quod impium eſt, ut excommunicetur, aſſe-*

Hadr. ep. 24. ad Car.

*affectans*. Et ad extremum brevis epiſtolæ, monet: *Ergo ne adjicias peccatum ſuper peccatum: ſed & de priſtinis invaſionis & avaritiæ pravitatibus deprecare, & correctionis, oſtenſa perfectione, veniam eccleſiaſticam recipere totis medullis exopta, & ne fine tenus pereas uſquequaque decerta*. Scribit & ad epiſcopos Carolinos, vetatque excommunicationem in Carlomannum jaculari, *qui ſe inſontem circa patrem multipliciter aſſerit*, alioquin irritam fore. Tertio & ad regni Proceres, ne a patre vocati ad arma contra filium progrediantur, quiſquis fecerit, *non ſolum excommunicationis nexibus innodabitur, verum etiam vinculis anathematis obligatus in gehenna cum diabolo deputabitur*. Ita de perduelli & apoſtata filio, mendaciis præventus pontifex; atque extant eæ litteræ apud Baronium, neque ipſum hujus hiſtoriæ ad unguem ſcientem, & in tomis conciliorum Gallicanorum, in quibus de hiſtoria præterea nihil. Fueritne non obſtante tali pontificis interdicto excommunicatus Carlomannus, nemo prodidit. Hoc narrant annales noſtri, opera Ludovici Germaniæ regis patrui ſui, reconciliatum iterum patri eadem emendationis conditione: idque Duziaci factum, poſt ſynodum quæ de Hincmaro poſtrema decrevit.

Idem ep. 26.

Idem ep. 25.

Bar. ad an. 870.

Ac deinde ad ſe redeuntem, ita pater ſuſcepit, ut de eo continendo ad ſuorum conſilium referre promitteret. Omiſſo igitur eccleſiæ judicio, rem definit in placito apud Silvacum, ut iterum in Silvanectenſem cuſtodiam mitteretur, *& ejus complices ſacramento ſuæ fidelitatis per ſingulos comitatus conſtringerentur*. Sed perditis hominibus reip. perturbationem nihilominus per eum affectantibus, concilium rex habet Silvanecti, & ejus frequenti rebellione iterum examinata, de gradu diaconatus dejectus, ad laicam communionem redactus eſt. Inde miſer, tamquam omni ſolutus tonſuræ obligatione, regnum cogitat, cuſtodiæ repagula per ſuos infringere molitur, & in ſpem majorum turbarum inquietos omnes erigit. *Quaproter neceſſe fuit, etiam illa, de quibus ab epiſcopis judicatus non fuerat, in medium revocare, & ſecundum ſacrarum legum decreta, pro admiſſis ſuis judicio mortis addictum, mitiori ſententia, ut locum & ſpatium pœnitendi haberet, graviora admittendi facultatem, ſicut meditabatur, non haberet, luminibus, acclamatione cunctorum qui adfuerunt, orbari: quatenus pernicioſa ſpes pacem odientium de illo fruſtrata foret; & eccleſia Dei ac Chriſtianitas in regno ejus, cum infeſtinatione paganorum, ſeditione exitiabili perturbari non poſſet*. Ita narrant iidem annales anno ſuperiore a Ludovico Caroli fratre Reſtitium Vvinidorum regulum bello captum, & aliquamdiu in cuſtodia detentum, poſt judicium mortis excæcatum, & in monaſterium retruſum fuiſſe. Aliud paternæ juſtitiæ exemplum circa hæc tempora Metenſes annales nobis exhibent primogenitum regis Bulgarorum filium, qui cum a patre Chagano recens Chriſtiano, & monaſticum habitum induto, regnum accepiſſet, abuſus poteſtate, in vitia omnia præceps ruit, gentileſque ſuos ad ejuratam nuper idololatriam per vim adegit. Quibus auditis pater, reſumpto cultu regio, caris comitantibus, laſcivientem juvenem aggreſſus, oculis privat, & in carcerem detrudit; regnoque minori ejus fratri cum monitis miniſque commiſſo, *ſimilia paſſurum, ſi in aliquo a recta Chriſtianitate deviaret*, ad monaſticen rediit. Quis credat poſt hæc etiam novis furiis exagitatum Carlomannum, in Germaniam ad patruum fugiſſe? qui plus impotentiam animi, quam corporis orbitatem miſeratus, monaſterium conceſſit in quo pacate moreretur. Hæc eſt Carlomanni tragœdia, obſtinatæ rebellionis in filio, patientiæ & clementiæ in patre, luculentum exemplum; Hincmarianæ pervicaciæ, illuſoriæ appellationis, extremæ cæcitatis ſpirans imago, ut paria paribus accommodanti facillime apparebit.

*Extrema Carlomanni.*

Annal. Bert. ad ann. 873.

Concil. Silvanectenſe contra Carlomannum conc. Gall.

Annal. cit.

Annal. Bert. cit. an. 870. *Reſtitius Vvinidus.*

*Rex Bulgarorum cum filio* Annal. Metenſ. an. 870.

## §. XVI.

*Qualis ſit inter Hincmarum utrumque de appellatione Romana contentio.*

AD eum ergo ut reveniamus, ſynodum adverſus illum indictam, poſt narratam Carlomanni rebellionem, & ejus complicum excommunicationem, ita proſequitur annaliſta Bertinianus. *Hincmarus autem Laudunenſis, nomine tantum epiſcopus, homo inſolentiæ ſingularis, contra evangelicam veritatem, & apoſtolicam, atque eccleſiaſticam auctoritatem, contra regem rebellans, & in vicinos, ac ſibi commiſſos tam clericos, quam laicos ſine ulla reverentia ſæviens, & metropolitano ſuo ſe inde regulariter commonenti obedire contemnens, adeo & regem ſuum, & archiepiſcopum ſuum, atque epiſcopos totius regni erga ſe commovit, ut rex ſynodum in menſe Auguſto apud Duziacum condiceret: quatenus de illius pravitatibus regulare ibi agitaretur judicium. Ipſe autem rex Carolus, petentibus nepotibus ſuis, Ludovici fratris ſui filiis, Ludovico & Carolo, per Viridunum obviam eis, loquuturus cum illis, perrexit, & inde ad ſynodum in Duziaco rediit*. A qua nimirum abeſſe non debebat, ſe facturus actorem. Quæ dum paratur, dum epiſcopi conveniunt, dum accuſatio regis, expoſtulatio archiepiſcopi, ceterorum petitiones inſtruuntur: magnæ quæſtionis ſtatum, ſynodum totam, & quæ illam conſequuta ſunt animaturæ, diligenter indagemus.

*Indicitur ſynodus apud Duziacum.* Annal. Bertin. ad an. 871.

Hincmaro Laudunenſi homini litigioſo & inquieto præcipue res eſt cum rege, & cum avunculo Rhemorum archiepiſcopo, ac per ipſum, & propter ipſum, regi, & archiepiſcopo, contentio cum pontifice Romano, quem ille per appellationem ſuas in partes deduxit. Regis diſceptatio diutiſſime de rebus fuit; archiepiſcopi de moribus, deque perſona. Judicia duo priora apud Vermeriam & Attiniacum, de rebus & bonis eccleſiaſticis cognoverunt: tertium apud Duziacum, de perſona & moribus: utrobique victus, utrinque appellat ad pontificem: ut ſit quaſi duplex appellatio, prior a regis judicio, poſterior ab archiepiſcopi ſententia. Priorem magno non æſtimavit Hadrianus, ad expoſtulationem Hincmari contentus per litteras regem admonere, ne bona eccleſiaſtica pervaderet: epiſcopum Romam evocare, non ut appellantem & litigaturum, ſed ut voto ad limina apoſtolorum, ob recuperandam ſanitatem obligatum: Regi interim ejus eccleſiam commendare, ne in ejus bona per paſtoris abſentiam ſæculares invadant. Contentioſius fuit agitata poſterior, ac præcipue poſt ſynodum Attiniacenſem cœpta, ultra Duziacenſem perſeveravit. Fateor equidem a neutro diſputantium diſtinctas unquam appellationes iſtas, vel ſi mavis, appellandi rationes; ſed univerſe ſemper, de appellatione ad Romanum pontificem fuiſſe tractatum. Sed cum conſtet priores duas ſynodos in rebus repetendis maxime poſitas fuiſſe; & quæſitum, an eſſent Hincmaro aſſerendæ, vel Nortmanno aliiſque reſtituendæ? in poſtrema autem, quam ingredimur, non jam de villa Pauliaco, vel de Amalberti uxore, verum

*Hincmari Laudunenſ. appellatio explicatur.*

Hadr. epiſt. 21. & 22.

de

de ipſo Laudunenſi epiſcopo Hincmaro, eſſe cognitum; ut epiſcopatu dejiceretur, ob mores protervos, & indigna facinora; concludendum omnino eſt, tertiam iſtam, ut cauſam, ſic appellationem gravioris eſſe ponderis, & momenti. Quare quod in utroque legimus de appellatione, ita de omnibus tribus ſynodis intelligemus, ut in poſtrema potiſſimum ſenſum cogitationemque figamus.

*De appellatione cum Rhemenſi diſputat.*

Laudunenſis igitur univerſe appellationem magnis clamoribus objicit, ut fortiſſimum ſcutum ad refutandos omnes adverſariorum ictus, & judicum interlocutiones infringendas: non ignarus videlicet quanta ſemper obſervantia Petri ſedem, matrem & magiſtram eccleſiarum omnium, Franci principes & antiſtites coluerint. Hoc appellandi jus multis rotulis, & collectionibus ſtabilire, & in omnium mentibus defigere ſtudet. Sic enim in poſteriore earum quæ extant, ad Carolum ipſum regem profitetur:

*Hincmar. Laud pitat. p. 111.*

*Iſte pitaciolus plane depromit & alte*
*Sedem appellandam libere apoſtolicam.*
*Archique pontifici diſtinguit juſque modumque,*
*Cum compræſulibus ceu teneat ſobrius.*

Multa illic proferuntur de Romanæ ſedis dignitate, quæ nunquam venit apud eos in quæſtionem: de jure appellandi: de judiciorum retractatione: de metropolitanorum coercendo imperio; ne curent aliena, ne quid extra parochiam abſque comprovincialibus ſtatuant, ne judicent aut deponant epiſcopos: & id genus alia ad rem præſentem conducentia. Reſpondet libro quinquaginta quinque capitum Rhemenſis, differre pontificum epiſtolas a canonibus conciliorum: Decreta quæ producit Laudunenſis uſu eſſe antiquata: reduxiſſe eccleſiam in canones quæ vellet obſervata: corruptos & truncatos ab eo locorum pleroſque, & in pravum ſenſum detortos: illum contra metropolis ſuæ privilegia venire: non debuiſſe decreto ulli, præter metropolitani conſenſum ſubſcribere, longe minus contra metropolitani rationes: ceterum irritam eſſe ſubſcriptionem, quæ conſulis nota careat. Atque cum horum plurima leviora ſint, quam ut litis partem facere debeant, cuneum nodo adprimit, & paſſim multis oſtendit, per canones mundi reverentia conſecratos, perque decretales pontificum poſt Nicænam ſynodum epiſtolas, inter epiſcopos primam cauſæ cognitionem, quam vocamus inſtantiam, metropolitano deberi; a quo non ante cognitam, latamque ſententiam ad pontificem deinde provocetur: ſitque in ejus poteſtate judicium, ſive confirmandum, ſive infirmandum eſſe videatur, quod multæ Laudunenſis compilationis auctoritates & exempla factum eſſe demonſtrant. Et ut rem ex uſu noſtro clariorem efficiamus, vetera illa cum iis quæ ob oculos poſita ſunt, licet conferre. Evocationem cauſæ ab appellatione forum noſtrum diſtinguit. Evocat enim qui privilegio, vel qua alia ratione negotium ſuum ab ordinario, & ex ſede legitimo tribunali, ad aliud non æque ordinarium traducit. Appellat autem, qui poſteaquam ordinario ſuo tribunali ſe ſubjecit, de mala tractatione queritur, & a ſuperiore judice, a quo & tribunal illud pendet, retractari judicium, & refigi ſententiam poſtulat. Illud poſterius, jus vocant tribunalia, & æqui bonique conſulunt: illud prius, privilegium dicunt, & ſæpiſſime injuriam interpretantur. In evocatione prima cognitio ſupremo & extraordinario tribunali tribuitur, quaſi per vim extorta ab inferiore: in appellatione, ſecunda ſuperiori & ipſi ordinario; bene volente inferiore, quia officio ſuo perfunctum eſt.

*Hincm. Rem. l. 55 Cap. 41 p. 144. c. 10 p. 418. c. 14 p. 470. c. 35 p. 516.*

*Ibid. p. 517.*

*Res exponitur per evocationis ab appellatione diſcrimen.*

Jam ergo noſtra in controverſia, non tam juriſdictionis conflictus eſt, quam ordinis: evocationem ſiquidem poſtulat Laudunenſis; appellationem offert Rhemenſis. Romæ judicari volo, ait junior Hincmarus. Prius in provincia, inquit ſenior, apud metropolitanum judicem tuum ordinarium; ab eo judicatus, ſi lubet, appella. Sic Rothadus & Vulfadus litigarunt; & lis erat de perſonis. Inſtat ille, utor privilegio apoſtolicæ ſedis, quod mea collectione monſtravi. At in ea, dicit Rhemenſis, legiſti tu ipſe appellari ſedem apoſtolicam: metropolitanum tum omnium comprovincialium epiſcoporum inſtantia cauſas epiſcoporum audire debere: accuſatum, vel judicatum a comprovincialibus in aliqua cauſa epiſcopum appellare, vel adire ſedis apoſtolicæ pontificem: ſalva auctoritate apoſtolica, nullum epiſcopum extra ſuam provinciam ad judicium devocari; ſed vocatum canonice audiendum eſſe, & concordem canonicamque ſuper eum proferri debere ſententiam. Athanaſium, Joannem Chryſoſtomum, Flavianum nominari, quos ante Romanam cognitionem conſtat fuiſſe judicatos: & hujuſmodi plura, quæ appellationem loquuntur, non evocationem; ſecundum quæ vult ipſe primus judicare, unde non prohibet appellare. Falluntur ergo ſi qui putant ſtatum hujuſce quæſtionis in nuda appellatione verſari, quam nunquam negavit Hincmarus, qui Laudunenſes clericos ad ſuum tribunal appellantes admiſit: ſi credunt tangi privilegia ſedis apoſtolicæ, quæ religioſiſſime colenda ſemper docuit: ſi criminantur iter Romanum ab eo præcludi appellantibus; qui poſt concilii provincialis judicium, etiam viatico, ſi fuerit opus, ad appellationis perſecutionem promittit inſtruere. Eſt igitur unus ille & verus controverſiæ cardo: utrum appellatio mature interjecta, cauſæ cognitionem inferiori judici eripiat; & ad ſuperiorem ſtatim pertrahat, necne? utrum ad appellationis vocem, omnis cognitio ſtatim ceſſet in provincia, & Romam devolvatur, necne? Affirmat Laudunenſis, & metropolitani tribunal defugit, in quo certa ejus criminum damnatio eſt: negat Rhemenſis, doletque jus appellationum ad eccleſiaſticæ diſciplinæ munimen & ornamenta antea adhibitum, modo turbulentiſſimi hominis contumacia ſempiterna, ad ejuſdem eccleſiaſtici ordinis perturbationem & perniciem admoveri. Uterque decretis pontificum inſtructus eſt; ſed hic peritius canones, & uſum tum adhuc florentem advocat. Metropolitani jura defendunt antiſtites Gallicani: Rex abire vetat, rebellem intra Gallias compreſſurus. Nullum hic a ſchiſmate periculum, apud canonum peritiſſimos, æqui obſervantiſſimos, ſedi Romanæ devotiſſimos Galliarum epiſcopos; qui ſalva caritate & obedientia, jura metropolitana canonibus, & pontificum decretis definita, conſervare ſe putant.

*Status quæſtionis conſtituitur*

*Hincm. Laudunenſ. collect.*

*Rhemenſis non eſt contrarius appellationi.*

## §. XVII.

*Tertia ſynodus adverſus Hincmarum Laudunenſem apud Duziacum palatium.*

*Tertia ſynodus Duziacenſis*

ITaque ſic animo comparati præſules conveniunt ad ſynodum Duziacenſem I. cujus acta per Actardum tunc Nannetenſem epiſcopum Romam miſſa ad Hadrianum, editioni conciliorum Galliæ adhuc incognita, ſed deinde, volente Deo

Deo, reperta, edito is Sirmondi vice produci-mus. Quæ quia prolixitate & Hincmariano multiloquio faſtidioſa fortaſſe alicui videbuntur, in partes quinque ſecari poſſunt.

*Partitio actorum ſynodi.*

Earum prima petitione ſive proclamatione & accuſationem Caroli regis adverſus Laudunenſem continet, ſed imperfectam, & primis capitibus mutilam. Secunda, expoſtulationem Hincmari metropolitani, prolixam admodum, qua omnes ſuas cum Laudunenſi contentiones enarrat. In tertia redit iterum petitio regia, cum epiſcoporum judicio, & commentariis: ſiquidem rex de ſingulis accuſationis capitibus epiſcoporum judicium expetierat, atque illi dierum aliquot ſpatium ad reſpondendum rogaverant. Jamdiu inchoata ſynodo, geſtis & lectis illis omnibus, tandem Duziacum advenit Hincmarus, ut quarta pars cum illo conficeretur: ut præſens, interrogatus, auditus, convictus, quamtumvis appellans, & recuſans judices, condemnaretur. Quod ita narrant annales ſæpe citati: *Hincmarus vero tandem cum multa ſuperbia venit in ſynodum: in qua a rege Carolo ſecundum regulas eccleſiaſticas porrecta petitione de cauſis certiſſimis regulariter accuſatus atque convictus, depoſitionis judicium regulare ſuſcepit. Sicut in geſtis continetur ipſius ſynodi, quas eadem ſynodus per Actardum venerabilem epiſcopum, qui eidem ſynodo interfuit, ad apoſtolicam ſedem direxit.*

*Annal. Bertin. cit. ad an. 871.*

Servata nihilominus eſt duobus in capitibus Romanæ poteſtati & appellationi, quæ debebatur reverentia. Primum enim ſententiam ſuam in hæc verba concluſerunt patres, *Salvo per omnia apoſtolicæ ſedis judicio*, quæ formula non potuit Hadriano non eſſe jucundiſſima; quæ & concilium a periculo temeritatis exemit & ſchiſmatis. Reſpondit enim pontifex, non poſſe ſe ſententiam in epiſcopum provocantem ad ſedem apoſtolicam ratam habere; *Tamen, ſicut ipſius concilii actionibus legitur, quoniam ſalvo in omnibus judicio ſedis apoſtolicæ illum ab epiſcopis judicatum aſſeritis; nos non aliqua contra quoslibet commoti invidia, nec alterius culpam in alterum retorquere cupientes, volumus*, &c. Deinde in locum dejecti Hincmari, neminem ſubrogarunt, ut integra omnia decretoriæ pontificis ſententiæ reſervarent. Meminerat quippe Rhemenſis Hincmarus, peccaſſe, ſe olim in ſimili, cum depoſito Rothado, ſtatim alium ſuffecit, quod iniquiſſime tulit Nicolaus, & intruſum illum abſque mora ullam epiſcopalis officii partem attingere vetuit. Quare non falſo profitentur in epiſtola ſynodali, ſe, quantum ſciunt & poſſunt, privilegium ſanctæ & primæ ſedis Romanæ, conſervatum & amplificatum cupere.

*Damnatus Hincmarus ſine præjudicio appellationis.*

*Hadrian. ep. 27.*

*Nicol. epiſt. 32. ad Hinc.*

*Epiſt. ſynod. conc. Duz.*

Hæc eſt epiſtola cum aliis quæ partem concilii quintam, eamque poſtremam facit. Uſitato conciliis omnibus more, quoties declarandum aliquid decernitur: cui autem non appareat ejus hac in cauſa neceſſitas, cujus defectus in ſummam appellatæ ſedis injuriam redundaſſet; Alteram præterea privatim adjecit archiepiſcopus Hincmarus, cujus fuerant ad ſynodos partes præcipuæ, quemque proxime rei perſona tangebat. Utramque damus nondum viſam. Servat & tertiam Sirmondi apographum, Caroli regis ad eumdem Hadrianum: quæ quia de pontificiarum litterarum acerbitate prolixius queritur, quam de Hincmaro Laudunenſi tractat, quæque ad hunc pertinent, ubi ſe offert occaſio, excerpimus, tam longi concilii faſtidio victi, ut minime neceſſariam ad litis hujus cognitionem, deſcribere prætermittimus. Eique libentius labori parcimus, quod ejuſdem argumenti ſtilique alteram habemus in conciliis, inferius memorandam.

*De epiſtolis poſt ſynodum ſcriptis.*

Miſſa Romam ad pontificem hæc omnia per Actardum legatum: acta inquam ſynodi, petitio regis, expoſtulatio Hincmari metropolitani duplex, & hæc Duziacenſis, & quæ anno ſuperiore apud Attiniacum oblata fuerat: Proclamatio quoque cleri plebiſque Laudunenſis, licet in eo concilio urgentibus aliis negotiis non lecta. Denique tres epiſtolæ, ſynodi, Hincmari, regis. Neque dubito quin per eam opportunitatem Hincmarus ad Anaſtaſium bibliothecarium ſcripſerit, quod jam olim in prima ejuſdem Actardi legatione fecerat. Id mihi facile perſuadent ipſius Anaſtaſii litteræ, per Actardum reducem redditæ, quarum meminit Flodoardus: *Anaſtaſio venerabili abbati, ac bibliothecario ſanctæ Romanæ eccleſiæ, gratiarum referens actiones, pro benedictionibus ſanctiſſimis ab eo ſibi per Actardum epiſcopum directis, ſuas eidem quoque abbati mittens munerum benedictiones. Quædam etiam opuſcula, ſuo labore confecta, ipſi delegans.* Hæc enim litterarum commercia frequentabant, ea lege, qua ſolent eruditi noſſe invicem ingenio, ſi non & vultu. Licebat & Hincmaro depoſito Actardum comitari Romam abeuntem: quemadmodum antea ſe legatis epiſcoporum Rothadus adjunxerat: atque iter illud avunculus Hincmarus a rege obtinuerat, & ut comites ſibi ex epiſcopio Laudunenſi adſciſceret, quoſcumque collibitum eſſet. Sed poſt tale judicium, & cum actis talibus, præſente oculato teſte, præcipuæ auctoritatis viro, pontificem, quod ſolebat, mendaciis fallere deſperans, manſit in Gallia; eo, ſi unquam, facto confirmans, quo conſilio Romam antea provocaſſet, & quanti canones & pontifices faceret, quos ambitioſe compilaverat.

*Acta omnia Romam miſſa.*

*Hincm. epiſt. 27. ad Anaſtaſ.*

*Flodoard. l. 3. c. 24.*

*Hincmaro licuit Romam proficiſci.*

*Hincm. epiſt. ad Hadrian.*

## §. XVIII.

### *Hadriani pontificis de ſynodo Duziacenſi judicium.*

Duo poſtulabat legatio; ipſi legato Actardo Turonenſem archiepiſcopatum, quem libentiſſime conceſſit Hadrianus: & ſynodi confirmationem, atque depoſitionis Hincmarianæ approbationem, quod erat legationis caput. Hoc vero conſtanter recuſat pontifex, ut quondam Nicolaus pro Rothado. Arguit quod *cum clamaret in ſynodo ſe ad ſedem apoſtolicam velle incunctanter venire, atque in præſentia ejus pro objectis ſibi ab adverſario criminibus reſpondere, damnationis in eum fuerit prolata ſententia.* Jubet advenire illum, & cum eo *accuſatorem idoneum, qui nulla poſſit auctoritate legitima reſpui;* ut cum ſynodali conventu ſecundum morem judicium retractetur. Vetat interim, *quouſque cauſa illius fuerit iterum refricata atque finita, alterum epiſcopum in ipſa Laudunenſi eccleſia ullatenus ordinari.* Et hæc quidem ad epiſcopos univerſe, & ad regem Carolum, privatæ ipſius epiſtolæ inſerta. Hincmaro autem Rhemenſi reſponſum nihil video: fortaſſe quod jam antea ejus ingenium eſſet expertus, cum ad pontificis ipſius litteras reſpondit, quibus de non prohibito rege ab invaſione Auſtraſiæ multis arguebatur. Quod vero ad regem privatim attinet, cum ejus offenſionem perſpexiſſet in dicta epiſtola pontifex, converſus ad leniendam iracundiam, miratur ad apoſtolicæ correptionis verba tantopere commotum fuiſſe, ſe & pontificia uſum auctoritate, & paterna caritate, ut *cariſſimum filium*

*Hadrianus ſynodum confirmare abnuit.*

*Hadr. epiſt.*

*Hincm. epiſt. 41. reſponſ. ad Hadr. epiſt. 25.*

*Hadrian. ad regem prior epiſt. 28.*

*lium* verbis admonuiſſe: *patris* autem *verba dilecti, non ex voto male optantis, ſed ex radice veræ procedentia caritatis, humili ſemper intentione recipi debere*. Eadem olim ratione Nicolaus Hubertum abbatem Theutbergæ reginæ fratrem placaverat dolenti ſibi conſolationem a ſede apoſtolica ſperanti, miſſam increpationem innocenti

Nicol. I. epiſt. 27.

*Quod utique devotio tua*, inquit Nicolaus, *moleſte ducere non debuerat: quia patris ſolers diſciplina dilecto filio, etiam minime peccanti, nonnunquam adhibetur, non quo ſeveritate verberum fruſtra examinetur; ſed quo ne in ſuſpectis facinoribus devolvatur, benevola invectione terreatur*. Sed privatis hæc ratio ſatisfaciat: regibus, quibus vera vitia & raro, & nunquam niſi ſericis verbis aperiuntur, non poteſt non eſſe moleſtiſſima falſorum criminum exprobratio.

*Poſterior epiſt. pontificis, 29.*

Quod cum probe noſſet Hadrianus: epiſtolæ illi quam publicari, & in omnium notitiam venire cupiebat, ſecretam aliam adjecit eodem tempore, ſi neceſſarium foret, ſi regis & aulicorum animi nondum conquieſcerent, reddendam: ſed occulte, & pauciſſimis conſciis, *ut ſermo ſit ſecretior*, inquit, *& littera clandeſtina, nullique niſi fideliſſimis publicanda*. In ea pontificiam majeſtatem divina caritatis arte papa prudentiſſimus inclinat; & ut regem conſervet filium, vere ſe patrem exhibet, dignus & ipſe ob eam pacificationem Dei filius appellari. Nam in primis regem in titulo ſalutat & conjugem. Non ſcripſerat quidem iſta cum rege, quod ſciamus; ſed ea compellatio illam, & per eam regem ſcribenti conciliat. Tum reddita breviter objurgationis ſuæ ratione, & ad paternæ admonitionis tolerantiam, regem humaniſſime cohortatus, in ejus laudes & magnificentiam erga omnes regni ſui eccleſias ingreditur, eumque locum ita concludit: *In veritate, credite nobis, quia tales virtutes diligo in vobis, ſicut animam meam*. Ad hæc, quod obſervandum maxime, litteras increpatorias Roma miſſas ſic excuſat, ut a ſe ſcriptas neget, ſed ab officiis, ſuo nomine. *Et ſi quædam litteræ vobis delatæ ſunt, aliter ſe habentes in ſuperficie, vel ſubreptæ, vel a noſtris, nobis infirmantibus, extortæ, vel a qualibet perſona confictæ, durius aut mordaciter ſonantes; id tamen nobis fixum ſemper manſit in mente, quod vobis ſignificavimus devote*. Cui excuſationi viam aparuerat rex ipſe ſuis litteris in hunc modum ſcribens: *Ceterum tales litteras & veſtro miniſterio incongruentes, & noſtræ regiæ dignitati ac poteſtati inconvenientes, ſicut nobis ex veſtro nomine diriguntur, non a vobis, neque a ſancta Romana eccleſia in omnibus ſemper diſcretiſſima, atque cautiſſima dictatas credimus: quia ipſa ſancta ſedes modeſtia & diſcretione ſemper corripere, & ſalubriter corrigere, ſecundum uniuſcujuſque perſonam & ordinem ſolita fuit*. Poſt multa pontifex eadem epiſtola myſterium pandit Carolo: ſi ſuperſtes imperatori fuerit nepoti ſuo Ludovico juniori, neminem alium ab ipſo, quolibet oblato pretio evehendum fore in imperium. Poſtremo devolutus ad Hincmari Laudunenſis negotium, longe aliter quam antea de illo cenſet & loquitur, dum multorum ſcelerum reum pene agnoſcit: *Tanta turpia, tanta dictu nefanda, tantaque execranda & auctorem ſuum damnantia referuntur, ut incredibilia ab ignorantibus videantur*. Perſiſtit tamen in conſervando appellationis privilegio, & judicii renovandi propoſito, ſed longe quam antea mitius: *Non tamen eo prius in gradu reſtituto*, quod rogarant epiſcopi: *Quod ſi venire detrectaverit, clareat quod idem ipſe dederit locum damnationis in ſe ipſum*. Atqui prius auctoritate apoſtolica juſſerat illum *regis & epiſcoporum fretum potentia* Romam venire. Demum neque accuſatorem idoneum, neque tres epiſcopos qui omnium vices ſuſtinerent, hæc epiſtola flagitat, ac tandem Carolo inter cetera optat *regiam & imperialem dignitatem, ſuam & bonorum omnium communionem, & ſocietatem, peccatorum omnium remiſſionem*. Ubi eſt ergo ſchiſma illud quod a rege, & ab Hincmaro Rhemenſi Baronius pertimeſcit.

*Subrepta, extorta, conficta littera.*

*Sedis apoſtolica diſcretio in reprehendendo.*

*In cau. a Laudunenſ Hincmari inclinat in partes regis.*

*Littera pontificis quomodo in Gallia recepta.*

Actardus igitur nova auctus dignitate, & his inſtructus litteris, redit in Galliam: quæ vix publicatæ ſunt, cum novam in regis & epiſcoporum omnium animis tempeſtatem excitarunt, vetera mala ab Hincmaro Laudunenſi metuentium, quid enim non movebit dum lis pendet? quid ſi quibus pollet artibus & mendaciis Romanæ curiæ illudit, & cauſam obtinet? Atqui rex litteris proteſtatus erat, ſe vivo ac regnante nunquam in Laudunenſi throno ſeſſurum; Hincmarus, & epiſcopi curam ejus omnem abjecerant, ut hominis deſperatiſſimæ pervicaciæ. In novos iterum fluctus revolvi tot jam prius emenſis? Victoriam de regni & eccleſiæ perturbatore tot ſcriptis, tot contentionibus, tot ſynodis partam in manibus infringi? nihil actum annis plurimis, immenſis laboribus? Rebus adhuc incertis, ſpe quaſi perdita, perturbatis animis epiſcopi longa & vehementi epiſtola reſpondent Hadriano, deque appellationibus, & metropolitanorum juribus multa ſcribunt irati. Primam epiſtolæ partem exhibent concilia Galliæ hoc titulo: *Reſcriptum epiſcoporum ſynodi Duziacenſis ad epiſtolam 27. Hadriani II. papæ*: ſecundam ſervat Sirmondi apographum; ex quo nonnulla, ut ſe dedit occaſio, libavimus: tertiam tineæ corroſerunt. Manus & ſtilus videtur Hincmari; qui pro ſe nihil ſingulariter ſcripſit. Rex quoque pari iracundiæ ſpiritu concitatus, neglecta deliniente epiſtola, aut certe diſſimulata, fortaſſe quod promiſſa in futurum pontificis bona moris æſtimaret, quam imminentem ab Hincmaro Laudunenſi moleſtiam, &, ut ſic loquar, perſecutionem, ad priorem ſolam adhæreſcit, eique majore quam alias unquam perturbatione reſpondet. Extat integra inter Hincmari epiſtolas, tamquam Hincmari ipſius opus, regis nomine. Cujus partem ex politico ſcriptore depromptam, tanti fecit Baronius, ut refutatione dignam exiſtimarit, putaritque Carolum eo facto ſeſe *neſcientem a filiatione ſancta eccleſiæ diſcidiſſe*. Verum qui ſe in titulo *ſpiritualem papæ filium* appellat: qui in appendice, *reſponſionem hanc non contumaciter, ſed mente pacifica contextam* fuiſſe ait; qui ſe in priore epiſtola, *regem qualemcumque, tamen catholicum, & in catholica religione devote manentem* vocat: qua tandem ratione cenſeri poteſt ſchiſmaticus? quod ſi priori quam citamus epiſtolæ, in qua *multa reclamatoria, reſultatoria, & tumultuoſa perſpexiſſe* ſe ſcribit Hadrianus, notam ſchiſmatis non affixit, quin potius ea lecta *filium cariſſimum, ſapientia præcellentem, diligentem juſtitiam, glorificantem Deum* nuncupat: *fideles ſuas orationes, & certiſſimas amicitias nunquam aliorum declinaviſſe* proteſtatur: cur hæc epiſtola ejuſdem notæ & ſtili ſchiſmaticum feciſſe dicetur? Denique ſapientiſſimus & moderatiſſimus pontifex, ad omnes has litteras ne apicem quidem reſcripſit, malum vitans ſilentio patientiaque, quod aliqui jam putant inchoatum: atque ſequenti anno exeunte mortuus, Joanni VIII. penitus ſopiendum reliquit.

Hinc. Rhem. epiſt. 42.

Baron. ad an. 871.

Carol. ep. 2. ad Hadr.

Hadr. epiſt. 29. ad Card.

§. XIX.

## §. XIX.

*Hincmaro depoſito, hærente in Gallia, Joannes VIII. ſynodum Duziacenſem confirmat.*

*Hincmari ſtatus poſt depoſitionem.*

HIc ergo deſinunt dicta, ſcripta, concilia adverſus Hincmarum juniorem, quondam epiſcopum. Vacat Laudunenſis ſedes, epiſcopis impetrantibus ne reſtituatur ejectus; vetante Hadriano papa, ne quis alius ſubrogetur. Eccleſiæ viduatæ adminiſtrationem ſuſcipit metropolitanus Rhemenſis: quod ex iis diſcimus apud Flodoardum, quæ poſtea Richildi reginæ ſcripſit, & ipſi tam viduæ, *ſignificans quod quando Laudunenſis parochia epiſcopo vacans in ſua ſpecialiter* B *erat providentia* &c. Ipſius autem Hincmari depoſiti curam nemo geſſit, quam epiſcopi, & Hincmarus avunculus, litteris ad pontificem ex ſynodo ſcriptis penitus abjecerant. Inde factum, ut quid egerit poſtea, jacet in obſcuro. Quid autem egiſſe credendus eſt turbulentus animus, quietis impatiens, regi Carolo & ejus epiſcopis perinſenſus? Uno verſu ad Hadrianum ſcripto multa nobis offert cogitanda Carolus, *poſt depoſitionem ſuam*, inquiens, *& per ſe & per quoſcumque potuit, a ſua pervicacia non quievit*. Qui tamen quievit ab appellationis proſequutione, ab itinere illo Romano tam ambitioſe flagitato, tam liberaliter poſt Duziacenſe concilium conceſſo. Cur illud autem, niſi ut motuum Gallicanorum C pars aliqua fieret, convictus in ſynodo eccleſiæ ſuæ fœdum in modum ſpoliatæ, & cogitatæ antea ad Lotharium Caroli nepotem defectionis? Nunc autem rege Carolo poſt Ludovici junioris mortem ad occupandum Joannis pontificis voluntate imperium, in Italiam proficiſcente, cum Ludovicus germanus ejus frater irrupit in regnum, quod Hincmarus Rhemenſis tamdiu ante præſenſerat, & Attiniacum uſque penetravit, filios autem duos, cum totidem exercitibus in Italiam miſit, imperii Carolini conſilium diſturbaturos; dubitari non debet, quin depoſitus Hincmarus novis rebus in tanta opportunitate pro virili ſtuduerit. Nihilominus Carolus Romæ imperium a D pontifice accipit, aut, ut annales Metenſes loquuntur, *magnis muneribus, & ingenti pretio emit*. Atque ita *Carolus ſolus qui Calvus dictus eſt, & regnum Francorum & imperium Romanorum nobiliter ac ſtrenue rexit*, ait auctor vitæ S. Genulfi. Quibus verbis omnia Fuldenſis annaliſtæ, Carolo ſemper infenſi, convicia refelluntur, licet a Baronio quaſi probante deſcripta, qui dictas Carolo laudes a Joanne papa in concilio Ticinenſi referendas non putavit, quod nimis effuſas, & hyperbolicas exiſtimet.

Flodoard. l. 3. c. 27.

Hincmar. epiſt. 42.

Hincmar. opuſc. 9.

*Carolus imperator.*

Annal. Metenſ. ad an. 875.

Vita S. Genulfi l. 2. c. 11.

Baron. ad an. Ch. 876.

*Synodus Duziacenſis confirmatur a Joanne VIII.*

Inter cetera autem negotia, quæ Romæ cum Joanne confecit Carolus imperator, non poſtremum fuit concilii Duziacenſis, & Hincmarianæ depoſitionis confirmatio. Siquidem rogatus a pontifice, annales ab homine male geſtorum, com- E munes omnium querelas, legitimam ſynodi cognitionem coram enarravit, & ad illam confirmationem ea luculenter inſtructum pontificem adduxit. Qui mox ad Hincmarum metropolitanus dat litteras, quibus ratum habet ejus judicium, & alium in depoſiti locum ſuffici jubet: *Carolus invictiſſimus imperator, a nobis diligentiſſime percunctatus, circumſtantiam judicii a beatitudine tua, coepiſcopiſque ſuis, in Hincmarum dudum Laudunenſem epiſcopum prolati, apoſtolatui noſtro retulit; agnovimus juſtum omnino fuiſſe judicium. Neque enim tantus princeps niſi veritate fultum* A *quicquam poterat affirmare. Unde nefas eſſe duximus ejus relationi non præbere incunctanter auditum.* Maxime cum acta ſynodi, & ſynodalis epiſtola imperatoris narrationi conſentirent. Itaque curante metropolitano Rhemenſi clerus & plebs Laudunenſis Hedenulſum eligunt *eccleſiæ ſuæ filium, & in illa ſuffragantibus ſtipendiorum meritis, ad onus uſque ſacerdotale promotum, vita & moribus ac ſancta converſatione approbatum*. Sic enim de illo prædicant in ejus electionis decreto, fitque a Flodoardo epiſtolarum ab eodem Hincmaro ad Hedenulſum jam epiſcopum ſcriptarum mentio, quibus tamen ſignificat archiepiſcopus aliquid ſacerdotalis vigoris in eo deſiderari, quod ſequens narratio reddet probabile.

Joan. ep. 2.

*Hedenulſus eligitur epiſcopus Laudun.*

Tom. 3 concil. Gal. p. 435.

Flodoard. l. 3. c. 23. & 19.

## §. XX.

*Hincmarus ab imperatore Carolo Calvo in cuſtodiam miſſus, oculis privatur.*

*Hincm. Laud. exilium & excæcatio.*

AD hæc tempora, reverſo in Galliam imperatore Carolo, referenda mihi videtur Hincmari Laudunenſis extrema calamitas, qua ejectus in exilium, annos duos egit, aliqua illorum parte conſtrictus vinculis in cuſtodia; ſub finem oculis privatus, ut in reclamatione ſua lamentatur. Ita nimirum præteritam rebellionem vindicante principe, ut futuræ poteſtatem omnem eriperet: in quam tamen, jam miſer, ſed nondum perdomitus, toties viribus *per ſe, & alios* incumbebat. C Solent exhorreſcere ad eam excæcationis mentionem hiſtoriæ imperiti, quam ego tibi, lector, ut pulcherrimum clementiæ regiæ munus & veſtigium, paucis prænotatis, repræſento.

*Uſitatum eo ſæculo ſupplicium.*

Mimineris enim oportet rebellium, ſeditioſorum, eorum a quibus publicæ tranquillitati erat aliquid metuendum, illud fuiſſe ſupplicium, morte merita mitius, & æque ſecurum. Ita Salomonem Britonum ducem exocularunt Franci, *quos valde afflixerat*. Ita Chaganus Bulgarus apoſtatam filium repreſſit. Ita bibliothecarius Anaſtaſius, Romæ ſuggeſſit Adalgrinum quemdam oculis & lingua privandum eſſe. Id autem modis duobus factum a principe: vel uſu meræ poteſtatis, vel legitimo judicii proceſſu, quo ſenten- D tia capitis in perduelle decerneretur: quo caſu regum clementia capitalem ſententiam mitigabat, & oculorum privatione contenta, reis pœnitendi ſpatium concedebat. Cujus facti nobile exemplum duplex occurrit. Alterum in Ludovico Germaniæ rege, Caroli noſtri fratre, qui Reſticium Vinidorum regulum judicio procerum morti addictum, excæcari, & in monaſterium trudi imperavit. Alterum in Carolo ipſo, qui Carlomannum filium, de quo nos ſupra, in ſynodo Sylvanectenſi exauctoratum, & ad communionem laicam redactum, apud ſæculares judices novorum criminum poſtulavit, & capitis damnatum, *mitiori ſententia*, ut loquitur Aimoinus (*ut locum & ſpatium pœnitendi haberet, & graviora admittendi locus & ſpa-* E *tium, ſicut meditabatur, non daretur*) *luminibus, acclamatione cunctorum qui adfuerunt, orbari* juſſit.

Aimoin. l. 3. c. 31.

Sigebert. in 865.

Annal. Bertin. an. 868.

Aimoin. ib. c. 16

Ann. Fuld. an. 870.

Aimoin. ib. c. 29.

*Juſte ipſi irrogatum.*

Hæc, niſi admodum fallor, imago eſt rei geſtæ in cauſa Hincmari, cum uterque in eadem & rebellionis, & condemnationis cymba naufragium idem eodem pene tempore paſſus fuerit. Ac licet ſplendore natalium principi regis filio ceſſerit Hincmarus, dignitate tamen eccleſiaſtica diaconum ſuperavit epiſcopus. Non affirmo judicium ſæculare præceſſiſſe, & latam in eum capitis ſententiam: ſed hoc ajo, neque crimina defuiſſe ob quæ in jus a rege vocaretur; neque ſive vocatus fuit, ſive regia voluntate punitus, jus & æquum

ab eo facto abſuiſſe. Non enim communi ſuppli- A cio dignum cenſet Carolus, cum apud Hadrianum pontificem illum deſcribit, *Sacrarum legum prævaricatorem, ſancti ſacerdotii vituperatorem, regiæ dignitatis contra apoſtolicam regulam dehortatorem, regni perturbatorem, perjurum, & ſeditionum auctorem, eccleſiæ ſibi commiſſæ afflictorem, facultatum eccleſiaſticarum ſacrilegum fraudatorem, & extirpatorem, epiſcoporum, ac totius populi ſcandalizatorem, alienarum rerum pervaſorem, & veniendo contra ſubſcriptiones, & profeſſiones ſuas, a ſeipſo damnatum*. Et hæc quidem ante judicium eccleſiaſticum; quibus ſi deinde addidit, eccleſiæ & epiſcopis jam tertio illuſum, cum vaniſſimæ appellationis oſtentatione, novos per regis abſentiam *per ſe & per quoſcumque potuit* rebellandi B conatus, & ſexcenta alia, quæ animus inquies, & exarcebatus infamia moliri potuit, ſi hæc, inquam, vel ſæcularibus quæſitoribus probata, vel ſuo tribunali reſervata voluit imperator, dubitas quin ſummæ fuerit manſuetudinis, vitam talium reo, quantumlibet miſeram, donare, & ſola luminum amiſſione mulctato pœnitendi facultatem concedere, nocendi eripere? Non enim jam ſpectamus epiſcopum, ſed ἁπλῶς imperatoris Francorum ſubditum, epiſcopatu dejectum, a fidelium conſortio ſeparatum, umbram & inane nomen epiſcopi.

Epiſt. apud Hincm. p. 709

Non hæc conſiderat Janſenianus diſſertator, ultimus inimicorum Rhemenſis Hincmari, dum epilogo atrociſſimo, quem velut colophonem diſſertationi fabuloſæ imponit, excæcationis illius C horrorem in immenſum auget, ejuſque ſupplicii auctorem fingit avunculum. Hoc tam grave, tam memorabile hiſtoriæ momentum ſi verum eſſet, ſiluiſſent per ea tempora tot æmuli Rhemenſis archiepiſcopi; omiſiſſet nepos infenſiſſimus in illa clamatione, in qua nihil prætermiſit ad ejus invidiam; ignoraſſent poſteriorum ſæculorum omnes hiſtorici; non clamarent etiamnum lapides; Baronius qui Rhementem habet pro ſchiſmatico, non nominaret? Servabatur nimirum illa notitia Janſenianis ingeniis, quæ ſibi in omnes ætates veteres, ut & in præſentem quidlibet audendi ad fictionem poteſtatem arrogarunt.

A rege, non ab avunculo ... p. ...

Cui autem perſuadere ſperat eo ſevitiæ deveniſſe Hincmarum, ſeverum obſervatorem canonum, D qui nihil tale permittunt epiſcopo: eum qui tulit indigniſſime ſcriptum fuiſſe a nepote, calumniatori *aut linguam capulandam, aut caput amputandum*: quem videbimus maximopere pugnantem in concilio, ne credatur regem vel verbo impuliſſe ad nepotem carcere coercendum: cujus reverentia veritum ſe profitetur rex Carolus, quo minus *in arctiſſima, & longiſſima Laudunenſis eccleſiæ cuſtodia eum religaret*, atque impediſſe ne ab aulicis per vim abſtractus a palatio, aut membris mutilaretur, aut ad mortem cæderetur? Per gradus ad ſumma conſcenditur: canones ſpreviſſe, & gradum ſuum dedecoraſſe probandus eſt in multis & gravibus cauſis, ut id factum in eum cadere poſſe arbitremur.

Conc. Duz. p. 4. c. 6.

§. XXI.

*Hincmari cæci proclamatio in ſynodo Tricaſſina, ac deinde mors avunculo ſuperſtite.*

Proclamatio Hincmari in ſynodo Tricaſſina.

AD extremum favit miſero Deus, dum qui Romam appellans, & appellatus, adire ſæpe noluerat, modo non poterat, Romam ad ſe accedentem exiguo labore, nonnullo fructu attigit. Joannis enim pontifex poſt Caroli mortem delatus in Gallia, cum generale Trecis haberet A concilium, inter cetera, ejus reclamatione, quam ſæpe citavimus, audita, vehementer rogantibus, & pene cogentibus quibuſdam epiſcopis, eum ab excommunicatione, & irregularitate ſolvit, & ad canendam miſſam, ſi vellet, admiſit; attributa ad vitæ ſuſtentationem, aliqua redituum eccleſiæ Laudunenſis parte: ea tamen lege, ut Hedenulfus, quantumlibet miſſionem rogans ob corporis infirmitatem, & otii religioſi appetens, ſedem & epiſcopale officium occuparet. Quam permiſſionem avide arripientes aliarum provinciarum archiepiſcopi & epiſcopi, non tam fortaſſe amici Laudunenſis Hincmari, quam Rhemenſis ex antiquo æmuli, ex inſperato, & non conſulto pontifice, *veſtimentis ſacerdotalibus indutum in præſentiam ipſius papæ adduxerunt: indeque ſublatum cantantes in eccleſiam illum duxerunt, & ſignum benedictionis ſuper populum dare fecerunt: Sicque ſynodus illa ſoluta eſt*, ut narrant annales ſæpe citati, & ex iis Aimoinus.

Conc. Tricaſſ. II.

Solvitur irregularitate.

Annal. Bertin. ad an. 878. Aimoin. lib. hiſt. c. 37. Seu ejus continuator.

Factio certe fuit iſta, non ratio, ut ajunt iidem eodem loco, alio in propoſito hiſtorici: quam, qui Laudunenſi bene volunt, aut male Rhemenſi, habent pro reſtitutione: at non ſatis conſulte: quippe qui non animadvertunt gratiam hanc eſſe, non judicium; permiſſionem, non ſententiam; non eſſe retractatam cauſam, acta concilii non reſciſſa, Joannis ipſius audito imperatore ſententiam non mutatam; immo potius confirmatum in epiſcopali ſede Hedenulfum, a qua & ſucceſſoris poſſeſſione, & orbitate ſua excludebatur Hincmarus. Omnium peſſime chronici Adonis auctarium *epiſcopatum donatum eſſe* ſcribit: quaſi excluſus a Laudunenſi ad alium epiſcopatum translatus ſit, quod ne per ſomnium quidem narrant hiſtorici. Immo vero inglorius in ſua illa ſacerdotali parte non multo poſt obiit: tunc etiam commendatus ab avunculo, qui Hugoni abbati ſcripſiſſe legitur, *notificans illi obitum Hincmari nepotis ſui Laudunenſis epiſcopi, rogans ut pro ejus animæ remedio per ſubjectos ac familiares ſuos Domini miſericordiam deprecari ſatagat*. Idem autem Rhemenſis Hincmarus illo in concilio plurimis a Joanne papa honoribus affectus, apologetico generali omnibus ſuis adverſariis ſatisfecit, de quo non ſemel Flodoardus in hiſtoria: ac demum multis magniſque perfunctus laboribus in ſenectute bona, æmulis ſuperſtes omnibus, migravit ad Dominum, anno epiſcopatus ſui ſeptimo ſupra trigeſimum, Chriſti 882. deſinente; laudatus a poſteris, ac præſertim a Flodoardo notæ virtutis & integritatis viro, qui flagrante adhuc ejus geſtorum memoria ſcripſit hiſtoriam. Et hic finis eſt tragœdiarum adverſus illum excitatarum, & ejus narrationis, quam Duziacenſi concilio præmittendam *putavimus.

Non debet dici propter reſtitutio.

Ado in chro.

Mors Hincmari. Flodoard. l. 3. c. 24. Idem c. 22. & 29.

* nos ſubjiciendam e

## LUDOVICI CELLOTII S. J.

## NOTÆ IN CONCILIUM

### DUZIACENSE I.

E

FACIT vetuſtatis injuria, ut nobile concilium demus capite truncum; quippe cui præambula deſunt epiſtolæ, quarum in actis ſynodi occurreret mentio: & petitionem, ſive accuſationem regiam a capite quarto inchoamus, neque ipſo integro. Sed eæ partes quam levi jactura effluxerint, longa ſeries querelarum, & cum infinita Hincmari expoſtulatione ſæpius iteratæ repetitiones oſtendunt. Nam & metropolitanam epiſtolam, concilii convocatricem, non omittit Hincmarus deſcribere: & Regiæ petitionis articulos omnes, in reſcripto ſuo expendunt Antiſtites: & liber quinquaginta quinque capitum omnibus hujuſce concilii locis poteſt plurimum lucis afferre. Ac fortaſſe initium illud, qualis tandem cumque utilitatis eſſe

Acta hujus concilii mutila. P. 4. c. 7.

ſe patetur, tineis & blattis eripiet aliqua poſteritas, noſtra ætate vel peritior, vel felicior.

*Carolus regis pietas.*

1 Itaque ut a Caroli regis accuſatione, quam petitionem proclamationis appellant, obſervandi ducamus exordium: non poſſum equidem laudare ſatis & mirari Chriſtianiſſimi regis modeſtiam, & in perſonas reſque ſacras ob reverentiam, qui ſubditum calumniatorem, invaſorem, ſeditioſum, rebellem, toties elaſis ſynodis ſemper reum, ſemper inſulas ſuas dedecorantem, in injuriis inferendis obſtinatum, ſynodali judicio perſequi obſtinavit: cum mille aliis viis hominum importuniſſimum pro poteſtate regia coercere poſſet, & de medio tollere. Neque id tantum, ſed etiam præterea libellum accuſationis ſuæ, a ſynodo expendi voluit, ne quid contra ſacras leges poſtulare videretur; & ut volente Franci principis pietate, jura imperialia canonibus eccleſiaſticis faſces ſubmitterent. Ita paulo poſt Carlomannum perduellem filium Moldenſis eccleſiæ clericum, per epiſcopos in concilio Silvanectenſis congregatos ab ordine dejiciendum curavit, & ad laicam communionem redigi. Cujus acta concilii habent in titulis qui ſoli ſuperſunt multa noſtris ſimillima; atque iſtud maxime. *Tria capitula a rege Carolo epiſcopis data, ubi accuſatio adverſus Karlomannum, & quæſtio concilii de eo tenendi continetur.* Quin etiam eo uſque proceſſit regis optimi demiſſio, ut ſeipſum, ſuumque in repub. ordinem epiſcopali judicio ſubmiſerit, cum Wenilonis Senonenſis proditionem accuſans in ſynodo Tullenſi apud Saponarias diceret, *a qua conſecratione, vel regni ſublimitate ſupplantari vel projici a nullo debueram, ſaltem ſine audientia & judicio epiſcoporum, quorum miniſterio in regem ſum conſecratus, & qui throni Dei ſunt dicti, in quibus Deus ſedet, & per quos ſua decernit judicia: quorum paternis correptionibus & caſtigatoriis judiciis me ſubdere fui paratus, & in præſenti ſum ſubditus.* Privatim quoque Rhemenſis Hincmari conſilio, plurimis in negotiis uſum fuiſſe Carolum, teſtis eſt hiſtoria Flodoardi, *ut qui ejuſdem archiepiſcopi de multis requirebat conſilium, & per ejus prudentia ſuggeſtionem multa induſtrie diſponebat.* Quæ hoc in veſtibulo litteris uncialibus proſcribi oportuit, ut intelligamus quicquid de eo per calumniam ad pontificem Hadrianum ſcripſerit Laudunenſis Hincmarus, non potuiſſe regem ſic animo comparatum aut res eccleſiaſticas invadere, aut ſchiſma meditari vel fovere.

*Proclam. Caroli regis in concil. Tull.*

*Flodoard. l. 3. c. 18.*

2 *Sicut enim gaudemus.* ) Ejuſdem Caroli regis in locupletandis eccleſiis magnificentiam ſine exceptione laudat idem pontifex Hadrianus, litteris poſt hanc ſynodum per Actardum ejus legatum miſſis, in hæc verba: *Annunciatur etiam a pluribus probis, permaxime a comminiſtro, & fratre reverentiſſimo noſtro, veſtroque & fratrum noſtrorum regni veſtri, Duziacenſis ſynodi archiepiſcoporum, & epiſcoporum legato, archiepiſcopo jam a nobis conſtituto Turonenſibus Actardo, quod ſis amator, exaltator, & illuſtrator ſpecialis in orbe terrarum, & permaximum eccleſiarum Dei, itaut nullus ſit epiſcopatus, nullumque monaſterium in regno tuo quod non auxeris rebus propriis, & reſtitueris ſatis perplurimum: optareſque ferventer & deſiderares hanc principis apoſtolorum Petri primam ſedem exaltare, honorare, multiſque muneribus vicarium ejus, & clerum ſibi commiſſum ditare.* Neque potuit ignorare nepos Hincmarus, in eccleſia Rhemenſi a teneris educatus, quam multa eidem eccleſiæ poſt ordinatum avunculum rex idem reſtituerit: ut hominem oporteat frontem exuiſſe, cum Carolum apud pontificem ſacri peculatus accuſavit, eo tetriore calumnia, quod illas ipſas, de quibus agitur, poſſeſſiones jamdiu eccleſiæ Laudunenſi ereptas, idem rex Carolus eidem Hincmaro epiſcopo pie liberaliterque reſtituerat: ac poſtea Hincmarus idem in gratiam Nortmanni, quo tum familiariſſime utebatur, in manus ejuſdem regis tranſtulerat; ut narratur inferius, eſtque a nobis fuſiſſime expoſitum in notitia.

*Carolus res eccleſias donariis illuſtrat.*

*Hadrian. ep. 29.*

*Flodoard. l. 3. c. 4.*

3 *Et obtinuit talem epiſtolam.* ) Ad eam videtur alludere Carolus ipſe privata epiſtola non edita, quam poſt concilium per Actardum paulo commotior ſcripſit. *Sæpe nobis exprobrationum epiſtolas mittitis, & crimina nobis incognita, niſi quantum per malevolorum noſtrorum ora audiits, nobis impingitis. Quod veſtræ ſanctitatis miniſterium non oporteret, neque deceret. Sed neque deceſſores ac prædeceſſores veſtri, noſtris deceſſoribus aut prædeceſſoribus talia impegerunt, vel mandaverunt.* Et inferius iterum. *Et ſi omnes epiſtolas revolvimus quas habemus, ex eo tempore quo Romani pontifices ad reges Francorum cœperunt ſcribere, nihil tale in eis invenietis.* Quod factum cum ſapienter Carolus a pontifice in Laudunenſem Hincmarum deoneret, utpote pontificiæ reſponſionis cauſam, quam atrox & injuſta fuerit ejus delatio, facile poteſt intelligi.

*Littera pontificis ad regem increpatoria.*

## IN LIBELLUM EXPOSTULATIONIS *Hincmari.*

4 SCEDULA expoſtulare ſe de fratre Hincmaro dicit Rhemenſis, unde ſcedulam expoſtulationis, ſive libellum nuncupavimus, & ſummam capitum addidimus, quæ in apographo diſtincta ſunt. Quid ſit autem inter hanc expoſtulationem & ſuperiorem petitionem diſcriminis, declarat Hincmarus ipſe, quod eam produxit in ſyno-

*Expoſtulationis a petitione diſcrimen.*



A do, non tanquam actoris accuſationem, ſed ut læſi & contempti querimoniam nudam & ſimplicem, ne jus metropolitanæ ſedis cui præeſt, fœdum in morem pervicaci temeritate violatum a Laudunenſi, ſilentio prodere videatur. Non vult ergo ex oratione ſua, & objectis criminibus judicium ferri; ſed in ferendo poſt examinatam regis accuſationem judicio, illud rogat attendi, ut reus metropolis ſuæ dignitatem minuere & dedecorare non poſſit in poſterum. Quare ſtanti in ſynodo, & juſſo reſpondere, regis petitio perlegitur, & datur in manus, ut expenſis articulis ſingulis reſponſionem apparet; Expoſtulatio metropolitani nec recitatur, nec traditur, neque porro exigitur reſponſio: quia accuſatio non cenſetur: licet ad condemnationem momenti non parum attulerit, & nonnulli judicium ob hæc ipſa quæ Rhemenſis narravit, damnandum putaverint. Quod exemplo profano non male poteſt illuſtrari P. Servilii Iſaurici, qui forum prætteriens, cum vidiſſet teſtes in reum dari, acceſſit & ipſe; præfatuſque, & hominem, & ejus crimen, & æquitatem judicii ſibi penitus ignota eſſe, addidit, ſibi iter facienti occurriſſe admodum anguſto loco, neque equo deſcendere voluiſſe. Non erat illa proprie accuſatio, neque ob inurbanitatem ejuſcemodi judiciorum ſeveritati reum putavit exponendum, quem tamen judices vix auditis ceteris teſtibus damnaverunt. *Valuit enim,* ut notat hiſtoricus, *apud eos, cum amplitudo viri, tum gravis neglectæ dignitatis ejus indignatio; eumque qui venerari principes neſciret, in quodlibet facinus procurſurum crediderunt.* Quæ pro rata portione ad utrumque Hincmarum eo juſtius retuleris, quod archiepiſcopus & avunculus nutritor in nepotem alumnum & ſuffraganeum teſtimonium dicit.

*Hincmarus Rhemenſis nepotem non accuſat.*

*Valer. max. l. 8. c. 5.*

Non eſt quod ab iſto limine, animum tuum, lector, adverſus prolixitatis, verboſitatis, repetitionum faſtidia comperem: Hincmarum Rhemenſem in hoc ſpecimine vel noſces, vel feres. Monere præſtat vix aliud quicquam eſſe hanc expoſtulationem, quam libri quinquaginta quinque capitum repetitionem. Unde rerum objectarum veritas teſtatior apparet; ut quæ privatim & amice Laudunenſi objecit Rhemenſis, publice etiam, & in celeberrimo C concilii judicio repetere non vereatur: quæ autem privata epiſtola Rhemenſi reſpondit Laudunenſis, coram judicibus in ſynodo iterare erubeſcat. 2. Rhemenſem Hincmarum ſingula teſtimonii ſui capita, etiam leviora, ut aſſerat, per canones conciliorum & decreta pontificum confirmare. Hic vero non tantum dictorum fidem expendi cupio, ſed maxime ſummam adverſus pontifices Romanos obſervantiam, cum & eorum decreta cupide producat, & ingens auctoritas pondus ex apoſtolicæ ſedis majeſtate illorum dictis accedere perpetuo ſignificet. Quis igitur his lectis ſchiſmaticum putabit Hincmarum? 3. Utrumque Hincmarum in arenam deſcendere, tanquam campiones duos, canonibus & decretis armatos: his circumſonare Rhemenſis petitiones, refertas ex adverſo Laudunenſis rotulas, & reſponſiones. hunc Romam appellare, ſecundum canones & decreta; illum Romanam appellationem poſt ſynodi judicium remittere, juxta canones & decreta: & omnia non ſemel ab utroque proferri, apud plurimarum provinciarum antiſtites Gallicanos, in ſanctiſſimo ſynodorum conſeſſu. Quibus ſincere & ſerio perpenſis, cum videas ſuperiorem cauſa Rhemenſem, rejici Laudunenſem: D dubitas quin iſte canonibus & decretis pro ſe appellatis addat aliquid, ut minuat, ſenſum adulteret, ſitque merus corruptor, &, ut loquuntur, dictorum catholicorum impoſturator? Rhemenſem autem quis arguat parum cultu ſedis Romanæ, ſi nihil his in judiciis aut poſtulat, aut aſſequitur, quod eccleſiæ canonibus, & Romanorum pontificum decretis fideliter productis conforme non fuerit? Quam perverſe autem in hoc judicio reſpondere Laudunenſis renuerit, alibi declarabitur.

*Quæ fides ſit harum expoſtulationum.*

*Hincmarus Rhemenſis Romanorum pontificum obſervantiſſimus.*

*Canonibus & decretis ſua dicta recte confirmat.*

## IN PRÆFATIONEM.

5 SICUT *in Vermeria, deinde Gundulfivilla.* ) Quid in hac Gundulfivillæ ſynodo geſtum ſit adverſus Laudunenſem, divinare non poſſumus, cum nulla ejus rei extet memoria. Narrat quidem Rhemenſis, miſſam ad ſe ab eo, per Vuenilonem Rotomagenſem archiepiſcopum, ſecundam canonum collectionem, *in Gundulfivilla coram* E *epiſcopis qui affuerunt.* Laudunenſis autem queritur litteras Hadriani papæ ſibi non eſſe redditas ab Hincmaro metropolitano, *quamvis eas litteras,* inquit, *in Gundulfivilla ſuſcepiſſetis, ubi & præſens adfui, quas mihi ibidem nullatenus oſtendiſtis.* Quæ omnia judicialem actionem non oſtendunt: ut conſtanter aſſerere pergamus, tribus tantum ſynodis fuiſſe convictum, apud Vermeriam, apud Attiniacum, & in hac apud Duziacum.

*Quid actum in Gundulfivilla.*

*Hinc. Rem. ep. 35. p. 600. Hinc. Laud. in reſpons. p. 613.*

6 *De petitione Bertarii Laudunenſis diaconi.* ) Berthario clerico ſuo commiſſam a ſe ad comitatum legationem narrat Laudunenſis; quo etiam tempore eidem Berthario dictum a Rhemenſi exprobat, excommunicatos ab epiſcopo Hincmaro, eo vinculo non teneri. Quæ res alium fuiſſe perſuadet Bertharium hunc, ab illo ejuſdem nominis diacono Laudunenſi, qui libello epiſcopum ſuum apud metropolitanum accuſavit, de inclita, ut arbitror, excommunicatione.

*Id. p. 610.*

*pag. 619.*

### *IN CAPUT I.*

*Hincmari conſtantia in conſervandis eccleſiæ juribus.*

7 CORAM *eodem domno rege.* ) Qui Rhemenſem Hincmarum aulicum aſſentatorem faciunt: ii conſtantiam hominis in vindicandis eccleſiaſticis juribus aut ignorant, aut diſſimulant. Hujus libertatis exemplum locus iſte continet, cum nepotem, ipſo rege præſente, graviter reprehendit, quod ſe inconſulto, contra ſacras regulas, palatinam adminiſtrationem a rege accepiſſet. Ejuſdem animi, & intra in iſto concilio cui rex ſemper interfuit, & alibi ſæpe in opuſculis Hincmarianis occurrunt exempla. In quibus non minus prædicanda eſt regis modeſtia, qui & eas reprehenſiones non gravate tulit, & poteſtatem ſuam eccleſiaſticis canonibus voluit eſſe ſubjectam, ut quod liceret ageret, non quod liberet.

*Cur Hincmarus leviora objiciat.*

Et erit fortaſſe cui priorum capitum objectiones leviores videantur, quam ut exprobrari epiſcopo, & in tanto conſeſſu audiri debuerint. Sed iſta cogitet ab Hincmaro objici, olim diſciplinæ monaſticæ apud monaſterium ſuum præcipuo reparatore, & legum eccleſiaſticarum ad ſcrupulum uſque exactore & obſervatore. Hincmaro objici, avunculi præceptionibus, exemplis, ſcrupulis innutrito: qui, quod effrenes adoleſcentuli ſolent, quantum ſub pædagogo jugum ferret, ſequuta ſtatim licentia monſtravit. Objici in ſynodo ex epiſcopis magnam partem conſlata, qui in ſeptis monaſticis, & obſervantia regulari, virtutem antea fuerant adepti dignam infulis & epiſcopatu. Putas hæc tenuia eſſe & exilia? Eccleſiæ Gallicanæ ſanctitatem laudas, quæ tum etiam parva magni facientes habuit epiſcopos; & Hincmari probas innocentiam, qui non potuit papulas alienas obſervare, ſi fuit ipſe ulceribus plenus. Unde igitur *omnimoda Hincmari nequitia* in Mauguini diſſertatione toties, tam invidioſe repetita?

### *IN CAPUT III.*

*Cameracenſis epiſcopi electio.*

8 UNDE *apoſtolica ſedes me ſuggerente* ) Laboris illius & ſtudii tum Nicolai papæ, tum Hincmari metropolitani, veſtigium jacet in celebri ejuſdem Hincmari epiſtola 27. ex Flodoardo eruta. Neque longe quærenda fuit pernicioſæ illius vacationis cauſa, quando Cameracum in regno Lotharii recenſebatur. Sedem vacantem invaſit Lotharii voluntate Hilduinus, non ille ſub Ludovico Pio archicapellanus palatii: legitime ad eam electus eſt S. Joannes, cujus ordinatio Hincmari Laudunenſis importunitate comperendinata eſt. De quo, ut & de ceteris qui ſynodo huic interfuerunt epiſcopis, ſi quid notatu dignum obvenerit, in eorum ſubſcriptionibus commodiore loco memorabitur. Quæ vero de legatione, tractoriaque adjiciuntur, ex iis aperta ſunt, quæ in Prudentii tractoria libro Goteſcalcanæ hiſtoriæ quarto fuſiſſime diximus. Tantum notabimus, hæc omnia contemptus indicia, prius ab Hincmaro Laudunenſi proceſſiſſe, quam de avunculo ſuo, deque rege ulla ratione queri poſſet: ut intelligamus, ex quo primum fonte ſequentes diſcordiæ promanarint.

### *IN CAPUT V.*

*Hincmari citatio ex memoria.*

9 AD *Martinum & ad Sicilienſes epiſcopos.* ) Senſum Gregorii ſequutus, non verba, epiſtolam 61. libri 7. Indict. 2. citat ad Martinum ſcholaſticum, hoc eſt, advocatum, de cauſis epiſcoporum maturo judicio cognoſcendis. *Quanta cura, quantaque vigilantia epiſcoporum cauſa debeant perſcrutari, ſapientia tua conſideret.* Quare pauris queſtus negotium quod agebatur, ab eo non ſatis explicatum fuiſſe, ſubjicit: *Sed quia cauſarum origo, vel qualitas, omnino nobis ignota eſt, pronuntiare aliquid definitive non licet, nec poſſumus: ut ne, quod reprehenſibile nimis eſt, de rebus non bene cognitis, proferre ſententiam videamur.* Hinc facile deduci poteſt ea ſententia, *neminem ſine cognitione damnandum*, licet iiſdem verbis concepta non legatur. Lubet autem mirari neglectam eſſe hujus loci auctoritatem, adverſus Hincmarum, in alienas provincias inconſulto metropolitano commeantem, quando & id ſibi minime placere declarat Gregorius. *Illud tamen nobis omnino diſplicet, quod aliquos epiſcoporum, ſine primatis ſui epiſtolis ad comitatum profectos eſſe, vel conventus ſignificas illicite celebrare.* Unde quis non temere judicet totum hunc ex memoria, ſine librorum auxilio ab Hincmaro fuiſſe citatum; quod alibi neceſſario factum a ſe, vidimus excuſantem.

*Gregor. l. 7. ep. 61.*

Favet huic conjecturæ, quod mox ubi viaticum morientibus denegatum conqueritur, ſequentem ſtatim epiſtolam, velut ignotam prætervehitur, homo minime parcus in citando, & Gregorii perquam ſtudioſus. In illa enim Joannem Syracuſanum admonet, ut Lucillum Miletinum epiſcopum criminis reum de gradu dejiciat, preſbyteros quoque & diaconos ejuſdem conſcios & participes in monaſterium releget ad pœnitentiam: alios ſceleris adminiſtros excommunicatione feriat: hac tamen lege, *ut iis qui mortis urgentur periculo, viaticum non negetur.*

### *IN CAPUT VIII.*

*Sepultura demortuorum ad mortem.*

10 ETIAM *corpora eorum qui ſibi qualibet modo, &c.* ) Videtur ad concilium Aurelianenſe II. alludere; cujus tamen non omni ex parte ſententiam exprimit, quæ ſic habet: *Oblationes defunctorum qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere cenſemus; ſi tamen non ipſi ſibi mortem probentur propriis manibus intuliſſe.* Cujus canonis in Joannis II. decretis de cauſa Contumelioſi additur expoſitio: *Nec illud credimus omittendum, ut iis qui pro ſcelere ſuo a præſidibus, ſeu a rectoribus populi fuerint interempti, & ſepulturam in cœmiterio Chriſtianorum habere, & offerentium pro ipſis oblationes juxta ſtatuta canonum, judicamus licentiam non negari.* Quod ſi eorum oblationes admittit eccleſia, quanto æquius ſepeliri permittit? Quis eſt igitur Laudunenſis Hincmarus, qui Chriſtianos, in eccleſiæ ſinu, naturali morte fungentes vetat ſepeliri? Quæ fuerit autem ſemper apud gentes omnes ſepeliendorum mortuorum religio, nemini eſt ignotum; ut ethnicos ipſos & barbaros in humanitas illa ſuperare videatur.

*Conc. Aurelian. II. can. 15.*

### *IN CAPUT X.*

*Corrigitur locus.*

11 SI *contra eumdem metropolitanum, &c.* ) Eam ſententiam frequenter repetit Rhemenſis noſter, in quam ſeu præli, ſeu aliquo alio errore negans particula irrepſit, boni ſenſus expers. Ut cum in l. 55. capitum ſcribit: *Nec me in aliquo poſtponere debes præſumere, excepto ſi contra me, aliquid cauſa non habueris: ut ob hoc apoſtolicæ ſedis judicium regulariter exceptas.* Et eadem mox pagina: *Cum præcipiant regulæ, ut nullus epiſcopus metropolitanum ſuum præſumat poſtponere, excepto ſi contra eum cauſa aliquid non habuerit, ut ob hoc ſedis apoſtolicæ petat judicium.* Quare hi loci omnino ex ipſis Gregorii magni verbis corrigendi ſunt: *Quod etiam ſi quemquam veſtrum pro cauſis propriis, ubicumque compulerit ambulare neceſſitas, ab eodem metropolitano veſtro, ſecundum indictam nobis regulam petere commeatum debeatis, nec eum poſtponere in aliquo præſumatis: excepto ſi (quod non optamus) contra eumdem metropolitanum veſtrum habere vos aliquid cauſa contingat, ut ob hoc ſedis apoſtolicæ judicium requiratis. Nam illis qui petere feſtinant licentiam, quod ſcitis, per canones, etiam antiquorum patrum inſtitutione, habere permiſſum eſt.* Ex his non tantum locum habemus integrum, quem brevitatis cauſa contraxit auctor; ſed etiam accuſatoris perſonam hoc in judicio non ſuſtinere Hincmarum archiepiſcopum: neque nepotis recuſatione ab hujus cauſæ cognitione fuiſſe repulſum. Qua enim fronte auſus eſſet Gregorii decretum huc advocare, quo jugularetur?

*Hinc. l. 55. cap. 6. & 7. p. 410.*

*Greg. l. 9 Ind. 2. ep. 8*

### *IN CAPUT XI.*

*Duæ Laud. Hincmari collectiones.*

12 LIBELLUM *de antiquorum patrum ſcriptis, &c.* ) Fateor equidem hic me tenebras pati, & ubi de perturbata collectione agitur, multa legere perturbata. Nam in primis, cum duas teneamus junioris Hincmari collectiones canonum & decretorum, & is utramque ad avunculum miſerit, ut jus appellationis ſuæ, & metropolitanæ poteſtatis limites illi ſignificaret: in quam hoc loco Rhemenſis invehitur? In priorem, an poſteriorem? Non certe in priorem. Ait enim patres illos ante Nicænam ſynodum ſcripſiſſe. Atqui * Calliſtum, Julium, Felicem, Damaſum, magno concilio poſteriores, in ea laudatos video. Cum pontificibus illis Leonem magnum ait productum: quem tamen lego in poſteriore ſola. Idem dico de S. Gregorio, qui penitus in priore non nominatur: idem de multis ſententiis pontificum, quas prior non continet, ſed tantum poſterior. Vis ergo de poſteriore totam orationem intelligi; at ſequenti capite utramque aperte diſtinguit, & de ſola priore hic tractari declarat: *Et in eo de quo agitur libello: ſed & in illo quem per Uvenilonem quondam archiepiſcopum mihi miſiſti, quem paulo infra commemorabo.* Hæc eſt ſecunda collectio in Gundulfi villa per Uvenilonem Rotomagenſem miſſa. Illa ergo *de qua agitur*, prima collectio eſt, & brevis, & inefficax, & confuſa; *monſtruoſum libellum* vocat inferius. Hujus libri ea ſubſcriptio eſt, quæ hic deſcripta, alibi exagitatur; poſteriorem autem de ſubſcriptione nuſquam video reprehendi. Hanc in Gundulfi villa non accepit per Uvenilonem, ſed ampliorem ſecundam & paulo diſtinctiorem. Concludendum eſt igitur neceſſario, in priore vexanda modo verſari Rhemenſem, mox ad poſteriorem tranſiturum. Sed & agnoſcendum ſimul priorem eamdem mutilam & imperfectam ad nos perveniſſe; & fortaſſe amanuenſes parum accuratos retuliſſe in poſteriorem locos, qui prioris eſſent; ac ſi mavis, repertos in poſteriore, a priori abraſiſſe. Ex adverſo autem quæ pertinerent ad poſteriorem auctoritates, eas in priorem revocaſſe quæ ſcilicet poſt Nicænam ſynodum emanarunt in publicum. Hanc conjecturam in re perplexa ſi æqui bonique conſulis, lector, jam non miraberis legem illam ſæcularem, qua jubetur delatori aut lingua capulari, ſive præſcindi, aut caput amputari, quæ magni criminis inſtar ſæpe repetitur & am-

* Obiit an. Chr. 224.

*Prior valde imperfecta.*

& amplificatur, in noſtra collectione invenitur. Quam tamen abfuiſſe a priore nemo dixerit, quando producta eſt in judicio, & in ea judicum ante depoſitionis ſententiam fundavit.

Multa igitur in eo reprehendit Hincmarus: quod *monſtruoſus ſit libellus, ab eo monſtruoſe conſcriptus*; quod ſententias colligat inter ſe pugnantes, evangelicæ, apoſtolicæ, atque catholicæ fidei non conſentientes: quod catholicorum in iis dicta corruperit: quod patres Nicænæ ſynodo anteriores ex profeſſo ſelegerit: quod mortis ſententiam, & mutilationis membrorum, probaverit, quod epiſcopo non licet; quod illi neſciente metropolitano ſubſcripſerit, & ad eamdem ſubſcriptionem clericos ſuos adegerit, quæ res canonibus vetatur.

13 *Cum Cyprianus ab abuſionum gradibus*.) Copiam auctorum amavit ætas Hincmariana, non delectum: neque unquam receptos vulgo librorum titulos revocavit in dubium. Quare veteres illas Clementis, Anacleti, & ejuſcemodi pontificum epiſtolas, tamquam omni fide conteſtatas producit. Et huic de Abuſionibus libro aliquoties citato Cypriani auctoritatem adſcribere non veretur; cum tamen a molle Cypriani *doctoris ſuaviſſimi*, ut loquitur Auguſtinus, procul abſit. Vulgo autem inſcribitur liber de XII. Abuſionibus ſeculi. Qui vero in Auguſtini opera intruſerunt, de XII. abuſionum gradibus inſcripſere, qui titulus Hincmaro noſtro magis arridet.

*Hincmarus nimius in arguendo.*

14. *Si non eſt fas ut reus*, &c.) Argumentum parium concipere vult Hincmarus. Non licet epiſcopo, ſecundum Auguſtinum, in cauſa capitis teſtimonio reum opprimere; ergo nec fas eſt epiſcopo ſubſcribere in mortem delatoris convicti, quod fecit, & fieri coegit Hincmarus. At profecto longe aliud eſt affirmare univerſe delatores capite minui oportere; aliud in privatum hominem ferre teſtimonium, & convictum duci jubere. Hoc vetant & eccleſiaſticæ regulæ, & exempla ex Gregorio atque Auguſtino petita; de priori nullum eſt edictum. Quamobrem gravius & invidioſius quam res exigat, factum iſtud premere mihi videtur orator.

## *IN CAPUT XII.*

*Corruptela auctorum fugienda.*

15 VERBIS *ſuis impoſuit inmittens & ſuperadjiciens*.) Quanta cum reverentia & religione tractari voluerit auctores uterque Hincmarus, inde manifeſtum eſt, quod eorum corruptelam ſibi invicem objiciunt: & Rhemenſis maxime, non illi tantum, ſed etiam Gotteſcalco,

*Quæ eſt hæreticorum.*

& hæreticis omnibus. Unde Macarium Antiochenum in ſexta ſynodo ejus criminis convictum ſæpe commemorat, in opere de prædeſtinatione contra Gotteſchalcum, ut & Felicem Urgelitanum, Hiſpanum epiſcopum. Quater id a Laudunenſi peccatum fuiſſe objicit, in duabus videlicet iſtis collectionibus, & in prioribus rotulis item duabus: neque video in omnibus junioris Hincmari apologiis, qua ratione ictum hunc caveat. Rhemenſis autem æquo animo ferre non poteſt eo telo ſe peti, confidenterque factum pernegat, certus innocentiæ: *Per plures denique audio; te apud multos me infamare, quoniam ſacras ſcripturas ſoleam detruncare, & ad meum ſenſum inflectere. Quod ut pro certo adhuc credo nec in uno loco me egiſſe, ſi tamen hoc quod dicis, poteris approbare: & ſi hoc ad approbationem volueris ducere, oſtende coram quanitis, & quibus tibi libuerit; & aut palenter oſtendam te mea verba bene non intelligere, aut ab aliquo illa falſata fuiſſe: & ſi forte me, quod dicis (ſi tamen dicis) egiſſe cognovero, quantocyus corrigere procurabo*. Obſervanda correctio, *Si tamen dicis*, q. d. tam eſt illa criminatio a meis moribus, ab omnium opinione qui mea norunt ſcripta ab omni ſimilitudine veri remota, ut in animum meum non poſſim inducere, quamquam frontem amiſiſti, & mendaciis in me totus ſuffartus es, id a te unquam potuiſſe proferri. Hæc attentius conſiderare cupio, & eos qui Rhemenſem noſtrum falſarium vocant, & qui patrum fruſta ad novitatis ſuæ confirmationem hinc inde corrogantes, nihil minus quam auctorum mentem exprimunt, & ſimpliciorum ignorantiæ populariter illudunt.

*Hinc. i. 55. cap. c. 43.*

## *IN CAPUT XVI.*

*Hinc. Laud. ep. ad Rhem. p. 610.*

16 QUIA *omnes homines ſui banniti fuerunt ad cauſas*.) Laudunenſis verba ſunt, *Nam præteritis ipſis diebus per bannum regium omnes mei homines in palatio retenti fuerunt: ego autem ſolus ad manſiones Harduici, cum uno ſuo clerico, & tribus laicis hominibus perrexeram*. Et aliquando poſt: *Et nunc in proximo dum hoſtiliter omnes banniti fuiſſent in regis ſervitium; & ipſe cum aliis meis veniſſem hominibus ad Moſomum*: cum ante paulo narraſſet. *Immo etiam cum in palatio ad cauſas pro ipſis, bannus a quodam meo requireretur homine, qui inde nullum miniſterium habebat, niſi quia tantummodo ad poteſtatem S. Mariæ* (Laudunenſis eccleſiæ) *eas me jubente revocaverat, ut ceteri mei homines ceteras; & pro eo quod in illa manſa intraverat, ut bannum revvadiaret, interpellaretur, adſtitit meus pro his rebus advocatus, qui* &c. *Qui mox expulſus eſt, & cum omni violentia coegerunt illum meum alium hominem, ad quem inde nihil pertinebat, ut bannum pro his revvadiaret, & revvadiato banno minati ſunt quod ad mortem illum judicarent pro infidelitate regis, niſi præſentaliter talia teſtimonia daret*, &c. Semel & paucis excutienda iſta barbaries eſt, ne quis obex rerum geſtarum cognitionem interverat.

*Bannus quid.*

Bannum interpretatur Hincmarus ipſe Rhemenſis, pro nepote Laudunenſi apud regem Carolum agens, confiſcationem & publicationem. *Et requiſito, & non invento advocato illius, qui de ejus capite ex prædicta cauſa redderet rationem, excepta eccleſia, & epiſcopii domo, ac clericorum claustro, quicquid de rebus, & facultatibus eccleſiaſticis: ſibi in epiſcopali ordinatione, munere Spiritus ſancti, ad gubernandum & diſpenſandum commiſſis acceperat, juſſione veſtra per vicecomitem ipſius pagi in bannum, quod jus lingua Latina proſcriptio confiſcandi vocatur, eſt miſſum. Et poſtea, ſicut audivi, per cancellarium palatii veſtri, mandaſtis vicedomino, & præpoſito iſtius eccleſiæ, cum non modica interminatione, ut providerent, quatenus nullum obſequium ab eccleſia ipſius hominibus, nullumque ſubſidium de facultatibus eccleſiaſticis per clericum vel laicum ipſe epiſcopus poſſet habere*. Hic habemus & bannum, & banni effectum, & ei vim ſimilem a rege illatam, quam citato primum loco deſcribit Hincmarus nepos: eo tamen diſcrimine, quod hæc poſterior veram habet narrationem, & culpa regis excita, forti & animoſa avunculi actione compreſſa eſt. Illam autem rex & Hincmarus ipſe habent pro fictitia, neque in judicio probari potuit ab auctore. Sit ergo *bannus* proſcriptio & confiſcatio, jus regium adverſus infidos, *bannire*, erit proſcribere, & banniti homines Laudunenſis Hincmari, addicti fiſco regio, ut in poſterum omne regi obſequium, Hincmaro nullum perſolvant. Eſt etiam frequentiſſima in capitularibus *banni regii* mentio, hoc eſt, mulctæ regi pendendæ, quæ 60. ſolidorum eſt. Hinc bannum regis ſolvere, bannum componere, & ſimilia. Et quoniam bannire alias eſt convocare, congregare, ut bannire exercitum, bannire ad cauſas, ſive ad placitum, vocare in jus: inde heribannus, aut ſimpliciter bannus, mulcta eſt eorum qui ſic vocanti regi non parent. Gregorius Turon. in hiſtoria: *Chilpericus rex de pauperibus & junioribus eccleſiæ, vel baſilicæ, bannos juſſit exigi, pro eo quod in exercitu non ambulaſſent: non enim erat conſuetudo, ut hi illam exolverent functionem*.

*Hinc. Rhem. ep. 29. ad Carol. reg. pro Laud. p. 317.*

*Bannus regius.*

*Heribannus.*

*Greg. Turon. hiſt. Franc. l. 5. c. 26.*

*Uvadium, Uvadiare,*

*Add Caroli Magni, ad l. Salic. n. 8. tit. 1.*

Quid eſt autem bannum revvadiare? Uvadium illa majorum noſtrarum lingua ſcimus eſſe pignus, & Uvadiare, oppignerare. Sic in additione Karoli magni ad legem Salicam: *Liber qui ſe loco vvadii in alterius poteſtatem commiſerit, ibique conſtitutus damnum aliquod cuilibet fecerit, qui eum in locum vvadii ſuſcepit, aut damnum ſolvat, aut hominem in malo* (majore judicio & placito) *perductum dimittat, perdens ſimul debitum, propter quod eum in vvadio ſuſcepit, & qui damnum fecit, juxta qualitatem, regi cogatur emendare*. Et in formulis Marculfi: *Ita ut pro ipſa cauſa ſolidos tantos in pagalia* (perſolutione) *nobis dare deberes: quos & in præſente pro vvaddio tuo viſus es tranſolviſſe*. Et iterum: *Hac igitur de cauſa judicatum eſt ei ab ipſo comite, ſeu ab aliis illius loci pagenſibus, ut illam laudem* (compoſitionem) *quod ſunt ſolidi tanti, pro ſuo vvadio ponere deberet, quod ita & fecit*. Revvadiare autem interpretantur relaxare, eximere banno, affine conſuetudini noſtræ qua dicimus, *oster main levée, faire lever la ſaiſie*. Sed in hoc etiam pretii aliquid interveniſſe colligimus, ex capitulari Ludovici, *ut vaſſi noſtri, & vaſſi epiſcoporum, abbatum, abbatiſſarum, & comitum qui anno præſente in hoſte* (exercitu) *non fuerunt, heribannum revvadient, exceptis his qui propter cauſas neceſſarias, & a domno rege, & genitore noſtro Karolo conſtitutas, domi dimiſſi fuerunt*. Item paulo ante: *Ut de debito quod ad opus noſtrum fuerit revvadiatum, talis conſideratio fiat, ut is qui ignoranter peccavit, non totum ſecundum legem componere cogatur, ſed juxta quod poſſibile viſum fuerit. Is vero qui tantum mala voluntate peccavit, totam legis compoſitionem cogatur exſolvere*. Iſtiuſmodi leges, quæ paſſim occurrunt in capitularibus, ſuadent illam banni relaxationem pretio fieri ut mihi probabilius videatur, revvadiare bannum, eſſe ſummam conſtitutam & taxatam ſolvere, eaque ratione bannum relaxare. Videtur iſtud confirmari lege Karoli Magni, *de libero homine in hoſtem bannito*; ſive ad exercitum convocato: *Quicumque liber homo in hoſtem bannitus fuerit, & venire contempſerit, plenum heribannum, id eſt, ſolidos 60. perſolvat, aut ſi non habuerit unde illam ſummam perſolvat, ſemetipſum pro vvadio in ſervitium principis tradat; donec per tempora ipſe bannus ab eo fiat perſolutus, & tunc iterum ad ſtatum libertatis ſuæ revertatur*. Itaque ſi vera narrat Laudunenſis, juſte queritur hominem ſuum culpæ omnis expertem, ab ea cauſa penitus alienum, a Nortmanni ſatellitibus coactum eſſe ut bannum revvadiaret, & ſummam ab aliis debitam perſolveret.

*Marc. formul. c. 111.*

*Ibid. c. 119.*

*Bannum revvadiare.*

*Capitul. l. 4. c. 70.*

*Ibid c. 58.*

*Ibid l. 3 c. 67.*

17 *Si Franci homines ad judicia*, &c.) Ridiculam oſtendit adverſarii defenſionem, qui fugam ſuam a ſynodo in qua legitime conveniebatur, tegere conatur exemplo Athanaſii, Pauli, apoſtolorum, Chriſti ipſius Judæorum invidiam & odium declinantis. Quamvis autem hoc loco Francorum nomen nationem ſignificet, non conditionem;

quia

*Francus quid.*

quia tamen Francorum hominum, liberorum hominum frequens in iſtis auctoribus memoria legitur, & nos in hac modo verſamur grammatica; breviter dicamus, ſi conditionem ſpectamus, nihil aliud eſſe francos, quam liberos, & a pendendo tributo immunes. Id omnino ſignificat Laudunenſis noſter de Nivino ſcribens ad Rhemenſem; *Illo reſultante quod Francus eſſet, & ut liber ſe defendere vellet & quiret.* Et Rhemenſis ad Hadrianum; *Si nos Francos non jubeat ſervire, quia iſtud jugum ſui anteceſſores noſtris anteceſſoribus non impoſuerunt, & nos illud portare non poſſumus; qui ſcriptum eſſe in ſanctis libris audimus, ut pro libertate & hereditate noſtra uſque ad mortem certare debeamus.* Sic autem exponit Siffridus presbyter in chronicis. Cum Valentinianus imperator quoſdam populos, qui Alani dicuntur, vincere non poſſet: fecit edictum, ut qui eos vincerent, decem annos a tributo liberi eſſent. Unde Teutones ejus gloriæ cupidi, illos ſtrenue delent, & inde Franci appellati ſunt. Hinc *Franca perſona*, apud Marculphum. Et in legibus Ripuariorum: *Si quis Ripuarius advenam Francum interfecerit, 200 ſolidos culpabilis judicetur.* Ubi & gens, & ſtatus, intelligitur, atque grandi ſumma mulctatur, cum Alamannus & Burgundio interfecti 160. ſolidis tantum æſtimentur, at Romanus advena, non plus centum.

Hincm. Laudun. ep. Fa tor. p. 311.
Hinc Rhem. epiſt. ad . p. 695.
Siffrid presb. chronic. l. 1. p. 588.
Marc. formul. c. 10. Lex Ripuar. tit. 36.

*IN CAPUT XV.*

*Hincmari junioris iniqua poſtulatio.*

18 DICIT *enim ibi.* ) Perſtringitur hominis imprudentia, qui ſuo ſe gladio jugulet, dum ſcripto fatetur ſe villam eccleſiaſticam, de qua tota lis eſt, regi conceſſiſſe. Quo facto bis peccavit, & quod eam ceſſionem contra canones ſacros peregit, & quod peractam, violenter irritat. Regemque, ut invaſorem honorum eccleſiaſticorum apud pontificem accuſat, qui quod ultro datum eſt accepit, & bene volente donatore Hincmaro, in beneficium Nortmanno dedit. Ridicule igitur poſt hæc geſta cupit ſibi eamdem villam dari in alodem; quam antea reſtitutam a rege ita potuit poſſidere, Alode prædium eſt pleno jure poſſeſſum. *Allodium hereditas quam vendere, vel donare poſſum, ut mea propria.* Monet autem Hincmarus noſter apud Flodoardum, cavendum eſſe *ne villa in alodem verteretur, & eccleſiaſtica mancipia in ſervos & ancillas diſpertiatur*; atqui de villa Pauliaco tota quæſtio eſt.

*Alode, allodium.*

*IN CAPUT XVII.*

*Pitacium, rotula, &c.*

19 PITACIOLUM *irrationabiliter confectum* Pitacium, ſcedula, rotula, quaternio, voces ſunt horum temporum ſyllabis magis & litteris, quam ſenſibus diſtinctæ. Nam quod pitacium hoc loco vocatur, mera epiſtola eſt, quam deſcribit alicubi Rhemenſis. Quam ſuperioribus capitibus *rotulam prolixam* appellavit, *pitaciolum* dixit Laudunenſis, & quidem ſolœciſſans.

*Iſte pitaciolus plane depromit, & apte*
*Sedem appellandam libere apoſtolicam.*

Cui criticus avunculus.

*Namque pitaciolum neutro dixere priores:*
*Et caput hoc languens, cetera fluxa dicet.*

*Libellum* etiam ſupra vocavit, ut & priorem collectionem nepotis: ſuam autem reſponſionem, hoc eſt, librum 55. capitum, in ipſo indicis veſtibulo, *Epiſtolam* dicit. Quid eſt autem *ſcedula*, niſi libellus, qualem hanc videmus in ſectiones & capita diviſum? Quid quod opus de prædeſtinatione vegrande tribus libris conſtans ſe *commiſiſſe ſcedulis tumultuario ſermone* ſcribit alibi? quaterniones quoque & quaterniunculi, quibus illi pitacio reſpondit, ſunt epiſtolæ & libelli, quorum partem adhuc manibus verſamus.

Hincm. Laudun. p. 355.
Rhemenſ. p. 583.
Ibid. 399.
L. de prædeſt. ep. ad regem.

Quod deinde in pitacio Laudunenſis legimus *intercharaxatum*, jam eſt a nobis explicatum in hiſtoria Gotteſchalci, & hic ipſe locus in exemplum adductus. Hanc vero grammaticuli criticam adeo neglexit Rhemenſis noſter, nunquam ut *detrecto* voluerit ſcribere, ſed expreſſiſſime *detracto*. Denique quod ait *olim ab horno*; interpretor, longe ante hac, eſt enim *hornus* grammaticis, præſentis anni fructus. Ut *olim ab horno*, ſit diu ante præſens tempus. Habitum eſt autem Vermerienſe concilium in quo cœpit accuſari, anno 869. iſtud vero Duziacenſe biennio poſt, anno 871.

*Intercharaxatum.*
Detracto. *Olim ab horno.*

20 *Ait enim ſacrum Carthaginenſe concilium.* ) Quia frequentiſſime canonem iſtum habet in ore Hincmarus, & ex eo non Laudunenſem tantum, ſed etiam Prudentium Tricaſſinum, ut alias videbimus, damnandum eſſe proclamat; illum ſemel proferre neceſſe videtur. Nam concilium Carthaginenſe, ſecundum vulgo dictum, quod ad tempora Cæleſtini referunt, ad extremum confectis omnibus, ſubſcriptionem epiſcoporum rogans, ſic inter cetera loquitur; *Genedius epiſcopus dixit*, ( erat is concilii præſes ) *Si, quod non opinamur, ab aliquo fuerint violata* ( ſtatuta concilii ) *quid ſtatuitis, quod fieri debeat? Ab univerſis epiſcopis dictum eſt: Qui contra ſuam profeſſionem, vel ſubſcriptionem venerit, ipſe ſe ab hoc cætu ſeparabit.* Hæc verba nihil gravius quam excommunicationem ſonare videntur. Aliter tamen intelligit titulus canonis, *ut qui contra profeſſionem ac ſubſcriptionem ſuam venerit, in concilio deponatur.* Secundum quam expoſitionem refert Hincmarus verbis aliis, *ipſe ſe honore privabit.* Ut conjectura ſit in aliis exemplaribus ita lectum fuiſſe; quando ſibi conſentientes habet concilii ſui epiſcopos, & tacentem Hincmarum Laudunenſem, quos in tam gravi canonis mutatione mutos eſſe non oportuit. Ceterum non deſunt qui credant ad hoc concilium alludere, aut communi ſaltem vocabulo includere, Leonem IV. inter receptos ab eccleſia Romana canones numerantem, *Africanenſium, Carthaginenſium*. Quod etſi mihi nondum ſit perſuaſum; ſi tamen aut admittitur, aut ab Hincmaris creditum unquam eſt, eo major illius canonis auctoritas eſſe debuit, quo recentiore decreto in jus canonicum erat immiſſum.

*Canon Carthaginenſis explicatur.*
1 Concil. Carthag. 2. c. 13.
Leo 4. ep. 1. ad epiſc. Britan.
D. 20. c. de libellis, & D. 16. c. 11. prima.

21. *Quia ſi compulſi aliqui.* ) Quo modo de varietate exemplarium dicebamus, hac Gregoriana citatione liquido confirmatur, in qua libri noſtrates excommunicationem illam ignorant, quæ ab utroque Hincmaro ſine dubitatione deſcribitur. Ejus initium recte ſic producit junior Hincmarus. *Si qui vero ſunt qui dicunt, quia compulſus quiſpiam neceſſitate, ſi anathematizatus fuerit,* ( aut contra ea quæ ſub anathemate prohibita ſunt, præſumpſerit ) *anathematis vinculo non tenetur, ipſi ſibi teſtes ſunt, quia Chriſtiani non ſunt.* Et paulo poſt; *Contra quos diutius non eſt diſputandum, quia deſpiciendi per omnia, & anathematizandi ſunt, ut unde veritatem fallere ſe credunt, inde in peccatis ſuis veraciter ligentur.* Ac deinde; *Si qui ſunt igitur qui ſub nomine Chriſtiano hæc,* ( quæ diximus *errorum capitula* ) *aut prædicare audent, aut taciti apud ſemetipſos tenere, hos procul dubio & anathematizavimus.* His verbis immediate ſubditur; *Ex omnibus tamen capitulis,* &c. Unde eſt igitur additamentum illud, quod utrobique legimus in Hincmaris? *Eoſque & ego, & omnes catholici epiſcopi, atque univerſa eccleſia anathematizamus, quia veritati contraria ſentiunt, & contraria loquuntur?* Profecto ex alio exemplari, ſed non ſano; cum hæc lacinia, Gregorii ſtylum minime ſapiat.

*Locus integer Gregorii.* l. 9. epiſt. 39.
Laud. collectio. 1.
*Addit Laudunenſ.*
*Laudunenſis hæc delet quæ parentheſi clauſimus.*

*IN CAPUT XVIII.*

22 SCEDULAM *quamdam mihi direxit.* ) De ſcedula iſta in concilio Tullenſi apud Tuſiacum conſcripta magna eſt inter Hincmarum utrumque contentio, affirmante nepote ſcriptam & ſubſcriptam a ſeipſo, & ab aliis epiſcopis; negante funditus avunculo viſam eſſe in concilio, & a patribus ſubſcriptam. Atque hic dictum ſuum inde credibile facit, quod multis in partibus vitioſam ſubſcriptionem eſſe demonſtrat. Quæ vitia & nos ipſi legimus in eo concilio, in tomis conciliorum Gallicanorum. Illi tamen fidem penitus abrogare difficile eſt, affirmanti ſe quam citat ſcedulam ab archiepiſcopo Veſontionenſi Harduico viro graviſſimo accepiſſe, & tranſcripſiſſe. Ita res videtur extricanda, ut ſynodi Tullenſis apud Tuſiacum nomine ſcripta duo prodierint, verum unum & legitimum, opus ſenioris Hincmari, quod extat & legitur in tomis conciliorum, germanam & ſolidam eccleſiæ & beati Auguſtini de quæſtionibus tum agitatis doctrinam continens, teſte diſſertatore hiſtorico, ut in quarto operis libro fuſius dictum eſt a nobis. Hoc agnoſcit, & magnam ejus partem producit Hincmarus iſte junior, ad librum 55. Capitum reſpondens. Sed in eo fallit, quod epiſtolæ illi ſynodali *ob prolixitatem* ſubſcriptum non eſſe commemorat: cum clare teſtetur ſenior Hincmarus auctor ſcedulæ, *authenticam & veram diffinitionem* illam eſſe, *ſecundum ſacras leges in eadem ſynodo decretam*. Quomodo autem ſine ſubſcriptione dici potuit *authentica*? Alterum ſcriptum, furtivum, & adulterinum, quod *mendax, & in quibuſdam ſacris regulis obvians* vocat Rhemenſis, oſtentat hoc loco Laudunenſis, quod incipit, *Cum in nomine Dei omnipotentis*: quod & ipſum extat. Negat tamen archiepiſcopus Hincmarus ſe, aut eos qui concilio interfuerunt epiſcopos, unquam illud aut vidiſſe, aut audiviſſe. Et tamen epiſcoporum omnium & archiepiſcoporum ſubſcripta nomina, quodque mireris, *Hincmari* ipſius *ſacræ Rhemorum eccleſiæ epiſcopi*, præfert: & ſi iſti credimus, nonnullorum qui eidem ſynodo non interfuerunt. Habemus in conciliis falſam hanc collectionem & ſubſcriptionem, ut & veram epiſtolam ſynodalem: veram autem, ſi quæ fuit, collectionem, & veram ſubſcriptionem deſideramus. Quibus porro *admonentibus & ſatagentibus* fraus illa ſucceſſerit, ſuo loco aperuimus.

*Concilii Tullenſis apud Tuſiacum canones.*
Hinc Laud. epiſt. *De his quæ vobis.* p. 616.
Tom. 3. conc. Gall. p. 163.
Hinc. Rhem. ep. 35. p. 595.

Itaque cum duplex fuerit ſcriptum, & duplex item ſubſcriptio, ea ex parte conciliari poſſunt Hincmari duo. Verum hæc ſupereſt difficultas, quod uterque animoſe contendit, uni tantum collectioni fuiſſe ſubſcriptum, Rhemenſis, ſuæ prolixæ; Laudunenſis, alteri *ſuccinctius collectæ*: & uterque ſe illi ſynodo interfuiſſe repetit, ut teſti oculato, & auctori ſubſcriptionis credatur. Alterum ſane falli neceſſe eſt; & æquius videtur, ut pro avunculo ſtemus, adverſus nepotem: non quidem ſtudio partium, ſed veritatis. Dicendum enim collectionem cum ſua ſubſcriptione a nepote jactatam, fuiſſe furtim & inſciis pleriſque concilii patribus factam; quam proinde jure optimo fictam, incogitam, mendacem appellat avunculus, habetque pro infecta. Falſi ſiquidem convincitur, non ſolum ex capi-

*Falſa ſubſcriptio.*

tibus

tibus a Rhemenſi notatis: ſed etiam ex eo quod Hincmarus ipſe, qui nec vidiſſe, nec audiviſſe proteſtatur, ei ſubſcriptus legitur cum epiſcopis aliis, qui idem de ſe confirmant, cum Rhemigio, Harduico, Francone, quibus præſentibus eam primum accepit & vidit, deferente Heddone Laudunenſi præpoſito: qui profecto ſi habuiſſent antè cognitam, Hincmaro ſtuporem, & dubium omne abſterſiſſent. Deinde, quod magni apud me ponderis eſt, ea ſcripti ſubſcriptionisque vanitas & impoſtura, publico modo audientibus octo provinciarum epiſcopis proclamatur in ſynodo, nomine omnium refragante nemine ſibi notam eſſe affirmante: cum tamen præter Hincmarum Rhemenſem, judices hic conſideant, Harduicus, Frotarius, Rhemigius, archiepiſcopi; Franco, Hildegarius, Adventius, Gislebertus, Engenoldus, epiſcopi, qui in ficticia illa ſubſcriptione leguntur. Hi omnes ſi ſcripto illi in Tullenſi concilio vere ſubſcripſiſſent, illa de tali ſcedula dicentem Hincmarum non interpellaſſent, & ſibi oblatam, a ſe ſubſcriptam brevitatis cauſa, juraſſent? Hincmarus ipſe Laudunenſis, cum ſteterit præſens in ſynodo, ejus rei mentionem non potuit inducere, & Harduicum, a quo illam acceperat, conteſtari, ceteros qui ſubſcripſiſſe dicuntur, appellare ſingulatim, ut hoc pro veritate teſtimonium dicerent, & ex illa metropolitani ſui impoſtura, ejus fidem in reliquis æſtimarent? Sit igitur hoc certum pro Rhemenſi Hincmaro, ſcedulam ejuſcemodi paucorum dolo fuiſſe confictam, ſynodi Tullenſis nomine & ſpecie in concilio nunquam viſam, longe minus probatam: non ſubſcripſiſſe plurimos epiſcoporum, ſed eorum nomina furtim mala manu in eam ſubſcriptionem immiſſa: epiſtolam vero ſynodalem ab Hincmaro *archiepiſcopali adminiſtratione dictatam*, ut loquitur Laudunenſis, vere publice a ſynodo probatam & ſubſcriptam fuiſſe. Quod igitur illi figmento, inductus a quibuſdam Ebbone ſcilicet Gratianopolitano & ſimilibus, Hincmarus nepos ſubſcripſit, contempta ſynodali epiſtola, jam tum oſtendit, quo animo ferretur in avunculum.

## IN CAPUT XX.

*Laudunenſ. renuit excommunicationi ſubſcribere.*

23 ET *quia frater Hincmarus.*) De Carlomanni perduellione, ejus complicum excommunicatione, obſtinata pervicacia Laudunenſis Hincmari, excommunicationem illam æquiſſimam ſubſcriptione probare refugientis, & reipſa nunquam ſubſcribentis, nihil habeo quod addam ad ea quæ in vita Hincmari præfando retuli. Unum tamen repetere ſuperfluum non eſt, illa obſtinatione cum regis & metropolitani indignationem commeritum fuiſſe Laudunenſem, tum juſtiſſimam de rebellionis ſocietate cum illo inita ſuſpicionem dediſſe: ut mirum non ſit eodem utrumque ſupplicio poſtea fuiſſe punitum.

## IN CAPUT XXII.

24 QUando *fideles ſenioris noſtri.*) Objicit avunculo nepos factum contra canones, ut Carolomanno ejuſque ſatellitibus in parochia Laudunenſi benedictionem, ſive a criminibus quæ prædationem comitantur, abſolutionem impertiret, cum ſua ipſa ſe parochia Rhemenſi continere debuerit. Reſpondet avunculus; feciſſe ſe, neque ſolum, ſed cum epiſcopis qui tum aderant: dediſſe rogantibus, & pœnitentiam oſtentantibus; & hoc jure factum a ſe, qui ſit metropolitanus, & quocumque libuerit provinciæ ſuæ loco, concilia congregare, & canones ad diſciplinam ſpectantes ferre poſſit. Quanto magis in Laudunenſi parochia, ſedi Rhemenſi per conditorem Rhemigium peculiariter ſuppoſita?

*Carlomanni graſſatio.* Annal. Bertin. ad ann. 871.

Reconciliationem porro iſtam in hiſtoria non videmus, niſi volumus obſcure in ea Bertinianorum annalium narratione contineri: *Quod audiens Carlomannus, cum ſuis complicibus ad Moſomam perrexit, & ipſum caſtellum cum villis circumjacentibus devaſtavit. Unde quatuor miſſos ſuos fide ad patrem ſuum direxit, mandans, quod ſine honoribus ad illum credens fidei ſuæ veniret, & Deo, & illi de quibus convenerat ſatisfacere vellet. Tantum ut de his qui cum eo erant, miſericorditer tractaret, qualiter ſalvi eſſe valerent.* Hic umbra pœnitentiæ apparet, ſaltem ficta, quamquam Hincmari & epiſcoporum reconciliantium nulla fiat mentio. Sequitur: *Carolus autem rex ad eumdem filium ſuum Carlomannum cum duobus illius miſſis (nam alios duos ſecum retinuit) Gauzlinum abbatem, & Balduinum comitem, ipſius Carlomanni ſororium miſit: mandans illi convenientiam, qua ad eum ſecure poſſet venire, ſi vellet. Ipſe autem Carlomannus dolo ſe ſimulans ad patrem ſuum venturum, alios miſſos impoſſibilia quærentes ad eum direxit, & ipſe in partes Tullenſes direxit.* Verum ab hac opinione, ut de iſta gradatione perditorum hominum benedictionem illam accipiam, non levia me abducunt, 1. Quod hiſtoricus illos negat *a male cœpto vel aliquantulum deſtitiſſe*, ac datos obſides, & ceſſatum a deprædatione profitetur Hincmarus. 2. Illa injuria commotum regem ſcribit annaliſta confugiſſe ad epiſcopos, & excommunicari ſatellites filii impetraſſe. Atqui reconciliatio Hincmariana illa excommunicatione poſterior nulla apparet. 3. Neque mihi placet quod excommunicationem annaliſta refert ad annum hujus concilii 871. cum & cenſuram & hanc abſolutionem ab hoc tempore remotiorem eſſe reſponſio Hincmari ſignificet. Videant igitur indagatores temporum, an hæc conlocutio Karlomanni & benedictio ad primam illius rebellionem pertinere poſſit: poſtquam iterum nova molitus apud Attiniacum damnatus ſit ad carcerem. Qua de re ipſo ejus concilii anno ſic agit Bertinianus, *Carlomannus etiam Caroli regis filius, & plurimorum monaſteriorum pater, reputatus, quoniam inſidias infideliter erga patrem ſuum moliebatur, abbatiis privatur, in Sylvanectenſi civitate eſt cuſtodia mancipatus.* Quod factum non eſſe prima rebellione poteſt inde conjici, quod inferius dicitur *poſt præſtita per duas vices ſacramenta pejeraſſe.* Notemus interim, Laudunenſem Hincmarum, qui excommunicationi per avunculum dictatæ, & ab omnibus, etiam remotis, epiſcopis probatæ, contumaciter ad extremum ſubſcribere abnuit, privatam ſuam in eoſdem perduelles intentaſſe, &, ut videtur, paratam habuiſſe. Admittimur in verium ſemper; quamquam & dolo id egiſſe non temere dicatur, ut & regi excommunicationem poſcenti ſatisfaceret, & Carlomanno eam refugienti gratificaretur.

Annal. iidem ad an. 870.

Quod ſi temporis ratio annalibus Bertinianis hac in narratione non conſtat: quid dicemus de ultimo ejus ad rebellandum conatu, & eum ſequuta excæcatione, quum *ſecundum ſacrarum legum decreta pro admiſſis ſuis judicio mortis addictus eſſet?* Hoc judicium refert hic hiſtoricus ad annum 873. Annales autem Metenſes, ad ſynodi apud Attiniacum tempora, anno 870. minus probabiliter. *Per idem tempus*, inquiunt, *Carolus Carlomannum filium ſuum oculis privavit.* Et relata per compendium frequenti ejus rebellione, & ſupplicio, addunt: *Orbatus itaque Ludovicum patruum ſuum adiit, calamitatum ſuarum ærumnas apud eum lugubriter deplorans. Ille miſeratione motus, * Abſternacum monaſteriorum S. Vuillibrordi ei ſubſidium vitæ præſentis conceſſit; ubi non multo poſt tempore mortuus eſt, & ſepultus.* Hunc ipſum Carlomanni ſeceſſum ad Ludovicum Germaniæ regem aliter narrat, & cogitatum tum etiam defectionis plenum deſcribit Bertinianus annaliſta: *Sublatum per quoſdam homines ſuos, conſentientibus duobus pſeudomonachis de Corbeje monaſterio* (in quo degebat Ratramnus) *L.* deductum ad patruum, ab illo ... Luitberto archiepiſcopo paſcendum in monaſterio S. Albani apud Moguntiam commiſſum eſſe: eoque facto monſtraſſe Germanum, quantopere nepotis ſui rebellionem, & fœdas depopulationes regionum execraretur. Et hæc de Carlomanno non omnino πάρεργα.

*De excæcatione Carlomanni.*

Annal. iidem ad an. 873.

Annal. Met. ad an. 870.

* *Epternacum*

25 *Ut ſecundum formam myſtici Nicæni concilii.*) Etſi jam antea libellus iſte in concilio recitatus *myſticam Nicænam ſynodum* immo & in l. 55. cap. *ſacram & myſticam Nicænam ſynodum* appellaverit; exiſtimo tamen epiſtolam de qua verba illa decerpuntur, videlicet formulam excommunicationis ſociorum Carlomanni, hoc eſſe ſcriptum, ex quo ſumpta eſt occaſio exponendi, quam ob cauſam myſticum Nicænum concilium vocetur. Cujus tractatus hæc eſt theſis. *Quæſitum eſt, ut a quibuſdam mihi dictum eſt, cur in quodam meæ humilitatis ſcripto, poſuerim myſticam Nicænam ſynodum.* Cum enim ſcriptum illud tota Gallia, etiam ad Lugdunenſes provincias circumlatum fuerit, credibile eſt illud verbi myſterium, novitate ſui, aliis riſum excuſſiſſe; modeſtiores autem ignorantiam ſimpliciter profeſſos, id fuſius explicari rogaſſe: quod peculiari fecit opuſculo. Atque ut hoc in vocabulo abſtruſiorem doctrinam, abſque ulla, ut arbitror, neceſſitate affectavit, ita brevius reſpondere potuit, ſic loquutum eſſe Leonem pontificem, ex quo non dubito quin hauſerit: *Hoc etiam apud Nicænam myſticus ille patrum numerus definivit.* Ut antiquiores omittam qui tale myſterium in trecentis decem & octo patribus prædicaverunt.

*Nicænum concilium myſticum*

Hinc. Rhem. l. 55. cap. c. 4.

Idem opuſc. 58. p. 816.

Leo epiſt. 78.

26 *Seu epiſcopi Africæ provinciæ.*) Celebre & multis nominibus venerandum Africæ concilium 217. epiſcoporum, in quibus Auguſtinus, Valentinus, Aurelius, Poſſidius, Alypius, & ſedis apoſtolicæ legati, Rhemenſis Hincmarus vehementer probat laudatque; Laudunenſis juvenili levitate contemnit & improbat: uterque ad inſtitutum ſuum accomodate. Sed jure potiori ſenior, magnos, & antiquos patres eorumque decreta veneratur. Quando autem juvenis ſciolus de illis ſcribit: *Nec illud Africanum concilium contra innumerabilia apoſtolicorum decreta vel ſ... cum valebit:* & poſtea contemptim: *Si iſti non potuerunt quia forte noluerunt*, nimirum canonem Nicænum de modo appellationum invenire. Hæc, inquam, cum de talibus ac tantis epiſcopis ſcribit Laudunenſis refractarius, non illos ſchiſmaticos facit, ſed ſe contemptibilem & ridiculum. Intereſt tamen utriuſque, quod dixi, ut ſuam ſinguli de concilio Africano ſententiam tueantur, ob illius cum hoc noſtro ſimilitudinem. Nam in illo presbyter Siccenſis Apiarius multorum flagitiorum reus & excommunicatus, appellat Romam: appellat & Hincmarus, eludendi judicii gratia. Appellationem Apiarii ſuſcipit Cæleſtinus papa, & reum abſolvit, judicibus ſuis inſultantem: ſuſcipit & Hadrianus Hincmarum, eumque ad ſe evocat, & advenire vetitum indignatur, & interim appellationis interjectæ prætextu ſacra omnia & profana violantem, regi, metropolitano, epiſcopis, conciliis, clericis, laicis, ſuis, alienis importunum. Hac re permoti patres Afri-

*Concilium Africanum huic ſimile.*

*Contemnitur a Laud.* Hinc. Laudun. ep. 618. epiſt. De his.

*Apiarius excommunicatus.*

Africani, negant ſic eſſe appellandum, ſic inconſultis ordinariis judicibus recipiendum legitime excommunicatum; hanc appellandi formam concilio Nicæno non contineri; poſtulant verum canonem ſibi oſtendi, quem in exemplaribus ſuis non legunt; rogant Cœleſtinum, & *impendio deprecantur ut deinceps*, inquiunt, *ad veſtras aures hinc venientes, non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra velitis excipere: quia hoc etiam Nicæno concilio definitum facile advertet venerabilitas tua*: Duziacenſes noſtri appellatione illuſoria negant impediri aut retardari judicium, aut metropolitano primæ cognitionis jus eripi: eamque in rem ſibi ſuffragantes Nicænos, & Africanos iſtos canones, & plurimum pontificum Romanorum decreta producunt. Nemo unquam veterum Africano illi concilio ſchiſmatis notam inuſſit, quia Romani pontificis auctoritate ſervata, modum appellandi, & appellationem terminandi canonibus ſibi notis non congruentem mirabantur. Neque vel iſtud concilium, vel concilii præſes Hincmarus metropolitanus, eam infamiam poteſt incurrere. cum ſalvo per omnia apoſtolicæ ſedis privilegio, de tempore ſolo appellationis diſceptetur, & quidem animo ſincero, ut effreni turbandi licentiæ frenum potentius injiciatur. Non igitur patres illi ſchiſmatici, ſed Apiarius, & Hincmarus perperam appellantes, contumaces ſunt & rebelles. Unum deeſt ad hanc ſimilitudinem: quod Apiarius pœnitentia ductus, ſcelera palam confeſſus, a prioribus judicibus veniam petiit & exoravit, totamque illam controverſiam feliciter terminavit. Hincmarus autem obſtinata contumacia, & deponi, & excæcari, & nunquam in integrum reſtitui meruit.

Epiſt. Conc. Afric. ad Cœleſt.

*Nullum hic ſchiſma cogitandum.*

*Apiarius pœnitens.*

### *IN CAPUT XXIV.*

27 ET *quia dixit: Suadente.*) Magnum eſt in hoc capite momentum, & ad cauſam. Dum enim impudentem nepotis calumniam diſſipat avunculus, & ſcripta ſua nobis effert, quæ Sirmondi editoris diligentiam fugerant, & fidem omnem juveni tot mendaciorum convicto eripit. Primum eſt, quod ejus conſilio & impulſu, cuſtodiæ mancipatus ſit ad Silvacum. Id vero & conſtantiſſime negat Rhemenſis, & ſolemni regis teſtimonio falſum reperitur in concilio, & re adhuc recenti, atque adeo in ipſa doloris acerbitate, avunculum ejus facti non audet inſimulare Lugdunenſis: ut patet ex ejus epiſtola expoſtulatoria. Secundum eſt, quod epiſtolas & ad regem, & ad Hodonem epiſcopum Belvacenſem ab avunculo ſcriptas corrumpat, & invidioſiſſime interpretetur. Quæ fraus, & impoſtura, prolatis ipſis litteris evidentiſſime revincitur. Tertium eſt, quod obſtinate declamet, regem adverſum ſe ad iracundiam concitari: cum ex adverſo ex litteris ad Hodonem ſcriptis appareat, regis animum jure commotum, ab ipſo mitigari, proque ipſo Laudunenſi, licet immerito, ſcribi. Quartum eſt, quod fingat meruiſſe ſe avunculi indignationem, quod Rothadum appellantem ad ſedem apoſt. condemnari non probaverit. Hanc vero mendacem eſſe adulationem, patet ex eo, quod ipſe Laudunenſis, in ſynodo Sylvanectenſi, Rothadi depoſitioni interfuit, eamque cum ceteris ſua ſubſcriptione firmavit. Nam cum nondum eo deveniſſet audaciæ, ut hanc diſcordiæ rationem confingeret, ſic eum alloquebatur avunculus: *Tu, ſi hæc dicis, non me tantum, ſed & plurimos plurimarum provinciarum epiſcopos, immo & teipſum, quod non denegas, quia & denegare non potes, comparticipem in omnibus judicio noſtro, mendaciter impetis; non vidensque te laqueo ſtrangulas.* Et mox: *Si contra regulas, inimico animo, vel aliqua cupiditate aut gratia depravatum, nobiſcum te judicaſſe confiteris.* Judicavit igitur Laudunenſis: ſeque judicaſſe, perdiu non negavit: neque vero rem & veram, & omnibus cognitam diſſimulare potuit: qua igitur fronte, modo id a ſe factum negat, & hanc abruptæ amicitiæ cauſam obtendit? Quintum ſequitur proximo capite, quod hoc loco ſtudioſiſſime confutat, eſtque duplex: renunciari juſſiſſe Laudunenſibus, illos epiſcopi ſui excommunicatione non teneri; & ab ipſo ſedis apoſtolicæ excommunicationem pro nihilo haberi. Nemo enim majori obſervantia Romanos pontifices veneratus eſt: & Gregorii ſententiam ignorare non potuit: *Virum juſte an injuſte obliget paſtor, paſtoris tamen ſententia gregi timenda eſt: ne is qui ſubeſt, & cum injuſte forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex alia culpa mereatur.* Habebimus & inferius c. 27. evidentem de litteris apoſtolicis calumniam.

*Hincmari Laudunenſis plures in Rhemenſem calumniæ.*

Hincm. Laudun. p. 591.

Hinc. Rhem. l. 55. c. 5. p. 400.

Laudunenſ. c. 017. Greg. hom. 26 in evang.

### *IN CAPUT XXV.*

28 ET *Antiochena ſynodus, perfectum illud eſſe concilium.*) Video id ſæpiuſcule ab Hincmaro proferri quod conceptis verbis in Antiochena ſynodo non video. Multa quidem de metropolitanorum dignitate, juribuſque, ſapientiſſime variis canonibus decernit: ſed nuſquam ait, perfectum illud eſſe concilium, cui metropolitanus interfuerit. Niſi dicamus ſenſum canonis 20. expreſſiſſe, ſi non verba. Ubi legimus: *Nullus vero liceat apud ſe celebrare concilia, præter eos, quibus metropolitana videntur eſſe jura commiſſa.* Μὴ ἐξεῖναι δέ τινας καθ᾽ ἑαυτοὺς (συνόδους) ἄνευ τῶν πεπιστευμένων τὰς μητροπόλεις. Quid etiam prohibet locum hunc iis accenſere, qui exemplarium varietate mutantur?

Concil. Antioch. can. 20.

### *IN CAPUT XXVI.*

29 QUando *apoſtolicæ ſedis excommunicationem.*) Etſi multa graviaque negotia Rhemenſem Hincmarum cum Nicolao I. papa commiſerunt, atque hic illum, agentibus æmulorum criminationibus, aſperrime non ſemel habuerit: de obſervantia tamen erga ſedem apoſtolicam nihil unquam remiſit, neque pontificis cenſuras neglexiſſe ullo modo probari poteſt. Ut ad eumdem pontificem cum omni fiducia non veritus ſit ſcribere: *Perhibente mihi teſtimonium conſcientia mea, licet in aliis ſim peccator: tamen in his de quibus me apud auctoritatem veſtram audio denotari, non talis ſum in oculis divinis, qualis depingor in auribus humanis. De tumore namque erga ſedem apoſtolicam omnium eccleſiarum matrem ac magiſtram, jam apud ſanctæ recordationis Sergium atque Leonem fueram denotatus: ſed debitis obſequiis, cooperante Domino, quocumque ſe locus mihi præbuit, demonſtravi quod fidelis & devotus, humilis quoque atque ſubjectus ſemper, in omnibus, & ubique, erga ſedem apoſtolicam & ejus rectores extiterim: & modo cum tumore, quem quantum potui ab ineunte ætate vitavi, doloſitate, atque crudelitate, apud ſanctam & prudentiſſimam ſimplicitatem veſtram videor denotari.* Et quæ tota illa epiſtola ad hujus modeſtiæ confirmationem ſparſa ſunt. Et alibi: *De dilecto ſcilicet fratre noſtro Vulfado, & ejus collegis, de quibus mihi ſumma dignitatis veſtræ auctoritas, quæ ſibi placuit, ſcripſit, nihil aliud ſanctitati veſtræ ſcribere præſumo, niſi quod increpationes veſtras non negligenter, ſed diligenter ſuſcipio, & præceptiones obedienter obaudio.* Quod & Nicolaus ipſe fateri coactus, ad eum in hac ipſa Vulfadi cauſa ſcribit. *Tam ex ipſis epiſtolis, quam ex verbis ejuſdem venerabilis viri,* (Egilonis archiepiſcopi) *devotionem, & ſupplicem patientiam tuam, quam erga ſedem apoſtolicam habes, etiam nunc agnovimus.* Pontificiarum autem cenſurarum contemptionem in Rhemenſi quo ex veſtigio ſubodorari potuerit, equidem non video, qui etiam in cauſa Judith, Caroli regis filiæ, ſane impeditiſſima, labore juſſus, cum aliqua niſi pareret cenſuræ interminatione, non riſit illud fulmen, quod contemptorem decuſſiſſet, ſed ſtatim cum epiſcopis ſuis patrem & matrem illi placare contendit.

*Hincm. Rhem. ſedem apoſtolicam ſemper coluit.*

Hincm. ep. 26. ad Nic.

Idem epiſt. 27.

Nic. ep. 9. ad Hincm.

Hincm. ep. 27. ad Nic.

### *IN CAPUT XXVIII.*

30 ITa *forte parvulis, quibus baptiſmum denegari juſſit.*) De ſupplendo parvulorum baptiſmo nihil affirmate ponit Hincmarus, ſed ad parentum ſolatium ſub dubio humaniorem ſenſum objicit; a quo tamen in tali conſeſſu patrum, ut ingenue dicam, abſtinere conſultius fuerat. Nam illa nuda propoſitione, & qualicumque latronis exemplo, quo credibilem facere nititur, opus Auguſtini ad Vincentium Victorem, ignotum ſibi fuiſſe teſtatur. In quo legere debuit, *Noli credere, noli dicere infantes, antequam baptizentur, morte præventos, pervenire poſſe ad originalium indulgentiam peccatorum.* Quam videtur intelligere nomine *regenerationis & ſpiritus ſe baptizandis infundentis.* Addit Auguſtinus: *Exempla enim quæ te fallunt, vel de latrone, qui Chriſtum confeſſus eſt in cruce, vel de fratre ſanctæ Perpetuæ Dinocrate, nihil tibi ad hujus erroris ſententiam ſuffragantur.* Latronem tamen ex Auguſtino producit Hincmarus: *Latro quippe ille, quamvis potuerit judicio divino inter eos deputari, qui martyrii confeſſione purgantur, tamen etiam utrum non fuerit baptizatus ignorat.* Hoc tamen diſcimus ex dubio Hincmari opinionem illam hac ætate non fuiſſe ab eccleſia penitus proſcriptam, modo peccatum originis non negaretur. Et noſtra modo D. Thomæ aſſectatrix, præciſe negat quemquam poſſe ſalvari abſque baptiſmo, vel re ipſa, vel per votum ſuſcepto, quod de Valentiniano D. Ambroſii creditur. Voti autem capaces non ſunt parvuli. Sequitur ergo, ut realis baptiſmus, abſoluta neceſſitate, quam medii vocant, illis conferendus ſit, ſi ſalvos eſſe volumus: neque unquam tolerari potuit in Cajetano, quam modo legimus in Hincmaro, ſententia. Stare igitur nos oportet vetere ſancti Auguſtini definitione: *Nulla igitur ex noſtro arbitrio, præter baptiſmum Chriſti, ſalus æterna promittatur infantibus, quam non promittit ſcriptura divina, humanis omnibus ingeniis præferenda.* Quod tamen addit eo loco, parem eſſe participationis euchariſtiæ neceſſitatem in parvulis, non æque admittit eccleſia.

*De ſupplendo parvulorum baptiſmate.*

Auguſt. l. 3. de anim. & ejus orig. c. 9.

*Vincentii Victoris primus error de baptiſmo parvulorum.*

D. Th. 3. p. q. 68. ar. 2.

Cajet. in D. Th. loc. cit. Auguſt. l. de pecc. merit. & remiſſ. c. 23.

Neque prætereunda eſt Hincmari hac in poſitione moderatio, qui præter dubium, quo illam enuntiat, ait tantum, fidem parentum vel patrinorum *prodeſſe poſſe*, qua vero tenus proſit, non explicat: ac non invitus ſic intelligi ſe pro parvulis ſinit, ut mox pro morientibus, quibus ait gratiam Dei *ad ſalutem prodeſſe*. Minorem autem ſalutem hic arbitror accipi, quam illis temporibus plurimi a regno cælorum diſtinguebant, ut in hiſtoriæ Gotteſcalci libro quinto notabamus, vitam diuturnitate æter-

Ibid. c. 24. *Quid nomine ſalutis Hincmarus intelligat.*

æternam, tranquillitate doloris omnis expertem, deliciis quibuſdam diffluentem, ſupremæ beatitudini citimam, ſed ab ea diverſam. Huc transferri credebant etiam adultos flammæ purgatoriæ decoctos, ſed inferioris meriti, quam ut ante judicium extremum ad Dei intuitum admittendi viderentur. Quod Hincmarus licet de infantibus abſque baptiſmate, & morientibus abſque viatico munere non exprimat hoc loco, non dubito tamen quin *ſalutis* nomine intelligat. Eccleſia vero mundi inviſibilis ſtatus conditioneſque certius nunc explorans, etſi non jubeat ex Auguſtini ſenſu corpoream in igne inferni vexationem infantium credere, neque limbum puerorum cum indolentia averſetur: mediam tamen ſtationem inter regnum cælorum, & purgatorium omnino repudiat: nec in hac ipſa infantium cauſa patitur audiri citatus Auguſtinus. *In cujus regnum non intrabit, niſi qui renatus fuerit ex aqua & ſpiritu: nec præter regnum ejus ſalutem ac vitam poſſidebit æternam*: Et mox. *Eccleſia Chriſti tenens, præter baptiſmum & participationem dominicæ menſæ, non ſolum non ad regnum Dei, ſed nec ad ſalutem & vitam æternam, poſſe quemquam hominum pervenire.* Quem errorem in Vincentio Victore longe vehementius coarguit, quod is crederet, illos interim paradiſum incolentes, poſt extremi judicii diem in regnum cælorum intraturos: quod omnes qui tum fuerunt in Hincmari ſententia de manſionum diſtinctione affirmare oportuit: *Noli credere, nec dicere, nec docere, aliquos eorum qui ſine baptiſmo Chriſti ex hac vita emigraverint, interim non ire in regnum cælorum, ſed in paradiſum, poſtea vero in reſurrectione mortuorum etiam ad regni cælorum beatitudinem pervenire, ſi vis eſſe catholicus. Hoc enim eis dare nec Pelagiana hæreſis auſa eſt.* Et paulo poſt. *Ut excepto errore, quo audes a regno Dei paradiſum ſeparare; quibuſdam quos reos naſci, ſicut catholicus, credis, ſine baptiſmate mortuis, & illius reatus abſolutionem, & regnum cælorum non dubites inſuper polliceri: quaſi contra Pelagium in originali peccato adſtruendo, tunc eſſe poſſis catholicus verus, ſi contra Dominum fueris in adſtruenda ejus de baptiſmo ſententia hæreticus novus.*

*D. Th. ſupplem. q. 69. a. 6. 7.*

*Auguſt. l. de pecc. merit. & remiſſ. cit.*

*Vincentii Victoris ſecundus error. Idem l. de anim. & ejus orig. c. 13.*

### *IN CAPUT XXX.*

31 SCRIPSI *nempe illi inter cetera.*) Non caret temeritate & audacia, nepotis ad avunculum, juvenis epiſcopi ad ſeniorem archiepiſcopum legatio, ut ſi redire ſecum vellet in gratiam, collectionem qua cenſuram in clericos Laudunenſes latam confutaverat, publice damnaret, igne abſumeret, ſeque contra jus & fas feciſſe profiteretur. Quid enim gravius ab hæreticorum perniciosiſſimo flagitaret eccleſia? Sed ex adverſo cum reſpondet avunculus, immane ſibi ſcelus ab eo ſuaderi; Chriſtianum nomen hoc facto ejurari; in ſchiſma & anathema ſic incurri; ab epiſcopatu, immo ab eccleſia projiciendum, ſi tale ſacrilegium auderet: cum rem eam comparat cum Africanis illis ſub imperatorum tyrannide ſacrorum librorum traditoribus: Deo gratias agit, quod ei tentationi non aſſenſerit: Nepotem ad pœnitentiam de perdito illo conſilio excitat: hæc, inquam, omnia cum vehementer perorat, nonne in nimiam exaggerationem, cum infinita opuſculi ſui gloria videtur efferri? Verum hoc tenere nos oportet, agi de mera collectione, quæ Hincmarianum nihil admixtum haberet: eam collectionem ex ſcripturæ utriuſque inſtrumenti, canonum, & ſummorum pontificum locis & auctoritatibus fuiſſe conflatam: poſtulatum ſaltem indirecte, ut divinis illis auctoritatibus falſitatem & mendacium contineri proteſtaretur, illaſque eo nomine igni traderet in æternum abolendas. Quod ſane ſine ſacrilegio, & Chriſtianæ religionis abdicatione committi non potuit; neque iſtud ad gloriam collectoris, ſed ad debitam divinis codicibus venerationem pertinet. Atque utinam & omnis illa collectio, & hæc ad Laudunenſem epiſtola, cujus argumentum delibat, ad nos cum ceteris opuſculis perveniſſent, ut in hujus litis cognitione certius pro alterutra parte verſaremur!

*Temeraria poſtulatio junioris Hincmari.*

### *IN CAPUT XXXII.*

32 QUOCUMQUE *ab eis conſcripta aut roborata fuerint ingenio.*) Cadentis Latinitatis vox eſt *ingenium* pro arte, machinatione, fraude etiam, & ut communiter loquimur, inventione ſumptum: ut in capitularibus, & pœnitentialibus libellis videre eſt. Quæ proinde credi non debet uſus eſſe Alexander papa, qui altero poſt Chriſtum natum ſæculo vixit. Sunt & validiores aliæ rationes, quæ vetuſtiſſimas illas decretales primorum pontificum epiſtolas ponunt in dubio: quia tamen ab iſtis auctoribus abſque ſcrupulo & ambiguitate recipiuntur, non immerito citantur ab Hincmaro juniore, neque ſatisfacit ſenior, adulterinas appellando; ſed ea jura quæ ex illis eruuntur, antiquitate deficta, & Nicæno concilio priora eſſe repetendo: quod ante vidimus: aut pernegando pontificis dicta ullo modo ad propoſitum attinere, quod præſtat hoc loco. Quis autem non magnopere miretur, neutri contendentium, nemini judicum vel audientium veniſſe in mentem, hæc ipſa quæ prolixe referuntur ex Alexandro, in eccleſiam tum adhuc laſcentem, & Gentilium tyrannide pene ſuffocatam quadrare non poſſe? Nimirum tam incredibili veneratione ſedem apoſtolicam coluerunt majores noſtri, ut quicquid quo tandem cumque modo Romani pontificis nomen præferret, prono mentis impetu indiſcuſſum complecterentur.

*Ingenium.*

*Decretales primorum pontificum epiſtolæ.*

### *IN CAPUT XXXIII.*

33 QUOD *dicit poſtea illum a me.*) Tota hæc quanta eſt refutatio Laudunenſis apologiæ, tum ejus impudentiam, in coacervandis tot ſimul mendaciis demonſtrat; tum Rhemenſis innocentiam, in illo falſi confidenter arguendo, plurimis eorum ſedentibus, qui rea, cum gererentur, oculis ipſi ſuis viderant. Debet autem prudenti cuilibet, quæ prima occurrit, placere narratio de profeſſione & ſubſcriptione Laudunenſis; in qua non eſt ea, quam laudat in Cicerone Quintilianus, *callidiſſima ſimplicitatis imitatio, qua non ſolum rebus ipſis vir eloquentiſſimus, ſed verbis etiam vulgaribus, & quotidianis, & arte occulta conſecutus eſt* quod voluit: ſed ipſa ſimplicitas, ab omni fuco remota, uſque ad ſermonis familiaris utilitatem, res ab Hodone, Protario, Harduico judicibus ſpectatas & geſtas referens: cui collata junioris Hincmari calumnia, ne pilum quidem veriſimilitudinis habere videtur.

*Nepotis in avunculum calumnia.*

*Quintil. inſtitut. orat. l. 4. c. 2.*

### *IN CONCLUSIONEM.*

34 DICTA *B. Cæleſtini ad Cyrillum epiſcopum, de Neſtorio.*) Habemus in epiſtolis Romanorum pontificum, & in communibus conciliorum editionibus unicam Cæleſtini ad Cyrillum epiſtolam de Neſtorio: ejuſdem autem Cæleſtini ad Conſtantinopolitanos, & ad ſynodum Epheſinam ſingulas de eodem Neſtorio. Item ad Neſtorium ipſum unam. In quibus omnibus quatuor, locus hic inſignis ab Hincmaro citatus non reperitur. At Baronius Epheſini concilii tractans hiſtoriam, poſteriorem adfert Cæleſtini ad Cyrillum epiſtolam *nunquam hactenus editam*, inquit, quæ teſtimonium iſtud fuſe nobis exhibet. Ut hoc illuſtri exemplo confirmetur, quod jam ante monſtravimus, aliis, & fortaſſe perfectioribus exemplaribus, quam quæ modo verſamus, uſum eſſe Rhemenſem.

*Epiſt. pont. tom. 1.*

*Baron. ad an. Chr. 431.*

Licet autem epiſtola Cyrilli perierit, cui tum reſpondit Cæleſtinus: facile tamen intellectu eſt, quid a Romano ſcire cuperet Alexandrinus. Nimirum, cum Neſtorio decem tantum dies ad reſipiſcendum & abdicandum errorem eſſent a Romano conceſſi, quibus expletis a catholica communione ſepararetur: dubitavit Cyrillus, an eſſet immobilis ille terminus, & irrevocabilis ſententia? an ſi poſt tranſactos illos dies pœnitentiam & fidem catholicam profiteretur in ſynodo hæreſiarcha, veniam impetrare deberet? Quam quæſtionem opportune ad nepotis geſta traducens avunculus, dubitare ſe oſtendit, utrum ſi jam tandem omnium perperam factorum pœnitere velet Hincmarus, a ſynodo poſſit abſolvi; an veterum ſtatuta canonum, quæ illius moribus excommunicationem irrogarunt, ſacroſancta eſſe debeant, & inviolabiliter ſervari.

## *IN PARTEM CONCILII TERTIAM,*
### *quæ reſponſionem epiſcoporum ad petitionem regis complectitur.*

DE petitione proclamationis regiæ jam ante diximus, quæ ad rem noſtram neceſſaria videbantur. Neque eſt quod in epiſcoporum reſponſione diutius immoremur, cum ea novi nihil ad hiſtoriam adferat; aut ullo modo confirmet, vere geſta eſſe ab Hincmaro quæ rex objicit, quod eſſet ſtatui cauſæ conjecturali proprium: ſed tantum, rerum veritate ſuppoſita, male geſta eſſe, ſacris profaniſque legibus declarat: qui ſtatus qualitatis vocatur. In quo miraberis lector, nihil leve, nihil indifferens, nihil non graviſſimum judicari, ut omnibus illis nominibus, ſi vel unius reum eſſe conſtiterit, damnari mereatur. Ceterum cum in eo ſcripto ſatis religioſe videantur antiſtites ad fontes, unde auctoritates hauriunt, digitum intendere: ſi quando cum vulgatis codicibus eorum citatio minus conveniet, eorum fidei committenda potius viſa eſt, quam tempus in labore inutili collocandum.

### *IN CAPUT IV.*

35 ET *hinc ad Petrum.*) Tituli quibus hic loquitur Gregorius, ſunt locorum, domorum, prædiorum inſcriptiones, dominum ſuum declarantes: ut breviter docet Petrus Chryſolog. *Dominum prædiorum limitibus affixi tituli proloquuntur*: & Aug. in Pſ. *Ubi potens aliquis invenerit titulos ſuos, nonne jure rem ſibi vindicat? & dicit non poneret titulos meos niſi res mea eſſet.* Imperatores vela, ſive cortinas purpureas ſuſpendebant; modo aſſignatur inſignia familiæ. Hinc tituli proſcriptionis regis juſſu eccleſiæ Laudunenſis poſſeſſionibus affici, cum primum Hinc-

*Pet. Chryſol. ſer. 154.*

*Auguſt. in pſ. 21.*

*Hincmar. epiſt. 29.*

maro epiſcopo rex ſuccenſuit, narrante Rhemenſi: *ut quod antea inauditum eſt, titulum proſcriptionis ſuſtineat, contra decreta omnium ſanctorum epiſcoporum, qui ſede apoſtolica præſederunt*. Immo vero antea auditum eſt, cum perſequens Ambroſium Juſtina *de palatio decanos miſit qui vela ſuſpenderent*. Hinc tituli cardinales in concilio Meldenſi, cui Hincmarus Rhemenſis interfuit, *ut titulos cardinales in urbibus vel ſuburbiis conſtitutos epiſcopi canonice, & honeſte, ſine retractatione ordinent & diſponant*. Eccleſias ſcilicet cardinum ſive regionum urbis, aut ſuburbii.

Ambroſ. ep. 33. Conc. Meld. can. 54.

## IN QUARTAM PARTEM CONCILII,

### SIVE

### *Acta ſynodi cum Hincmaro.*

### IN CAPUT I.

36 QUoniam *iſdem Hincmarus.*) In hac quarta concilii parte res geritur, cujus præcedentia faciunt apparatum: eaque ſic geſta narratur, ut omnino ſynodo toti, non uni reo crimina ſua tegenti, & de injuria querenti, nemo ſapiens credendum non arbitretur. Quare actorum iſtorum veritati, opponenda ſæpe a nobis erit aut adhuc vigentis vaniſſima gloriatio; vel jam damnati artificioſa proclamatio, quæ una hactenus apud æmulos Rhemenſis Hincmari fidem meruit: quia quod cupiunt ita narrat, ut hactenus falſi revinci non potuerit.

Itaque ut a vocatione ad ſynodum ducamus exordium, gloriatur apud avunculum nepos, *ſe neque ſynodale unquam aut uſquam diffugiſſe judicium*. Id quam vere profiteatur, apparet. Nam in tribus ſynodis accuſatus, vix tandem tertia judicium perfici paſſus eſt. Ad illam tertiam (quæ hæc noſtra Duziacenſis eſt) tertio vocatus a metropolitano, ad extremum ægre Duziacum advenit. Ibi poſitus, a legatis ſynodi tertio citatus, intravit in ſynodum, & regis actionem in ſcriptis accepit, dato tempore ad reſpondendum. Poſtea cum pueriliter procraſtinaret, & inducias identidem prorogari poſtularet, iterum ac tertio revocatus per legatos, juſſus eſt ad ſynodum regredi, ubi torquente conſcientia, & animi levitate, modo reſpondere noluit, modo reſpondit: eadem ſibi objecta modo negavit, modo confeſſus eſt. Hoc nimirum eſt *nullum unquam ſynodale judicium diffugere*.

Hincm. Laudunenſ. ep. Relegi. p. 541.

37 *Et quia quemdam presbyterum.*) Haimeradi presbyteri meminit Laudunenſis ſcribens ad avunculum. *Itaque de cauſa Haimeradi compresbyteri noſtri, eo regulariter & canonice audito reſcribam*. Illi contra voluntatem datus erat ſocius Sigebertus quidam clericus, & ut credibile eſt, cum aliqua bonorum eccleſiaſticorum parte attributa. Id cum graviſſime ferret Haimeradus; ad diœceſanum epiſcopi ſui Hincmari, cui apprime carus erat; judicium provocavit, in quo ſane litem obtinere perfacile fuit. Unde libenter epiſcopus audientiam obtulit Sigeberto; ut *ſi juſtam in poſtmodum ſe putaret habere querimoniam, loco & tempore congruo & canonice deferret*. Specioſe dictum, ſi ſincere. Nam ſi paſſus eſt injuriam Haimeradus, quare ad hanc veram & magnam ſynodum vocatus, adeſſe detractat? nonne vadimonio deſerto ipſe ſe damnat, & qui *regulariter & canonice* audiri velle ſimulat, regulas & canones ſibi repugnantes metuit? Fuit autem vetus illa lis, & dudum ante definita; neque prius illam retractari poſtulavit Haimeradus, quam ad epiſcopatum perveniſſet Hincmarus, ut ex hoc loco diſcimus, & ſimul malam fidem tum vetera moventis Haimeradi, tum judicata reſcindentis Hincmari.

Haimeradus presb. Lauduen. Hinc. Lauden. ep. Relegi. p. 543.

### IN CAPUT IV.

38 CUI *frater Hincmarus reſpondit.*) Intereſt veritatis & juſtitiæ, ut totum iſtud caput conferas, lector, cum prima parte proclamationis Hincmari ad Joannem in ſynodo Tricaſſina. *A Rhemorum archiepiſcopo* (neque metropolitanum ſuum vocare audet, neque vult avunculum) *ad ſynodum vocatus ſum ad Duziacum* villam (pluribus & metropolitani, & regis literis) *quam conſtituit hebdomada prima menſis Auguſti, & monuit me de certis cauſis paratum eſſe, ibidem ut reſponderem. Ad quam cum feſtinaſſem* (toties venire juſſus) *violentia hoſtili in medio itinere ſegregatus ſum ab ovibus meis: privatus ſum & ſpoliatus omnibus rebus meis: perductus ſum ab eiſdem hoſtibus uſque ad præfatam villam*. Si qua vis hic eſt, non ab Hincmaro metropolitano, ſed ab ipſo rege profecta eſt, qui tamen ejus rationem reddit in ſynodo. *In qua cum conſiſterem* (in ſynodo, ſex legationibus invitatus & citatus) *jam ſtabat rex Carolus ante ipſum archiepiſcopum meum*, quaſi tum primum eſſet inchoata ſynodus. Atqui regi & Hincmaro vacaverat libros ſuos publice recitare: datæ erant epiſcopis induciæ, ut ad ſingula regiæ petitionis capita reſponderent; eaque item reſponſio in conſeſſu patrum fuerat perlecta, cum in ſynodo, immo & Duziaci, nondum paruerat Laudunenſis.

Expenditur proclamatio Hincm.

A *Tenens in manum ſcripturam, reputans me eſſe perjurum, quia Romam ſine ſua voluntate miſerim, & imputans quod eum accuſaverim*. Ex omnibus articulis unum deligit, quem ſcit invidioſiſſimum, minimeque Romani ſaporis: atque illum ipſum malitioſe depravat: *Ad quæ idem archiepiſcopus me reſpondere juſſit. Cui ego reſpondi, quia pro his de quibus me admonuerat in eadem ſynodo eſſe paratum ut reſponderem, paratus eram ſcriptis reſpondere*. Immo vero his in actis præciſe negat ſe reſponſurum, *ad hæc quæ objiciuntur*, & quæ legit ſcripta, non reſponſionem, ſed appellationem continent. *Quæ ſcripta præ manibus tenui: ſed ipſe non permiſit ut ſynodus ſcripta mea ſuſciperet*. Legiſſe tamen hic refertur, & inter cetera, Felicis papæ verba de appellatione. Et ſi rotulam integram non perlegit, non a metropolitano, ſed a ſynodo interpellatus eſt, ut ad objecta reſponderet: *Quia ſibi dari jubebat, ſed ego ſuſpecto dare nolebam*. Petita & recuſata ad eum modum ſcripta in actis iſtis non legimus: *De clerico autem meo, nomine Bertario, quem ſubito requiſivit, ſed requiſitus non adfuit*. Bertarium ne nominant quidem B acta, ſed Haimeradum. Quem & ſolemniter requiſitum tradunt adeſſe recuſaſſe: *Reſpondi, quia ipſi homines mecum veniebant, qui eum comprobaturi eſſent, ſi eis venire licuiſſet*. Hujus reſponſionis ne apicem quidem acta præferunt. *Sed idem archiepiſcopus de his nihil me poſtea appellavit: ſed ad accuſationem regis me reſpondere iterum præcipiebat*. Hic tandem vera loquitur: in ceteris quantæ corruptelæ!

Hincm. Laudun. in 2. collect. p. 561.

### IN CAPUT V.

39 NAm *nec unam rigam de terra.*) Minimum quid terræ non poſſidebat, quod diceremus vernacule, *pas un ſeul pouke de terre*. Fulcandus abbas S. Faronis Meldenſis, in ejus vita: *Anathematizavit cunctos, qui ex ſupradicta terra aliquam fraudem facere præſumerent vel uſque ad unam rigam minuere*. Quo iniquius eſt illud Hincmari Laudunenſis ſacrilegium, quod in concilio Carthaginenſi III. de nihil habentibus epiſcopis & quibuſcumque clericis, decernitur, ut *ſi quid in illo nomine ſuo com-* C *parant, tamquam rerum dominicarum invaſionis crimine teneantur, niſi admoniti in eccleſiam eadem ipſa contulerint*. Quanto minus pretioſam eccleſiæ ſuæ ſuppellectilem furtim auferre, & chartas alio aſportare debuit?

Rigæ terra. Conc. Carthag. III. can. 32.

### IN CAPUT VI.

40 CUm *licentia domni regis.*) Sine qua nefas optimatibus de regno egredi, aut alios emittere. Sic enim Rhemenſis Hincmarus cauſam reddens cur acta Sueſſionenſis III. concilii Romam miſſa non ſint, *quia nos metropolitani in iſtis regionibus non habemus poteſtatem, ut ſine conſenſu, vel juſſione regis, aut nos ipſi ire, aut coepiſcopos noſtros quoquam longius poſſimus dirigere*. Unde & Hincmarus ipſe per epiſcopatus initia cum vellet Romam proficiſci, a Lothario imperatore, & Carolo rege retentus, *quando valde neceſſarius eis erat ad ſopiendas, quæ tunc exortæ fuerant, perturbationes*. Cum ergo querentem aliquando Laudunenſem vidimus, quod appellationem ſuam proſequi nondum potuerit, & Rhemenſem D audivimus audacter & ſerio negantem a ſe fuiſſe impeditum: cenſeri debet regem tetigiſſe, a quo detineretur: quamquam & rex ipſe hominem rideat Romam appellantem: quo nunquam proficiſcatur. Sed cum emiſſarios ſuos clanculo, & inconſulto rege atque epiſcopis, ad pontificem legavit, regem accuſaturos de bonorum eccleſiaſticorum invaſione: ſi non fortaſſe directe regni jura violavit, at certe contra leges eccleſiæ peccavit, qui ſine reclamatione ad ſynodum id egit, hoc eſt, rebus quas querebatur ereptas, nondum eccleſiaſtico judicio in provincia repetitis; peccavit contra caritatem, qui fraternæ correctionis gradus a Chriſto poſitos non obſervavit: peccavit contra veritatem & juſtitiam, qui contra jus & fas innocentem regem falſo calumniatus eſt.

Sine regis licentia de regno non licet egredi. Hincmar. Rhem. ep. 26. ad Nic. Flodoard. l. 3. c. 10.

41 *Et poſt tantorum ac talium virorum teſtificationem.*) Non potuit tanta calumnia pluribus & gravioribus teſtibus revinci; recteque judicatum eſt a ſynodo, Hincmarum metropolitanum legitimum eſſe judicem, cujus recuſandi & judicium ſubterfugiendi nulla eſſet cauſa probabilis. E Poſt hæc tamen audet ſcribere Laudunenſis in proclamatione: *Sed & addidi, quia non ſolum ſuſpectum, ſed manifeſtiſſime illum infeſtum habebam. Unde & apoſtolicam ſedem appellavi pro amore Dei, & honore S. Petri, tam de ipſa accuſatione regis, quam de præjudicio, quod ab ipſo patiebar archiepiſcopo*. Fallit in duobus: 1. quod manifeſtiſſime apparuit in concilio non infeſtus, quando & ea calumnia certiſſime diſſipata eſt, & publice ſemper proteſtatus eſt, non expoſtulare ſe tamquam accuſatorem, ſed tamquam ſedis metropolitanæ vindicem. Immo jam ante audierat nepos avunculum ita ſcribentem: *Ego, crede mihi, non tecum, ſed cum tuis improbabilibus motibus, de quibus te ſæpe & verbis, & literis reprehendi, & caſtigavi, & ut doleo, dolui, diſcordiam habeo. Fac quod ſalubriter tibi cupio, & tuo convenit miniſterio, & me præſtabilem ac placabilem in cunctis habebis*: 2. Quod totam ſuæ appellationis invidiam derivat in metropolitanum, quaſi ob ſe-

Hincmarus Rhem. legitimus in hac ſynodo judex.

Hincm. l. 55. cap. c. 39. p. 535.

ob ſolam ejus infeſtationem, & inimicitiam, coactus ſit Romam appellare. Atqui antequam extiterunt tantæ ſimultates, in ſynodo apud Vermeriam, & apud Attiniacum, appellationis ſcuto vim judiciorum retuderat. At frequenter publice conteſtatus eſt Rhemenſis, nihil ſe vetare, quin appellationem ſuam proſequeretur.

### IN CAPUT VII.

*Jurare ad evangelia.*

42 *SEd tantum dixit, quia non fuerit ibi.* ) Credo legendum *non fuerint*, ut cauſetur Laudunenſis eo juramento non teneri, quod non tactis evangeliis concepit. Evangelia enim hoc in ritu, qui etiamnum viget, adhiberi ſolita, quaſi Chriſto ipſi præſenti, & ſpectanti, fides & reverentia deferretur, norunt vel imperiti. Unde in legibus Longobardorum, jurare ad evangelia: *Si qualiſcumque cauſa inter homines liberos evenerit, & ſacramentum dandum fuerit, ſi uſque ad 20. ſolidos fuerit cauſa ipſa, aut amplius, ad evangelia ſancta juret, cum 12. aliis ſuis, id eſt ſacramentalibus. Quod ſi minor cauſa fuerit, de 20. ſolidis, uſque ad 12. ſibi ſextus juret ad arma ſacrata. Et ſi minor fuerit cauſa de 12. ſolidis, ſibi tertius juret ad arma ſacrata.* Et inferius: *Debitor ſingulus ſatisfaciat ad evangelia, vel in arma ſacrata.* Formulam juris jurandi exhibet ſynodus VI. CP. *Tactis propoſitis ſacroſanctis Dei evangeliis, Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, juravit hoc modo: Per ſanctas ſcripturas has & Deum qui per eas loquutus eſt, omnia perſcrutans non inveni,* &c. Credit autem Hincmarus Laudunenſis, non diſſentiente ſynodo, totam juramenti religionem in eo contactu & præſentia evangeliorum, aut reliquiarum eſſe poſitam, ſi vanum & irritum putat eſſe ſacramentum a quo abfuerint evangelia. Nec minore in errore verſabantur Græci, qui concepti coram rebus non ſacratis, aut pure coram hominibus juramenti nullam vim & vinculum eſſe arbitrabantur. Sic enim illud Bedæ interpretor in pœnitentiali: *Qui ſciens alterum ſacramenti vel perjurii, perjurat in manu epiſcopi, aut presbyteri, vel altari, vel cruce conſecrata, tres annos pœniteat; ſi vero in cruce non conſecrata, annum unum pœniteat. Si autem in manu hominis, apud Græcos nihil eſt.* Et alibi. *Si quis in manu laici juraverit, apud Græcos nihil eſt.*

Leg. Longobard. l. 2. tit. 52. c. 3.

Ibid. c. 10. conc. 6. œcum. act. 15. ſub fin.

Beda l. de remediis peccat. c. 3. Ibid. c. 9.

*Idoneum facere.*

Capitul. l. 3. c. 89.

Quod paulo poſt addit, non habere ſe cum quibus ſe idoneum poſſet reddere. Hoc eſt, teſtes locupletes, quorum teſtimonio vel ſacramento purgare ſe poſſet de criminibus objectis. Sic in capitulari, *Liceat ei ſecundum legis ordinem cum ſacramento quod poſuimus, manu propria ſingula ſe idoneum facere: & ſi quilibet renuerit venire, & ſemetipſum idoneum facere nequiverit.* Inde dictum idoniare: *Si quis ſuper miſſum dominicum cum collecta & armis venerit, & miſſaticum illi injunctum contradixerit, aut contradicere voluerit, & hoc ei adprobatum fuerit, quod ſciens contra miſſum dominicum veniſſet,* (quæ omnia ſunt Laudunenſi objecta, & probata) *de vita componat. Et ſi negaverit, cum 12. ſuis juratoribus ſe idoniare faciat:* Et alibi. *Et liceat ei prima vice per ſacramentum ſe ſecundum legem idoneare, ſi potuerit.* Recte vero ibi deprehenditur vana fugitantis hominis tergiverſatio, qui magna ſtipatus ſuorum caterva, & ante monitus quibus objectionibus eſſet reſpondendum, cum in rem præſentem ventum eſt, negat ſibi eſſe ad manum ſcripta, & teſtes, quibus ſe immunem faciat a crimine.

*Idoniare.*

Ibid. c. 64.

Ibid. l. 4. c. 26.

*Non propria judicium Romæ retractatur.*

Anton. Auguſt. Jur. canon. l. 30. tit. 7.

Hadrian. ep. 27.

43 *Ut quilibet illi quæcumque vellet objicere.* ) Nemo non videt hominem inficetum ridere, & concilio æque ac regi velle illudere. Quare ſapienter producuntur canones, qui propter teſtium opportunitatem judicium intra provinciam fieri jubent, quos in Antonio Auguſtino collectos habes: præter quoſdam hic citatos. Nihilominus Hadrianus pontifex ad epiſcopos hujus ſynodi reſcribens, idem ipſum, quod Hincmarus, poſtulat, fortaſſe ab ipſo ſuggeſtum: *Rei geſtæ veritatem magis invenire cupientes, jubemus ipſum Hincmarum Laudunenſem epiſcopum, veſtra fretum potentia, ad limina ſanctorum apoſtolorum, noſtramque venire præſentiam. Quo ſane veniente, veniat pariter accuſator idoneus, qui nulla poſſit auctoritate legitima reſpui.* Cui diverſa reſpondent antiſtites noſtri manuſcripta parte ejus epiſtolæ quæ incipit *Veniens ad nos*: cujus initium exhibet tomus 3. conciliorum Galliæ.

*Calumnia Hincmari Laudun. in proclamat.*

44 *Et quia iſdem Laudunenſis Hincmarus.* ) Cum iſtis conferenda eſt proclamationis ipſius narratio, & de loci utriuſque veritate abſque affectu judicandum. *Legi manibus tenens auctoritates Julii papæ, & Felicis papæ.* Id jamdudum factum acta narrarunt, niſi ab obſtrepente volumus repetita. *Videlicet ea quæ ipſi in eis præfigunt, de appellationibus epiſcoporum, quæ mihi ſervari appellando ſedem apoſtolicam proſtrato corpore expetii. Sed nihil horum mea petitio obtinuit. Sed neque litteræ apoſtolicæ quas mihi præſentialiter dederat, quoniam me vocabant, ut procraſtinando venire non differrem, ſi ſtatus mei jacturam ſuſtinere non vellem, quicquam prævaluerunt.* Quippe quæ metropolitano per omnia ſecundum ſacros canones ſubjectum exiſtere jubebant: & occaſione adeundæ ſedis apoſtolicæ fretum, ab ea ſubjectione aliorſum declinare prohibebant. Neque vero dicendæ ſententiæ ſpatium,

A & perficiendi judicii tantum fuit, ut eum de die in diem differendo, & procraſtinando ſuatim differre cogeret. Ab hoc exemplo, de Rothado judicare difficile non eſt, & ipſo contra Hincmarum apud ſedem apoſtolicam referente: *Mox ego in terra provolutus orabam per nomen æterni Dei ut ab iſto judicio ceſſarent: mihique, ut aſſidue petebam, Romam proficiſcendi licentiam non adimerent; tunc e veſtigio tamquam in latronem, more ſatellitum homines in me manus injecerunt, meque rapaciter ad carceralem duxere cuſtodiam.*

Rothadus Sueſſion. in proclamat. tom. 3. conc. Gall.

### IN CAPUT IX.

*Expenditur proclamatio Hincm.*

45 IN primis iterum reſpectandum ad proclamationem Hincmarianam, eaque huic præſenti capiti applicanda: *Judicium præfatus archiepiſcopus ſuper me impoſuit, ut ab epiſcopali removendus eſſem officio:* auditis viginti circiter archiepiſcopis & epiſcopis illud decernentibus. *Sed alii gemebant flebantque, inter quos nullum merebar pati inimicum.* Quo juſtius ſincebriuſque illorum B judicium fuiſſe confitetur. *Scripta quidem ab eodem archiepiſcopo ipſis impoſita manibus tenentes; ſed ore proferre nolentes, inviti vix verba ſingultiebant.* Tamquam de pueris loquitur, a quibus ſcholaſticum penſum invitis & flentibus Orbilius exigat. Etiamne Remigius Lugdunenſis qui tum aberat, poſtea relegens & ſubſcribens flevit, & ſingultiit? *Aditum tamen ad ſedem apoſtolicam minime ſperantes mihi poſſe denegari: unde, ſalvo per omnia ſedis apoſtolicæ judicio, ipſi finem lectionis terminavere.* Quid metropolitanus? nonne & ipſe ſedis apoſtolicæ privilegium, & jus appellandi vult reformatum? Ergo ſi ex ea clauſula recte colliguntur alii appellationem comprobaſſe, quare hic ſolus impediſſe cenſetur? Quanto magis ſi formulas ceteras dictavit, eumdem animi ſui ſenſum in omnibus patefecit?

Atque ut per occaſionem de hac exceptione modo dicamus, equidem mihi facile perſuadeo, additam fuiſſe ad ſingulorum ſententias conſilio & voluntate metropolitani Hincmari ſynodo præſentis. quod & eam in decretis ponC tificum, & canonibus legerat, quos ſummopere venerabatur; & hoc jus eſſe Romanæ eccleſiæ matris & magiſtræ eccleſiarum publice omni loco ac tempore prædicaret; & id jucundum fore ſciret Hadriano pontifici, in cujus epiſtola iſtud ipſum videbat expreſſum. Quod & evenit, reſcribente ad concilii patres pontifice: *Quia cum clamaret in ſynodo ſe ad ſedem apoſtolicam vel incunctanter venire, atque in præſentia ejus pro objectis ſibi ab adverſario criminibus reſpondere, damnationis in eum non erat proferenda ſententia. Tamen ſicut ipſius concilii actionibus legitur, quoniam ſalvo in omnibus judicio ſedis apoſtolicæ illum ab epiſcopis fuiſſe judicatum aſſeritis, nos* &c.

Hadrian. ep. 27 ad epiſc. conc. Duziac.

*De ſingulorum ſententiis.*

Ad ſententias quod pertinet, ſinguli, prout cuique libitum eſt, accuſationis capita eligunt, quorum ſingulorum pœnam, depoſitionem eſſe cenſent: quid ſi omnia ſimul unum in cumulum conferantur? Inter quos mihi, ut ingenue fatear, rigidiſſimus videtur Hodo Belvacenſis, qui capitale putat, fuiſſe approbatam ab Hincmaro legem imperatoriam de reſecanda lingua, aut amputando capite delatoribus, ſi hæc ejus approbatio legem tantum univerD ſe & infinite tangebat, non autem privatum quemdam hominem in judicio ejus criminis accuſatum, ſententia ſua premebat, aut teſtimonio. Quis enim noſtrum abſque ſcrupulo non profiteatur, veneficis, exempli gratia, & ſepulchrorum effoſſoribus jure mortis ſupplicium irrogari? Profecto in hac Hodonis ſententia latet reconditum aliquid, quod noſtram aciem fugit.

*Hodo rigidior.*

Quod dictas ex ſcripto ſententias ſignificat proclamator, etſi acta non exprimant, credibile mihi tamen videtur, moderante concilium Hincmaro canonum peritiſſimo, qui alibi inter ritus proferendæ poſt accuſatores, reos, teſtes auditos, ſententiæ, hunc non omittit ex legibus profanis: *Ut ſententia ſi ſine ſcripto dicta fuerit, nec nomen ſententiæ habere mereatur. Quod regale decretum, & in paſſione Domini, ſuper cujus caput poſuerunt cauſam ipſius ſcriptam; & in martyrum paſſionibus, quando judicati ſunt, obſervatum multoties legimus: & legates apoſtolicæ ſedis, auctoritate Leonis papæ, Dioſcorum in Chalcedonenſi concilio; & Felicem, Acacium, & Silverium paE pam, Vigilium, & ceteros Romanæ ſedis pontifices, per ſcripturam, plures qui reſipiſcere noluerunt, legimus condemnaſſe.* Quod & ab ipſo in ſententia dicunda fuiſſe obſervatum habetur inferius. Sic in concilio Tricaſſino Joannes papa primum, exinde poſtulatis induciis epiſcopi Gallicani Lantbertum & Adalbertum Romanos tyrannos de ſcripto excommunicant

*Ex ſcripto dictæ.*

Hincm. l. 55. cap. c. 28. p. 501.

Conc. Tricaſſ.

### IN CAPUT X.

*Cautio Hincmari archiepiſc.*

46 *ET tunc lecta ſunt in ſynodo.* ) Duabus in rebus mox pronunciandæ ſententiæ cavet Hincmarus Rhemenſis. Primum erga judices confidentes, ut ſinguli promittant eadem cum ipſo judicaturos. Deinde erga pontificem, ad quem appellatur, & acta concilii mittenda ſunt, ut abſque ſedis apoſtolicæ injuria, canonum & eccleſiarum mores ſequutus, in ferenda, non ob-



 ſtante

ſtante appellatione, ſententia, cognoſcatur. Quod enim
Innocentii I. Bonifacii I. Leonis magni auctoritate, hor-
tatu, exemplo facit, probandum ſperat ab Hadriano II.
Et hunc ipſum locum diligenter ab ipſo notari cupiant
epiſcopi noſtri, quem eius reprehenſioni tamquam ſcutum
obtendunt. *Unde nunc nobis non eſſet neceſſarium excuſa-*
*re, ſi is quem nobis juſſiſtis reſcribere* (ſic papam comiter
excuſant) *ad locum in geſtorum ſynodalium ſerie legiſſet,*
*quod ibi antequam damnationis in Hincmarum proferretur*
*ſententia, ſcriptum eſt ita. Tunc lecta ſunt in ſynodo ab*
*Adalgario diacono ſententia canonum, ita eo dicente: Sar-*
*dicenſes canones decreverunt.* Et quæ ſequuntur ad finem
auctoritatum pontificalium.

*Reſcr. ep. Duziac. ad Hadrian. in parte 2. a.*

*De canone Sardicenſ.*

*Anaſtaſ. in vita Nic. I.*

Verum audito Sardicenſis concilii nomine, ſtatim ap-
paret erroneum in alterutris illud citantibus judicium,
Nam cum ſine fine repetat Hincmarus, ſe in condemnan-
do Hincmaro Laudunenſi canonibus Sardicenſibus paruiſ-
ſe, Anaſtaſius ex adverſo eumdem Hincmarum Rhemen-
ſem *contra Sardicenſis concilii regulas* egiſſe ſcribat, cum
Rhotadum, & ipſum *Sedis apoſtolica judicium appellan-*
*tem, depoſuit*, neceſſe eſt alterutri rationem non conſtare.
Sane in epiſtola ſynodali profitentur antiſtites noſtri,
*juxta eccleſiaſticum morem, prout intellexerunt*, judicaſſe
te quod idem rogatus Anaſtaſius reſponderet de Rotha-
do judicio. Eos igitur ut conciliemus arbitror ego cano-
nes Sardicenſes ab Anaſtaſio intellectos fuiſſe de prima
cognitione, & judicio ante ſententiam epiſcoporum ter-
minando Romæ a pontifice. ab Hincmaro autem & pa-
tribus Duziacenſibus acceptos pro cognitione poſteriori
judicium epiſcopale ſubſequente per appellationem. U-
trius autem intelligentia melius Sardicenſis concilii, &
decretorum pontificalium, quæ ex Innocentio, Boniſa-
cio, Leone citantur, mentem aſſequatur, ex ipſis verbis
promptum eſt cuilibet judicare. Poteſt etiam aliter expo-
ni Anaſtaſius, ut *depoſitionem* intelligat plenam & perfe-
ctam, quæ vere ab Hincmaro facta eſt contra Sardicenſis
concilii regulas, alium in locum depoſiti vetantis creari
epiſcopum ante Romani pontificis appellati judicium: con-
tra quem canonem fecit Hincmarus, qui ſecundum alterum
egiſſe ſe credit.

*Concil. Sard. can. 4.*

*Calumnia Rothadi in Hincmarum.*

*Proclamat. Rothadi.*

Ceterum quando Rothadi mentio ex judicii ſimilitudi-
ne inducta eſt, ex timida illa & verecunda Hincmari cau-
tione, ſcire volentis a judicibus, an ſua conſtituerint ſuf-
fragati ſententiæ, debet ſapiens quilibet æſtimare, verene
Rothadus velut tyrannum conciliorum Hincmarum de-
ſcripſerit, qui per vim & metum omnium perturbate age-
ret. *Denique ſane ſatus archiepiſcopus meus, in eodem*
*concilio tamquam imperator triumphans, & tamquam*
*ſummus eccleſiæ pontifex decernens, ſubjugata ſuæ poten-*
*tatui, & oppreſſa fratrum humilitate, jam mihi intre-*
*pidas, & ut reor, impie judicium depoſitionis emiſit; par-*
*vipendens quod illi ulterius inde eſſet rationem reddi-*
*tu- & quaſi ſibi nihil deeſſet, in ſeipſo confidens.* Hæ
querimoniæ nemine contradicente Romæ auditæ, quam
procul abſint ab hoc Duziacenſi judicio, in quo
ſummam fuiſſe Hincmari gratiam pro rege, pro jure me
tropoleus, pro avunculis nutritoribus contra nepotes alu-
mnos, hoc eſt, pro jure regni, eccleſiæ, naturæ, adverſus
ingratiſſimum, & importuniſſimum mortalium contenden-
tis, nemo non videt. Ea tamen ſi moderatiſſime uſus eſt,
quis impotentem dominatum, & vim tyrannicam in prio-
ribus ſuſpicetur.

*Hincmarus Laudun. ad laicam communionem tractus.*

47 *Et omni ſacerdotali officio ſpoliatum decerno.* ) Præ-
ter abrogationem epiſcopalis officii & gradus, quam de-
gradationem appellamus, deprimitur etiam ad laicam com-
munionem, ut neque miſſam cantare, neque cum clericis
in choro communicare poſſit. Hæc enim verba ſic inter-
pretari ſuadet poſtulatio ſynodalis epiſtolæ mox conſulen-
dæ, qua rogatur pontifex, *ut non antea communioni ſa-*
*cerdotali, a qua ſeparatus eſt, reſtituatur*, quam ejus cau-
ſa, ſi retractanda videbitur, in provincia cognoſcatur.
Huc etiam facit, quod quando Joannis pontificis miſera-
tione, in ſynodo Tricaſſina nonnihil indulgentiæ conſe-
cutus eſt, hoc ejus fautores ſtudioſe egerunt, permitten-
te papa, ut miſſam cantaret, & populo publice benedice-
ret quo facto nemini dubium fuit, quin communione lai-
ca ſolutus eſſet, & ad ſacerdotalem regreſſus.

### IN SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

48 OCcurrunt plurima hoc loco non prætermitten-
da, ut quæ vel ad hiſtoriam conferre, vel ex
aliquorum animis ſcrupulos poſſint evellere. Ac primum
quidem univerſe, fideliter exequi judicantes epiſco-
pos, quod Hincmaro promiſerunt. De quorum æqui-
tate dubitari non poteſt; ſi cogitamus illorum plurimos
jam anno ſuperiore in ſynodo Attiniacenſi verſatos,
cauſam omnem non tam cognoviſſe, quam oculis ipſis
tetigiſſe. Atque in ceteris, tres illos electos judices,
Actardum, Rainelmum, & Joannem epiſcopos; quorum
tribunal proxime condemnandus effugit. Quid quod jam
ante ſinguli ſententiam dixerant; neque aliud ſynodi præ-
ſes Hincmarus pœnæ impoſuit omnibus rei criminibus in
unum collatis, quam quod de ſingulis decreverant. Quæ
res & Hincmari metropolitani moderationem, & conci-
lii concordiam, & judicii æquitatem mirifice commendat.
In formula quoque ſubſcriptionis notanda eſt diverſitas
inter epiſcopos, & alios inferioris ordinis clericos, etiam
abſentium epiſcoporum legatos, quorum nullus ſe *judi-*
*care* profitetur.

*Rhemigius Lugdunenſis.*

Jam ut ad ſingulares deſcendamus: primum ſe offert
Rhemigius, qui quia cum ceteris ſententiam non dixit,
ideo *non judicans*, ſed *relegens & conſentiens ſubſcripſit*.
Ne fruſtra nodum quæramus in ſcirpo, & ſimpliciter cen-
ſeri debet ab ea ſynodi ſeſſione abfuiſſe Rhemigius, qua
ſententia in accuſatum lata eſt. Quæ cauſa fuerit abſen-
tiæ, divinationi relinquitur. Ceterum in ſynodo *judicaſ-*
*ſe*, aut poſt ſynodi ſeſſionem *relegiſſe & conſenſiſſe*, æ-
que ſynodi membrum faciunt: ut vere ad eam pertineat
Rhemigius, qui & eodem ordine tertius in epiſtola ſy-
nodali nominatur. Quamlibet ergo magnificis præconiis
virtutem, ſanctitatem, doctrinam, ſapientiam, gravitatem
Rhemigii extollant Gotteſchalcani proceres, ea omnia pro
Rhemenſi Hincmaro, ad ejus Laudunenſem hac in cau-
ſa militant.

*Bertulfus Trevirenſis.*

*Flodoard. l. 3. c. 21.*

*Ibid.*

In Bertulfo dignum eſt obſervatu, nepotem fuiſſe S.
Adventii Metenſis, in metropoli Trevirorum ſuffectum
Theutgaudo, ob ſynodi Metenſis factionem a Nicolao I.
excommunicato & depoſito. Petente eodem Adventio &
Arnulfo, & jubente rege Carolo, ad ejus conſecrationem
adfuiſſe Hincmarum epiſcopum Laudunenſem, Hodonem
Belvacenſem, & Joannem Cameracenſem, omnes Hinc-
mari metropolitani monitis inſtructos, *ut a ſacris regu-*
*lis nulla aut negligentia, aut præſumptione in aliquo de-*
*viarent*. Ejuſdem quoque Bertulfi rogatu, Hincmarus
noſter Rhemenſis *Vuillebertum Catalaunenſem miſit ad or-*
*dinationem Arnoldi epiſcopi: quia eodem Bertulfo infirmi-*
*tate detento, numerus epiſcoporum a ſacris canonibus præ-*
*fixus, in ordinatione præſulis, ei non aderat*. Ut inde
agnoſcas qualis tandem fuerit Vuillebertus qui parebit in-
ferius, quem ſuum in locum ſubſtitui rogat archiepiſco-
pus & primas.

*Adalardus Rothomagenſis.*

Adalardum, quem Guntbaldi Rothomagenſis olim ar-
chiepiſcopi, qui ſynodo Meldenſi interfuit, nepotem
fuiſſe ajunt, recens creatum fuiſſe Rothomagenſem an-
tiſtitem oportet, quando apud Attiniacum anno proxi-
me elapſo Vuanilo rebus geſtis Laudunenſis Hincmari ad-
fuerat.

*Anſegiſus Senonenſis.*

*Flodoard. l. 3. c. 21.*

*Hincmar. opuſc. 44.*

Anſegiſus hic prius ſancti Michaelis abbas in Bellova-
cenſi epiſcopatu, deinde Senonenſi archiepiſcopus eſt fa-
ctus anno 871. Geminam obiit legationem Romanam,
alteram cum abbas adhuc eſſet; alteram, cum Senonen-
ſis antiſtes. Utriuſque meminit Aimoinus, l. 5. c. 27. &
c. 33. Pridem autem obſervavit Sirmondus perperam eum
confundi cum altero antiquiore Anſegiſo abbate Lobien-
ſi, qui Caroli magni & Ludovici Pii capitula in qua-
tuor digeſta libros edidit anno 827. De eo in archiepiſco-
pum Senonenſem conſecrando, ſcripſit Hincmarus epiſto-
lam. Cui tamen poſtea, imperatore Carolo, Galliæ pri-
matum affectanti, generoſe reſtitit in concilio Pontigonen-
ſi, contraque illum ad epiſcopos ſcripſit de jure metropo-
litanorum.

*S. Adventius Metenſis.*

*Flodoard. ibid.*

Adventium Metenſem epiſcopum ſanctitatis titulo in ec-
cleſiaſticis tabulis illuſtrem, cauſæ hujus æquiſſimum judi-
cem ſediſſe docet Flodoardi hiſtoria, quæ narrat roganti
ſuper ea re nonnulla, reſpondiſſe Rhemenſem: *Item pro his*
*quæ idem Adventius ei mandaverat de Hincmaro Laudu-*
*nenſi epiſcopo, breviter inſinuans quæ bona erga ipſum geſ-*
*ſerit, & quæ prava ille contra gerebat.*

*Hodo Blevacenſis.*

*Hinc. ep. 52. Flodoard. ibid.*

Hodonem Bellovacenſium epiſcopum non minus quam
metropolitanum ſuum judicem recuſaſſet Hincmarus, ſi
quidem eo ventum foret; ut facile colligi poteſt ex Rhe-
menſis expoſtulatione. Verum id profecto injuria. Fuit
enim Hodo præclarum hujus ſæculi lumen, ſive rempu-
blicam ſpectes, ſive eccleſiam: legationibus perfunctus,
frequens in conciliis; adverſus Græcorum errores & ſchiſ-
ma erudite, & ad mentem Hincmari ſcripſit, & colli-
gendorum operum quæ docti e Gallia viri eadem de re
componerent, provinciam ſumpſit ab Hincmaro: cujus
ſpecimen habemus in opere Ratramni, ad eumdem Hinc-
marum per Odonem miſſo. Denique magni apud me mo-
menti eſt, quod eum Hincmarus pluribus epiſtolis conſi-
liorum ſuorum participem facit, in partem rerum agenda-
rum adſciſcit, *filium cariſſimum ſæpe vocat*, & magnis ne-
gotiis parem exiſtimat.

*Ragenelmus Tornacenſis.*

*Idem l. 3. c. 19. 24.*

*Hincm. ep. 22. 23.*

Rageneimus ſive Ragenelinus, Tornacenſis ſimul atque
Noviomagenſis epiſcopus Hincmaro dicitur, pro cujus de-
functi eligendo ſucceſſore, ad Hugonem abbatem ſcripſit,
& ad Ludovicum & Karlomannum Caroli filios; ut ca-
nonicam fieri permitterent. Illum vidimus inter electos ju-
dices Hincmaro Laudunenſi datos apud Attiniacum.

*S. Joannes Cameracenſis.*

*Flodoard. 3. c. 24.*

*Hincm. ep. 53.*

Et ipſi adjunctum Joannem Cameracenſem ſimul & At-
trabatenſem epiſcopum, virum ſanctitatis titulo decora-
tum: pro quo expulſis invaſoribus canonice inſtituendo
ad Guntharium Colonienſem archiepiſcopum ſæpius ſcri-
pſit Hincmarus. Memorat plures Hincmari epiſtolas Flo-
doardus ad Joannem Cameracenſem, quarum nulla ap-
paret reſidua: nam quæ inter ceteras Hincmari epiſtolas
modo legitur, ea nec in illo catalogo reperitur, nec ſimi-
le tractat negotium. Ac licet earum una gratiarum refe-
rat

Flodoard. cit. c. 23.

rat actiones *pro beneficiis ſui, ſibi ab . . impoſitis*; alia ta- A men eidem Romam cogitanti recuſat commendatitias dare, *quod ſine concilio coepiſcoporum literas et dimiſſorias, maxime pro re incerta, dare nequiret.*

*Engenoldus Pictavienſis.*

Ad hunc locum pertinet Engenoldus Pictavienſis, cujus cum ſententiam in concilio ſupra audiverimus, & nomen in epiſtola ſynodica lecturi ſimus; in hac ſubſcriptione abſque amanuenſium negligentia prætermitti non potuit.

*Hildebol Suesſionenſis.*

Ad Hildeboldum Sueſſionenſem cum multa ſcripſerit Hincmarus: duo præcipue rem noſtram aliquo modo tangere videntur. Prius, quod eum, cum Vualtero, Gisleberto, & Angelino epiſcopis invitavit, *ut convenirent ſecum ad peragendam juſſionem papæ Joannis inter Hedenulfum & Hincmarum Laudunenſes epiſcopos, cum ſacrorum obſervatione canonum.* Quod interpretor, Hincmarum in ſynodo Tricaſſina, per papæ Joannis commiſerationem,

Ibid.

aliqua redituum eccleſiæ Laudunenſis parte donatum, cum Hedenulfo in eadem ſede confirmato partiri bona debuiſſe: eamque curam hercifcundæ eccleſiæ metropolitano datam, qui epiſcopos illos quatuor in conſilium advocavit, B quo res æquius & magis canonice conficeretur. Poſterius, adeo ſincere Hildeboldi amicitiam coluiſſe Hincmarum, ut ille in mortis vicinia conſtitutus, ſuam ad hunc con-

Ib. Hincm. ep. 30.

feſſionem miſerit, & abſolvi rogaverit. Sic enim hiſtoricus: *Item exhortatoriam ad eumdem Hildeboldum corporis infirmitate detentum, in qua juxta petitionem litterarum*

*Abſolutio data abſenti.*

*confeſſionis illius, abſolvit eum reconciliando licet per abſentiam corporalem.* Cujus facti exemplum aliud illuſtre habes, anno concilium iſtud conſequente, Rotberti Cenomanenſis epiſcopi, idem ab epiſcopis in exercitu regio Andegavos obſidente conſtitutis, per literas poſtulantis, quas cum epiſcoporum reſponſione concilia Gallicana exhibent.

*Berardus Viridunenſis.*

Democh. l. 2. c. 33.

Gall. Chr.

Berhardum Viridunenſem epiſcopum Democharis catalogus poſt Hattonem ordine trigeſimum collocat: Gallia autem Chriſtiana, eo prætermiſſo in eum numerum Danonem ipſius ſucceſſorem inſinuat. Sed omnino inter nobilis eccleſiæ præſules recenſendum Berhardum, ſi alia deſint teſtimonia, concilium quod videmus, evincit. Ut ex

Democh. l. 2. cit. c. 18.

adverſo, in ſerie Carnutenſium antiſtitum, idem Demochares Gisleberti noſtri oblitus eſt, quem Gallia Chriſtiana pluribus conciliis frequentatis nobilem repræſentat. Inter hæc & ſimilia, quis mirabitur Engenoldum Pictavienſem in hoc ſubſcribentium catalogo, neſcio qua incuria, deſiderari?

*Engilvinus Pariſienſis.*

Porro qui paulo ante Angelinus nominatus eſt ab Hincmaro, quis alius eſt, quam qui Engilvinus, in Pontigonenſi concilio Ingilvvinus ſcribitur, Pariſienſis epiſcopus, tantæ vir probitatis atque auctoritatis, ut eum Carolus rex a filii ſui Ludovici latere nunquam voluerit diſcedere? Habuerat anno ſuperiore apud Attiniacum Laudunenſis Hincmarus amicum Æneam Pariſienſem, cujus conſiliis regeretur, & foveretur præſidio: judicem modo experitur Angelinum: quia viro graviſſimo tanta mentis levitas, morum perturbatio probari non potuit.

*Birico chorepiſcopus.*

Jam alter in Biricone ordo incipit, non dicentium ſententiam, ſed ab epiſcopis judicata, ſubſcriptione ſi mantium. In iis familiam ducit chorepiſcopus, qui neque ſic antea loquutus eſt, ut damnaret epiſcopum, ſed ut a me- D tropolitano damnari ſuaderet, Non enim is erat Hincmarus, qui magnam in ſynodo, cui præſidebat, auctoritatem chorepiſcopos uſurpare ſineret, quorum officium & in-

*Chorepiſcopi improbati.*

Hinc. ep. 45.

Damaſi epiſtola contra chorepiſcopos.

ſtitutum numquam magni faciendum putavit. *Sicut & quidam epiſcopi*, inquit, *etiam a longe præcedentibus temporibus ſcandalum pro ſua quiete, & voluptatibus in eccleſiam intromiſerunt, ordinantes chorepiſcopos, & eis quæ ſummis pontificibus conveniunt, agere permittentes. Quos apoſtolica fides ſæpius reprobavit & apoſtolico mucrone recidit, ſicut in decretalibus eorum, qui voluerit recenſere, inveniet. Inter quos Damaſus papa de talibus dicit epiſcopis. Illi, inquiens, epiſcopi, qui talia ſibi præſumunt, videntur mihi eſſe meretricibus ſimiles*; &c.

*Sigloardus archipresbyter.*

Flodoard. l. 3. c. 28.

Sigloardi archipresbyteri meminit Flodoardus, eas enumerans epiſtolas quas ad ipſum pluribus de negotiis ſcripſit Hincmarus, quæ declarant parem archiepiſcopo ſuo in diſciplina eccleſiaſtica fortitudinem illi defuiſſe.

Hadrian. ep. 39. ad Carol. reg.

Ad extremum omittendum non videtur, ſcripſiſſe Hadrianum ad Carolum regem, Hincmarum Laudunenſem epiſcopum *a præſulibus decem provinciarum fuiſſe depoſi-* E *tum*. Interfuerunt certe huic concilio epiſcopi ex provinciis decem, nimirum archiepiſcopi octo cum ſuffraganeis nonnullis, ac præterea Actardus ex Turonenſi provincia, Franco ex Colonienſi. Quemadmodum in ſynodo Tullenſi apud Saponarias, ante decennium & amplius habita, præſcriptum eſt in titulo: *Synodus duodecim provinciarum*, cum in ea octo numerentur metropolitani, & epiſcopi præterea ex quatuor aliis provinciis, Senonenſi, Viennenſi, Moguntinenſi, Tarentaſienſi. Sunt qui hanc ſynodum octo provinciarum appellent, quod provinciarum numerum dicant ex archiepiſcopis, qui ſynodo interſunt, colligi: in hac autem noſtra non plures octo nominentur.

*IN*

*QUINTAM CONCILII PARTEM*

*quæ epiſtolas complectitur.*

*IN EPISTOLAM SYNODALEM.*

*Actardus ſynodi legatus.*

49 *QUam per bonæ fratrem & venerabilem coepiſcopum.*) Actardo Nannetenſi hactenus epiſcopo, bona eccleſiaſtica Nortmannorum incurſione magna ex parte perierant: atque is ab Hadriano papa litteras impetraverat, quibus aliis Caroliai regni epiſcopis, præcipueque Hincmaro commendabatur, ut ſi qua forte vacaret eccleſia, in ea collocaretur. Quid egerit Hincmarus, ipſe poſtea narrabit. Accidit autem ut circa hæc tempora, per obitum Erhardi archiepiſcopi, deſtitueretur paſtore illuſtris eccleſia Turonenſis Actardi alumna & nutrix. Hac opportunitate utuntur patres, ut Actardum ad Hadrianum delegent, ſimul acta litteraſque concilii laturum, ſimul a pontifice Turonenſem cathedram impetraturum.

*Caroli cum Ludovico fratre colloquium.*

Annal. Bertin. ad an. 871.

50 *Et domnus rex cum quibuſdam epiſcopis.*) Narrat annaliſta Bertinianus hoc anno poſt indictam Duziaci ſynodum, regem Carolum, petentibus nepotibus ſuis Ludovici fratris ſui Germaniæ regis filiis, Ludovico & Carolo, *per Viridunum obviam illis, locuturum cum illis, perveniſſe, & inde ad ſynodum in Duziaco rediiſſe.* Ex expoſito ſynodi ſucceſſu, reverſus ad principes hæc habet: *Prædicti quoque nepotes regis in Duziacum venerunt ad eum, petentes ut eos cum patre ſuo pacificaret. Sed & miſſi Ludovici fratris ſui ad eum venerunt, poſtulantes ut obviam illi ſecus Trajectum municipium ad colloquium illius veniret: ſicut & fecit, ducens ſecum miſſos nepotum ſuorum, qui ea quæ petierant, apud patrem ſuum ex illorum voce narrarent. Ubi etiam miſſos Karlomanni filii ſui, interveniente Ludovico fratre ſuo, Carolus rex audivit; & ſicut antea ſub conditione ſuæ correctionis eum redire ad ſe invitavit. Quæ invitatio nihil profecit. In quo aliquandiu colloquio Ludovicus & Carolus immorantes, aut parum, aut nihil profecerunt.* Deo per filiorum diſcordiam in Ludovicum Germanum conferente, quod ipſe cum Lothario parenti optimo Ludovico Pio commodaverat.

*Hincmari Laudunenſis ſacrilegium.*

Hadrian. ep. 39. ad Carolum.

51 *Inde umgas ad ſpatas, & balteos, & calcaria.*) Miror equidem ſacrilegiorum iſtorum voces non altius in hominum auribus inſonuiſſe, ut omnes undique adverſus impium hominem armarentur. Atque huc maxime reſpectare mihi videtur Hadrianus ad Carolum regem ſcribens, cum ait *in ſynodalibus litteris, metropolitani, & regis, nec non in libello reclamationis cleri & plebis Laudunenſis, ſeu in libello continenti ſeriem geſtorum ſynodi, tanta turpia, tanta dicta nefanda, tantaque execranda, & auctorem ſuum damnantia referri, ut incredibilia ab ignorantibus videantur.* Rhemenſem autem ad eam famam & vulgi querelas, in rebus tantis, quæ obſcuræ eſſe non poterant, tacuiſſe nemo mihi perſuaſerit: ſed periiſſe potius increpationis ejus litteras, eo non invito, ne tanta labes ad perpetuam infamiam ejus nomini adhæreſceret.

*Umga.*

Quid porro ſit umga, ſola novit barbaries. Niſi uncos intelligamus vinciendis & comprimendis enſibus, balteis, calcaribus accommodatos. Hoſas enim caligas dicimus

*Hoſa quid?*

Lud. de la Cerda adverſ. ſacr. c. 61. n. 11.

apertas & ſolutas, quæ apud Ludovicum de la Cerda in adverſariis ſacris, a Vvarnefrido ſic deſcribuntur. *Calcei his erant ad ſummum pollicem pene aperti, alternatim laqueis corrigiarum retenti; poſtea vero cœperunt hoſis uti, ſuper quas equitantes tubragos birreos mittebant.* Caligas ſolutares appellat Thvvroch in chronico Ungaro. *Corpus ipſius ſplendidiſſimum tunica ſcarlatina, ac etiam caligis ſolutaribus, gemmis pretioſiſſimis contextis.* Quæ ille tubragos, alii tubrucos vocant, ſic dictos, ait Juvenalis interpres, *quod tibias bracaſque tegant.*

*Pecunia diverſi ſexus.*

52 *Et generis diverſi ac ſexus pecuniam.*) Vox inſolens; & nuſquam alibi mihi lecta, neque ego ſexum alium in pecunia conjicere poſſum, quam ſi aurum pro mare, argentum ſignatum pro femina accipias. Vide utrum huc referri poſſit, quod Auguſtinus de diis gentium ſcribit. Pe-

Auguſt. l. 4. de civit. c. 29.

Idem l. 7. c. 11.

*Jupiter Pecunia.*

cunia dicta eſt dea, quæ dat pecuniam, non omnino *Pecunia Dea ipſa putata eſt*. Et alibi expreſſius. *Dicerem quippe noluiſſe illos Jovi femininum nomen imponere, niſi & in illis verſibus* (Valerii Sorani) *progenitor genitrixque deum diceretur: & inter alia ejus cognomina legerem, quod etiam Pecunia vocaretur: quam deam inter illos minuſcularios invenimus, ut in quarto libro commemoravimus. Sed cum & mares & feminæ habeant pecuniam, cur non & Pecunia, & Pecunius appellatus ſit, ſicut Rumina, & Ruminus, ipſi viderint.*

*Locus expenditur.*

53 *Quod & de Rothado faceremus.*) Quid hic facit intempeſtiva Rothadi mentio? & ſi ea inducenda eſt, cur tamquam de præſenti negotio agitur, & adhuc integro, licet tot ante annis ſit confectum, & Nicolaus papa, Rothaduſque vivis exceſſerint? Faceremus, inquiunt, ſi legati Alpes tranſire poſſent. Poteſt modo Actardus cum actis hujus concilii: quidni igitur modo & illi? quid eſt autem, ſi concederetur in illis temporibus? quis ita loquitur? Fac tamen concedi-

Quid

Quid conferent acta Sueſſionenſis concilii ſub Nicolao I. ad acta ſynodi Duziacenſis ſub Hadriano II. Concludendum omnino, vel intruſum eſſe hunc verſum ab ſciolo aliquo, perquam importune; vel ſaltem aliter conceptum fuiſſe, ad præterita tempora reſpectando. *Quod & de Rothado ſeciſſemus, ſi legatis noſtris facultas tranſeundi Alpes in illis temporibus conceſſa eſſet.*

*Rothadi appellationem proſequentis hiſtoria.*

Quod dictum ut abducamus ab hac epiſtola, & abſolute in ſe ſpectemus, omnino verum eſt, aut fallunt hiſtorici: nihil omiſerunt Sueſſionenſis III. concilii antiſtites, ut damnatum a ſe Rothadum Romam appellantem mitterent, ut acta concilii per Odonem Nicolao ſignificaret, ut legatos ſuos facti rationem pontifici reddituros repræſentarent. Sed quo minus Romam tangerent, vis externa obfuit, quam ſuſe Bertinianus annaliſta expoſuit, & nos, ad declarandam innocentiam Hincmari, ex eo deſcribimus.

Annal. Bertin. ad an. 863.

Ad annum igitur Chriſti 863. hæc habet, *Carolus VIII. Kal. Novembris ſynodum in Vermeria palatio habuit, ibique abbatiam S. Carilephi ſuper Robertum epiſcopum Cinomannicæ urbis, qui eam per apoſtolicam commendationem juri ſui epiſcopatus mancipatam tenere volebat, legaliter evindicavit.* Habes in conciliis Gallicanis epiſtolas Nicolai papæ complures ad diverſos ea de lite; & earum unam ad Hincmarum increpatoriam, quod monachis favere videretur, Ita nihil unquam impune licuit archiepiſcopo Rhemenſi. Pergit hiſtoricus. *Et Rothadum nuper depoſitum, ſicut domnus papa ei mandaverat, cum ſuis & epiſcoporum litteris atque vicariis Romam miſit.* Ac deinde anno conſequente, profectionem ipſam & conatum ſub oculos ponit. *Carolus cum epiſtolis per Rodbertum* Cenomannicæ urbis epiſcopum (nam concilii legatus erat Odo Belvacenſis) *Romam, ſicut apoſtolicus juſſerat, Rothadum dirigit. Sed & epiſcopi regni ejus, vicarios ſuos cum ſynodicis litteris de cauſa ipſius Rothadi ad apoſtolicam ſedem mittunt, quibus Ludovicus* (imperator) *tranſitum denegat. Ipſi autem legati tam regis, quam epiſcoporum, impoſſibilitatis ſuæ cauſas Romam eundi clanculo papæ cognitas faciunt. Rothadus ſimulata infirmitate, Veſontio, ceteris patriam repedantibus, remanet: & poſt aliorum regreſſum, per Curiam, ſuffragantibus ſibi Lotharii & Ludovici Germaniæ regis fautoribus, Ludovicum imperatorem Italiæ adiit, quatenus ipſius ſolatio Romam valeat pervenire.* Hæc ſi vere geſta non eſſent, non ea ſimplicitate referrentur. Quæ ſi Romæ poſitus pontificem celavit Rothadus, ſilentio veritatem prodidit.

Nicol. ep. 16. tom. 3. con. Gall.

Annal. Bertin. ad an. 864.

*Poſtulatum epiſcoporum pro Actardo.*

54 *Venerabilem denique fratrem & coepiſcopum noſtrum Actardum.*) Eadem verbis pene iiſdem pro Actardo poſtulant Hincmarus Rhemenſis, & rex Carolus, privatis ad pontificem epiſtolis. eaque una videtur eſſe cauſa, ut ſupra dicebamus, cur ipſe præter ceteros delectus ſit, qui hæc acta Romam perferret. Duo autem poſtulant, primum, ut ab ipſo Turonenſi eccleſiæ incardinetur. ſive applicetur, addicatur; eſt enim ex S. Gregorio & aliis nota vox. Secundum, ut hæc per pontificem inſtitutio, ejuſdem eccleſiæ privilegiis non præjudicet; neve poſt Actardi mortem, electionis jus illi eripiatur, tamquam ad ſedem apoſtolicam ſemel ab epiſcopis Gallicanis delatum. Prioris poſtulati tres afferunt rationes: quod eum clerus populuſque Turonenſis eligat, & expetat: quod eum commendans Hadrianus ipſe litteris ſuis ſimile aliquid optare & permittere ſit viſus: quod jam illum pallio, velut archiepiſcopatus candidatum, decoraverit. Huic poſtulato prona voluntate annuit Hadrianus, *& per noſtra apoſtolica auctoritatis decretum*, inquit, *conſtituimus cardinalem metropolitanum, & archiepiſcopum Turonicæ eccleſiæ atque provinciæ:* eamque in rem Antheri papæ veterem decretalem citat de mutatione epiſcoporum de civitate in civitatem. Aliis quoque litteris ad regem, conditionem petitam admittit, ut *poſt ejus deceſſum electio canonica & ordinatio a ſuffraganeis epiſcopis ejuſdem metropoleos Turonicæ, canonice celebretur ex more.* Eamdemque eccleſiam hoſtium incurſionibus deſolatam, *meritis glorioſiſſimi confeſſoris Chriſti Martini honorabilem ſemperque venerabilem, & inter Gallicanas tamdem vel ſecundam, vel tertiam provinciam Turonenſem* Caroli regis magnificentiæ impenſe commendans ſic ab eo locupletari cupit & ornari, *non ulterius Cæſarodunum, ſed Karolidomum in perpetuum vocetur.*

Hadrian. ep. 27. ad epiſc. conc. Duziac. *Antheri PP. decretalis.*

Hadrian ep. 28. & 29 *Turonenſis metropolis.*

Erit tamen hac in petitione, & conceſſione, qui ſic diſſerat. Cur antiſtites Gallicani electionem, & ordinationem ſuam eſſe, conditione appoſita monſtrarunt, cur rex ipſe Carolus, neque Egilonem metropoli Senonenſi datum eſſe, Nicolaum primum celaverit; & Vulfadum in Bituricenſi ſede collocatum, ab Hadriano confirmari cupierit? Declarant enim hæc exempla, non pleno jure ordinatos fuiſſe tum etiam temporis ſaltem metropolitanos a ſuffraganeis: ſed pontificis Romani conſenſum fuiſſe quæſitum. Ergo videtur inutilis illa conditio, quæ poſtulat ab antiſtitum primo, ut ſuo jure ſe privet. Reſpondeo, proprium hoc fuiſſe ſemper eccleſiæ Gallicanæ, ut ſupremam ſedem eximie veneraretur præſertim iſtis Carolinorum regum temporibus, vix ut quicquam ullius momenti inconſulto pontifice moveret. neque inter eos tam juris eſſet contentio, quam caritatis paternæ in filios obſequentiſſimos; filiolitatis, ut dicebant, in optimum parentem. Quare electionum & ordinationum jus liberrimum benevolentiſſimis pontificibus Romanis habebant eccleſiæ: & iſtæ, ſi quid præter ordinem accideret, ad pontifices devotiſſime deferebant. Unde Actardum incardinare ſe potuiſſe non tacent: ſed id ut ſplendidius, & majori cum auctoritate fieret, perfici cupiunt a pontifice. Longe autem alia eſt Egilonis & Vulfadi cauſa, quæ non abſque aliqua neceſſitate pontificibus Romanis oblata eſt. Nam Egilo ex alia aſſumptus provincia, ad Senonenſem transferebatur, non recte ſecundum canones, clamante Nicolao, *indecorum, quin potius illicitum eſſe, in aliena ſtipendia quemquam irrepere, & ex tranſverſo venientem in caſtra, inter quæ non militavit, ducatum arripere*, & proteſtante, in animo ſibi eſſe *hanc temeritatem, & ſacrorum ſuper hoc canonum violationem familiarius in illis regionibus dilatatam, generalis decreti ſui ligone radicitus extirpare.* Hinc eſt quod Hadriano epiſtolæ iſtæ omnes inculcant, Actardum in eccleſia Turonenſi baptizatum, nutritum, tonſum, ad epiſcopatus ordinem per ſingulos gradus eſſe provectum. Illam ergo diſpenſationem, ejus in eccleſiam Turonenſem translatio non requirebat. Vulfadus autem præter hanc cauſam, (Rhemenſis quippe clericus Bituriges migrabat) illi etiam eccleſiæ per regem, abſque pontificia voluntate & diſpenſatione datus erat epiſcopus; atque idem nondum ex toto ſuis ordinibus reſtitutus, quibus eum dudum Sueſſionenſis ſecunda ſynodus exuerat. Quod *minus caute & ſixe*, nimis *maturate* factum ſe inconſulto, jure improbat Nicolaus. Actardus ex adverſo, rogante pro eo pontifice Hadriano, & jam pallium ipſi concedente, ad ſedem vacantem poſtulatur; neque aliorum trium diſpenſationis capitum indiget.

*De conditione ab epiſcopis adhibita.*

*Egilo Senonenſ. arch. Translatione, epiſcoporum non probat pontifex* Nic. ep. 54

*Vulfadus Bituricenſis.* Ep. 6. Caroli ad Nic.

Nic. ep. 19. ad epiſcop. conc. Sueſſ. *Pallium epiſcopo conceſſum.*

55. *Genio pallii a veſtra benignitate eſt honoratus.*) In rationibus per epiſcopos allatis, conſideratione digna mihi videtur tertia, quæ pallium Actardo datum commemorat, e ſede Nannetenſi ejecto nondum in vacantem ullam adſcito, verbo dicam, epiſcopo, & quidem ſedis incertæ. Talis conceſſio in epiſtola Hadriani ad ipſum legitur, dicentis ſe *decus pallii pro Dei ſolius amore concedere*, ut quidem magno privilegio; tamquam confeſſori, & religionis cauſa exulanti, *quem inter furentium paganorum manus & gladios confeſſus es.* Et expreſſius poſt pauca. *Quod non aliter tibi, nec cuilibet abſque metropolitis concederemus, niſi multoties exilia, mari, vincula paſſo, etiam ad capitalem ſententiam frequenter tracto, teſte tuo metropolitano, hoc tuo, ad celerrima conſolationis ſolatia, tanta exigere detrimenta quin potius merita, ut videlicet habeas pro exilio & catena, pallii ornamenta, non in tua eccleſia perenne decretum, ſed ad tuum, certo tempore, vitaque præſentis ſpecialiter uſum.* Quod iiſdem pene verbis renunciat Hadrianus concilii Sueſſionenſis patribus, ea epiſtola qua ipſum petit in eccleſia, *quæ forte ſuo fuerit viduata rectore, penitus incardinari.* Quare cum S. Gregorius ad Brunichildem reginam ſcribat, ex priſco more duas in donando pallio conditiones attendi, *ut honor pallii niſi exigentibus cauſarum meritis, & fortiter poſtulanti dari non debeat.* tanta ſunt in Actardo merita, ut etiam ultro ne ſperanti quidem, nedum *fortiter poſtulanti* dari poſſit ac debeat.

Hadr. ep. 6 ad Actardum. *Actardus confeſſor.*

Hadr. ep. 2.

Greg. l. 7. epiſt. 5.

Ex quibus duo diſcimus, alterum, non ſolis metropolitanis, ſed etiam inferioribus epiſcopis concedi pallium, quemadmodum & olim Siagrio Auguſtodunenſi datum eſt a Gregorio Magno. Et S. Adventii in epiſcopatu Metenſi ſucceſſor Vvalo Hincmarum Rhemenſem conſulit, *de pallio a ſede Romana ſibi obtento, unde archiepiſcopus ipſius* (Trevirenſis) *litteras papæ ſuſcipere noluit.* Quæ fuerit cauſa recuſandi, diſceremus ex Hincmaro, ſi reſponſio ſupereſſet. Alterum, tantam fuiſſe Gentilium Nortmannorum perſecutionem in Galliis, ut etiam confeſſores & martyres daret eccleſiæ. cujuſmodi Noviomenſes tabulæ Immonem nobis offerunt in urbis direptione ab Haſtingo Nortmannorum duce interfectum. Florebat autem cum Hincmaro, multiſque cum illo ſynodis interfuerit, atque illi primum Cariſiacæ, in qua Gotteſchalcus lucinlente tractatus eſt.

Flodoard. l. 3. c. 23.

*S. Immo Noviom. mart.*

### IN EPISTOLAM HINCMARI RHEMENSIS

56 IN Africano concilio, præter epiſtolam ſynodicam conventui toti communem, privatas etiam litteras ad Innocentium papam dederunt ſelecti quidam epiſcopi, Aurelius, Auguſtinus, Alypius, & alii. Quorum exemplo potuit Hincmarus concilii præſes, & actor præcipuus, poſt epiſtolam ſynodalem, quam ſtilum ejus redolet, privatim ad Hadrianum ſcribere, & animi ſui ſenſa de Hincmaro Laudunenſi, fidenter exponere. Sed & aliæ interceſſerunt cauſæ, quæ currentem impellerent. Una, quod Actardus Hincmaro peculiariter commendatus erat ab Hadriano, epiſtola officii laudiſque pleniſſima. Res igitur exigebat, ut quæ jam egerat in ejus gratiam, explicaret. Altera, quod preſbyteri cujuſdam Triſingi ab Hincmaro depoſiti cauſam cognoſcere volebat pontifex: quam per Actardum mitti opportunitas invitabat. Sunt igitur epiſtolæ tres partes, de ſingulis perſonis ſingulæ: de Actardo, commendatitia: de Hincmaro, expoſtulatoria; de Triſingo, exegetica.

*Cur privatim ſcribat Hincmarus.*

Hadrian. epiſt. 4. ad Hincm.

57. Et

*Perſecutiones Normannorum paganorum, & Britonum.*

57. *Et a paganis Normannis, &c. non & a pſeudochriſtianis.* ) Facit utramque paginam in hiſtoria Caroli Calvi, Nortmannorum ſive Danorum irruptio in Gallias, deprædatio, immanitas, quæ religione Chriſtiana, & Gallico cælo ſoloque mirum in modum mitigata eſt. Quod autem & Britonibus infenſus ſit Hincmarus, ea videtur eſſe ratio, quod & primi eorum duces tyrannice regnarunt, & epiſcopi diuturno ſchiſmate, quod tum adhuc perennabat cum iſta ſcriberet, a metropolitano ſuo diviſi, & excommunicati, eccleſiam male habebant. De Nomenoio quidem duce, nota eſt epiſtola ſynodalis concilii Turonenſis IV. quod alii Pariſienſe malunt appellare, in

*Epiſt. ſyn. conc. Tur. IV. tom. 3. conc. Gall.*

qua hæc inter cetera. *In quo tamen regimine qualem te exhibueris, teſtis eſt conſcientia tua, & amara querimonia diverſarum eccleſiarum, & afflictiones nobilium & ignobilium, divitum & pauperum, viduarum & orphanorum, quos damnabili cupiditate, & horribili crudelitate vexaſti. Sed quia Chriſtianum nomen non penitus abjeciſti*, &c. & paulo poſt: *Cupiditate tua vaſtata eſt terra Chriſtianorum, templa partim deſtructa, partim incenſa, cum ſanctorum oſſibus ceteriſque reliquiis*. Et quæ ſequuntur. In epiſtola

*Epiſt. ſyn. concil. Sueſſ. III.*

quoque ſynodali concilii Sueſſionenſis III. dicuntur *nomine tenus Chriſtiani, quoniam cum ſint barbari, feritate nimia tumidi, nullis ſacris conſtitutis obediunt. Sed pro libitu inſipientia malevolentiaque ſua cuncta peragunt.* Fortiſſimum querelarum caput, & eccleſiæ morumque ſtrages inde fluxit, quod ejectis legitimis epiſcopis, alios ſuæ gentis & linguæ in ſedes epiſcopales intruſerant, & a Turonenſi, ut diximus, metropolitano ſuo per ſchiſma ſeparati, Dolenſem ſedem *metropolim contra ſuæ honore jactitarunt*. Non ſine aliarum tamen urbium con-

*Nicol. ep. 57. ad Sal.*

tentione, *licet nulla memoria ſit*, inquit Nicolaus papa, *vos in veſtra regione ullam habuiſſe metropolitanam eccleſiam*. In ejectis fuit Actardus, in intruſis Gislardus: cum hujus cauſam eidem Nicolao probare per litteras conaretur Salomon rex Britonum, hoc ab eo reſ-

*Actardi & Gislardi contentio. Leo papa.*

ponſum tulit. *De Gislardo autem & Actardo epiſcopis, de quibus ſcripſiſti, multo aliter quam tua referebat epiſtola in ſcrinio noſtro reperimus. Licet non bene faciat Actardus, quia denuo conſecrat, quos Gislardus in eo gradu dignoſcitur ordinaſſe: tamen Actardus invenitur ante Gislardum epiſcopatus officium ſuſcepiſſe. Denique ſanctiſſimus Leo papa, Nomenoio ſcribens, inter cetera, præcipuum Actardum appellat, & hunc ſanum ſapere, & ſanum docere, vivere, ac permanere denunciat: Gislardum vero, tamquam prædicti Actardi ſedulum invaſorem denotat.* Eadem

*7. Non furem.*

epiſtola Leo *furem & latronem Gislardum in Namnetica ſede* vocat: *qui viventis* ( *quod non licuit* ) *locum non timuit uſurpare*: vetatque Nomenoii patrocinio tegi. Ex his vides vetus iſtud eſſe certamen, & jam a patribus Sueſſionenſis III. Actardum ſedi apoſtolicæ commendatum; neque aliud decreviſſe Nicolaum, quam ut cauſa vel apud metropolitanum Turonenſem, vel Romæ apud pontificem diſceptaretur. Rebus autem deſperatis, alia ratione juvit Actardum Hadrianus, convenientibus in illud humanitatis officium epiſcopis Galliarum.

*Actardus quomodo duabus eccleſiis præpoſitus.*

58. *In qua vacante eccleſia diœceſeos noſtra.* ) Duas ob cauſas negat vacanti Morinenſi eccleſiæ incardinari potuiſſe. Prior eſt, quod pauca quæ ſupererant ex latrocinio barbarico Nannetenſis eccleſiæ bona procul inde diſtarent, quibus conſervandis volebat tum etiam invigilare. Poſterior, quod per canones eum non licebat in duabus provinciis cenſeri, Turonenſi, ad quam Nannetes pertinent, & Rhemenſi, ad quam Morinenſes. Sed iſte, meo judicio, merus prætextus eſt, & prudens Hincmari cautio, in Actardi conſilia ſolertius penetrantis. Videbat enim eo tendere hominem, ut conſervata Nannetenſi ſede in aliam ſimul immitteretur, contra canones, vetantes uni duas eſſe ſubjectas. Id conſequuturum facilius, ſi Morinenſi, quam ſi nobiliori & locupletiori Turonenſi addiceretur; qua turpe illi foret non eſſe contentum, quapropter Morinenſi, tamquam viliore, prætermiſſa, modis quibus poteſt omnibus contendit, ut Turonenſi incardinetur, ejuſque rei maxime probabiles rationes affert. Et ſi conjecturis agere licet, ejus ſuaſu factum facile crediderim, ut Actardus Herardo mortuo, ſufficiendus a clero & plebe diligeretur, ſibique ipſi poſtulatio regi offerenda committeretur: *quod idem*

*Flodoard. l. 3. c. 21.*

*pontifex promptiſſime peregit*, inquit Flodoardus. *Intimans etiam regi de quodam clerico, qui ſe ingerebat, non recipiendo*. Quod ſi poſtea, Romæ poſitus in ſua legatione Actardus, utramque ſedem ab Hadriano impetravit, quod his verbis regi ſignificare videtur pontifex. *Et ſi Namnetica contigerit eccleſia ad priorem redire ſtatum, nihil efficiat ei hæc neceſſitatis unitio, quam exigit paganorum*

*Hadrian. epiſt. 28. ad Carol.*

*vaſtatio, quo minus proprium valeat habere pontificem*, ipſum videlicet Actardum, eccleſiæ Turonenſi jam unitum. Illud quantum ſibi diſpliceat, quod antiquis repugnat canonibus, diſſimulare non poteſt Hincmarus, ut in extemporali ad familiarem epiſcopum tractatu videre eſt.

*Hincmar epiſt. 45. Hincmaro licuit appellationem proſequi.*

59. *Apud dominum regem obtinuit.* ) Omnino legendum *obtinui*, non enim ipſa ſynodus cum epiſcopis & confratribus id obtinuiſſe dicitur. Vana ergo non fuit Hincmari promiſſio, ſæpius repetita, peracto judicio ſi Romam provocare pergeret Laudunenſis, cum bona regis & epiſco-

A porum venia, iturum quandocumque collibitum eſſet. Hoc ipſum conceſſiſſe ſe rex in epiſtola ſua ad Hadrianum teſtatur. *Quapropter de illo veſtra pontificalis auctoritas, ut credimus, faciet, quod regula ſacra docemus. Vos tamen certiſſimum reddimus, quia quamdiu nos Deus in regni regimine conſervaverit, epiſcopium Laudunenſe idem Hincmarus in ſuo regimine non habebit. Cui conceſſimus, quamvis non mereatur, pietatis intuitu, ut quicumque de clericis, & de familia epiſcopii Laudunenſis pergere voluerit, licentiam haberet.*

*Ep. Caroli MS. ad Hadrian.*

Hac igitur poteſtate, toties, tantis clamoribus petita, tanto ambitu impetrata, jam liber Hincmarus perurgente negotio, calente adhuc depoſitionis infamia, inſonante Romanis auribus contempta hactenus, ut ajebat, appellationis injuria, quidni properato uſus, iter expetitum, votivum, imperatum, famæ, dignitati, corpori ſalutare arripuit? Cur in Gallia moras cunctator importunus texuit? Quis eum non videt ſuo more procraſtinaſſe, dum nova aliqua machinatione in regem fatigatiſſimum, expugnata demum cæli terræque patientia, excæcationem ſibi carceremque conſciſceret? Et poſt hæc

*Proclamat. Hincmar. Laudun. & calumnia.*

B ſcribere auſus eſt in proclamatione ſeptennio poſt: *uſque modo retentus, ad vos, & ad veſtra piiſſima ſerenitatis præſentiam, mox ut venire dimiſſus potui, protinus acceſſi.* Atqui duos tantum poſtremos annos exegit in cuſtodia & exilio: quid igitur poſt latam ſententiam, & veniam factam abeundi, annis quinque tergiverſator egit in Gallia?

*Pontifex mitti epiſcopos cum eo poſtulat.*

Quid vero interea pontifex Hadrianus? Non ſatisfecit illi poteſtas eo modo conceſſa Laudunenſi: qui quia judicium retractare cupiebat, non humiles aliquas perſonas Hincmaro ſubditas, ſed epiſcopos eccleſiam Gallicanam referentes voluit advenire. At rex, qui retractationem illam velis remiſque fugiebat, in ejuſcemodi legationem conſentire noluit. Quod diſcimus ex Hincmaro ipſo Rhemenſi, ad pontificis propoſitionem reſpondente. *De eo*

*Hincmar. Rhe. ep. 41.*

*quod puſillitati meæ veſtra reſcripſit ſublimitas, ut eumdem Hincmarum, & alios tres epiſcopos, omnium epiſcoporum regni domni Caroli vicem ferentes ad ſynodum Romam mitterem*: in qua nimirum de Hincmari Laudunenſis cauſa, & concilii Duziacenſis judicio judicaretur. Ad hæc

*Epiſcopi regno non exeunt, ſine regis licentia.*

C Rhemenſis. *Veſtra ſciat auctoritas quia nec prædictum Hincmarum, nec etiam quemlibet epiſcoporum diœceſeos Rhemorum; minime autem aliarum provinciarum epiſcopos, niſi domnus rex illis præceperit, Romam, vel in aliquam partem, mea commendatione mittendi habeo poteſtatem: nec ipſe ego, ultra fines regni ſui, abſque illius ſcientia progredi valeo: ſicut miſſis veſtra ſanctitatis, coram Hodone venerabili epiſcopo, & Anſegiſo religioſo presbytero & abbate, quibus noſtra cauſa ſunt cognita, dixi.* Cum in lite Rothadi de eo ſimiliter Romam mittendo ageretur.

*Hincmari Laudun. cum rege contentio.*

60. *Et quia non ita ſe res habebat.* ) Totum hunc locum de primo Hincmari Laudunenſis cum rege Carolo congreſſu, & injuria quam pertulit, quamque viciſſim intulit; quæque in objurgatoria ad regem epiſtola refert Hincmarus Rhemenſis nepotis hic ſui patronus, mirifice illuſtrant annales Bertiniani hoc modo. *Carolus autem per*

*Hincmar. epiſt. 29. Annal. Bertin. ad an. 868.*

*curtes regias in pago Laudunenſi conſiſtentes pergens, Hincmarum Laudunenſem epiſcopum, nullo epiſcopo ſuæ provinciæ conſcio, juſſit ut ad cauſas ſuas, id eſt, ad ſæculare*

D *judicium, advocatum ſuum daret, pro eo quod beneficia quibuſdam ſuis hominibus abſtulit.* Quod repugnantibus epiſcopis difficile ſibi futurum præſagiebat, illud iis inconſultis aggreſſus eſt, ut olim Wenilo Senonenſis *abſque audientia epiſcoporum Karolo* eidem *regi reconciliatus* eſt. Quæ res ad conſtantiam & auctoritatem epiſcoporum declarandam, non parum conducit. *Iſdem autem epiſcopus*

*Iidem an. 869.*

( Hincmarus Laudunenſis ) *ſe reclamans, quod relicto eccleſiaſtico judicio, non auderet ſæculare adire judicium, ſicut ei juſſum fuerat,* ( a rege ) *ad locum nominatum ſæcularis judicii non venit: ſed cauſas ſuæ impoſſibilitatis regi mandavit. Rex autem Carolus jubens inde quoſdam judicare etiam infames perſonas, quia perſonam præfatus epiſcopus non miſit, qui juraret, quod illuc venire non poſſet; & quoniam advocatum ſuum de ſe in ſæculari judicio non dedit: prædictorum judicio quicquid iſdem epiſcopus de rebus & facultatibus eccleſiaſticis in uſibus epiſcopii ſpecialiter habebat, proſcriptum eſt. Sicque idem rex ad Piſtas, medio menſe Auguſto veniens, annua dona ſua ibi-*

*In placito Piſtenſis Auguſti dona regi data.*

E *dem accepit: & caſtellum menſurans, pedituras ſingulas ex ſuo regno dedit.*

*Conciliantur auctorum dicta*

Hic pugnantia videntur occurrere. Nam regem contra jam feciſſe dicunt annales, dicit & in epiſtola archiepiſcopus. Idem tamen hoc loco, quaſi mutata in odium nepotis ſententia, regem excuſat; ſibi falſo nunciata fuiſſe profitetur; a ſe immerito regem per epiſtolam increpitum. Ne quid autem ad gratiam, quod abjectiſſimæ levitatis eſt, loquutus cenſeatur Hincmarus: judicii & diſcordiæ cauſam ab iis quæ circumſtant, quæque conſequuntur, diſtinguamus neceſſe eſt. In primo enim fefellit Laudunenſis, & avunculus præpropera credulitate adverſus regem concitatus eſt: in poſterioribus ſtetit veritas, & ipſa regi indecora. Prima quidem origo[,] fuerunt beneficia tantopere controverſa, Nortmanno comiti, & quibuſdam aliis erepta ab epiſcopo, juſſa a rege reſtitui. Hæc ajebat epiſcopus pertinere ad eccleſiam,

*Hincmar. Laudun. ep. de his p. 609.*

ſiam, hominibus laicis concedi non debere: vim regiam, A eccleſiæ injuriam, canonum contemptum clare oſtentabat: & avunculo perſuaſit, præfervido rerum legumque eccleſiaſticarum defenſori. Qui tamen re maturius expenſa, audito jure poſſidentium, & vera judicii cauſa, cenſuit impoſuiſſe regi ſibique epiſcopum, villam Pauliacum optimo jure ad Nortmannum pertinuiſſe: quippe ab e.ſcopo ipſo regi donatam, ut eidem Nortmanno in beneficium daretur. Nec ideo proſcripta ejus bona, quod ſæculare judicium adire noluerit; ſed quod injuſte ablata reddere recuſarit. De hoc igitur articulo verba Rhemenſis intelligenda ſunt, *quia non ita ſe res habebat*. Cætera vera, ſæculare judicium, excuſatio epiſcopi, proſcriptio regia, in quibus reipſa vim paſſus epiſcopus. Qui & ipſe regem in eo graviter offendit, quod quo tempore querelam apud avunculum deponeret, Celſanum hominem ſuum, Romam, inconſulto rege & avunculo, miſit, regem apud papam accuſatum de rerum eccleſiaſticarum pervaſione. Hæc autem initia ſunt dolorum, & ejus quadriennii, quod pontifici renarrat archiepiſcopus: hic fons conciliorum B trium, in quorum poſtremo jamdudum verſamur. Ante ergo quam ejus finem ſalutemus, ſpecta lector Carolum regem inter Hincmaros duos poſitum, quorum junior æquum poſtulat, eccleſiæ bona ad laicos non transferri: ſacros homines ad ſæcularia judicia non compelli: res Deo dicatas non proſcribi. Senior jus idem coram rege, contra regem fortiter tuetur; & a rege irato omnibus orationis & auctoritatis viribus extorquet, ut titulos refigat, judicium reſcindat, bona reſtituat. Id facit iſte ſalva & incolumi regis gratia. in ſummam ejus offenſionem ille incurrit. Quæro ex te, uter prudentius rem gerat? utri propitia ecclesia? Quid regis indignationem pariat, res quæ agitur, an modus agendi? utrius ſi detur optio, te ſimilem eſſe malis? Sunt tamen qui temerarium juvenem æqualibus epiſcopis omnibus præferant; qui ſenem archiepiſcopum aulicæ aſſentationis accuſent.

*Hincmari utriuſque hoc in facto comparatio.*

*Multa ſcripſit adverſus illum Rhemenſis.*
Flodoard. l. 3. c. 22.
Hincmar. l. 55 Capit. c. 43. p. 550.

61. *Cui multa & multipliciter ut ſe corrigeret, ſcripſi.*) Cogita dilectionem avunculi, ſollicitudinem metropolitani, multiloquium Hincmari, pervicaciam nepotis, reſpoſitionem ſcioli, perſeverantiam ſenioris, utriuſque ingenium, crebras occaſiones. Vide quid portent opera jam edita, quæ Flodoardus appellet de nomine, nondum educta e muſæis. Audi nihil non promittentem verbis iſtis: *Væ mihi eſt, ſi non docendo, cuſtodiendo, ſuadendo, increpando, mulcendo, terrendo, aliquando leniter, aliquando vero ſeverius agendo, pro viribus, & captu meo evangelizavero tibi cum aliis.:... Sanguis ergo morientis de manibus ſpeculatoris requiritur, quia peccatum ſubditi, culpa præpoſiti, ſi tacuerit, reputatur. Et quia frequenter, juxta præceptionem Domini, verbis & litteris, ſecreto per me, & cum aliis, te corripui, ſed correptionem meam ut exoptaveram prodeſſe tibi non vidi, de quibus reſpondendi te audio, tacere tibi non audeo..... Mihi ergo ſis, & contemptor, & tibi parces, ſi a contumacia cordis, & ab inconditis moribus, atque inconvenientibus actibus reſipueris. Tibi & mihi parcam, quando ea quæ de te diſplicenda audiero, aut corrigenda in te videro, vel cognoveris, non tacebo.* Et ſimilia pleraque ſi attendis, immenſam hac in materia ſcriptorum molem facile reputabis.

62 *Contra quæ etiam ſcripta ipſe multa multipliciter.*) D Extant eorum pauca quædam inter avunculi epiſtolas ſæpe a nobis citata. De quorum uno bene longo, quod libro quinquaginta quinque capitum oppoſuit, ita queritur. *Et jam tandem putavi te pigere talia exequi; cum ecce nunc Idib. Novembris quarta indictionis prolixiſſimam volumen mendaciis & irrationabilitatibus, ac improperiis, contra veritatem & auctoritatem, repletam mihi miſiſti. Et miror cur ſic exfrons factus, ut de Juda Dominus quæritur, neſcis erubeſcere, & tibi non eſt nauſea talia & tanta ſcribere, niſi quoniam utilibus non es intentus, neque in neceſſariis occupatus.* Pergit eum officii ſui admonere, ſua in eum beneficia commemorare, male ab eo geſta replicare.

*Multa etiam reſpondit Laudunenſis.*
Hincmar. epiſt. 31 p. 597.

Atque hæc eſt, meo judicio, poſtrema hujus contentionis epiſtola; idque ſignificare videtur Flodoardus. *Scribit ad eum præterea multa. Noviſſime voluminis ſeriem rememorans in eo*, &c. Quam proinde alibi promiſiſſe commendus eſt his verbis. *Cum autem mihi vacaverit, ſuccinctius de aliis perverſis, & incompoſitis ſcriptis tuis, in quibus quædam mendacitér, quædam reprehenſibiliter ſume reprehendendo, quædam fide humiliter, & vere ſuperbe ſcripſiſti, reſcribam: & in illo ſcripto, quia lego dixiſſe Dominum, jam non iraſcar tibi amplius, quantum adhuc mihi paret, de hujuſmodi altercationibus tibi ſcribendi finem imponam.* Utrum ad hæc reſponderit Laudunenſis, obſcurum eſt. Unum conſtat, fregiſſe conſtantiam avunculi *indomabili contumacia*, ut ipſe loquitur: viciſſe amantiſſimi nutritoris caritatem, ingratiſſima perfidia, quæ cladibus omnibus triſtior eſt victoria. Quare omnem hoc loco ejus curam abjicit metropolitanus, ut exclamet deſperans: *Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata.*

*Rhemenſis altercationi finem imponit.*
Flodoard. l. 3. c. 22.
Hincm. epiſt. 36.

L. 55. Cap. c. 7.

63 *Cæterum paternitatis veſtræ auctoritas.*) Sequitur pars epiſtolæ tertia, qua Triſingi cujuſdam ebrioſi preſbyteri factum pontifici exponitur. Erat videlicet illud de majoribus cauſis, quas ad ſedem apoſtolicam referri oporteat? Inter orbis Chriſtiani curas, & apoſtolica A negotia trans Alpes currere debuit preſbyter ruſticanus, ut exhalata crapula ſciſſos computori digitos apud patrem patrum, & epiſcoporum epiſcopum numeraret? Quid ſi hoc egit exemplo Hincmari Laudunenſis Triſingus, quemadmodum exemplo Rothadi metropolitanum tribunal deſpexit Hincmarus? Non poſſum autem mirari ſatis & laudare archiepiſcopi obedientiam, qui de Triſingi cauſa, leviſſima juſſus ſcribere, in eo argumento, tamquam in hæreſi Gotteſchalci, & in Græcorum ſchiſmate, ſerio diligenterque verſatur; uſque ad patrum & conciliorum auctoritates producendas. Adeo nihil in eccleſiaſtica diſciplina tenue putat, & negligendum.

*Scribit Hincmarus de Triſingo preſbytero.*

64 *Contra noſtrum epiſcopale interdictum.*) Cum omnibus ſynodalibus conventibus id a ſe vetitum profiteatur Hincmarus, nuſquam tamen expreſſius ſcriptum reliquit, quam in capitulis quæ voluit a decanis inquiri per eccleſias. *Inquirendum ſi de tabernis & de comeſſationibus, & de familiaritate indebita mulierum ſe cuſtodiant preſbyteri, ſicut ſæpiſſime interdiximus, & interdicimus. Quia ad contumeliam noſtram laici me petunt, ut ſi evidenter cum teſtibus, quæ negari non poſſit, a quoquam preſbyterum in tabernis invenerint, caballum & cappam inde eis habere liceat. Quapropter ſi abhinc preſbyteri ſe de talibus non caverint, quia divinum non timent judicium, temporalem illis inveniemus contumeliam, & ſæculare illorum incorrigibilitati adinveniemus detrimentum.* Quod ab Iſaac Lingonenſi jam ſatis indicatum videtur. *Itaque quemcumque ebrium fuiſſe conſtiterit, ut ordo patitur, 40. dierum ſpatio a communione ſtatuimus ſubmovendum, aut corporali ſubdendum eſſe ſupplicio.* Sunt penes nos capitula MSS. horum temporum Vvalterii epiſcopi in ſynodo diœceſana lata, quorum decimum ſextum eſt, *ut preſbiteri, vel reliqui ordinis clerici, in tabernis non bibant, nec ſcurrilitatibus cacchinnum moventibus conſueſcant.* Quapropter Hincmarus noſter preſbyteros ad Kalendas ſimul convenientes, jubet *peractis omnibus, qui voluerint panem cum caritate, & gratiarum actione in domo confratris ſui, ſimul cum fratribus ſuis frangere, & ſingulos biberes accipere: maxime autem ultra tertiam C vicem poculum ibi non contingere.* Additque inferius: *Paſtos autem & comeſſationes, quas divina auctoritas vetat, ubi & gravedines, & indebitæ exactiones, & turpes ac inanes lætitiæ, & rixæ, ſæpe etiam, ſicut experti ſumus, uſque ad homicidia & odia, & diſſenſiones accidere ſolent, adeo penitus interdicimus, ut qui de cetero hoc agere præſumpſerit, ſi preſbyter fuerit, vel quilibet clericus, gradu privetur; ſi laicus, vel femina, uſque ad ſatisfactionem ſeparetur.* In capitulari quoque Caroli M. univerſe vetatur ebrietas. *Magnum malum ebrietatis, unde omnia vitia pullulant, modis omnibus cavere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum eum eſſe decrevimus, uſque ad emendationem congruam.* Quod decretum ab Iſaac Lingonenſi renovatur in canonibus. Herardus item Turonenſis denunciat *ne preſbyteri indiſcrete domos circumeant, & comeſſationibus & ebrietatibus non inſerviant, ne famam malæ opinionis incurrant.* Citat & Hincmarus canones Africanæ eccleſiæ, tabernas clericis prohibentes. Sic illud diu prohibitum, modo etiam ſtudioſe prohibetur ab D antiſtitibus; eſtque ex illis vitiis, quæ vetantur ſemper, caventur nunquam.

Hincm. capitul. 2. n. 10.

Can. Iſaac n. 15.

Vvalter. Cap. n. 16.

Hincm. capit. 1. n. 15.

Ibid. n. 16.

Capit. Car. M. l. 5. c. 96.

Can Iſaac n. 6.

Herard. capit. nu. 43.

Cod. Afric. can. 40.

# OPUSCULA

# HINCMARI UTRIUSQUE

## PORRECTA CAROLO REGI APUD PISTAS.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXVIII. indict. I. menſe Auguſto.

*Primum in lucem edita ex Cod. Rivipollenſi opera ac ſtudio R. P. Ludovici Cellotii Pariſini, e ſocietate JESU.*

E ALterum tibi, lector erudite, hic offero & ejuſdem ætatis, & Hincmariani zeli monumentum, eo glorioſius, quod in illo pro vindicandis eccleſiæ rebus & juribus certatur: eo jucundius, quod pro nepote adverſus vim externam pugnat avunculus: eo felicius, quod pace reddita beato vivere licuit victori, ſi quieto eſſe placuiſſet. Novam litis veteris memoriam refricant acta ejus integra, quæ debemus ego, tuque, humanitati illuſtriſſimi & reverendiſſimi D. Petri de Marca archiepiſcopi Toloſani, cujus virtute ſæculum noſtrum fruitur, doctrinam ſequentia prædicabunt. Is ut editionem noſtram concilii a ſe perlectam calculo ſuo probare monſtraret, apographum ex MS. codice Rivipollenſis apud Gotthalanos cœnobii nobis liberaliter conceſſit, quo hæc opuſcula cum paucis aliis continentur. Non potuit non gratiſ-

*Quo ſit hoc appendix, & unde.*

tiſſimum eſſe novum illius operis πάρεργον, cui precium a novitate conciliari cupimus, & illuſtrius aliquid ad Hincmari Rhemenſis gloriam, ſuperiore adverſus nepotem actione non parum apud ignaros rerum obſcuratam. Scio equidem & novitati detractum gratiæ nonnihil, & neguti ſane nobilis cognitioni additum aliquid epiſtola Hincmariana, quam cum operibus aliis in publicum emiſit Sirmondus numero vigeſimum nonam, quæ incipit *Hoc antea quam nunc proxime*, ſed adeo mutilam, ex codice Sueſſionenſi dedit, adeoque ſuo ipſius judicio perturbatam, ut ſub vero quaternionum nomine, alio ſchemate a nobis oblata, merito nova videri poſſit. Neque eidem novitati apud te officiet intempeſtiva litis anterioris, ad poſterius concilium adjectio, ſiquidem ante iſtud pro nepote ſuſceptum patrocinium eſt, quam actio illa contra nepotem in concilio. Eſt enim prompta ignorantiæ excuſatio, cum hæc opuſcula meas in manus poſt perfectam ſolum concilii & notarum editionem advenerint. Quæ res facit, ut toto libro antea oculos ad iſta non reflexerimus, neque ullam uſquam, cum frequens opportunitas occurrerit, induxerimus mentionem. Veritas ſcilicet e latebris ſuis ſimul & ſemel tota non emergit: & poſt infinitam hujus ſæculi eruditorum curioſitatem, cui felicitas obſtetricata eſt, multa præterea ſuperſunt antiquitatis monumenta, quæ nepotibus noſtris bibliothecæ reſervant.

*Tom. 2. operum Hincm. ep. 29.*

De conſilio publicandæ hujus actionis ſi quæritur, nonne tuæ eruditioni fecero ſatis, ſi dixero, nova eſſe veterum ſcripta quæ tanto ſtudio indagentur a doctis: glorioſum eſſe Rhemenſis Hincmari facinus, qui cum apud Baronium ob quaſdam Romanorum pontificum epiſtolas, & nuper apud novatores noſtros, ob Prædeſtinatianum monachum cæſum & domitum offenderit, clara cum laude notitia, meritis comparata apud pleroſque indiget, ut debitum inter eximios eccleſiæ Gallicanæ antiſtites gloriæ locum poſtliminio recuperet? Quanti autem æſtimas eccleſiaſticam hiſtoriam ex ipſis fontibus haurire, & ſitientibus ſtudioſorum animis propinare? Verſor adhuc in tenebris, ſi quæ ad Hincmarum Rhemenſem archiepiſcopum pertinent diligenter expoſita, aut nullam aut exiguam ſæculi noni hiſtoriæ lucem & dignitatem adferunt.

*Cur hæc opuſcula edantur in lucem.*

Nolim autem exiſtimes contentionem hanc cum rege, alienam penitus eſſe a lite ſynodali cum Hincmaro Laudunenſi, ut mirum tibi ſit utramque ſimul a nobis produci. Quin potius ſive tempus, ſive materiam ſpectes, controverſiam iſtam, judicii Duziacenſis ſemen & originem non immerito, maxima ſaltem ex parte, vocaveris. Illud ex ſubjecta materia demonſtro; & eadem opera, quo iſtorum opuſculorum quodque ſcriptum tempore ſit, quo porrectum ordine aperio. Narrant annales Bertiniani, Carolum Calvum regem anno ejus ſæculi 67. *ad villam quæ Bellus Pauliacus dicitur perrexiſſe*: tamquam ſcilicet comitis Nortmanni beneficium. Id cum ægre ferret Laudunenſis epiſcopus, & injuriam ſuam interpretaretur, vehementer, ut erat animo præcipiti, de recuperanda villa cogitavit, contra nitente comite, & regis præſidium imploravit. Rex iracundia percitus in eam vim anno ſequente prorupit, quæ hanc litem facit. Eam habes ex eodem annaliſta Bertiniano a nobis producto, tum in vita junioris Hincmari, tum in notis ad concilium: ut omittam non taceri ab Hincmaro ſeniore in ipſo quaternionum limine, ut mihi neceſſe ſit hoc loco repetere. Confugit videlicet & ipſe ſtatim ad avunculum, & patronum hactenus perpetuum junior epiſcopus, ejuſque animum quibus voluit querelis occupavit. Hic ſenior Hincmarus vir promptus ac vehemens, & jurium eccleſiaſticorum intrepidus aſſertor, primo impetu, calente adhuc injuria, nepote comite Piſtas accurrit, ubi tum rex annua dona accipiebat a ſubditis: ſimul & epiſcopos regem ſequutos eo de negotio conſulturus, & illud præſens apud regem proſequuturus. Ibi magno animo, tumultuario ſatis opere, quaterniones prolixos admodum effudit, quos rex ſibi oblatos non ſatis adhuc ab iracundia quietus, legere tum neglexit. Statim poſtea rotulam ex illo multiloquio excerpſit, quæ brevitate ſua regem ad legendum magis alliceret. Nepos interim ex avunculi conſilio ſcedulam epiſcopis porrexit: addita ſacramenti formula, quæ regi ſatisfacere parabat. Accedunt igitur ad Carolum regem aulicis aſſentationibus adhuc commotum Hincmarus archiepiſcopus cum rotula ſua, Odo Belvacenſis cum ſcedula & ſatisfactione Hincmari junioris epiſcopi, ceterorum antiſtitum nomine, cauſam unius acturi. Reſpondet iracunde princeps, velle ſe talibus in negotiis epiſcopos in palatio ſæculare non eccleſiaſticum ſubire judicium. Sic actum apud reges Francos præceſſores ſuos. Archiepiſcopus autem pro eccleſia dicere ſemper paratus, ſimul rotulam regi porrigit, ſimul extemporali admonitione ab ejus animo hanc opinionem conatur evellere. Quibus omnibus, præter bonorum aliquot reſtitutionem, impetravit a rege, ut ejus cauſa non jam apud ſæculares, ſed apud legitimos judices diſceptaretur. Quo facto poſtremam ſcribit epiſtolam, ut lis ea pro eccleſia ſine regiæ poteſtatis detrimento finiatur.

*Annal. Bertin. ad ann. 867.*

*Supra in vita Hinc. §. 6. & in notis.*

*Ordo iſtorum opuſculorum.*

Hic terminatur actio quam reponimus, ſed ejus effecta longius quam decuit producta, in tragicum judicii Duziacenſis finem deſierunt. Nam villam Pauliacum recepit Laudunenſis, cum regia gratia per avunculum procurata. Sed

*Quo fine actio terminata ſit.*



A integre reſtitutam ſibi negavit & multa tamquam ad eam pertinentia per vim ſibi arrogavit, contra ſemper agente Nortmanno, & ſua vindicante, quæ rex & ſenior Hincmarus coeterique antiſtites judicabant ab epiſcopo *contra rationem & juſtitiam, illegaliter ac irregulariter uſurpari*: de quibus per epiſtolam cum avunculo diſceptat nepos. Interim Romam mittit, qui de rege, ut inique rerum eccleſiaſticarum pervaſore apud pontificem queratur. Unde graves adverſus illum pontificis litteras expreſſit, & excuſſa majeſtatis reverentia, prout ſe dederunt occaſiones *amplius quam epiſcopalis gravitas poſtulat, eundem regem contra ſe excitavit*, ut loquuntur annales ſæpe citati. Quæ cum intoleranda Carolo viderentur, hominis ſpiritus frangere conſtituit, & eum in judicium, non jam ſæculare, ut antiſtitum monitis cedere ſe monſtraret, ſed eccleſiaſticum vocare, anno dominicæ incarnationis 869. *Synodum omnium epiſcoporum regni ſui VIII. Kal. Maii ſecunda indictionis apud Vermeriam condixit, quo eundem Hincmarum epiſcopum vocari præcepit.* Cui poſtea ſucceſſit Attiniacenſis, quibus in duabus comes Nortmannus, & villa Pauliacus utramque paginam fecerunt: ac demum Duziacenſis noſtra reo funeſtiſſima.

*Hincm. Laudun. op. De his p. 611.*

*Annal. Bertin. ad ann. 868.*

*Ib. an. 869.*

Ceterum hac in diſceptatione quid primum miraberis, lector, quid poſtremum? Aulicæ cupiditatis violentum ardorem eccleſiæ bonis inhiantem? Indefeſſum epiſcoporum in iis tuendis & repetendis ardorem & ſtudium? regum Chriſtianiſſimorum in ferendis & renovandis pro ea immunitate legibus conſtantiam? Caroli noſtri has inter leges, & repetita toties, tam ſolemniter ſacramenta, lapſus, offenſiones, viciſſitudines? Hincmari Rhemenſis, antiſtitum ſpectatiſſimi pro conſervandis eccleſiæ juribus zelum pie importunum, & ſanctam confidentiam, cum nobili rerum humanarum inter aulæ grandia contemptione conjunctam? Non feres patienter ingratum & levem Hincmari junioris animum, qui felicitati ſuæ invidens, regis gratiæ, & avunculi patrocinio, quibus cum dignitate frui poterat, turbulentiſſimas inimicitias cum utroque prætulit. Dolebis denique mecum, ut opinor, & hujus contentionis, & ſynodi Duziacenſis hiſtoriam, ne de nomine quidem a Cæſare Baronio appellatam fuiſſe. Utraque enim cognita & accurate perlecta, haud paulo æquius, ſine dubio, de virtute, & catholico Hincmari ſenioris animo ſtatuiſſet judicium.

*Quid hac in hiſtoria maxime notandum ſit.*

## BREVE ARGUMENTUM

### OPUSCULORUM SEQUENTIUM

ex annalibus Bertinianis ad ann. 868.

*Hincmarus autem Rhemorum archiepiſcopus Hincmarum epiſcopum Laudunenſem ſecum ducens, apud Piſtas, cum aliis epiſcopis ſcriptis & verbis regem adiit, oſtendens quantum præjudicium & epiſcopalis auctoritas, & univerſalis eccleſia in tali facto patiebatur. Et obtinuit ut reveſtito epiſcopo quibus fuerat ſpoliatus* (magna ſaltem ex parte ex epiſcoporum præſentium conſilio, ut alibi teſtatur Rhemenſis) *ſicut ſacræ leges præcipiunt in provincia, ubi hæc cauſa judicanda erat electorum judicum judicio, &, ſi neceſſe foret, poſt hoc ſynodali terminarentur examine.* Quod factum præcipue apud Attiniacum ſecunda ſynodo in cauſa Laudunenſis habita, in qua & Nortmannus, & alii complures ſibi ab Hincmaro erepta repetierunt.

*Hinc. l. 55 cap. c. 8. pag. 411.*

Poſt hunc autem apud Piſtas congreſſum quid ſequutum ſit, narrant eodem anno iidem annales: *Carolus rex Kalendas Decembris Carisiacum veniens quoſdam primores tam de epiſcopis, quam ex aliis regni ſui ordinibus ſibi accerſivit: & commotus contra Hincmarum Laudunenſem epiſcopum, quia Romam ſine illius conſcientia miſerat, & epiſtolas pro quibus non convenerat, obtinuerat. Eidem vero epiſcopo contumaciter ſibi reſiſtenti valde infenſus erat. Unde iſdem epiſcopus ſine illius licentia, cum ſæpe ab eo evocatus fuerat, & ad illum venire diſtuliſſet, ad ſedem ſuam perrexit, & amplius quam epiſcopalis gravitas poſtulat, eundem regem contra ſe excitavit.*

Item ex Hincmaro Rhemenſi lib. LV. Cap. c. IX.

*Quando te ad me reclamaſti, quædam a domino rege, ſed & ab aliis quibuſque tibi ablata, quid de eiſdem tibi ablatis, & eccleſiaſtica regula, & jura publica dicant, ſufficienter in ſcripto domno regi a me una cum venerabilibus coepiſcopis noſtris, apud Piſtas porrecto legiſti: unde obtinuimus quod nobis viſum fuit tunc ſufficiſſe. Nam & quando eadem principalis poteſtas, nec non & omnis præfectura regni ſui inſolentia tua exigente, contra te fuere commota in Vermeria palatio, iterum inde ſcriptum quod legiſti, porrexi.*

Item ex Flodoardo lib. III. hiſt. Rhem. c. XVIII.

*Item de cauſa Hincmari nepotis ſui mentis Lauduni epiſcopi, plures ſcripſit epiſtolas, pro quo multum apud eundem regem laboravit.*

ANNO CHRISTI 861.

OPUSC. I.

## I. OPUSCULUM

# HINCMARI RHEMENSIS EPISCOPI QUATERNIONES AD CAROLUM REGEM

Pro eccleſiaſtica libertate tuenda in cauſa Laudunenſis epiſcopi

*Domino* KAROLO *regi glorioſo*, HINCMARUS *nomine non merito Rhemorum epiſcopus, ac plebis Dei famulus.*

Licet antea quam nunc proxime Rhemis venerim, unde mox litteras dominationi veſtræ direxi, quædam ex his de quibus ſcripturus ſum, auditu compererim: plenius tamen non incerta relatione eorum poſtea hiſtoriam didici. [a] Et ut in Ariulfi & Amalberti cauſa, quæ initio rationabili, ſcilicet ſacris legibus non contrario, & aliquanto progreſſu, quia cum audientia epiſcopali, & non in loco publico, ſed in privato & familiari examine cœpta eſt diſcuti, ſi eodem fine terminata fuiſſet, ſermonem non occupem inde, Dicam unde plus doleo.

*Narratio causæ qua de agitur.*

Audivi namque quia reſidentibus vobis cum fi- C delibus veſtris, coram fratre & coepiſcopo noſtro Hincmaro, filius Liudonis [2] ad veſtram dominationem ſe reclamavit, quia iſdem frater noſter ab eo exenium acceperit, & patris ſui beneficium ei donaverit, & deinde ab eo inrationabiliter tulerit; & ex hac ratione, forte minus neceſſaria gravitatis cautela, quæ in epiſcopo non modicum eſt ornamentum, adeo animus veſtræ ſerenitatis fuerit motus, ut eumdem epiſcopum coram omnibus, & voce publica, quamplurimis contumeliis affeceritis, quæ ſacerdotali ordini a nullo homine, minime autem a rege, in quem ſicut & in epiſcopum, omnium oculi ſunt intendentes, imperi competit, miſſa ante oculos & ſervata reverentia Dei, qui dicit, quod ſanctus Paulus de D ſacerdote eſt interpretatus; *Principem populi tui non maledices*; &, *Diis non detrahes*; id eſt, ſacerdotibus. Detrahit enim & ille ſacerdotibus, qui contumelias inrogat. De quibus item Dominus dicit: *Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Et, *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Et, *Qui vos audit, me audit.* Et, *Qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit.* Et, *Honorificantes me honorabo; & qui contemnunt me, erunt ignobiles.*

Act. 23. Exod. 22. Psalm. 104. Zachar. 2. Luc. 10. 1 Reg. 2.

Deinde juſſiſtis præfatum epiſcopum, ut die & loco denominato veniret ad cauſas veſtras, id eſt, ad ſæcularia judicia, & ſuum advocatum de ſuo capite, videlicet de ſuo quod ipſe egit actu, E id eſt, non conſcio quocumque coepiſcopo ſuo, donaret. Qui mittens ad dominationem veſtram, excuſationem impoſſibilitatis ſuæ illuc veniendi mandavit, [4] requiſita eſt quam patriotica lingua nominamus exonia, quia venire nequiverit: quod hactenus eſt inauditum.

Et requiſito & non invento advocato illius, qui de ejus capite ex prædicta cauſa redderet rationem, excepta eccleſia & epiſcopii domo, ac clericorum clauſtro, quidquid de rebus & facultatibus eccleſiaſticis ſibi in epiſcopali ordinatione munere Spiritus ſancti ad gubernandum & di- A ſpenſandum commiſſis acceperat, juſſione veſtra, per vicecomitem ipſius pagi, in bannum, quod jus lingua Latina proſcriptio * confiſcando vocatur, eſt miſſum.

* al. confiſcandi.

Et poſtea, ſicut audivi, per cancellarium palatii veſtri, mandaſtis vicedomino, & præpoſito ipſius eccleſiæ, cum non modica interminatione, ut providerent quatenus nullum obſequium ab eccleſiæ ipſius hominibus, nullumque ſubſidium de facultatibus eccleſiaſticis per clericum vel laicum ipſe epiſcopus poſſet habere: & vicedominus laicos cum carris & operariis, & præpoſitus clericos habentes beneficia huc ſecum adduceret. Et impletum eſt quod olim prædictum eſt: *Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos*, nulla diſcretionis lege B diſtans a vulgo. Et illud nihilominus quod more ſcripturæ ponens præteritum pro futuro, prædixit beatus Joannes apoſtolus, cui cum aliis apoſtolis dictum eſt: *Beati oculi qui vident quæ videtis*; infelicibus oculis noſtris videmus. *Et ſol*, inquit, *factus eſt niger, tamquam ſaccus cilicinus.* In extremo quippe hoc tempore, ſol quaſi cilicinus ſaccus oſtenditur, quia fulgens vita prædicantium, nos præcedentium epiſcoporum, in nobis miſeris ante ſæcularium oculos aſpera & diſpecta monſtratur.

*Rem exaggerat, [illegible] tempore fuerit prædicit.* Iſai. 24. Luc. 10. Apocal. 6.

Et licet credendum ſit de veſtræ Chriſtianitatis religione, quoniam ad ipſius correctionem epiſcopi hoc egeritis: tamen miranda eſt veſtra ſapientia, quæ ſic medicamentum illius vulneri temC peravit, ut de medicamento ipſa vulneraretur: cum Dominus menſuram in proximi dilectione talem ponat, ut proximum ſicut nos ipſos, & non plus nos ipſos diligamus. Fama enim, quin potius infamia hæc, Burgundiam, & Provinciam, atque Italiam penetrans, Romam perveniet: & per regnum nepotis veſtri, non ſolum uſque ad citeriorem, verum & uſque Germaniam ulteriorem perveniet, Aquitaniam, & Septimaniam per Niuſtriam volitans occupabit. Et quis oculum ſimplicem, id eſt, rectam intentionem, quam in vobis neſcit, putabit: ubi factum Domino contrarium & inimicum ſacris canonibus, ſicut beatus Leo ſcribit, ſpiritu Dei conditis & totius mundi reverentia conſecratis; quorum conditores D in cælo cum Domino regnantes, & in terris miraculis coruſcantes adhuc nobiſcum in his conſtitutionibus vivunt; ſed & legibus, quibus una cum eiſdem ſacris canonibus moderatur eccleſia, conſtat eſſe adverſum? Quid enim dicent de vobis qui audierunt quod deteſtabamini, & eos reprehendebatis qui Dei eccleſias non venerabantur, & ſacerdotibus honorem debitum non exhibebant, & præcipue Romano pontifici, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ omnium eccleſiarum matri, cum audient quod illius filiam, ac per hoc illam ipſam, quinimmo univerſalem eccleſiam præjudicio potius, quam judicio laicorum proſcripſiſtis: quod nec in legibus, nec in libris eccleſiaſticis quemquam Chriſtianorum principum feciſſe E legimus.

*a. en regis ipſius infamia.* S. Leo epiſt. 88. ad Anaſt. c. 1.

Et talium etiam, ut fertur, quarumdam perſonarum præjudicio iſtud commiſſum admiſſum eſt, quæ & in legibus, & in ſacris canonibus infames perſonæ notantur. Et ſi vigor eccleſiaſticus ſic vigeret, ſicut tempore anteceſſorum veſtrorum, & noſtrorum prædeceſſorum viguit, inter criminoſos, quia videlicet, ut a multis dicitur, criminoſi, a liminibus eccleſiæ forent extorres. Nunc autem noſtra diſſolutione, ut quidam dicunt, in eccleſiam ipſi inſiliunt, qui ab eccleſia ſeparari debuerant. Et hoc noſtris peccatis, *in quos fines ſæculorum devenerunt*, merito repu-

*3. ab iniquitate judicum.* 1. Cor. 10.

ANNO CHRISTI 868.

OPUSC. I.

reputamus, qui ad noſtram contumeliam, non ad eccleſiæ gloriam ſacerdotes dicimur, qui a talibus conculcamur: & ipſi de ſacerdotum capitibus judicant, quorum judicium vel compellationem, liberi & ſani capitis laici, in judicio publico legaliter non reciperent, ſi rejicere vellent. In quo facto, ut ſanctus Cæleſtinus ſcribit, *non eſt agentium cauſa ſolorum, univerſalis eccleſiæ quacumque novitate pulſatur.*

Cæleſtin. P. epiſt. 1.

4. a facti novitate.

[4] Novum eſt enim quod nunc factum eſt, quia non eſt de ſub iſto cælo auditum, ut epiſcopus cum eccleſia ſua proſcriptionis titulo ab ullo religioſo principe, laicorum judicio, uſque modo fuerit confiſcatus, [5] poſtquam Conſtantinus magnus imperator legem univerſis clericis dedit, dicens: *Conſtantinus clericis ſalutem dicit. Juxta ſanctionem quam dudum meruiſſe perbibemini, fundos & mancipia veſtra nullus novis conlationibus obligabit, ſed vacatione gaudebitis.* Cum enim dicit, nullus eſt, nemo excipitur: verum in hac comprehenſione etiam principalis poteſtas concluditur.

5. a contrariis impp. legibus. Cod. Theod. lib. 16. tit. 2.

Conſtantius quoque, licet Arianus fuerit, & Conſtans, hanc immunitatem dederunt eccleſiæ dicentes: *In qualibet civitate, in quolibet oppido, vico, caſtello, municipio, quicumque votum Chriſtianæ legis meritum eximiæ ſingularisque virtutis omnibus intimaverit, ſecuritate perpetua potiatur. Gaudere enim & gloriari ex fide ſemper volumus: Scientes, magis religionibus, quam officiis & labore corporis vel ſudore noſtram rempublicam contineri.*

Ibid. lege 16.

Valentinianus quoque & Valens decreverunt dicentes: *Univerſos quos conſtiterit cuſtodes eccleſiarum eſſe, vel ſanctorum locorum, ac religioſis obſequiis deſervire: nullius adtemptationis moleſtiam ſuſtinere decernimus.*

Ibid. l. 26.

Arcadius nihilominus & Honorius; *Quæcumque*, inquiunt, *a parentibus noſtris diverſis ſunt ſtatuta temporibus, manere inviolata atque incorrupta circa ſanctas eccleſias præcipimus. Nihil igitur a privilegiis immutetur, omnibusque qui eccleſiis ſerviunt, tuitio deferatur. Quia temporibus noſtris addi potius reverentiæ cupimus, quam ex his quæ olim præſtita ſunt immutari.* Et item iidem: *Non tam novum aliquid præſenti ſanctione præcipimus, quam illa quæ olim videntur indulta firmamus. Privilegia igitur, quæ olim reverentia religionis obtinuit, mutilari ſub pœnæ etiam interminatione probibemus: ita ut hi quoque qui eccleſiæ obtemperant, ipſius beneficiis perfruantur.* Et item iidem Auguſti: *Si quis in hoc genus ſacrilegii proruperit, ut in eccleſias catholicas irruens, ſacerdotibus & miniſtris, vel ipſo cultui locoque aliquid importet injuriæ: quod geritur, litteris ordinum, magiſtratuum, & curatorum, & notariis apparitorum, quos ſtationarios appellant, deferatur in notitiam poteſtatum: ita ut vocabula eorum, qui agnoſci potuerint, declarentur. Et ſi per multitudinem commiſſum dicetur, ſi non omnes, poſſunt tamen aliquanti cognoſci, quorum confeſſione ſociorum nomina publicentur. Atque ita provinciæ moderator, ſacerdotum & catholicæ eccleſiæ miniſtrorum, loci quoque ipſius & divini cultus injuriam, capitali in convictos ſive confeſſos reos ſententia noverit vindicandum: nec expectet ut epiſcopus injuriæ propriæ ultionem depoſcat, cui ſanctitas ignoſcendi ſolam gloriam dereliquit. Sitque cunctis non ſolum liberum, ſed & laudabile, factas atroces ſacerdotibus aut miniſtris injurias, veluti crimen publicum perſequi, ac de talibus reis ultionem mereri. Quod ſi multitudo violenta civilis apparitionis executione, & adminiculo ordinum poſſeſſorumve non potuerit præſentari, quod ſe armis aut locorum difficultate tueatur: judices, * armatæ apparitionis præſidium, datis ad virum ſpectabilem comitem Africæ litteris, prælato legis iſtius tenore, depoſcat: ut rei talium criminum non evadant.* Item iidem Auguſti: *Si eccleſiæ venerabilis privilegia cujuſquam fuerint vel temeritate violata, vel diſſimulatione neglecta: commiſſum quinque librarum auri, ſicut etiam prius conſtitutum eſt, condemnatione plectatur.*

Ibid. l. 29

Ibid. l. 30

Ibid. l. 31.

Citat hos quaternionum locos Hincmarus Laudun. ep. De his p. 614.

* al. judices Africani.

Ibid. l. 33.

Multa etiam hic poni poterant, quæ ab omnibus ſalubriter regnantibus, & juſte judicantibus longo tempore conſervata ſunt: ſed ſcio ſapientiam veſtram ex his quæ de XVI. libro Theodoſianæ legis ſunt poſita, debere comprehendere plura.

6. a legibus regum & impp. Francorum.

Et horum imperatorum imitantes religionem antiqui etiam & moderni reges Francorum, immunitates eccleſiis & ſervis Dei facere conſueverunt, quas qui non ſervant, de illorum eleemoſyna peccata ſua accumulant. Itaque cum de aliis memorabilibus imperatoribus ac regibus loquimur: avi veſtri, magni imperatoris Karoli non eſt prætereunda memoria. [7] Cui cum, ſicut adſolet, adulantium linguis ſubreptum fuerit, ut eccleſiis de rebus ſuis præjudicium quoddam inferret: [8] obſiſtentibus epiſcopis, & ſpecialiter Paulino patriarcha, ſicut vobis bene notum eſſe cognoſco, adeo ſe recognovit, & eccleſiæ ac epiſcopis ſatisfecit, ut præſens oris ſui confeſſio ei non ſuffecerit, ſed ad poſteros ſuos, qui ex illius progenie exorturi erant, confeſſionis & correctionis ſuæ ſcriptum manu ſua firmatum tranſmiſerit. De quo edicto * partem in libro veſtro, qui appellatur liber capitulorum imperialium, ſcriptum habetur, cap. LXXVII. ubi ſcriptum eſt: *Quia juxta ſanctorum patrum traditionem novimus res eccleſiæ vota eſſe fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum: cuique non ſolum habita conſervare, verum etiam multa Deo opitulante conferre optamus. Tamen ut ab eccleſiaſticis de non dividendis rebus illius ſuſpicionem dudum conceptam penitus amoveremus, ſtatuimus, ut neque noſtris, neque filiorum, & Deo diſpenſante, ſucceſſorum noſtrorum temporibus, qui noſtram vel progenitorum voluntatem, vel exemplum imitari voluerint, ullam penitus diviſionem aut jacturam patiatur.*

* forte partim.

Capitul. Caroli M. lib. 1. tit. 83.

Sicut enim Symmachus papa ad Æonium ſcripſit: *Non licet cuiquam deceſſorum ſuorum ordinationem ſub neceſſitate qualibet tranſgredi: ſed roborando quæ a deceſſoribus ſuis bene geſta ſunt, facere debet rata eſſe quæ geſſerit.* Unde non ſolum ea quæ a deceſſoribus & prædeceſſoribus veſtris bene ſtatuta ſunt ſervando, vos firmitatem ei dare oportet: verum & illa quæ ipſi geſſiſtis, & manu propria ſubſcripſiſtis, & cum maxima obteſtatione vos ſervaturos perpetuo promittentes, in manibus ſacerdotum ad vicem Dei tradidiſtis, ante oculos & mentis & corporis revocare debetis. Et non modica neceſſitas vobis incumbit, ut ſi contra ea in aliquo egiſtis, hoc quantocius emendare, & de cetero ne contra illa faciatis, cavere ſummopere procuretis. Quia enim poſt illam unctionem qua cum ceteris fidelibus meruiſtis hoc conſequi, quod beatus Petrus apoſtolus dicit, *Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium*, epiſcopali & ſpirituali unctione ac benedictione regiam dignitatem potius, quam terrena poteſtate conſecuti eſtis: adtendere ſubtili intellectu debetis, quoniam * ad diffinitionem ſancti Spiritus, quam ſynodali auctoritate protulit, excepti non eſtis, *Si quis*, inquit, *contra ſuam profeſſionem vel ſubſcriptionem venerit, ipſe ſe honore privabit.*

Symmach. papa ep. 2.

7. a ſua ipſius profeſſione.

1. Petr. 2.

* al. a diffinitione

Cod. Can. Afr. can. 13.

Quod licet non fiat, ſicut ſæpe ſolet accidere, in oculis hominum: fit tamen ſemper in oculis Domini. Sed ſicut ſuperbiendo David, quia *ini-*

Eccl. 10.

ANNO CHRISTI 868

*tium omnis peccati ſuperbia*, faciens contra profeſ-A ſionem ſuam, quam profeſſus eſt, dicens: *Vivit Dominus, quia ludam ante Dominum, & ero humilis in oculis meis:* Prophetiæ gratiam & dignitatem regiam, quam peccando perdidit, confeſſus coram Nathan pœnitendo recuperavit. Et ſicut Petrus faciens contra profeſſionem ſuam, quam profeſſus eſt, dicens: *Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo:* quia tertio Dominum negaverat, tertio confeſſus, ut beatus oſtendit Gregorius, coram omnibus apoſtolis: quia flevit amare, quod negaverat, lacrymis lavit; & apoſtolatum, quem negando perdiderat, confitendo & flendo recepit: (ita etiam quiſque confitendo, & pœnitendo, ac corrigendo) quæ perpere contra profeſſionem & ſubſcriptionem fecit, ad honorem B redire, & in honore prævalet Domino miſerante manere. Alioquin contra claves datas eccleſiæ diſputabitur, de quo dictum eſt, *Quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo*. Chriſtus Jeſus, ut catholice tenet & docet eccleſia, hanc præpoſitis ejuſdem eccleſiæ tradidit poteſtatem, ut & confitentibus actionem pœnitentiæ darent, & eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos, quæ ſatisfactio pœnitentiæ in ipſa jam cognoſcitur confeſſione peccati, per reconciliationis gratiam reſtitueret. Et hæc reſtitutio reconciliationis quomodo non ſit contraria ſacris regulis, hic ponere non permiſerunt brevitas operis, & anguſtia temporis.

1. Reg. 6. — Matth. c. 26. — Quæ ſunt incluſa uncinis, non ſunt in MS. ſed accepta ſunt ex edito. — Matth. 18.

Hæc namque cum aliis quæ ibidem continen- C tur, anno incarnationis dominicæ DCCC. XLV. menſe Aprili, anno VI. regni veſtri, in Belgivaco civitate cum maxima conteſtatione cunctis diebus vitæ veſtræ vos ſervaturos promiſiſtis eiſdem epiſcopis, qui præſentes aderant, & cæteris regni veſtri epiſcopis, qui corpore præſentes non aderant, & omnibus eorum ſucceſſoribus, & omnibus epiſcopis in regno veſtro conſiſtentibus, & in manibus eorundem epiſcoporum ad eorum petitionem dediſtis.

*Solemnis Caroli regis profeſſio.* — Capit. tit. 4.

I. *Ut jus eccleſiaſticum & legem canonicam nobis ita conſervetis, ſicut anteceſſores veſtri, qui hoc bene & rationabiliter obſervaverunt, juxta quod * ſcire poteritis, & Dominus vobis poſſe dederit, noſtris prædeceſſoribus conſervaverunt.*

* al. ſciri poterit.

II. *Quod in mea perſona, nec in meo ordine, niſi forte, quod abſit, in antea contra Dominum & contra vos manifeſte fecero, ut damnari canonice debeam, adverſum me & meum ordinem ita damnabiliter non faciatis pro quacumque præterita cauſa, ut mihi damnatio, aut dehonoratio veniat.*

III. *Quod res ad eccleſiam mihi commiſſam pertinentes, & tempore principatus veſtri ablatas ita præſentialiter reſtituatis, & reſtitutas conſervetis, ſicut tempore avi & patris veſtri fuerunt: & excepto ſuperpoſito, quod in uſus poſſidentium, vel ex ædificiis abſumptum eſt, quomodo tunc erat, quantum ad hoc quod res uſitato nomine appellamus conſtat, quando vos inde illas tuliſtis.*

IV. *Ut præcepta illicita de rebus eccleſiæ mihi* E *commiſſæ a vobis facta, reſcindantur; & ut de cetero ne fiant caveatis.*

V. *Ut ab eccleſia mihi commiſſa indebitas conſuetudines, & injuſtas exactiones de cetero non exactetis: ſed ſic eas conſervetis, ſicut tempore avi & patris veſtri conſervatæ fuerunt.*

VI. *Ut contra depredatores & oppreſſores eccleſiarum noſtrarum, & rerum ad eaſdem pertinentium defenſionem ſecundum miniſterium veſtrum, quantum poſſe vobis Deus dederit, exhibeatis.*

VII. *Ut præcepta quæ avus & pater veſter eccleſiis nobis commiſſis fecerunt & firmaverunt, & ſta-* A *bilia conſervaverunt, quæ etiam vos conſervaſtis, de cetero rata conſervetis.*

OPUSC. L.

VIII. *Quod ſi vos contra hæc capitula, aut nos, quod abſit, non malitia, nec perverſo ſtudio, ſed aut per humanam fragilitatem, aut per ignorantiam, * vel ſubreptionem, non damnabiliter egerimus, mutuo hoc conſilio corrigamus, & firmata deinceps convenientia maneat.*

* al. vel per.

Et hæc ſequentia apud Cariſiacum palatium anno incarnationis dominicæ DCCCLVIII. regni autem veſtri XVIII. XII. Kal. Aprilis vos ſervaturos epiſcopis & ceteris fidelibus veſtris manu propria veſtra firmaſtis. *Quantum ſciero, & rationabiliter potuero Domino adjuvante unumquemque veſtrum ſecundum ſuum ordinem & perſonam honorabo* B *& ſalvabo: & honoratum & ſalvatum abſque ullo dolo ac damnatione vel deceptione, conſervabo. Et unicuique competentem legem & juſtitiam conſervabo. Et qui illam neceſſe habuerit, & rationabiliter petierit, rationabilem miſericordiam exhibebo: ſicut fidelis rex ſuos fideles per rectum honorare & ſalvare, & unicuique competentem legem & juſtitiam in unoquoque ordine conſervare & indigentibus, & rationabiliter petentibus rationabilem miſericordiam debet impendere, & pro nullo homine ab hoc, quantum dimittit humana fragilitas, per ſtudium aut malivolentiam vel alicujus indebitum hortamentum deviabo, quantum mihi Deus intellectum & poſſibilitatem donaverit. Et ſi per fragilitatem contra hoc mihi ſubreptum fuerit, cum hoc recognovero, volun-* C *tarie illud emendare curabo.* Sed & alia ex hoc firmaſtis, quæ hic non potui.

Capit. Caroli Calvi tit. 26.

Et poſt hæc omnia, & alia, quæ ſæpe fidelibus veſtris & etiam in Cariſiaco, quando veniam petentes, ab epiſcopis qui adfuerunt manus impoſitionem accepiſtis, quin & in villa Breona, promiſiſtis: nunc tantam Laudunenſis eccleſia, immo in ea omnis eccleſia jacturam patitur, ut, quod antea inauditum eſt, titulum proſcriptionis ſuſtineat, contra decreta omnium ſanctorum epiſcoporum qui ſedi apoſtolicæ præſiderunt; quorum omnium decreta hic nimis eſt longum inſerere. Unde quædam cauſa compendii ſtudui ponere.

Ait enim ſanctus Urbanus papa & martyr, hinc D inter cetera loquens: *Innitendum eſt omnibus & fideliter cuſtodiendum, & ullius uſurpationis contumelia depellenda, ne prædia uſibus ſecretorum cæleſtium dicata, a quibuſdam irruentibus vexentur. Quod ſi quis fecerit, poſt debitæ ultionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos jure promenda eſt, perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ damnationis deportetur: quoniam juxta apoſtolum tradere oportet hujuſmodi hominem ſatanæ, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini.*

*Idem probat ex decretis ſummorum pontificum.* — S. Urban. papa ep. 1. — al. Attendendum. — 1. Cor. 4.

Sanctus quoque Lucius omnibus epiſcopis in partibus occidentalibus, tam in Galliis, quam & in Hiſpaniis conſiſtentibus ſcripſit, dicens: *Res eccleſiarum veſtrarum, & oblationes fidelium, quas ſignificaſtis a quibuſdam irruentibus vexari,* E *vobiſque ac eccleſiis veſtris auferri, indubitanter maximum eſt peccatum.* Et poſt pauca: *Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem facit: qui autem pecunias vel res eccleſiaſticas tulerit, ſacrilegium facit. Unde & Judas, qui pecuniam fraudavit, quæ uſibus eccleſiæ, id eſt, pauperibus, quos eccleſia paſcere debet, diſtribuebat juſſu ſalvatoris cujus vicem epiſcopi tenent, non ſolum fur, ſed & fur ſacrilegus eſt effectus.* Et item poſt aliquanta: *Hæc fieri propheta, hoc apoſtoli, hæc ſucceſſores eorum, & omnium catholicorum patrum vetant decreta, & tales præſumptiones ſacrilegia eſſe dijudicant. Quorum nos ſequentes exempla, omnes tales præſumptores,*

S. Lucius P. ep. unica.

& ce-

ANNO CHRISTI 868.

*& eccleſiæ raptores, atque ſuarum facultatum alienatores, una vobiſcum a liminibus ſanctæ matris eccleſiæ anathematizatos apoſtolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque ſacrilegos eſſe judicamus. Et non ſolum eos, ſed & omnes conſentientes eis, quia non ſolum qui faciunt, rei judicantur, ſed etiam qui facientibus conſentiunt. Par enim pœna & agentes & conſentientes comprehendit.*

S. Stephan. P. epiſt. 2. Et ſanctus Stephanus papa & martyr: *Quidquid in ſacratis Deo rebus, & epiſcopis injuſte agitur, pro ſacrilegio reputabitur.*

Matth. 18. Et quia ſcriptum eſt, *in ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum*, pro omnium hoc ſimiliter decernentium ſedis apoſtolicæ pontificum decretis iſta tria luminaria ad inluminanda corda eorum qui in Deum credunt, & juſſa atque mandata illius cuſtodire deſiderant, ſufficere poſſe putamus. Epiſcopis autem res ac facultates eccleſiaſticas, Domini & apoſtolorum ejus traditione, ipſius ſanctæ & primæ ſedis omnes pontifices commiſerunt. De quibus propter prolixitatem operis, & brevitatem temporis, & feſtinantiam, hac ad vos tranſmiſſionis collectione hic omiſi connectere: & in ſuis locis, ſi vobis placet, poteſtis ex integro lègere.

*Hæc uſque ad verba Manſuetudinis noſtræ deſunt in edito.*

Sed & Antiocheni canones, ita inde præcipiunt: 13 *Quæ ſunt eccleſiæ, ſub omni ſollicitudine & conſcientia bona, & fide quæ in Deum eſt, qui cuncta conſiderat judicatque, ſerventur: quæ etiam diſpenſanda ſunt judicio & poteſtate pontificis, cui commiſſus eſt populus, & animæ quæ intra eccleſiam congregantur.* Et item, *Epiſcopus eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem ad diſpenſandum erga omnes qui indigent, cum ſumma reverentia & timore Dei. Participet autem & ipſe quibus indiget, ſi tamen indiget, tam ſuis, quam fratrum qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſariis uſibus profuturis.* Et reliqua.

*Item ex conciliis.* Concil. Antioch. can. 24. Ib. can. 25.

14 Et Gangrenſes canones dicunt: *Si quis oblationes eccleſiæ extra eccleſiam accipere vel dare noluerit, præter conſcientiam epiſcopi, vel ejus cui hujuſcemodi officia commiſſa ſunt, nec cum ejus voluerit agere conſilio, anathema ſit.* Et item: *Si quis dederit vel acceperit oblata præter epiſcopum, vel eum qui conſtitutus eſt ab eo ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus: & qui dat, & qui accipit, anathema ſit.*

Concil. Gangr. can. 7. Ibid. can. 8.

Et adeo res & facultates eccleſiæ, poteſtati epiſcopi, ſancto Spiritu decernente, committuntur: ut a magna ſynodo Chalcedonenſi, etiam poſt mortem epiſcopi, reditus eccleſiæ viduatæ futuro epiſcopo penes œconomum ejuſdem eccleſiæ integre conſervari jubeantur. De quibus, ſive vivente, ſive defuncto epiſcopo, quicumque, 15 quocumque ingenio, unde gravetur eccleſia, per angarias vel indebitas penſiones exigunt: ſine timore ne ſacrilegium admittant eſſe non poſſunt: etiamſi violenter non rapiant, ſed quaſi prudenti ingenio injuſte accipiant: cum eos conſcientia quacumque ſiniſtra intentione in conſpectu Domini cor intuentis accuſet: Præſertim cum Joannes dicat: *Si cor noſtrum non reprehenderit nos, major eſt Deus corde noſtro, & novit omnia.* Et Paulus: *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum, qui autem judicat me, Dominus eſt.* Siquidem dicente Paulo, *Suſtinetis, ſi quis accipit:* accipere, ut exponit Gregorius, *interdum intelligitur rapere. Unde & aves illæ quæ rapiendis ſunt avibus avidæ, accipitres vocantur.*

Conc. Chalced. can. 25. 1. Joan. 3. 1. Cor. 4. 2. Cor. 11. Gregor. l. 33. Moral. c. 11.

Claret namque ex legibus quas probat eccleſia, ejus inſpiratione prolatis, per quem conditores legum juſta decernunt, & ex ſacris canonibus, quia contra divina juſſa eſt, epiſcopum cum rebus & facultatibus eccleſiæ ſuæ titulo proſcriptionis damnari, qui hanc poteſtatem divinitus per ſacros canones habet, in quibus decretum eſt: *Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperiorem, aut religioſum expoliaverit, & mandaverit ad ipſum epiſcopus ut eum audiat, & hic contempſit; invicem mox ſcripta percurrant per omnes provinciæ epiſcopos, & quoſcumque adire potuerit, ut excommunicatus habeatur, donec audiat, & reddat aliena.*

OPUSC. I. Concil. Tolet. I. can. 11.

Quia vero epiſcopus quilibet ex ordine eccleſiaſtico cleri, relicto eccleſiaſtico judicio ad publica judicia ire non debeat, Paulus apoſtolus ſpiritum Domini habens Chriſto in ſe loquente fortiter perhibet: qua nimirum auctoritate canones Carthaginenſes præcipiunt dicentes: *Quiſquis epiſcoporum, presbyterorum, & diaconorum, ſeu clericorum; cum in eccleſia ei fuerit crimen inſtitutum, vel civilis cauſa fuerit commota: ſi relicto eccleſiaſtico judicio, publicis judiciis purgare voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat, & hoc in criminali: in civili vero perdat quod evicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit.* Et Africanum concilium: *Quicumque* (ſcilicet clericorum) *ab imperatore cognitionem judiciorum publicorum petierit, honore proprio privetur: ſi autem epiſcopale judicium ab imperatore poſtulaverit, nihil ei obſit.*

*Clericos ad judicia ſæcularia pertrahendos non eſſe.* Codex can. Afr. can. 15. Ib. can. 104.

Quod & leges, quibus cum ſacris canonibus ſancta moderatur eccleſia, ita in XVI. libro Theodoſianæ legis confirmant, ſanciente Conſtantino, dicentes: *Manſuetudinis*, inquit, *noſtræ lege prohibemus, in judiciis epiſcopos accuſari: ne, dum adfutura ipſorum beneficio impunitas æſtimatur, libera ſit ad arguendos eos animis furialibus copia. Si quid eſt igitur querelarum, quod quiſpiam defert: apud alios potiſſimum epiſcopos convenit explorari: ut opportuna atque commoda cunctorum quæſtionibus audientia commodetur.* Et interpretatio ejuſdem legis: *Specialiter prohibetur, ne quis audeat apud judices publicos epiſcopum accuſare, ſed in epiſcoporum audientiam perferre non differat quidquid ſibi pro qualitate negotii putat poſſe competere: ut in epiſcoporum aliorum judicio, quæ aſſerit contra epiſcopum debeant diffiniri.*

Cod. Theod. lib. 16. l. 12.

Et item Valens, Gratianus, & Valentinianus: *Qui mos eſt cauſarum civilium, idem in negotiis eccleſiaſticis obtinendus eſt, ut ſi qua ſunt ex quibuſdam diſſenſionibus levibuſque delictis, ad religionis obſervantiam pertinentia, locis ſuis, & a ſuæ diœceſeos ſynodis audiantur.* Et reliqua. Et interpretatio ejuſdem legis: *Quoties ex qualibet re ad religionem pertinente inter clericos fuerit nata contentio; id ſpecialiter obſervetur, ut convocatis ab epiſcopo diœceſanis presbyteris, quæ in contentionem venerint, judicio terminentur.* Et reliqua.

Ib. lege 23.

Et Theodoſius Chriſtianiſſimus imperator, & beati Ambroſii, immo per eum Dei humillimus auditor, ad Optatum Auguſtalem in lata lege, ad locum: *Continua lege ſancimus, nomina epiſcoporum, vel eorum qui eccleſiæ neceſſitatibus ſerviunt, ne ad judicia ſive ordinariorum ſive extraordinariorum judicum pertrahantur. Habent illi judices ſuos, nec quicquam his publicis commune cum legibus.* Et reliqua. Et item idem: *Clericos non niſi apud epiſcopos accuſari convenit. Igitur ſi epiſcopus aut presbyter, diaconus, & quicumque inferioris loci Chriſtianæ legis miniſter, apud * epiſcopos, ſiquidem alibi non oportet, a qualibet perſona fuerint accuſati, ſive ille ſublimis vir honoris, ſive ullius alterius dignitatis, qui hoc genus inlaudabilis intentionis arripiet, noverit docenda probationibus, monſtranda documentis ſe debere inferre. Si quis ergo * contra hujuſmodi perſonas non probanda detulerit, auctoritate*

Ibid. poſt finem libri. Ib. lege 41. * al. epiſcopum. * al. circa.

ANNO CHRISTI 858

*tate hujus ſanctionis intelligat ſe jacturæ famæ propriæ ſubjacere, ut damno pudoris exiſtimationiſque diſpendio diſcat, ſibi alienæ verecundiæ impune inſidiari, ſaltim de cetero, non licere.* (A) Quæ ſit autem jactura [a] infamiæ propriæ, & quæ ſint perſonæ infames, leges Romanæ, ac canones, ſed & decreta ſedis Romanæ pontificum multoties inde loquentes exponunt.

[a] *l.* ſumr.

Inter quos beatus Stephanus ſancto Hilario ſcribens, ita dicit: *Quod vero conſuluiſti ſedem apoſtolicam, qui ſint infames, aut qui ad gradus eccleſiaſticos non ſint admittendi, & noſſe te credimus, & pro auctoritate ſedis apoſtolicæ te informare non denegamus.* [16] *Infames autem eas eſſe perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id eſt, omnes qui Chriſtianæ legis normam abjiciunt,* (B) *& ſtatuta eccleſiaſtica contemnunt. Similiter fures, ſacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos, ſepulcrorumque violatores, & apoſtolorum atque ſucceſſorum eorum, & reliquorum ſanctorum patrum ſtatuta libenter violantes; & omnes qui adverſus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur. Similiter & inceſtuoſos, homicidas, perjuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna ſibi petunt loca tenere, aut facultates eccleſiæ abſtrahunt injuſte: & qui fratres calumniantur, aut accuſant, & non probant: vel qui contra innocentes, principum animos ad iracundiam provocant: & omnes anathematizatos, vel pro ſuis ſceleribus ab eccleſia pulſos: & omnes quos eccleſiaſticæ vel ſæculi leges infames pronuntiant. Hos* (C) *vero non ad ſacros ordines licet promovere nec ſervos ante legitimam libertatem, nec pœnitentes, nec* [b] *bigamos, nec eos qui curiæ deſerviunt, vel qui non ſunt integri corpore, aut ſanam non habent mentem vel intellectum, aut inobedientes ſanctorum decretis exiſtunt, aut furioſi manifeſtantur. Hi omnes nec ad ſacros gradus debent provehi: nec illi, nec liberti, neque ſuſpecti, nec rectam fidem, vel dignam converſationem non habentes ſummos ſacerdotes poſſunt accuſare.* Et ſecundum Africæ provinciæ canones, criminoſi, quos dicit Dominus ex his quæ de corde procedunt coinquinatos; quoſque docet apoſtolus a regno Dei excluſos: excommunicati etiam, & omnes infamiæ maculis aſperſi, omneſque quos ad accuſanda publice cri- (D) mina leges publicæ non admittunt, eccleſiaſticos clericos niſi in propriis cauſis accuſare non poſſunt, nec ad teſtimonium adverſus eos recipiuntur.

S. Steph. I. P. epiſt. 1.

[b] al. bigamos.

Cod. Afric. can. 129.

Matth. c. 15. 1 Cor. 6.

*Clericos ad ſæcularia judicia non trahendos.*

Quia vero Chriſtiani ac religioſi principes, ſicut & ſupra oſtendimus, eccleſiæ clericos ad judicia publica trahi vel invitari noluerunt, vel permiſerunt, in edicto Honorii & Theodoſii luce clarius manifeſtatur, & qualiter eum habuerint, qui hoc agere contra Dominum præſumpſit, in eodem edicto demonſtrant, dicentes *Privilegia eccleſiarum omnium quæ ſæculo noſtro tyrannus inviderat, prona devotione revocamus: ſcilicet, ut quæcumque a divis principibus conſtituta ſunt, vel quæ ſinguli quique antiſtites pro cauſis ec-* (E) *cleſiaſticis impetrarunt, ſub pœna ſacrilegii jugi ſolidata æternitate ſerventur. Clericos etiam quos indiſcretim ad ſæculares judices debere deduci infauſtus præſumptor edixerat, epiſcopali audientiæ reſervamus. Fas enim non eſt uti divini muneris miniſtri temporalium poteſtatum ſubdantur arbitrio.* [17] Unde S. Leo [c] cum ſynodo Romæ habita [d] Sermationi & ceteris epiſcopis ſcripſit dicens, *Tantam ſæculi poteſtates circa ſacerdotalem ordinem reverentiam prævalere voluerint, etiam hi quos ſub imperiali nomine terris divina potentia præeſſe præcepit, ut jus diſtringendorum negotiorum epiſcopis ſanctis, juxta divalia conſtituta permiſerint. Quod cum & juris antiqui edictis, & inlatis frequentius ſit legibus confirmatum, præſenti tempore a pleriſque invenimus fuiſſe calcatum. Nam prætermiſſo ſacerdotali judicio paſſim ad examen ſæcularium tranſierunt. Quocirca nobis viſum eſt, ut hanc & ſacrarum legum, & noſtri ordinis contumeliam & ad præſens ulciſceretur plena diſtrictio, & obſervandam formulam conſtitueret in futurum. Cenſemus itaque ut quicumque prætermiſſo ſacerdote eccleſiæ ſuæ ad diſceptationem venerit ſæcularium, ſacris liminibus expulſus a cæleſti arceatur altario.* Et reliquæ quæ inde ibi proſequitur. Epiſcopi ſiquidem & reliqui eccleſiaſtici clerici ſecundum apoſtolicam doctrinam & ſacros canones ac leges, ex quarum ſenſu magna pars in eadem, ſed in decretis ſedis Romanæ pontificum ad regularia exequenda judicia habetur inſerta, velut de ſingulis ſubter commemoratis ibidem poteſtis relegere. *Si accuſantur, in eis locis unde ſunt ipſi accuſati cauſa finietur.* Et, *Nemo eorum rebus vel ſuis facultatibus ſpoliatus a quoquam de quacumque cauſa interpellatus reddet canonice ac legaliter rationem, donec inde reveſtitus, & eis legitime uſus, & ſic demum ad judicium regulariter ſit evocatus.* Et, *Non de crimine, neque de civili cauſa apud ſæculares judicari, neque ad ſæcularia judicia debent invitari vel trahi, ſicut tunc temporis fiebat quando Chriſti nomen ab infidelibus non reverebatur.* Unde Jacobus apoſtolus ſcribit fidelibus, *Nonne divites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad judicia?* Nec clericus, minime autem epiſcopus, publicis judiciis ſe poteſt purgare, quia non poteſt ullius alterius niſi epiſcoporum, & ſuorum regularium judicum ſubdi vel teneri judicio. Neque cuiquam licet epiſcopum, vel alicujus ordinis clericum quolibet modo damnare, niſi canonico epiſcoporum judicatum judicio, vel ſi cauſa exegerit, regulari eorum petitione Quod autem & quibus modis excedens epiſcopus ab aliis epiſcopis debeat corripi, vel judicari, canones ſacri demonſtrant: quos qui diligenter advertit, in eiſdem regulis comprehendit: quos & ego hic ponerem, ſi neceſſe fore putarem.

S. Leo ep. 85.
[c] Vide tom. III. p. 1430. D & 1431. B
[d] Sermationi.

OPUSC. I.

Cod. Afric. can. 30.

Jac. c. 2.

De ſibi autem commiſſæ eccleſiæ rebus ac mancipiis, quæ licet legaliter, nam aliter non debent, in bannum mittantur: tamen ſicut ipſi melius ſcitis, ſicut res hominum liberorum non poſſunt in fiſcum redigi, quæ ſunt Deo dicata, epiſcopus ſecundum leges quas eccleſia recipit, & venerabiliter comprobat, & ſecundum ſacros canones, ac decreta ſedis Romanæ pontificum, advocatum publicis judiciis dare debet. Ex capite autem ſuo tam pro crimine, quam pro civili cauſa, aut apud electos judices de quibus & ſicut ſacræ leges diffiniunt, aut ipſe in ſynodo coram epiſcopis debet reddere rationem: ſicut Arcadius, Honorius & Theodoſius in edicto ſuo decreverunt dicentes, *Privilegia quæ eccleſiis & clericis legum decernit auctoritas, hac quoque præceptione ſancta & inviolata permanere decernimus, atque hoc ipſi præcipuum & ſingulare deferimus, ut quæcumque de nobis ad eccleſiam tantum pertinentium ſpecialiter fuerint impetrata,* [18] *non per coronatos, ſed per advocatos, eorum arbitratu & judicibus innoteſcat, & ſortiatur effectum. Sacerdotes vero provinciæ erunt ſoliciti ne ſub hac ſcilicet privilegii excuſatione, etiam contra eorum utilitatem aliquid his inferatur incommodum.* In hoc namque capitulo evidenter oſtenditur, quia de his quæ ſunt eccleſiæ, & quæ ab imperatoribus, id eſt, eorum liberalitate, ac per eorum leges collata ad eccleſiam pertinent, eccleſiaſtici clerici advocatos

*Clerici de ſuo capite non dant advocatum.*

Cod. Theodoſ. de epiſcopis, &c. l. 38.

ANNO CHRISTI 868.

OPUSC. I.

catos judicibus, & non de ſe dare debent. Cum A enim dicit, *Quæcumque de nobis ad eccleſiam tantum pertinentium ſpecialiter fuerint impetrata*, non eccleſiaſtici clerici, minime autem caput epiſcopi, comprehendit, cui tuendi clericos curam committit. Et in primo libro capitulorum noſtrorum imperatorum, veſtrorum autem progenitorum, præcipitur, *ut epiſcopi ſuffraganei ad metropolitanum reſpiciant*. Et, clerici eccleſiaſtici ſi culpam incurrerint, vel inter ſe negotium aliquod habuerint, apud eccleſiaſticos judicentur, non apud ſæculares: [19] Et S. papa Gelaſius in decretis ſuis ad epiſcopos parvipendentes fratrum vexationes, cum digna increpatione ſcribit dicens: *Cur non compaſſi eſtis tantis fratribus veſtris? Cur non adiſtis imperatorem? Cur non eccleſiæ cauſam, & ſa-* B *cerdotum miſerabilem decolorationem continuatis vocibus deflevistis, allegantes nunquam de pontificibus niſi eccleſiam judicaſſe? Non eſt humanarum legum de talibus ferre ſententiam, abſque eccleſia principaliter conſtitutis pontificibus. Obſequi ſolere principes Chriſtianos decretis eccleſiæ, non ſuam præponere poteſtatem: epiſcopis caput ſubdere principem ſolitum, non de eorum capitibus judicare. Unde conſtat quia ſi non licet principi, nec cuiquam alteri licet, niſi epiſcopis, de epiſcoporum capitibus judicare. Quin etiam ipſæ leges publicæ eccleſiaſticis regulis obſequentes tales perſonas non niſi ab epiſcopis ſanxerunt judicari.* Et item Gelaſius ad Anaſtaſium imperatorem, *Duo ſunt*, inquit, *imperator Auguſte, quibus principaliter mundus hic regitur, aucto-* C *ritas ſacra pontificum, & regalis poteſtas; in quibus tanto gravius pondus eſt ſacerdotum, quanto etiam pro regibus hominum, in divino reddituri ſunt examine rationem. Noſti etenim, fili clementiſſime, quoniam licet præſideas humano generi dignitate rerum, tamen præſulibus divinitatis intuitu devotius colla ſubmittis, atque ab eis cauſas tuæ ſalutis expetis: inque ſumendis cæleſtibus ſacramentis, eiſque, ut competit, diſponendis, ſubdi te debere cognoſcis religionis ordine potius, quam præeſſe. Itaque inter hæc illorum te pendere judicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem. Si enim quantum ad ordinem publicæ pertinet diſciplinæ, cognoſcentes imperium tibi ſuperna diſpoſitione collatum, legibus tuis ipſi quoque parent religionis antiſtites, ne vel in re-* D *bus mundanis excluſæ videantur obviare ſententiæ, quo, oro te, decet affectu & convenit eis obedire, qui prærogandis venerabilibus ſunt attributi myſteriis? Proinde ſicut non leve diſcrimen incumbit pontificibus ſiluiſſe pro divinitatis cultu quod congruit, ita his, quod abſit, non mediocre periculum eſt, qui cum debent parere, deſpiciunt.*

Capitul. Caroli Magni lib. 1. c. 8.

Gelaſ. ep. ad orientales.

Idem ep. 10. ad Anaſtaſ. Aug.

Unde, cariſſimum & venerabiliſſimum mihi caput, verbis B. Gregorii ex homilia evangelii devotiſſimam Chriſtianitatem veſtram alloquar, dicens: *Si nos indignos & qualeſcumque ſacerdotes forſitan digne deſpicitis, in mente tamen veſtra vocantis vos per indignitatem noſtram ad cæleſtia regna Domini reverentiam ſervate. Sæpe enim ſolet evenire quod dico, ut perſona potens famulum habeat* E *deſpectum: cumque per eum ſuis forte, vel extraneis aliquod reſponſum mandat, non deſpicitur perſona loquentis ſervi, quia ſervatur in corde reverentia mittentis Domini: nec penſant qui audiunt per quem; ſed quid, vel a quo audiunt.* Et ſi in nobis diſcernitis mores, & converſationem ac dignitatem meritorum, adtendere tamen, & in Dei honore non ſolum venerari, ſed & revereri debetis unum per omnes epiſcopos ſanctiſſimum ſacerdotium. Quia, ut S. Symmachus papa ſcribit: *Ad Trinitatis in ſtar, cujus una eſt atque individua poteſtas, unum eſt per diverſos antiſtites ſacerdotium*, nec ſanctius in juſto, nec minus in peccatore. Sic & ſol iſte viſibilis quando ſplendet in aurum, non ipſe eſt pulchrior, ſed aurum ſplendidius reddit. Quando autem radios ſuos emittit in fimum, clarius fimus quod eſt apparet. Sol autem cum radios ſuos inde retrahit, nullam inde immunditiam contrahit. Et ſive ſanctus, ſive peccator ſacramenta cæleſtia vobis tribuat, ipſa ſacramenta in ſe ſunt inviolabilia, & perfecta. Quia quiſquis in nomine ſanctæ Trinitatis baptizet, ut evangelica veritas monſtrat, ſuper quem Baptiſta Joannes ſpiritum deſcendiſſe, & in eo manſiſſe vidit, ipſe eſt qui baptizat. Quiſquis autem ſacramenta cæleſtia catholice conſecret, qui dixit, *hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis*, ipſe eſt qui conſecrat. Non igitur vilipendatis ſi in nobis reprehenſibilia videtis, quia quid in ſecreto ſuæ divinitatis de nobis, vel de vobis diſponat terribilis in conſiliis ſuper filios hominum, ignoratis. Recordari denique poteſtis vos mihi dixiſſe, quia ſicut vobis dixeram, ordinem diſcuſſionis quando quis de beneficio ab epiſcopo tulto ad vos ſe reclamaverit, qualiter ipſam rationem diſcuti jubere deberetis: ita & poſtea legiſſe vos contigit, & hoc anteceſſores, & progenitores veſtros tenuiſſe, & vos velle tenere. Quem ordinem ſi tenueritis, & Dominum in veſtra juſſione non offendetis, & eccleſiaſticam auctoritatem ſervabitis, & dignitatem veſtram honorabitis, & æquitatem atque juſtitiam erga eum de quo reclamatur, & erga eum qui ſe reclamaverit, exequemini. Et hoc ſancti, & clariſſimi progenitores veſtri viderunt, & ſervaverunt. Et vos adulantium, & forte aliter quam ſeveritas habeat vobis ſuggerentium linguis facile adſenſum contra veſtram, quod abſit, ſalutem, & miniſterii dignitatem accommodare nequaquam debetis.

Sacerdotum monitis, etſi viliores videantur parendum eſt. Gregor. Homil. 16. in evang.

Iſta deſiderantur in edito Sirmondi.

Symmach. epiſt. 1. ad Æonium.

Auguſt. tr. 6. in Joan.

Porro epiſcopus diſpoſitis quæ ſunt eccleſiæ ac ſuis, eccleſiaſticorum nihilominus, & pauperum hoſpitumque ſubſidiis, cum de rebus eccleſiæ propter militiam beneficium donat, aut filiis patrum qui eidem eccleſiæ profuerunt, & patribus utiliter ſuccedere potuerunt; quoniam, ut quidam ſcripſit, niſi vitulus nutriatur, bos aratro non jungitur: aut talibus dare debet qui idonei ſint reddere Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei Deo: exceptis hujuſmodi beneficiis quæ miniſtris eccleſiæ, & ſibi neceſſariis, ſine quibus eſſe nec debemus, nec poſſumus, tribuenda ſunt, jubente Domino, *Non obturabis os bovi trituranti.* Qui homines militares ſtudere debent ut ſecundum quantitatem beneficii illud erga epiſcopum, ac per hoc erga eccleſiam fideliter & utiliter deſerviant, & regio obſequio ad defenſionem generaliter ſanctæ Dei eccleſiæ proficere valeant.

*Quomodo poſſit epiſcopus eccleſiæ bona dare ſæcularibus.*

1. Cor. 9.

A quibus, vel ab eo qui diu & eccleſiæ utilitatibus, ſed & ſpecialiter ipſius eccleſiæ ac neceſſitatibus profuit, & reipublicæ ac militiæ utilis fuit, & infirmitate vel ætate confectus jam per ſeipſum exſequi non valet, præcipue autem ſibi ſervientem filium habenti, qui pro eo hæc valeat exſequi, ſi epiſcopus beneficium quacumque occaſione abſtulerit, & a vicini epiſcopi monitis & precibus, vel cujus alterius, juſtitiam obtinere nequiverit, non abhorret a ratione ſi non accuſet epiſcopum ad publicos judices, quod non licet, ſed ad vos ſe reclamet. De beneficio militiæ [20] quaſi de ſtipendii & roga, quæ antea, ſicut hodieque fit alibi, dabantur militibus de publico, & aucta fidelium devotione apud noſtrates, beneficia de rebus eccleſiaſticis, quæ ſunt vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum,

*Si epiſcopus ab iis tollit beneficium, poſſunt apud regem querelam deponere.*

ANNO CHRISTI 868

perum, alimoniæ domini ſervorum & ancillarum, cum aliis exeniis, obſequutoribus principis diſpenſandis, cauſa ſuæ defenſionis, regi ac reipublicæ vectigalia, [21] quæ nobis annua dona vocantur, præſtat eccleſia, ſervans quod jubet apoſtolus, *Cui honorem, honorem: cui vectigal, vectigal*, ſubauditur, præſtate regi ac defenſoribus veſtris. Qui ergo ſtipendia eccleſiæ, cujuſcumque ſint ordinis, loci, vel dignitatis accipiunt, ſi pro illius ſalute, ac quietis honore atque defenſione, ſolicite & pro viribus non laborant, indigne, quin & ad judicium illa ſibi uſurpant. Quia ſicut res & facultates eccleſiæ ſunt epiſcopo ad diſponendum ac diſpenſandum commiſſæ, ita regiæ poteſtati commiſſæ ſunt ad defendendum, atque tuendum.

Rom. c. 13. *Bonorum eccleſiaſticorum abuſus.*

Et per jura regum eccleſia poſſidet poſſeſſiones; ſicut S. Auguſt. in ſermone Joannis evangelii dicit, *Leguntur*, inquiens, *leges manifeſtæ, ubi præceperunt imperatores, eos qui præter eccleſiæ catholicæ communionem uſurpant ſibi nomen Chriſtianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine eccleſiæ audeant poſſidere. Sed quid nobis, inquiunt, & imperatori? Sed jam dixi, de jure humano agitur, & tamen apoſtolus voluit honorari reges, & dixit, regem veneremini. Noli dicere, Quid mihi & regi? Quid tibi ergo & poſſeſſioni? Per jura regum poſſidentur poſſeſſiones. Dixiſti, Quid mihi & regi? Noli dicere, poſſeſſiones tuas, qui in ipſa jura humana renuntiaſti, quibus poſſidentur poſſeſſiones.*

*Eccleſiæ bona ſunt a principibus.* Auguſt. in Joan. tr. 6.

Et in lege data eccleſiæ ab Honorio & Theodoſio imperatoribus, præcipitur, ut cum presbyteri vel diaconi, ceterique clerici apud epiſcopum fuerint accuſati, epiſcopus hujuſmodi cauſas, ſub teſtificatione multorum actis audiat: quatinus ſi probati fuerint innocentes, plurimis innoteſcat. Et apoſtolus dicit, *Oportet epiſcopum habere teſtimonium bonum ab his etiam qui foris ſunt*. Quoniam in palatio a reclamante divulgatum eſt, quod injuſte fecerit epiſcopus: bonum eſt ut ejus innocentia, ſi juſte egit, etiam ſæcularibus innoteſcat. Et quoniam Sardicenſes canones pro his qui iniqua vi opprimuntur, comitatum adire jubent epiſcopum, & reipublicæ militans apud vos ſe ab epiſcopo queritur ſpoliatum. Et ſacræ leges ad judicium electorum judicum utramque partem, ſcilicet & querentem, & contra quem queritur, (ut & B. decrevit Gregorius, de cautis in legibus conſtitutis) mora ceſſante non tantum provocari, verum & cogi jubent; ſi laica perſona epiſcopale abnuerit eligere judicium, quod epiſcopo non licet refugere; ratio eſt, & non obſiſtit auctoritati, ut cum coepiſcopis epiſcopi, * citra quem ad vos pro beneficio ſibi injuſte ablato quis reclamat, quia indignum eſt vos ipſum inde laborare, miſſos veſtros ab eo petitos, vel a vobis deputatos mittatis, qui utriuſque partis rationem audiant, & ſecundum divinas & humanas leges diſcernant, ne eccleſia jacturam in clamatore injuſtitiæ & homine inutili ſuſtineat: & ne homo utilis & clamator juſtitiæ injuſtitiam, & detrimentum veſtra militia patiatur. Et hoc non in publico, ſed in privato loco fiat. Ne ſicut ſacri canones dicunt, magnatis ſi forte exceſſerat, (*non eſt enim homo juſtus in terra*, ut Salomon dicit, *qui faciat bonum, & non peccet*. Et apoſtolus, *In multis offendimus omnes*.) verecundiam patiatur: & epiſcopus, fratribus, & ſuis judicibus, ſecundum ſacros canones dicentes, *Per epiſcopos judices cauſſa finiatur*, obediat. Et hoc modo militiæ veſtræ legibus juſte conditis, quia ſcriptum per ſapientiam quæ Deus eſt, *conditores legum juſta decernunt*, ſi juſtam querimoniam habet, juſtitiam ſuam obtineat: Si etiam injuſta queſtus fuerit, os ejus legaliter, miſſis veſtris decernentibus, obſtruatur. Sicut enim S. Auguſt. in ſermone Joannis evangelii dicit, *Juris forenſis eſt, ut qui in precibus mentitus fuerit, non illi proſit quod impetravit. Sed hoc inter homines. Quia poteſt falli homo, potuit falli imperator, quando preces miſiſti: decepiſti enim quod voluiſti: & cui dixiſti, neſcit an verum ſit, dimiſit te adverſario tuo convincendum: & ſi ante judicem convictus fueris de mendacio, quia non potuit ille non præſtare, neſciens an fueris mentitus, * ibi careas ipſo beneficio quod impetraſti*. Ipſam autem legem a tanto viro expoſitam, hic non vidi ponendam. Unde conſtat, quia ſi carere debet eo quod per mendacium impetravit, cautius eſt ut inveſtigetur veritas, antequam per mendacium quiddam, niſi inquiſitionem, impetret: dicente ſancto & cauto rege, *Cauſſam quam neſciebam diligentiſſime inveſtigabam*. Et ſi epiſcopus a ſe electorum, vel a primate ſuo deputatorum epiſcoporum judicum, aut ſynodi canonicis judiciis, ut quod ſecus quam debuerit, egit, emendet, obedire noluerit, habemus inde ſacris canonibus decretum judicium quod debeat ſuſtinere. Et ſi homo veſtræ militiæ veſtris miſſis & legibus ſæculi, ut ab injuſto clamore quieſcat, parere contempſerit, habetur judicium in capitulis, de his qui vel injuſte per calumniam ſuper alios queruntur, vel qui judicatam repetunt cauſſam.

1 Tim. 3.

Concil. Sardic. can. 8.

Can. Afric. can. [illegible]

* l. contra.

Eccleſ. c. 7.

Jac. c. 3.

OPUSC. L.

Proverb. c. 8.

Auguſt. in Joan. tr. 6.

* al. *ibi carebis beneficio reſcripti, quo perdamniſti reſcriptum.*

Citat hunc locum Hincm. Laudun. ep. De his p. 637.

Job. c. 29.

[22] Propterea, domine Chriſtianiſſime ac ſapientiſſime, providete veſtræ ſaluti, providete honori, [23] providete bonæ famæ, quam longe lateque habetis, & de eccleſiarum ditatione; & de ſacerdotum ac ſervorum Dei veneratione: & nolite maculare illam glorioſam famam veſtram, propter cujuſcumque ſocordiam: etiam nec pro cujuſcumque ejectione, ſimulantes crudelitatem in actione, quam non habetis in mente, & facientes aut præcipientes quod dignitati nominis veſtri non convenit. Legentes in libro Machabæorum, quid Eleazarus * a ſuis familiaribus quod famam ſuam non decebat, ſuaderetur, reſpondit, *Non*, inquiens, *ætatem noſtram dignum eſt fingere, ut multi adoleſcentium arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meæ ſenectuti conquiram*. Quod enim ille de corporis ſenectute dicit, vos in miniſterii & nominis ac ſapientiæ dignitate neceſſe intelligere, dicente Domino ad Moyſen, *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael, quos tu noſti quod ſenes populi ſint*. Unde S. Gregorius. *Sicut plerumque juvenes dici ſolent, qui nulla conſilii gravitate * deprimuntur: ita ſenes ſcriptura ſacra vocare conſuevit, qui non ſola quantitate temporum, ſed morum grandævitate maturi ſunt. Unde per quemdam ſapientem dicitur, Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque numero annorum computata. Cani ſunt autem ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. * Hinc eſt ergo ad Moyſen Dominus dicit. Congrega mihi* LXX. *viros de ſenioribus Iſrael quos tu noſti quod ſenes populi ſint. In quibus quid aliud quam ſenectus cordis requiritur, cum tales jubentur eligi, qui ſenes ſciuntur. Si enim ſenectus in eis corporis quæreretur, a tantis ſciri poterant a quantis videri. Dum vero dicitur, quos tu noſti quod ſenes populi ſint, profecto liquet, quia ſenectus mentis, non corporis eligenda nunciatur.*

*Peroratio ad regem.*

l. cum a

2. Machab. 6.

* al. *Non enim ætati noſtræ dignum eſt, fingere.*

*Senectus ab ætate ſola non dicitur.*

Num. c. 11.

Greg. l. 19. Moral. c. 11.

* al. *fulciuntur.*

Sap. c. 4.

* al. *Unde recte quoque Dominus ad Moyſen dicit.*

[24] Quia, domine, cariſſima & venerabilis domina-

ANNO CHRISTI 868.

*Libertatem admonendi regis a rege, & ab officio meretur.*

minatio veſtra, immo divina juſſio mihi præcepit, & ego inde ſum voluntarius debitor, ut quia ad ſalutem, & veſtri nominis ac miniſterii dignitatem pertinere ſcio, non taceam, humiliter poſtulans moneo, quatenus ſapientia veſtra recogitet, quod exordinatum eſt, ordinet, ne diutius hæc irreverentia erga Dei eccleſiam maneat, & quantocyus ſcandalum in epiſcopos excitatum competenti ſatisfactione ſedetur. Et ideo hinc tam inculcanter ſcribo, quia propter regem regum tacere quæ ſaluti & utilitati veſtræ neceſſaria eſſe cognoſco, non audeo: [25] ad cujus judicium vos & ego in conſpectu totius humani generis, omniumque angelorum atque archangelorum veniemus; ubi reddemus rationes, non ſolum de propriarum perſonarum actionibus, locutionibus, atque cogitationibus: verum & de miniſteriorum ſuſceptorum officiis, qualiter in eis ea quæ ad miniſteria pertinent, ſincero corde, & juſtis actibus egerimus: dicente ipſo, *Juſte quod juſtum eſt * exequaris.* Juſte ergo juſtum exequi eſt in adſertione juſtitiæ ſolam eamdem juſtitiam quærere. Nam ſi quod mihi eſt dicendum, & vobis eſt audiendum tacuero, illud væ incurrere timeo quod Dominus per prophetam nobis miſeris ſacerdotibus comminatur, dicens: *Væ his qui conſuunt pulvillos ſub omni cubitu manus: & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas.* Pulvillos quippe ſub omni cubitu manus ponere eſt cadentes a ſua rectitudine animas, atque in hujus mundi ſe dilectione reclinantes blanda adulatione refovere. Quaſi enim pulvillo cubitus, vel cervicalibus caput jacentis excipitur, cum correptionis duritia peccanti ſubtrahitur, eique mollities favoris adhibetur, ut in errore molliter jaceat, quem nulla aſperitas contradictionis pulſat. Sed hæc rectores qui ſemetipſos diligunt, his procul dubio exhibent, a quibus ſe noceri poſſe in ſtudio gloriæ temporalis timent. Et idem Dominus per Moyſen præcipit, ut tabernaculum ſacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur, quatenus voces prædicationis habeat, ne superni inſpectoris judicium ex ſilentio offendat. Scriptum quippe eſt, *Ut audiatur ſonitus quando ingreditur & egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini. Sacerdos namque ingrediens vel egrediens moritur, ſi de eo ſonitus non auditur: quia iram contra ſe occulti judicis exigit, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit.* De qualibus ſacerdotibus Dominus dicit, *Canes muti non valentes latrare.* Et quibus in uno comminatur per Ezechielem prophetam dicens: Si ſacerdos non diſtinxerit populo, ipſe quidem populus in ſuo peccato morietur, animam tamen ejus de manu ſacerdotis requiram. Non ait, quia extra peccatum populus eſt, non morietur: ſed quia in ſuo peccato morietur: ſed populus quidem pro ſeipſo tantum, ſacerdos vero etiam pro populo. Et quia nos ſi tacemus, quæ ut dixi nobis dicenda, & vobis audienda ſunt, peccatum incurrimus: & vos ſi audita, quod abſit, non exauditis, a morte peccati liberi eſſe nequitis. Propterea intenta cordis aure devotio veſtra percipiat, quod tonitruum divinæ comminationis terribiliter inſonat, *Qui ſcandalizaverit*, inquit, *unum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Hæc in pœna tunc temporis gravior inter alias putabatur.

Deut. c. 16.
* al. perſequeris.
Ezech. c. 13.
cubito.
Exod. c. 28.
Gregor. Paſtor. p. 2. c. 4.
Iſ. c. 6.
Ezech. c. 3.
Matth. c. 18.

*In ſcandalum publicum culpa regis evadit.*

Quanti, domine cariſſime, in unius eccleſiæ, & unius epiſcopi contra eccleſiaſticas regulas præjudicio putatis ſcandalizati ſunt, ſcandalizantur, & quicumque audierint, ſcandalizabuntur? Quia, A ſicut dicit S. Paulus apoſtolus, *Cum patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.* Quod enim quis videt in fratre, & in commiſſa ſibi eccleſia, aut audit ex fratre, & ex commiſſa ſibi eccleſia, quid putatis illum de ſe & de ſibi commiſſa eccleſia poſſe conjicere, ſi eum & ſibi commiſſam eccleſiam nutu divino in poteſtatem veſtram contigerit devenire? Non enim levi auditu eorum corda percelluntur, qui audiunt. [26] Quia non de crimine per legitimos accuſatores, ſicut præcipiunt canones, apud primatem provinciæ accuſatus: non ad ſynodum regulariter evocatus: non in judicio præſens, non judicium regulare refugiens, non in judicio regulari contra eum aliis accuſatoribus & aliis teſtibus B productis, nec vel teſtium teſtimonio facta inquiſitione, utrum ex auditu, an ex ſcientia fuerint teſtificati: non legaliter ac canonice de perſonis accuſantium ac teſtificantium facta requiſitione, cujus qualitatis & dignitatis, ac quantitatis fuerint: non cauſis actuum ſcriptis inſertis, non licentia reſpondendi & defendendi illi conceſſa; non de crimine vel exilii cauſſa confeſſus, nec regulariter convictus, non partibus præſentibus, id quod a ſuis judicibus judicatum fuit ſcriptis ſententia recitata, non canonico & epiſcopali judicio, ab ordine epiſcopali dejectus epiſcopus, ſuis rebus ſpoliatus, & cum eccleſia ſua cujus res & facultates vel officio defuncto, vel morte perfuncto epiſcopo per œconomum futuro epiſco-C po ſervari debent, contra omnes leges, & contra omnia jura, divina ſcilicet & humana, ſæcularium præjudicio proſcriptione eſt condemnatus, cum non tantum aut prave ſentientes epiſcopi, aut majeſtatis rei, aut criminibus accuſati: verum Arius & Eutyches presbyteri non niſi conciliorum judicio gradibus ſpoliati, & eorum decreto ab imperatoribus leguntur proſcripti, & in exilium deportati. Ego vero verbis non poſſum exprimere quanta conſtringar in mente anguſtia, quoniam per ora multorum audio volitare, quia homines omnium gentium etiam & Judæi Chriſtianæ legis inimici, paſſim legum ſuarum judicantur judicio: bubulcus quoque & ſubulcus, atque opilio habent legem: & contra D omnem conſuetudinem Chriſtianorum principum, (& contra præcepta Domini dominorum dicentis, & in propheta, atque in evangelio, & in apoſtolo, *Non facies quod iniquum eſt, nec injuſte judicabis. Juſte judica proximo tuo.* Et, *Si vere utique juſtitiam loquimini, juſte judicate filii hominum:* Quia, *In quo judicio judicaveritis, judicabitur de vobis:* videlicet aut juſto judicio damnabimini, pro eo quod fratrem injuſto judicio condemnaſtis: aut juſte judicantibus vobis juſtitia reſpondebit. Ergo ſic loquimini & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes judicari, hoc eſt; per legem libertatis, ſcilicet evangelii, judicandi.) Epiſcopus qualiſcumque cum ſua eccleſia, legem eccleſiaſticam laicorum, ac quarum-E dam infamium perſonarum, non judicio ſed conludio atque ludibrio, a vobis ignominioſe proſcriptus, habere non potuit. Unde legalis ſententia, quam ut prædeceſſores illius, B. Gregorius in commonitorio Joanni dato decrevit eſſe canonicam, dicit, *Neceſſe eſt ut quod contra leges eſt actum, firmitatem non habeat.* Et S. Auguſtinus in libro de vera religione dicit. *In iſtis temporalibus legibus quamquam de his homines judicent, cum eas inſtituunt: tamen cum fuerint inſtitutæ atque firmatæ, non licebit judici de ipſis judicare, ſed ſecundum ipſas. Conditor tamen legum temporalium ſi vir bonus & ſapiens eſt, illam ipſam conſulit æter-*

OPUSC. I.
1. Cor. 12.
Levit. c. 19.
Pſal. 57.
Matth. c. 7.

*Canones non ſunt violandi.*
Greg. l. 11. ep. 54.
Auguſt. l. de vera relig. c. 31.

ANNO CHRISTI 868.

OPUSC. I.

*æternam, de qua nulli animæ judicare datum eſt,* A *ut ſecundum ejus incommutabiles regulas quid ſit pro tempore jubendum vetandumque diſcernat. Æternamque igitur legem mundis animis fas eſt cognoſcere, nefas eſt judicare.* De qua B. Proſper dicit:

Proſp. epigr. 41.

*Lex æterna Dei ſtabilis regit omnia nutu,*
*Nec mutat vario tempore conſilium.*

Nam ſi imperatores Romanorum ſuam legem æternam, vel perpetuam appellaverunt, multo magis lex illa æterna eſt, quæ eſt ſancto Spiritu promulgata. De qua S. Leo poſt diſcretionem quæ in ea eſt oſtenſam dicit: *In his quæ vel dubia fuerint, vel obſcura, id novimus ſequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis ſanctorum inveniatur adverſum. Quæ,* inquit S. Cæleſtinus, *a nobis res digna ſervabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa frangatur?* Et ſacrum Carthaginenſe concilium ſub Grato epiſcopo dicit: *De quibus apertiſſime divina ſcriptura ſanxit, non differenda ſententia eſt, ſed potius exſequenda. Nemo contra prophetas, nemo contra evangelia, nemo contra apoſtolos facit ſine periculo: & quæ facta vel dicta ſuperius comprehenſa ſunt, vel aliis conciliis conſcripta, quæ ſecundum legem inveniuntur, cuſtodire nos oportet. Si quis vero ſtatuta ſupergreſſus corruperit, vel pro nihilo habenda putaverit, ſi laicus eſt communione, ſi clericus eſt honore privetur. Quia,* ut S. papa Hilarius decernens dicit, *Non minus in ſanctarum traditionum delinquitur ſanctiones, quam in injuriam ipſius Domini proſilitur.*

S. Leo ep. 92. ad Ruſtic.

Cæleſtin. P. ep. 3.

Concil. Carthag. I. c. 13. & [illegible]

Hilar. ep. 8.

B

C

Qua de re flens dico, & corde mœrenti gemens pronuncio, quia nunc lex Domini irreprehenſibilis noſtris infelicibus & periculoſiſſimis temporibus tantum vigorem non habet reverentia divinitatis, ſicut antequam nomen Chriſti in honore per univerſum orbem fieret, leges Romanæ habebant timore imperatoris. Legimus quippe in Actibus apoſtolorum, quoniam cum Paulus & Silas cæſi in carcerem miſſi ſunt, quia miſerunt magiſtratus ut dimitterentur. Paulus autem dixit eis: *Cæſos nos publice indemnatos homines Romanos miſerunt in carcerem, & nunc occulte nos ejiciunt. Non ita, ſed veniant, & ipſi nos ejiciant. Nuntiaverunt autem magiſtratibus lictores verba hæc, timueruntque audientes quod Romani eſſent, & venientes deprecati ſunt eos, & ejicientes rogabant ut egrederentur de urbe.* Et item in eadem ſacra hiſtoria. *Quia non eſt conſuetudo Romanis damnare aliquem hominem, priuſquam is qui accuſatur præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.* Et item cum torquendus eſſet, dicens ſe eſſe Romanum, dimiſſus eſt. Unde non perfunctorie audire debetis quod cæleſtis tuba Paulus apoſtolus dicit. *Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis.* Et in ſacra regum hiſtoria ſcriptum eſt. *Si peccaverit vir in virum, placari ei poteſt Dominus: ſi autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo?* Mementote facti memorandi Theodoſii, & memorabilis viri Ambroſii, & quia exceſſit ut homo Theodoſius, corripuit eum ut verus ſacerdos Ambroſius, & recepit patienter atque humiliter per illum divinam correctionem Theodoſius. Et ideo exaltatus eſt, & merito & nomine & ſanctitatis inſigne ſuper omnes poſt Conſtantinum Romanos imperatores. Felix ille imperator qui ſuo tempore talem habuit ſacerdotem, qui [17] poſt dignam pro exceſſu ſatisfactionem fecit illi ponere, & confirmare legem, ut ſi moto animo ſeverius vindicare in aliquos princeps quiſque decerneret, miniſtri Reip. uſque ad triginta dies eamdem legem exequi non auderent, donec refrigerato animo, & in ſe reverſo, quid verum eſſet, videret, & exequi quod juſtum eſſet, decerneret. Nam, *Impedit ira virum, ne poſſit cernere verum:* quia, ut quidam ſapiens dixit, cogitationes iracundi vipereæ ſunt generationis; prius enim mentem comedunt, matrem ſuam. Et apoſtolus, *Ira,* inquit, *viri juſtitiam Dei non operatur.* Et felix ſacerdos Dei Ambroſius, qui in tempore talis fuit imperatoris. Scriptum eſt enim, *Beatus qui enarrat juſtitiam auri audienti.* Felices quoque ambo, & ſacerdos & imperator, quia ne ira Dei pro exceſſu deſcenderet ſuper imperatorem, habuit ſuo tempore ſacerdotem, de quo non queſtus eſt Dominus, quod de nobis modo queritur (1) dicens, *Quæſivi unum qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me, ne diſſiparem eam, & non inveni.* Hinc eſt quod Iſaias noſtræ miſeriæ, & calamitatis in ſe ſumens perſonam graviter coram Deo deplorat, dicens: *Omnes nos cecidimus quaſi folium, & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos, nec eſt qui invocet nomen tuum, qui conſurgat & teneat te.* Quomodo enim nos illum iraſcentem tenere, & placare poſſumus, qui, ut S. Gregorius conqueritur, *Ad exteriora negotia delapſi ſumus, & aliud ex honore * ſuſcepimus, atque aliud officio actionis exhibemus: miniſterium prædicationis relinquimus, & ad pœnam noſtram, ut video, epiſcopi vocamur, qui honoris nomen, non virtutem tenemus.* Et, *Relinquunt namque Dominum hi qui nobis commiſſi ſunt, & tacemus; in pravis actibus jacent, & correptionis manum non tendimus; quotidie per multas nequitias pereunt, & eos ad infernum tendere negligenter videmus. Sed * quando nos vitam corrigere valeamus alienam, qui negligimus noſtram? Curis enim ſæcularibus intenti, tanto inſenſibiliores intus efficimur, quanto ad ea quæ foris ſunt, ſtudioſiores videmur. Uſu quippe curæ terrenæ a cæleſti deſiderio obdureſcit animus, & dum ipſo ſuo uſu durus efficitur per actionem ſæculi, ad ea molliri non valet, quæ pertinent ad caritatem Dei.* Et reliqua quæ ibidem idem ſanctus de neglegentibus ſacerdotibus proſequitur. Unde quanto minoris meriti ſumus, ut Dominum contra vos, ſi iratus fuerit, tenere poſſimus; tanto magis non ſolum actus veſtros corrigere, verum ne in præceptionibus veſtris, quas vel verbo, vel ſcripto decernitis, vel decreviſtis, ſive decreveritis, quod abſit, aliqua injuſtitia, vel præſumptio, ſive indiſcretio ſit, ſolicite providere debetis, timentes comminationem æterni judicis: qui dicit: *Væ his qui condunt leges iniquas, & ſcribentes injuſtitiam ſcripſerunt, ut opprimerent in judicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei; ut eſſent viduæ præda eorum, & pupillos deciperent. Quid facietis in die viſitationis & calamitatis de longe venientis? ad cujus auxilium confugietis, & ubi derelinquetis gloriam veſtram ne incurvemini ſub vinculo, & cum interfectis cadatis? Super omnibus his non eſt averſus furor ejus, ſed adhuc manus ejus extenta.*

Legem ſacram [illegible] imminuta

Act. c. 16.

Ibid. c. 25.

Ibid. c. 22. hocuſque in Sirmondo ep. 20.

1. Cor. 8.

1. Reg. 2.

Paulin. in vita Ambroſ. Theodoret. hiſt. eccleſ. l. 5. c. 17.

V. Baron. ad an. 390. n. 4.

Jacob. c. 1.

Eccl. c. 25.

Ezech. c. 22.

Iſ. c. 64.

Gregor. Hom. 17. in evang.

* al. ſuſcipimus.

* al. quomodo.

Iſ. c. 10.

D

E

Et quia, * ſupra oſtendi, ex verbis B. Gelaſii, duo ſunt quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas ſacra pontificum, & regalis poteſtas, in quibus tanto gravius eſt pondus ſacerdotum,

Rex non debet uſurpare quæ ſunt ſacerdotum.

* al. ut ſupra.

(1) Ex Ezech. 22. lege: *Quæſivi virum ..... contra me pro terra, ne* &c. Har.

ANNO CHRISTI 868.

dotum, quantum etiam pro ipſis regibus hominum in divino reddituri ſunt examine rationem, ſolerter providere debetis, ne extra miniſterium veſtrum, ſicut, Deo gratias, hactenus providiſtis, manum in ſacerdotalem ordinem, & in his quæ eidem ordini Spiritus ſancti dono commiſſa ſunt, contra præceptum Domini, extendatis, lectione frequentantes, & mente condentes quod ſcriptum eſt in ſecundo libro Paralipomenon. *Fecit*, inquit, *Ozias rex quod erat rectum in oculis Domini, & exquiſivit Dominum. Cumque requireret Dominum, direxit eum in omnibus, & adjuvit eum contra Philiſthiim, & contra Arabas qui habitabant in * Corbaal, & contra Ammonitas, & divulgatum eſt nomen ejus uſque * in introitum Ægypti propter crebras victorias: & habuit multa pecora, tam in campeſtribus, quam in eremi vaſtitate. Vineas quoque habuit & vinitores in montibus & in Carmelo. * Eratque homo agricultura deditus. Et fuit numerus totius exercitus ejus * trecentorum decem millium, & centum. Sed cum roboratus eſſet, elevatum eſt cor ejus in interitum ſuum, & neglexit Dominum ſuum. Ingreſſuſque templum Domini adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis. Statimque ingreſſus poſt eum Azarias ſacerdos, & cum eo ſacerdotes Domini octoginta, viri fortiſſimi, reſtiterunt regi atque dixerunt: Non eſt tui officii, Ozia, ut adoleas incenſum Domino. Sacerdotum, hoc eſt, filiorum Aaron qui conſecrati ſunt ad * hujuſcemodi miniſterium, eſt iſtud officium. Egredere de ſanctuario, nec contempſeris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino Deo. Iratus eſt Ozias, & tenens in manu thuribulum ut adoleret incenſum, minabatur ſacerdotibus: ſtatimque orta eſt lepra in fronte ejus coram ſacerdotibus in domo Domini ſuper altare thymiamatis. Cumque reſpexiſſet eum Azarias pontifex, & omnes reliqui ſacerdotes, viderunt lepram in fronte ejus, & feſtinato expulerunt eum. Sed & ipſe perterritus acceleravit egredi: eo quod ſenſiſſet illico plagam Domini. Fuit igitur Ozias rex leproſus uſque ad diem mortis ſua; & habitavit in domo ſeparata, plenus lepra ob quam & ejectus fuerat de domo Domini.*

2. Paralip. 26.
* al. Gerbaal.
* al. ad.
* al. Erat quippe homo.
* al. trecentorum & ſeptem millium quingentorum.
* al. hujuſc. miniſter. Egredere de ſanctuario..

In quo facto, quia ſicut ſcriptura dicit, *Hæc autem in figura contingebant illis, ſcripta ſunt autem propter nos*, diligenter adtendendum eſt, quoniam quamdiu Ozias Dominum coluit, pacifice regnum tenuit, & contra vicinas & alienigenas gentes crebras victorias habuit. Poſtquam autem officium non ſuum præſumpſit, ſed in ſacerdotale miniſterium contra fas manum præſumptionis extendit, uſque ad diem mortis ſuæ lepra plenus in domo ſeparata permanſit, & victoriam nullam fecit; nec cum aliis qui bellabant bella Domini pro inimicis Iſrael, qui eccleſiæ typum tenuerat, perfuſus lepra, id eſt, gravi peccato percuſſus atque perculſus habitare prævaluit. Sic & eorum judicio quibus dicit Dominus, *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus patris veſtri qui loquitur in vobis*, & per quos eodem ſpiritu ſacri promulgati ſunt canones, voluntarie atque ex deliberatione **E** quiſcumque violans & convellens conſtituta divina, quia docente Petro, *Non eſt perſonarum acceptor Deus*, ab eccleſiæ corpore ſeparatus, niſi per pœnitentiam & ſacerdotalis indulgentiæ reconciliationem eidem eccleſiæ fuerit reincorporatus, erit ab æterna eccleſia ſeparatus. Unde & apoſtolus præcipit, *cum hujuſmodi nec cibum ſumere*. Et item omnibus, Chriſto in ſe loquente, denunciat dicens: *Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum*. Quam ſententiam exponens B. Auguſtinus dicit: *Duobus modis non te maculat manus: ſi non conſentias, & ſi redarguas*, **A** *hoc eſt non communicare, non conſentire. Communicatur quippe, quando facto ejus conſortium voluntatis vel approbationis adjungitur. Hoc ergo nos admonens apoſtolus, ait: Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum. Et quia parum erat non conſentire, ſi ſequeretur negligentia diſciplina, magis autem, inquit, & redarguite. Videte quemadmodum utrumque complexus eſt, nolite communicare? Nolite conſentire, nolite laudare, nolite approbare. Quid eſt autem, magis & redarguite? Reprehendite, * corripite, coercete. Deinde in ipſa reprehenſione, vel coertione alienorum peccatorum, cavendum eſt ne ſe extollat qui alterum corripit, & qui ſe putat ſtare, videat ne cadat; foris terribiliter perſonet increpatio, intus lenitatis teneatur dilectio.* **B** *Neque ergo conſentientes ſitis, ut approbetis; neque negligentes, ut non arguatis; neque ſuperbientes, ut inſultanter arguatis.*

1. Cor. 10
Matth. c. 10.
Act. 10 Obliquè minatur excommunicationem.
1. Cor. 5. Epheſ. c. 5.
Auguſt. ſer. xviii. de verb. dom. c. 18.
OPUSC. I.
* al. correptione.

Et nolite putare, domine cariſſime ac benigniſſime, quia quocumque carnalis propinquitatis affectu, vel quia tantum in epiſcopo Rhemenſis provinciæ indignitati meæ commiſſæ iſta ſunt acta, commotus hæc ſcripſerim, ſed zelo, de quo & in pſalmo, & in evangelio ſcriptum eſt, *Zelus domus tuæ comedit me*: videlicet zelo univerſalis eccleſiæ, quæ domus Dei eſt, & ſacri ordinis ſacerdotalis, quod unum in omnibus epiſcopis eſt, & officii meæ exiguitatis, legens electos Dei propter leges paternas, etiam mortem corporis appetiſſe, & in laudibus divinis catholicam **C** eccleſiam cantare ſanctum, *qui pro lege Dei ſui certavit uſque ad mortem*. Veſtræ nihilominus zelo ſalutis & optandæ nobis proſperitatis hæc ſcripſi. Tandem peto ut in hoc ſervitutis meæ obſequio diligentius diſcernatis, quoniam ſi quædam ibidem * mordacibus reſonant, non mihi verba ſunt ſenſus: quæ etſi forent, manſuetudo veſtra debet modeſte perpendere, quoniam adulator blandus eſt inimicus. Quod ſcriptura dicit, *Quia meliora ſunt vulnera amici, quam audientis inimici oſcula*. Non enim occupatam tenet veſtram, ſicut quorumdam captivatam mentem poſſidet vobis bene noti ſententia, quæ dicit, *obſequium*, id eſt, aſſentatio, videlicet adulatio *amicos, veritas odium parit*: quia, ut veritatis **D** amicus veritatem diligitis, ſcientes a veritate dictum, *Cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos*. Inhæreat itaque menti veſtræ quod B. Auguſtinus dicit, quia doloſi vel imperiti medici eſt, ſic * intueri emplaſtrum imponere, ut aut noceat, aut non proſit. Et ſupra poſita quæ ſine adulatione ad veſtram ſalutem veritas per ora veridicorum protulit, vobis non diſplicebunt.

Pſal. 68. Joan. c. 2.
2. Machab 6. & 7.
* al. mordaciter vel mordacius.
Prov. c. 27. Ex quo hic corrige, odientis. H.
Terent. Andr.
Joan. c. 8.
* vulneri.

*II. OPUSCULUM.*

## HINCMARI
## RHEMENSIS EPISCOPI
## ROTULA
## *CAROLO REGI PORRECTA*
*cum præmiſſos quaterniones legere differret.*

SAcrum Carthaginenſe concilium dicit: *Quiſquis epiſcoporum accuſatur, ad primatem eccleſiæ ipſius cauſam deferat accuſator.*

Et item. *Quiſquis epiſcoporum, presbyterorum & diaconorum, ſeu clericorum, cum in eccleſia fuerit crimen inſtitutum, vel civilis cauſa fuerit com-*

Cod. Afric. can. 19.
Ibid. can. 15

ANNO CHRISTI 869

*muta, ſi relicto eccleſiaſtico judicio publicis judiciis* A *purgari voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat: & hoc in criminali. In civili vero perdat quod evicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit.*

Ibid can. 104.

Et Africanum concilium; *Quicumque* (ſcilicet clericorum) *ab imperatore cognitionem judiciorum publicorum petierit, honore proprio privetur: ſi autem epiſcopale judicium poſtulaverit, nihil ei obſit.*

Cod Theod. l. 16. Interpret leg. 12.

Et ut de legibus Romanis, & multis hic pauca ponamus, Gratianus, Valentinianus & Theodoſius conſtituerunt, *Ne quis audeat apud judices publicos epiſcopum accuſare, ſed in epiſcoporum audientiam perferre non differat, quicquid ſibi pro qualitate negotii putat poſſe competere, ut in epiſcoporum aliorum judicio quæ aſſerit contra epiſcopum* B *debeant diffiniri.* Et item imperatores conſtituerunt, ut in privatis cauſis hujuſmodi cauſa ſervetur, ne quemquam litigatorum ſententia non a ſuo judice dicta conſtringat,

S. Leo ep. 96. anno in Gallia apud Biturigas a Leone archiepiſc.

Et S. Leo ſanctæ Romanæ eccleſiæ pontifex, in ſynodo * Romæ habita, ſtatuit dicens: *Tantam ſæculi poteſtates circa ſacerdotalem ordinem reverentiam prævalere voluerunt, etiam hi quos ſub imperiali nomine terris divina potentia præeſſe præcepit, ut jus diſtringendorum negotiorum epiſcopis ſanctis juxta divalia conſtituta permiſerint. Quod cum & juris antiqui edictis, & inlatis frequentibus ſit legibus conſtitutum, præſenti tempore a pleriſque invenimus fuiſſe calcatum. Nam prætermiſſo ſacerdotali judicio, paſſim ad examen ſæcularium* C *tranſierunt. Quocirca nobis viſum eſt, ut hanc & ſacrarum legum, & noſtri ordinis contumeliam, & ad præſens ulciſceretur plena diſtrictio, & obſervandam formulam conſtitueret in futurum. Cenſemus itaque, ut quicumque prætermiſſo ſacerdote eccleſiæ ſuæ, ad diſceptationem venerit ſæcularium, ſacris liminibus expulſus a cæleſti arceatur altario.*

Capitul. Caroli M lib. 1 c. 8.

Et in primo libro capitulorum imperialium domini Karoli & domini Hludouvici ſcriptum eſt cap. VIII. *Ut ad metropolitanum epiſcopum ſuffraganei epiſcopi reſpiciant, & nihil novi audeant facere in ſuis parochiis ſine conſcientia & conſilio ſui metropolitani; nec metropolitanus ſine eorum conſilio.*

Ibid c. 28.

Et item in eodem libro cap. XXVIII. *Ut ſi clerici vel monachi inter ſe negotium aliquod habuerint, a ſuo epiſcopo dijudicentur, non a ſæcularibus.* D

Ibid c. 38.

Et item in eodem libro cap. XXXVIII. *Ut clerici eccleſiaſtici ordinis ſi culpam incurrerint, apud eccleſiaſticos judicentur, non apud ſæculares.*

Et hæc conſtituta ſunt de his quæ ab epiſcopo, vel presbytero, ſeu diacono committuntur, ſive in criminalibus, ſive de civilibus, id eſt, de pecuniariis cauſis. [11] Ceterum de rebus & mancipiis, & mancipiorum commiſſis, epiſcopi ex eccleſiis nobis commiſſis, vel de proprietatibus clericorum, advocatos dare ſecundum conſuetudinem non abnuimus.

Ubi autem ea emendari debeant, quæ epiſcopi vel clerici, in criminalibus, vel civilibus committunt, leges maniſeſte demonſtrant, dicen- E tes multis decernentibus imperatoribus. Ex quibus omnibus hic legem Valentiniani & Valentis ponemus, qui decreverunt, *Ut ultra provinciæ terminos accuſandi licentia prohibeatur.*

Cod Afric. can. 30

Et hinc ſacrum Carthaginenſe concilium ſtatuit, ut *accuſatus & accuſator in eo loco unde eſt ille qui accuſatur, locum ſibi eligat proximum, quo non ſit difficile teſtes * perducere, ubi cauſſa finiatur.*

* al. producere.

Et item leges dicunt, *Si quis adverſarium aut repetitione aut criminis objectione pulſaverit, in provincia in qua conſiſtit ille qui pulſatur, ſuas exerat actiones, nec æſtimet adverſarium ſuum alibi, aut longius ad judicium pertrahendum: Ille vero qui pulſatus fuerit, ſi judicem ſuſpectum habuerit, liceat appellare.*

OPUSC. L.

Innocen. I. ep. 2. c. 3.

Et S. Innocentius ad * Victoricium epiſcopum, *Si quæ*, inquit, *cauſſæ vel contentiones inter clericos, tam ſuperioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, ut ſecundum ſynodum Nicænam congregatis ejuſdem provinciæ epiſcopis, jurgium terminetur: nec alicui liceat, (ſine præjudicio tamen Romanæ eccleſiæ, * cui in omnibus cauſis debet reverentia cuſtodiri) relictis his ſacerdotibus qui in eadem provincia Dei eccleſiam nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias. Quod ſi quis forte præſumpſerit, & ab officio * cleri ſubmotus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur. Si autem majores cauſſæ in medio fuerint devolutæ,* [12] *ad ſedem apoſtolicam, ſicut ſynodus ſtatuit, & * vetus conſuetudo exigit, poſt judicium epiſcopale referatur.*

* al. Victricium.

* al. cujus.

* al. clericatus.

* al. beata conſuet.

Unde Carthaginenſe dicit concilium, *Ut a quibuſcumque judicibus eccleſiaſticis ad alios judices eccleſiaſticos, ubi eſt major auctoritas, fuerit provocatum,* [14] *non eis obſit, quorum fuerit ſoluta ſententia, ſi convinci non potuerint vel inimico animo judicaſſe, vel aliqua cupiditate aut gratia depravati. Sane ſi ex conſenſu partium electi fuerint judices, etiam a pauciori numero quod conſtitutum eſt, non licet provocari.* Qualiter autem ſententia finiri debeat, leges & ſacri canones monſtrant, dicentes, ut vel in ſynodo, vel per judices, ſive quos conquirentibus primates dederint, ſive quos ipſi vicinos ex conſenſu delegerint.

Deputatos autem judices epiſcopos, ut Africanum dicit concilim, *Ab illo primate ſunt dandi, in cujus provincia cauſſa verſatur. Si autem ex communi placito conquirentes vicinos judices elegerint, aut unus eligatur, aut tres: & ſi tres elegerint, aut omnium ſententiam, ſequantur, aut duorum.*

Conc. Chalc. can. 9.

Et Chalcedonenſe concilum dicit, *Si quis clericus adverſus clericum habet negotium, non deſerat epiſcopum proprium, & ad ſæcularia percurrat judicia: ſed prius actio ventiletur apud epiſcopum proprium, vel certe conſilio ejuſdem epiſcopi apud quos utraque partes voluerint, judicium continebunt. Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis correptionibus ſubjacebit.*

Greg l. 9. indict. 4. ep. 74.

Et S. Gregorius ex legibus & ſacris canonibus conſtituit ſcribens ad Bonifacium defenſorem Corſicæ, & vices agentem apoſtolicæ ſedis, quas in iſtis regionibus primates provinciarum tenent, *Si quis*, inquit, *contra clericum cauſſam habuerit, epiſcopum ipſius adeat. Qui ſi forte ſuſpectus fuerit, executor vel ab ipſo, vel, ſi & hoc actor refugerit, a tua eſt experientia deputandus, qui partes ſibi mutuo conſenſu judices compellat eligere, a quibus quicquid fuerint definitum, ita vel tua, vel epiſcopi ſolicitudine, ſervata lege, modis omnibus compleatur, ut non ſit unde poſſint litigiis * fatigari.* Et ſi laicus contra epiſcopum civilem, id eſt, pecuniariam cauſſam habuerit, epiſcopus admoneri vel compelli ab eis quorum intereſt, debet: Similiter & laicus admoneri vel compelli debet a Reip. poteſtate, ut ad arbitrium, id eſt, ad judicium ex utraque parte electorum judicum veniant, & eorum judicio cauſſa finiatur.

* al. ſe fatigare.

Greg. l. 2. indict. 9. ep. 36.

Sicut ad Malchum epiſcopum idem S. Gregorius ex legibus, & ſacris regulis ſcribens demonſtrat, * *Præterea*, inquit, *fraternitatem tuam præſenti præceptione curavimus admonendam, ut Stephanum * epiſcopum ad eligendum compellas venire judicium: & quicquid inter prædictum Joannem virum magnificum, & ſupradictum epiſcopum, electorum*

* l. Propterea.

* al. ſæpe ſatum.

ANNO CHRISTI 868.

*rum fuerit ſententia diffinitum, ad effectum perducere non omittas.*

Et hinc leges, quas ſervat eccleſia, dicunt. Obſervare autem judices ſpecialiter debent, *Ut in omnibus cauſſis ſententia quæ deliberata fuerit conſtitutis pariter, recitetur: ut ab his a quibus cauſſa dicta eſt, ad integrum quæ dicta fuerit ſententia cognoſcatur, & quicquid præſentibus partibus in cauſſis fuerit ordinatum, habebit pleniſſimam firmitatem, nec poterit immutari.*

Et quia imperatores, qui ſuo tempore fuerit de pecuniariis cauſſis eccleſiaſticum miniſtrum, & Reip. adminiſtrantem judices ad cauſſam de accuſato epiſcopo finiendam, ſicut leges & canones jubent, deputaverunt, B. Gregorius in epiſtola decretali ad Joannem epiſcopum Lariſſæum demonſtrat dicens: *Cumque porrecta appellatio per homines Hadriani epiſcopi, ceteraque quæ penes te geſta ſunt, piiſſimis fuiſſent deportata principibus, deputatis, ut diximus, Honorato apoſtolicæ ſedis diacono, & Sebaſtiano glorioſo* * *antigrapheo, cunctiſque ſubtiliter examinatis, a ſereniſſimis principibus ſunt ab omnibus juſſionibus abſoluti.*

Greg. l. 2 Ind. 11. ep. 46.

* al. antigrapho.

Unde leges quas probat eccleſia, *Res*, inquiunt, *judicata videntur ab his qui imperium poteſtatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur.*

Et notandum, ut præmiſimus, quoniam imperatores leges ſæculi & eccleſiæ conſervantes, ad cauſſam pecuniariam, id eſt, civilem, inter epiſcopum & ſæculares inveſtigandam ac diffiniendam, cum miniſtro eccleſiaſtico adminiſtrantem Reip. deputarunt. Si vero epiſcopus aut veraciter, aut ſimulata infirmitate, aut alia qualibet occaſione ſe dixerit non poſſe venire ad ſynodum, aut ad electorum judicium contra adverſum ſe conquirentem, eligat ſibi judices aut deputatos ſuſcipiat, ſicut ex legibus & regulis ſacris præmiſimus: & mittat pro ſe perſonam inſtructam ad locum, & diem deſtinatum, quæ executionem & diffinitionem legaliter ac regulariter ad vices illius in electorum judicio proſequatur: & quod fuerit exequutum, ac diffinitum ſuſcipiat obſervandum, ſicut regulæ ac decreta ſanctæ ſedis Romanæ pontificum: ſed & S. Gregorius ſæpiſſime in epiſtolis ſuis ex legibus & regulis ſacris agendum demonſtrat.

Ex quibus unum de pluribus hic B. Gregorii decretum ponere cenſui, quod ad Fortunatum epiſcopum ſcribens, *Fraternitatem*, inquit, *tuam his hortamur affatibus, ut ceſſante omni excuſatione perſonam huc inſtructam ſub feſtinatione tranſmittas, quæ aut in electorum, aut certe in deputatorum a nobis judicio, ſi qua pro tuis partibus ſunt, agere, & adverſariorum intentionibus, ac objectis valeat per omnia reſpondere, ut veritate cognita ſalubrem hic finem ſuſcipiat.*

Greg. l. 7. Ind. 2. ep. 108.

Et in epiſtola ad Sergium defenſorem Siponti. *Experientiæ tuæ præſenti auctoritate præcipimus, ut Frunuſcendum admonere ſtudeat, quatenus ſi quid de obſtrictu* * *redhibere eccleſiæ cognoſcit, ſatisfacere dilatione poſtpoſita non deſiſtat. Alioquin mora ceſſante ad electorum accedat te compellente judicium, & quicquid veritate cognita* * *ſacroſanctis evangeliis fuerit ſtatutum, ita ad effectum exequutionis tuæ inſtantia perducatur, ut hujus rei denuo ad nos querela non redeat.*

Ibid. ep. 105.

* al. Eccleſiæ ſe redhibere cognoſcit.

* al. mediis ſacroſ. evangel.

Et hic leges Romanæ, in re pecuniaria, tormenta, niſi cum de rebus hereditariis quæritur, non adhibent. Alias autem jurejurando aut teſtibus explicantur. Et ſi epiſcopus noluerit ſuis coepiſcopis ac judicibus a ſe electis, vel a primatibus deputatis obedire, Africani concilii judicium ſuſtinebit, quo dicitur: *A judicibus autem quos communis conſenſus elegerit, non liceat provocari: & quiſquis probatus* * *fuerit pro contumacia nolle obtemperare judicibus, cum hoc primæ ſedis epiſcopo fuerit probatum, det litteras ut nullus ei communicet epiſcoporum donec obtemperet.* 25 Et ſi laicus querens contra epiſcopum noluerit obedire judicibus, a principe Reip. & eccleſiæ tutore ac defenſore, & regia benignitate protectore. ....

OPUSC. II.

Cod. Afric. can 122.

* l. per contumaciam.

In capitulis imperialibus ſcriptum eſt, libro ſecundo, *De his qui injuſte ſuper alios querelas faciunt*: Ut *ſi inde convicti fuerint, propter illam calumniam ſecundum legem & æquitatem juſtitiam reddant.*

Capit. Car. M. l. 2 c. 24.

Et hinc libro tertio ſcriptum habetur, *De his qui cauſam judicatam repetere præſumunt*, 26 *Sed & de his qui legem obſervare contempſerint, ut per fidejuſſores ad præſentiam regis deducantur.*

Ibid. l. 3. c. 31

Ibid. c. 34.

De his vero qui Romanis legibus judicantur, decretum eſt, *Ut qui per calumniam injuriæ actionem inſtituit, extra ordinem puniatur, omnes enim calumniatores exilii vel inſulæ relegatione, aut ordinis amiſſione puniri placuit.*

Regia igitur ſolitudo, a rege regum & æquiſſimo judice Deo, ut in directione cordis judicium * judicetur conſtituta, provide ſoliciteque providere debet, ut tales judices cum epiſcopis ad cauſſam inter eccleſiaſticos, & ſæculares dirimendam eligat, & conſtituat, qui religioſi ſint & Dominum timeant; & non muneris præmio, non favoris, vel propinquitatis, aut amicitiæ gratia, non indebitæ ſubjectionis obſequio, non alterius partis odio perſonam accipiant in judicio; ſed abſque contentione & livore, ſicut ipſa Veritas dicit, *non ſecundum faciem, ſed juſtum judicium* judicent. Et hoc non in publico judicii loco, ſed in privato: quia epiſcopi * in conſiſtorio regum, non in prætorio judicium, nec niſi ab epiſcopis, in ſynodo, aut in privato loco a primatibus deputatorum, aut a ſe electorum judicum judicio debent aut poſſunt regulariter judicari.

*Totum hunc locum inter fragmenta epiſtolarum edidit Sirmondus pag. 819.*

Sirm. *Judicetur.*

Joan. c. 7.

* Sirm. non in conſ.

Et prætaxato modo ſupradictas leges, tam publicas, quam eccleſiaſticas in ſuis temporibus ſervari decreviſſe didicimus antiquos imperatores, & prædeceſſores ac progenitores veſtros epiſcopis, & viris eccleſiaſticis: & nobis veſtra dilectiſſima & benigniſſima dominatio ſervaturam ſe & verbo, & ſubſcriptione promiſit in Cariſiaco, ubi hoc capitulum conſultu ac conſilio fidelium veſtrorum tam epiſcoporum, quam & laicorum condidiſtis, & ei ſubſcripſiſtis, dicentes, *Quantum ſciero, & rationabiliter potuero, Domino adjuvante, unumquemque veſtrum ſecundum ſuum ordinem & perſonam honorabo & ſalvabo, & honoratum & ſalvatum abſque ullo dolo & damnatione vel deceptione conſervabo. Et unicuique competentem legem & juſtitiam conſervabo. Et qui illam neceſſe habuerit & rationabiliter petierit, rationabilem miſericordiam exhibebo, ſicut fidelis rex ſuos fideles per rectum honorare, & ſalvare, & unicuique competentem legem & juſtitiam in unoquoque ordine conſervare, & indigentibus, & rationabiliter petentibus rationabilem miſericordiam debet impendere, & pro nullo homine* * *ab hoc quantum dimittit humana fragilitas per ſtudium, aut malivolentiam, vel alicujus indebitum hortamentum deviabo, quantum mihi Deus intellectum & poſſibilitatem donaverit. Et ſi per fragilitatem contra hoc mihi ſubreptum fuerit, cum hoc recognovero, voluntarie illud emendare curabo.* Nos autem fideles veſtri, epiſcopi, & ceteri laicalis ordinis qui ad-

Capitul. Caroli Calvi. tit. 22.

* Sirm. ad hoc.

ANNO CHRISTI 868. Ibid.

adfuerunt, hoc capitulum & vobiſcum condidimus, & ei ſubſcripſimus, unuſquiſque profitendo. *Quantum ſciero & potuero, Domino adjuvante abſque ulla doleſitate aut ſeductione & conſilio & auxilio ſecundum meum miniſterium, & ſecundum meam perſonam fidelis vobis adjutor ero, ut illam poteſtatem quam in regio nomine, & regno vobis Deus conceſſit, ad ipſius voluntatem, & ad veſtram & fidelium veſtrorum ſalvationem, cum debito honore, & vigore tenere & gubernare poſſitis.*

OPUSC. III.

## *III. OPUSCULUM.*

# HINCMARI LAUDUNENSIS EPISCOPI [17] SCEDULA EPISCOPIS, ET PER EOS REGI PORRECTA.

Rhemenſi, Belvacenſi, Rotomagenſi, Bajocenſi, Conſtantienſi, Pariſienſi, Tricaſſenſi, Nevernenſi, Piſtavorum, Encolimenſi

*Hanc ſcedulam porrexit Hincmarus Laudunenſis epiſcopus apud Piſtas* III. *Kal. Septembr. indict.* I. *epiſcopis de provincia Rhemorum, Hincmaro, Odoni: de provincia Rotomagenſi, Vveniloni, Archamberto, Sigenando: De provincia Sennenſi, Ænea, Fulcrico, Abboni: De provincia Burdegalenſi, Engenoldo, Helia.*

NOn latere vos ſcio, domini patres, & fratres, ac Deo digni epiſcopi, res epiſcopii Laudunenſis eccleſiæ mihi commiſſæ, immo quicquid habebam in iſto regno, exceptis principali eccleſia, & epiſcopii domo, & clauſtro primum eſſe inbannata: ita ut nihil mihi a quocumque de prædictis rebus & facultatibus quiddam præſidii miniſtretur, aut obſequii præbeatur. Quoniam ſicut mihi ſub brevi dierum tempore, & nullo epiſcopo meæ provinciæ conſcio fuerat imperatum, ſæculare judicium non adii, & exoniam, ſcilicet perſonam quæ firmaret quod illic venire nequirem, non tranſmiſi: & quod de capite meo, id eſt, de facto meo advocatum in judicio ſæculari non dedi. Verumtamen miſſum meæ excuſationis ad dominum noſtrum regem direxi. [18] Et vos ſcitis ſacris legibus eſſe decretum pro qualicumque civili vel criminali cauſa, quemcumque judicem non licere invitum epiſcopum ad judicium publicum provocare, perducere, vel exhibere. Et quiſquis epiſcoporum vel reliquorum eccleſiaſticorum clericorum, pro criminali vel civili cauſſa, relicto eccleſiaſtico judicio, ad publica judicia perrexerit, & eis de criminali culpa purgari voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat: in civili vero perdat quod evicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit. Sed ſi a clerico vel alio quocumque altercatio contra epiſcopum propter quemlibet cauſam fiat, apud metropolitanum, vel primatem provinciæ ſecundum ſacras regulas cauſſam judicari debere. [19] Et ſi quid judicatis epiſcopus contradixerit, ad beatiſſimum ſedis Romanæ pontificem cauſſa referatur: & ille juxta canones & leges huic cauſſæ præbeat finem.

Cod. Afr. can. 15.

Poſtquam vero una cum metropolitano meo ad hunc locum veni, [20] ubi Deo placitum conventum veſtrum adivi, conſilium, & conſenſum apud vos, & per veſtram reverentiam apud domini noſtri regis clementiam quæſiturus, quid me oporteat facere, & quomodo valeam vivere, rebus & obſequiis eccleſiaſticis inconſulto epiſcopali judicio ſpoliatus: non ab ignotis vel incertis perſonis ex parte domini noſtri regis mihi eſt nunciatum, ut me erga eum recognoſcam, & ei humiliter ſatisfaciam. Audivi etiam, quia homines, quorum cauſſa adverſum me dominationis ſuæ animus eſt commotus huc venerint, ut adverſum me debeant queri. Unde quoniam judicio regulari meipſum conſtringo, [21] & *ſententia ſine ſcripto dicta*, juxta definitione inviolabiles * *nec nomen ſententiæ habere meretur*, humili ſupplicatione ſcripto reſpondeo. [22] Sim canonice reveſtitus, de quibus contra ſacros canones, & decreta pontificum ſanctæ ſedis Romanæ, contraque leges, quibus una cum ſacris regulis ſancta moderatur eccleſia, ſum ſpoliatus. In quibus mihi oſtenderit illum me inrationabiliter offendiſſe, voluntarie recognoſcam, & ei ſicut domino & ſeniori ac regni meo ſacere debeo, humiliter ſatisfaciam. Et deinde ſicut regulæ jubent meis legitime uſûs, & uti præcipiunt canones in provincia mea regulariter ad ſynodum evocatus, de quibuſcumque ibidem fuero interpellatus, coram meis judicibus reddam canonice rationem, & canonicum ſequar judicium.

OPUSC. IV.

Greg. l. 11. ind. 6. ep. 54. * al. ne nomen quidem.

Alioquin, ſecundum ſacros canones, & decreta ſanctæ ſedis Romanæ pontificum B. Petri apoſtoli memoria honoretur, & ut mihi nulla ab ullo violentia inferatur propria voce atque libello apoſtolicam ſedem appello. Et hanc profeſſionem atque appellationem meam domno noſtro regi Chriſtianiſſimo a primate provinciæ meæ, cui hanc porrigo, dari depoſco: vobis una cum eo ipſius domni noſtri clementiam poſtulantibus, ut propter Dei amorem, atque ſanctæ Mariæ, & ſanctorum apoſtolorum, omniumque ſimul ſanctorum venerationem, mihi leges eccleſiaſticas ſervet, qui regia pietate cunctis legem ſervare, & miſericordiam exhibere monetur.

Pontificem Romanum appellat.

## *IV. OPUSCULUM.*

# SATISFACTIO HINCMARI LAUDUNENSIS EPISCOPI.

[23] *Verba ſatisfactionis Hincmari Laudunenſis epiſcopi domno Karolo regi per Odonem epiſcopum miſſa.*

DOmne, ego commovi animum veſtrum, quod mihi non fuerat opus, & non per infidelitatem, nec quantum intentionem mentis meæ cognoſcere potui, ad veſtram dehonorationem: ſed forte per meam incautelam vos offendi. Et quantum vos benignum habui, tantum poſtea offenſum ſenſi. Et inde [24] precor veſtram mercedem, ut veſter animus ſit mihi placatus, & vos iterum ſentiam mihi eſſe benignum.

*V. OPU-*

ANNO CHRISTI 868.

*V. OPUSCULUM.*

# HINCMARI RHEMENSIS EPISCOPI EXTEMPORALIS ADMONITIO AD REGEM.

*Poſt perſcriptam ſcedulam ab Hincmaro epiſcopo Laudunenſi epiſcopis porrectam, quia rex diſtulit præmiſſos quaterniones ſibi ab Hincmaro epiſcopo Rhemorum oblatos legere, dicens, hanc legem habuiſſe deceſſores ſuos reges, & ſe velle habere, ut epiſcopi in ſuo palatio apud ſæculare judicium reddant rationes, ſi hominibus ſuis beneficia tulerint. 11 Hincmarus Rhemorum epiſcopus hæc quæ ſequuntur cum rotula ſcripta porrexit, dicens:*

HAnc legem deceſſores & prædeceſſores veſtri reges eccleſiæ ſervaverunt: quæ ſi aut per exceſſum principum, aut per negligentiam epiſcoporum aliquo modo violata fuit, tamen correcta, ſicut in eorum capitulis legitur, extitit. Vos etiam, deceſſores veſtros ſequentes, hanc legem eccleſiaſticam ſervaturos Deo, & nobis ſæpius promiſiſtis, ſicut hic continetur.

In libro primo capitulorum imperialium, domni Karoli avi, & domni Hludovici patris veſtri, in C lege ab ipſis confirmata, eccleſiæ & univerſis epiſcopis ſcriptum eſt, capite VIII. *Ut ad metropolitanum epiſcopum ſuffraganei reſpiciant, & nihil novi audeant facere in ſuis parochiis, ſine conſcientia & conſilio ſui metropolitani, nec metropolitanus ſine eorum conſilio.* Item in eodem libro capite XXVIII. *Ut ſi clerici, * vel monachi inter ſe negotium aliquod habuerint, a ſuo epiſcopo dijudicentur, non a ſæcularibus.* Item in eodem libro cap. XXXVIII. *Ut clerici eccleſiaſtici ordinis ſi culpam incurrerint, apud eccleſiaſticos judicentur non apud ſæculares.* Item in eodem libro cap. LXXVII. *Quia juxta ſanctorum patrum traditionem novimus res eccleſiæ eſſe vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, cuique non ſolum habita conſervare, verum etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus. Tamen ut ab eccleſiaſticis, de non dividendis rebus illius ſuſpicionem dudum conceptam * amoveremus, ſtatuimus, ut neque noſtris, neque filiorum, & Deo diſpenſante, ſucceſſorum noſtrorum temporibus, qui noſtram, vel progenitorum noſtrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, ullam penitus diviſionem aut jacturam patiantur.*

Capit. Car. M. l. 1. c. 8.
Ibid. c. 28.
* al. ut ſi clerici inter ſe, &c.
Ibid. c. 38.
Ibid. c. 77.
* al. penitus amoveremus.

Et hoc cum aliis capitulum quod ſequitur, vos ipſe manu propria in villa quæ dicitur Colonia, conſenſu epiſcoporum, & Vvarini, ac aliorum optimatum veſtrorum anno IV. regni veſtri confirmaſtis, & per Ricuinum Hludovico fratri veſtro miſiſtis. *De honore videlicet, & cultu Dei, atque ſanctarum eccleſiarum, quæ auctore Deo ſub ditione & tuitione regiminis noſtri conſiſtunt, communiter Domino mediante decernimus, ut ſicut tempore beatæ recordationis domni ac genitoris noſtri excultæ ac honoratæ, atque rebus ampliatæ fuerunt, ſalva æquitatis ratione ita permaneant. Et quæ a noſtra liberalitate honorantur, atque ditantur, de cetero ſub integritate ſui ſerventur. Et ſacerdotes ac ſervi Dei vigorem eccleſiaſticum, & debita privilegia juxta reverendam auctoritatem obtineant. Eiſdem vero regalis poteſtas, & inluſtrium virorum ſtrenuitas ſeu reipublicæ adminiſtratores, ut* A *competenter ſuum miniſterium exequi valeant in omnibus rationabiliter, & juſte concurrant.*

De Vvarino duce V. Sirmond. in eum locum. Capitul Car. Calvi Tit. 1. c. 1.

OPUSC. V

Et hoc cum aliis capitulum quod ſubſequitur, in Belgivaco civitate, anno VI. regni veſtri coram Deo & angelis ejus, 16 in fide & dextera veſtra, per ſpatam veſtram jurantes, ſicut præſentes epiſcopi qui adfuerunt, petierant, illis & ceteris epiſcopis regni veſtri, ac ſucceſſoribus ſuis, & eorum eccleſiis cunctis diebus vitæ noſtræ vos ſervaturos promiſiſtis, petentibus: *Ut jus eccleſiaſticum, & legem canonicam nobis ita conſervetis, ſicut anteceſſores veſtri, qui hoc bene & rationabiliter obſervaverunt juxta quod ſciri * poteritis, & Deus vobis poſſe dederit, noſtris prædeceſſoribus conſervaverunt.*

Ibid. tit. 4. c. 1.
* al. poteris.

B Et hoc cum aliis capitulum quod ſubſequitur anno incarnationis dominicæ DCCCLI. 17 in loco qui dicitur Marſna, cum fratribus veſtris * Vvaltario & Hludouvico manu propria per conſilium & conſenſum fidelium veſtrorum communium communiter confirmaſtis. *Ut noſtri fideles unuſquiſque in ſuo ordine & ſtatu veraciter ſint de nobis ſecuri, quia nullum abhinc in ante, contra legem, & juſtitiam, vel auctoritatem, ac juſtam rationem aut damnabimus, aut dehonorabimus, aut opprimemus, vel indebitis machinationibus affligemus; & illorum, ſcilicet veraciter nobis fidelium, communi conſilio ſecundum Dei voluntatem, & commune ſalvamentum ad reſtitutionem ſanctæ Dei eccleſiæ, & ſtatum regni, & ad honorem regium, at-* C *que pacem populi commiſſi nobis pertinenti adſenſum * præbemus, in hoc, ut illi non ſolum non ſint nobis contradicentes & reſiſtentes ad iſta exſequenda, verum etiam ſic ſint nobis fideles & obedientes, ac veri adjutores, atque cooperatores vero conſilio, & ſincero auxilio ad iſta peragenda quæ præmiſimus, ſicut per rectum unuſquiſque in ſuo ordine & ſtatu, ſuo principi, & ſuo ſeniori eſſe debet.*

Ibid. Tit. 8. c. 8.
V. Notas.
* l. Hlothario
* l. præbebimus.

Et hoc cum aliis quod ſubſequitur capitulum 18 in ſynodo apud Sueſſionis civitatem in monaſterio ſancti Medardi anno incarnationis dominicæ DCCCLIII. vos ſervaturos profeſſi eſtis. *Denuntiandum eſt omnibus, & a miſſis noſtris ordinandum, ut omnes eccleſiæ presbyteri ſub immunitate, ac privilegio, & ordinatione atque diſpoſitione epi-* D *ſcoporum * ſingularium parochiarum in quibus conſiſtunt, ſecundum canonicam auctoritatem & capitularia domni Karoli imperatoris avi noſtri, & pii Auguſti Hludovici domni & genitoris noſtri permaneant.*

Ibid. tit. 9. c. 4.
* al. ſingulorum

Et hoc quod ſubſequitur, anno incarnationis dominicæ DCCCLVIII. regni autem veſtri XVIII. in Cariſiaco palatio, conſenſu epiſcoporum ac ceterorum fidelium veſtrorum ſponte manu propria confirmaſtis. *Quantum ſciero, & rationabiliter potuero, adjuvante Domino, unumquemque veſtrum ſecundum ſuum ordinem, & perſonam honorabo, & ſalvabo, & honoratum ac ſalvatum abſque ullo dolo, ac damnatione, vel deceptione * conſervabo. Et qui illam neceſſe habuerit, & rationabiliter petierit,* E *rationabilem miſericordiam exhibebo; ſicut fidelis rex ſuos fideles per rectum honorare & ſalvare, & unicuique competentem legem & juſtitiam in unoquoque ordine conſervare, & indigentibus & rationabiliter petentibus rationabilem miſericordiam debet impendere. Et pro nullo homine, ab hoc, quantum dimittit humana fragilitas, per ſtudium, aut malivolentiam, vel alicujus indebitum hortamentum deviabo, quantum mihi Deus intellectum vel poſſibilitatem donaverit. Et ſi per fragilitatem contra hoc mihi ſubreptum fuerit, cum hoc recognovero, voluntarie illud emendare curabo.*

Ibid. tit. 22.
* al. & unicuique competentem legem & juſtitiam conſervabo.

Poſtea etiam in villa Breona anno incarnationis

ANNO CHRISTI 860.

tionis dominicæ DCCCLVIII. ” quando nos tranſmiſiſtis ad excommunicandum fratrem veſtrum, & populum qui cum eo ſuper vos venerat, ut ab invaſione regni veſtri, & effuſione ſanguinis veſtri, & fidelium veſtrorum ſe cohiberent, hæc talia plura vos ſervaturos cunctis diebus vitæ veſtræ nobis & omnibus epiſcopis regni veſtri, & eccleſiis nobis commiſſis, & univerſis fidelibus veſtris legem & juſtitiam vos ſervaturos coram Deo & angelis ejus cum lacrymis publice profeſſi fuiſtis.

Ibid. tit. 26.

Ceterum apud Confluentes anno incarnationis dominicæ DCCCLX. firmitas quæ ſubſequitur inter vos & fratrem veſtrum, ac nepotes veſtros facta eſt: quam idcirco hic poſui, quia Dei voluntas, & ſanctæ ipſius eccleſiæ ſtatus, & honor B atque defenſio, & populi Chriſtiani vobis commiſſi, ubi non ſexus, non dignitas, non ordo excipitur, ſalus, pax, & legis ac juſtitiæ, atque rectæ rationis conſervatio, & veſtra communis ſalus & honor eſt, ne per oblivionem de his quæ ad eos pertinent, vobis ab aliquo ſubripi poſſit, nec a quocumque vobis de ad vos pertinentibus contra firmitatem ſubripiatur. Firmitas autem ita ſe habet: *Amodo, & quamdiu vixero iſtum * fratrem meum natura, & nepotes meos natura ad Dei voluntatem & ſanctæ ejus eccleſiæ ſtatum & honorem atque defenſionem, & ad noſtram communem ſalutem & honorem, & ad populi Chriſtiani nobis commiſſi ſalvamentum & pacem, & ad legis ac juſtitiæ, atque rectæ rationis conſervationem* C *quantum mihi Deus ſcire & poſſe donaverit, & ipſi me ob audierint, & a me ipſi quæſierint, vero conſilio, & ſecundum ut mihi rationabiliter & ſalubriter poſſibile fuerit, ſincero auxilio adjutor ero.* Et reliqua.

* al. fratrem meum Carolum & nepotes meos Hludowicum, Hlotharium atque Karolum ad Dei voluntatem.

Juris autem eccleſiaſtici leges ſpiritu Dei conditæ, & ipſius ſapientia qua conditores legum juſta decernunt, decretæ, quibus ſancta moderatur eccleſia, &, ut ſanctus Leo dicit, totius ſunt mundi reverentia conſecratæ, quas epiſcopis regni veſtri, & ſibi commiſſis eccleſiis vos ſervaturos voviſtis & promiſiſtis, manifeſtæ ſunt. Quas qui non obſervat ſine dubio contra Dei voluntatem, & ſanctæ ipſius eccleſiæ ſtatum, & honorem, atque defenſionem, contraque ſuam ſalutem, & juſtitiam, atque directam rationem facit. D De quibus legibus hic pauca, & cauſæ unde agitur convenientia, ad memoriam veſtram ſtudui revocare.

Cod. Afric. can. 15.

*Quiſquis*, inquit ſacrum Carthaginenſe concilium, *epiſcoporum, preſbyterorum, diaconorum, ſeu reliquorum clericorum, cum in eccleſia ei fuerit crimen conſtitutum, vel civilis cauſa fuerit commota, ſi relicto eccleſiaſtico judicio publicis judiciis purgari voluerit, etiam pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat, & hoc in criminali: in civili vero perdat quod devicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit.*

Greg. l. 11. indict. 6. ep. 54. al. 56.

” Et in B. Gregorii decretis ex Romanis legibus factis canonicis ad Joannem Defenſorem, conſtitutum eo pro qualicumque civili vel crimi- E nali cauſa, quemcumque judicem non licere invitum epiſcopum ad judicium publicum provocare, producere, vel exhibere. Sed ſi a clerico, vel * aliquocumque altercatio contra epiſcopum propter quamlibet cauſam fiat, apud metropolitanum vel primatem provinciæ ſecundum ſanctas regulas cauſam judicari debere. Et ſi quid judicatis epiſcopus contradixerit, ad beatiſſimum ſedis Romanæ pontificem cauſa referatur. Et ille ſecundum canones & leges huic cauſæ præbeat finem. Et ſacrum Carthaginenſe concilium decrevit, ut *Quiſquis epiſcoporum accuſatur, ad * pri-* A *mates provinciæ ipſius cauſam deferat accuſator.* Et ſanctione legis Gratiani, Valentiniani, & Theodoſii *ſpecialiter prohibetur, ne quis audeat apud judices publicos epiſcopum accuſare: ſed in epiſcoporum audientiam proferre non differat quicquid ſibi pro qualitate negotii putat poſſe competere, ut in epiſcoporum aliorum judicio quæ aſſerit contra epiſcopum debeant definiri.* Et in decretis B. Gregorii ad Joannem ex lege Gratiani, Valentiniani ac Theodoſii, *Et in privatis*, inquit, *cauſis hujuſmodi * cauſa ſervetur, ne quemquam litigatorum ſententiis non a ſuo judice dicta conſtringat.* Et item ibi. *Neceſſe eſt ut quod contra leges factum eſt, firmitatem non habeat.*

* al. alicui clerico quocumque aduio contra.

* al. primatem.

OPUSC. V.

Cod. Afric. can. 19.

Cod. Theodoſ. de ep. l. 12.

Greg. l. 11. indict. 6. ep. 54. cit.

* al. forma

Et Carthaginenſe concilium ſtatuit, *Ut accuſa* B *tus, vel accuſator in eo loco unde eſt ille qui accuſatur, locum ſibi eligat proximum quo non ſit difficile teſtes producere, ubi cauſa finiatur.* Et lege Valentiniani atque Valentis decernitur, ut ultra provinciæ terminos accuſandi licentia prohibeatur.

Cod. Afric. can. 30.

Et Africanum concilium, *Per epiſcopos*, inquit, *judices cauſa finiatur, ſive quos eis* ( ” quin conquirentibus ) *primates dederint, ſive quos ipſi vicinos ex conſenſu delegerint.* ” Sicut in ſequenti articulo dicitur, quod ſervari de cauſis in legibus conſtitutis ſicut ſua loca demonſtrant, & S. Gregorius decrevit. Et item ſacri canones ac decreta ſedis Romanæ pontificum, annis ſingulis per unamquamque provinciam bis in anno concilia C celebrare præcipiunt, ut communiter ſimul omnibus epiſcopis congregatis, provinciæ diſcutiantur quæſtiones, & omnes controverſiæ diſſolvantur.

Cod. Afric. can. 120.

V. Anton. Auguſt. l. 1. tit. 30.

” Et item ſacri canones Antiocheni, & Gangrenſes atque decreta ſedis Romanæ pontificum, jubent, ut *Quæ ſunt eccleſiæ ſub omni ſolicitudine & conſcientia bona, & fide quæ in Deum eſt, qui cuncta conſiderat judicatque, ſerventur. Quæ etiam diſpenſanda ſunt, judicio & poteſtate pontificis, cui commiſſus eſt populus, & animæ quæ intra eccleſiam congregantur.* Et: *epiſcopus eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem ad diſpenſandum erga omnes qui indigent, cum ſumma reverentia & timore Dei. Participet autem & ipſe quibus indiget, ſi tamen* D *indiget, tam ſuis, quam fratrum qui ab eo ſuſcipiuntur neceſſariis uſibus profuturis. Si quis autem oblationes eccleſiæ extra eccleſiam accipere, vel dare voluerit, præter conſcientiam epiſcopi, vel ejus cui hujuſcemodi officia commiſſa ſunt, nec cum ejus voluerit agere conſilio, anathema ſit.* Et: *Si quis dederit, vel acceperit oblata, præter epiſcopum, vel eum qui conſtitutus eſt ab eo ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema ſit.*

Concil. Antioch. can. 24.

Can. 25.

Conc. Gangr. can. 7.

Can. 8.

Et concilium Chalcedonenſe decrevit: *Res eccleſiaſticas ſecundum ſententiam epiſcopi diſpenſari, & reditus eccleſiæ viduatæ penes œconomum ejuſdem eccleſiæ integros conſervari.*

Conc. Chalced. can. 25.

Et S. Stephanus papa & martyr, *Quicquid in* E *ſacratis*, loquitur, *Deo rebus & epiſcopis, injuſte agitur, pro ſacrilegio reputabitur.*

Stephan. P. epiſt. 2.

Et Carthaginenſe concilium ſub Grato epiſcopo, judicavit, ut *ſi quis ſtatuta ſupergreſſus corruperit, vel pro nihilo habenda putaverit, ſi laicus eſt, communione, ſi clericus eſt, honore privetur.* Quia ut S. papa Hilarus decernens dicit, *Non minus in ſanctarum traditionum delinquitur ſanctiones, quam in injuriam ipſius Domini proſilitur.* Unde neceſſe eſt, ut quæ juſte & rationabiliter noviſtis, & promiſiſtis Domino, conſervetis: jubente Dei ſpiritu per prophetam, *Vovete, & vota veſtra reddite Domino Deo veſtro.*

Concil. Carthag. I. can. 14.

Hil. epiſt. 2. al. 4.

Pſalm. 75.

*VI.*

ANNO CHRISTI 868.

*VI. OPUSCULUM*

# HINCMARI
## RHEMENSIS EPISCOPI
## [45] EPISTOLA
## AD CAROLUM REGEM

Poſtquam Hincmari Laudunenſis epiſcopi cauſa regulariter audita & definita fuit.

*Domino* Karolo *regi glorioſo*, Hincmarus *nomine non merito Rhemorum epiſcopus, ac plebis Dei famulus.*

ECce, domine, ſicut hic dilectus frater, & venerabilis coepiſcopus noſter Odo, ac miſſi veſtri verbis plenius poſſunt dicere, & exiguitas mea his litterulis dominationi veſtræ duxit ratum ſignificare, Hincmaro epiſcopo rebus & facultatibus eccleſiaſticis quibus ſpoliatus fuerat, reveſtito in provincia, & competenti loco, ab electis ex utriuſque partis conſenſu judicibus ſecundum leges eccleſiaſticas, ſine poteſtatis veſtræ aliquo detrimento, & cum honoris veſtri augmento, dicente Dei ſpiritu per pſalmiſtam, *Honor regis judicium diligit*, quæſtio contra eumdem Hincmarum commota, regulariter audita & ventilata eſt ac definita, quantum ad miniſterium epiſcopale pertinuit, licet iſdem epiſcopus ex integro non fuerit reveſtitus. Contumacium autem cauſa, alterum finem expectat. Non igitur, quod in adoleſcentia veſtra, quando animus hominis lubricus, & ad indebita uſurpanda ſolet eſſe proclivus, Domino vos cuſtodiente, non accidit, in perfecta ætate vobis ſubripi, minime autem perſuaderi leges eccleſiaſticas, vel in modico infringi, ſive convelli a quocumque ſuſtineatis. *Scientes*, (ſicut Conſtantinus & Conſtans impp. in edicto ſuæ legis quo immunitatem eccleſiæ, ac ſuis miniſtris *) debere *magis religionibus, quam officiis, & labore corporis & ſudore rempublicam contineri.* [46] Et ſicut ſæpe ſoletis recolere, B. Gregorium Brunichildi reginæ Francorum ſcripſiſſe, *Facite quod Dei eſt, & Deus faciet quod veſtrum eſt*, huic præmittens ſententiæ, *Confidimus*, inquit, *quod tanto * propitius cauſas veſtras ſua pietate diſponet, quanto ipſe de ſua vos eſſe videt cauſa ſolicitos*. Olim enim, ſicut Honorius & Theodoſius in lege data eccleſiæ ſcribunt, ut eorum utamur verbis, *Clericos indiſcretim ad ſæculares judices debere deduci infauſtus præſumptor edixerat, quos abdicata tyrannı præſumptione, epiſcopali audientiæ reſervamus. Fas enim non eſt, uti divini muneris miniſtri temporalium poteſtatum ſubdantur arbitrio*. Quæ lex poſtea a deceſſoribus & prædeceſſoribus veſtris regibus, eccleſiæ & miniſtris ſuis conſervata fuit: niſi forte aut per exceſſum principum, aut per negligentiam epiſcoporum ad tempus aliquo modo extitit violata: quæ aut correctione, aut innovata conſtitutione indigens per eos ad ſtatum ſolidatum eſt reducta, vel in ſtatu ſolido confirmata. Sicut in avi, & patris veſtri capitulis in libro primo capitulorum habetis, quæ in quaterniunculis vobis nuper apud Piſtas oblatis, & poſtea cauſa compendii, in rotula dominationi veſtræ a me collecta, & vobis data ſine difficultate poteſtis relegere. Poteſt enim fieri ut alicui principi ante vos, hinc ſubreptum ad modicum fuerit, & iterum æterna lege correctum.

Pſ. 98.

Cod. Theod. l. 16. de epiſcopis. * *deeſt* conſerunt.

Greg. l. 9. Ind. 4. ep. 19. al. *promptius*

Ibid. l 47.

A [47] Sicut Julianus, & poſtea imperator Mauritius decreverunt, ut ei qui ſemel in terrena militia ſignatus fuerit, niſi aut expleta militia, aut pro debilitate corporis repulſus, in monaſterio recipi, & Chriſto eum militare non liceat. Quod religioſi imperatores, & S. Gregorius auctoritate apoſtolica & generali epiſcoporum conſenſu, eccleſiaſtico vigore, ac reipublicæ Chriſtianæ cohibente religione deſtruxerunt, velut in ejus epiſtolis ad ipſum Mauritium imperatorem, & ad plurimos archiepiſcopos directis oſtenditur. Quod & divæ memoriæ avo veſtro Karolo ſubripuit, ſicut majorum traditione, & verbis, & ſcriptis didicimus. [48] Et in libro primo capitulorum cap. CXII. demonſtratur, de liberis hominibus ad ſer- B vitium Dei ſine ſua licentia non convertendis. Quod eccleſia & reſp. non conſenſit, quodque poſtea correxit: ſicut in eodem libro cap. CXXXIV. monſtratur. De rebus nihilominus eccleſiaſticis dividendis eidem avo veſtro incongruentia quædam ſubripuit, quæ oris profeſſione, & edicti ſubſcriptione correxit, ſicut in præfato primo libro capitulorum, capite ſeptuageſimo quarto, evidenter oſtenditur. Unde præjudicium ad tempus extortum vel uſurpatum, pro legis judicio nemo ſanum ſapiens tenuit, retinet, vel tenebit.

OPUS. VI.

Greg. l. 2. Indict. 1. epiſt. 61 & 62. &c.

Capitul. Caroli M. l. 1. c. 110.

Ibid. c. 131.

Ibid. c. 73.

[49] Ceterum in ſecundo libro capitulorum cap. XIII. continetur, ut *ſi talis cauſa in qualibet provincia, aut in aliqua comitatu orta fuerit, quæ aut ad inhonorationem regni, aut ad commune damnum* C *pertineat, quæ etiam ſine noſtra poteſtate corrigi non poſſit, nos diu latere non permittatis, qui omnia Deo auxiliante corrigere debemus.* * *Quicquid hactenus in his quæ ad pacem & juſtitiam totius populi pertinent, & ad honorem regni ac communem utilitatem aut a nobis, aut a vobis neglectum eſt, debemus Deo auxiliante certare qualiter ab hinc noſtro & veſtro ſtudio emendatum fiat*. In quarto etiam libro cap. XXIV. ſcriptum eſt: *Si quis aliqua neceſſitate cogente homicidium commiſit*, [50] *Comes in cujus miniſterio * perpetratum eſt*, [51] *& compoſitionem ſolvere*, [52] *& faidam per ſacramentum pacificare faciat. Quod ſi una pars ei ad hoc conſentire noluerit, id eſt, aut ille qui homicidium commiſit, aut is qui compoſitionem ſuſcipere debet, faciat ** D *illum qui ei contumax fuerit ad præſentiam noſtram venire, ut eum ad tempus quod nobis placuerit in exilium mittamus, donec ibi caſtigetur, ut comiti ſuo inobediens eſſe ulterius non audeat, & majus damnum inde non adcreſcat*.

Epiſtola ſecunda pars de homicidio per Luidonem perpetrato.

Ibi. l. 2. c. 13.

* al. Rem quicquid.

Ib. l. 4. c. 24.

* al. res perpetrata.

* al. illum comes.

Cur autem iſta vobis bene ſcientibus ſcribo, quia vobis tacere non audeo, patenter oſtendo, jam pluſquam IV. annis, ex quo Luido in parochia noſtra invitus homicidium perpetravit, unde Hlotarius nepos veſter in regno ſuo, [53] ſine reſpectu alicujus perſonæ, regium miniſterium adimplevit. Nunc autem ad Piſtas, & inde ad Baſivum eundem Luidonem, ut cum hominibus dominationis veſtræ pacificatus eſſe poſſet, ſicut vobis & nepoti veſtro, conveniſſe audivi, ducere E ſtudui; & ſecundum commendationem veſtram per legale judicium [54] cauſa perrexit, uſque ad id loci, ut ne faidam homines veſtri jurarent. Vias inde ad veſtram commendationem petierunt, [55] cum judicatum fuerit, ut eiſdem * levidem revvadiaret, & homines veſtri faidam jurarent. Et ſi alia eidem Luidoni quærere vellent, [56] in mallo illius de quibuſcumque vellent eum interpellarent, & ipſe juſtitiam redderet. Quod & ipſe Luido humiliter obtulit. Poſtea autem qualiter inde actum fuerit, vos non latet; ſcio tamen quia ſicut capitula dicunt, inde actum non fuit. Nec tantum inde in palatio veſtro fuit executum,

Paſtı narratio.

* al. laudem.

Capit. Car. M. l. 3. c. 96.

ANNO CHRISTI [illegible]

cutum, quantum capitulum jubet, [57] ut quilibet comes in ſuo comitatu inde facere per auctoritatem debet. Unde [58] vos inquietare tunc propter Aquitanorum præſentiam nolui.

Quomodo can[illegible]

[59] Nunc autem, quia ipſi veſtri homines & proprietatem, & beneficium, in veſtro regno, & in mea parochia habent; [60] ſed & Bolo in noſtra diœceſi beneficium veſtrum habet, conſideret inde ſapientia veſtra qualiter ſecundum miniſterium vobis a Deo commiſſum, & ſecundum honorem veſtrum inde fiat, ne hæc cauſa diutius ex veſtra parte, imperfecta remaneat, & ſi majus damnum inde fuerit, periculum animæ veſtra, quod avertat Dominus, contrahat. Utrum autem vobis placeat, ut ipſi homines veſtri cum miſſo veſtro, in noſtram parochiam, ubi proprietatem & beneficium habent, & ipſa cauſa corrigi debet, veniant; aut niſi venerint, quod in regno veſtro habent in bannum mittatur, aut aliter inde fiat, veſtræ ſapientiæ intererit. Ego autem quoniam amplius hanc cauſam differre non audeo, ſi interim aliud quod rationi & auctoritati conveniat, a vobis aut ab illis inde non accepero, [61] in die miſſa S. Rhemigii, vita comite, Domino adjuvante, ubi locus ſermonis mei inter ſacra miſſarum ſolemnia venerit, ante corpus illius ſacratiſſimum qui vere eſt epiſcopus, auctoritate Dei, & ſanctorum apoſtolorum, & ipſius Francorum apoſtoli, in quibus & nobis licet indignis, pro patribus natis filiis, Dominus dixit: *Quæcumque ligaveritis ſuper terram erunt ligata & in cœlis*, eos qui ad pacem redire nolunt, ſicut canones ſacri præcipiunt, & quolibet modo conſentientes eis, ab omni ſocietate totius Chriſtianitatis excommunicare curabo, donec ad pacem quam Chriſtus oſtendit & docuit, redire, cum debita ſatisfactione procurent: eoſque, ſicut præcipiunt canones, regibus & epiſcopis & quibuſcumque potuero, litteris excommunicatos eſſe denunciabo, ut non communicantes excommunicatis, excommunicati & ipſi pariter habeantur. Non enim vobis vel nobis parvipendenda eſt ſententia B. Gregorii, qua concordans apoſtolo, præſertim de poteſtatem habentibus, dicit, *Qui non corrigit reſecanda, committit.*

Joan. c. 20.

Greg. [illegible]

[62] Andivi denique quoſdam reprehendere nos epiſcopos & dicere, quod volumus tota die per ſcripturas parabolare. Quod devotio religionis veſtræ non ſinat ſuis auribus ſuſurrari. Apoſtolus namque plenus dicit, *Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt; ſcripta ſunt autem propter nos.* Et Dominus ad prophetam, *Audiens nuntiabis eis ex me.* Ex me, inquit, id eſt, quæ ego in ſcripturis loquor, & non ex te, id eſt, ex tuo animali & carnali ſenſu. Et S. Leo ſacros canones ſpiritu Dei conditos & totius mundi reverentia conſecratos dicit. Et de legibus quibus eccleſia moderatur, & Chriſtianitas regitur, Chriſti domini ſapientia dicit, *Ego ſapientia habito in conſilio: per me reges regnant, & legum conditores juſta decernunt*, Conditores quippe legum non nudo verbo, ſed ſcripto leges condiderunt & condunt, & ſubſcriptione confirmaverunt, atque confirmant. Quas non illi reges cuſtodiunt de quibus Deus, qui ut ſcriptum eſt, *Facit hypocritam regnare propter peccata populi*, dicit, *Ipſi regnaverunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognovi.* Sed illi reges eas condunt atque conſervant, de quibus item Dominus, ut præmiſimus, dicit, *Per me reges regnant*, quales præmittens, *Dominum timete*, jubet honorificare apoſtolus, dicens: *Regem honorificate, & obedite regi quaſi præcellenti:* videlicet qui regis regum obedit mandatis, & ejus cuſtodit judicia. Alioquin ut S. Petrus dicit, *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Hinc enim ejus coapoſtolus dicit, *Non eſt poteſtas niſi a Deo.* Et, *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* Quia nihil fit in mundo, niſi quod aut Deus miſericorditer facit, aut fieri juſte permittit. Cum itaque reges ex illo regnant, miſericordia illius eſt, ut ſalventur populi eis commiſſi: cum vero non ex illo, ſed permittente juſto ipſius judicio reges regnare videntur, vindicta eſt peccatoris populi, & regnantis cumulus pœnæ. Sed fideles quique poteſtati aut a Deo collatæ, aut a Deo permiſſæ non reſiſtunt, cum juxta Petri vocem *ſub manu Dei humiliantur*, & de bonis principibus gratias referunt: & de his qui ad purgationem ſuam a Deo regnare permiſſi ſunt, gementes exultant. Sicut ſcriptum eſt: *Exultaverunt filiæ Judæ in omnibus judiciis tuis, Domine.* Sicque non reſiſtunt ordinationi Dei, qui novit, non mala facere, ſed ordinare. Reſiſtunt autem iniquis iniquorum operibus & mandatis. Unde ſcriptum eſt, *Verba ſapientium quaſi ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi:* quia neſciunt culpas palpare, ſed pungere, & tolerant patienter propter Dominum inlata mala ſibi a principibus malis. Quapropter, qui nobis derogant dicentes, quod volumus tota die loqui per ſcripturam, ſi *de omni verbo otioſo reddent rationem in diem judicii*, ſicut veritas non mentiente ore dicit, videant quid ſuſtinebunt, de hoc criminoſo detractionis, & contra nos murmurationis verbo. Nos enim cum S. Moyſe illis dicimus, *Nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum. Nos enim quid ſumus?* Illiſque cum apoſtolo inculcamus, *Neque murmuraveritis, ſicut quidam murmuraverunt, & a ſerpentibus perierunt.* Quibus enim increſcit legere, vel ſcribere quæ ſcripta ſunt, vel ſcribuntur, ſciant, quia non de ignorantia judicabuntur: ſed de contemptu quo nolunt ſcire, quo nolunt legere, vel audire condemnabuntur. De qualium choro Dominus dicit, *Noluit intelligere ut bene ageret; iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo.* Cum enim non dicit, non potuit intelligere, ſed *noluit intelligere*, aperte reatum contemptus denunciat, pro quolibet contemptor merito debitas pœnas luet. *Pauca quædam videntur deeſſe.*

Rom. c. 15. — Jerem. c. 15. — Proverb. c. 8. — Job c. 34. — Osee c. 8. — 1. Petr. 2.

OPUS. VI. — Act. c. 5. — Rom. c. 13. — 1. Petr. 5. — Pſ. 96. — Eccleſ. c. 12. — Matt. c. 12. — Exod. c. 16. — 1. Cor. 10. — Pſ. 35.

# LUDOVICI CELLOTII IN OPUSCULA HINCMARI UTRIUSQUE NOTÆ.

## *IN QUATERNIONES Hincmari Rhemenſis.*

*Opuſculi vera nomenclatio.* — Hincmar Laudun. ep. de his p. 614. — Ibid. p. 677. — *Quaterniones qui dicti* Concil. Duziac. p. 2 c. 17.

1 VErum huic ſcripto nomen dedit nepos Hincmarus cum ſcripſit avunculo, licet iratus, *Vos quoque in quaternionibus Piſtis regi datis hoc capitulum integris ita poſuiſtis.* Et paulo poſt. *De quibus in quaternionibus veſtris, quando vobis placuit, pro me, proque eccleſia mea ita ſcripſiſtis ad locum.* Et longe inferius. *Ut de canonum ſtatutis ſileam, ex quibus pro re hujuſmodi, ſcriptis veſtræ auctoritatis, & regi Piſtis, ut præmiſi, datis, animadverti licebit, in quibus ad locum ita decernitis inferentes. Unde conſtat*, &c. Et paulo poſt. *Etenim quoque in quaternionibus veſtris domino regi Piſtis pro hujuſmodi redatis, ſic ſcripſiſtis ad locum.* Quibus omnibus locis ea producit, quæ reapſe in hoc opuſculo legimus. Vocavit autem quaterniones ætas illa, prolixiores & pleniores de materia aliqua tractatus. Quaterniunculos ſuos, citat Rhemenſis in concilio, quibus ait ſe nepotis pitacio latius reſpondiſſe: ac fortaſſe, ta-

libus

libus ſcriptis quæ quaterniones appellarunt, contentioſam tantum, & pugnacem materiam incluſerunt.

*[Opuſculi partitio.]* Hi vero noſtri ſunt ejuſmodi, ut niſi nos moneret auctor, feſtinato ſcriptos eſſe, *propter brevitatem temporis, & feſtinantiam*, potuerimus credere matura conſideratione, & animo curis omnibus vacuo fuiſſe compoſitos: adeo ingenium habuit in numerato. Siquidem in narratione a qua orditur nullam omittit circumſtantiam, qua regium facinus exaggerari poſſit. Confirmatio quæ ſequitur, quam multis divinis atque humanis legibus, & pontificum decretis, patrumque ſententiis referta eſt? Peroratione denique quid gravius atque ad permovendum aptius dici poteſt? In quibus omnibus, ſi quid forte non ſatis recto ordine perſequitur, feſtinantiæ; ſi eadem ſæpius quam par eſt repetit & inculcat, multiloquio, quod importunum ejus vitium eſt, donabit lector non malevolus.

*[De loco ubi hæc geſta ſunt.]* Sed antequam ulterius progrediamur, nobilis certaminis campum noſſe, ſi ad cauſam & neceſſarium non eſt, certe ad hiſtoriam inutile non fuerit. Piſtas enim locum regio palatio decoratum, placitis, ſynodis, capitulis inſignem, frequentat hiſtoria, reges noſtros, maximeque Carolum ſequuta: ſed quis & ubi ſit, hactenus inter eruditos quæſitum eſt. Nam & ædificia tempus evertit, & nomen ipſum corrupit. *Tantum ævoquinque valet mutare vetuſtas.* Hiſtorici vernaculi, certe quos legere licuit, ne nominant quidem. Ortelius in theſauro geographico, Colvenerius in notis ad Flodoardum, & alii, Piſtas idem eſſe volunt quod Pixiacum, in diœceſi Carnotenſi. Repugnat Sirmondus in capitularia Caroli Calvi, eamque ſedem in diœceſi Rotomagenſi quærit, neque tamen ad eam præciſe deſignandam pervenit. *[Poiſſy. Sirmon in capit. Car. Calvi tit. 19.]* Quoniam eo ſcribente annales Bertiniani nondum emerſerant ex tenebris qui lucem huic dubio darent. Sic enim illi digitum ad eum locum intendunt, ut in poſterum dubitare non permittant. Audiantur.

*[Piſta qui ſit locus. Annal. Bertin. ad an. 862.]* *Carolus omnes primores regni ſui ad locum qui Piſtis dicitur, ubi ex una parte Andella, & ex altera Audura, Sequanam influunt, circa Junii Kalendas cum multis operariis, & carris convenire facit, & Sequana munitiones conſtruens, aſcendendi vel deſcendendi navibus, propter Nortmannos aditum intercludit.* Duo dicit, & inter duos fluvios eſſe in Sequanam influentes, & ibi propugnacula conſtructa, quibus Nortmannorum curſus inhiberetur. *[Andelle, Eure.]* In eo tractus quatuor circiter ab urbe Rotomago leucis inter duos illos fluvios vallis extenditur, cui vernaculum nomen *le Val-pitan*, quod cum addito ſcribendum admonet charta authentica donationis factæ canonicis regularibus, qui monaſterium duorum Amantium in vicino monte religioſe incolunt. *[Le Val. Pitan]* *Dedi canonicis, &c. Molendinum meum apud Vallem Piſtene.* Ordericus Vitalis in eccleſiaſtica ſua hiſtoria, vocat Vallem de Piſtris, quam Richerius de Aquila, Radulpho de Conchir donavit, quia, *nec ad rura ſua, quæ ultra Sequanam ſunt, niſi per terram ejus ire poterat, conſilio regis Pontem S. Petris, totamque Vallem de Piſtris dedit, ut ſibi fidelis eſſet.* *[Oldric. Vitalis hiſt. eccl. l. 10.]* In ea valle pagus eſt, dictus etiamnum *Piſtres*, a quo Valli nomen, æquali ſpatio ab utroque fluvio diſſitus, neque nobis dubium eſt, quin fuerint illæ antiquorum Piſtæ tot ſignis declaratæ. *[Piſtres.]* Hic hodieque viſuntur veterum ædificiorum ruinæ, & miræ altitudinis puteus, ſed incertum an palatii quod incoluit Carolus ſint veſtigia, an recentioris alterius, & quidem regii palatii, quod Pleſſiacum dictum eſt. *[Le Pleſſis.]*

*[Munitiones ad Piſtas.]* Tenebant eo tempore Nortmanni Oſcellum Sequanæ inſulam, quam caſtello munierant. Fuit igitur intercludendum iter, ne reliquas Galliæ partes vexarent. Immo ne Piſtas redirent, nam antea magno regni dedecore regiam illam invaſerant, & in ea aliquandiu ſubſtiterant. dicentibus ſynodi Piſtenſis epiſcopis anno Chriſti 862. *[Syn. Piſtenſis in capit. Car. Calvi tit. 29 cit]* *Qui ex diverſis provinciis ſuper fluvium Sequanam, in locum qui Piſtis dicitur, ubi exigentibus peccatis noſtris aliquandiu fuit ſedes Nortmannorum, convenimus.* Id igitur eo ipſo loco apud Piſtas factum a Carolo. Nam præter Caſtellum Pleſſiacum, quod imminet Sequanæ, aliorum duorum ſuperſunt monumenta, quæ ſupra Andellam eminebant, ſuis utrumque nominibus diſtinctum. *[Chaſte auſeroux in, la Motte le Bourg.]* Sunt qui putent nihil tunc aliud extructum a Carolo rege, præter Pontem-Archæ in vicinia; quem fabulantur incolæ conditum fuiſſe a Julio Cæſare indicio cervi illac enatantis. Quicquid autem ibi confectum fuerit, operi præfuit Vvenilo, ſcribente Hincmaro, apud Flodoar-A dum, *Vvenilonı Rotomagenſi de operariis & opere quam faciebat ad Piſtas in Sequana.* Quo ex loco deducit Sirmondus Piſtas ad Rotomagenſem diœceſim, non vero ad Carnotenſem pertinere. *[Flodoard. 3. c. 21.]* Et hæc ſatis ſuperque ad illuſtrandum locum modo obſcuriſſimum, olim periluſtrem.

2 *Et ut in Ariulſi & Amalberti cauſa.*) Quæ ſit illa Ariulſi cauſa, dici non poteſt, cum hiſtoria non fuerit digna. Amalbertum aliqua ex parte novimus ex l. 55. capitulorum, ubi queritur *Amalbertum parochianum ſuum contra regulas pro cauſa illicita excommunicatum* a Laudunenſi: atque illud factum ab eodem ſcripto & veterum auctoritate avunculo probare conatum nepotem; ſed perverſe. *[Hincm. Rhem. l. 55. cap. c. 2. &c. 45.]* *Scripta mea decurtans*, inquit, *in ſcripto quod mihi de Amalberto dediſti, volens me ex verbis meis revincere, & me ad fortitudinem tui judicii contorquere.* Sed hæc poſteriora ſunt, & utrumque antea injuriam feciſſe Laudunenſi oporB tet, cui proviſum ſit a rege, ad Rhemenſis preces remedium, eccleſiaſtica libertate illæſa.

3 *Ad veſtram dominationem ſe reclamavit.*) Vox in libris, legibus, litibuſque horum temporum frequentiſſima, neque minus noſtratibus Gallis & uſu, & facto nota. *Exenium* quod ſequitur, non unius ſignificationis eſt. Nam Hincmaro noſtro alibi, & fortaſſe etiam hoc ipſo loco, munus ſignificat. *[Exenium quid. Id epiſt. 19. ad Anaſtaſ.]* *Talia vel ita condigna exenia mecum non attuli, ut domno apoſtolico, & cariſſimo patri noſtro Arſenio, ac vobis condigne mittere poſſem.* Aliis, *exenium* eſt obſequium ultra ſolitum domino a ſubditis exhibitum. Baldricus hiſtoriæ Jeroſolymitanæ l. 3. apud Lindenbrogium. *Condito corpore quibus potuerunt aromatibus, imperialibus exeniis illud proſequuti ſunt.* *[Lindenbr in Gloſſar.]* Quocumque ceperis modo, filius ille Luidonis ab Hincmaro Laudunenſi beneficium gratis non accepit, & ut alii loquuntur, non vacua manu. Crimen in eo tamen nullum fuiſC ſe inde manifeſtum eſt, quod qui dedit, factum publice profitetur; qui recepit, non negat; qui narrat, non arguit. De Luidone autem ejus patre alia occaſione, ultima epiſtola, aget cum rege Rhemenſi.

4 *Requiſita eſt quam patriotica lingua vocamus, exonia.*) Teſtis ſcilicet idoneus qui ſacramento confirmaret, ipſum adire non poſſe. *[Exonia quid. Hincm Laudun in ſcedula. Ann. Bertin. an 868.]* Sic enim explicat Laudunenſis ipſa in ſcedula, *Sæculare judicium non adii, & exoniam, ſcilicet perſonam quæ firmaret quod illuc venire nequirem, non tranſmiſi.* Eodem modo narrant annales Bertiniani ſuppreſſo vulgari vocabulo, *Quia perſonam præfatus epiſcopus non miſit, qui juraret quod illuc venire non poſſet.* Præter jus & mortem id ab eo requiſitum eſſe queritur archiepiſcopus, quia tantæ gravitatis & dignitatis eſt epiſcopus, ut injurato credi debeat: & poſtulatus ſacramentum ad ſortem laicorum deprimitur. Unde diſcimus ejuſmodi teſtes laicos homines adactos fuiſſe ad præſtanD dum ſacramentum, cum aliunde Salica lex neminem tali in caſu eo teneri ſignificet, dum præcipit; *[Leg. Salic. tit. 1.]* *Si quis ad mallum legibus dominicis mannitus fuerit, ſi eum ſunnis non detinuerit,* DC. *denarios, qui faciunt ſolidos* XV. *culpabilis judicetur. Ille vero qui alium mannivit, ſi non venerit, & eum ſunnis non detinuerit, ei quem mannivit, ſimiliter* DC. *denarios, qui faciunt ſolidos* XV. *componat. Nam ſi in juſſione regis fuerit occupatus, manniri non poteſt. Si vero infra pagum in ſua ratione fuerit, manniri poteſt, ſicut ſuperius dictum eſt.* *[Sunnis.]* Hic vides excuſare impedimentum (hoc eſt *ſunnis* & *ſunnia*:) at juramentum de excuſatione poſtulari, aut diſcrimen hominis laici a ſacro, non vides.

5 *Novum eſt enim quod nunc factum eſt.*) Ne ſimile quidem eſt factum Juſtinæ Auguſtæ contra B. Ambroſium, quæ ad baſilicam Portianam vela & cortinas imperatoris ſuſpendi juſſit, cum dicerent aulici, *[Juſtina S. Ambroſium perſequitur. Ambr. l. 5. epiſt. 33. ad Marcel.]* E omnia imperatoris eſſe, ut narrat Ambroſius ipſe Marcellinæ ſorori ſuæ. Nam in bona Ambroſii non involabat Auguſta, ſed unam Arianis baſilicam dari volebat.

6 *Poſtquam Conſtantinus magnus imperator.*) Monuimus ante codicibus ſæpe aliis uſum Hincmarum, quam quos modo manibus verſamus. *[Leges aliter citantur ab Hincmaro, quam apud nos habentur.]* Id hoc etiam loco paret. Nam legem tribuit Conſtantino, quæ in cod. Theodoſiano apud nos tit. 2. tribuitur, Conſtantino, eſtque lex VIII. Et mox, Conſtantio & Conſtanti eam quæ eſt XVI. ejuſdem tituli, tribuiturque ibi Conſtantio & Juliano. Item, Valentiniano, & Valenti unam, quæ ibidem eſt XXVI. tribuiturque Gratiano, Valentiniano, Theodoſio. Ut & inferius legem affert quaſi Conſtantini, quæ eſt Conſtantii & Conſtantis l. XVI. cod. Theod. l. XII. Sed

quia nævi illi noſtræ hiſtoriæ non officiunt, cum latas eſſe leges conſtet, hæc obſervatio in alias ſimiles, ſi quæ fuerint, cadere poterit, ne moremur in ſingulis expendendis.

*Carolus Magnus correxit quæ male geſſerat.*

7 *Cui tum ſicut adſolet adulantium linguis ſubreptum fuerit.*) Domeſtico & magni ponderis exemplo probat, eccleſiæ jura debere eſſe ſancta. Quod enim Carolus Magnus imperator decrevit, qua fronte Carolus Calvus rex non ſequatur? Quod avo placuit, cur nepoti diſpliceat? Si laudatur Caroli Magni antea decepti emendatio, quid eſt cauſæ cur eam non imitetur, aut cur ſe perpetuo purpuratorum adulationi faciat obnoxium Carolus Calvus?

*Carolus Martellus bona eccleſiæ dedit laicis.* Hincm. Rhem. admonit. ad Ludovic. c. 7. *Pipinus aliqua ſibi retinuit.* Baron. an. 760. tom. 9. edit. Rom. an. 760.

Ne vero intelligamus tali aſſentatione factum, ut Carolus Magnus eam eccleſiarum deprædationem vel exerceret primus, vel augeret, id vetat quod criminis illius auctorem memorat Hincmarus Carolum Martellum magni imperatoris avum, eamque ob rem damnatum apud inferos narrat idem Ludovico Germaniæ regi. Pipinus deinde rex Caroli pater, licet multa reſtituerit eccleſiis, alia tamen ſub annuo cenſu reſervavit, interque cetera Anſiacum villam Laudunenſis epiſcopii, in qua cum pernoctaret a S. Remigio per viſum flagellatus eſt, ut ſcribit *S. Hincmarus Rhemenſis epiſcopus*. (ſic enim loquitur hoc loco Baronius) *in priori translatione S. Remigii*. Sed credendum eſt regem perpetuis bellis implicitum militaribus ſuorum animis pluſculum initio indulſiſſe, & multas eorum rapinas diſſimulaſſe, quæ eo uſque increverunt, ut tandem regiæ auctoritatis, quæ tum ſumma erat, freno coerceri debuerint. Anno ſiquidem regni ſui 20. edictum ab Hincmaro relatum promulgavit, cui præfationem hanc præfigit capitulare.

An. Chr. 785.

*Tempore Hadriani papæ, & Karoli magni imperatoris, quando Paulinus epiſcopus tenuit vices apoſtolicæ ſedis in Aquis, fuit factum iſtud capitulum propter hoc, quia laici homines ſolebant dividere epiſcopia & monaſteria, ad illorum opus: & non remanſiſſet ulli epiſcopo, nec abbati, vel abbatiſſæ, niſi tantum ut velut canonici & monachi viverent.*

Hincm. c. 1. de prædeſt. ep. 1. ad Carol. regem.

8 *Obſiſtentibus epiſcopis, & ſpecialiter Paulino patriarcha.*) Nulla nos monet hiſtoria Paulini patriarchæ conſilio, & impulſu vehemente, hanc rerum perturbationem a Carolo adhuc tum rege fuiſſe correctam; ſed id facile credimus Hincmaro referenti, tum ob inſignem Paulini auctoritatem ex ſanctitate doctrinaque collectam; tum quod apud Carolum aſſiduus eſſet, & pluribus ab eo coactis ſynodis interfuerit. Rhemenſis ipſe *Venerandæ memoriæ patriarcham Aquilcienſis parochiæ* appellat, & ejus ſcripta; ſicut Bedæ & Alcuini cum vetuſtioribus patribus legenda eſſe affirmat.

*Quædam aliquando mutantur in canonibus.*

9 *Sicut enim Symmachus papa ad Æonium ſcripſit.*) Verba per epiſtolam per ſe brevem ſparſa, colligit in unum, & eorum nonnulla ex ſenſu potius auctoris, quam ex nativa vocum ſignificatione producit. Hic Anaſtaſii deceſſoris ſui factum, ut canonibus non congruens, præciſe improbat Symmachus: quod veterum conſuetudinem ullo modo, ulla occaſione mutari non oporteat. Illud vero ſane intelligendum eſt. Siquidem ante ipſum Ruſtico Narbonenſi ſcripſerat S. Leo. *Sicut quædam ſunt quæ nulla poſſunt ratione convelli, ita multa ſunt quæ aut pro conſideratione ætatum, aut pro neceſſitudine rerum oporteat temperari.*

S. Leo ep. 2. ad Ruſt. In indulgentia rigorem mitigat. Ivo Carnot. prologo decreti.

Atque Ivo Carnotenſis Panormiæ ſuæ prologo multis probat, urgente neceſſitate indulgentiam in eccleſia uſurpari, & ſapienter a ſucceſſoribus mutata eſſe, quæ optime ab antecedentibus erant decreta. Sunt enim præceptiones & prohibitiones aliæ immobiles, quæ divinæ: aliæ mobiles, quæ humanæ, quas lex æterna non ſanxit, ſed poſteriorum diligentia ratione utilitatis invenit. *In his igitur in quibus eſt veritatis ſalus acquiritur, vel quibus neglectis mors indubitata conſequitur, nulla eſt admittenda diſpenſatio. In his vero quæ propter vigorem diſciplinæ vel muniendam ſalutem poſteriorum ſanxit diligentia, ſi honeſta, vel utilis ſequatur compenſatio, poteſt præcedere auctoritate præſidentium diligenter deliberata diſpenſatio. Ergo quod neceſſitas pro remedio reperit, ceſſante neceſſitate debet utique ceſſare pariter quod urgebat. Quia aliud eſt ordo legitimus, alia uſurpatio, quam ad præſens fieri tempus impellit.*

10 *Cum maxima conteſtatione.*) Cui ritum additum qui hoc loco non exprimitur, inferius videbimus. Oportet ſane & ingentem fuiſſe rerum neceſſitatem, quæ tale ſacramentum exigeret, & efficaciſſimam epiſcoporum petitionem quæ impetraret, & incredibilem animi levitatem, aut vim & neceſſitatem quæ poſtea violaret.

*Caroli Calvi reconciliatio eccleſiaſtica.*

11 *Quando veniam petentes, ab epiſcopis, &c.*) Vigoris eccleſiaſtici veſtigium hic paret, ut ne regium quidem caput præterierit cenſura, cujus novam comminationem hæc ipſa epiſtola ſub finem repræſentabit. Quod quo tempore acciderit, difficile eſt definire: Accidiſſe autem propter eccleſiæ bona in laicos præter jus ſparſa, non temere arbitramur: & fortaſſe poſteaquam apud civitatem Metenſem poſitus, optimates ſuos opimis eccleſiæ beneficiis locupletavit, & quibuſdam ſibi retentis, ut dicunt annales Bertiniani, *Cetera quæque per quoſcumque ſuos, non cum tanto illorum profectu, quam cum animæ ſuæ detrimento, diviſit.*

Annal. Bertin. an. 866. *Epiſtolæ decretales veterum pontificum incertæ.*

12 *Et carceri tradatur aut exilio.*) His veterum pontificum epiſtolis, quæ vulgatæ ſunt, multum auctoritatis detrahunt ſententiæ illæ a ſenſu communi remotæ, quis enim ſibi perſuadeat optimo pontifici, flagrante Auguſtorum ethnicorum perſecutione, cum cryptarum tenebris caput male tegeret, cui vivere non licebat, carceres & exilia minari licuiſſe? Eodem modo in epiſtola Lucii, quæ conſequenter citatur, dicuntur apoſtoli & omnes catholici patres, decreviſſe ne bona eccleſiarum invaderentur, & qui invaderent eſſe ſacrilegos, & ab eccleſia ejici debere. Quos autem? non ethnicos, qui tum in vitam & bona Chriſtianorum omne ſibi jus arrogabant, neque poterant anathemati eccleſiæ ſubjacere, cui ſubditi non erant. Fideles igitur Chriſtianos? At monſtroſum eſt in illa primitivæ eccleſiæ ſanctitate, tenuitate, afflictione, vel umbram illorum ſacrilegiorum ſomniare. Sic in libro de operibus cardinalibus Chriſti, cum lego in unctione chriſmatis, *Hodie patent carceres, & damnati libertate donantur: Severitate depoſita hodie judices manſueſcunt*: mirari ſatis non poſſum credere nonnullos, hæc a Cypriano, aut ſaltem ætate Cypriani, cum Decii gladius ſæviebat in Chriſtianos ſcribi potuiſſe.

*Liber de cardinal. Chriſti operibus non eſt Cypriani.*

*Canon concilii.*

13 *Quæ ſunt eccleſiæ, ſub omni ſolicitudine, &c.*) Habet Græcus textus ἐπιμελείας aliquid quod Latina verſio non exprimit, quodque Hincmarus prævidere non potuit, quem Græcas attigiſſe literas nullo veſtigio deprehendimus. τὰ τῆς ἐκκλησίας τῇ ἐκκλησίᾳ καλῶς ἔχει φυλάττεσθαι δεῖν μετὰ πάσης ἐπιμελείας καὶ ἀγαθῆς συνειδήσεως καὶ πίστεως τῆς εἰς τὸν πάντων ἔφορον, καὶ κριτὴν Θεόν. *Æquum eſt ut eccleſiæ ſervari oporteat quæ ſunt eccleſiæ cum omni ſolicitudine, & conſcientia bona, & fide in Deum omnia videntem & judicantem.* Et quæ ſequuntur. Habet autem hic & ſuppoſitus canon magnam affinitatem cum canone apoſtolorum 40. & 41. ut notant Balſamo & Zonaras, quem tam benigno loco non prætermitteret Hincmarus, ſi vel auditione noſſet.

*Gangrenſe concilium non apoſite hoc loco profertur.*

14 *Et Gangrenſes canones dicunt*) Procul abeſt Gangrenſis & canonis & concilii mens ab Hincmari Laudunenſis negotio, & Caroli regis facto. Nam Euſtathiani communibus fidelium eccleſiis conventibuſque comtemptis & deſertis privatos cœtus anteferebant, earumque fructus, & oblationes ſibi unis debitos vindicabant, ut qui conjugatis religioſiores videri vellent; atque adeo vita digniores. Hanc ſuperbiam deteſtati epiſcopi, clericorum & pauperum qui ab eccleſia alebantur curam geſſerunt, vetueruntque vota fidelium alio quam ad communem omnibus eccleſiam, & ejus principem epiſcopum deferri, cujus unius arbitrio in uſus neceſſarios diſtribuerentur. At laici ſub Carolo, nullo pietatis prætextu, ſola poſſeſſionum augendarum libidine, non nove oblata vel offerenda ad ſe derivant; ſed ab antiquo eccleſiæ donata per vim rapiunt; non coeunt in privatos cœtus epiſcopis derelictis, ſed communes eccleſias, quas prædari audent, frequentat, & ſacram epiſcoporum auctoritatem venerantes, eos ad egeſtatem reducunt. Quæ agendi ratio cum ſit longe quam Euſtathianorum ferocior & iniquior, potuit eo argumento minorum & majorum pugnare Rhemenſis, ſi locos auctorum noſſet expendere, non nude referre, & in peritia ſua judicii quam memoriæ laudem mallet acquirere. Illi igitur in præſens ſufficit, quod concilium Gangrenſe jubeat oblationes ad epiſcopum deferri, & ab eo pro poteſtate diſtribui: ut inde concludat, a ſæcularibus eo invito non debere uſurpari.

*Ingenium quid.*

15 *Quocumque ingenio unde gravetur eccleſia per angarias.*) Ingenium, apud hos auctores ars eſt, ut plurimum mala, quæ Latinis dicitur dolus malus, cum occulta & mala via ad finem pervenitur: ſic nimirum, ut homines latere ſperet: unde mox ſubdit, *Etiamſi violenter non rapiant, ſed quaſi prudenti ſingenio injuſte accipiunt.* Eo ſenſu dixit & Tacitus: *Ambigenti Neroni quonam modo hoſtium ſuarum ingenia* Tacit. l. 14.

*note-*

*Angaria quid.* *noteſcerent*. Angaria autem, dicitur munus perſonale, quod ſi ab eccleſiæ miniſtris, aut famulis miniſtrorum præter jus & fas exigitur, certum eſt lædi eccleſiam.

*De Stephani I epiſtolis decretalibus judicium.* 16 *Infames autem eas eſſe perſonas, diximus.*) Pertinet ad cauſam, quod non ſolum ad ſæculares judices contra eccleſiæ privilegia trahitur epiſcopus, ſed etiam quod judices illi ſunt, infames, quod ipſis profanis legibus repugnat. Quæ ſint igitur infames perſonæ oſtendit ex Stephano papa I. qui omnes infamiæ notas in acervum colligit, ne per imperatorias leges, & eccleſiaſticos canones diutius vagari cogatur. Si tamen dignum eſt credere a Stephano ſcriptas eſſe epiſtolas duas, quibus pene eadem continentur. Nam cum in re eccleſiaſtica de perſonis infamibus conſultus ſit ab Hilario pontifex, profecto de ſolis Chriſtianis reſpondere debuit, non de Ethnicis, qui res Chriſtianas non tantum negligebant, ſed etiam opprimebant. Eſt ne autem credibile tot tantorum criminum nomina ſecundo ſæculo inter ſævitiam perſequutionum fuiſſe cognita in eccleſia; cum ſimile nihil Cyprianus, Decianæ perſequutionis cauſam in Chriſtianorum vitia qua poteſt eloquentiæ vi refundens, vel cogitandum nobis objiciat? Quis autem non rideat eccleſiæ decretis vocatos infames *de bellis fugientes*, & parricidis, inceſtuoſis, veneficis, ſepulcrorum effoſſoribus accenſeri, cum per ea tempora ſeveriores quique militiam ſub imperatoribus paganis illicitam eſſe Chriſtianis hominibus contenderent?

*Hincmari exemplaria a noſtris diverſa.* 17 *Unde S. Leo cum ſynodo Romæ habita.*) Non iſta præfatio S. Leonis epiſtolæ præfixa, nec ipſius epiſtolæ textus, qualem deſcribit Hincmarus, in omnibus cum noſtris exemplaribus convenit. Nam ſynodum illam Romanam nemo commemorat, & ſiquidem epiſcopi duo, Victorius & Euſtachius pontificis epiſtolæ ſubſcribunt: ſi negotium illud cum eis communicavit, & ex eorum conſilio Thracibus epiſcopis ſcripſit, tu-ne ideo ſynodum e tribus conflatam, & privatæ collationis effectum vocaveris? De textus varietate idem judicium. Nam ne ad interiora epiſtolæ penetremus, ipſum principium inſpice. Sic enim in Romana editione epiſtolarum pontificum legimus: *Tanta ſæculi poteſtates circa ſacerdotalem ordinem reverentia prævaluere*, &c. Quo vero iſta pertinent? ut intelligamus, quod olim monui, aliis uſum exemplaribus Hincmarum, quam quæ modo terimus.

*Corona clericorum.* 18 *Non per coronatos.*) Clericos in coronæ modum attonſos, quæ Græcis [illegible] apud Balſamonem. Ut

*Balſam in canon. Syn. in Trullo can. 21. Auguſt. ep. 147. Hier. ep. 81.* clericis ob flagitium depoſitis ſi pravam conſuetudinem correxerint liceat coronam & habitum clericalem geſtare. [illegible]. Inde venerationis cauſa obſecrati ſacerdotes per coronam ſuam. Auguſtinus Proculiano, *Per coronam noſtram vos adjurant noſtri: per coronam veſtram nos adjurant veſtri*. Hieronymus Auguſtino, *Fratres tuos, dominum meum Alypium, & dominum meum Evodium ut meo nomine ſalutes, precor coronam tuam*. Sidon.

*Sidon. Apol. lib. 6 ep. 3. Sirmond. ibi. Lud. de la Cerda advers. Sacr. c. 137. n. 5.* Apollinaris Leontio, *Si cum inſtruere dignanter advocatio conſulta faſtidit, auctoritas coronæ tuæ diſſimilantibus ſtudeat excudere reſponſi celeritatem*. Vide in eum locum Sirmondum, & Lud. de la Cerda in adverſariis ſacris.

19 *Et S. Papa Gelaſius in decretis ſuis.*) Sirmondi fide citamus epiſtolam Gelaſii ad orientales, quia locum hunc in Gelaſio nuſquam reperimus. Ut in his & ſimilibus ad codicum varietatem ſit recurrendum, quam inter noſtros & Hincmarianos exiſtere fateri cogimur.

20 *Quaſi de ſtipendiis & roga.*) Bona eccleſiaſtica quæ juſtis ex cauſis poteſt epiſcopus in viros militares transferre, comparat cum antiquorum ſtipendiis & donativis militaribus, imperfecta ſimilitudine. Nam ſtipendia militiæ tempore tantum collata ſunt; hic emeritis & honeſtam miſſionem conſequutis, aut eorum filiis etiam in hoſtem non pergentibus vult poſſe beneficia eccleſiaſtica donari. Stipendia quæ ſint,

*Stipendiarii qui. Varro l. 4 de ling. lat.* notiſſimum: data e publico notat, quia e ſtipe corrogata conflantur: quique illam perſolvunt, ſtipendiarii ſunt. Varro, *milites ſtipendiarii* (vel potius *militis* ut corrigit Turnebus.) *ideo quod eam ſtipem pendebant*. Onomaſt. ſtipendiarius [illegible], *vectigalis*. Ut mihi mirum admodum videatur vectigalem hoc loco fieri eccleſiam ab Hincmaro. Sed excuſandus eſt ex addito, *cauſa ſuæ defenſionis*. Quod latius perſequitur. Non eſt enim iniquum eccleſiæ defenſionem &

*Roga quid.* protectionem ejus impenſis comparari. Roga autem

A eſt donativum militibus extra ordinem imperatoris liberalitate erogatum. Quemadmodum congiarium, civibus. Gloſſ. Baſilicon. [illegible]. *Annona, ſignificat donationem, rogam, frumentariam diſtributionem*. Impenſa ea profuſio feſtis ſolemnitatibuſque publicis, ut principum nuptiis: Landulphus in Tiberio II. *Duxit Anaſtaſiam uxorem ſuam, & coronavit eam Auguſtam, & jactavit rogam multam*. Sic explicandus Suidas. [illegible]. quod principes ea magnificentia, & pium erga ſubditos animum teſtarentur, & ea multum ſibi gloriæ compararet. *Landulph. in Tiber. II.*

21 *Quæ nobis annua dona vocantur.*) Sic explicata *dona annua* ſecundo placito ſub autumni tempus regi præſtabantur. Atque illud ipſum tempus eſt, quo cauſa iſta apud regem Piſtis acta eſt ab Hincmaris, ſcribente annaliſta Bertiniano, poſt proſcripta Laudunenſis epiſcopi bona, *Sicque idem rex ad Piſtas medio menſe Auguſto, veniens, annua dona ſua ibidem accepit, & caſtellum menſurans pedaturas ſingulas ex ſuo regno dedit*. Quamquam & alias Junio menſe data fuiſſe docet idem annaliſta. *Carolus Calendas Julii in loco qui Piſtis dicitur generale placitum habet, in quo annua dona, ſed & cenſum de Britannia a Salomone Britannorum duce ſibi directum more prædeceſſorum ſuorum, quinquaginta ſcilicet libris argenti, recipit*. Verum cum dona ſint gratuita, quomodo ſingulis annis, conſtituto tempore, ſtatis cæremoniis, abſque intermiſſione deferuntur? an aliter tributa & debita ſolent exigi? An forte eo modo vocantur dona, quo videmus apud Armoricos in comitiis provincialibus ſemper agi de dono regi præſtando, quod licet & donum & ſpontaneum videntur, nunquam tamen non præſtatur, & quidem copioſius quam libera provincialium voluntas ferat? *Annua dona quando data. Annal. Bertin. an. 868.* *Ibid. ad an. 864.*

22 *Propterea domine Chriſtianiſſime.*) Pro utraque

C parte quod æquum eſt adduxit orator. Pro eccleſia quidem, eam ſæcularium rapinis & prædationibus non eſſe obnoxiam. Pro ſæcularibus autem, licere nonnunquam epiſcopis de facultatibus eccleſiæ in viros militares, & ad ejus protectionem utiles aliquid conferre. Hos, ſi deinde per vim & injuriam ab epiſcopo privantur, poſſe ad regium tribunal adire, ubi cauſa moderate & legitime audiatur: quia regis eſt eccleſiæ jura tueri. Quibus declaratis ſequi debet peroratio, quæ hoc loco incipit, non prolixior, utpote Hincmariana, quam vehementior, ut a tanto pontifice, qui modis ſemper omnibus Caroli regis ſalutem procuravit. Equidem cum hæc lego, ad veteres illos prophetas oculos reflecto, quos Deus olim regibus tamquam virtutis & pietatis duces adjunxit, Samuelem Sauli, Nathamum Davidi, Ezechiæ Iſaiam, Jojadam Joas, Azariam Oziæ; Et ſi quando Carolus a recto tramite aberravit, id præter Hincmari volunta- *Hincmarus Caroli regis ſaluti ſemper conſuluit.*

D tem factum eſſe docet Bernoldi viſio, quam ut Hincmari auctoritate confirmatam admittit Baronius. In illa enim Carolus dicitur pœnis purgatorii vexatus, Bernoldum ita compellare: *Vade ad Hincmarum epiſcopum, & dic ei, quia illius & aliorum fidelium meorum bona conſilia non obaudivi, ideo iſta quæ videt pro culpis meis ſuſtineo: & dic illi, quia ſemper in illo fiduciam habui, ut me adjuvet, quatinus de iſta pœna ſim liberatus*. *Carolus Calvus in purgatorio. Hincm. opuſc. 50. tom. 3. Flod. l. 3 c. 18.*

23 *Providete bonæ famæ quam longe lateque habetis.*) Eodem orationis ingreſſu regis benevolentiam ſibi conciliavit, cum ſcripſit ſuperius. *Quid enim dicent de vobis qui audierunt, quod deteſtabamini, & eos reprehendebatis qui Dei eccleſias non venerabantur, & ſacerdotibus honorem debitum non exhibebant, & præcipue Romano pontifici, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ omnium eccleſiarum matri*. Quam non eſſe aulicam aſſentationem, ſed veram rerum bene geſtarum memoriam re- *Caroli regis in eccleſias magnificentia.*

E gi oblatam, ut ſui ſemper ſimilis eſſe velit, docent in primis pontificis Hadriani II. luculentum teſtimonium, quo ſcribit ad Carolum regem, *Annuntiatur etiam a pluribus probis*, & maxime ab Actardo *quod ſis amator, exaltator, & illuſtrator ſpecialis in orbe terrarum, & permaximus eccleſiarum Dei: ita ut nullus ſit epiſcopatus nullumque monaſterium in regno tuo, quod non auxeris rebus propriis, & reſtitueris ſuis perplurimum; optareſque ferventer & deſiderares, hanc principis apoſtolorum Petri primam ſedem exaltare, honorare, multiſque muneribus vicarium ejus & cætum ſibi commiſſum ditare*. Deinde facta ipſa quæ in Flodoardo legimus, commemorante ea quæ in gratiam Hincmari eccleſiæ Rhemenſi reſtituit: quæque Carolus ipſe epiſtola MS. narrat Hadriano pontifici a ſe in Laudunenſem eccleſiam collata, quæ citata eſt in vita Hincmari junioris, *Hadrian. ep. 19 ad Carolum tom. 3. concil. Gall. Flod. l. 3 c. 4. Supra p. 8.*

Annal. Bertin. ad an.

ris, Ac demum quæ paucis multa complexus annaliſta Bertinianus ſcribit, Lotharii nepotis ſui mortem accepiſſe apud Silvanectum, *Ubi tam ipſe, quam & uxor ſua theſauros, quos in quibuſcumque rebus habuerant, per loca ſancta in ſuam elemoſynam diſpenſantes, a Piſtis reverſi, domino, de cujus manu illos acceperant, reddiderunt.* Et ſpeciatim Romam anno ſequente, Carolus ad pontificem Hadrianum *pannum ad altare S. Petri, cum duabus coronis aureis & gemmis ornatis miſit.* Hic vero ad aſſidua bella oculos flectere non decet, quibus attritum eſt regnum, & vexatus rex ipſe, quorum ſola pecunia nervus eſt, ut melius animi ejus magnitudinem æſtimemus.

Ibid. an 870.

*Hincmari libertas epiſcopalis.*

24. *Quia domine.*) Non eſt leviter prætereunda Caroli Calvi pietas, qui cum dignam ſacerdote confidentiam ipſius eruditioni parem videret in Hincmaro, ei ſe ultro ſubmiſit ad reprehenſiones cum opus eſſet tolerandas. Qua libertate quam ſancte fortiterque uſus ſit, cum omnia ejus ſcripta declarant, B tum hic maxime locus demonſtrat; in quo illuſtre epiſcopalis conſtantiæ monumentum impreſſum eſt, uſque ad offerendam, ſi neceſſe eſt, vitam pro eccleſiæ libertate propugnanda. Aliud conſimile video apud Ludovicum III. regem Ludovici Balbi filium, qui ſe eadem ratione ipſi ſpiritualiter regendum obtulit. *De eo quod in literis veſtris relegi, voluntarie vos ſubjicere velle exiguitatis meæ conſiliis, & ſecundum quod hortatus fuero agere & diſponere in eccleſiaſticis & ſæcularibus negotiis, & meæ fiduciæ voſmetipſos ſubjicere velle, & ſecundum datum a me conſilium regni veſtri jura componere.* Et infra: *Quod ſcripſiſtis, ut ſicut ſemper regibus prædeceſſoribus veſtris in omni utilitate regni proficuus & devotus fui, ita vobis fidelis & devotus exiſtam. Quod & hactenus obſervavi, & obſervare cupio.* Hæc piorum regum conceſſa licentia quam Hierarchice ſit uſus, docet & illud ipſum opuſculum, & ſequens de invaſore Belvacenſis ſedis C Odacro quem rex parabat intrudere. Ubi roganti regi ut ipſius petitioni ac voluntati faveat, reſcribit, *Veniis & deſideretis quod Dominus vult, ſecurus voluntati veſtræ favebo.* Et inferius, obſcurioribus verbis regi minas niſi obediat intentanti, animoſe reſpondet, *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo. Utinam aut per vos, aut per quemcumque ſibi placuerit educat me Dominus de iſto carcere.* &c. Hæc libens deſcribo, tamquam Hincmaro ipſo apud æquum lectorem cauſam ſuam agente, adverſus eos a quibus per ſummam vel calumniam, vel imperitiam, certe contra veritatem ſole clariorem aulicæ aſſentationis, tyrannidis, & omnimodæ nequitiæ accuſatur, vir cui non animus ad martyrium, ſed gladius defuit, qui Stanislaum Polonum, & Thomam Cantuarienſem aſſeruit.

Hincm opuſc. 12 n. 6. & 7.

Ibid. opuſc. 13. n. 3 & 10.

*Extremi judicii conſideratio.*

25 *Ad cujus judicium vos & ego in conſpectu totius* D *humani generis.*) Tantæ efficientiæ hæc eſt ratio, ut eam regi ſuo libenter inculcet, ut opuſculum 2. de cavendis vitiis. *Solerter attendite, cui inde rationem eſtis reddituri in conſpectu totius humani generis, & angelorum atque archangelorum.* Et paulo poſt: *Et non eſt obliviſcenda nobis illa verecundia, quando aperientur libri, id eſt conſcientiæ, & non mediocriter pertimeſcenda eſt nobis pœna quæ illam ſequetur confuſionem, quando reatus animam immortaliter morientem involvet, & indeficienter deficientem carnem gehenna conſumet.* Sic & ad Ludovicum Germaniæ regem, fratrem Caroli. *Ut & diem ante mentis oculos habeatis, quando cum omnibus anima veſtra corpus recipiet, & venietis ante faciem æterni judicis, in conſpectu omnium angelorum & hominum,* &c.

Hincm opuſc. 2.10. ſupra ſat.

Ibid opuſc. 4 admon. ad Lud. regem. c. 4

*Quod ſit regulare judicium.*

26 *Quia non de crimine per legitimos accuſatores.*) Lecta hac exaggeratione per circumſtantiarum in legitimo judicio requiſitarum collectionem, oculos ad concilium reflecte, lector, & agnoſce nihil eorum E quæ hic exiguntur abfuiſſe ab eo judicio quo Laudunenſis Hincmarus condemnatus eſt. Unde jure optimo dicitur, ab annaliſta Bertiniano, *regulariter accuſatus atque convictus, depoſitionis judicium regulare ſuſcepiſſe, ſicut in geſtis continetur ipſius ſynodi.* Et nota, depoſitionis judicium, non excæcationis, dici regulare; Ut enim hoc loco recte diſtinguit Rhemenſis, non habet eccleſia capitale aliud judicium, quam depoſitionem: cetera ut exilium, proſcriptio, mutilatio membrorum, regiæ juriſdictionis ſunt; quæ proinde adverſus nepotem exercuiſſe cenſeri non poteſt avunculus.

Annal. Bertin. an. 871.

*Theodoſii pœnitentia.*

27 *Poſt dignam pro exceſſu ſatisfactionem.*) Illuſtriſſimum & Chriſtianæ humilitatis in Theodoſio, & generoſi zeli in Ambroſio exemplum nulla tacet A hiſtoria, nulla non admirabitur poſteritas, quo appoſite in rem ſuam utitur auctor hic noſter, ut epiſcoporum in monendo libertatem volens admittat Carolus rex: quod antea apud Anaſtaſium imperatorem fecerat Gelaſius papa, cum ſcripſit, Nathan prophetam Davidi, Leonem pontificem juniori Theodoſio peccatum aperuiſſe, *Beatæ memoriæ Ambroſius Mediolanenſis ſacerdos eccleſiæ, majori Theodoſio imperatori communionem publice palamque ſuſpendit, atque ad pœnitentiam redegit regiam poteſtatem.* Nam & paulo poſt videbimus Hincmarum noſtrum Carolo ſuo ſaltem obſcure excommunicationem intentantem.

Gelaſ. ep. 1. ad Dardanum.

*Lex ab eo lata.*

De lege quoque ab eo lata, de capitali ſententia in reos ad triginta dies differenda, conſentiunt omnes, uno quod ſciam excepto Sidonio Apollinari, qui eam Tiberio imperatori aſſignat. *Nunc ex vetere ſenatuſconſulto Tiberiano, triginta dierum vitam poſt ſententiam trahit.* Atqui certum eſt ſenatuſconſultum Tiberianum ad decem tantum dies vitam produxiſſe damnatis, ſcribente Suetonio, *cautum eſſe ſenatuſconſulto ut pœna damnatorum in decimum diem differretur.* In hac varietate laborantibus multis interpretibus, placet mihi Sirmondi ſententiarum duarum diſtinctio, quarum altera eſſet a ſenatu, qualis fuit Arvandi quæ narratur a Sidonio: & ſenatuſconſulto Tiberiano temperata primis temporibus ad decimum diem ſupplicium differebat: altera ab ipſo principe, quæ per Theodoſium triginta dies ſupplicii dilationi aſſignavit, e quibus poſtea Chriſtianorum principum benignitate viginti dies ad ſenatuſconſulti decem additi ſunt, retento Tiberii nomine antiquo: quod in aliis legibus exemplo non caret.

Sid. Apoll. l. 1. ep. 7.

Sueton. in Tiber. c. 75. & ult.

Sirm. in Sidon. Apollin.

*Ad iram temperandam.*

Ejus legis propoſitum fuit iræ principis admoderari, dicente Ambroſio. *Quoniam iracundiæ permiſiſti judicium & non rectæ rationi, ſed irato animo obſequutus ſententiam pronunciaſti.* Hoc loco pedem non figeret Hincmarus, niſi ob præcipitem iracundiæ impetum quo vexavit epiſcopum, reprehendi Carolus mereretur. Nam quod ineunte peroratione ſupra dixit, iracundiam exterius ſimulaſſe quæ nulla foret interius in animo, oratoria diſſimulatione, & artificioſa aſſentatione ad perſuadendum appoſita dictum eſſe dubitari non poteſt. Ut dilemmate conſtringatur princeps in hunc modum, Si iracundiam ſimulaſti, peccaſti contra exemplum Eleazari: ſi vere iratus feciſti, reprehenſionem ferre debes ab epiſcopis, ut Theodoſius ab Ambroſio.

*Mora iræ remedium.*

Ceterum ſapientium omnium ſenſu optimum iræ remedium mora eſt & dilatio. Recte Seneca. *Maximum remedium iræ dilatio eſt, ut primus ejus fervor relangueſcat, & caligo quæ premit mentem aut reſidat, aut minus denſa ſit. Quædam ex his quæ te præcipitem ferebant, hora, non tantum dies, molliet: quædam ex toto evaneſcent. Si in hoc erit, petita advocatio, apparebit jam judicium eſſe non iram.* Et alibi. *Maximum remedium eſt iræ, mora. Nec ab illa pete initio ut ignoſcat, ſed ut judicet; deſinet ſi expectat: nec univerſam illam tentaveris tollere, graves habet impetus primos; Tota vincetur dum partibus carpitur.* Ac licet ſero triginta illos & decem dies Romani exequendo reorum ſupplicio interjecerint, ſemper tamen moræ aliquid interpoſuiſſe docent ipſa magiſtratuum inſignia, faſces arcte ſecuribus alligati, ut ſignificarent, ait Plutarchus, *Iram magiſtratus in proclivi & ſolutam eſſe non debere: ut ſolutio faſcium paulatim facta moræ nonnihil & cunctationis iræ injiceret: quæ nonnunquam fecit ut ſententia de ſupplicio exigendo mutaretur.* Eodem refero quod hoc loco non tacet Hincmarus, & in concilio religioſe ſervavit, recitatam fuiſſe de ſcripto ſententiam; quæ dum ſcribitur, ſedatiore animo concipitur: dum ſcripta legitur, jam quaſi alienum judicium recitatur. Sed quid? Carolus poſt proſcripta Lauduni bona epiſcopatus: Piſtas adiit, Laudunenſis Hincmarus Rheinos ad avunculum, uterque Piſtas ad regem, compoſiti Piſtis hi quaterniones, & nondum ira regis reſidente, neglecti, & in aliud tempus rejecti ſunt. Quid hinc deducimus, niſi aut iræ tenaciſſimæ fuiſſe regem, aut perpetuam epiſcopi in ejus offenſa obſtinationem? Iſtud potius & hiſtoria, & rerum exitus funeſtiſſimus perſuadet.

Senec. l. 3. de ira c. 12.

Ibid. l. 2. c. 28.

Plut. in qq. Rom. q. 82.

*In rotulam Hincmari Rhemenſis.*

*Rotula ſcribendæ cauſa.*

28 QUaternionum prolixitas aut cauſam dedit aut prætextum principi in annuis ſuis donis occupato, ut in majus otium legendi differ-

ren-

rentur, & interim reſidente Hincmari utriuſque ardore, perſeveraret Laudunenſis proſcriptio, ac tandem mora temporis controverſia omnis excideret. Verum res illi erat cum epiſcopis duobus, quorum alter recti bonique zelo, alter naturæ impotentia quieſcere in tantis motibus neſciebant. Rhemenſis itaque verboſitatis ſuæ non ignarus, ut hanc etiam aulicis præcludat effugii rimam, brevius ſcriptum ex paucis auctoritatibus legibuſque colligit, & tamquam in Areopago ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν jus ſuum ſic proſequi curat, ut judex momentum temporis ad illud legendum, audiendumve negare non poſſit. Hæc eſt rotula, nudis illis collectionibus ea tempeſtate dicata vox, quam ſæpe in utroque Hincmaro leges. Neque longe abludit aut litteris aut ſenſu gallica noſtra in forenſibus actionibus quotidie uſurpata, *roolle*.

*Judices ſæculares aliquando cum eccleſiaſticis, cauſas eccleſiaſticorum cognoſcunt.*

21 *Ceterum de rebus & mancipiis.*) Ne juſta videatur ſæcularium poteſtatum querela, quod a communi ceterorum omnium jure diſcedere velint eccleſiſtici viri, docet Hincmarus duobus in caſibus rem ipſis eſſe cum ſæcularibus. Primum ubi de rebus mancipiis, proprietatibus, re pecuniaria, agitur. Tunc enim non accedunt quidem ipſi ad judicium ſæculare, ſed advocatum mittunt, qui cauſas ipſorum agat, & jus repetat, conſervetque. At hoc loco de capite, id eſt de facto ipſo epiſcopi agitur, ubi advocatum de ſeipſo dare inauditum eſt. Deinde, cum inter eccleſiaſticos homines, & laicos lis orta eſt, judicium ex utroque ordine componi poteſt, ut conſtituatur a principe notæ vir integritatis, qui cum deputato ab eccleſia judice de ea cognoſcat. Utrumque negat a canonibus prohiberi. At hoc in negotio apud ſæculares ſolos, & quidem infamiæ maculis aſperſos citatur epiſcopus, quod eſt penitus & a ratione, & ab eccleſiæ dignitate alienum. His officiis plurimum vacaſſe credi poteſt eccleſiæ defenſor Gregorii magni ſæculo, cujus eſt creberrima apud eum mentio. Immo excogitatum eſt illud muneris genus a patribus Africanis Auguſtini tempore concilio Carthag. Eſtque poſtulatum ab imperatore, *Propter afflictionem pauperum, quorum moleſtiis ſine intermiſſione fatigatur eccleſia, ut defenſores eis adverſus potentias divitum, cum epiſcoporum proviſione delegentur.* Pauperum quippe intererat ut eccleſiæ bona integra conſervarentur, quibus ipſi ſuſtentabantur.

*Defenſor eccleſiæ.*

Concil. Carthag. V. c. 9.

22 *Et ad ſedem apoſtolicam poſt judicium epiſcopale referatur.*) Non ait, ſi res tanta, tam obſcura & implicata ſit, ut in provincia terminari non poſſit, Romam referatur, ante judicium: ſed poſt judicium poſt ſententiam ab epiſcopis latam in concilio. Hoc loco & ſimilibus utuntur patres concilii noſtri Duziacenſis, ut ſe probent nihil alienum ab eccleſiæ inſtituto, & canonibus repugnans in Hincmari, licet appellantis, condemnatione feciſſe, quod perpetuo memoria retinendum eſt, ne qua ſchiſmatis ſuſpicio in noſtris mentibus inhæreat. Quod nemini mirum videbitur qui conſideraverit judicia iſta diſciplinam ſpectare, non fidem. Ubicumque enim de fide tractatur, nullus umquam pontifex, nullus epiſcopus catholicus aſſeruit primam cognitionem deberi provinciæ, & ad Petri ſedem primo deferri non oportere, quæ ſola aſſertionum fidei dogmata tangentium lapis Lydius eſt. Neque poſſunt hoc abuti vel loco, vel concilio hæretici, qui poſt pontificis Romani condemnationem ad concilium provocant.

Epiſt. ad Hadrian. papam Conc. Gall.

*Cauſæ fidei primum ad ſummum pontificem referendæ.*

24 *Non eis obſit.*) Injurioſus igitur eſt nepos Hincmarus, cum objicit avunculo duo ejus judicia, Rothadi videlicet, & Vulfadi, ab apoſtolica ſede per Nicolaum I. pontificem fuiſſe irritata. Temerarius, qui eo exemplo contemnere audet metropolitanum. At Rhemenſis modeſtus, & ſuperiori ſuo præclare ſubditus, qui reſciſſis ejuſmodi ſynodorum ſententiis cum multa poſſet in ſui defenſionem afferre, ſilentio & patientia maluit rem totam occulere, contentus privata ad pontificem epiſtola. Cui Nicolaus integra cum Hincmari ſatisfactione reſpondit, ut legimus libro 55. capitulorum, immo quod & Hicmari modeſtia reticere voluit. ſcripſit Carolo regi Nicolaus, ut quæſtio de Vulfado in perpetuum ſopiretur: *Alteram autem epiſtolam Hincmaro laudibus, & fidelitatis directionibus repletam, & ut ejus vice in iſtis partibus de Lothario fungeretur.* Quo quid honorificentius archiepiſcopo Rhemenſi dici & excogitari potui?

*Hincmari modeſtia reciſſis duobus ejus judiciis.*

Hincm. Rhemenſ. l. 55. capit. c. 5. Ann. Bertin. ad an. 868.

25 *Et ſi laicus quærens.*) Ea lacinia videtur Hincmari eſſe, non enim in canone Africano reperitur, & imperfectum continet ſenſum atque pendentem, quem ejuſmodi eſſe conjicimus. Quemadmodum eccleſiaſticos litigantes jubet eccleſiæ decretoriæ judicum electorum ſententiæ acquieſcere; ſic laicum epiſcopo dicam intendentem, æquum eſt a principe cogi, ut latam in ipſam ſententiam ferat & exſequatur. Eſt enim princeps tutor & defenſor eccleſiæ.

*Explicatur locus.*

26 *Sed & de his qui legem obſervare.* Duplicem legem in unam compingit. Prior ſiquidem rem judicatam vetat retractari, qua ſi cadunt iterum aut in ære, aut ſcapulis ſolvere jubeatur. Poſterior, legum & rerum judicatarum contemptores ad regem ipſum pertrahi jubet, ejus arbitrio puniendos. Cujus argumenti ea vis eſt, ut ſi res judicatas inviolabiliter ſervari volunt avus & pater imperatores, idem ſibi curandum ſciat filius: quid autem crebrius & ſanctius omnium judicum ſententiis conſtitutum eſt, quam ut perſonis & rebus eccleſiaſticis caveatur?

*Duæ leges diſtinctæ.*

## *In ſcedulam Hincmari Laudunenſis.*

27 NOndum limites epiſcopalis modeſtiæ prætergreſſus junior Hincmarus de accepta injuria apud metropolitanum avunculum, & ex ejus conſilio, apud aliarum provinciarum antiſtites qui ad placitum Piſtenſe cum rege convenerant, querelam deponit. Idem ille ſcilicet, qui mox delapſus in alios mores, graviter in ſynodo Duziacenſi reprehenditur, ordine legitimo neglecto multa feciſſe, inconſulto eodem metropolitano, & Rhemenſis provinciæ coepiſcopis: immo aliarum potius provinciarum epiſcopos de rebus ſuis in conſilium adhibuiſſe. Itaque brevi & ſtricto quodam velut memoriali docet epiſcopos rem adverſum ſe geſtam: conſilium rogat, quid hoc rerum ſtatu ſibi agendum exiſtiment, ſatisfactionem, ſi neceſſaria judicabitur, regi promittit, quid ab eo expetat, exponit, & ad illud impetrandum opem atque auxilium fratrum ſuorum flagitat. Si rex non ſinit eorum precibus ſe moveri, ad ſedem apoſtolicam appellare ſe admonet, idque vult regi ſignificari. Hoc eſt ſcripti argumentum, cui ſcedulæ nomen eſt, propter compendioſam brevitatem, cum inelaborato & pene extemporaneo dicendi genere, quo vocis illius ſignificatum perfectius impleat. Spargit quidem nonnulla e canonibus, ut in ſchola avunculi ſui educatus, ſed quantum alter ab illo! ut vel ex ſequenti ſpecimine licet advertere.

*Argumentum hujus opuſculi*

*Scedula quid*

28 *Et vos ſcitis ſacris legibus eſſe decretum.*) Rationem reddit cur ad judicium ſeculare provocatus nec ipſe per ſe, nec per advocatum adierit. Quia, inquit, nemini judici, nemini epiſcopo licet epiſcopos & clericos ad illa tribunalia pertrahere. Reſpondeat aliquis. Eſto: Nemo clericorum ad illa volens & libens accedat: Verum per vim externam vel laicam, vel eccleſiaſticam, licet canonibus adverſantem, ſi quis ad id compellitur, quidni vel invitus reſpondeat? Quis enim præſtet violentiam? Quanto igitur melius avunculus his ipſis canonibus & legibus apud regem utitur in hunc modum? Quod in epiſcopum moliris, novum & inauditum eſt. Quod eum judicio ſæculari jubes conveniri, & laicos judices conſtituis, facis quod imperatorum, etiam Francorum legibus vetatur. Quod epiſcopum a primate & coepiſcopis invitum abducis, peccas in eccleſiæ canones. Debes igitur & corrigere quod agis perperam: & æqui bonique conſulere, quod ipſe facere recuſat ex legibus.

*Melius ab Hincmaro Rhemenſi quam a Laudunenſi canones & leges citantur.*

29 *Si quid judicatis epiſcopus contradixerit,*) Præparat animos ad eam quam interjicere cogitat appellationem, quaſi ea tali canone permittatur. Ridicule. Nam epiſcopis probandum non eſt a gravante ſententia judicium poſſe remedium ex appellatione Romana quæri, longe juſtius a ſæculari & violenta oppreſſione. Deinde hoc canone illud proprie non conficitur. Is enim de legitimo judice, de ſententia eccleſiaſtico judiciorum ordine prolata loquitur, a qua ſemper licuit, licetque ad Romanum pontificem provocare. At hic non judicium, ſed vis eſt; non ſententia, ſed oppreſſio: quæ proinde querimoniæ apud potentiorem, non appellationis apud ſuperiorum judicem remedio indiget. Quapropter apud ſapientem avunculum appellationis vocem non leges, & ſibi rebuſque ſuis longe melius conſuluiſſet nepos juvenis, ſi a mittendo Romam Celſano ſuo abſtinuiſſet.

*Appellationem male interjicit.*

30 *Ubi Deo placitum conventum veſtrum adivi.*) Ne puta conventum hunc eſſe ſynodalem, ſed multitudinem epiſcoporum illic conſtitutam, & fortuitum ob diverſa negotia concurſum. Nam licet in placitis factas

*Non eſt hic habita ſynodus.*

ctas ſæpe ſynodos ſciamus, id tamen ſemper eſſe factum, nulla ratio cogit credere, maxime placito æſtivo, cujus, ut antea diximus, uſus vix alius erat quam annuorum donorum perceptio. Certe ſynodi tum celebratæ nulla uſquam mentio eſt, neque illam in aliena provincia haberet. Hincmarus, neque tam multos e ſua, ſi foret indicta, abeſſe permiſiſſet, qui ſolum Odonem fidum Achatem de ſuis illic reperErat. Obſervabis interim, neminem hic appellatorum antiſtitum, ſi duos illos e provincia Rhemenſi excipis, poſt quadriennium in noſtra ſynodo apud Duziacum ſediſſe, licet eædem provinciæ alios miſerint.

*Locus perperam citatus.*

31 *Et ſententia ſine ſcripto dicta.*) Quorſum hoc axioma? Nonne de ſententia legit ne a judice poſt auditam cauſam lata, & ſcriptum eſt, & a Gregorio intellectum? Quid autem hic ſimile? Citari quidem & intrudi ab avunculo multa ſæpe non ſine faſtidio videre cogemur ſatis ſuperflua, ſed nulla ἄλογα.

*Tria Hincmari postulata.*

32 *Sim canonice reveſtitus.*) Tria reſpondet, legitima omnia. Poſtulat in primis, ut ante ullam cauſæ cognitionem in bonorum, quibus per vim exutus eſt, poſſeſſionem poſtliminio redeat, quod jure canonico decretum eſt apud Gratianum, & fuſius relatum in epitome Antonii Auguſtini. Quin etiam ne ſtatim quidem poſt reſtitutionem poteſt epiſcopus cogi ad judicium, ſed induciæ dandæ ſunt, ut pacate ſuis fruatur. *Ejectis, vel ſpoliatis poſt integram reſtitutionem anniverſariæ induciæ, vel ſex menſium indulgendæ ſunt.* Deinde promittit ſe facti ſui in ſynodo provinciæ ſuæ judicibus eccleſiaſticis rationem redditurum, quæ eſt hujus loci hypotheſis, quodque faciendum multis canonibus regi perſuadet Rhemenſis Hincmarus. Poſtremo, ſi vel neutrum, vel alterum tantummodo conceditur, profitetur ſe Romam appellare, quod moribus eccleſiaſticis conſentaneum eſt quo ſupra diximus modo: neque poſſunt non ſprobare antiſtites, quorum intereſt appellationis privilegium adverſus aulicorum injurias conſervari.

*3. q. 2. . Ant. con. Auguſt. l. 11. tit. 10.*

### *In ſatisfactionem Hincmari Laudunenſis.*

*Profeſſionem fidelitatis non ſemel fecit Hincmarus Laudunenſis.*

33 PRofeſſionem fidelitatis regi præſtitam apud Attiniacum vidimus in concilio noſtro, cum hic *eidem epiſcopo contumaciter ſibi reſiſtenti, valde infenſus erat*, ut loquitur Bertinianus annaliſta. Sed longe diverſa hæc eſt ſatisfactio, ab homine pene adhuc innocente apud Piſtas oblata, qua imprudentiam tuam, nihil aliud, accuſat: idque avunculi conſilio factum ab ipſo mihi facile perſuadeo, quo liberior eſſet ad reconciliationem regiam aditus, quam & obtinuit.

*Mercede, vox Hiſpana.*

34 *Precor veſtram mercedem.*) Unde porro in homine Gallo, in ſinu Galliæ, apud Gallum regem Hiſpana vox, quam in uſu Galliæ tum fuiſſe nemo mihi probet? Non habuit vel corruptiſſima latinitas verbum aliud honorificum, quo regem compellaret? an Gottalani amanuenſes hoc verbi affectarunt, ſuppreſſo Gallico vel Latino? An argumentum eſt ejus barbariei, quam ex plurium gentium linguis ſtudioſe conquiſiviſſe ad oſtentationem reprehenditur avunculo? Dicet fortaſſe illam a ſe hauſtam a S. Gregorio Brunihildi reginæ. *Quod ad mercedem veſtram reſpiciat.* Et, *pro impetratis quæ pro veſtra mercede magis petimus.* Item, *Ut mercedis veſtræ magis magiſque ſit fructus uberior.* Sed illa omnia non pertinent ad perſonæ venerationem, ſed ad meriti præmii argumentum.

*Greg. l. 7 ep. ... ibid. ep. ...*

### *In extemporalem admonitionem Hincmari Rhemenſis.*

*Opuſculi hujus argumentum.*

35 ITerato pulſandus fuit ariete murus ille jam pene per aulicam factionem aheneus. Et quando conſtabat dilatam eſſe quaternionum lectionem, eratque incertum qua manu, dextra an ſiniſtra, rotula exciperetur, quibus oculis, rectis an obliquis legeretur; neque dubium erat quia regis ira perſeverante, nova etiam oriretur difficultas, quod epiſcoporum cauſas quibus beneficia in aulicos collata repeterent, audiri ſolitas in palatio dictitaret, fuit huic etiam malo providendum, & error ab animo principis evellendus. Quod hoc ſcripto facit, prolatis potiſſimum ex imperatoriis capitulis, legibus Francorum regno uſitatis, ut oſtendat & avum Carolum magnum, & Ludovicum Pium patrem, & ipſummet Carolum, quoties epiſcoporum conſilio, non aulicorum fraudibus, aut potentiorum minis, regendum ſe permiſit, alia omnia decreviſſe. Deinde, ut nihil umquam ſemel dixit Hincmarus, ad theſim initio diſputatam redit, & epiſcopum probat apud eccleſiaſticos judices debere conveniri, & ejus curæ bonorum eccleſiaſticorum diſtributionem committi. Sunt enim duæ iſtæ partes ejus opuſculi, cui Admonitionis, & quidem extemporalis nomen dedimus, tum quia re nata, & ex regii reſponſi occaſione initium videtur accepiſſe, tum quia diſcedendum fuit a rotulæ vocabulo jam ante occupato, cum & materia, & tractandi methodo ad eam quam proxime accedat. Sitne autem chartæ commiſſa ut ceteræ, an voce pronunciata coram rege, non facile dixerim: niſi quod magis in ſcriptionem inclinat titulus e MS. acceptus, quo dicitur, non pronunciaſſe, ſed æque ac rotulam *porrexiſſe*.

*Nominis impoſiti ratio.*

36 *In fide & dextera veſtra per ſpatam veſtram jurantes*) Cauſæ plurimum intereſt ut Carolo regi, non tantum religio, ſed etiam ſolemnitas juramenti reducatur in memoriam. Non enim tantum juravit, & Deo eſt obſtrictus, quod non omnes principes ſemper movet: ſed etiam publice & ſolenniter juravit, quod apud homines graviſſimi perjurii creare poteſt infamiam. Solennitas ea porro fuit, ut diſtrictum enſem dextra tenens ſacramentum conciperet. Unde in legibus Alamannorum, dicitur, *Cum tracta ſpata defendat.* Et in lege Ripuariorum; *Cum dextera armata, tam prius, quam poſtertus ſacramentum in præſentia judicis confirmare ſtudeat.* Sic ethnici reges jurarunt per ſceptrum, Nabuchodonoſor *per thronum & regnum ſuum.* Joſeph Ægyptium ſimulans, *per ſalutem Pharaonis.* Quamquam Carolus magnus jubet ut *nullus præſumat per vitam regis & filiorum ejus jurare.* Quo fit ut remota ſequentium verborum amphibolia, *Sicut præſentes epiſcopi qui adfuerunt, petierant*, ſic explicem, ut ad conceſſos articulos, non autem ad eum ſacramenti ritum petitio epiſcoporum referatur. Quod ex eo confirmari poteſt, quod ejus cærimoniæ in capitulari nulla mentio fit, eamque ex iſto Hincmari loco ſolum diſcamus.

*Enſe ſtricto jurare.*

*Leg. Alamann. tit. 89. Leg. Ripuar. tit. 66. Judic. c. 1. Gen. c. 42. Capit. Car. M. l. 2. c. 43.*

37 *In loco qui dicitur Marſna cum fratribus veſtris.*) Si hoc loco de fide citationis Hincmari quæritur, ea ſane integra eſt. Si de verborum ſenſu agitur, ipſe per ſe apertus eſt. Cur hic ergo pedem figimus? Tenet hiſtoricorum diverſitas qualem vix alibi reperias. Ejus hiſtoriæ canon jure ſuo cenſeri debet ipſum Caroli Calvi capitulare, in quo legimus ad Marſnam ſive Marenam palatium regium in finibus Tungrorum bis conveniſſe tres reges, bellis civilibus & externis fatigatos: & in priore conventu anni 847. pacem inter ſe ſanxiſſe, in altero anni 851. qui noſter eſt ab Hincmaro productus, eandem confirmaſſe: nulli ut dubium foret quin inter eos *Vera caritatis benignitas ab hinc in ante maneret corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, ſine dolo & ſimulatione.* Quid hic autem hiſtorici? Nithardus, imperatoris Lotharii adverſus fratres bellorum, & pacis ab eo repulſæ copioſus enarrator, ad hunc annum hiſtoriam non perducit, in 43. deſinens, ad cognoſcendam tamen rerum veritatem opportune conſulendus. Annales Fontanellenſes prius placitum omnino ſilent; poſterius breviter referunt. *Iſto anno placitum magnum & generale factum eſt a nobis glorioſiſſimis fratribus Clothario, Carolo, & Ludovico magnis regibus, in loco quodam juxta flumen Moſam. Inde cum pace reverſus rex Carolus, placitum ſuum in Rauziaco tenuit, & dona annua ſuſcepit.* Autumnali proinde tempore, quo dona hæc ordinarie deferebantur. Annales autem Fuldenſes qui & Francorum a Pithœo editi, in primo congreſſu referendo cum capitulari conveniunt. Quibus & Metenſes adjungimus, quod hic annaliſta priores ad verbum deſcribere ſit ſolitus. *Hic annus a bellis quievit: quem Hlotarius & Hludovicus mutua familiaritate tranſegerunt. Nam uterque eorum ad domum alterius invitatus, conviviis & muneribus regiis honoratus eſt.* Ubi autem Carolus, cui privatim adſcribitur capitulare, & non minus quam alii duo adnuntiationem ſuam habet, in qua etiam futuri mox apud Pariſium placiti ad miſſam S. Joannis condicti admonet? Voluit ſcilicet & ipſe fratres ſuam in domum invitare: an id faceret non invitatus, contemptus, & tantum non ab illis rejectus? Hic ſine dubio factum quod addunt Fuldenſes, *Hludovicus tamen Hlotarium & Karolum, ita ut voluit, pacificare non potuit, renuente Hlotario propter injuriam ſibi a Giſalberto vaſſallo Karli in raptu filiæ ſuæ factam.* Id ſi vere dicitur, & admodum credibile eſt quod Lotharius adverſus Carolum infeſiore ſemper animo fuerit, quam erga Ludovicum, quomodo verum eſt quod capit. 1. edicitur, *De pace & concordia atque unanimita-*

*Hiſtoria a diverſis varie narrata.*

*Capit. Car. Calvi tit. 5. c. 2.*

*Annal. Fontanell. an. 851.*

*Annal. Fuldenſ. an. 847. Metenſ. ibid.*

*Capit. Car. Cal. tit. c. 1.*

[illegible] fratres & regum inter ſe, & quod [illegible] riſſime, & non ſibi [illegible] Fuit enim Ludovicus quidem cum utroque, ſed Carolus cum Ludovico ſolo concordia unitus. Niſi intelligamus privatum illud fuiſſe diſſidium Lotharii cum Carolo, & intra domeſticos aulæ parietes coercendum, neque unquam in bellum & publicos tumultus erupturum.

Et hæc quidem de primo conventu, de ſecundo autem ne [illegible] quidem. Baronius vero cui noti fuerunt annales illi, & frequenter citati, neutrum conventum vel nominat, dignum tamen opus, ſi quod aliud, annalibus eccleſiaſticis, in quo tam regiæ rebus juribuſque eccleſiæ conſultum eſt.

Annal. Bertin. an. 851.

Ex adverſo Bertinianus annaliſta prioris Placiti ne veſtigium quidem offert. At poſterius, videlicet noſtrum, fuſius deſcribit, relatis etiam capitulis omnibus, hoc exordio. *Hlotarius, Hludovicus, & Carolus apud Marſnam palatium conveniunt. Ubi etiam fraterne partis diebus morati hæc communi procerum ſuorum conſilio atque conſenſu decernunt, propriorumque nominum monogrammatibus confirmant.* Ac ne quid in animis noſtris inhæreret ejus ſimultatis, quam inter fratres duos perduraſſe narrabat Fuldenſis, Carolo parum æquus, regium illius factum anno ſequente ſic commemorat. *Carolus fratrem Lotharium ad ſui colloquium, invitans apud Auguſtam Viromanduorum, quæ beati Quintini martyris corpore inſignitur, fraterne ſuſcepit, honorifice afficit, germane tractat, regaliter munerat, redeuntemque benigne deducit.* Non eſt omittendum, quod ſecundi hujus apud Marſnam congreſſus decreta ſtudioſe notantur ab Hincmaro, regum ipſorum manibus ſubſignata fuiſſe, unde propria voce appellata, *Chirographum regum*, ut non ſemel vocat in libro de divortio Lotharii, *In chirographo regum noſtrorum hinc expreſſe decernitur*. Et ſub finem libri, *Quoniam quidem ſupra chirographi regum noſtrorum memoriam feci.* Quæ circumſtantia plurimum habet momenti, ut adeo ſolemniter conſtituta, religioſe obſervanda curet.

Ibid. an. 852.

*Chirographum regum.* Hincm. l. de divort. Loth. c. 1. p. ad 5. in terrog.

*Caroli regis modeſtia in ſynodo.*

38 *In ſynodo apud Sueſſionis civitatem.*) Duplex in ea ſynodo pietatis & modeſtiæ ſpecimen Carolus edidit, quod ad propoſitum ſuum potuit Hincmarus adducere. Prius eſt, quod tamquam privatus & ſupplex epiſcoporum cœtui voluit intereſſe, *pio rege multa humiliter & prudenter proponente*, inquit concilium. Interfuit enim *ut non ſolum devotione eccleſiæ ſe filium eſſe oſtenderet, verum etiam ſicubi opus eſſet protectorem regia poteſtate monſtraret.* Poſterius, quod diaconum quendam Rhemenſem, nomine Ragamfridum, & monachos duos presbyteros judicio epiſcoporum obtulit ob facinora quædam in ſe admiſſa puniendos. Ut ex his & ejuſcemodi factis agnoſcamus, ſi quid aliquando in his negotiis perperam geſſit rex Chriſtianiſſimus, alieno impulſu: quod bene & ex virtute egit, id ſuopte ingenio feciſſe. Ex his præterea corriges annaliſtam Bertinianum, cum ſcribit, *Duos presbyteros monachos ejuſdem monaſterii ipſe ſynodo præſidens, epiſcopis judicantibus degradari fecit.* Non enim *præſidet* qui *humiliter proponit*, qui non judicat, qui ſolum querelam apud judices deponit. Neque vero Carolus cum *ſe devotione filium eccleſiæ voluit oſtendere*, debuit eum locum & ordinem in ſynodo uſurpare, quem neque Conſtantinus imperator, neque catholicus quiſquam princeps ſæcularis ſibi unquam arrogavit. Itaque ſcribendum *reſidens*, aut *ſedens in ſynodo*: vel certe in ſcriptore puræ Latinitatis ignaro, idem vocis compoſitæ ſenſus intelligendus eſt, qui ſimplicis.

Capit. Car. Cal. tit. 9 ad. 1. Ibid. ad 5. & 6.

*Corrigitur locus annal. Bertin. ad an. 853*

39 *Quando non tranſmiſiſtis ad excommunicandum.*) En quo recidit tanto cum apparatu inter fratres reges jurata & confirmata pax. Septennio poſt Carolus fœda ſuorum maximeque Wenilonis, archiepiſcopi Senonenſis, proditione, regnum amiſit, invadente Ludovico fratre Germaniæ rege. Qua de re dictum a nobis alio loco. Hinc notamus in primis recto ordine hanc Germanorum graſſationem legationibus miſſis fuiſſe vetitam, ut ſcribit ad Ludovicum ipſum Hincmarus, Carolo regi ſuo fide conſtantiſſima conjunctus. *Primo quidem per Hildegarium venerabilem epiſcopum ſcriptis & dictis: Secundo per Æneam honorabilem epiſcopum literis & verbis: Item per Æneam verbis: Deinde per Hincmarum Rhemenſem & Wenilonem Rotomagenſem archiepiſcopos: Iterum per eoſdem cum aliis quos ibi vocaſtis ea quæ ſaluti fuerunt congrua ſufficienter audiſtis.* Et quoniam ejus irruptionis initio, contra Danos in inſula Oſcello erat occupatus Carolus, teſtatur Ludovicum [illegible] epiſcoporum [illegible] aliquamdiu ceſſiſſe, & ab inceſto bello manum retraxiſſe, narrante Annaliſta Bertiniano, *Quando frater ſuus Ludovicus ſuper illum venit cum omni hoſtili apparatu. Sed largiente miſericordia Dei cum honore non recepit.*

*Irruptio Ludovici Germani in regnum Caroli.*

Hincm. epiſt. ad Ludovic. in capitul. tit. 27. c. 3.

Ann. Bert. ad an. 858

*Horrenda clades per eam illata.*

Hincm. ep. ad Lud. cit. c. 5.

Notamus deinde hinc redeunte ad iniquum facinus Ludovico, inde Carolo ad hoſtem propulſandum militem cogente, ingentem Galliæ vaſtationem, quod in bello civili neceſſarium eſt, factam eſſe, ſcribente ad Ludovicum Hincmaro, ex ſynodo Cariſiaca. *Quia tanta & talia crudelia, & abominanda fieri per parochias quas pertranſiſtis audivimus, & quædam ſentire timemus, & illis qui ſenſerunt, & ſentiunt condolemus, quia calamitatem & miſeriam quam a paganis patimur, ſuperent: quoniam a Chriſtianis in Chriſtianos, a parentibus in parentes, a rege Chriſtiano in regem Chriſtianum, a fratre in fratrem, contra omnes leges divinas & humanas agitur.* Deque iiſdem rebus Carolum & clericos palatinos admonente, Siquidem capitula de quibus agimus ait a ſe miſſa ad ipſum Carolum, hortaturque ut ea diligenter legat, *Quia mihi credite plus pro vobis, quam pro illo facta fuerunt.* Ad clericos autem ſcribit, *Audio de hominibus veſtris, quia multa mala, rapinas ſcilicet & deprædationes, & fornicationes & adulteria in parochia mea faciunt, & etiam de vobis audio, quia rapinis illis conſentitis, ut videlicet qui de illis vivitis, & veſtros homines atque caballos inde paſcitis.*

Hincm. tom. 2. opuſc. 5. Ibid. opuſc. 6.

*Sequitur epiſcoporum in communicatio.*

His autem malis obviam ſcilicet ire debuerunt epiſcopi, & eccleſiaſticum diſtringere gladium, qui materiali opprimebantur. Hincmarus ergo privatim ad presbyteros ſuos ſcribit, ut excommunicationem annuntient impiis illis graſſatoribus. Carolus autem ab antiſtitibus ſuis extremis precibus non ſine lacrymis impetravit, ut ad excommunicandum Ludovicum regem, & totum ejus exercitum proficiſcerentur. Quod non aliunde quam ex hoc ſcripto, non ex capitulari, non ex hiſtoria diſcimus. Scio equidem duas de his deprædationibus epiſcoporum querimonias annis & temporibus diſtinctas, adverſus Ludovicum priorem, adverſus Carolum poſteriorem, hic ſimul a nobis commemorari. Sed nimirum ab eodem fonte utraque cauſa profluit, eoſdem effectus parit, pene ſimili fine terminatur, adeoque uno narrationis filo contexi duæ potuerunt. Quid ergo miſſi ad Ludovicum epiſcopi effecerunt? Regiam majeſtatem reveriti, eo præterito duces exercitus excommunicatione vinxerunt. At is ſive contemptu, ſive victoriæ dulcedine nihilominus excommunicatis communicando ſecundariam cenſuram contraxit. Hoc ſignificat Hincmarus epiſtol. ad eum ex ſynodo Cariſiacenſi ſcripta. *Talia ac tanta fecerunt pro quibus eccleſiaſticam, & epiſcopalem excommunicationem meruerunt.* Et paulo poſt. *Et ſi forte vos, vel quicumque alii de eorum ſocietatis & conjunctionis communione infecti & condemnati ſunt, pœnitentiam quiſque ſe recognoſcendo faciat.* Et apertius in legatione epiſcoporum anno ſequente ad eum a ſynodo Metenſi decreta, pro poſtulanda, & offerenda, ſi reſipiſceret, indulgentia, dicitur, *illi peccata in noſtris parochiis per illum, & ab illo commiſſa, eccleſiaſtica pietate & canonico more dimittite, eique indulgentiam poſtulanti donate, atque illum ſacræ communioni, qua ipſe ſe privaverat excommunicatis communicans, reſtituite.* Quam benignitatem aſpernatus, rem totam ad epiſcoporum ſuorum conſilium retulit. Sed hæc hiſtorici.

Ibid. opuſc. 7

Hincm. ep. ad Lud. cit. c. 13.

Capit. Car. Cal. tit. 24.

Nos ad extremum advertimus, mirum non eſſe ſi Carolus in tanto rerum ſuarum diſcrimine proditus a ſuis, oppreſſus ab hoſtibus, omnia prolixe ordini eccleſiaſtico petenti promiſit, & ſi ordo ipſe eccleſiaſticus foro uti ſcivit, ut jurium & privilegiorum ſuorum confirmationem a miſero rege poſceret.

*Pax inter reges reſtituta.*

40 *Ceterum apud Confluentes firmitas quæ ſubſequitur.*) Pax & concordia anno hujus ſeculi 58. fœdum in modum rupta, anno 59. celebri legatione repetita, tandem 60. refecta eſt apud Confluentes de qua Bertinianus annaliſta, *Ludovicus, Karlus & Lotharius reges, Kal. Junias apud caſtrum quod Confluentes vocatur, conveniunt, ibique de pace inter ſe diu tractantes, tandem concordiam atque amicitiam ipſi per ſe* (malim *inter ſe*) *juramento firmant.* Hæc eſt firmitas hoc loco memorata, pactum ſcilicet conventum inter fratres & nepotem ſcripto, juramento & ſigillo firmatum, quod in capitulari nonnullis immutatis eodem ſenſu legimus. Niſi dicere malimus, ita ſcriptum apud Confluentes, ut hic refertur ab Hincmaro. Poſt reditum

Annal. Bertin. an. 860.

Capit. Car. Cal. tit. 27.

dictum autem a Confluentibus, ſic publice juſſu Caroli populo annunciatum, ut habetur in capitulari.

*Hincmarus aliquando verba auctorum non ſervat ſenſu contentus.*

41 *Et in B. Gregorii decretis.*) Quod alibi notandum eſt hoc in opere, non ſemper ab Hincmaro religioſiſſime auctores citari, contento ſenſu, verba non requirente, hoc loco confirmatur, ubi S. Gregorium citat Joanni defenſori in Hiſpaniam eunti ſcribentem, & ex ſæcularibus imperatorum legibus eum inſtituentem. Hic enim aliquod in verbis ipſis diſcrimen videmus, quod admonuiſſe ſufficit, cum tanti non ſit ut de verbis ſingulis in comparationem veniamus.

*Vox quin uſitata Hincmaro.*

42 *Quin conquirentibus.*) Duo verba parentheſi concluſimus, quia ſunt ab Hincmaro explicante, qui ſint illi quibus judices dantur, videlicet, litigantes. Nam in ejus lingua, *quin*, expoſitoria vox ſolet eſſe, quam nos dicimus, ſcilicet, videlicet,

*Obſcurus locus.*

Ibid. 43 *Sicut in mox ſequenti articulo dicitur.*) Nihil minus articulatum, quam hic locus eſt, ubi nec B pes nec caput apparet. Unum dici poteſt, in articulo qui ſequitur ante citatum, id eſt 121. agi de iis epiſcopis qui loca ad cathedram ſuam pertinentia negligunt, ut a vicinis commoniti ſi non ſatagunt, liceat monitoribus illa occupare & excolere. Qua in re ſi quid dubii enaſcatur, & *epiſcopi inter quos cauſa vertatur, diverſarum provinciarum ſint, ille primas det judices, in cujus provincia eſt locus de quo contenditur.* Vide lector, an ſenſus qui poteſt hinc erui loco iſti applicatus animo tuo ſatiſfaciat.

*Canones Antiocheni in honore.*

44 *Et item ſacri canones Antiocheni & Gangrenſes.*) Licet Arianorum fuiſſe cenſeatur Antiochenum illud ſub Julio papa concilium; quia tamen & pauciores erant numero quam catholici epiſcopi, & in canonibus de fide nihil, ſed de diſciplina eccleſiaſtica præclare decreta ſunt non pauca, manſerunt in honore canones, & jure producuntur ab Hincmaro. Gangrenſe autem quod tempore præceſſit, ut jam antea C dictum, rem hoc loco propoſitam non proprie tangit. In eo enim contra Euſtachium decernitur, monaſticas eccleſias, & congregationes ſæcularibus ita præferentem, ut harum oblationes ad ſolas illas transferri vellet, tanquam ſuis, utpote ſanctis, debitas. Cui errori canones Gangrenſes anathema merito dicunt, eccleſiam cui proprie præſidet epiſcopus non tantum contemni vetant, ſed etiam ſupra privatos omnes cœtus honorari, & fidelium oblationibus locupletari jubent, quarum diſtributio in poteſtate ſit epiſcopi, vel ejus quem tali officio præfecerit. Sic Gangrenſes canones, facta communium eccleſiarum cum privatis, & ejus populi qui ſub epiſcopo congregatur, cum hæreticis comparatione.

*Gangrenſes explicati.*

At in lite Hincmari, toti eccleſiæ cauſa communis eſt, monaſteria etiam complexa, atque inter eccleſiam & aulam, clericos & ſæculares comparatio, in iis bonis quæ jamdudum eccleſia poſſidet, non autem in iis D quæ nova liberalitate & plena libertate conferuntur.

*In epiſtolam Hincmari Rhemenſis.*

45 HActenus apud Piſtas cum rege pro juribus eccleſiæ certatum eſt, nunc alio tranſlata cauſa, longe aliter cognita tractatur. Privata fit de communi, non jam epiſcopus, ſed Hincmarus junior litigat, & qui metropolitani patrocinium expertus eſt efficax, incipit avunculi benevolentiam perdere: atque libenter hoc veſtigium obſervo, tamquam ſequentium conciliorum ſemen, & inſtantis tragœdiæ protaſin.

*Exitus prioris actionis apud Piſtas.*

Epiſcopi duce Hincmaro Rhemenſi pro Laudunenſi apud regem interceſſores, evicerunt duo; prius quidem, ut in maximam bonorum per vim ereptorum partem poſtliminio rediret, & illis, ut ajebant, reveſtiretur. Poſterius autem, ut de iis quæ controverſa reſtabant, judicio per omnia canonico, quale quaterniones & rotula deſcripſerant, decerneretur. Ita & epiſcopis factum eſt ſatis, & rex omni cura ejus negotii, & culpa ſolutus. Reditur ergo in provincias, & rex poſt placitum, ut ſolet, miſſos ſuos huc illuc ablegat. Dubitare non poſſumus quin e bonis adhuc ſub lite pendentibus vel præcipua fuerit villa Pauliacus. Ad eam repetendam Laudunenſis epiſcopus, ad retinendam comes Nortmannus judices mutuo conſenſu eligunt, & cauſam cognoſci volunt in provincia vel Rhemenſi vel Laudunenſi, præſentibus miſſis regiis, adſtante metropolitano Hincmaro, & Odone Belvacenſi epiſcopo, tantæ integritatis hominibus, ut eos licet vel ſanguine, vel arctiſſima amicitia & ordine cum adverſario conjun-

A ctos, judices non recuſaret Nortmannus. Hic perorata utrinque cauſa, & juribus explicatis, pronuntiant judices, ut ego quidem arbitror, peccaſſe contra canones epiſcopum, qui Pauliacum regi abſque ullius conſenſu donaverit; non injuſte poſſidere Nortmannum, qui a rege ſic acceperit: de reſtitutione integra ad regem eſſe referendum.

*Epiſtolæ argumentum.*

Hæc ut geſta ſunt nuntiare debet Hincmarus Carolo regi, quod hac præſtat epiſtola, rogatque ut licita citra injuriam poſſideat comes Nortmannus, exemplo tamen præceſſorum ſuorum non permittat quicquam detrimenti capere eccleſiam, jubeatque ex integro epiſcopum reveſtiri, neque factum ſuum retractare erubeſcat. Sed iſtud quod ſupereſt negotii & pleno effectu terminat, & quanto quam antea moderatius minuſque actuoſe exequitur? Confer ſcripta omnia apud Piſtas oblata, cum hac epiſtola; profecto alium a ſeipſo videbis Hincmarum, in hac cauſa & Nepotis & eccleſiæ. Unde porro iſta mutatio? Ex ipſa litigantium actione, qua didicit Pauliacum villam ab epiſcopo nemine conſcio fuiſſe regi traditam, ut ab eo in beneficium Nortmanno comiti donaretur: quamobrem neque regem, neque comitem rerum eccleſiaſticarum pervaſores eſſe, ſed ipſum epiſcopum dilapidatorem, & ſacris canonibus contraria peccantem. Se turpiter deceptum qui nimis credulam juveni & læſo epiſcopo mentem dederit, & acri objurgatione regem compellaverit ea ex parte innocentem. Hoc eſt quod pontifici Hadriano narrat idem Hincmarus. *Ego autem illi ut epiſcopo credens, ſcripſi inde domno regi plura & minus caute, reprehendens illum de injuſto judicio. Et quia non ita ſe res habebat, ſicut idem Hincmarus mihi mandaverat, & poſtea ipſe dixerat*, &c. Hinc illæ lacrymæ. Nam Bello Pauliaco ſic exutus, de rege qui donatum comiti non reſtituiſſet eccleſiæ, de avunculo ſuo qui reſtitui non curaſſet, quaſi regi & palatinis in eccleſiæ perniciem conniveret, apud ſedem apoſtolicam queſtus eſt, & utrumque poſtea multis injuriis vexare perrexit.

Hæc epiſtolæ prima pars eſt, cui ne actum tantum agere videretur, alias duas attexit, longe diverſas, alteram de Luidone qui hominem invitus occiderat; illi rogat modis eo tempore receptis ſecuritatem dari ab adverſariis: eos niſi faxint ſe conſtituto die cenſura eccleſiaſtica conſtricturum. Alteram de aulicis, ſuas & epiſcoporum admonitiones immodeſte ſubſannantibus. Quos coerceri poſtulat a rege peccati illius gravitatem expendente. Sic in concilio Duziacenſi poſt epiſtolam ſynodalem ad Hadrianum papam, quam ab Hincmaro ſcriptam eſſe non ambigo, ſubditur privata ipſius epiſtola, in qua cum Actardi commendatione, & Laudunenſis ipſius accuſatione, de Triſingo presbytero per occaſionem agit.

*Pietas Caroli Calvi.*

46 *Et ſicut ſæpe ſoletis recolere.*) Notanda regis D Caroli pietas, non aliunde profecto quam ab Hincmaro accepta, qui ejus mentem præſtantiſſimis præceptionibus & ſanctorum patrum ſententiis imbuebat. Quod apertius conſtat ex variis ejus pro regum inſtitutione opuſculis tomo ejus operum ſecundo ſparſis, quorum prima duo ad Carolum regem ſcripta, cum epiſtola B. Gregorii ad Recharedum regem, quam *& diligenter legat, & intelligenter ſervando, ac quotidie magis ac magis de virtute in virtutem proficiendo cuſtodiat.* Dignus profecto antiſtes qui non magis eccleſiæ ſuæ privilegio, quam virtutis & doctrinæ merito tot reges reginaſque Francorum coronaret. Quibus potuit dicere quod Arcadio Syneſius, miſit me patria, [illegible] *Auro caput, animum philoſophia coronaturum.*

*Hincm. opuſc. 1. Præfat.*

*Syneſ. orat. de regno.*

*Julian. imper. injuſta lex.*

47 *Sicut Julianus, & poſtea imperator Mauricius.*) Eam legem expreſſe Juliano adſcribit Gregorius, E Theodoro medico ſcribens. *Quam legem primum, ſicut ii dicunt, qui leges veteres noverunt, Julianus protulit, de quo ſcimus omnes quantum Deo adverſus fuerit.* Itaque ſic retulit Hincmarus Gregorii fide, Gregorius peritorum juris Romani, & legum imperatoriarum. Quos nobis ignotos eſſe fatemur ingenue, cum & corpore juris non contineatur, & ab hiſtoricis non referantur. Militia quidem prohibitos Chriſtianos a Juliano Cæſare novimus, cum vetuit illos inter prætorianos in palatio militare, magiſtratus in urbibus gerere, juſſitque omnes ad idola colenda compelli. Quo audito, inquit Socrates, qui vere Chriſtum colerent magno ſtatim animo militiæ inſignia poſuerunt. Sed qui ſtipendia mererent Chriſtiani ante legitimam miſſionem vetitos ad monaſticam vitam tranſire ab eo qui neque monachos, ne-

*Greg. l. 11. indict. 11. ep. 64.*

*Socrat. l. 3. hiſt. c. 13.*

que

que Chriſtianos ferret quis m hi probaverit? Nimi rum iſta ſuis momentis expendere non curat, nihil ut profanum niſi certiſſima veritate fultum aſſerat Chriſtianorum myſteriorum diligens perſcrutator. Atque ejuſdemmodi eſt illud quod ſequitur ad Theótinum medicum. *Fuerunt quidem veterum philoſophorum qui in duobus corporibus unam eſſe animam dicerent, non affectus jungentes duos, ſed unam in duobus animæ ſubſtantiam partientes.* Qui vero fuerint veteres illi philoſophi, ſi quis ſollicitius requirat, me judicio meo ſuam operam male collocabit: umbra certe illius erroris in ſeipſo damnavit Auguſtinus.

Greg. cit. ep. 61.

48 *Et in libro primo capitulorum.*) Conferunt hæc Mauritii & Caroli Magni exempla, ad verecundiam retractationis ex animo Caroli Calvi evellendam. Nam ſi Mauritius libere ſe moneri permiſit a Gregorio pontifice, ut legem contra Dei obſequium latam refigeret; cur ſuccenſeat Carolus Calvus ab epiſcopis rogari ſe ut olim contra eccleſiam facta reſcindat? Si magnus ille Carolus ſcriptam a ſe legem contra libertatem eccleſiaſticam antiquare non erubuit, cur ejus nepotem pudeat bona eccleſiæ purpurato ſuo conceſſa repetere, & epiſcopo Laudunenſi reſtituere?

*Carolus M. legem contra eccleſiæ jura latam revocavit.*

Ad Caroli Magni legem quod pertinet, hoc in primis obſervandum, eo numero non haberi in capitulari, qui ſignatur in MS. Deinde, legis ſcribendæ cauſam admodum probabilem, & imperatoria pietate non indignam diſertis verbis exprimi. *Quia audivimus aliquos ex illis non tam cauſa devotionis hoc feciſſe, quam pro exercitu, ſeu alia functione regali fugienda: quoſdam vero cupiditatis cauſa, ab his qui res illorum concupiſcunt circumventos audivimus, & hoc ideo fieri prohibemus.* Tertio, non aliunde quam ex hoc loco, & Hincmari teſtimonio diſcere nos, oppoſitionem ab eccleſia & republica huic legi factam; præſertim cum bonis moribus cauſa legis patrocinetur. Ad extremum, legis revocationem admodum obſcuram mihi videri, & ſola Hincmari auctoritate, aliis quam nos exemplaribus utentis, credibilem fieri. Nam eo libro correcta dici non poteſt, niſi c. 143. quod eſt *De converſione liberi hominis. Ut liber homo qui in monaſterio regulari comam depoſuerit, & res ſuas ibidem delegaverit, promiſſionem factam ſecundum regulam firmiter teneat.* Hic prioris legis nulla fit mentio, & hæc poſterior abſque ulla ejus derogatione facillime conſiſtit. Nam ſive cum regia licentia, ſive illa prætermiſſa, in monachum quis ſit attonſus, promiſſionem vitæ ſuæ Deo factam, & poſſeſſionum ſuarum monaſterio, ſanctam & illibatam ſervare debet.

*Secunda pars epiſtolæ de Luidone homicida.*

49 *Ceterum in ſecundo libro capitulorum.*) Aggreditur ad ſecundam epiſtolæ partem, præmiſſis duabus capitularium legibus, quarum priore, neceſſitatem exponendi negotii ſibi tamquam epiſcopo impoſitam declarat: poſteriore, negotium propius tangitur, & quomodo decernendum ſit aperitur. Eſt autem cauſa talis. Luido fecit homicidium invitus, puta, vel imprudens, aut vim repellens; occiſi parentes, hæredes, amici, armantur in vindictam; ille ne perpetuo de vita periclitetur rem legitimo judicio committi poſtulat, id facturus quod a lege & a judice ſtatuetur. Ita ſatisfecit adverſariorum nonnullis, qui ſunt de regno Auſtraſiæ ſub Lothario. Idem judicium ſubire recuſant alii Carolo ſubditi, & plures jam annos Luidonem inique vexant, legitimam ſatisfactionem offerentem. Poſtulat igitur Hincmarus a rege, ut eam litem ſecundum leges terminari jubeat, & contumaces ad judicium cogat: qui ſi perpetuas inimicitias cum Luidone volunt gerere, eos ſtata die excommunicationi ſubditurus eſt. Qua in narratione nihil admodum occurrit notandum, præter voces quaſdam obſoletas e temporum barbarie, & capitularibus deſumptas, quæ breviter percurrendæ.

*Comites qui.*

50 *Comes in cujus miniſterio perpetratum eſt.*) Comites, quorum frequentiſſima mentio eſt, urbium & pagorum dicuntur eorum locorum judices; ut lex Burgundionum declarat. *Ad utilitatem & quietem conſtat omnium pertinere, ut de ſingulis quibuſcumque cauſis generalis definitio proferatur: ſicque fiat ut locorum comites, atque præpoſiti competentes inſtructi evidentius judicanda cognoſcant.* Talis fuit Erlebaldus comes Caſtricenſis pagi, apud Flodoardum, qui vivus ab Heriveo Rhemenſi excommunicatus, poſt mortem poſtulante rege abſolutus eſt in ſynodo apud Troslejum. Eorum apparitores dicti, miſſi reipublicæ, ſcribente Hincmaro ad Ludovicum regem Germaniæ. *Ut miſſus reipublicæ, id eſt, miniſter comitis, cum ipſis, ſi juſſerint, eat.* Ab iis ad comitem palatii, tanquam illorum judicium, judicem appellatum eſt, ut ex eodem Hincmaro diſcimus. *Comitis autem palatii inter cetera pene innumerabilia in hoc maxime ſollicitudo erat, ut omnes contentiones legales, quæ alibi ortæ, propter æquitatis judicium palatium aggrediebantur, juſte ac rationabiliter determinaret, ſeu perverſe judicata ad æquitatis tramitem reduceret, ut & coram Deo propter juſtitiam, & coram hominibus propter legum obſervationem, cunctis placeret.* Si res gravior & obſcurior occurreret, quæ aut legum defectu aut propter litigantium pervicaciam, terminari non poſſet, ad ſupremam auctoritatem deventum eſt, ut hac ipſa quæ præ manibus eſt, lege jubetur. Hic & tum, vel rex adhibitis conſiliariis judicabat, quod citato loco ſignificat Hincmarus, aut ſolus ipſe decernebat. Quo in genere judicii notabilis fuit Caroli Magni ſedulitas, de quo ſic narrat Eginhardus, *Cum calcearetur & amiciretur, non tantum amicos admittebat, verum etiam ſi comes palatii litem aliquam eſſe diceret quæ ſine ejus juſſu definiri non poſſet, ſtatim litigantes introducere juſſit, & veluti pro tribunali ſedens, lite cognita ſententiam dixit.* Arbitrarias oportuit fuiſſe ſententias quæ ſic ex ſola principis voluntate penderet. Verum lis noſtra diverſa eſt, quæ neque comite palatii, neque regis præſentia indiget: ſiquidem tantum rogatur imperare, ut ſine mora & tergiverſatione ulla ſecundum leges regni Francorum cauſa decidatur.

Leg. Burgund. tit. 49.

Flodoald. l. 4. hiſt. c. 16.

Hinc. opuſ. 4. num. 7.

Idem opuſ. 14. num. 21.

*Carolus magnus principium cauſas cognovit.*

Eginhard in vita Car. M.

51 *Et compoſitionem ſolvere.*) Mulctam convenientem perſolvere, & læſæ parti ſatisfacere, pretio dato ſe redimere, quod certe leve eſt. Sic enim in lege Salica legimus. *Si quis foris caſa, ſive iter agens, ſeu in agro poſitus a contubernio fuerit occiſus, & tres vel amplius habuerit plagas, tres de eodem contubernio qui convicti fuerint, ſigillatim mortis illius compoſitionem componant, & tres alii de ipſo contubernio* 100. *denarios, qui faciunt ſolid.* xxx. *unuſquiſque illorum culpabilis judicetur. Et tres adhuc alii de ipſo contubernio* DC. *denarios, qui faciunt ſolid.* xv. *ſinguli eorum culpabiles judicentur.* De clericis autem interfectis, ita præcipit Caroli Magni capitulare. *Qui ſubdiaconum occiderit,* CCC. *ſolidos componat. Qui diaconum,* CCCC. *Qui presbyterum,* DC. *ſolid. Qui epiſcopum,* DCCCC. *ſolid. Qui monachum,* CCCC. *ſolid. culpabilis judicetur.* Tanti hominum etiam ſacratorum capita æſtimabant majores noſtri bellis & cruoribus aſſueti, & ipſi, ut ſic dicam, ſemiferi. Hæc tamen & ſimilia de involuntariis cædibus intelligenda ſunt, qualis hæc eſt a Luidone facta. Nam ſpontaneis pœnæ graviores impoſitæ juxta capitulum aliud. *Ut quicumque auſu temerario alium ſine cauſa occiderit, vitæ, periculo feriatur, & pretio ſe redimere nunquam valeat. Et ſi convenerit ut ad compoſitionem quiſque deſcendat, nullus de parentibus aut amicis eum quicquam adjuvet. Quod ſi fecerit, ſuum vvirgildum omnino componat.* Hoc eſt, pretium quod conſtitutum fuerit, quodque aliter emenda dicitur, perſolvat, quod tali homicidæ adjumento eſſe voluerit. De his plura collegit Iſaac Lingonenſis in canonibus ſuis.

*Compoſitionem ſolvere.* [illegible]

L. Salica tit. 43.

Capit. Caroli M. l. 5. c. [illegible]

Ibid. l. 5. c. 183.

Iſaac Lingon. capit. tit. 1.

Cui vero perſolvi debeat ea pecunia, eadem lege Salica dicitur. *Si alicujus pater occiſus fuerit, medietatem compoſitionis filii colligant: & aliam medietatem parentes qui proximiores fuerint, tam de paterna quam de materna generatione, dividant. Quod ſi de una parte, vel paterna, vel materna, nullus proximus fuerit, portio illa ad fiſcum perveniat, vel cui ſi cus conceſſerit.* Dixit lex, *filios*, non filias. Quia ut in legibus Longobardorum habetur, *filiæ, eo quod feminæo ſexu eſſe probantur, non poſſunt ipſam faidam levare.*

L. Salica tit. 65.

L. Longobard. l. 1. tit. 9. num. 17.

52 *Et faidam per ſacramentum pacificare faciat.*) Faida inimicitia eſt, dicente lege Longobardorum, *Ceſſante faida, id eſt, inimicitia.* Pacificare autem faidam quid ſit, eadem lex aperte declarat, eodem titulo, qui eſt *de plagis & compoſitionibus liberorum hominum. In omnibus iſtis plagis ac feritis,* inquit, *ſuperius deſcriptis, quæ inter homines liberos eveniunt, ideo majorem compoſitionem poſuimus, quam antiqui noſtri, ut faida, quod eſt inimicitia, poſt compoſitionem acceptam poſtponatur, & amplius non requiratur, nec dolus teneatur, ſed cauſa ſit finita, amicitia manente.* Quanto enim majorem pecuniæ ſummam a lædente læſus accipiet, æquum eſt ut tanto libentius remittat injuriam, & in gratiam cum adverſario redeat. Idque maxime valere debet in eo qui læſit, vel occidit invitus, quod Luidoni evenit. Quare eodem legis Longobardorum libro, non ſemel legimus, *Componat ceſſante faida, quia nolendo fecit.* Itaque faidam

*Faida quid.*

L. Longobard. l. 1. tit. 7. num. 1.

Ibid. num. 15.

Ibid. tit. 9. n. 4. 5.

*per ſacramentum pacificare*, eſt interjecto ſolemni jurejurando confirmare ſe depoſitis odiis in concordiam rediturum. Sic explicata lege facilis eſt cauſæ cognitio.

*Potentia adverſariorum Luidonis.*

53 *Sine reſpectu alicujus perſonæ.*) Potentes & gratioſos fuiſſe oportet Luidonis adverſarios, interfecti parentes, quorum dignitatem in jure dicundo Lotharius poſthabere debuerit in Auſtraſia, quique in Francia ne Caroli quidem commendationi, vel judicis ſententiæ cedere voluerint, ut injuriam condonarent. Quamquam recte Lotharii exemplum in medium adducitur, ne Carolus patruus & jam ſenior aliquid minus regie fortiterque faciat in regno ſuo, quam quod nepos & adhuc juvenis princeps magna cum auctoritate peregit.

*Faidam jurare.*

54 *Cauſa pervenit uſque ad id loci, ut ne faidam homines veſtri jurarent.*) Uſque eo perventum eſt in judicio, ut ſacramentum ab interfecti parentibus non exigeretur de pace cum interfectore ineunda. Sic *jurare faidam* idem interpretabimur, quod ſuperius, faidam per ſacramentum pacificare: quo ſenſu melius diceretur, faidam ejurare. Aliter quoque poteſt intelligi, eo deductam eſſe cauſam ut jurare faidam, hoc eſt, exercuiſſe cum homine interfecto graves inimicitias, Luido quidem vellet, quod ea res & culpam elevaret, & mulctam minueret, ſed agentibus contra adverſariis, obtentum ſit a judice, ne cogerentur ad illud juramentum, atque ita illud homicidium pro voluntario ſemper haberetur, adeoque morte aut exilio mulctandum.

*Leudem rewadiare.*

55 *Cum judicatum fuerit ut eiſdem leudem rewadiaret*) Leudem eſſe compoſitionem quæ in mulctam injuriæ pendi debet: rewadiare autem relaxare bannum, ſive confiſcationem, quod ſine pretio ſoluto non fieret, diximus in notis ad concilium. Quibus aptum huic loco Caroli M. decretum addimus. *Si latro ibi occiſus fuerit, qui eum occiderit leudem inde non ſolvat, & nullus illi inde faidam portare præſumat.* A[illegible] profecto ſententia, ut pretium legibus conſtitutum pro homicidio ſic perpetrato ſolvat Luido parentibus, pacem & concordiam Luidoni promittant parentes: Illud ultro offert & ingerit Luido: recuſant illi ſacramentum præſtare, & immortales cum eo volunt inimicitias gerere, quod legi Chriſtianæ, bonis moribus, & regni quieti repugnat.

*Capit. Car. M. in Sax.*

56 *In mallo ipſius de quibuſcumque vellet eum interpellarent.*) Mallum eſſe placitum & generale judicium ad quod litigantes omnes accedere neceſſe eſt, ſciunt omnes. Sed quid eſt, *in mallo illius?* Interpretor ego, in judicio, quod comes Luidonis ipſius indixerit, aut certe in loco ubi habitat, condixerit, ne huc atque illuc diſcurrere cogatur, qui jam fruſtra ab epiſcopo ſuo ad Piſtas, ad Baſivum deductus fuit. Sic Ludovicus Pius Hiſpanis imperavit, ut facinoroſi *undecumque a vicino ſuo aut criminaliter fuerint accuſati, & ad placitum juſſi, ad comitis ſui mallum omnimodis venire non recuſent.*

*Judicum mollities in hac lite reprehenditur.*

57 *Ut quilibet comes in ſuo comitatu inde facere per auctoritatem debet.*) Perſtringit comitis, ſive judicis mollitiem, qui per nimiam indulgentiam capitularium decreta in gratiam adverſariorum Luidonis violavit. Nec minori in culpa eſt ipſe palatii comes, qui comitis inferioris ſententiam non correxit. Adeo potentes ſunt qui Luidoni faceſſunt negotium. Id autem contra mentem principum fieri, docet Caroli M. admonitio ad comites omnes, quam & repetit Carolus nepos. *Vobis vero comitibus dicimus, vosque commonemus, .... ut vos ipſi in miniſteriis veſtris pacem & juſtitiam faciatis, & quæ noſtra auctoritas publice fieri decernit, in veſtris miniſteriis ſtudioſe perficere ſtudeatis. Proinde monemus veſtram fidelitatem, ut memores ſitis fidei nobis promiſſæ & in parte miniſterii noſtri vobis commiſſi, in pace ſcilicet & juſtitia facienda, vosmetipſos coram Deo, & coram hominibus tales exhibeatis, ut & noſtri veri adjutores, & populi conſervatores juſte dici & vocari poſſitis: & nulla qualibet cauſa, aut munerum acceptio, aut amicitia cujuslibet, vel odium, aut timor, vel gratia ab ſtatu rectitudinis vos deviare compellat, qui inter proximum, & proximum ſemper juſte judicetis.* Si veniunt judices in partem regiæ ſolicitudinis & actoritatis, cur aliorum potentiam verentur, aut gratiam aucupari ſtudent?

*Capit. Car. M. l. 1. cap. 6 capit. Car. Calvi. tit. 10. Judices ſunt regum adjutores, & populi conſervatores.*

*Multiplex Caroli regis pacificatio cum Aquitanis.*

58. *Vos inquietare tunc propter Aquitanorum præſentiam nolui.*) Quando id factum ſit, conjecturæ noſtræ relinquitur. Nam iſta ſcribit Hincmarus anno 868. quo de Laudunenſis nepotis lite cum rege actum eſt apud Piſtas, & jam ante annos quatuor homicidium Luidonis acciderat, anno proinde circiter 864. Intermedio autem tempore, bis legitur in annaliſta Bertiniano cum Aquitanis in fide amicitiaque ipſius nunquam ſatis conſtantibus, rediiſſe in gratiam. Primo anno 865. apud Vernum villam, *Epiſcopos ac ceteros Aquitaniæ primores obvius ſuſcepit: ad quorum multam petitionem filium ſuum Carolum, necdum bene ſpaſſatum in Aquitaniam cum regio nomine ac poteſtate redire permittit.* Quod *ſpaſſatum* dicit, intellige curatum & ſanatum ab eo vulnere quod per juvenilem jocum anno 864. acceperat in capite, ex quo biennio poſt anno 866. mortuus eſt, ut narrant noſtri iidem annales. Minus vero mihi ſimile videtur anno illo, qui primus effluxit ab homicidio perpetrato, uſque ad hunc Aquitanorum congreſſum, tam multa peragi potuiſſe, quæ hoc loco perſequitur Hincmarus, pacificatum videlicet Luidonem cum Lotharii ſubditis; deductum ad Piſtas, ad Baſivum ab epiſcopo Rhemenſi: cauſam apud judices diſceptatam; auditam in palatio: remiſſam ad regem, Hincmaro ad ejus latus aſſidue hærente. Commodius ergo referetur ad alterum Aquitanorum congreſſum, quem docent annales iidem factum anno 867. qui totam Hincmari Laudunenſis cum rege litem præceſſit. Tum ſiquidem Carolus *ad villam quæ Bellus Pauliacus dicitur, perrexit: ubi primores Aquitanorum ſibi obviam accerſivit, & filium ſuum Ludoicum, ordinatis illi miniſterialibus de palatio ſuo, eiſdem Aquitanis regem præfecit.* Ac licet prudenter Hincmaro credamus, cauſam cur privati cujuſdam homicidæ negotio rex inquietari non debuerit *fuiſſe Aquitanorum præſentiam*: non imprudenter tamen rationem aliam poſſumus obtacere; ſenſiſſe tunc Hincmarum regiam adverſum ſe gratiam aliquantum refrixiſſe. Cum paucis poſt menſibus in concilio Tricaſſino ſex provinciarum in cauſa clericorum Rhemenſium, dicatur fuiſſe *Carolus immemor fidelitatis atque laborum, quos pro ejus honore, & regni obtentu præfatus Hincmarus per plures annos ſubierat.*

*Annal. Bertin. ad an. 865. Spaſſatus*

*Ibid. ad an. 867.*

*Ibid. & Flodoard. l. 3. hiſt. c. 17*

*Rex urgetur ad litem terminandam.*

59 *Nunc autem quia ipſi veſtri homines.*) Quia tamdiu vexari clientem ſuum Luidonem, & litem inutiliter comperendinari moleſtiſſime fert, regem admonet quibus ea modis, & ubi terminari facile poſſit; ſi judicium ſua in diœceſi, in qua illi bona & beneficia poſſident, exerceatur, eo convenire cogantur ipſi: ſi recuſant, facultates fiſco adjudicentur. Et ſi forte ſæcularis poteſtas contumacibus ceſſerit, ad ſpiritalem & eccleſiaſticam facile deveniri poſſe: ſibi certum eſſe ipſis Kal. Octobribus, ſolemni die cenſuris eccleſiaſticis caſtigare, & excommunicatos de more omnibus denunciare.

*Boſo cur ſpeciatim nominetur.*

60. *Sed & Boſo in noſtra diœceſi beneficium veſtrum habet.*) Boſonem nominatim præter ceteros appellat, ne mirum regi vel aulicis videatur, quod illi excommunicationem intentet. Hoc enim ex eo ſibi licere judicat, quia ex beneficio quod in Rhemenſi diœceſi poſſidet, factus eſt ſubditus. Quo magis laudandus eſt Hincmari generoſus in obſequio Dei animus, qui nobiliſſimum & regi gratioſiſſimum hominem excommunicare non veretur. Boſonem enim illum eſſe arbitror, quem Carolus jam imperator Italiæ ducem conſtituit, ut narrat Aimoinus, quique in ſynodo Ticinenſi procerum ſæcularium primus ſubſcribitur. *Signum Boſonis inclyti ducis & ſacri palatii archiminiſtri, atque imperialis miſſi.* Ac demum in ſynodo Mantalenſi regis nomen ab Arelatenſis regni epiſcopis proceribuſque ſuſcepit. Scio quidem in regno Caroli duos alios extitiſſe Boſones, patrem Huberti clerici, & Teutbergæ reginæ Lotharii conjugis ex injuſto repudio celeberrimæ: & Boſonem comitem Ingeltrudis conjugis fuga & infamia nominatiſſimum: pro qua revocanda Nicolaus I. & ejus in Gallia legatus Arſenius magnopere laborarunt. Sed ut neutrum illorum huc pertinere aſſeram, facit, quod prior longe ante hæc tempora mortuus erat, cum Benedictus III. contra Hubertum clericum *quondam Boſonis filium* ſcribebat. Poſterior hoc quidem anno ſuperſtes, domeſticis tamen negotiis ob fugitivam, & alibi proſtitutam conjugem ſuam ſic impediretur, ut aut externis vacaſſe, aut epiſcoporum & ipſius Hincmari judicium, cui a Nicolao I. commendatus fuit, negligere potuiſſe mihi non perſuadeam. Quod ſi quis certa aliqua ratione contenderit, Boſonem de quo hic agitur, hunc ipſum eſſe comitem, non illum alium quem diximus Italiæ ducem, nihil ideo Hincmaro Rhemenſi hoc facto gloriæ decedit.

*Aimoin. l. 5. c. 32. Concil. Ticin. tom. 3. conc. Gall. Syn Mantal. ibid.*

*Bened. III. epiſt. 2.*

*Nicol. I. epiſt. tom. 3. Conc.*

*In die miſſæ*

61. *In die miſſæ S. Remigii.*) Aut ſimpliciter in miſſa, ad miſſam, S. Joannis, S. Martini, &c. Hoc eſt quod modo dicimus, ad diem, ad feſtum, quod ſæpe in capitularibus occurrit.

62 *Au-*

*Tertia pars epiſtolæ*

62. *Audivi denique qu. ſem.* ) Tertia & poſtrema pars epiſtolæ, qua vehementer reprehendit aulicos quibus graves erant adhortationes & tractatus epiſcoporum ex ſacra ſcriptura ducti. Vetus querela, jam inde a prophetis Judæorum, qui cum populo dicerent, *hæc mandat Dominus*; ille contra ſubſannando inter pocula & delicias, reſpondebat. *Manda remanda, exſpecta reexſpecta, modicum ibi, & modicum ibi.* Quin etiam apud Romanos improbi quique, & ſupinis deliciis aſſueti, philoſophis cenſoribus inclamant. *Quouſque eadem?* Quibus Stoicus, *Ego debeo dicere, quouſque eadem peccabitis? Remedia ante vultis deſinere quam vitia. Ego vero eo magis dicam, & quia recuſatis, perſeverabo. Dicam etiam invitis profutura.* Præclare & ſtricte S. Auguſtinus ad Afros ſuos in eumdem ſenſum. *Puto, quia dico quod ſoleo, & vos facitis quod ſoletis. Ego coram Deo excutio veſtimenta mea: timeo ne mihi imputetur quia non dico. Officium meum impleo: fructum veſtrum quære.*

*Iſ. c. 28.* — *Senec. ep. 89.* — *Auguſt. ſerm. 144. de temp.*

*Riſu elevare dicta ſcripturæ malum eſt.*

63. *Videant quid inſtinebunt de hoc criminoſo detractionis,* ) Peccatum aulicorum ex contemptu verbi divini exaggerat. Nimirum vir ſapiens, maximæ auctoritatis & in eccleſia & in republica de magnis rebus ſerio agere, & ſingula dicta ſcripturæ ſanctæ, & antiquorum patrum auctoritatibus munire ſolitus, dolet non eadem mente ab auditoribus excipi, qua proferuntur a concionatoribus: quin potius riſu eludi, & ſuffocari ſementem in piorum animos injectam. Nihil enim cum pietate & religione magis pugnat, quam ſcurrilitas, & in ridiculum detorta bene monentium dicta. Huc accedit, quod Hincmarus ſententias & ſcripturæ & patrum ab uſu non diſtinguens, audacter affirmat, & Deum & ſanctos in divinis ſcriptis contemni, quando qui iis citatis utuntur epiſcopis ſannis & ludibriis excipiuntur. Quare in concilio noſtro acerbe invectus eſt in nepotem, exigentem ut quæ adverſum ſe ex patribus & conciliis collegerat, flammis abſumeret: quod ſi faceret traditorum ſacrilegium ſe incurſurum reſpondit. Sed (quod pace tanti viri dictum ſit) latum eſt inter illa diſcrimen, & bona bene dici oportet, cavendumque ne bonis vitioſe utamur. Quod a nepote ſuo factum non tacet in concilio. Quamobrem licet omnino peccent aulici qui parabolantes per ſcripturam epiſcopos riſu dicteriiſque proſequuntur, poſſunt illi tamen culpam elevare ex importuno uſu, *tota die* abſque neceſſitate ſacra verba aſſidue intrudentium: quod ſatis non cavit Hincmarus ipſe, cui uni præter ceteros omnes Romanum illud occini poteſt. *Quouſque eadem?* Atqui meminiſſe debuit non eſſe mittendas margaritas ante porcos, neque ubi auditus non eſt, effundendum eſſe ſermonem: Quis autem non rideat, nuſquam alibi magis infartos & intricatos eſſe ſcripturæ locos, quam hic, ubi vitium illud in eo reprehenditur? Diceres irriſores ſuos jaculorum dentate velle obruere.

## ** HINCMARI ARCHIEPISCOPI RHEMENSIS

EPISTOLÆ ALIQUOT AD HINCMARUM Laudunenſem epiſcopum, quæ in poſtrema R. P. Jacobi Sirmondi S. J. editione deſiderantur; deſcriptæ ex codice 1486. MS. Palatino bibliothecæ Vaticanæ opera V. C. Lucæ Holſtenii, & juſſu eminentiſſimi S. R. E. principis Franciſci cardinalis Barberini ad nos per R. P. Petrum Poſſinum ſoc. noſtræ theologum eruditiſſimum traſmiſſæ. Ex his vero multa lector hauriet ad ſynodorum Vermerienſis, Attiniacenſis ac Duziacenſis intelligentiam apprime neceſſaria.

### I.

*Hincmarus Rhemorum epiſcopus, ac plebis Dei famulus, presbyteris, diaconibus, ac reliquo eccleſiaſtico ordini, & cunctis in Laudunenſi parochia conſiſtentibus ſalutem.*

COnfratres ac conſacerdotes noſtri Hetto, Ermino, Hadulfus, & Clarentius presbyteri ecA cleſiæ veſtræ prid. Kal. Junias præſentis ſecundæ indictionis data mihi ad vicem omnium veſtrum petitione, cujus hinc partim textus, quantum ſufficere vidi, ſequitur, de quibuſdam capitulis veſtræ communis neceſſitatis conſuluerunt, hoc modo: Dum XIII. Kal. Majas paſtor noſter in monte Lauduno in ſua ſynodo de perplurimis utilitatibus ſuæ ſanctæ eccleſiæ, ordinando & emeliorando quædam in eis diſputaret; occurrit pro ſucceſſu temporum quædam pars ejuſdem diſputationis, pro qua quia ordinandi rerum eccleſiaſticarum poteſtas ab eo, cum jus & lex canonum jubendo præcipit, ut epiſcopus res eccleſiæ ſuæ quibus voluerit & quomodo voluerit diſponendo diſpenſet, auferretur; perplurimæ auctoritates ſancti Petri ſucceſſorum-B que ejus, quibus qualiter & quomodo data ſit poteſtas ligandi & ſolvendi, ab eodem paſtore noſtro in præſentia totius ſynodi eas relegendo recitatæ ſunt. Quibus recitatis memor injuriarum ſuarum, quæ ei moderno acciderant tempore addidit, quod immineret tempus comprovincialis ſynodi, quæ in Vermeria palatio regio a vobis veſtriſque ſuffraganeis VIII. Kal. Majas habita eſt. Ad quam veſtris literis evocatus libenti animo coram omnibus profeſſus eſt, ſe ſine ulla intercapedine progreſſurum. Sed quia credebat in ipſa ſynodo, quod mos haud expoſcit canonicus, aliquam violentiam ſibi inlegaliter & contra leges canonum a quocumque fieri, ſermone conteſtarotio & auctoritate ſancti Petri, quod ſi ei licentia eundi Romam C prohiberetur, aut ipſe captus obtineretur, omnes ſacerdotes totius parochiæ ſuæ colligavit, ut nemo eorum in ea ſacerdotali miniſterio tamdiu uteretur, uſque dum ille ipſe nobiſcum iterum viva voce loqueretur; aut literæ ex ipſa ſancta ſede beati Petri apoſtoli nobis mitterentur. Quo facto quod tunc non accidit, nunc Silvaco palatio V. Kal. Junias peractum eſt. Qua tamen die priuſquam ad ipſum Silvacum perveniret, præſcius venturæ violentiæ ſuæ, prædixit ſacerdoti noſtro Clarentio, ſimulque diacono Teutlando, ut nobis denuntiarent per omnia nos ſervaturos, quæ cauſa ſuarum injuriarum, & ut ſatius dicamus, pro ſtatu ſanctarum eccleſiarum, in præſcripta ſynodo XIII. Kal. Majas omnibus ſacer-D dotibus ſuæ parochiæ obſervare auctoritate ſancti Petri ipſe præceperat. Et poſt aliquanta: Quapropter quia eumdem dominum noſtrum regia poteſtate retentum & recluſum viva voce adire non poteramus, & ſacerdotali miniſterio prohibiti ab eo frui non audebamus, III. Kal. Junias ad capitolium noſtrum convenimus, & ibidem communi colloquio retractantes ratum fore duximus, ut exinde conſilium noſtræ ſalutis a ſacra paternitate almitatis veſtræ humiliter depoſceremus, utrum ſacerdotalis miniſterii officio miſſas celebrando, & Domino pro receptione paſtoris noſtri ac communi utilitate totius ſanctæ eccleſiæ ſacrificia offerendo, baptizando pueros, viſitando infirmos, reconciliando cum viatico munere pœnitentiam E petentes, ſepeliendo mortuos, cum penitus ab his omnibus prohibiti ſimus. Et paulo poſt: in parochia noſtra uti debeat, an non, & reliqua. Quam relegens ſatis ſuperque dolui fateor, quia dilectus frater & coepiſcopus noſter Hincmarus contra epiſcopalem gravitatem, & contra evangelicam veritatem, atque apoſtolicam & canonicam auctoritatem talia inconſulte cauſa ſuarum injuriarum agere præſumpſit; qualia nullus ante ipſum epiſcopus egit: quæ non modo ſacrarum ſcripturarum tramiti contraria, & decretis ſunt ſanctorum adverſa, verum & ſaluti humanæ ac univerſæ Chriſtianitati ſunt inimica. Quia, ſicut Hilarus

rus papa dicit, non minus in ſacrarum traditionum A delinquitur ſanctiones, quam in injuriam ipſius Domini proſilitur. Veſtram autem ſolertiam laudo, filii ac fratres cariſſimi, quos præcepta ſacrorum canonum non perfunctorie legiſſe cognoſco. Ait enim ſacra & myſtica Nicæna ſynodus: *Antiqua conſuetudo ſervetur per Ægyptum, Libyam & Pentapolim, ita ut Alexandrinus epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem; quia ut urbis Romæ epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam ceteraſque provincias ſuis privilegia ſerventur eccleſiis.* Quod capitulum ſanctus Bonifacius papa ſcribens ad Hilarium Narbonenſem epiſcopum exponit hoc modo: *Convenit nos paternarum ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes. Nulli etenim videtur incognita ſynodi conſtitutio Nicæna, quæ* B *ita præcipit, ut eadem proprie verba ponamus; per unamquamque provinciam jus metropolitanos ſingulos habere debere, nec cuiquam duas eſſe ſubjectas: quod illi, quia aliter credendum non eſt, ſervandum Spiritu ſancto ſuggerente ſibimet cenſuerunt.* Et poſt aliquanta. *Quod idcirco dicimus, ut advertat caritas tua, adeo nos canonum præcepta ſervare, ut ita conſtitutio quoque noſtra diffiniat; quatenus metropolitani ſui unaquæque provincia in omnibus rebus ordinationem ſemper expectet.* Et ſecundum Africanum concilium ſcribens ad Cæleſtinum papam, *Decreta*, inquit, *Nicæna ſive inferioris gradus clericos, ſive epiſcopos ipſos ſuis metropolitanis apertiſſime commiſerunt.* Et venerandum Antiochenum concilium, *Per ſingulas*, inquit, *regiones epiſcopos* C *convenit noſſe metropolitanum epiſcopum ſollicitudinem totius provinciæ gerere. Propter quod ad metropolim omnes undique qui negotia videntur habere concurrant. Unde placuit eum & honore præcellere, & nihil amplius præter eum ceteros epiſcopos agere, ſecundum antiquam a patribus noſtris regulam conſtitutam, niſi ea tantum quæ ad ſuam diœceſim pertinent poſſeſſioneſque ſubjectas. Unuſquiſque enim epiſcopus habeat ſuæ parochiæ poteſtatem, ut regat juxta reverentiam ſingulis competentem; & providentiam gerat omnis poſſeſſionis quæ ſub ejus eſt poteſtate: ita ut presbyteros & diaconos ordinet, & ſingula ſuo judicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tentet præter antiſtitem metropolitanum.* Presbyteros, inquit, & diaconos parochiæ ſuæ epiſcopus D ordinet, & non exordinet. Quia quos ſolus epiſcopus ordinare poteſt, ſolus niſi ut venerandi præfigunt canones a ſacris officiis ſubmovere vel ſuſpendere nequaquam poteſt. Et ſingula, inquit, non autem generalia ſuo judicio comprehendat, quem convenit noſſe metropolitanum epiſcopum ſollicitudinem totius provinciæ gerere. Propter quod ad metropolim undique qui negotia videntur habere concurrant. Unde fratres cariſſimi, docente nos beato Gregorio ac dicente, *qui non corrigit reſecanda, committit*, ad præfatum fratrem & coepiſcopum noſtrum Hincmarum has quæ ſequuntur literas auctoritate metropolitana dirigere neceſſarium duxi; monens illum paterna ac fraterna dilectione, ut juxta beati papæ Hilari E decreta ipſe quantocius iniquum factum ſuum diſſolvat. Quod ſi agere noluerit, & contumaciter, quod abſit, magis differre quam obedire maluerit, ſciat generalitas fraternitatis veſtræ virtute domini noſtri Jeſu Chriſti, qui, ut ipſe dicit, venit animas ſalvare, non perdere, & venit quærere & ſalvare quod perierat: qui eſt, ut ipſe

Joan. 14.

inſinuat, *via, veritas & vita*: via ſcilicet converſationis ſanctæ, veritas doctrinæ divinæ, vita beatitudinis ſempiternæ. A quo, & per quem in ædificationem, & non in deſtructionem ſacer ordo epiſcopalis accepit exordium. Judicio etiam ſancti Spiritus, quo ſacri promulgati ſunt canones; & ſancti prophetæ atque apoſtoli, eorumque ſucceſſores, & apoſtolicæ beati Petri ſedis pontifices nobis documenta ſalutis & regulas ac decreta ſalubria ediderunt, & ſervanda inviolabiliter tradiderunt, ſicut in ſubſequentibus relegetis cuncta quæ de capitulis in veſtra petitione conſcriptis contraria divinæ auctoritati, quæ tenetur in ſubditis, aut verbo præcepit, aut ſcripto decrevit, irrita & vacua & nullius virtutis vel auctoritatis eſſe pronuntio atque decerno; vobiſque miniſtris eccleſiæ Laudunenſis parochiæ præfata auctoritate præcipio, ut & in miſſarum celebrationibus, & in ceteris officiis, tam diurnis, quam nocturnis, & in diſtributione ſecundum traditionem Domini ſacramentorum cæleſtium fratribus & populis conſulendis, ſed & in baptizandis parvulis, & in ſuſcipiendis ad pœnitentiam indigentibus, & in ſubveniendis viatico munere ſecundum ſacros canones obeuntibus, & in ſepeliendis mortuis, ſine ulla retractatione aut negligentia, quantum patitur humana fragilitas, ſecundum tramitem ſacrarum ſcripturarum traditionemque majorum divina munia exequendo fratribus & populis conſulere ſtudeatis: ſcientes vos ordinum veſtrorum ſuſtinere jacturam, ſi confeſſi aut regulariter convicti fueritis de proximorum per veſtram negligentiam, quod abſit, periculo. Si autem, quod non eſt credendum, frater & coepiſcopus noſter Hincmarus quocumque tempore cuicumque vel quibuſcumque veſtrum pro hoc quia ejus inlicitam præceptionem non obſervaſtis, contra regulas in antiquo fecerit, ſecundum ſacros canones ad metropolim veſtram, vel ad provinciale concilium qui læſos ſe exiſtimaverint feſtinent recurrere; ut quod perperam illis, quod Deus longe faciat, fuerit inrogatum, ſynodi experti examen debitam & neceſſariam emendationem ſuſcipiant.

## II.

*Hincmarus Rhemorum epiſcopus dilecto fratri Hincmaro Laudunenſi coepiſcopo noſtro ſalutem.*

PRidie Kal. Junias præſentis ſecundæ indictionis miſit ad me grex Laudunenſis eccleſiæ per legatos ſuos, quorum nomina ſcripta habemus, oblatam petitionem, in qua inter cetera continetur: Dum XIII. Kal. Majas idem paſtor noſter in monte Lauduno in ſua ſynodo de perplurimis utilitatibus ſuæ ſanctæ eccleſiæ ordinando & emeliorando quædam in eis diſputaret, occurrit pro ſucceſſu temporum quædam pars ejuſdem diſputationis, pro qua quia ordinandi rerum eccleſiaſticarum poteſtas ab eo, cum jus & lex canonum jubendo præcipit, ut epiſcopus res ſuæ eccleſiæ, quibus voluerit & quomodo voluerit, diſponendo diſpenſet, auferretur, perplurimæ auctoritates ſancti Petri ſucceſſorumque ejus, quibus qualiter & quomodo data ſit poteſtas ligandi & ſolvendi, ab eodem paſtore noſtro in præſentia totius ſynodi eas relegendo recitatæ ſunt. Quibus recitatis memor injuriarum ſuarum, quæ ei moderno acciderant tempore, addit, quod immineret tempus comprovincialis ſynodi, quæ in Vermeria palatio regio a vobis veſtriſque ſuffraganeis VIII. Kal. Maias habita eſt, ad quam veſtris literis evocatus libenti animo coram omnibus profeſſus eſt ſe ſine ulla intercapedine progreſſurum. Sed quia credebat in ipſa ſynodo, quod mos haud expoſcit canonicus, aliquam violentiam

ſibi

ſibi inlegaliter & contra leges canonum a quocumque fieri, ſermone conteſtatorio & auctoritate S. Petri, quod ſi ei licentia eundi Romam prohiberetur, aut ipſe captus obtineretur, omnes ſacerdotes totius parochiæ ſuæ colligavit, ut nemo eorum in ea ſacerdotali miniſterio tamdiu uteretur, uſque dum ille ipſe nobiſcum iterum viva voce loqueretur, aut literæ ex ipſa ſancta ſede beati Petri apoſtoli nobis mitterentur. Quo facto quod tunc non accidit, nunc in Silvaco palatio regio V. Kal. Junias peractum eſt. Qua tamen die priuſquam ad ipſum Silvacum perveniret, præſcius venturæ violentiæ ſuæ prædixit ſacerdoti noſtro Clarentio ſimulque diacono Teutlando, ut nobis denuntiarent per omnia nos ſervaturos, quæ cauſa ſuarum injuriarum, & ut ſatius dicamus, pro ſtatu ſanctarum eccleſiarum in præſcripta ſynodo XIII. kal. Maias omnibus ſacerdotibus ſuæ parochiæ obſervare auctoritate S. Petri ipſe præceperat. Et poſt aliquanta. Quapropter quia eumdem dominum noſtrum regia poteſtate retentum & recluſum viva voce adire non poteramus, & ſacerdotali miniſterio prohibiti ab eo frui non audebamus, III. kal. Junias ad capitolium noſtrum convenimus, & ibidem communi colloquio retractantes ratum fore duximus, ut exinde conſilium noſtræ ſalutis a ſacra paternitate almitatis veſtræ humiliter depoſceremus, utrum ſacerdotalis miniſterii officio miſſas celebrando, & Domino pro receptione paſtoris noſtri ac communi utilitate totius ſanctæ eccleſiæ ſacrificia offerendo, baptizando pueros, viſitando infirmos, reconciliando cum viatico munere pœnitentiam petentes, ſepeliendo mortuos; cum penitus ab his omnibus prohibiti ſimus. Et paulo poſt. In parochia noſtra uti debeat, an non, & reliqua. Quam novitatem a ſæculo hactenus inauditam, frater cariſſime, ſatis contremiſcens exhorrui, ſatis ſuperque dolui. Unde augentur mihi lacrimæ: gemitus ſe in meo corde non capiunt, atque ex intimo viſcerum dolore peccatis meis reputo, quod tu talia filius meus in tempore iſto novitatis præſumptione, quæ de ſuperbia deſcendere noſcitur, agis, qualia nunquam ullus epiſcoporum legitur præſumpſiſſe. Nam ſicut in ſacra hiſtoria legitur. *Petrus quidem ſervabatur in carcere, oratio fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad Deum pro eo.* [Act. 12.] Liberius papa, Vigilius papa, Joannes papa, & pontifices ſanctæ Romanæ eccleſiæ in exilium miſſi, & quidam eorum carcere concluſi fuerunt: Athanaſius Alexandrinæ ſæcundæ ſedis epiſcopus, & ſanctus Meletius Antiochenæ tertiæ ſedis epiſcopus, & Cyrillus Hieroſolymitanus epiſcopus, Joannes Conſtantinopolitanus epiſcopus, Paulinus Treverenſis epiſcopus, ſanctus Hilarius Pictavenſis epiſcopus, Euſebius Vercellenſis epiſcopus de parochiis ſuis abducti & in exilium miſſi fuerunt, & tale quid agere, ſicut egiſti, non præſumpſerunt. B. Ambroſius in eccleſia Mediolanenſi Juſtina hæretica imperatrice præcipiente concluſus, & armatis circa eccleſiam excubantibus obſeſſus, & carpento poſito ante oſtium, quo in exilium traheretur, animam ſuam tenens in manibus ſuis, quid tale non egit. Rigobertus Rhemorum epiſcopus crudeli violentia a ſede ſua expulſus, & in proprietate ſua non longe ab eadem urbe cum magna indigentia pluribus annis reſidens deguit, ſed quid tale cum coepiſcopis ſuis non egit. Fuerunt etiam alii noſtra ætate ac tempore a ſedibus ſuis pro diverſis cauſis ad tempus expulſi, quidam etiam inrecuperabiliter abjecti, & tale quid non egerunt, attendentes ſibi dixiſſe apoſtolum, & ex pro-

A pluetico teſtimonio confirmaſſe: *Non vos defendentes cariſſimi, ſed date locum iræ.* Scriptum eſt enim: *mihi vindictam, ego retribuam* dicit Dominus. [Rom. 12. Hebr. 10. Deuter. 32.] Etſi enim aliud vel hoc te ab hac præſumptione cohibere debuerat, ne ſolus talia faceres, quæ nemo alius fecit: Cum B. Petrus apoſtolus dicat: *Nemo veſtrum patiatur tamquam homicida, aut fur, aut maledicus.* [1. Petr. 4.] Tamquam maledicus, inquiunt catholici doctores, patitur, qui perſecutionis ſuæ tempore in ſui ſaltem injuria perſecutoris effrenatur. Et item idem apoſtolorum princeps dicit: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus; qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus: qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur; tradebat* B *autem judicanti ſe injuſte.* [1. Petr. 2.] Tradebat autem, & non excommunicabat neque maledicebat. Et Paulus apoſtolus dicit: *Nemini dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum; ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia. Et patientes eſtote ad omnes.* [2. Cor. 6.] Et S. Gregorius ſcribens ad Januarium dicit: Inter querelas multiplices, inquit, Iſidorus vir clariſſimus a fraternitate tua fruſtra ſe excommunicatum anathematizatumque conqueſtus eſt. Quod quam ob rem factum fuerit dum a clerico tuo, qui præſens erat, voluiſſemus addiſcere, pro nulla alia cauſa niſi pro eo quod te injuriaverat, factum innotuit. Quæ res nos vehementer afflixit. Quia ſi ita eſt, nil te oſtendis de cæleſtibus cogitare, C ſed terrenam te habere converſationem ſignificas; dum pro vindicta propriæ injuriæ, quod ſacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis invexiſti. Unde de cetero omnino eſto circumſpectus atque ſollicitus, & talia cuiquam pro defenſione injuriæ tuæ inferre denuo non præſumas. Nam ſi tale aliquid egeris, in te ſcias poſtea vindicandum. Et oblata mihi petitio Laudunenſis eccleſiæ hanc inauditam antea excommunicationem cauſa injuriæ tuæ a te priuſquam ipſa injuria tibi irrogaretur, depromptam fuiſſe demonſtrat. Quæ etiam præterita proxima dominica die IV. videlicet Kal. Junias præſentis ſecundæ indictionis miſſarum celebratione prætermiſſa in Laudunenſi parochia, proh dolor! extitit executa. Et item S. Gregorius in D homilia XXVI. Judicare, inquit, digne, de ſubditis nequeunt, qui in ſubditorum cauſis ſua vel odia vel gratiam ſequuntur. Unde fit ut ipſa hac ligandi ac ſolvendi poteſtate ſe privet, qui hanc pro ſuis voluntatibus, & non pro ſubditorum moribus exercet. Unde recte per prophetam dicitur: *Magnificabant animas quæ non moriuntur, & vivificabant animas quæ non vivunt.* [Ezech.] Non morientem quippe mortificat, qui juſtum damnat; & non victurum vivificare nititur, qui reum ſupplicio abſolvere conatur. Cauſæ ergo penſandæ ſunt, & tunc ligandi atque ſolvendi poteſtas exercenda. Cui concordat tempore prior, ſed loco poſterior ſanctus Auguſtinus in libro de pœnitentia; noluit, inquiens, hominem ab homine judicari ex arbi- E trio ſuſpicionis, vel etiam extraordinario uſurpato judicio, ſed potius ex lege Dei ſecundum ordinem eccleſiæ, ſive ultro confeſſum, ſive accuſatum atque convictum. Unde pro tuis injuriis non debueras presbyteros excommunicare ab officio celebrandi ſanctum ſacrificium; cum juxta ſacros canones ſolus poſſis epiſcopus presbyteros ordinare, ſed non confeſſos neque convictos de crimine ſolus non potes, niſi ut venerandi præfigunt canones, ab officio removere. Minime autem pro tua injuria quemquam presbyterorum, quanto minus omnes parochiæ tuæ ſacerdotes non debueras officio presbyterali privare? cum ſanctus Grego-

gorius ad Euphemium ſcribens dicat: Servorum Dei humilitas in afflictionis tempore debet apparere; qui vero ſe contra præpoſitos ſuos erigunt, profecto oſtenditur, quod eſſe ſervi Dei contemnunt. Non enim grande eſt, his nos eſſe humiles a quibus honoramur; quod & hoc ſæculares quilibet faciunt: ſed illis maxime eſſe debemus humiles a quibus aliqua patimur. Pſalmiſta dicit: *Vide humilitatem meam de inimicis meis*. Et ad Maximianum epiſcopum ſcribit: Frequenter, inquiens, me admonuiſſe vos recolo, ut in proferenda ſententia eſſe præcipites nullatenus deberetis. Et ad Marcianum dicit, quia nullus ſine cognitione damnandus eſt.

Continetur etiam in præfata petitione ab eccleſia Laudunenſi exiguitati meæ oblata, te prohibuiſſe nulli communionem, nec etiam obeunti ultimam pœnitentiam, vel viaticum munus in parochia tua tribui, nullum infantem in eadem parochia baptizari, nullum mortuum ſepeliri, ſi tibi licentia eundi Romam prohiberetur, aut captus teneteris; uſque dum tu ipſe viva voce cum eis loquereris, aut litteræ a ſede apoſtolica eccleſiæ Laudunenſi mitterentur. Et unde noſti frater, ſi vel uſque in craſtinum vives? ſemper obligati erunt quos decreviſti ligari? Quo contra beatus Gregorius dicit: Durum quippe eſt, ut qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ, judex vitæ fiat alienæ. Et plerumque contingit, ut hunc judicii locum teneat, cui ad locum vita minime concordat: ac ſæpe agitur, ut vel damnet immeritos, vel alios ipſe ligatus ſolvat. Igitur, quantum ex te eſt, hæc crudelitas tua omnem crudelitatem omnium paganorum, & omnes perſecutiones omnium perſecutorum, quæ Chriſtianis inlatæ fuerunt, excedunt, dicente Domino: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere*. (Matth. 10.) Tu autem frater, quantum ex te eſt, & animam & corpus mittis in gehennam; & non ſolum illos omnes occidis, quos ſine baptiſmate, aut ſine pœnitentia & communione de hoc ſæculo exire præcipiendo facis; verum & omnes presbyteros reos mortis illorum efficis, atque illorum judicio qui jam in cælis cum Deo regnant, & in terris miraculis coruſcant, gradu privatos efficis; & pro tantis non ſolum in ſynodo, verum & in divino judicio rationem de illorum mortibus reddes. Quia ſicut Paulum legimus tantorum manibus ſanctum Stephanum lapidaſſe quantos ad lapidandum exertos reddidit; ita & tu tantos occidis, quantos tua crudelitate, & injuſta atque iniqua commendatione ſine baptiſmate atque communione de corpore exire facis. Quomodo tibi frater a mente excellit, quod Dominus per prophetam unicuique noſtrum dicit: *Speculatorem te dedi domui Iſrael. Si non annuntiaveris iniquo iniquitatem ſuam, & non converſus fuerit impius ab impietate ſua, ipſe quidem in peccato ſuo morietur, ſanguinem autem ejus de manu tua requiram*. (Ezech. 33.) Et ſi illorum ſanguinem de manu tua Deus requiret, quibus non annuntiaſti ſuam iniquitatem, ut ab impietate ſua converterentur; quid dicet, frater, illi in judicio ſuo, qui ſicut ipſe dicit, non venit animas perdere, ſed ſalvare? Cum venient illæ animæ ante Deum, qui natos ſuos ad baptiſmi gratiam, ut de poteſtate diaboli liberarentur, fideliter portaverunt & obtulerunt, vel per * patronos miſerunt? (* f. patrinos) Sed & illæ non minores grandium animulæ parvulorum, qui non ſuo ſed alieno peccato obnoxiæ liberari potuerunt, niſi tua crudelitate & furore ac indignatione animi forent perditæ, & clamabunt adverſum te; pro

A quibus omnibus, additis etiam tuis peccatis, tot mortibus * dignus, quot occidiſti crudeliori gladio tuæ ſententiæ, quam materiali machæra. (* f. dignus es. H.) Unde dignas ultionum pœnas ſine dubio lues. Cur non terruit, & ab hac perverſa ſententia proferenda Domini promiſſio revocaverit, qua univerſali eccleſiæ ſuæ per Iſaiam prophetam pollicitus eſt dicens: *Ab oriente adducam ſemen tuum & ab occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, da; & Auſtro, noli prohibere*. (Iſai. 43.) Et tu prohibes eccleſiam ab immaculato divini fontis utero Domino filios generare, qui non venit animas perdere, ſed ſalvare. Quomodo te præteriit quod in evangelio legis: *Offerebant*, inquit, *illi parvulos ut tangeret illos. Diſcipuli autem comminabantur offerre. Quos* (Matth. 19. Marci 10.) B *cum videret Jeſus indigne tulit, & ait illis: Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos*. Et tu prohibes offerri Domino parvulos? Et ſi tremendum Dei judicium te non terruit, & a furore animi tui ut talia præciperes revocare non potuit, quia nunquam & nuſquam poſtquam ſacrum Nicænum concilium eſt celebratum, tale quid factum fuiſſe audiſti, ſicut fieri præcepiſti: timere debueras ne ſolus hoc ageres quod nullus Chriſtianorum unquam facere auſus fuit: Nam de infantibus baptizandis qui necdum * baptizare noſcuntur, (* Lege, baptizari. H.) quotiens neceſſitas exegerit, regula eccleſiaſtica per beatum Siricium prolata demonſtrat, dicens ita: Infantibus qui necdum loqui potuerunt per ætatem, ut his quibus in qualibet neceſſitate opus fuerit ſacri unda baptiſmatis omni volumus celeritate ſuccurri, ne ad noſtrarum C perniciem tendat animarum, ſi negato deſiderantibus fonte ſalutari exiens unuſquiſque de ſæculo & regnum perdat & vitam. Quicumque etiam diſcrimen naufragii, hoſtilitatis incurſum, obſidionis ambiguum, vel cujuslibet corporalis ægritudinem deſperationis inciderint, & ſibi unico credulitatis auxilio popoſcerint ſubveniri, eodem quo poſcunt momento temporis expetitæ regenerationis præmia conſequantur. Hactenus erratum in hac parte ſufficiat: nunc præfatam regulam omnes teneant ſacerdotes, qui nolunt ab apoſtolicæ petræ ſuper quam Chriſtus univerſalem conſtruxit eccleſiam, ſoliditate divelli. D Et beatus Leo dicit: Principalis & maximi ſacramenti cuſtodienda nobis eſt myſtica & rationabilis exemplatio non indicta licentia, qua in baptiſmo tribuendo periclitantibus ſubvenitur: ita enim in has duas feſtivitates, paſcha ſcilicet, & pentecoſten, connexas ſibimet atque cognatas incolumium & in pacis ſecuritate degentium libera vota differimus, ut in mortis periculo, in obſidionis diſcrimine, in perſecutionis anguſtiis, in timore naufragii, nullo tempore hoc veræ ſalutis ſingulare præſidium cuiquam denegemus. Et Africanum concilium etiam eis infantibus de quibus non inveniuntur certiſſimi teſtes qui eos baptizatos eſſe ſine dubitatione teſtentur, neque ipſi ſunt per ætatem de traditis ſibi ſacramentis E idonei reſpondere, abſque ullo ſcrupulo eos eſſe baptizandos præcepit; ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione privari. Et ſanctus Leo hic dicit; Si nulla extant indicia inter propinquos aut familiares, nulla inter clericos, aut vicinos, quibus hi de quibus quæritur baptizati fuiſſe doceantur, agendum eſt ut renaſcantur, ne manifeſte pereant. In quibus quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſinit ut videatur iteratum: qui autem poſſunt meminiſſe quod ad eccleſiam veniebant cum parentibus ſuis, poſſunt recordari an quod eorum parentibus dabatur acceperint. Sed ſi hoc etiam ab ipſa memoria

alic-

alienum eſt, conferre dum eis videtur, quod conlatum eſſe neſcitur; quia non temeritas intervenit præſumptionis, ubi eſt diligentia pietatis. Et ſanctus Gelaſius; Baptizandi ſibi quiſpiam paſſim quoque tempore nullam credant ineſſe fiduciam præter paſchale feſtum & pentecoſtes venerabile ſacramentum, excepto dumtaxat gravi languoris incurſu, in quo verendum eſt ne morbi creſcente periculo ſine remedio ſalutari fortaſſis ægrotans exitio præventus abſcedat. Et diaconi abſque epiſcopo & presbytero baptizare non audeant, ni prædictis fortaſſis officiis longius conſtitutis neceſſitas extrema compellat: quod & laicis Chriſtianis facere plerumque conceditur. Et ſanctus Gregorius ſcribens ad Joannem Lariſſæum epiſcopum, dicit; Secundum, inquiens, de criminalibus capitulum adverſus Hadrianum epiſcopum videtur eſſe propoſitum de infantibus ejus juſſu a ſacri baptiſmatis ſuſceptione prohibitis; atque ita inablutos ſorde peccati defunctos in tenebris. Vide frater quia eſſe hoc criminale capitulum ſanctus demonſtrat Gregorius. Sed & de ultima pœnitentia, & viatico munere nulli negare debere illius ſententia ſufficere tibi debuerat qui dicit; *Venit filius hominis quærere & ſalvare quod perierat:* & licet miſericordia Domini qua plena eſt terra illis qui ultimam pœnitentiam, & viaticum munus ſibi dari depoſcunt, ſi eis fuerit denegatum, ſubvenire poſſit qui corde credunt ad juſtitiam, ore autem confitentur ad ſalutem, transfixi dolore cordis, & baptizata conſcientia ſuis lacrymis gratiam Dei incomprehenſibiliter percipiant, quod eis denegare juſſiſti, ſicut in illo latrone quod, ut beatus Auguſtinus dicit, ex baptiſmati ſacramento defuerat, complevit omnipotens benignitas: quia non ſuperbia, vel contemptu, ſed ex neceſſitate illi defuerat: tamen manifeſtiſſime tu reus eris illarum omnium animarum, ſi tua præceptione ſine pœnitentia & viatico munere rebus humanis excedant. De viatico munere ſanctæ communionis ſacrum Nicænum concilium dicit: Quia generaliter omni cuilibet in exitu poſito, & poſcenti ſibi communionis gratiam tribui, epiſcopus probabiliter ex oblatione dare debebit. De qua ſancta & myſtica ſynodo beatus Leo papa ad Anatolium epiſcopum Conſtantinopolitanum ſcribit dicens: quod illa Nicænorum canonum per ſanctum vere Spiritum ordinata conditio in nulla ſit parte ſolubilis. Nulla ſibimet de multiplicatione congregationis ſynodalia concilia blandiantur, neque trecentis illi decem & octo epiſcopis quamtumlibet copioſior numerus ſacerdotum vel comparare ſe audeat vel præferre, cum tanto divinitus privilegio ſit conſecrata, ut ſive per pauciores, ſive per plures eccleſiaſtica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate ſit vacuum quicquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum. Et ſanctus Siricius etiam de apoſtatis, & idolorum cultu, ac ſacrificiorum contaminatione profanatis decrevit, ut in ultimo fine ſuo reconciliationis gratia eis non denegetur: quia, dicente Domino, nolumus mortem peccatoris, tantum ut convertatur & vivat. Et ſanctus Innocentius dicit, quia communionem dari obeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam quaſi viaticum profecturis, & ne Novatiani hæretici negantis veniam aſperitatem & duritiam ſubſequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, ut homines hujuſmodi vel in ſupremis ſuis permittente ſalvatore noſtro a perpetuo exitio vindicentur. Et ſanctus Cæleſtinus dicit; Agnovimus, inquiens, pœnitentiam morientibus denegari,

Matth. 18.



A nec illorum deſideriis annui qui obitus ſui tempore hoc animæ ſuæ cupiunt remedio ſubveniri. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate deſperet, quaſi non poſſit ad ſe quovis tempore concurrenti ſuccurrere, & periclitantem ſub onere peccatorum hominem pondere quo ſe ille expediri deſiderat liberare. Quod hoc rogo aliud eſt quam morienti mortem addere, ejuſque animam ſua crudelitate ne abſoluta eſſe poſſit occidere; cum Deum ad ſubveniendum paratiſſimus ſit, & invitans ad pœnitentiam ſic promittat; *Peccator in quacumque die converſus fuerit, peccata ejus non reputabuntur ei.* Et iterum; *Nolo mortem peccatoris, ſed tantum ut convertatur & vivat.* Salutem ergo homi- Ezech. 33.
B ni adimit quiſquis ei mortis tempore pœnitentiam denegavit; & deſperavit de clementia Dei, qui eum ad ſubveniendum morienti ſufficere vel momento poſſe non credidit. Perdidiſſet latro in cruce præmium ad Chriſti dexteram pendens, ſi illum unius horæ pœnitentia non juviſſet; cum eſſet in pœna pœnituit, & per unius ſermonis promiſſionem habitaculum paradiſi Domino promittente promeruit. Vera ergo ad Dominum converſio in ultimis poſitorum mente potius eſt æſtimanda quam tempore, propheta hoc taliter adſerente; *Cum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris.* Cum ergo Dominus ſit cordis inſpector, quovis tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti; cum illi ſe obliget judici, cui occulta omnia noverit revelari. Et S. Leo; Pœnitentia, inquit, quæ dilata eſt cum ſtudioſius petita Ibidem.
C fuerit non negetur, ut quoquomodo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perveniat. Et item; His autem qui in tempore neceſſitatis, & in periculi urgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda; quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera confeſſio, dicente Dei Spiritu per prophetam; *cum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris.* Et alibi: *Dic tu iniquitates tuas prior, ut juſtificeris.* Item; *Quia apud Dominum miſericordia eſt, & copioſa apud eum re-* Ibidem. Prov. 18. Psal. 129.
D *demptio.* In diſpenſandis itaque Dei donis non debemus eſſe difficiles, nec accuſantium ſe gemitus lacrymaſque negligere, cum ipſam pœnitendi affectionem ex Dei credamus inſpiratione conceptam, dicente apoſtolo: *Ne forte det illi Deus pœnitentiam, ut reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem.* Verum etiam ut diximus, talium neceſſitati ita auxiliandum eſt, ut actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia, ſi eam etiam amiſſo vocis officio per indicia integri ſenſus poſtulant, negetur. At ſi aliqua vi ægritudinis ita fuerint adgravati, ut quod paulo ante poſcebant ſub præſentia ſacerdotis ſignificare non valeant, teſtimonia eis fidelium circumſtantium prodeſſe debebunt, ut ſimul & pœnitentiæ re- 2 Tim. 2.
E conciliationis beneficium conſequantur. Et item idem ſanctus Leo dicit; Hoc itaque admonitio noſtra denuntiat, quod ſi quis fratrum contra hæc conſtituta venire tentaverit, & prohibita fuerit auſus admittere, a ſuo ſe noverit officio ſubmovendum, nec communionis noſtræ futurum eſſe conſortem, qui ſocius eſſe noluit diſciplinæ. Ne quid vero ſit quod prætermiſſum a nobis forte credatur, omnia decretalia tam beatæ recordationis Innocentii, quam omnium deceſſorum noſtrorum, quæ de eccleſiaſticis ordinibus & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita a veſtra dilectione cuſtodiri debere mandamus, ut ſi quis in illa

commiſerit, veniam ſibi deinceps noverit denegari. Item idem de damnatione violatoris ſacrorum ex hujuſmodi re conſtitutorum. Et quia hæc frater ignorare non vales, & hoc judicium jure depromptum non neſcis, præſertim cum non catholici epiſcopi, ſed Novatiani hæretici, ut beatus Innocentius, & ſanctus Ambroſius & ceteri quique orthodoxi doctores demonſtrant, ſit iſta perniciosiſſima & exitiabilis atque execrabilis ſecta: cavere debueras ne talia ſicut oblata mihi eccleſiæ tibi commiſſæ petitio monſtrat, inconſulte præciperes: puto enim te legiſſe epiſtolam ſancti Auguſtini ad Honoratum epiſcopum, in qua invenire potuiſti potius te mori debere cum plebe tibi commiſſa, quam ut illis deſint ſine quibus vivere & ſalvari non poſſunt ſacramenta cæleſtia. Qua de re, frater, vide ne tu ſis homicida, & etiam homicidarum homicida, quia ſacramenta cæleſtia plebi ſubtrahi facis, ſine quibus vivere non poteſt, cum adſint qui eadem ſacramenta licite plebi valeant miniſtrare.

Pertimeſce nihilominus quod de ſententia ſancti evangelii (Matth. 21.) qua Dominus dicit; *Si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet, & confeſtim dimittet eos*, loquente in eis Spiritu ſancto noſtri dixere majores: Doctoribus, inquiunt, præcipitur, ut ſi quis eis obſtiterit adverſi, ſi quis verbo contradixerit veritatis, ſi quis prohibuerit peccatores ſolvi a laqueis diaboli, & per confeſſionem fidei Domino adduci, non tamen a prædicando deſiſtant, ſed conſtanter inſinuent, quia Dominus ad ædificandam eccleſiam ſuam talibus opus habet. Et proh dolor! cum nemo his contradicat, tu e contra implorantibus contradicis; alligans eos ne divina munia populis exequantur, quorum intereſt ſacra miſſarum officia celebrare, myſticam diſtributionem ſpiritualis alimoniæ corporis ſcilicet & ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum fidelibus diſtribuere; per lavacrum regenerationis de poteſtate diaboli in regnum Chriſti non baptizatos transferre; per januam reconciliationis & viatici muneris ſanctificationem animas ab æterno interitu liberare, Domino de cæleſtibus tibi clamante; (Joan. 10.) quia *paſtor bonus animam ſuam ponit pro ovibus ſuis*. Qui fecit quod docuit, oſtendit quod juſſit, cum præduce Juda cohors & miniſtri Judæorum venerunt, ut eum & ſuos caperent, dixit; (Joan. 18.) *ſi me quæritis, ſinite hos abire*, ſicque comprehendi ſe pertulit, & qui populos ad fidem converterent, & converſis ſacra myſteria celebrarent, ſolutos abire permiſit. Nam ſi te provocante aliquid tibi adverſi accidit, patienter ferre debueras, uſque dum ego qualiſcumque metropolitanus tuus cum coepiſcopis & confratribus noſtris domini noſtri regis clementiam pro te adirem; & ſicut jam fecimus, quod juſte & rationabiliter ab eo poſtularemus, utique obtineremus. Unde nihil dubitamus quin Domino cooperante obtinebimus quod juſte & rationabiliter poſtulabimus, tantum ut tua inſolentia noſtris petitionibus non obſiſtat: quia etiam in hac tuæ præſumptionis præceptione contra ſcripturarum tramitem, contraque ſacras regulas egeris, tibi ex loci noſtri officio neceſſarium duxi oſtendere: Scriptum eſt enim; (Deut. 32.) *Interroga patrem tuum & adnuntiabit tibi; majores tuos, & dicent tibi*: (Prov. 4.) &, *palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos*, (Eccli. 32.) &, *omnia fac per conſilium, & poſt factum non pœnitebis*. Et ſacrum Nicænum concilium dicit; Antiqua conſuetudo ſervetur per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, ita ut Alexandrinus epiſcopus horum omnium ha- A beat poteſtatem, quia & urbis Romæ epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam, ceteraſque provincias ſuis privilegia ſerventur eccleſiis. Quod capitulum ſanctus Bonifacius papa ad Hilarium Narbonenſem epiſcopum ſcribens exponit ita: Convenit nos paternarum ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes; nulli etenim videtur incognita ſynodi conſtitutio Nicænæ, quæ ita præcipit, ut eadem proprie verba ponamus, per unamquamque provinciam jus metropolitanos ſingulos habere debere, nec cuiquam duas eſſe ſubjectas. Quod illi, quia aliter credendum nón eſt, ſervandum ſancto Spiritu ſuggerente ſibimet cenſuerunt. Et poſt aliquanta: Quod idcirco dicimus, ut advertat B caritas tua adeo nos canonum præcepta ſervare, ut ita conſtitutio quoque noſtra diffiniat, quatenus metropolitani ſui unaquæque provincia in omnibus rebus ordinationem ſemper expectat. Et Africanum concilium ſcribens ad Cæleſtinum papam: Decreta, inquit, Nicæna ſive inferioris gradus clericos, ſive epiſcopos ipſos ſuis metropolitanis commiſerunt. Et ſanctus Leo ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum; ſecundum ſanctorum patrum, inquit, canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos, metropolitanos ſingularum provinciarum epiſcopos, quibus ex delegatione noſtra fraternitatis tuæ cura prætenditur, jus traditæ ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decerni- C mus: ita ut a regulis præſtitutis nulla aut negligentia aut præſumptione diſcedant. Et item ad Theodorum Forojulienſem epiſcopum; Sollicitudinis, inquit, tuæ is ordo eſſe debuerat, ut cum metropolitano tuo de eo quod quærendum eſſe videbatur conferres; quia in cauſis quæ ad generalem obſervantiam pertinent omnium Domini ſacerdotum nihil ſine primatibus oportet impleri. Certum eſt enim quoniam illa quæ de baptizandis parvulis, & de ultima pœnitentia, & viatico munere nulli denegando ex ſacris regulis præmiſit, ad generalem obſervantiam Domini ſacerdotum pertinent, contra quæ inconſulte præcipere non debueras. Et Antiochenum concilium dicit: Per ſingulas regiones epiſcopos D convenit noſſe metropolitanum epiſcopum ſollicitudinem totius provinciæ gerere; propter quod ad metropolim omnes undique qui negotia videntur habere concurrant: Unde placuit eum & honore præcellere, & nihil amplius præter eum ceteros epiſcopos agere, ſecundum antiquam a patribus noſtris regulam conſtitutam, niſi ea tantum quæ ad ſuam diœceſim pertinent, poſſeſſioneſque ſubjectas. Unuſquiſque enim epiſcopus habeat ſuæ parochiæ poteſtatem, ut regat juxta reverentiam ſingulis competentem, & providentiam gerat omnis poſſeſſionis, quæ ſub ejuſdem poteſtate; ita ut presbyteros & diaconos ordinet, & ſingula ſuo judicio comprehendat; amplius autem nihil agere tentent præter antiſti- E tem metropolitanum. * Diligenter attende quod dicitur presbyteros & diaconos parochiæ ſuæ ordinet epiſcopus; ordinet autem & non exordinet, nec contra regulas ab officio ſubmoveat vel ſuſpendat: & ibidem ſubſequitur, ſingula ſuo judicio comprehendat; ſingula autem dicit ut ſuo judicio comprehendat, & non quæ ad generalem obſervantiam omnium Domini pertinent ſacerdotum, quæ, ut Leo dicit, ſine primatibus non oportet impleri. Et noli claudere aures cordis ad id quod ibidem diligentiſſime dicitur; unuſquiſque, inquit, epiſcopus habeat ſuæ parochiæ poteſtatem, ut regat juxta reverentiam ſingulis

* Eadem ſuperiore epiſtola & aliis locis inculcat Hincmarus.

gulis competentem. Proinde cavere debueras ne [A] conceſſa tibi tuæ parochiæ poteſtate contra hos ſacros canones abutereris, qui dicunt ut regat epiſcopus ſuam parochiam juxta reverentiam ſingulis competentem, & non * ſubrigat, ſicut tu feciſti, quantum ex te fuit, exitio juxta irreverentiam cunctis incompetentem. [* ſ. ſubruat.] Omnibus enim irreverentia quam exhibuiſti in tua parochia noſcitur eſſe incompetens, quæ ad omnium probatur pertinere exitium; cum ſingulis de ſingulis, quanto magis de pluribus timendum Dominus dicat; [Matth. 18. Marc. 9. Luc. 17.] *qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria collo ejus, & demergatur in profundum maris*: Quia, ut beatus monſtrat Gregorius, ad ſanctitatis ſpeciem deducto, & verbo vel exem- [B] plo ceteros deſtruenti, melius profecto fuerit ut hunc ad mortem ſub exteriori habitu terrena acta conſtringerent, quam in ſacro officio poſitus ceteris mortem verbo & opere propinaret. Quia nimirum ſi ſolus caderet, utcumque hunc tolerabilior inferni pœna cruciaret. Propterea, frater cariſſime, rogo, hortor, deprecor, & quanta poſſum dulcedine ac humilitate expoſco, & metropolitana auctoritate commoneo, ut ſicut Dominus præcipit per prophetam, quantocius has [Iſai. 58.] *diſſolvas colligationes impietatis, ſolvas hos faſciculos deprimentes*, dimitte eos qui a te conſtricti ſunt liberos, & hoc omne onus diſrumpe: attende, quod papa Hilarius in decretis ſuis dicit, qui, inquiens, in cauſis Dei [C] contumacia, vel contemptu deliquerit, aut ipſe quod perperam fecit abolere noluerint, in ſe quicquid mali non reſecarit inveniet. Quapropter qui te ſcis quibuſdam præpoſitum, ſicut ſanctus Leo in decretis ſuis ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum dicit; non moleſte feras aliquem tibi eſſe prælatum; ſed obedientiam quam exigis etiam ipſe dependas, & ſicut non vis gravis oneris a me impoſitam tibi ſarcinam ferre, ita non audeas aliis importabile pondus imponere: diſcipuli enim ſumus humilis & mitis magiſtri dicentis, [Matth. 11.] *Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris; jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve*. Et ſi, quod abſit, his ſacris ac regulari- [D] bus monitis obedire renueris, ſcito metropolitana auctoritate, fulta apoſtolicæ ſedis, & canonum ſacrorum judicio, ſicut præmiſimus, hanc peſtiferam atque mortiferam excommunicationem tuam ſolvendam. Nam ſi quælibet perſona tuæ parochiæ a te excommunicata foret, unde dubitari poſſet utrum, ſicut ſacri Nicæni canones dicunt, puſillanimitate, aut contentione, vel alio quolibet vitio tuo videretur a congregatione ſecluſa, expectarem utique uſquequo omnibus communiter ſimul epiſcopis congregatis provinciæ diſcuteretur hujuſmodi quæſtio, & vel tibi, vel in communi placeret humaniorem pro tali ferre ſententiam. Nunc autem quia tam manifeſte cauſa patet execrabilis atque exitiabilis eſſe a te [E] præſcripta, ut præceptis evangelicis contraria, & decretis ſanctorum inveniatur adverſa, quod, ut ſanctus Leo ſcribit, etiam in dubiis & obſcuris cavere debueras, & nullas ſuſtinet moras habere, ſupradicta auctoritate denunciabo eſſe omni penitus virtute vacuum quicquid a te ex prædictis capitulis præceptum eſt ab illorum conſtitutione diverſum. In cujus tuæ præſumptionis evacuatione, ut partim ſenſu, partim verbis utar beati Gelaſii, non novæ conſtitutionis auctor, ſed veteris conſtituti executor exiſto, quod non ſolum præſuli metropolitano, ſed & cuicumque eſt pontifici licitum, quoniam error qui ſemel eſt cum ſuo auctore damnatus, in participem quolibet modo pravæ communionis effectum execrationem ſui geſtat & pœnam.

## III.

*Hincmarus Rhemorum epiſcopus dilecto fratri Hincmaro Laudunenſi coepiſcopo noſtro ſalutem.*

Ante non longum tempus inconvenientes atque inlicitas excommunicationes in eos etiam, qui ad te non pertinebant, ira præcipiti & perturbata contra ſacras regulas jaculaſti, unde maximum ſcandalum in hoc regno, & in iſta eccleſia commoviſti: de quibus excommunicationibus nuper in Vermeria te una cum fratribus, & coepiſcopis noſtris conveni, eaſque licet non ſine tui calumnioſa invidia his quibus ipſa maledictiones irrogaveras * quomodo diſſolviſti, [* Forte, quoquomodo. II.] a nobis commonitus ut in proferenda ſententia de cetero nullatenus præceps exiſteres: ſed tu addens pejora prioribus, ſicut data mihi petitio a Laudunenſi eccleſia monſtrat, in vindictam injuriarum tuarum præcepiſti, ut in commiſſa tibi parochia nemo miſſam cantaret, nemo communionem ſacram perciperet, cum Dominus tradens ſacroſancta myſteria corporis, & ſanguinis ſui celebranda ſuis diſcipulis, & per eos omnibus ſacerdotibus, dixerit; [Luc. 22.] *Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis*; & de corpore & ſanguine ſuo; [Joan. 6.] *Niſi manducaveritis*, inquit, *carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Præcepiſti quoque ut nemo parvulos, etiam mortis urgente periculo, in tua parochia baptizaret, cum Dominus dicat: [Marc. 16. Joan. 3.] *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*: &, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorum*. Vetuiſti nihilominus ut nemo quemquam ultimam pœnitentiam vel reconciliationem reciperet, vel poſcenti ultimo ſacræ communionis viatico ſubveniret, cum Dominus omnibus prædicet: [Matth. 3.] *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum*. Et Jacobus apoſtolus; [Jac. 5.] *Infirmatur*, inquit, *aliquis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & allevabit eum Dominus; & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra, & orate pro invicem ut ſalvemini*. Et ſanctus Gregorius de reſuſcitatione quatriduani mortui loquens dicit, quia illos nos debemus per paſtoralem auctoritatem ſolvere, quos auctorem noſtrum cognoſcimus per ſuſcitantem gratiam vivificare. Quæ nimirum vivificatio ante operationem rectitudinis in ipſa jam cognoſcitur confeſſione peccati. Veniat itaque foras mortuus, id eſt culpam confiteatur peccator, venientem vero foras ſolvant diſcipuli, ut paſtores eccleſiæ ei pœnam debeant amovere quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. Et de corpore, ac ſanguine ſuo, in quibus ſalus animarum & corporum noſtrorum conſiſtit, Dominus dicit; [Joan. 6.] *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die*. Quæ reſuſcitatio diſcreta erit ab eorum reſuſcitatione qui non manducant carnem filii hominis, & non bibunt ejus ſanguinem, ac per hoc non habebunt vitam. Juſſiſti etiam maximam inhumanitatem ut nemo mortuum in tua parochia ſepeliret, eum

cum Dominus per prophetam egenos & vagos A quemque in domum ſuam inducere jubeat, & Dominus in judicio dicet, *hoſpes fui, & ſuſcepiſti me*, (Matth. 25.) & tu hoſpitium in ventre omnium matris ſcilicet terræ mortuis denegari juſſiſti, de quibus præcepta evangelica atque apoſtolica, & ſanctorum decreta tibi direxi, quæ ſicut mihi non incerta relatione renunciatum eſt ſuſcepiſti quidem illa, ſed legere noluiſti, cum dicat apoſt. *quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus*: (Rom. 15.) qui enim doctrinam & conſolationem ſcripturarum abnuit, ſpem ſalutis ſe non habere oſtendit: nam beatus Joannes apoſtolus a Domitiano principe in Pathmo inſula relegatus, & humana conſolatione deſtitu- B tus, conſolationem revelationis quam divinitus acceperat in eodem exilio ac relegatione manu propria ſcripſit, & ad eccleſias quibus miſſus fuerat prædicare, direxit. Et ſanctus Paulus apoſtolus ad Timotheum ſcribens dicit; *Memor eſto Jeſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine David ſecundum evangelium meum, in quo laboro uſque ad vincula quaſi male operans, ſed verbum Dei non eſt alligatum: & ideo omnia ſuſtineo propter electos, ut & ipſi ſalutem conſequantur quæ eſt in Chriſto Jeſu cum gloria cœleſti*. (2. Tim. 2.) Et tu, frater cariſſime, non ſolum ea legere quæ tibi miſi, & mihi reſpondere cum poſſes debueras; verum & miniſtros eccleſiæ tibi commiſſæ quibus modis poſſes debueras non excommunicatione liga- C re, ſed conſolari & adhortari ut in divino ſervitio, & aſſidua oratione, & ſalvatione populi tibi commiſſi laborare ſtuderent. Et ſi me digne propter indignitatem meam deſpicis, tamen profeſſionis, ac ſubſcriptionis tuæ memor non debueras in qualicumque metropolitano tuo debitam obedientiam denegare, quam a tuis ſubditis etiam in his pernicioſis tuis juſſionibus exigis. Quapropter iterata commonitione, pro loci mei officio te convenire congruum duxi, ſuadens ut quod male ligaſti diſſolvas, Dominus & creator, ac redemptor, atque ſalvator noſter dicit; *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur*, (Joan. 12.) id eſt me imitetur; de quo ſcriptum eſt, *quæ cœpit Jeſus facere, & docere*, (Act. 1.) qui fecit & docuit, * quæ D tibi in tuarum injuriarum tribulatione agendum & jubendum fuerat: nam imminente ſuæ paſſionis articulo pro ſe & pro ſuis, ſed & pro his qui credituri erant per verbum eorum in eum, patrem oravit ſecundum humanitatem qui omnia donorum munera largitur cum patre divinitatis æqualitate. Et qui præcepit diſcipulis ſuis dicens; *Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, ut ſitis filii patris veſtri qui in cælis eſt*, (Matth. 5. Luc. 6.) in cruce non ſolum pro ſuis perſecutoribus, verum & pro ſuis interfectoribus exoravit, & nunc ſedens ad dexteram patris interpellat pro nobis. Juſſit etiam diſcipulis ſuis antequam pateretur, cum tæderet & mœſtus eſſet uſque ad mortem, ut orarent ne in tentationem intrarent. Et ſi- E cut legimus, *oratio fiebat ab eccleſia* pro Petro recluſo in carcere & vinclo catenis duabus; (Act. 12.) ſed & Petrus oravit, ſicut legimus, pro eccleſia. Paulus quoque in perſecutionibus, in carceribus, in vinculis atque catenis poſitus, ſicut legimus, ſæpe ab eccleſia orari popoſcit ut liberaretur ab infidelibus & importunis ac malis hominibus, ſed & ipſe oravit pro eccleſia. Jacobus apoſtolus præcipitatus de pinnaculo templi, flexis genibus oravit pro ſuis occiſoribus. Et beatus Stephanus poſitis genibus oravit pro ſe lapidantibus. Et apoſtolus de hujuſmodi loquens dicit nobis; *Quorum intuentes exitum converſationis, imitamini fidem*. (Hebr. 13.) Et item Jacobus apoſtolus dicit; *Triſtatur aliquis veſtrum, oret animo æquo, & pſallat, &, orate pro invicem ut ſalvemini*: (Jac. 5.) genus eſt enim non contemnendum exauditionis cum cordis contritione ad Dominum clamare in tribulatione, ſicut ſcriptum eſt; *Ad Dominum cum tribularer clamavi, & exaudivit me*. (Pſal. 119.) Tu autem contra hæc novus doctor, immo novus præſumptor injuriatus, miſſam, ut audivi, non vis cantare, nec etiam audire, & quaſi aliorum oratione non indigens vetuiſti pro te, & pro ſe orare tibi commiſſam eccleſiam, & cauſa tuæ injuriæ juſſiſti Chriſto in membris ſuis, qui ſedens ad dexteram Patris dixit Paulo, *quid me perſequeris?* (Act. 9. & 26.) injurias importare & mortem inferre. Paulus quoque & Silas quorum locum tenere debes, in eccleſia cæſi virgis, & miſſi in interiorem carcerem, pedes habentes ſtrictos in ligno, media nocte adorantes laudabant Deum, & audiebant eos, qui in cuſtodia erant. Subito vero terræ motus factus eſt magnus, ita ut moverentur fundamenta carceris, & ſtatim aperta ſunt omnia oſtia, & univerſorum vincula ſoluta ſunt. Expergefactus autem cuſtos & videns apertas januas carceris, evaginato gladio volebat ſe interficere, æſtimans fugiſſe vinctos: clamavit autem Paulus voce magna dicens, *Nihil feceris tibi mali, univerſi enim hic ſumus*. (Act. 16.) Et tu tantam benignitatem eccleſiæ tuæ filiis tibi commiſſis non es paſſus impendere, quantam idem Paulus ſuo ad mortem cuſtodi impendit. Unde frater, moneo te iterum paterna & fraterna dilectione atque auctoritate metropolitana, reſipiſce ab hac prava intentione, & concordans præceptis evangelicis atque apoſtolicis, & ſanctorum decretis, quæ tibi in altera rotula pridem miſi, non dedigneris eis, & cum eis patrono tuo ſancto Remigio, in cujus ſede, licet indignus ſedeo, dicere quod ſanctus apoſtolus Paulus dixit etiam ſuis minoribus; *ſi cui aliquid donaſtis, & ego*. (2. Cor. 2.) Obaudi obſecro illorum decreta ſalubria per quos loquutus eſt Chriſtus, ne, quod abſit, tibi dicat, *qui eſt ex Deo, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis*. (Joan. 8.) Pertimeſce rogo quia ſanctus Innocentius, beatus Ambroſius, & ceteri catholici doctores hæc quæ juſſiſti de non ſuſcipiendis pœnitentibus ad pœnitentiam, hæreſim dicunt eſſe Novati hæretici. Et non baptizare parvulos in mortis periculo conſtitutos ſchiſma eſt maximum ab univerſali eccleſia. Et in decretis apoſtolicæ ſedis legimus quia, ſicut univerſalis Dei ſemper tenuit, & tenet eccleſia, ſchiſmaticus & hæreticus niſi converſi fuerint ad ſanctam matrem catholicam & apoſtolicam eccleſiam, in regnum Dei intrare non poſſunt, ſed pars eorum eſt in gehenna: & ſi de pane cæleſti, id eſt de ſuavitate divina guſtant gehennæ participes, judicium ſibi ſumunt. Propterea frater, ab hac ſecta, & ab hoc ſchiſmate revoca ſenſum tuum, & ſequere quod ſanctus Cæleſtinus in decretis ſuis ad Galliarum epiſcopos ſcripſit dicens, Obſecrationum, inquit, ſacerdotalium ſacramenta reſpiciamus, quæ ab apoſtolis tradita in toto mundo, atque in omni catholica eccleſia uniformiter celebrantur, & legem credendi lex ſtatuat ſupplicandi: cum enim ſanctarum plebium præſules mandata ſibimet legatione funguntur apud divinam clementiam, humani generis agunt cauſam, & tota ſecum eccleſia congemiſcente poſtulant & precantur, ut infidelibus donetur fides; ut idololatræ ab impietatis ſuæ liberentur erroribus; ut Judæis ablato cordis velamine lux veri-

veritatis appareat; ut hæretici ad catholicæ fidei perfectionem reſipiſcant; ut ſchiſmatici ſpiritum redivivæ charitatis accipiant; ut lapſis pœnitentiæ remedia conferantur; ut denique catechumenis ad regenerationis ſacramenta perductis cæleſtis miſericordiæ aula reſeretur. Et hæc conſerens in corde tuo noli pietatis viſcera petentibus ſalutem claudere, ſed pete Deum omnipotentem, ut & in te impleat quod per prophetam olim pollicitus eſt dicens: Ezech. 36. *Auferam a vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum, & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & operemini.* Ceterum fratres noſtri quos ad te miſi mihi renuntiaverunt te illis præcepiſſe, ut me precarentur propter Dei reverentiam, & ſanctorum ejus & ſedis apoſtolicæ auctoritatem ne cogerem te reſpondere quamdiu in tali detineris cuſtodia & abſentia clericorum tuorum, nec judicium, nec præjudicium inferrem tibi, vel tuæ parochiæ. Quæ petitio partim non eſt juſta, neque rationabilis: quod enim petiſti ut præjudicium tibi vel parochiæ tuæ non inferam, obaudio. Quod petiſti ut judicium tibi vel parochiæ tuæ non inferam, non obaudio: dicit enim Dominus per prophetam; Jerem. 7. *Si feceritis judicium inter virum & proximum ejus*, & reliqua. Et Sapientia per Salomonem; Prov. 24. *Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes.* Quod mihi a Domino, quem ſuo judicio in metropolitana ſede Rhemorum provinciæ conſtituere voluit, præcipi audio de his qui tua præceptione ducuntur ad mortem, & trahuntur ad interitum. Et decreta Nicæna, ſicut Africana ſynodus ſcribens ad Cæleſtinum papam demonſtrat, ſive inferioris gradus clericos, ſive epiſcopos ipſos ſuis metropolitanis apertiſſime commiſerunt. Et ſanctus Bonifacius capitulum Nicæni concilii exponens, poſt alia diffinivit quatenus metropolitani ſui unaquæque provincia in omnibus rebus ordinationem ſemper expectet. Et Antiochenum concilium, per ſingulas, inquit, regiones epiſcopos convenit noſſe metropolitanum epiſcopum ſollicitudinem totius provinciæ gerere, propter quod ad metropolim omnes undique qui negotia videntur habere concurrant. Et cautum eſt ſacris canonibus ut nullis liceat apud ſe celebrare concilia præter eos quibus metropolitana jura videntur eſſe commiſſa: in ipſis autem conciliis adſint presbyteri & diaconi, & omnes qui ſe læſos exiſtimant, & ſynodi experiantur examen. Propterea quod petiſti ut judicium tuæ parochiæ non inferam, contra regulas ſacras petiſti, & dicendum eſt tibi ab apoſtolo cum hujuſmodi petitoribus; Jac. 4. *Petitis, & non accipitis eo quod male petatis*: unuſquiſque enim epiſcopus, inquit Antiochenum concilium, habeat ſuæ parochiæ poteſtatem, ut regat juxta reverentiam ſingulis competentem, & providentiam gerat omnis poſſeſſionis quæ ſub ejus eſt poteſtate; itaut presbyteros & diaconos ordinet, & ſingula ſuo in judicio comprehendat, amplius autem nihil agere tentet præter antiſtitem metropolitanum. Ex hoc capitulo quædam ſunt quæ tibi in præmiſſa rotula ſcribenda dictavi, ſed notarius anguſtia temporis coarctatus celeriter ſcribens intermiſit; ſed ea quæ tibi ſcripſeram ad meum opus diligentius ſcribere jubens de tabulis relevari feci, videlicet diligenter attende quod dicitur, presbyteros & diaconos parochiæ ſuæ ordinet epiſcopus; ordinet autem, & non exordinet, nec contra regulas ab officio ſubmoveat, vel ſuſpendat: & ibidem ſubſequitur; ſingula ſuo judicio comprehendat: ſingula autem dicit ut ſuo judicio comprehendat, & non quæ ad generalem obſervantiam omnium Domini pertinent ſacerdotum, quæ, ut Leo dicit, ſine primatibus non oportet impleri. Et noli claudere aures cordis ad id quod ibidem diligentiſſime dicitur, Unuſquiſque, inquit, epiſcopus habeat ſuæ parochiæ poteſtatem, ut regat juxta reverentiam ſingulis competentem. Proinde cavere debueras ne conceſſa tibi tuæ parochiæ poteſtate contra hos ſacros canones abutereris, qui dicunt ut regat quis epiſcopus ſuam parochiam juxta reverentiam ſingulis competentem, & non ſubrigat, ſicut tu feciſti quantum ex te fuit, exitio juxta irreverentiam cunctis incompetentem: omnibus enim irreverentia quam exhibuiſti in tua parochia noſcitur eſſe incompetens, quæ ad omnium probatur pertinere exitium, cum de ſingulis, quanto magis de pluribus timendum Dominus dicat; *Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria collo ejus, & demergatur in profundum maris;* Matth. 18. Marc. 9. quia, ut beatus monſtrat Gregorius, ad ſanctitatis ſpeciem deducto, & verbo vel exemplo ceteros deſtruenti melius profecto fuerat, ut hunc ad mortem ſub exteriori habitu terrena acta conſtringerent, quam in ſacro officio poſitus ceteris mortem verbo vel opere propinaret: quia nimirum ſi ſolus caderet, utcumque hunc tolerabilior inferni pœna cruciaret. Quod mandaſti ut non te cogerem reſpondere in abſentia clericorum tuorum, demonſtraſti te non recte intelligere ſententiam canonum Carthaginenſis concilii, qua dicitur epiſcopus nullius cauſam audiat abſque præſentia clericorum ſuorum, licet jam tibi dixerim qualiter ſit intelligenda, & qua de re fuerit conſtituta. Quod autem mandaſti ut, ſicut mihi dominus apoſtolicus ſcriptis mandaverat, tibi licentiam Romam eundi impetrem, non mihi hoc dominus apoſtolicus mandavit: habeo enim illius epiſtolam ſalvam & incorruptam, in qua hoc quod mandaſti non continetur. Quod mandaſti quoniam in ſynodo nuper in Vermeria habita ſedem apoſtolicam appellaſti, manifeſtiſſime omnes illi epiſcopi amplius quam viginti qui adfuere in ſynodo regulariter te ſedem apoſtolicam non appellaſſe cognoſcunt. Quod mandaſti quia ſedem appellas apoſtolicam cum in judicio noſtro idem in epiſcopali judicio ſecundum ſacros canones ſedem apoſtolicam appellaveris, habemus ordinem rei qualiter inde agere debeamus. Ceterum nec tibi, nec cuiquam alii Romam ire quantum ex me eſt contradico. Data VIII. Kal. Jun. præſentis ſecundæ indictionis. Anno Christi 869

## IV.

*Hincmarus Rhemorum epiſcopus ac plebis Dei famulus, presbyteris, diaconibus ac reliquis eccleſiaſticis ordinibus in Laudunenſi eccleſia conſiſtentibus, ſalutem.*

Sicut petitio mihi a vobis per quoſdam comminiſtros veſtros vice omnium veſtrum data continet, frater & coepiſcopus noſter Hincmarus cauſa injuriarum ſuarum vos ab officio eccleſiaſtico, & omnem parochiam ſibi commiſſam a perceptione & communione vivificorum myſteriorum noſtræ redemptionis excommunicavit. Qua de re, ſicut a quibuſdam dicitur, plurimi ſine ſacri baptiſmatis regeneratione, & ſine ultima pœnitentia petita & non impetrata, atque ſine viatico munere obierunt. Cum Daniel propheta de dictis Domini teſtimonium contra inique judican-

[*Daniel 13.*] nicantes perhibeat dicens; *Innocentem & juſtum* A *non interficies*, id eſt quibus ligandi atque ſolvendi eſt a Deo conlata poteſtas, non de ſupercilio Phariſæorum adſumant ut vel damnent innocentes, vel ſolvere ſe noxios arbitrentur, cum apud Deum non ſententia ſacerdotum, ſed eorum vita quæratur. [*Levit. 14.*] Legimus in Levitico de leproſis ubi jubentur ut oſtendant ſe ſacerdotibus, & ſi lepram habuerint tunc a ſacerdote immundi fiant, non quod ſacerdotes leproſos faciant & immundos, ſed quod habeant notitiam leproſi & non leproſi, & poſſunt diſcernere qui mundus quive immundus ſit. Quomodo ergo ibi leproſum ſacerdos immundum facit, ſic & hic cui Dominus ligandi & ſolvendi poteſtatem dedit, alligat & ſolvit, videlicet epiſcopus & presbyter, B id eſt, non eos qui inſontes ſunt alliget, vel qui noxii ſolvat, ſed pro officio ſuo cum peccatorum ex veritate cognoverit varietates, ſciat qui ſecundum auctoritatem ligandus ſit, quive ſolvendus. Et ſanctus Gregorius epiſcopo Nicboteranæ civitatis pro quibuſdam culpis in pœnitentiam deputato de ejus eccleſia dicat valde eſſe durum, ut quouſque cauſa ipſius epiſcopi ſubtiliter requiratur, non habeat eccleſia illa presbyterum qui ſacrum illic opus valeat celebrare. Et ad Maximinianum archiepiſcopum Syracuſanum ſcribit, ut Venantii patritii, cujus homines in epiſcopium ejus inruerant, & diverſa hoſtili more mala commiſerant, & ob id ipſe & ſua domus ab eo excommunicati erant, ejuſdem Venantii C oblationes reciperet, & ipſi ac domui ejus miſſarum peragi myſteria permitteret, dicens, Quia ita terrena ad hoc debet utilitas, ut nullum nos jurgium a caritatis valeat connexione disjungere; & ita filius nos ſacerdotes oportet ſacerdotalem affectum impendere, ut in cauſis, prout ratio ſuffragatur, juriſdictionem eccleſiæ noſtræ debeamus minime præterire. Sed & communicantes Maximo epiſcopo a ſe excommunicato iſdem beatus Gregorius etiam non petentes abſolvit hoc modo: Quoſdam inquiens ad communicandum eidem prævaricatori violenter eſſe compreſſos: quoſdam autem veſtrum audivi ignorantia lapſos. Omnipotentem Dominum deprecor, ut eos qui huic pravitati minime conſenſerunt per- D petua gratiæ ſuæ protectione cuſtodiat, & optata eis largitate reſpondeat; & illos quos aut ſtudium, aut ignorantia, aut quælibet alia cauſa traxit in culpam, ab omni reatu peccatorum, atque ab omnibus vinculis alienæ obligationis abſolvat, omnibuſque & in præſenti vita protectionis ſuæ gratiam tribuat, & nos de vobis in æterna patria gaudere concedat. Quia vero iſdem frater ac coepiſcopus noſter his quæ ipſe commoverat benignitate principali, & meo ac fratrum & coepiſcoporum noſtrorum, quorumdam etiam aliorum Dei fidelium interventu prout rationabilius paci atque concordiæ convenire perſpeximus, non ſine magno labore ſopitis pro quibuſdam cauſis & redivivis contentionibus epiſ- E copali modeſtiæ inconvenientibus, ſua contumacia exigente, ut auditu comperi, juſſione domini noſtri regis interim a ſua eſt eccleſia ſeparatus, uſque dum epiſcoporum conſilio tractet qualiter ejus provincia corrigatur, metropolitana ſollicitudine veſtram commoneo dilectionem, ut quoniam illud nefandum vinculum præceptis evangelicis atque apoſtolicis contrarium, & decretis ſanctorum adverſum, quod viſus fuerat alligaſſe, ſicut jam vobis aliis litteris intimavi, ſecundum tramitem ſcripturarum, traditionemque majorum auctoritate ſedis metropolitanæ noſcitur diſſolutum devotis ſanctæ religionis excubiis mancipati orationum & ſacræ oblationis ac ceteris divinæ placationis ſtudiis invigilare curetis. Præpoſitus quoque ac decanus fratrum cuſtodiæ tam in ſpirituali ſollicitudine, quam in temporali adminiſtratione ſolerter curam adhibeant; Theſaurarius de luminaribus & de aliis omnibus, quæ ad eccleſiæ honeſtatem, utilitatem, atque ſalvationem, & ad ſuum miniſterium pertinent, providentiam gerat. Archipresbyteri autem totius parochiæ, ac presbyterorum ſibi commiſſorum diligentiam ſummopere habeant, & rectores ac rectrices monaſteriorum ipſius parochiæ ſedulo moneant, quatenus & in ſpiritalibus & in temporalibus ſubminiſtrationibus neceſſaria ſibi commiſſis exhibeant. Presbyteros vero aſſidue decertare hortentur, & faciant, ut vigilare ſuper greges ſibi commiſſos non negligant, ne ab eis flagitia perpetrentur, vel perpetrata ſine correctione eccleſiaſtica non remaneant. Ne parvuli ſine regenerationis ſacramento moriantur. Ne ſani homines abſque prædicatione & eccleſiaſtico miniſterio fiant. Ne infirmi ſine pœnitentia & reconciliatione, ac ſancti olei unctione & viatico munere de hoc ſæculo exeant. Ne mortui ſepeliendi officio, & pia commendatione ſecundum traditionem eccleſiaſticam aliquomodo careant. Et omnes tam ſubditi quam prælati humilitatem invicem inſinuantes, & per caritatem invicem ſervientes prælati ſubditos diligant, & verbo atque exemplo ſalubriter inſtruant, & ad viam ſalutis erudiendo & corrigendo dirigant: ſubditi prælatis ſinceræ dilectionis & humilitatis affectu in Domino obedire procurent, donec aut præfatus frater noſter, paſtor ſcilicet veſter reſpectu divino, & intelligentia principis vobis reſtituatur, aut fratrum & epiſcoporum noſtrorum conſilio ac conſenſu, atque ſalubri tractatu inveniam, & veſtræ in Domino unanimitati renuntiem qualiter & vobis decreto ſecundum ſacras regulas ſit agendum.

## V.

*Hincmarus Rhemorum epiſcopus Hincmaro dilecto fratri & venerabili coepiſcopo noſtro ſalutem.*

SIcut oblata mihi a clericis tuis petitione ſuſcepta jam non ſolum, ſed & ſecundo litteris per comminiſtros noſtros tibi directis mandavi, cauſa tuæ injuriæ contra ſcripturarum tramitem, traditionemque majorum in parochia exceſſiſti, & admonitus ut ea corrigeres, mihi reſponſum inde congruum non remandaſti: verum nec quando te coram domino noſtro rege, & quibuſdam confratribus, & coepiſcopis noſtris, verbis apoſtoli monui ut non negligeres gratiam Dei [*1. Tim. 1.*] quæ data eſt tibi per manuum mearum impoſitionem, mihi ad rem pertinentia reſpondiſti. Cogitans autem maturiori conſilio inde mihi reſpondere te velle qualiter ea de quibus te monueram correxiſti, cum ſecus tuam parochiam, & in vicinitate tibi commiſſæ eccleſiæ amplius quam per decem dies immoratus fueram, nullum mihi reddidiſti reſponſum. Nunc vero quia ſicut mihi dominus rex litteris ſuis mandavit, & te audiſſe jam credo pro utilitate ſanctæ eccleſiæ, & pace populi Chriſtiani una cum eo in longiores partes a parochiis noſtris pergemus, pro loci mei ſollicitudine commonere te dignum duxi, ut & ea de quibus tibi ſcripſeram, & ſi qua ſunt alia in parochia tua perpere geſta, regulis ſacris concordans debitam ſatisfactionem exhibere, atque ad tramitem

tem

tem Deo placitum ſtude reducere. Quatenus inordinata quæque in ea non remaneant; & ne quid contra diſciplinam eccleſiaſticam de cetero ibidem fiat, quibus valueris modis ſatagere cura: attendens quod nos omnes monet apoſtolus; *Tentatio*, inquiens, *vos non adprehendat niſi humana*: humanum quippe eſt tentari, ſed dæmonicum eſt a tentatione ſuperari, & ad correctionis ſatisfactionem pedem operis non revocare. Igitur juxta ejuſdem beati apoſtoli monita *ſollicite cura teipſum probabilem exhibere Deo operarium inconfuſibilem, recte tractantem verbum veritatis; vigila, in omnibus labora, opus fac evangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſectare juſtitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, manſuetudinem: certa bonum certamen fidei: adprehende vitam æternam in qua vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus*. Data x. Kal. Septemb. præſentis ſecundæ indictionis.

2. Tim. 2.

1. Cor. 10.

## VI.

*Hincmarus Rhemorum epiſcopus Hincmaro Laudunenſi epiſcopo.*

EA quæ mihi pridie per manus Vvanilonis venerabilis archiepiſcopi ex epiſtolis apoſtolicæ ſedis pontificum aliis prætermiſſis de ſacris regulis quibus ſancta moderatur eccleſia, priuſquam formareris in utero novi, & antequam exires de vulva, in earumdem quas habeo epiſtolarum integritate, non, ut dicitur, uſus peſſimo præceptore me ipſo, ſed eorum traditione qui gratia ſancti Spiritus inluminati reſplenduerunt, percepi, qualiter ſicut & in authenticis ſcripturis plura inveniuntur, quæ a quibuſdam diſſona eſſe videntur, contraria ſibi invicem non habeantur, veluti per ſingula ſi tempus eſſet ac otium, & audire dignareris, ex eiſdem & aliis ſacris regulis poſſem oſtendere, de quibus pauca numero, ſed magna merito, & auctoritatis pondere omiſſa penitus a te qui vidiſti, ſed non perſpicue illa quæ voluiſti, & non vidiſti quæ noluiſti, vel neque vidiſti, quæque videre debuiſti. Sed quoniam cum intentione tua non faciunt, nec digito movere ſuſtinuiſti. Ingeram ergo illa tibi, ut ſcias per ea quæ congeſſiſti, intentionis tuæ affectum te non poſſe perducere ad effectum: decernit enim contra tuam intentionem myſtica & ſancta Nicæna ſynodus, quoniam ſollicitudo omnium eccleſiarum pertinet ad primæ & ſanctæ Romanæ ſedis pontificem, ut Alexandrinus epiſcopus omnium ſibi commiſſorum habeat poteſtatem; ſimiliter & apud Antiochiam ceteraſque provincias ſuis privilegia illis ſervantur eccleſiis: de quibus autem eccleſiis dicat, & quæ, ac qualiter privilegia illis ſervari debeant, Antiochenum demonſtrat concilium; Per ſingulas inquiens regiones epiſcopos convenit noſſe metropolitanum epiſcopum ſollicitudinem totius provinciæ gerere; propter quod ad metropolim omnes undique qui negotia videntur habere, concurrant. Et notis quibuſdam interpoſitis; Amplius autem nihil agere tentet quiſ provincialis epiſcopus præter antiſtitem metropolitanum, nec metropolitanus ceterorum ſine gerat conſilio ſacerdotum. Et Africanum concilium; Decreta, inquit, Nicæna ſive inferioris gradus clericos, ſive epiſcopos ipſos ſuis metropolitanis apertiſſime commiſerunt, & reliqua. Et S. Innocentius dicit; Si quæ cauſæ vel contentiones inter clericos, tam ſuperioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, ut ſecundum ſynodum Nicænam congregatis ejuſdem provinciæ epiſcopis jurgium ter-

A minetur, & reliqua. Et S. Bonifacius ſcribit; Convenit nos paternarum ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes: nulli etenim videtur incognita ſynodi conſtitutio Nicenæ quæ ita præcipit, ut eadem proprie verba ponamus; Per unamquamque provinciam jus metropolitanos ſingulos habere debere, nec cuiquam duas eſſe ſubjectas. Quod illi, quia aliter credendum non eſt, ſervandum ſancto Spiritu ſuggerente ſibimet cenſuerunt. Et paulo poſt: Quod idcirco dicimus ut advertat charitas tua adeo nos canonum præcepta ſervare, ut ita conſtitutio quoque noſtra diffiniat quatenus metropolitani ſui unaquæque provincia in omnibus rebus ordinationem ſemper expectet. Et S. Cæleſtinus; Juxta decreta canonum unaquæque pro-

B vincia metropolitano ſuo contenta ſit, ut deceſſoris noſtri data ad Narbonenſem epiſcopum continent conſtituta. Nec uſurpationis locus alicui ſacerdoti in alterius concedatur injuria: ſit conceſſis ſibi contentus unuſquiſque limitibus, alter in alterius provincia nihil præſumat. Et Leo; Secundum ſanctorum patrum canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos, metropolitanos ſingularum provinciarum epiſcopos jus traditæ ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus. De quibus canonibus idem ſanctus Leo apoſtolicæ ſedis pontifex non ignorans quæ ſui deceſſores ac prædeceſſores ſcripſerunt, ad Anatolium dicit; Illa, inquiens, Nicænorum canonum per ſanctum vere Spiritum or-

C dinata conditio in nulla eſt parte ſolubilis, nulla ſibimet de multiplicatione congregationis ſynodalia concilia blandiantur. Neque trecentis illis decem atque octo epiſcopis quantumlibet copioſior numerus ſacerdotum vel comparare ſe audeat vel præferre, cum tanto divinitus privilegio Nicæna ſit ſynodus conſtituta, ut ſive per pauciores ſive per plures eccleſiaſtica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate ſit vacuum quicquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum. Et ad Maximum Antiochenum epiſcopum: Etſi diverſa nonnumquam ſunt merita præſulum, tamen jura permanent ſedium, quibus præſunt. Æmuli perturbationem aliquam fortaſſis inferre, non tamen poſſunt minuere dignitatem: quantumlibet enim amplior numerus

D ſacerdotum aliquid per quorumdam ſubreptionem decernat, quod illis trecentorum decem & octo epiſcoporum conſtitutionibus invenitur adverſum, juſtitiæ conſideratione caſſatur. Et ad Theodorum Forojulienſem epiſcopum dicit: Sollicitudinis quidem tuæ is ordo eſſe debuerat, ut cum metropolitano tuo de eo quod quærendum videbatur eſſe conferres, ac ſi id quod ignorabat dilectio tua etiam ipſe neſciret, inſtrui vos pariter poſceretis, quia in cauſis quæ ad generalem obſervantiam pertinent omnium Domini ſacerdotum, nihil ſine primatibus oportet impleri. Et Hilarus papa; Illud etiam non potuimus præterire, quod ſollicitudine diligentiore curandum eſt, ne præter metropolitanorum ſuorum litteras

E aliqui epiſcopi ad quamlibet provinciam audeant proficiſci, quod etiam in omni genere officii clericalis per ſingulas debet eccleſias cuſtodiri. Et S. Greg. ad Innocentium & ceteros epiſcopos; Hortamur, inquit, fraternitatem veſtram, ut ſi quemquam veſtrum pro cauſis propriis ubicumque longius compulerit ambulare neceſſitas, a metropolitano veſtro, ſecundum inditam a ſanctis patribus regulam petere licentiam debeatis, nec eum poſtponere in aliquo præſumatis, excepto ſi, quod non optamus, contra eumdem metropolitanum veſtrum vos habere aliquid cauſæ contingat, ut hoc ſedis apoſtolicæ judicium hi qui petere feſtinant,

nant, licentiam habeant. Quod ſcitis per canones etiam antiquorum patrum inſtitutione permiſſum; manifeſtum eſt enim de quibus canonibus, id eſt Sardicenſis concilii; ſicut & Innocentius ad Victoricium Rotomagenſem epiſcopum dicit. Et Gelaſius præfatis concordans exponendo pſalmi verſum dicit, *Deus in gradibus ejus cognoſcetur*. Psal. 47. Et item, *Diſtribuite domus ejus* quia eccleſiæ hic ordo proculdubio qui eccleſiaſticarum narratur in altitudine dignitatum, gradibus utique diſtributis nobis cognoſcibilem Deum fieri, & tribuit eſſe rectorem. Quod Leo ad Anaſtaſium evidenter exponit; Etſi ordo inquiens generalis eſt omnibus ſacerdotibus, non tamen communis eſt dignitas omnibus. Quia & inter beatiſſimos apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cum omnium par eſſet electio, uni tamen datum eſt ut ceteris præemineret. De qua forma epiſcoporum quoque eſt orta diſtinctio, & magna ordinatione proviſum eſt ne omnes ſibi omnia vindicarent, ſed eſſent in ſingulis provinciis ſinguli quorum inter fratres haberetur prima ſententia. Et paulo poſt: Qui ergo ſcit ſe quibuſdam præpoſitum non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam quam exigit etiam ipſe dependat. Et Africanum concilium decrevit ut epiſcopus a primate ſuo vocatus ad ſynodum competenter occurrat: quod ſi non potuerit occurrere, niſi rationem impedimenti ſui apud ſuum primatem reddiderit, eccleſiæ ſuæ communione debere eſſe contentum; & qui non fuerit concors circa metropolitanam eccleſiam, & circa ſacerdotale conſortium, ſed inflatus, & ab hoc conſortio ſeparatus putat propriæ plebi incubandum, & nonnunquam conventus ad concilium venire detractat, circa hunc non tantum diœceſim non eſſe ſervandam, verum & de propria eccleſia, quæ illi male faverit, omnimodo admittendum ut etiam auctoritate publica rejiciatur, atque ab ipſa principali cathedra removeatur. Et ſi accuſatus, juxta Carthaginenſe concilium ad rationem reddendam venire refugerit, & excommunicatus a primate ſuo extiterit, tempore quo non communicat, nec in ſua eccleſia, vel parochia communicet. Percurre, frater, ſacra concilia canonum, & decreta Romanorum pontificum, & a Siricio & in reliquum, ita ut præmiſſum eſt, invenies fuiſſe decretum ac conſervatum, & corrige illorum ſenſibus ſenſum tuum, & dirige ad eorum doctrinam & præceptionem intentionem tuam. Et ſic intellige ſacras regulas ſicut illi eas intellexerunt; Quia poteſt fieri ut ego & tu in multis erremus: non debet autem credi, vel etiam ſuſpicari, ut ipſi erraverint. Quapropter velis nolis hæc ſtatuta inconvulſa manebunt, a quibus ſi, quod abſit, aliquis pertinaciter deviaverit non inter catholicos computabitur, ſed cum ſchiſmaticis condemnabitur, quia, ut Hilarus papa dicit; Non minus in ſanctarum traditionum delinquitur ſanctiones, quam in ipſius Domini injuria proſilitur. Et ſicut in decretis apoſtolicæ ſedis ſcriptum eſt, quiſquis ſchiſmatico aſſenſerit, ſchiſmaticus eſſe negari non poterit. Quod etſi omnes ſacerdotes & mundus aſſentiat, damnatio conſentientes involvit, non prævaricationem conſenſus abſolvit; non enim crimen minuitur, ſed accreſcit, cum generale fit ex privato: hoc enim Deus omnium indicavit qui peccantem mundum generali diluvio interemit.

## VII.

*Hincmarus Rhemorum epiſcopus dilecto fratri & coepiſcopo noſtro Hincmaro ſalutem.*

HOmines de villa quæ vocatur Follanæbrayus, metropolis eccleſiæ Rhemorum indignitati meæ commiſſæ, in tua parochia conſiſtente ad me reclamaverunt quia in eccleſia ad quam a longo tempore meorum & tuorum prædeceſſorum ſua vota & decimas ipſi & ſui prædeceſſores contulerunt, & ibi obſequium ſacerdotalis officii habuerunt uſque ad præſentis anni DCCCLXX. tertiæ indictionis prid. Non. Febr. nempe nec miſſam audire, nec in tempore neceſſitatis, ſicut ſacræ regulæ præfigunt, eorum infantes baptiſmum accipere, nec etiam obeuntes confeſſione & viatici muneris reconciliatione ſalvari poſſint: dicunt enim quia ex quo memorari ab his qui in carne ſunt poteſt, quoniam ipſa eccleſia per ſe fuit ſemper, & nulli alteri eccleſiæ fuit ſubjecta. Nam tempore Tilpini Rhemorum archiepiſcopi quando Rodulfus avus Parduli Laudunenſis epiſcopi ipſam villam in beneficio habuit, fuit in præfata eccleſia Ferterus presbyter. Poſt obitum Ferteri fuit in ipſa eccleſia Dodo presbyter, quando Odelherus filius Rodulfi, pater Parduli epiſcopi ipſam villam in beneficio habuit. Poſt obitum Dodonis presbyteri fuit in ipſa eccleſia Agmeradus presbyter, quando Odelgiſus frater Parduli epiſcopi habuit ipſam villam in beneficio. Et iſti tres presbyteri fuerunt in ipſa eccleſia per ſucceſſiones tempore epiſcoporum Laudunenſis eccleſiæ, Genebaudi junioris, Berniconis & Gaufredi. Poſt obitum Agmeradi fuit in ea ordinatus Ottericus presbyter a Vvenilone Laudunenſi epiſcopo. Ipſe Ottericus dum ipſam eccleſiam teneret cantavit in Noviante, & in Landrica curte & in Broeris: titulum autem ipſius in quo & reſiduus erat, fuit in Follanæbrayo. In ipſo tempore fuit Nodalbertus presbyter in Codiciaco per annos viginti: obiit autem Vvenilo, & ſucceſſit Oſtroldus epiſcopus in eccleſia Laudunenſi. Obiit Nodalbertus presbyter de Codiciaco, & ſucceſſit ei Gozmarus presbyter qui de canonica Rhemenſi miſſus eſt ad eccleſiam in Codiciaco, & fuit ibi per annos circiter XXX. Obiit Oſtroldus & aliquamdiu vacavit epiſcopatus in Follanæbrayo, cum Odelharius beneficium illud habebat uſque ad meum tempus quo fui ordinatus epiſcopus poſt plures annos ordinationis Simeonis epiſcopi. Et quia jam Gozmarus officium presbyterale agere non poterat, conſenſit ut alter presbyter illi in eadem eccleſia ſuccederet, ſicque conſentiente Simeone epiſcopo miſſus eſt Haimeradus clericus Simeoni epiſcopo ad ordinandum in Codiciaco. Poſt obitum Simeonis epiſcopi in Laudunenſi eccleſia ſucceſſit Pardulus epiſcopus, cujus tempore obiit Ottericus presbyter de Follanæbrayo, qui per annos circiter ſexaginta in eadem eccleſia presbyter deguit. Poſt obitum Otterici venerunt homines de ipſa villa ante Pardulum epiſcopum reclamantes, quia non haberent presbyterum in ſua eccleſia: Pardulus autem epiſcopus cum meo conſenſu ſuggerente mihi Oſvero cui beneficium Odelharii filii Odelgiſi nepotis de fratre Parduli epiſcopi commiſeram, Vvlfegerum clericum in ipſa eccleſia ordinandum ſuſcepit: ante vero quam ipſe Vvlfegerus fuiſſet ordinatus, obiit Pardulus epiſcopus. Interea ante ordinationem tuam cantavit ibidem Haimeradus presbyter in Codiciaco ordinatus a Simeone epiſcopo, & reclamante ipſo Haimerado

do apud me & ante te quia ipſa eccleſia ſubjecta eſſe deberet eccleſiæ de Codiciaco, cum meo conſenſu miſiſti vicarios tuos Ivonem, Laidonem archidiaconum, Hedenulſum, Angelrannum decanum presbyterum, qui inquiſierunt inde rei veritatem, quique tibi renuntiaverunt quod tibi bene eſt notum, & ſicut in noſtris geſtis habemus, veracibus teſtibus, & evidentibus documentis invenerunt quod ipſa eccleſia de Follanæbrayo nunquam eccleſiæ in Codiciaco fuerit ſubjecta, ſed presbyterum ſemper habuerit. Inde ſicut ipſi homines dicunt per tuum conſenſum Bertfridus presbyter in eadem eccleſia, & in eccleſia tua apud Broeras per quinque annos cantavit, qui Bertfridus apud te ſe reclamavit quod Haimeradus ipſam capellam deſtructam haberet; & inde pallium unum, & caſulam unam, & ſebillam unam, & librum unum abſtulerit, &, ſicut homines ipſi dicunt, miſiſti miſſos tuos ad hanc cauſam inquirendam Hadulſum ſcilicet archidiaconem, Fainulſum & Angelrannum presbyteros, & ſicut ipſe Bertfridus dixerat invenerunt. Quapropter & ea quæ repetita fuerant Haimeradus ipſi eccleſiæ coram miſſis tuis reſtituit. In ipſa eccleſia, ut prædixi, idem Bertfridus per annos quinque per tuam licentiam miniſtravit, donec fama de eo vulgata abſceſſit. Deinde Sigebertus cui illud beneficium * de drame ſecundum antiquam conſuetudinem clericum petiit, qui in ipſa eccleſia a te ordinaretur, cui ſecundum conſuetudinem anteceſſorum meorum, & ſecundum regulas eccleſiaſticas ac ſynodalia capitula clericum de poteſtate eccleſiæ noſtræ ea conditione conceſſi, ut ſi tu illum probabilem judicares, ego illi libertatem eccleſiaſticam darem; & ſic demum tu illum regulariter ordinares. Qui clericus nomine Seminatus per quatuor annos te ſciente ipſam eccleſiam tenuit, & ſecundum paupertatem ſuam, ſicut ſimul ſæpe vidimus, & adhuc paret, bene in ea laboravit, & ad illius vicem uſque dum ad ordinationem * venire per annum & dimidium commendatione miniſtrorum tuorum, ſcilicet Hadulfi archidiaconi & Angelranni decani presbyteri, Grimo presbyter tuæ parochiæ in ipſa eccleſia cantavit: deinde ipſorum conſenſione Heimericus presbyter tuæ parochiæ per duos & dimidium annos ibidem officium ſacerdotale exhibuit, uſque, ut ſupra dixi, pridie Nonas proxime præcedentis Februar. quando prætato clerico interdicta eſt ipſa eccleſia; &, nunc inde quæſtio removetur, quaſi non debeat ſufficere ad ſopiendam omnem remotionem antiquitas, & tanta longitudo temporum & numeroſitas epiſcoporum, ac presbytororum, ſub quibus ipſa eccleſia per ſe nulli alteri eccleſiæ ſubjecta conſtitit, cum & leges publicæ tam apud Romanos, quam & apud noſtrates, ſed & canones, atque ſedis Romanæ pontificum decreta præfigunt, ut ultra xxx. annos nulli liceat pro eo appellare quod legum tempus excludit; quaſi etiam non debeant ſufficere tuæ per miniſtros tuos requiſitiones & diffinitiones, cum leges publicæ atque eccleſiaſticæ decernant, ut quæ legaliter ac regulariter diſtincta ſunt non evellantur neque removeantur: ſed & leges publicæ atque eccleſiaſticæ decretæ ſunt de his qui diffinita cauſa removere præſumunt. Poſtea vero quam ipſa eccleſia eidem clerico, ſicut quidam dixerunt, ſine tua commendatione interdicta eſt, miſſa ibidem celebrata non fuit, nec aliquis de ipſa villa in confeſſione, vel in communione, vel in baptizatione ſacerdotale obſequium habuit, & hac occaſione duo ibidem homines, ſicut ad me pervenit, ſine confeſſione & communionis reconcilia-

A tione fuerunt mortui, quorum unus Erleherus, & alter Giſlehardus vocabantur; nam ipſa eccleſia habet unde bene per ſe poteſt conſiſtere; & hoc inter cetera habetur indicium, quoniam a longo tempore per ſe conſtitit, quia etiam terras habet, quas Ottericus presbyter in ea ordinatus comparavit, & ſecundum regulas eccleſiaſticas moriens ibidem reliquit, & presbyteri qui per tanta tempora in ea fuerunt bene inde ſe conduxerunt. Propterea frater moneo dilectionem tuam, ut depoſita omni contra regulas irrationabili animoſitate, nolis contra ſalutem & miniſterium tuum de eadem eccleſia agere, pro eo quod ex mihi commiſſa eccleſia & beneficio Sigeberti mihi fidelis, viri ſororis tuæ, probatur exiſtere,

B contra quos indebite es commotus. Præſertim cum neminem paſtoris fungentem officio latere debeat, quia in exequendo divino myſterio ſicut nullius gratia ad indebita provocari, ita & debita nullius odio, vel privati ſtudii zelo debeat retardare ſive pervertere: ſcimus enim quia regulæ Aurelianenſis concilii dicunt, quæ tempore Kludouvici regis, quem ſanctus Rhemigius cum Francorum millibus baptizavit, decretæ fuerunt, ut omnes baſilicæ quæ per diverſa conſtructæ ſunt, vel quotidie conſtruuntur ſecundum priorum canonum regulam in ejus epiſcopi in cujus territorio poſitæ ſunt, poteſtate conſiſtant. Et Toletanum concilium dicit, ut dotes eccleſiarum, & omnia ſecundum conſtitutionem antiquam ad epiſcopi ordinationem & poteſtatem pertineant, ſcilicet, ut Antiochenum concilium dicit, regat juxta reverentiam ſin-

C gulis competentem, & * prudentiam gerat omnis poſſeſſionis quæ ſub ejus eſt poteſtate: ita ut presbyteros & diaconos ordinet, & ſingula ſuo judicio comprehendat. Sed antequam regulæ tempore Kludouvici regis in ſynodo Aurelianenſi fuerint conſtitutæ, antiquiores non refragatæ Arauſici concilii regulæ ſtatuerunt, ut ſi quis epiſcoporum in alienæ civitatis territorio eccleſiam ædificare diſponit, vel pro fundi ſui, aut eccleſiaſtici, vel pro quacumque ſuorum opportunitate, permiſſa licentia ædificandi, quia prohiberi hoc voto nefas eſt, non præſumat dedicationem, quæ illi omnimodis reſervatur in cujus territorio eccleſia ad-

D ſurgit, & reſervata ædificatori ſuo hac gratia, ut quos deſiderat clericos in re ſua videre ipſos ordinet in cujus territorio eſt, vel ſi ordinati jam ſunt, ipſos habere adquieſcat, & omnis eccleſiæ ipſius gubernatio ad eum in cujus civitatis territorio eccleſia ſurrexerit pertinebit. Et hac auctoritate a temporibus ſancti Remigii ſemper prædeceſſores mei in temporibus prædeceſſorum tuorum in eccleſiis ad Codiciacam villam Laudunenſis parochiæ, ſed & ad Juliacam villam in parochia Sueſſonica cum conſenſu ipſarum civitatum epiſcoporum ordinatos miſerunt presbyteros. Unde & ego in Codiciaco, & in Juliaco inveni. Sed quia mihi pro honore coepiſcoporum noſtrorum ipſarum ſedium complacuit, ut illis decedentibus

E clericos ordinandos in eiſdem eccleſiis epiſcopis propriarum parochiarum dirigerem cum libertate eccleſiaſtica & litteris meis ordinandos presbyteros in præfatis eccleſiis miſi: & Simeon, ut prædixi, miſſum a me ſibi Heimeradum ordinavit presbyterum, & domnus Rothadus meæ miſſioni non reſultans, jam in Juliaco duos a me ſibi miſſos clericos ordinavit presbyteros, & ego ipſi, ſed & aliis coepiſcopis noſtris in parochia noſtra eccleſias habentibus, eumdem honorem ſicut & prædeceſſores mei illorum prædeceſſoribus fecerunt, conſervo. Et rectum eſt ut tu antiquæ auctoritati & conſuetudini tuæ metropoli a tuis prædeceſ-

* de die a me &c.

* Pro, venerit H.

* Pro, providentiam H.

ſoribus conſervatæ non deroges: Præſertim cum ſit conſtitutum in primo libro capitulorum ſynodalium tempore Auguſtorum noſtrorum a noſtris majoribus conſervatorum, ut ſine auctoritate, vel conſenſu epiſcoporum presbyteri in quibuslibet eccleſiis conſtituantur, nec expellantur; & ſi laici clericos probabilis vitæ, & doctrinæ epiſcopis conſecrandos, ſuiſque in eccleſiis conſtituendos obtulerint, nulla qualibet occaſione eos rejiciant; & exinde nuper in placito domni noſtri regis Karoli apud Piſtas conſtitutum eſt quod & tua conſenſione firmaſti capitulum, quo dicitur ut ſi abbates, vel abbatiſſæ, aut comites, ſeu vaſſi noſtri, aut ceteri laici clericos probabilis vitæ & doctrinæ epiſcopis canonice conſecrandos, ſuiſque in eccleſiis conſtituendos obtulerint, nulla qualibet occaſione eos epiſcopi vel miniſtri eorum rejiciant. Propterea ſi ipſe clericus criminoſus non eſt, & docibilis eſt, quod etiam in epiſcopo canones ſacri requirunt, quoniam a nobis tibi ordinandus offertur, non debes illum ab ordinatione in eccleſia ipſa rejicere, cui per tanta tempora eamdem eccleſiam conſenſiſti: cum ſanctus Innocentius in decretis ſuis ad Martianum Naiſitanum epiſcopum de quibuſdam presbyteris qui in parochia illius aliquamdiu tenuerunt eccleſias, ſed quadam occaſione communionem illius mereri non poterant, dicat; Frater, inquiens, cariſſime, ſi eorum aſſertio fidem recipit veri, ſuſcipiendos eſſe ambigere non debes, quod tamdiu eccleſias ſibi creditas paſſus es retinere. Et ſi eumdem clericum in eadem eccleſia vis ordinare, ſcribe mihi ſecundum morem, & ego illi libertatem eccleſiaſticam dabo. Si autem ipſe clericus cui per tanta tempora ipſam eccleſiam in Follanæbrayo habere, & in ea laborare conſenſiſti, non placet, & per rationem, aut pro crimine, aut pro indocibilitate illum rejeceris, quem contra regulas ſine mea licentia, & ſine libertate canonica ordinaſti, oſtende, & alterum inveniemus; tantum ut præfata auctoritas regularum, & antiqua conſuetudo de ipſa eccleſia nobis a te conſervetur, ſicut temporibus prædeceſſorum & deceſſorum tuorum Genebaudi, Berniconis, Gairfredi, Vvanilonis, Oſtroldi; & quando epiſcopatus vacavit in Ailemaro, & tempore Simeonis, ac Parduli, ſed & tuo tempore uſque modo meis prædeceſſoribus ac deceſſoribus Tilpino, & quando poſt eum vacavit epiſcopatus, ſed & Vvlfario, Eboni, & quamdiu ipſum epiſcopatum tenuit Fulco, & poſt eum Noto, ſed & mihi jam per xxv. annos in Rhemorum ſede miniſtranti hactenus eſt conſervata amplius quam per centum annos, velut per veridicas chronicas computavi, & tibi poſſum oſtendere, cum conſtet legibus, & ſacris regulis cautum, quia ſicut nobis pro noſtro libitu non licet parochias ruſticanas antiquitus conſtitutas ſine ratione dividere; ita etiam non licet confundere. Quia vero ipſum clericum contra regulas ordinaſti, regulæ ſacræ demonſtrant dicentes; Admittuntur, inquit Leo in epiſtola ad univerſos epiſcopos per univerſas provincias conſtitutos, paſſim ad ordinem ſacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas ſuffragatur; & qui a dominis ſuis libertatem conſequi minime potuerunt, ad faſtigium ſacerdotii, tamquam ſervilis vilitas hunc honorem capiat, provehuntur, & probari Deo poſſe creditur, qui domino ſuo necdum probare ſe potuit. Duplex itaque in hac parte reatus eſt, quod & ſacrum miniſterium talis conſortii vilitate polluitur, & dominorum, quantum ad inlicitæ uſurpationis temeritatem pertinet, jura ſolvuntur. Ab his itaque, fratres cariſſimi, omnes veſtræ provinciæ abſtineant ſacerdotes, & non tantum ab his, ſed & ab aliis etiam, qui originali, aut alicui conditioni obligati ſunt, volumus temperari, niſi forte eorum petitio aut voluntas acceſſerit qui aliquid ſibi in eos vindicant poteſtatis: debet enim eſſe immunis ab aliis qui divinæ militiæ fuerit aggregandus, ut a caſtris dominicis quibus nomen ejus adſcribitur nullis neceſſitatis vinculis abſtrahatur. Et poſt decretam natalium honeſtatem moreſque ordinandorum deſcribens, hanc concluſionem ſubjungit. Hoc itaque admonitio noſtra denuntiat, quod ſi quis fratrum contra hæc conſtituta venire tentaverit, & prohibita fuerit auſus admittere, a ſuo ſe noverit officio ſubmovendum, nec communionis noſtræ futurum eſſe conſortem, qui ſocius eſſe noluit diſciplinæ. Sciendum vero eſt hic non vacare a diſcretione, ex rationis ſpecialitate *hæc* pronomen pluralis numeri, cum dicit; ſi quis fratrum contra hæc conſtituta venire tentaverit, & reliqua, ſicut ſecundum Domini dictum, *iota unum aut apex unus a lege non præterit*. Repetamus ſuperiora hujus epiſtolæ in qua dicit; Admittuntur paſſim ad ordinem ſacrum quibus nulla natalium dignitas ſuffragatur. Si inter ſacros ordines ordo acolythi non deputatur, de hoc noſtro clerico nomine * Senato a te acolytho ſine noſtra licentia, vel ſine eccleſiaſtica libertate ordinato nil repeto. Et quia, ut dicit Innocentius, obſervatio prior durior, poſterior, interveniente miſericordia inclinatior eſt, poſteriores canones dicunt, ut nullus ſervilibus, colonariiſque conditionibus obligatus juxta ſtatuta ſedis apoſtolicæ ad honores eccleſiaſticos admittatur, niſi prius aut teſtamento, aut per tabulas eum legitime conſtiterit abſolutum. Quæ ſi quis epiſcoporum ejus qui ordinatur conditionem ſciens tranſgredi per ordinationem inhibitam fortaſſe voluerit, anni ſpatio miſſas facere non præſumat. Hos autem Gallicanos canones, quibus ſæpe in tuis ſcriptis uteris, & per quos te reclamas, ſcio quia non abjicies, cum Antiochenum concilium quod apoſtolica ſedes, & univerſalis eccleſia recipit, dicat; perfectum concilium eſt ubi interfuerit metropolitanus antiſtes. Et Leo ad Maximum Antiochenum epiſcopum, Quicquid, inquit, propter ſpeciales cauſas ſynodalium conciliorum ad examen epiſcopale defertur, poteſt aliquam dijudicandi habere rationem, ſi nihil de eo eſt a ſanctis patribus apud Nicæam diffinitum. Sacri denique canones manumiſſiones in eccleſia fieri poſſe ab imperatoribus petierunt, quæ & ab eis conceſſa eſt, & a tempore ipſius conceſſionis regulæ, & * mox eccleſiaſticus hactenus eas ſervavit, & ſervat. Unde ſcriptum eſt in libro capitulorum ſynodalium primo, quæ tempore Auguſtorum noſtrorum Karoli & Hludouvici fuerunt condita capitula LV. Nullus, inquiunt, epiſcopus ſervum alterius ad clericatus officium ſine domini ſui voluntate promovere præſumat. Et hoc Gangrenſe concilium prohibet & capitulo LXXXII. ad locum; de eccleſiarum vero ſervis communi ſententia decretum eſt ut archiepiſcopi per ſingulas provincias conſtituti noſtram auctoritatem, ſuffraganei vero illorum exemplar illius penes ſe habeant. Et quandocumque de familia eccleſiæ utilis inventus aliquis ordinandus eſt, in ambone ipſa auctoritas eorum populo legatur, & coram ſacerdotibus, vel coram fidelibus laicis ante cornu altaris, ſicut in noſtra auctoritate continetur, remota qualibet calliditate, libertatem conſequatur: & tunc demum ad gradus eccleſiaſticos provehatur. Similiter quoque de his agendum eſt quos laici de familia eccleſiarum ad ſa-

Matth. 1.

* Qui ſeminatus ſupra. H.

* Pro, mor. H.

ſacros ordines promoveri voluerunt. Sed & de his quos præpoſiti canonicorum atque monachorum ordinandos expetierint, eadem forma ſervanda eſt. Oſtende igitur nobis iſtam manumiſſionem eccleſiaſticam de præfato clerico a te acolytho ordinato, & nihil repeto. Dictum eſt etiam mihi quod ter per tres presbyteros ipſum clericum ad tuam ſynodum vocari juſſiſti ut reddat rationem in tua ſynodo, cujus auctoritate eccleſiam in parochia tua accepit; unde tibi puto ſupra rationem reddidi, cujus auctoritate, & qua ratione prædictam eccleſiam in parochia ſua ſuſcepit, quam ei per tanta tempora habere conſenſiſti, ſicut plurimis eſt manifeſtum. Ipſe autem nullam rationem ſpoliatus contra rationem, & auctoritatem tibi inde in ſynodo regulariter reddere debet: ſi autem ideo illum vis in ſynodum tuam venire, quoniam Chalcedonenſes canones dicunt nullum abſolute ordinare debere presbyterum aut diaconum, nec quemlibet in gradu eccleſiaſtico, & reliqua, ut forte oblitus per illum dicas cujus ſuaſione illum contra regulas ordinaveris; quatenus ſi forte in ſynodo epiſcoporum inde compellatus fueris, habeas quid reſpondeas. Manda mihi, & ego illum quoniam noſtræ eccleſiæ eſt mancipium nulla libertate donatum, per meos miſſos tibi in ſynodum tuam tranſmittam, ut dicas quod beatus Leo ad Anatolium Conſtantinopolitanum epiſcopum ſcribit; quia ſicut in mala ſuaſione delinquitur, ita & in mala conſenſione peccatur. Retractes etiam quoniam ut ſupra oſtendi, illa quæ tempore anteceſſorum tuorum conſtiterant, & poſt mortem Otterici de eccleſia in Follanæbrayo præſumpta fuerunt per miniſtros tuos Ivonem, Luidonem, Angelrannum; itemque per Hadulfum, per Famulfum, per eumdem Angelrannum deſtruxiſti, & quæ ſtatuta fuerunt tempore anteceſſorum tuorum reædificaſti, quæque nunc iterum de ipſa eccleſia deſtructa ſunt, ſed & quæ prænotavi de regulis eccleſiaſticis & ſynodalibus capitulis tranſtuliſti. Sententiam beati Leonis ad Leonem Auguſtum depromptam parvi pendere nullo modo debes, quam in ſynodo apud Sueſſionis audiſti; & in illo libro quem tibi dedi ipſe legere potes. Si inquit quæ deſtruxiſti hæc ædifico, prævaricatorem me conſtituo, & eis me ultionum conditionibus ſubdo, quas non ſolum auctoritas beatæ memoriæ principis Martiani, ſed etiam ego mea conſenſione firmavi; & ſicut presbytero noſtro parochiæ ad te miſſo reſpondiſti, quia ſicut tibi fecimus in noſtra parochia de tua eccleſia, ita & tu nobis facies de noſtra eccleſia in tua parochia non ſolum non conſentio, verum & hortor ut facias, ſcilicet ut inquiras diligenter ſub veritatis teſtificatione in ſuo ſacerdotio per Angelrannum, per Grimonem, per Fraumarum presbyteros, ſed & per ipſum Haimeradum quod de ipſa eccleſia teſtificatus eſt Pardulus deceſſor tuus coram ipſis ante obitum ſuum. Sed & per alios presbyteros, & vicinos ac idoneos laicos in ipſa villa commanentes, & circummanentes legaliter require, quod inde ex veritate cognoſcunt de his quæ præſcripſi, & ſicut epiſcopus cum veritatem inveneris inde juſtum judicium judica, velut & ego coram miſſis tuis de capella epiſcopii tui in parochia noſtra legaliter & regulariter inquiſivi, & ſecundum leges & ſacros canones ac decreta ſedis Romanæ pontificum diffinivi, ſicut tibi ſcripto veritate & auctoritate ſubnixo oſtendam loco & tempore opportuno, ſi neceſſitas fuerit. Nam plures eccleſiæ ſunt in mea parochia de epiſcopio Laudunenſi de quibus non tibi nec alicui tuorum ullum præjudicium intuli, neque inferre vo-



lo, quia non debeo; & quia ex capella de qua mandaſti tuæ intentioni non annui, ratio mihi & auctoritas contradixit. Quod autem a quibuſ- * Forte deeſt dicitur. H.
dam tuorum * quod ipſa capella antiquior ſit quam eccleſia in Viviniaca villa, etiamſi verum foret, tunc illi antiquitas ſua ſuffragium adferret, ſi in antiquitate ſua uſque ad tempora moderna ſicut eccleſia in Follanæbrayo manſit, perſtiteret: nam Atrabatis, Viromandis, & Bononia ex cujus territorio es nativus, antiquiores ſedes cum epiſcopis propriis in Rhemorum provincia extiterunt quam caſtrum montis Lauduni inter ſedes computaretur in quo es ordinatus epiſcopus. Sed quoniam a longo tempore certis eventuum ac neceſſitatum cauſis accidentibus illæ aliis ſubjectæ civitatibus ſuum privilegium perdiderunt quod non recuperant, & caſtrum montis Lauduni convaluit, quia ſecundum leges, ac ſacros canones atque decreta ſedis Romanæ pontificum * pro id * Locus obſcurus.
appellare, idque refragari non licet quod legum tempus excludit. De decimis ſiquidem eccleſiæ epiſcopii Laudunenſis, parochiæ vero meæ in Antenaco ex domini regis in dominicatu ordinationi meæ commiſſæ, non ſolum mihi & presbytero cui eam ad diſpenſandum commendavi, verum & domno regi contra leges & canones tuo tempore, quod ante actum non fuerat, magnum præjudicium eſt a miniſtris tuis inlatum, quod propter pacis caritatiſque cuſtodiam hactenus patienter ſuſtinui: unde potes advertere quia tibi de illa capella juſtitiam non negarem, ſi ipſa juſtitia tuis votis concurreret. Propterea frater pro loci mei officio de præfata eccleſia juxta antiquam conſuetudinem, ratione, veritate atque auctoritate ſubnixam, ut præmiſi, exequi te re- * Forte, quod. H.
gulariter moneo, * quo benigno animo te ſuſci- * Forte. Quod. H.
pere & implere exopto. * Quid facies ſi B. Leonis præceptionem cordis aure obaudire curaveris; qui ſcit, inquit, ſe quibuſdam præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam quam exigit etiam ipſe dependat. Et quia non impune quis a ſacris regulis deviare, & debitæ obedientiæ valeat obviare, ſcientiæ tuæ appone verba beati Gregorii, quibus ad Petrum Romanæ eccleſiæ ſubdiaconem, & patrimonii ma- Lib. I. ep. 41.
gni Petri in Sicilia ſervantem dicit; De his inquiens, quæ tibi pro ſervanda juſtitia ſcribo, ego abſolvor. Et tu ſi negligis, obligaris: terribilem judicem venientem conſidera, & de adventu illius nunc tua conſideratio contremiſcat, ne tunc ſine cauſa jam timeat, cum coram illo cælum & terra tremuerit. Audiſti quod volo. Vide quid agas. Datum V. Kal. Maii præſentis tertiæ indi- Anno 870.
ctionis.

## VIII.

*Hincmarus Rhemorum epiſcopus Hincmaro Laudunenſi epiſcopo ſalutem, quæ eſt in Chriſto Jeſu domino noſtro.*

QUod erga me volens diſſolvere illa quæ tibi ſcribo per jactantiam reſcribendo agis ſingulatim, ſed non ſingulis, cauſa mihi non incerta quibuſdam prætermiſſis, reſpondere me pro loci mei officio, ne tibi ſapiens eſſe videaris, ad ſingula contumaci inobedientiæ, & inobedienti pervivaciæ tuæ exigis, qui laboras ut ſuperior in cunctis appareas & victor exiſtas, metropolitano privilegio nomine tantum ironice per antiphraſim inhonorando inſalutes, & cum inhonoratione contumelioſa inobediendo reſultes, mihique os adeo obtures, ut de his pro quibus ad me, cui per ſa-

cros canones divino judicio commiſſa eſt provinciæ totius, in qua es ordinatus epiſcopus, ſollicitudo, qui negotia videntur habere concurrant, te non audeam commonere, neque præſumam de his quæ ex te reprehenſibiles ad me perveniunt redarguere, quin etiam nec tuis ſcriptis, vel verbis in aliquo reſpondere, & ut totum brevi perſtringam cingulo, timeam quod diſpliceat tibi mutire. Sed ejuſmodi non es ſapientiæ & ſcientiæ atque religionis, ſeu loci epiſcopus, ut hæc valeas obtinere. Qui ſi veraciter ſapiens & religioſus fores, talia obtinere non attentares; & quoniam veritate, ratione, & auctoritate non potes, anxiaris, æſtuas, & anhelas, ut quoquomodo & per veriſimilia, & quaſi auctoritati, & rationi convenientia mihi poſſis reſiſtere, meque poſſis comprimere atque revincere. Unde & recte dicta ſtudes prave ad ſenſum tuum inflectere, & ea a ſuo ſenſu quantum ex te eſt cogis peregrinari. Et hoc pernicioſum certamen ſine ulla neceſſitate contra me aſſumpſiſti, & ſine ulla utilitate in eo ſatagis laborare, cum nihil aliud a te requiram, (Deut. 26.) niſi ut ſcriptum eſt, *timeas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & obedias ejus imperio*; & ſicut (Heb. 12.) epiſcopus, quod omni convenit Chriſtiano, *pacem ſequaris & ſanctimoniam ſine qua nemo videbit Deum*, & loci tui contentus modeſtia te altiora ne quæras, & ut frater ac filius cariſſimus agas, quatenus nos invicem recognoſcamus, ne antiquus hoſtis per ſcandalum duos movens, per nequiſſimam victoriam multos quæ non convenerant loqui faciat: ego enim ut aperte indicem qui per elationem a te nihil requiro quæ mihi de canonibus ſuppetunt, de quibus tibi ad recognoſcentiam, & reſipiſcentiam tuam jam ſæpius ſcripſi, tacere potuiſſem, ſi ea quæ familiari ſermone monerem cum caritate & humilitate ſuſciperes. Ceterum, ut beatus Gregorius ad Joannem Conſtantinopolitanum epiſcopum dicit, rixam inferre non volo, ſed tamen a te venientem non devito, quia non valeo, nec etiam audeo pro loci mei officio: cum quaſi me pulſando, egregius prædicator dicat, (2. Tim. 4.) *argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina*: Si enim, ut veraciter fatear, utinam non ad condemnationem meam, metropolitanus tuus judicio Dei non forem, & tu provincialis epiſcopus metropoli, cui diſponente Deo deſervio, ſubjectus & a me ordinatus non eſſes, ſed in alia provincia alterius ordinatus exiſteres, & talia de te audirem, ſicut audire cœpi, ex quo poſt concupiſcentias ſæculi, & elationem cordis tu ire cœpiſti, & verbis, & ſcriptis te caritatis affectu monerem, & ſi non obaudirer, apoſtolicam ſequens juſſionem, qui de eo præcipit qui ſemel & ſecundo commonitus non convertitur, nec obaudit, te devitarem: nunc autem quia non ſolum ſapientibus & inſipientibus, ſed etiam provinciæ Rhemorum epiſcopis meis, ſcilicet melioribus & ſapientioribus atque religioſioribus, debitor ſum, locum effugiendi invenire non valeo, ut te opportune importune non moneam, cum prædicator (Act. 20.) fortiſſimus dicat; *Mundus ſum a ſanguine omnium; non enim ſubterfugi quominus adnuntiarem omne conſilium Dei vobis*, ſi enim non adnuntiaſſet, mundus a ſanguine non eſſet; ſed quibus omne conſilium Dei adnuntiare ſtuduit, ab eorum ſanguine mundus fuit. In qua voce & ego peccator convenior, ego inſipiens ut te moneam & arguam. Et quando neceſſitas exigit, increpem, valde conſtringor, ego reus eſſe oſtendor, qui metropolitanus epiſcopus vocor, qui ſuper ea mala quæ propria habeo, alienas quoque mortes addo, qui tot occido, ut timeo, quot ad mortem ire quotidie tepidus & tacens video, dicente Domino per prophetam de uno pereunte; *Sanguinem ejus de manu tua requiram*, quanto magis de multis? (Ezech. 33.) Et etiam de his per quos multi debent ſalvari, mihi hæc terribilis invectio incutitur, qui ad ſpeculandum, & etiam epiſcopis, peccatis mei exigentibus, Dei judicio prælatus. Qua de re & archiepiſcopus, unde non lætor, ſed revereor, ſum vocatus, qui reatu de morte animarum ſubjectorum conſtringor, quæ forte potuiſſent ſemper vivere ſi verba meæ correptionis audirent. Sanguis ergo morientis de manu ſpeculatoris requiritur, quia peccatum ſubditi culpæ præpoſiti ſi tacuerit reputatur. Eſt ergo, ut beatus Gregorius dicit, quod mihi eſt faciendum, ut etiam moriente ſubdito me liberum reddam, ſurgam, invigilem, malis actibus contradicam, ſicut ſcriptum eſt: *Diſcurre, feſtina*, (Prov. 6.) *ſuſcita amicum tuum, ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ*. Et ſi adhuc, ut cœpiſti, in reſiſtendo perſiſtis, audiam quid loquatur in me, & ad me de reſiſtentibus Dominus Deus. *Ecce inquiens dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum*, (Ezech. 3.) *& frontem tuam duriorem frontibus eorum, ut adamantem, & ut ſilicem dedi faciem tum*, ſcilicet ut ſive ab auditoribus conculcer atque deſpiciar, nec per delatum honorem refrænetur lingua ex verecundia, nec per deſpectum taceat ex infirmitate. Unde iterum mihi dici exaudio, *Ne timeas eos, neque metuas a facie eorum, quia domus exaſperans eſt*. (Ezech. 2.) Itaque increpandus eſt frater & nunquam timendus qui eſt exaſperans domus. Propterea de eo quod jam tertio in præfatione tuarum litterarum mihi ſcribens mandaſti debitam in Domino devotionem, quam non ſubſequeris proſequendo debitam, & in Domino devotionem tibi reſcribo, quia quantum ſpectat ad humanos carnis oculos, debitam devotionem mihi non monſtras: quantum vero ſpectat ad mentis humanos oculos, in Domino devotionem non exhibes. Quantum autem in divinis oculis ſuperno conſilio timeo trutinari, debitam devotionem mihi rependis, qui me tuis operibus, non adeo ut deſideraveram laudabilibus, & tuis contradictionibus, & duriſſimis ac contra caritatem, quæ Deus eſt, reſponſionibus & impactionibus indebitis indeſinenter excrucias. Sed utinam mihi contingat quod in evangelio voce Abrahæ de Lazaro per flagella (Luc. 16.) expurgato a malis ſuis diviti ardenti reſponſum audimus. Recepit Lazarus ſimiliter mala pro malis in vita ſua; ſicut & dives bona pro bonis in vita ſua. Et ſic opto mihi per te fieri, ut ſi per improvidentiam Deum in aliquo ex te offendi, qui in multis eum offendiſſe & offendere humili & contrito corde confiteor, recipiam ex te per te purgationem in vita mea, ne inde crucier in vita futura, qui, ut dixi, per improvidentiam, non autem per malivolentiæ conſcientiam, tantorum gemitus qui ſub manu tua, ut a multis dicitur, ſicut revera ſub faſce graviſſimo gemunt, in provectione tua excitavi, quotidie emitti ad Dominum; & proinde quotidiano, immo continuo timore & dolore conſtrictus non ſolum gemo, ſed & eis congemiſcens Deo cujus permiſſionis judicio a te ſcandalizatus, & mente excruciatus verbis viri flagellis attriti corde contribulato dico, *qui cœpit ipſe me conterat*, (Job. 6.) *ſolvat manum ſuam & ſuccidat me, & hæc ſit mihi conſolatio ut affligens me dolore non parcat, nec contradicam ſermonibus ſancti*: vellem enim ſi illi placeret, ut flagellis dignum me per alium quam per te flagellaret, ſed quia ita ſibi placet cui bona cuncta placent, verbis ſuis eum conveniam qui

(Matth. 26.) ex affectu noſtræ humanitatis patri dignatus eſt dicere: *Pater ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte; verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis*. Et item: ſpiritu ſuo de eo qui ejus eſſe videbatur, (Pſal. 54.) prædixit; *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſupportaſſem utique: tu vero homo unanimis dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos in domo Dei ambulavimus cum conſenſu*, *Homo* ſcilicet *pacis meæ in quo ſperabam, qui edebat panes meos, levavit contra me calcaneum ſuum*: ac ſi aperte diceret, quod tanto gravius pertuli, quanto hæc ab eo qui meus eſſe videbatur ſenſi: ſed licet hinc erga me pietas cor tuum non tangat, timor tamen illud debet compungere, quia contumacia & inobedientia tua qualicumque ſucceſſori beati Rhemigii in metropolitana ſede ipſius a te mihi illata in eum redundat, qui in me peccatore vicario ſuo totius Rhemorum provinciæ onera portat, quinimo, * Chriſte Deus noſter! orante apud eum pro nobis eodem ſanctiſſimo prædeceſſore noſtro, meas contumelioſas calumnias, & perſecutiones derogationum tuarum in ſe dignatus ſuſcipere, qui confidens patri ſuper omnes cælos & ſuper omnium angelorum verticem Saulo, ut legimus (Act. 9.) & credimus, dixit; *Saule, Saule, quid me perſequeris?* non enim eſt diſcredendum in tanta turba credentium quos Saulus perſequebatur aliquem fuiſſe, licet non ita ut ego ſum imperfectum; in quo ſicut & in reliquis, qui videlicet corpus ejus erant, ſe Dominus perſequi dixit. Et ideo in me imperfecto, modo quolibet perſequuto illum perſequi credo, quia & voce ſanctæ eccleſiæ in qua ejus ſum ultimum membrum per pſalmi(Pſal. 138.)ſtam dicitur; *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur*. Et iterum (Pſal. 113.) pſalmiſta dicit; *Benedixit omnes timentes ſe Dominus puſillos cum majoribus*; & qui in judicio di(Matth. 25.)cet de benefactis benefactoribus; *Quamdiu feciſtis uni de his minimis meis mihi feciſtis*. Veraciter credo quia quicquid mihi ſive benignitatis, ſive malignitatis pro ejus nomine exhibetur, ſine dubio illi impenditur. Et quia beatus Joannes Baptiſta pro veritate, videlicet pro Chriſto, ſine dubitatione occubuit, ſicut ipſe oſtendens dicit; (Joan. 14.) *Ego ſum veritas*. Et ego, ut apoſtoli utar verbis, inimicus factus ſum tibi vera tibi dicens & ſuadens, ſed perſuadere non valens, ut, ſicut ipſa veritas per beatum Leonem dicit; Obedientiam quam a tuis ſubditis exigis, prælatis tuis ipſe dependas, & in ea vocatione qua vocatus es, in ea permaneas, quæ quia non ſuffers, non ſolum mihi, ſed & multis ſcandalum ingeris, & (Matth. 18.) veritas dicit; *Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ut ei ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris*. Et item idem Chriſtus Dei vir(Prov. 29.)tus, & Dei ſapientia dicit: *Viro, qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ſuperveniet interitus, & eum ſanitas non ſequetur*. Et Moyſes & Aaron dura cervice reſiſtenti ſibi populo dicunt; *Nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra* (Num. 16.) *Deum*. Unde nec tuas inimicitias vereor, nec te monere in neceſſariis, quæ ſine peccato non poſſum dimittere, deſinam, ſciens pacem dilectione integra intrinſecus me tenere debere, quam per vectionem vocis mihi extrinſecus non timeo perturbare. Quod utrumque provide David ſe perhi(Pſal. 119.)bet ſervare, cum dicit; *Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis*. Ecce & loquens impugnabatur, & tamen impugnatus erat pacificus, quoniam nec inſanientes ceſſabat reprehendere, nec reprehenſos negligebat amare. Hinc etiam Paulus ait. *Si fie*(Rom. 12.)*ri poteſt quod ex vobis eſt cum omnibus hominibus pacem habentes*: hortatus enim apoſtolus ut pacem cum omnibus haberent, præmiſit dicens: Si fieri poteſt, atque ſubjunxit; quod ex vobis eſt: difficile quippe erat ut ſi mala acta corriperent, habere pacem cum omnibus poſſent: ſed cum temporalis pax in pravorum cordibus ex noſtra increpatione confunditur, inviolata neceſſe eſt ut in noſtro corde ſervetur. Hinc iterum David cum ſe totum ad fœdera pacis internæ conſtringeret, teſtatur quod cum malis concordiam non teneret dicens: *Nonne qui te oderunt Deus, ode*(Pſal. 138.)*ram illos, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam. Perfecto odio oderam illos, inimici facti ſunt mihi*. Inimicos enim perfecto odio odiſſe eſt, ad quod facti ſunt diligere & quod faciunt increpare, mores pravorum premere, vitæ prodeſſe. Penſandum eſt igitur quando ab increpatione quieſcitur, quanta culpa ſit, ſi cum his qui increpandi ſunt ſine increpatione pax tenetur. Si propheta tantus hoc velut * hiſtoriam Domino obtulit, quod contra ſe pravorum inimicitias excitavit. Unde Paulus diſcipulos admonet dicens; (2. Tim. 3.) *Si quis non obedit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & non commiſceamini cum illo ut confundatur*. Atque illico ſubjunxit; *Et nolite ut inimicum exiſtimare illum, ſed corripite ut fratrem*; ac ſi diceret; Pacem cum eo exteriorem ſolvite, ſed interiorem contra illum medullitus cuſtodite. Et qui amore tuo te credo refugere ad perfugia ſolita, ſcilicet ad excuſandas excuſationes in peccatis, ut dicas quia etiam de cogitatione te judico, cum dicat apoſtolus; *Quis ſcit homi*(1. Cor. 2.)*num quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt?* prævenio huic tuæ objectioni dicens; quia tunc ſpiritus hominis ignoratur ab altero, cum verbis, vel operibus non demonſtratur: nam cum ſcriptum ſit; *ex fructibus eorum cogno*(Matth. 7.)*ſcetis eos*, per hoc quod foris agitur quicquid intus latet aperitur. Unde recte quoque per Salomonem dicitur; *Quomodo in aquis reſplendent* (Prov. 27.) *vultus perſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus*. Cum dicis te ſcripſiſſe ad auferendam amphibologiam traditionis tuæ ex primitivo genitivi inter tradentem & traditum, grammaticam quam tibi inſinuari feci ego & ipſe ſatis, mihi in faciem expuis: quod gratias illi patienter portare poſſum, qui quod de ſe prædixit, pro me peccatore ſuſtinuit: *Faciem*, (Iſai. 50.) inquit, *meam non averti ab increpantibus, & conſpuentibus in me*. Sed quia te traditum, & non tradentem deſignas ex nomine, de hoc tuo dicto non curo, teſtimonium inde perhibente mihi conſcientia mea nihil me hinc tibi eſſe debitorem. Unde & *pro minimo mihi eſt, ut ex hoc* (1. Cor. 4.) *a te judicer vel ab humano die; ſed neque me ipſum inde dijudico*. Verumtamen ſi te ita * mori gratum ſcirem, ut hoc ad utilitatem tuam, & ad mentis tuæ ſanitatem poſſet proficere, vel mihi inde cognoſcerem aliquam neceſſitatem incumbere, & ſcriptis meis ad regem, & ad epiſcopos, & ipſorum teſtimonio, ac per alios idoneos teſtes poſſem tibi oſtendere me, ſicut dixi, debitorem hinc tibi non eſſe: *uniuſcujuſque enim opus* (1. Cor. 3.) *quale ſit dies Domini declarabit*. Quia vero de traditione tua quereris, & nihil fit in terra ſine cauſa, nihilque quod aut non faciat Deus propitius, aut fieri non permittat iratus, & pluraliter fieri traditiones atque diverſis modis diverſos, & pro diverſis cauſis traditos legimus, neceſſe eſt tibi ſubtiliter mentem tuam diſcutere, ut meditatus cum corde tuo, & non doloſa,

ſed

* Forte, Chriſtus H.

* Forte, hoſtiam. H.

* Forte, moneri. H.

ſed recta ſtatera appendens mores, cogitationes, A
verba, & actus tuos, apud te invenias hæc tra-
ditio tua unde, & a quo proceſſerit, & quem
proceſſum habeat, vel ad quem finem ſpectat:
legimus enim quoſdam a ſe traditos, ut Paulus
Ephes. 4. ad Epheſios de quibuſdam dicit, *qui deſperantes*
*ſemetipſos tradiderunt ſ. impudicitiæ in operationem*
*immunditiæ omnis in avaritia:* Tanto enim hinc,
B. inquit Gregorius, ſe quiſque in malis præ-
ſentibus latius relaxat, quanto poſt hanc vitam
ſe adſequi bona æterna deſperat; & Jacobus apo-
Jac. 1. ſtolus dicit: *Unuſquiſque tentatur a concupiſcentia*
*ſua abſtractus & inlectus*, ſcilicet a recto itinere,
& inlectus in malum. Et item Paulus ad Ro-
Rom. 1. manos de quibuſdam ſcribit; *Qui cum cognoviſ-*
*ſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut* B
*gratias egerunt in cogitationibus ſuis, & obſcura-*
*tum eſt inſipiens cor eorum; dicentes enim ſe eſſe*
*ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Et paulo poſt; *Propter*
*quod tradidit illos Deus.* Tradidit, dixit, id eſt
gratia non liberavit, ſicut cor Pharaonis indu-
ravit, quod gratia non emollivit. Et pſalmus
Pſal. 77. dicit; *Tradidit in captivitatem virtutem eorum,*
*& pulchritudinem eorum in manus inimici*: in ca-
ptivitatem enim virtus & pulchritudo quorum-
dam in manus inimici traditur, cum deceptæ
menti antiquus hoſtis ex boni operis elatione
dominatur. Et apoſtolus *expetivit ſatanas ut cri-*
Luc. 22. *baret eos ſicut triticum*, qui juſſi ſunt orare ut
non intrarent in tentationem. Et Paulus quem-
1 Cor. 5. dam tradidit ſatanæ, *ut ſpiritus ejus ſalvus fieret* C
1 Tim. 1. *in die Domini.* Et item; Quoſdam tradidit ſata-
Luc. 13. næ, ut diſcerent non blaſphemare, & filiam Abra-
hæ incurvatam legimus a ſatana, & plures
propter peccata punienda quæ cruciari meruerunt
quaſi quibuſdam quæſtionariis atque tortoribus
traditos legimus retegis ſpiritibus, quia non ſo-
Rom. 13. lum homines miniſtri & ultores ſunt iræ Dei
in his qui malum operantur, quique non ſine
cauſa portant gladium, ſed etiam contrariæ for-
titudines, quæ appellantur furor & iræ Dei.
Quapropter ſi moribus & factis tuis exigentibus
juſto Dei judicio permittente, aut a te ipſo, vel
per ſpiritum refugam in peccatum, quia legimus
Pſal. 77. *immiſſiones per angelos malos*, vel hominem Dei
miniſtrum ad pœnam peccati es traditus, ſi te D
non recognoſcis, & non corrigendo reſipiſcis,
non habes unde queraris, ſed unde tribuleris;
Matth. 5. quia non dicit Dominus, *Beati qui perſecutionem*
*patiuntur*, propter injuſtitiam, ſed *propter juſti-*
Jac. 1. *tiam.* Et apoſtolus dicit: *Beatus qui ſuffert tenta-*
*tionem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coro-*
*nam vitæ.* quia ſicut B. Cyprianus ait, marty-
rem non facit pœna, ſed cauſa: nam cum Chri-
ſto crucem etiam periturus latro ſuſcepit, ſed
quem reatus proprius tenuit, par crucifixio non
abſolvit. Et perſecutio, vel traditio dum non
rationabiliter ſuſtinetur, ut beatus monſtrat Gre-
gorius, nequaquam proficit ad ſalutem. Nam
nulli fas eſt retributionem præmiorum expectare
per culpam, quod & beatus Petrus apoſtolus E
demonſtrat dicens; *Quæ eſt enim gratia ſi peccan-*
1 Petr. 2. *tes & colaphizati ſuffertis?* Contra hos propheta
Domino queritur dicens; *Attriviſti eos & renue-*
Jerem. 5. *runt accipere diſciplinam.* Hinc eſt quod Dominus
dicit: *Interfeci & perdidi populum iſtum, & ta-*
Jerem. 15. *men a viis ſuis non ſunt reverſi.* Hinc rurſus
Iſa. 9. ait; *Populus non eſt reverſus ad percutientem ſe.*
Hinc voce flagellantium propheta conqueritur di-
Jerem. 51. cens; *Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata:*
Babylon quippe curatur nec tamen ad ſanitatem
reducitur, quando mens in prava actione contu-
ſa verba correptionis audit, flagella correctionis

percipit, & tamen ad recta ſalutis itinera redire
contemnit. Hinc captivo Iſraelitico populo, nec
tamen ab iniquitate converſo Dominus exprobrat
dicens: *Verſa eſt mihi domus Iſrael in ſcoriam:* Ezech. 22.
*omnes iſti æs, & ſtannum, & ferrum, & plumbum*
*in medio fornacis;* ac ſi aperte dicat; Purgare eos
per ignem tribulationis volui, & argentum il-
los, vel aurum fieri quæſivi, ſed in fornace mi-
hi in æs, ſtannum, ferrum & plumbum verſi
ſunt, quia non ad virtutem, ſed ad vitia etiam
in tribulatione proruperunt; quoniam aut ad ſo-
nitum murmurationis eruperunt, aut ſimulatio-
nis vitio non carere decreverunt, aut in nocen-
di malitia proximis perſeveraverunt, aut a deſi-
deriis terrenis preſſi in tribulatione purgari non
potuerunt. Hinc rurſus ſcriptum eſt; *Multo la-* Ezech. 24. ex quo hic lege, *de ea nimia rubigo* H.
*bore ſudatum eſt, & non exivit de anima rubigo*
*ejus, neque per ignem*, ignem quippe nobis tri-
bulationis admovet, ut in nobis rubiginem vi-
tiorum Dominus purget, ſed nec per ignem amit-
timus quando & rubiginis inter flagella, vel per
flagella vitio non caremus. Hinc propheta ite-
rum dicit; *Fruſtra conflavit conflator, malitiæ* Jerem. 6.
*eorum non ſunt conſumptæ.* Pœna, inquit Grego-
rius, præſens ſi afflicti animum convertit, finis
eſt culpæ præcedentis: ſi autem ad timorem Do-
mini minime convertit, initium eſt pœnæ ſe-
quentis. Cavendum ergo nobis eſt & ſummope-
re in fletibus tota mentis converſione vigilan-
dum, ne de tormento ad tormenta tranſeamus.
Qui ergo juſtus patitur, ſi patienter ea quæ pa-
titur ſuſtinet, Chriſtum imitatur. Qui in flagel-
lis corrigitur, latronem qui in cruce Chriſtum
cognovit, & poſt crucem paradiſum cum Chri-
ſto intravit; qui nec inter flagella deſiſtit a cul-
pis, ſiniſtrum imitatur latronem, qui propter
peccata aſcendit in crucem, & poſt crucem ruit
in tartarum. Si ergo propter peccatum modo
quolibet vel a quocumque traditus es, & per
traditionis perſecutionem correctus, ut audire
merearis a Domino, & ſi non auribus corporis,
vel auribus illis de quibus pſalmiſta dicit; *Au-* Pſal. 84.
*diam quid loquatur in me Dominus Deus*, quod au-
divit qui propter peccatum flagellatus, & per
flagellum purgatus eſt, dicente Domino; *Ecce ſa-* Joan. 5.
*nus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi*
*aliquid contingat.* Habes unde gaudeas, & quod
cavendo cuſtodias. Si autem ideo traditus, &
traditione flagellatus es, non quia peccaſti, ſed
ne peccares, ſicut Paulus quid dixit; *Ne magni-* 2. Cor. 12.
*tudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſti-*
*mulus carnis meæ, ut me colaphiſet.* Libenter glo-
riare in infirmitatibus tuis, *ut inhabitet in te*
*virtus Chriſti.* Si denique a quocumque, vel mo-
do quocumque traditus es, vel non propter præ-
cedens peccatum, vel ideo ut non incurreres
quod poterat accidere tibi peccatum, ſed ut ju-
ſtus juſtificareris adhuc, ſicut Tobias, & Job de
quo dixit Dominus ad ſatan; *Ecce in manu tua* Job 1.
*eſt, tantum animam illius ſerva*, cuſtodire te opor-
tet ut ne de flagello murmures, & animam tuam
quam Dominus ſervare in Job juſſerat, murmu-
rando in poteſtatem illius tradas. *Neque murmu-* 1. Cor. 10.
*raveritis*, inquit apoſtolus, *ſicut quidam eorum*
*murmuraverunt, & a ſerpentibus perierunt.* Cave-
re etiam ſummopere debes ut aucta per flagel-
lum merita de cetero peccando non inquines,
ſed juxta vocem Domini *corde bono & optimo ver-* Luc. 8.
*bum*, & purgationem ejus *retinens fructum adfe-*
*ras in patientia*, quoniam qui humiliter etiam
pro peccatis ſuis flagella ſuſcipiunt, poſt flagel-
la ad requiem ſublimiter ſuſcipiuntur. Sic uva
calcibus tunditur, & in vini ſaporem liquatur;
ſic

ſic oliva contritionibus expreſſa amurcam ſuam A deſerit, & in olei liquorem pingueſcit, ſic per trituram areæ a paleis grana ſeparantur, & ad horreum purgata perveniunt. Quiſquis ergo appetit plene vitia vincere, ſtudeat humiliter purgationis ſuæ flagella tolerare, ut tanto poſt ad judicem mundior veniat, quanto nunc ejus rubiginem ignis tribulationis purgat. Quod dicis meis apicibus te ſolito more morderi, ſed non te ſenſiſſe lædi, ſi ita quod dicis ita ut eſt intelligendum intelligis, non improbo, quia & erat unde morderi, ſed ad ſanitatem; & idcirco te non lædi ſentire debebas: * ſit enim ut in evangelio legimus plaga ſanatus, ſcilicet per acrem vini morſum, & per olei fomentum: cum enim tibi oſtendi quod actum ſit, rite ad morſum intellexiſti, & cum oſtendi quid agendum ſit, ſi recte facis, pertinere ad olei fomentum intelligis. Si autem adeo intentionem tuam rebus tranſitoriis immoderatius implicas; ut quibus negligentiarum jaculis transfigaris, vel quibus monitionum medicamentis debeas curari ignores, quia nec læſum, nec ſanabilem te ſentis probabiliter improbo. Unde per Salomonem vox percuſſi & dormientis exprimitur qui ait; *Verberaverunt me, ſed non dolui, traxerunt me, & ego non ſenſi:* mens quippe a cura ſuæ ſolicitudinis dormiens verberatur, & non dolet; quia ſicut imminentia mala non proſpicit, ſic nec perpetrata pertimeſcit: trahitur & nequaquam ſentit quoniam per illecebras vitiorum ducitur, nec tamen a ſui cuſto- C dia ſuſcitatur. Quod dicis a me jaculis te impetitum, nævoque notatum, noli agere ut hoc mihi neceſſe ſit facere, & me ab his ſenties conquieſcere. Quod dicis te integro fugatum anno, & non dicis a quo fugatus exiſtas, neſcio quid inde tibi reſpondeam, niſi quod dicit ſcriptura, quod in te Dominus cadere non permittat; *Fugit impius nemine perſequente*. Quod dicis te ad inſtar Abner fugatum, & ferris tritum, & ideo non tacere permiſſum, non convenienter ſententiam beati Gregorii in perſecutione Abner ab Aſahel poſuiſti, quia non me furentem tuum perſecutorem, ſed ad corrigendum exceſſus tuos pro loci mei officio intelligere debueras monitorem: & tu non me averſa haſta, ut Abner A- D ſahel perſequentem feris, & tranquille ex quibuſdam tangis, & quaſi parcendo ſuperas, ſed invehendo, & reſiſtendo in faciem quantum potes per contumacem contemptum ſi potes ad furorem provocando exaggerare non ceſſas; & ideo reſponſionum ratione in intimis ſub tranquillitate tactus ab eo quod me pro neceſſitate loci mei erexeram non cado, neque ſuccumbo, ſed validius ſemper clamo, clamavi, clamabo per ævum, *& ſicut tuba exaltabo vocem meam*, & adnuntiabo tibi exceſſus tuos, & ſatagam te revocare pro viribus a contumaci elatione tua. Quod dicis te ferris tritum; improprie quantum audeo dicere hoc tua grammatica protulit: nemo enim ferris teritur, ſed ſecatur, quod bene Paulus in- E tellexit ſcribens ad Hebræos cum paſſiones ſanctorum deſcripſit dicens, *Sancti ludibria & verbera experti inſuper & vincula & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt:* non enim dixit triti ſunt: ſerra enim dentata fieri legitur, & ego quantum poſſum dentatus ſerris te ab accidentibus, quæ epiſcopo non ſunt propria, ſecare laboro, & ſpiritualibus dentibus mordere ac ſtimulis verborum monentium, & clavis increpationum configere non omittam; quoniam, ut ſcriptura dicit, *verba ſapientum quaſi ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi*, quia videlicet, ut exponit B. Gregorius, verba ſapientum culpas delinquentium neſciunt palpare, ſed pungere. Quia vero incompoſite præteritum verbi teror ſerris compoſuiſti, multis locis non ſolum in tua grammatica, ſed etiam in ſcripturis prævales invenire, ſed & in illo loco ubi Dominus Moyſi qualiter thymiama quod noſtra lingua incenſum dicitur facere juſſit dicens, *Cumque in tenuiſſimum pulverem univerſa contuderis*. Unde S. Gregorius, in tenuiſſimum pulverem aromata univerſa conterimus. Et item, aromata in pulvere redigere, eſt virtutes recogitando terrere. Hujus activi paſſivum eſt, ſicut melius noſti, teror, cujus eſt præteritum tritus, quod non rite ſerris, ſed pilæ ac pilo potius applicari debet, ſicut Salomon demonſtrat dicens; B *Si contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſanas ferientes deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia ejus*. Quodque thymiama per Moyſem a Domino juſſum fieri quotidie nos ſacri altaris miniſterio addicti debemus componere, ut recte poſſimus Domino dicere: *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo*.

De eo quod dicis te mirari cur Hadulfum tamdiu remorantem non remittam, præſertim cum ſuper eo meæ ut juſtum erat annuiſti interventioni, ideo pleniter non reſpondeo, quia ſincera non eſt ſoliditate veritatis & caritatis atque pacis tua mandatio, tantum hoc reſcribo, quia quotieſcumque ad me illum miſiſti, ſemper tibi illum remiſi, & non ſicut aliis litteris de eo mihi directis quantum ex me eſt, contumacem illum a me recipiſti, quaſi contumax tibi extiterit: non mea ſuaſio, ſed ut æſtimo, tua factio hoc ab illo exegit, quia ut puto calice Babylonico quo viciſſim ac ſingillatim gentes propinatas uſque ad * Seſag noviſſimum legimus, a te ille etiam eſt propinatus, ſicut & plures alii extiterunt. Nam, ut ſcriptum eſt, a ſanctuario meo incipite, a me nutritore tuo, & ab his qui te mecum nutrierunt, vel inter quos nutritus fuiſti, prius incœpiſti derelinquens nos, & odio habere inchoans, atque aliorum familiaritates appetens, deinde per alios, & alios tam amicos, quam & ſubditos, tam clericos quam & laicos haſtenus diſcurrens, & viritim præcedentes relinquens uſque ad hunc tibi familiariſſimum curſus tuus pervenit, & cum tali gratia de ſcala vitrea tuæ familiaritatis decidit, ſicut & nos priores, & illius de tuis ſubditis anteceſſores cecidimus, ſi tamen talis caſus non potius aſcenſus quam caſus dici debeat. Cum tibi Salomon dicat; *Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiſeris*. Et S. Hieronymus dicit; proverbium, inquiens, eſt quod ſervari nequeat qui nulli ſervivit, ſicut tibi ſerviri non poteſt qui nulli ſerviſti, quique non laborando, ſed deliciando, & dormiendo alterius labore quod habes adeptus fuiſti. Et quod Simonides cum interrogaretur * quod inter homines celerrime conſeneſceret, beneficium inquit, manifeſte oſtendis. Et Salomon dicit; *Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus, & qui meratis eſt dura corruet in malum*.

De hoc quod dicis te neſcire unde ſciam te conſenſiſſe eccleſiam Sanato clerico noſtro in Pollanæbrayo, quoniam nec res nota eſt, nec per caſus aut formas ſaltem veriſimiles inflectitur; & ideo nec te conſenſiſſe ſcio, nec illud probare poſſum, tibi reſcribo, quia indignum tibi eſſe debuerat quoniam eſt utique indecorum ut pro incluſione mea epiſcopus ad cunas infantilis grammaticæ redires: hoc enim quod mihi ſcribis reſpondere ſolebas in ſchola, quando nomina, vel pro-

Margin notes (left): * Forte, ſic enim. H. — Prov. 23. — Prov. 18. 2. Reg. 4. — Iſa. 58. — Hebr. 7. — Eccl. 12.

Margin notes (right): Exod. 30. — Prov. 27. — Pſal. 140. — * Seſach Jerem. 25. — Prov. 27. — * Forte quid. H. — Prov. 18.

pronomina, ſeu verba declinare me jubente inſinuabaris: cum enim te conſcholarius puerulus interrogabat hoc vel illud quæ pars eſt? reſpondere ſolebas ſicut tibi videbatur quæ pars erat; & inferente illo, unde hoc ſcires, dicebas, ſi rite remetior, quod mihi multis jam annis tranſactis non venit in memoriam, quia res nota eſt, & per caſus, vel modos, ſeu formas inflectitur. Et talia frater & filius meus ad deriſionem quaſi pituita, ſcilicet flegma coagulatum & vetuſtum ac muccidum mihi in vultum excreas, & non attendis quantum Deum, qualiſcumque ego ſim, in contemptu miniſterii ſacri ſine reverentia ulla offendas. Jam ut antiquo proverbio dicitur, bos laſſus fortius figit pedem; quia intelligere in præcedentibus litteris noluiſti, vel potius dedignatus fuiſti, aut ſi intellexiſti dicere refugis, mihi non pigrum licet non tibi neceſſarium eſt iterare unde hoc ſcio, quia & res nota eſt, & a longo tempore per humaniter accidentes caſus inflexa, & per formas non dicam veriſimiles, ſed & per veras oſtenditur, videlicet quia ſicut tibi ex ordine ſcripſi, tempore Tilpini, & quando poſt eum per annos circiter novem metropolis Rhemorum vacavit epiſcopo, & tempore Vvolfarii, & tempore Ebonis, & quando Folco, & poſt eum Nottho ipſum epiſcopium tenuerunt, ſed & tempore meo. Per tempora epiſcoporum Laudunenſis eccleſiæ Genebaudi videlicet junioris, Berneconis, Gairfredi, Vvanilonis, Oſtroldi, & quando epiſcopatus vacavit in Ailemaro, & tempore Simeonis, ac Parduli, ſed & tuo tempore per tempora quando Rodulfus tempore Tilpini habuit villam Follanæbrayum in beneficio, & poſt eum Odelharius, deinde Odalgiſus, deinde Odelharius: deinde quando poſt eum idem beneficium commiſſum fuit Oſvero, habuit ipſa eccleſia in Follanæbrayo ſemper presbyteros, ex quo memorari poteſt, Ferhetum ſcilicet, & poſt eum Dodonem, deinde Haimbradum, deinde Ottericum, & poſt eum per quinque annos Bertfridum; & nunquam fuit eccleſiæ in Codiciaco ſubjecta. Et quando Ottericus presbyter ordinatus a Vvanilone Laudunenſi epiſcopo in eccleſia in Follanæbrayo degebat, fuit presbyter in Codiciaco Nodalbertus per annos circiter xx. & poſt Nodalbertum fuit ibi presbyter Gozmarus per annos circiter xxx. Et poſt Gozmarum, ſicut tibi præſcripſi, miſi illum Haimeradum qui in Codiciaco nunc degit Simeoni ad ordinandum, quem in eccleſia, quæ eſt in Codiciaco, ordinavit. Et tempore Simeonis ſemper in Follanæbrayo Ottericus presbyter ſicut in ea ordinatus manſit. Sed & tempore Parduli uſque circa finem ipſius, & tunc Vvltegerus clericus ipſam eccleſiam conſentiente Pardulo tenuit uſque ad obitum Parduli: poſt obitum autem Parduli, & poſt ordinationem tuam Bertfridus presbyter in tua eccleſia ſecus Cadomum, & in eccleſia noſtra in Follanæbrayo per quinque circiter annos officium ſacerdotale exhibuit: utrum tu hoc conſenſeris, ut tuam eccleſiam, juxta quam ibas & redibas quando ad palatium ibas, vel de eo redibas, cum eccleſia in Follanæbrayo tenuerit, tu videris. Abſcendente autem de parochia tua Bertfrido, pro fama de eo vulgata, conceſſi more prædeceſſorum meorum Sigeberto, cui illud beneficium dedi, ut clericum noſtrum * Senatum in eadem eccleſia ordinandum tibi offerret; & ſi tu illum probabilem judicares, ego illi libertatem eccleſiaſticam darem. Et ſic demum tu illum regulariter ordinares. Qui clericus per quatuor annos ipſam eccleſiam tenuit, & ſecundum paupertatem ſuam, ſicut ſimul ſæpe vidimus, & adhuc paret, bene in ea laboravit; & quando ſimul equitabamus juxta ipſam eccleſiam in qua idem clericus laborabat, euntes ad regem te audiente ſe reclamaverunt ad me ipſi homines pro ordinatione dilata ejuſdem clerici, quia non habebant presbyterum; & tu me audiente, ſed & multis aliis & meis & tuis audientibus reſpondiſti quod verum non dicerent, quia nullam indigentiam de miniſterio ſacerdotali habebant: & ad tua verba te audiente, ego eiſdem hominibus dixi quod tu habebas diſpoſitum ut nullam indigentiam de miniſterio ſacerdotali haberent, donec ipſe clericus ordinaretur. Et nihil contradixiſti. Et per annum & dimidium ipſo clerico eamdem eccleſiam tenente, Grimmo parochiæ tuæ presbyter ibi cantavit. Et per duos annos & dimidium ibidem Haimericus presbyter officium ſacerdotale exhibuit uſque pridie nonas proxime præcedentis Februarii.

* al. Seminatum. H

Et quia quæris unde hoc ſcio, ſic mihi quantum ex antiquitate per veraces homines didici, & per os Parduli audivi, & poſt eum per os tuum, ſicut dixi, audivi, & oculis vidi, res mihi nota eſt; & per has veras formas nota mihi oſtenditur. Si autem illa negas quæ per teipſum cum auditu multorum ſcio, minus tibi credere potero, ſi te excuſaveris ex his, * qui de te per alios audio: tamen me & te latere non poteſt quod nec tibi, ſicut nec mihi reputari poſſe ex veritate cupio quod ſcriptum eſt; *Os quod mentitur, occidit animam. Et quod de ore procedit*, ſcilicet veritati contrarium, *hoc coinquinat hominem*. Et Salomon dicit, *Teſtis falſus non erit impunitus*. Duobus inquiunt modis auctores fit falſus teſtis, ſcilicet aut falſa dicendo, aut vera reticendo. Nihil eſt, inquit B. Gregorius, ad defendendum puritate tutius, nihil ad dicendum veritate facilius: nam dum fallaciam ſuam tueri quis cogitur, duro cor labore fatigatur. Hinc namque ſcriptum eſt; Labor labiorum ipſorum operiet eos: qui enim nunc implet, tunc operit, quia cujus animum per blandam inquietudinem exerit, tunc per aſperam retributionem premit. Hinc per Jeremiam dicitur; *Docuerunt linguam ſuam loqui mendacium, ut inique agerent laboraverunt*; ac ſi aperte diceretur: Qui amici eſſe veritatis ſine labore poterant, ut peccent laborant: cumque vivere ſimpliciter renuunt, laboribus exigunt ut moriantur: Nam plerumque in culpa deprehenſi dum quales ſint cognoſci refugiunt, ſeſe ſub fallaci velamine abſcondunt: & hoc quod peccant, quodque jam aperte cernitur excuſare moliuntur; ita ut ſæpe is qui eorum culpas corripere ſtudet, aſperſæ falſitatis nebulis ſeductus pene amiſiſſe videat, quod de eis jam certum tenebat. Unde recte ſub Judææ ſpecie per prophetam contra peccantem animam, excuſantemque ſe dicitur; *Ibi habuit foveam ericius*: ericii quippe nomine impuræ mentis ſeſeque callide defendentis duplicitas deſignatur: quia videlicet ericius cum adprehenditur, ejus & caput cernitur, & pedes videntur, & corpus omne conſpicitur: ſed mox cum adprehenſus fuerit, ſemetipſum in ſphæram colligit, pedes introrſus ſubtrahit, caput abſcondit, & intra tenentis manus totum ſimul amittitur, quod totum ſimul antea videbatur. Sic nimirum ſic impuræ mentes ſunt cum in ſuis exceſſibus comprehenduntur: caput enim ericii cernitur, quia quo initio ad culpam peccator acceſſerit, videtur. Pedes ericii conſpiciuntur; quia quibus veſtigiis nequitia ſit perpetrata cognoſcitur; & tamen adductus repente excuſationibus im-

* Forte, quæ. H.

Sap. 1. Matth. 15. Prov. 19.

Jerem. 9.

Isai. 34.

impura mens introrſus ſedes colligit, quia cuncta iniquitatis ſuæ veſtigia abſcondit. Caput ſubtrahit, quia miris defenſionibus nec inchoaſſe ſe malum aliquod oſtendit, & quaſi ſphæra in manu tenentis remanet; quia is qui corripit cuncta quæ jam cognoverat ſubito amittens; involutum intra conſcientiam peccatorem tenet. Et qui totum jam deprehendendo viderat, tergiverſatione pravæ defenſionis * incluſus totum pariter ignorat. Foveam ergo ericius habet in reprobis, quia malitioſæ mentis duplicitas ſeſe * inter ſe colligens abſcondit in tenebris defenſionis. Audiant impuri quod ſcriptum eſt; *Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter:* fiducia quippe magnæ ſecuritatis eſt ſimplicitas actionis. Audiant quod ſapientis ore dicitur; *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum.* Audiant quod ſcriptura rurſum teſte perhibetur; *Cum ſimplicibus ſermocinatio ejus.* Deo enim ſermocinari eſt per inluſtrationem ſuæ præſentiæ humanis mentibus arcana revelare. Cum ſimplicibus igitur ſermocinari dicitur; quia de ſupernis myſteriis illorum mentes radio ſuæ viſitationis inluminat, quos nulla umbra duplicitatis obſcurat. Eſt autem ſpeciale duplicium malum; quia dum perverſa & duplici actione ceteros fallunt, quaſi præſtantius ceteris prudentes ſe eſſe gloriantur. Et quia diſtrictione retributionis non conſiderant de damnis ſuis miſeri exultant, & cetera quæ in regula paſtorali B. Gregorii ex ordine potes relegere, quam tibi una cum libro ſacrorum canonum in manu ante altare S. Mariæ in die ordinationis tuæ miſi, obteſtans quæ ignorare non potes, & oblivisci non debes. Veruntamen hanc negationem tuam, quam ſine ulla neceſſitate aſſumpſiſti ad injuriam meam pertinere non ducam; nec pro crimine reputabo, neque pro hac ſola negatione tua me a communione tua ſeparabo, ſequens capitulum Africani concilii, quod tu detruncatum, & a ſuo ſenſu expoſitum mihi ſcripſiſti, ultimam ejus particulam ad tuum ſenſum inflectendo, ſcripto tuo mihi directo imponere, quia nec pro crimine ducendum puto, ſi clerico ordinando uſque ad ordinationem conſenſiſti in eccleſia in qua ordinandus erat laborare, donec ad ordinandum perveniret, & [illegible] dignus atque idoneus inventus foret ordinaretur, quia nec ſanctus Innocentius, ſicut tibi præſcripſi pro crimine reputavit epiſcopo, qui presbyteris quibuſdam conſenſit in ſua parochia eccleſias diutius retinere, qui communionem illius catenus non poterant promereri, ſed ſtatuit, ut quibus caſdem eccleſias retinere diu in parochia ſua conſenſerat, ſuam eis communionem nullatenus denegaret. Integritas autem ipſius capituli Africani concilii, cujus partem ultimam tuo ſcripto inſeruiſti, iſta eſt; *Item placuit ut ſi quando epiſcopus dicit aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget, non putet ad injuriam ſuam epiſcopus pertinere quod illi ſoli non creditur. Et ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit negantı nolle communicare quamdiu excommunicato non communicaverit ſuus epiſcopus, eidem epiſcopo ab aliis non communicetur epiſcopis, ut magis caveat epiſcopus ne dicat in quemquam quod aliis documentis convincere non poteſt.* Hæc documenta quæ tibi & prius, & nunc ſcribo qualiter didici & præcedenti, & hac ſubſequenti lectione potes cognoſcere, ad quæ confirmanda, & ad te convincendum nullos teſtes producam, quia non debeo, nec de hac re ſecretam confeſſionem tuam, quam non accepi, promere volo, cum ſcriptura dicat ei, *qui revelat arcana, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia ſua, ne commiſcearis.* Quod ita exponunt doctores catholici. Ne commiſcearis ejus amicitiis qui prioris amici ſecreta denudat, ſed hunc velut perfidum cave. Oſtendere autem & monere te debeo, ut ſecundum leges & regulas inde quod juſtum eſt exequaris. De eo vero quod negas per multas ambages non veriſimiles, quibus mihi & longum & inutile reſpondere videtur, te non conſenſiſſe, ut ipſe clericus eandem teneret eccleſiam, ſi in contumacia & negatione tua perſeverare decreveris, habeas illum conſcientiæ & negationis tuæ judicem, quem habebis & teſtem. Et quoniam mihi ſcripſiſti quod inde cauſam quam neſcis inveſtigare & mihi remandare debes, timeo pro te ne ſicut jam feciſti, ut victor in contentione videreris, quando contra ſacram auctoritatem cuidam decreto pernicioſo, ut dicitur, ſubſcripſiſti, & clericos ac presbyteros parochiæ tuæ ſubſcribere feciſti, te de cauſa hujus eccleſiæ in aliquo naufrages, & alios tecum irregulariter colligans ut evincas, in naufragium ducas. Unde obteſtor & moneo te per ſanctam & inſeparabilem unius divinitatis Trinitatem, & per Chriſtum Jeſum redemptorem noſtrum, & per gratiam Spiritus ſancti, qui maxime in ordinationibus operatur, quem per impoſitionem manuum mearum accepiſti; & per gloriam ſanctæ Dei genitricis, & ſemper virginis Mariæ, ac per electos Dei angelos, & per beati Remigii merita, & metropolitanam auctoritatem eidem prædeceſſori meo, & in ejus ſucceſſione divinitus mihi conlatam, ut contra leges quas catholica & apoſtolica eccleſia ex antiquo ſervandas ſuſcepit, contraque ſacros ſanctorum conciliorum canones & decreta ſedis Romanæ pontificum de ſacris ordinibus, & canonum promulgata diſciplinis de cauſa eccleſiæ ipſius non facias, ſed ſine ullo præjudicio, quantum Deus tibi ſcire & poſſe dederit, quod juſte & rationabiliter videris exequaris, & non negligas vel parvipendas rogo hanc obteſtationem juſtitia & ratione atque auctoritate plenam, quia ſi potui propter miniſterium mihi conlatum exorare Deum per humilitatem ut tu per impoſitionem manuum mearum fieres ordinatus epiſcopus, poſſum & debeo eodem miniſterio te obteſtari per auctoritatem ut facias quod facere debet epiſcopus, ſicut & Paulus obteſtatus eſt Timotheum a ſe ordinatum epiſcopum, *ut non declinans in aliam partem, ſine præjudicio ſervaret mandatum.* Et ſcias certiſſime quoniam ſi ſecus egeris, Deo annuente, & vita comite opportuno tempore hoc non ſine regulari diſcuſſione dimittam, non mei, quod abſit, cauſa, ſed ſacrarum regularum contemptu. De eo quod in eodem tuo inſulſo ſcripto appoſuiſti; Item canon dicit; *Qui unum crimen probare non poterit ad alia admitti non debet,* tibi reſcribo, neſcis quid dicis; plenus indignatione & contumacia non potes oculis mentis videre quod verbis debeas promere, vel quod debeas reticere; ſi ſequereris beatum David, Dominum deprecareris ut *poneres cuſtodiam ori tuo, & oſtium circumſtantiæ labiis tuis.* Canon dicit; Quotieſcumque clericis multa crimina ab accuſatoribus objiciuntur, & unum ex ipſis de quo prius egerit probare non valuerit, ad cetera jam non admittatur; dic quis eſt ille accuſator; dic apud quem te accuſator accuſat; dic in quo regulari judicio te accuſat; dic de quibus criminibus te accuſator accuſat; dic de quo crimine accuſator egit, quod probare non valuit, ut ad cetera jam non admittatur: quotieſcumque enim te metropolita-

* Forte, incluſus. H.
* Pro, in-fra. H.
Rom. 10. & 23.
Sap. 1.
Prov. 3.
Prov. 11.
1. Tim. 5.
Pſal. 140.

na auctoritate monuero, cui per ſacros canones
commiſſa eſt ſollicitudo totius provinciæ de his
pro quibus ad me de tua parochia qui negotia
videntur habere concurrunt, ſemper accuſator
tuus exiſtam? & cum longius a te ſeparatus cor-
pore fuero, & verbis vel litteris te monuero,
pro accuſatore tuo de criminibus in judicio re-
gulari tenebor? Regulæ namque dicunt apud
quem & qualiter accuſandus epiſcopus debeat ac-
cuſari, & ubi, & qualiter, vel a quibus debeat
judicari; & quotiens tibi oſtendero per ſancta-
rum ſcripturarum tramitem, & ſacrarum regu-
larum auctoritatem in quibus excedis, ſemper te
a me irregulariter, ſcilicet abſque regulari vide-
licet ſynodali judicio, judicatum cauſaberis: Do-
Matth. 5. minus enim dicit in evangelio; *Audiſtis quia di-*
*ctum eſt antiquis, non occides, qui autem occiderit,*
*reus erit judicio: ego autem dico vobis quia omnis*
*qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit judi-*
*cio*, &c. Et ſacri canones ſæpenumero dicunt;
Si quis præter hæc fecerit, quaſi contra ma-
gnum concilium ſe efferens, ipſe de clericatus
honore periclitabitur. Et decreta ſanctæ ſedis
Romanæ pontificum hoc ſenſu dicunt; Si quis
fratrum contra hæc conſtituta venire tentaverit,
& prohibita fuerit auſus admittere, a ſuo ſe
noverit officio ſubmovendum. Et ut tibi oſten-
datur in quibus contra hæc agis, ſuſtinere non
potes, ſed ſemper te irregulariter judicatum que-
reris, & laboras quærendo nodum in ſcirpo, &
unde tuam ſapientiam jactitas, inde magis ſtul-
titiam monſtras, cum dicat apoſtolus; *Si quis*
1 Cor. 3. *vult inter vos ſapiens fieri, ſtultus fiat ut ſit ſa-*
Prov. 12. *piens*. Et Salomon dicit; *Qui impatiens eſt exal-*
*tat ſtultitiam ſuam, & qui increpationes odit mo-*
Prov. 15. *rietur*; &, *Non amat peſtilens eum qui ſe corripit,*
*nec cum ſapientibus graditur*; &, *Filius ſapiens*
Prov. 13. *doctrina patris: qui autem illuſor eſt, non audit*
Prov. 15. *cum arguitur*; &, *Auris quæ audit increpationes*
*vitæ, in medio ſapientum commorabitur. Qui ab-*
*jicit diſciplinam, deſpicit animam ſuam; qui au-*
*tem adquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis*;
Prov. 10. &, *Qui meditatur diſcordias, diligit rixas, & qui*
Prov. 17. *provocat iras, producit diſcordias*; &, *Qui exaltat*
Prov. 18. *os ſuum, quærit ruinam*; &, *Non recipit ſtultus*
*verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in*
Prov. 26. *corde ejus*; &, *Vidiſti hominem ſapientem ſibi vi-*
*deri, magis illo ſpem habebit ſtultus*; &, *Expedit*
Prov. 17. *magis urſæ occurrere raptis fœtibus, quam fatuo fi-*
Prov. 13. *bi confidenti in ſtultitia ſua*; &, *Stultus irridet di-*
*ſciplinam patris ſui, qui autem cuſtodit increpatio-*
*nes aſtutior fiet*. Deinde poſt plurimum, non
* Pro. ad hoc H. ſolum inutilia, ſed & fatua * adhuc perveniſti
ut diceres; quia capitulum quod contra te ſcripſi
de primo libro capitulorum ſynodalium pro te
taceret, ut ſine auctoritate, vel conſenſu epiſco-
porum presbyteri in quibuslibet eccleſiis non con-
ſtituantur, nec expellantur. Et quod conjun-
ctim in eodem habetur capitulo, & tibi ſcripſi,
propter quod & præcedentia, ut integrum illud
monſtrarent capitulum, memorari noluiſti; ſcili-
cet ſi laici clericos probabilis vitæ & doctrinæ
epiſcopis conſecrandos, ſuiſque in eccleſiis con-
ſtituendos obtulerint, nulla qualibet ratione eos
rejiciant. Dic qui ſine auctoritate, vel tuo con-
ſenſu in Follanæbrayo conſtituit? Ego, ut præ-
dixi, Sigeberto clericum noſtrum conceſſi, ut
tibi illum ad ordinandum offerret, & ſi illum
ordinare velles, ego illi libertatem eccleſiaſticam
ſacerem. Quomodo ergo ſine tua auctoritate Si-
gebertus ibi presbyterum conſtituit? & ubi eſt
ille presbyter? & Deo gratias quia ſicut in ſub-
ſequenti capitulo regio tuo ſcripto inſerto dixi-
ſti, non adhuc habes illam poteſtatem de Sige-
berto, ut bannum regium illum revvadiare co-
gas, ut per fidejuſſores ad palatium regium ve-
nire facias; quia nec tuus eſt parochianus, nec
de tuo miſſatico divino, vel humano, nec in
ipſa eccleſia presbyterum contra auctoritatem epiſ-
copalem conſtituit, ſed forte impletur in te quod
ſcriptum eſt; *abominatio domini eſt omnis arro-* Prov. 16.
*gans, etiamſi manu ad manum fuerit non erit in-*
*nocens*, quia ſi ceſſat a perverſitate quam ex-
plere non poteſt in operatione, non vacat mali-
tioſa voluntate quam deſiderat ſi poſſet explere
in opere. Deinde ad me redis rodendum, di-
cens: *Perquiro cur a tanto tempore de ſua, quin*
*mei clerici irregulari ordinatione non requiſiſtis*.
Hus, reſpondeo tibi, certe quia antea illum a
te ordinatum non audivi, niſi poſtquam ipſi ho-
mines de præfata villa ſe ad me reclamaverunt:
nec in voluntate unquam habuit ut de illicita
ordinatione a te facta te unquam vel uſquam
impeterem. Denique dicis; *prius erat modus or-*
*dinationis cognoſcendus; & ſic aut ordinator aut*
*ordinatus jure judicandus, aut utrique canonico per-*
*cellendi cauterio*. Dic frater, Quis te judicavit?
& in quo regulari judicio inde es judicatus, vel
compellatus: ſed non mirum eſt quod agis, fa-
cis enim ut ſoles quod diligis. Dicit ſcriptura;
*Ephraim vitula docta diligere trituram*. Et item; Oſee 10.
*Ephraim panis ſubcinericius qui nunquam reverſa-* Oſee 9.
*tur*. Deinde dicis: *Ergo capitulum quod ex Augu-*
*ſtorum noſtrorum libro quaſi contra me quod agis*
*pro me detruncatum poſuiſti, integrum reſumite*,
non eſt verum; Detruncatum illud capitulum
regium tibi non miſi: non enim ille clericus
meus, aut tuus, vel alicujus eſt liberi hominis
ſervus; & ideo quod capitulum illud de ſervis
quorumlibet dicit, non poſui, quia ad iſtum
clericum non pertinebat. Quia vero mihi & non
tibi commiſſæ eccleſiæ ſervus eſt, quod de eccle-
ſiaſticis ſervis illud capitulum dicit, hoc tibi
ſcripſi, quia & hoc ad cauſam iſtius clerici per-
tinere cognovi. Et poſt iſta perſequeris; *Hujus*
*autem capituli tenore perſpecto, reſponſum de or-*
*dinatione clerici veſtri meum, ſi a me facta eſt*
*tempore & loco cum congruo tunc canonico expecta-*
*te, & interea de mea irregulari ordinatione judica-*
*re deſiſtite; quoniam accuſator ſimul & judex non*
*eritis. Et poſt capitulum canonum de ſcientia hujus*
*clerici conditionis, & de tranſgreſſione per ordina-*
*tionem inhibitam patet quid decerneretur, quæ prius*
*ſi placet opponenda eſt, & aut confeſſo, aut con-*
*victo inculcandum erit judicium. Quod jam licet de*
*me non convicto, nec confeſſo abſque ulla ſynodo,*
*ſine ulla hujuſmodi interrogatione aut requiſitione,*
*aut præſenti interpellatione officium accuſatoris ſimul*
*& judicis, tam de abſente, quam abſenti ſcripto*
*vobis judicantes exercueritis, ita pronunciando. Quia*
*vero ipſum clericum contra regulas ordinaſti, ſacræ*
*regulæ demonſtrant dicentes*. Et tunc ponis capi-
tulum beati Leonis quod tibi ſcripſi; in cujus
fine ſolito more tuam oſtentas ſcientiam, de
qua oſtentata ſcientia tua, quia non eſt utilis
vel neceſſaria, loqui nil curo; quia ſicut de cha-
mæleonte legimus, qui quemcumque colorem vi-
derit, in eum convertitur, ita tu ſaliendo ſem-
per tuis ipſis dictis contraria vadis. Quandoqui-
dem vero quia accuſator ſimul & judex eſſe
non poſſum, quandoquidem quia te abſentem
judico, interdum ut perſonam accuſatoris in-
duam, & tunc te accuſem. Aliquando quod ſi-
ne ſynodo te judico, & aliquando quod ſine ſy-
nodo te judicare non poſſum; & quia nec in-
telligis nec intellexiſti admittendos ad ordines

ſacros

ſacros ſervituti obnoxios. Et multis modis hac illac vadis fluctuando ſicut arundo a vento agitata, videlicet animo fluctuante quia nullius gravitatis pondere es ſtabilitus. Dicis etiam me exponere capitulum Leonis ſicut volo, ſed non ſicut tu, hoc promis, ſed ſicut ſe res habet verum dicis: ſic enim illum expono ut volo, quia ſic illum expono ut debeo, quia ſic illum intelligo ſicut illi eum intellexerunt, qui in capitulis ſynodalibus de eccleſiarum ſervis, ut tibi ſcripſi, & mihi reſcripſiſti decreverunt; & ſicut in ipſa manumiſſione ſervi eccleſiaſtici demonſtratur; non enim ſacri canones manumiſſionem fieri in eccleſia de natura liberis ab imperatoribus petierunt, nec quilibet natura liberi per manumiſſionem fiunt cives Romani, ſed ſervi vel eccleſiaſtici, vel regii, vel quorumlibet liberorum hominum. Et ideo ſanctus Leo in capitulo ſui decreti ex canonibus promulgato conſtituit, ut alicui conditioni obligatus non ordinetur, niſi forte eorum petitio aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eos vindicant poteſtatis. Quamdiu enim fuero Rhemorum epiſcopus, in ſervis hujus eccleſiæ mihi poteſtatem debitam vindicabo, & ſine libertate eccleſiaſtica per me ſibi data quiſquam eorum ordinari non debet. Unde breviter tibi dico quod Dominus ad Judæos dixit: [Joan. 5.] *Non ego accuſo vos, ſed Moyſes in quem ſperatis ipſe vos accuſat*, ſcilicet lex contra quam agitis. Et item Dominus dicit: [Joan. 8.] *Ego non judico quemquam, eſt qui quærat & judicet*. Videlicet quia ſi ordinaſti contra decreta Leonis ipſum clericum, non ego peccator in terra, ſed ille ſanctus de cælo te inde per ſuum decretum judicat; & ſi confiteri vis a te illum inregulariter ordinatum, ſicut nec de aliis, ita nec de iſto tuam quæro, vel deſidero damnationem, vel quemcumque ante oculos humanos ruborem. Si autem negas illum te ordinaſſe, ſicut jam præmiſi, habeas illum conſcientiæ, ac negationis tuæ judicem, quem habebis & teſtem. Ceterum ſacri canones dicunt ut epiſcopus ſine * concilio clericorum ſuorum clericos non ordinet, ita ut civium conhibentiam, & teſtimonium quærat. & ſecundem ſacros canones & decreta ſedis Romanæ pontificum mea intereſt, ut ſi ratio poſtulaverit me compellente ad delectorum de ordinatione ipſius clerici quam denegas, accedas judicium, & quicquid veritate cognitâ, mediantibus ſacroſanctis evangeliis per eos tam clericos quam cives, quorum conſenſu, & in quorum præſentia ordinationes juberis facere, inventum fuerit, hoc ſtatuatur. Sed ſi æquiſſimum judicem Deum, cui de omnibus factis, & judiciis noſtris ſumus reddituri rationem, timueris, hoc agere nulla erit neceſſitas. Neque ego hanc, vel aliam quamcumque cauſam volo exaggerare, quia de quibuſcumque ſcandalum ſine peccato propriæ conſcientiæ vitare potero, nemini ſcandalum inferre volo. Si autem ipſe clericus, quod non opto, nec quæro, ſe in comprovinciali ſynodo reclamaverit, aut de ordinatione a te in eum exhibita, aut de quocumque præjudicio, quia ſacri canones dicunt, præmiſſa ſententia de presbyteris & diaconibus, ut reliquorum clericorum cauſas etiam ſolus epiſcopus loci agnoſcat & finiat. Et ſi presbyteri, diaconi, vel ceteri inferioris gradus clerici in cauſis quas habuerint, de judiciis epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini epiſcopi eos, cum conſenſu ſui epiſcopi audiant, & inter eos diffiniant adhibiti ab eis epiſcopi. Quod etſi ab eis provocandum putaverint ad primates ſuarum provinciarum, ſicut & de epiſcopis ſæpe conſtitutum eſt provocent: & omnes qui ſe læſos exiſtimant adſint conciliis, & ſynodi experiantur examen; & plura quæ hinc canones dicunt, & mihi longum eſt ſcribere. Quicquid confratrum & coepiſcoporum noſtrorum conſenſu atque judicio invenerimus, ſalva pace & caritate, inde ſecundum ſacram auctoritatem exequi procurabimus. De eo quod dicis, cum per ſingula de ceteris omnibus; tunc de receptione Gallicanorum canonum pleniter reſpondebis, tibi reſcribo, quia Dominus qui in ſe credentibus promiſit; *Aperi os tuum, & ego adimplebo illud*; &, *Ego dabo vobis ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes adverſarii veſtri*, [Pſal. 80. Luc. 21.] & etiam brutos aſinæ ruditus in humanas formavit loquelas, & ſiccam rupem fundere juſſit aquas: & mihi dare poterit quæ tibi reſpondeam. Plurimis vero a te præmiſſis, & a me ut inutilibus prætermiſſis, in quibus quandoquidem eſt negatio, quandoquidem quod negaveras demonſtratio continetur, ad hoc perveniſti ut diceres me obligare volens de ſententiis apoſtolicæ ſedis tibi a me litteris præcedentibus ſcriptis. *Ecce in mala ſuaſione delictum, & in mala conſenſione peccatum depromitur; & ſicut vos ſententiis quod mihi male ſuaſum eſt, & a me male eſt ſenſum, pariter vos conſentire dignemini, dicentes quæ jam præmiſi, ut ſcribam vobis ſi eum ordinare volo ſecundum morem, & vos illi libertatem eccleſiaſticam dabatis, quem taliter ad gradus eccleſiaſticos perveniſſe divulgatis*. Unde tibi quod Salomon dicit ſcribo; *Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi faciat injuriam*. [Prov. 9.] Non bene intelligis, quia non bene vis quod tibi bene & recte ſcripſi, ſcilicet ut ſi cujuſcumque ſuaſione, vel quacumque ſubreptione in hoc exceſſiſti & alias ipſum clericum utilem in eccleſiaſtico miniſterio comprobaveris, quod defuit & tibi, & illi in ordinatione ſua, & ad me pertinebat, ego ſupplerem. Lege decreta ſedis Romanæ pontificum a beato Siricio, & deinceps, & invenies quomodo plures inregulariter ordinati per medicinam eccleſiaſticam fuere ſanati, ſupplente auctoritate in proceſſu quod defuerat in ordinationis initio. Cogunt, inquit B. Auguſtinus, multas invenire medicinas multorum experimenta morborum. Deinde volens oſtendere quod tui odio, & Sigiberti gratia, hæc de præfato clerico ſcripſerim, nugas tibi noxias, & nænias bene volenti & ſcienti non ridendas, ſed dolendas componis. Cum Sigeberto quantum ex ipſo & pro ipſo eſt cura non eſt ut nunquam in illa eccleſia ſit presbyter ordinatus; quia nullam inde neceſſitatem habet: & ſi fuerit ibi presbyter ordinatus, nullum lucrum inde terronum habebit. Et ſi in ipſa eccleſia presbyter non fuerit ordinatus, nullum detrimentum vel incommodum ſpirituale, aut temporale inde habebit: ſed & mihi nulla alia inde eſt cura, niſi ut leges eccleſiaſticæ pro tua inſolentia inde ſuum vigorem non perdant; & homines exinde commoditatem, quam ipſi & ſui anteceſſores a longo tempore habuerunt, amittant, & tu in hoc Deum offendas. Deinde minas præfato intentas clerico, cui ſi præjudicium intuleris, eſt juſtus judex qui inter te & illum judicabit: & ſi ad ſynodum venerit, quod noſtrum erit, ut prædixi, exequi procurabimus. Quod autem de miſſis meis ad ſynodum tuam mittendis ſubjungis, non miſſorum meorum ad ſynodum tuam deſcribis officium. Ego enim per me, vel per vicarios meos debeo retractare ſecundum ſacros canones acta tuæ ſynodi, ſi ſecus inde ad me quoddam pervenerit, & non ideo ad tuam ſynodum meos miſſos dirigere ut ſervum eccleſiæ noſtræ in nulla rebellio-

* Melius, conſilio. H

ne ſtantem ſervituti obnoxium comprobent. Li- A
cet enim ſatis inſipiens, ſcio qualiter, & ubi ſer-
vus eccleſiaſticus rebellans debet conquiri, & ali-
bi oportet me de profeſſione ſuæ ſervitutis requi-
rere quam in tua provincialis epiſcopi ſynodo,
Tandem quod ſcripſiſti, ut, o utinam tibi ſerva-
rem epiſcopo, carcerali ſicut ſcio cuſtodiæ tradi-
to, ne inferrem tibi & parochiæ tuæ, contra
apoſtolicorum omnium decreta, etiam ab apo-
ſtolica ſede vocato, & eam appellanti, præjudi-
cium, & non exigerem a te reſponſum uſque ad
ſynodalem ſaltim conventum; & de ſententiis
apoſtolicæ ſedis pontificum in eodem tuo ſcripto
congeſtis, alterius temporis, & prolixiorem quam
hæc ſuſtineat epiſtola poſcit reſponſionem. In
clauſula vero iſtius epiſtolæ verba beati Gregorii B
ad quemdam ſubjectum epiſcopum directa ponero
dignum duxi; quia in tuis ſcriptis ad me directis
contraria his ſuis monitionibus ſæpe inveni, ut
de cetero monitus per meam exiguitatem a B.
Gregorio talia in tuis ſcriptis ad me, vel ad alios
ſcientiam & auctoritatem habentes dirigendis po-
nere caveas. Primum, inquit, hoc me contriſtat,
quia mihi fraternitas tua duplici corde ſcribit, &
alia blandimenta in epiſtolis ſuis exhibet, alia in
lingua ſua ſæculariter oſtentat. Deinde grave mi-
hi eſt, quod irriſiones illas, quas habere notarii
adhuc pueri ſolent, uſque hodie frater meus in
lingua ſua retinet, mordenter loquitur, & quaſi
de tali ſtudio lætatur, amicis præſentibus blandi-
tur, de abſentibus obloquitur. Et vitium deſcri- C
bens ſuperbiæ dicit; Quiſquis, inquiens, ejus in
ſe tyrannidem captiva mente ſuſceperit, hoc pri-
mum damnum patitur, quod clauſo cordis oculo
judicii æquitatem perdit. Nam cuncta quæ ab aliis
vel bene geruntur diſplicent, & ſola ei quæ ipſe
vel prave egerit, placent, ſemper aliena opera
deſpicit, ſemper miratur quod facit; quia & quid-
quid egerit, egiſſe ſe ſingulariter credit, atque in
eo quod exhibet per gloriæ cupiditatem, ſibimet
ipſi per cogitationem favet; nec conſiderat quod
alter boni amplius quam ipſe, ſed quod boni
ipſe amplius quam alter habeat: neque enim
* Forte, aut pensat, quæ bona ſpiritus alter acceperit, *
ut ipſi deſint, ſed quæ bona ipſi, & quæ mala
ſint alteri. Et cum ſe in cunctis tranſcendere ce- D
teros æſtimat, per lata cogitationum ſpatia ſe-
cum deambulans, laudes ſuas tacitus clamat;
nonnunquam vero ad tantam elationem mens du-
citur, ut in eo quod tumet, etiam per oſtenta-
tionem locutionis effrenetur: & tanto facilius rui-
na ſequitur, quanto apud ſe quiſque impudentius
Prov. 18. exaltatur: hinc enim ſcriptum eſt; *Ante ruinam
exaltabitur cor*. Et ſanctus Gregorius Nazianze-
nus Juliani morem, quem in tuis litteris invenio
deſcribens dicit; Conſenſus & negatio ſimul, ra-
tio nulla ratione ſubſiſtens; interrogatio inordi-
nata, atque reſponſio nulla convenientia ſibi con-
veniens erat. Poſt hæc autem omnia & me, &
te in mente continue habere moneo quod Domi-
Iſai. 66. nus dicit; *Super quem requieſcit ſpiritus meus, niſi* E
*ſuper humilem, & quietum & trementem ſermones*
Cap. 1. *meos*, quia ſicut ſcriptum eſt: *Spiritus ſanctus di-
ſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe a cogitationi-
bus ſine intellectu, & non habitabit in corpore ſub-
dito peccatis*. Et; *Juxta eſt Dominus his qui tribu-
lato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſalvabit; vultus
autem Domini ſuper facientes* perſeveranter *mala,
ut perdat de terra memoriam eorum*. Data v. Idus
Maii præſentis 3. indictionis.

A

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

*Hoc loco ſubjungitur in MS. codice opuſculum LV. capitulorum adverſus eumdem Hincmarum Laudunenſem, quod in R. P. Jacobi Sirmondi editione habetur tomo II. pag. 377. & ſequentibus: eo finito ſequitur in eodem codice 1486. MS. Palatino bibliotheca Vaticanæ, ut in paginis ſequentibus.*

# NARRATIO

## EORUM QUÆ POST DATA LV. CAPIT.

### PERACTA SUNT AB UTROQUE HINCMARO.

B
HÆc LV. capitula proxime præcedentia cum
præfatione ſua, & metricis titulationibus
Hincmarus Rhemorum archiepiſcopus Hincmaro
Laudunenſi epiſcopo coram epiſcopis decem pro-
vinciarum in Attiniaco villa regia Rhemenſis pa-
rochiæ dicens illi; *Frater Hincmare, quando pro-
xime apud Gundulfi villam in obſequio domini no-
ſtri regis cum plurimis archiepiſcopis & epiſcopis ce-
teriſque ipſius fidelibus fuimus, tu mihi mandaſti per
bonæ memoriæ dominum Wenilonem archiepiſcopum
quæ tibi placuerunt, ſicut domnus Adventius epiſco-
pus audivit, & ad plurimorum perduxiſti notitiam,
& miſiſti mihi per eumdem venerabilem archiepiſco-
pum quaterniones quos habeo, continentes quaſdam
C compilationes de epiſtolis pontificum apoſtolicæ ſedis.
Unde ter tibi breviter pro tempore, & verbis, &
ſcriptis reſpondi, latius reſponſurus. De quibus et-
iam in his quaternionibus tibi reſpondeo. Sed & de
quibuſdam aliter quam epiſcopali gravitati conveni-
ret a te actis, paterna te dilectione corripio, & ut
talia de cetero caveas moneo. De aliis quoque quæ
ex tua perſona ad me pervenerunt tuam fraternita-
tem commoneo, ut ſi vera ſunt, illa corrigere ſtu-
deas, & ſi vera non ſunt, ſollicite caveas.* Iſdem
autem Hincmarus Laudunenſis epiſcopus reſpon-
dit quod & ipſe haberet ſcripta quæ Hincmaro
Rhemenſi epiſcopo in ſynodo vellet porrigere, ſi-
cut & fecit de quadam eccleſia cujuſdam villæ ex
poteſtate ſanctæ Mariæ, & ſancti Remigii Rhe-
D menſis eccleſiæ in Laudunenſi parochia ſita. De
qua duas epiſtolas ad eum Hincmarus Rhemo-
rum epiſcopus miſerat, quæ ſunt præpoſitæ com-
memoratis LV. capitulis. Sed & quaterniunculos com-
pilationes de præfatis apoſtolicæ ſedis pontificum
epiſtolis continentes, quibus ipſe ſubſcripſerat &
ſubſcribi a clericis Laudunenſis eccleſiæ & paro-
chianis presbyteris fecerat adverſus illa ſcripta,
quæ Hincmarus Rhemorum epiſcopus eidem Hinc-
maro Laudunenſi epiſcopo, & parochiæ Laudu-
nenſi direxit, pro diſſolvenda contra ſacras regu-
las ab eo excommunicatione, cauſa injuriarum
ſuarum exitiabiliter intentata, ſæpe ſatus Laudu-
nenſis epiſcopus porrexit in ſynodo. Quæ utra-
que ſcripta in ſynodo ab Hincmaro Laudunenſi
E epiſcopo data, ſicut veritate & auctoritate; ita
nihilominus juſtitia, & ratione carent. Quapro-
pter Hincmarus Rhemorum epiſcopus venerandis
archiepiſcopis & epiſcopis, ac honorandis fratri-
bus in conventu hoc ſacro reſidentibus * * Deeſt, dixit H.
*Quia rheumatiſmo validiſſime impeditus, ſicut ipſa
mea vexatio veſtro dat intellectum auditui, ea quæ
mihi ſunt in animo loqui, ut volo, in aures veſtras
non valeo, hanc recitandam vobis ſchedulam porri-
go, non accuſando fratrem, & coepiſcopum noſtrum
Hincmarum; ſed conſilium a vobis quærendo, quali-
ter ſi inventus fuerit caſtigandus a veſtræ unanimita-
tis fraternitate ita corripiatur, ut quod per me, ſi-*

*cut*

*cus optaveram, apud illum obtinere non valeam, per ſanctitatem, ac ſapientiam veſtram Dominus, qui* * *unanimes facit habitare in domo, & mihi & illi concedat, quatenus inter nos, & in nobis illaſa caritas maneat.*

Pſal. 67.
* unius moris

Tranſacto jam anno in præſentia clericorum, & comminiſtrorum metropolis Rhemenſis eccleſiæ datis mihi petitionibus, quas præ manibus habeo, reclamatio ad me venit ex parte domini noſtri regis Karoli ac clericorum Laudunenſis eccleſiæ, quia iſdem frater & coepiſcopus noſter Hincmarus cauſa injuriarum ſuarum omnes presbyteros eccleſiæ, ac ſibi commiſſæ parochiæ ſermone conteſtatorio excommunicaverit, ut nemo in ea ſacerdotale officium ageret, non parvuli qui ſæpe diſcrimine mortis periclitantur, baptizarentur, nulli obeunti pœnitentia, vel reconciliatio, ſeu viatici muneris gratia tribueretur, nulli mortuo ſepulturæ humanitas, vel obſequium largiretur. Quæ audiens exhorrui fateor tantæ impietatis immanitatem, & contra evangelicam veritatem, contraque apoſtolicam, & ſacrorum canonum ac regularum eccleſiaſticarum conſtitutionem, novam & antea inauditam præſumptionem. Pro loci ergo mei officio, quantum ex me fuit, anticipare ſatagens, ne quacumque dilatione, hujus præſumptionis occaſione, imminens animarum periculum in eadem parochia proveniret, accito notario, evangelicas & apoſtolicas ſententias, ſacrorumque canonum, & apoſtolicæ ſedis ex his cauſis definitiones in unum collectas præfato fratri noſtro, & domno regi, ac clericis Laudunenſis eccleſiæ per comminiſtros noſtros dirigere maturavi. Prædicto ſcilicet fratri noſtro, ut inſpectis eiſdem ſacratiſſimis diffinitionibus obedientiam dependens, ſancto Spiritui, quo prolatæ ſunt, quod male ligaverat, diſſolvere quantocius procuraret, jubente Domino: *Diſſolve colligationes impietatis, ſolve faſciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti ſunt, liberos, & omne onus diſrumpe.* Domno autem regi, qui in eadem parochia morabatur, & clericis Laudunenſis eccleſiæ, ut ſive iſdem frater noſter Divinis eloquiis ac diffinitionibus obediret, ſive obedire juxta quod ejus mores mihi experti erant, magis credebam reſultare, * diligeret: ipſi præcepto Dei, & ſacrorum canonum, atque apoſtolicæ ſedis auctoritate, ſuum ac animarum ingruens periculum in eadem parochia, abſque ulla retractatione vel hæſitatione, amovere ſtuderent. Sed iſdem frater noſter, ut mente perceperam, in contumacia ſua perſiſtens, obedire ſacris diffinitionibus ſibi directis, modis omnibus recuſavit: & ideo in pertinacia ſua ex tunc & uſque nunc manſit: ut quinquies jam inde a me verbis & litteris conventus atque commonitus, non ſolum perpere admiſſa non correxerit, verum nec ullam ſatisfactionem inde privilegio metropolitano exhibuit. Quapropter peto, ut hæc quæ illi ſcriptis direxi, coram vobis recitari faciatis; & ſi ſecundum tramitem ſanctarum ſcripturarum, traditionemque majorum, hæc nobis tenenda & ſequenda ſunt, dicite, & illum ad his nobiſcum obediendum provocate: & ſi ego humaniter a fide, quod abſit, catholica, & Scripturarum auctoritate, atque ſacrorum canonum, & apoſtolicæ ſedis diffinitionibus, quæ eodem ſpiritu quo & ſacræ ſcripturæ ſunt conditæ (Unde & ſanctus papa Hilarus dicit, *quia non minus in ſanctarum traditionum delinquitur ſanctiones, quam in ipſius Domini injuriam proſilitur*) in aliquo exorbitavi: humiliter obſecro, mihi oſtendite; & libentiſſime Divinis ſcripruris, & ſacris diffinitionibus parere, & de cetero, quæ tenenda & ſequenda ſecundum normam atque doctrinam catholicæ atque apoſtolicæ eccleſiæ oſtenderitis, tenere & ſequi curabo.

Iſai. 58.
* Cov. negligeret.

Ad cujus petitionem in ſynodo coram eodem Hincmaro Laudunenſi epiſcopo relecta ſunt ſcripta, quæ Hincmarus Rhemenſis epiſcopus pro diſſolvenda præfata irregulari excommunicatione Hincmaro Laudunenſi epiſcopo, & præfatæ parochiæ ſcripſerat: & ab omnibus epiſcopis conclamatum eſt, illa ex evangelica veritate, & apoſtolica atque canonica auctoritate, ſecundum ſanctarum ſcripturarum tramitem, traditionemque apoſtolicæ ſedis, atque catholicorum majorum noſtrorum prolata, tenenda atque ſequenda; & quiſquis ab eis contumaciter atque pertinaciter deviare præſumeret, ab unanimitate catholicæ eccleſiæ ſe abſque ulla dubitatione ipſe præcideret; & ob id inter ſchiſmaticos computari deberet: quia ut ſanctus Hilarus papa in decretis ſuis dicit, *Non minus in ſacrarum traditionum delinquitur ſanctiones, quam in ipſius Domini injuriam proſilitur.* In quam ſententiam Hincmarus epiſcopus Laudunenſis offendit, qui ſacris regulis, ſicut in privatis capitulis invenitur, obviare præſumpſit.

Quibus vigilantiori ſenſu conſideratis, præfatus Laudunenſis epiſcopus, quorundam epiſcoporum familiarium ſuorum conſilio uſus; quoniam & a domino rege contra apoſtolicum decretum, (quo præcipitur: *Subjecti eſtote omni creaturæ propter Dominum, ſive regi, quaſi præcellenti*) egiſſe impetebatur; & a metropolitano ſuo de injuria inobedientiæ contra metropolitanum privilegium arguebatur: nullo cogente libellum profeſſionis domno regi, & Hincmaro metropolitano ſuo, in ſynodo de inobedientia ſua porrigere ac ſubſcribere deliberavit, oſtendentibus ſibi quibuſdam epiſcopis eccleſiaſticam & apoſtolicæ ſedis traditionem. Unde ſanctus Hilarius in epiſtola de ſynodis, quam de exilio ad Gallicanos miſit epiſcopos: „ Ubi, inquiens, ſenſus conſcientiæ periclitatur, illic littera poſtulatur: nec ſane ſubſcribi impedit, quod ſalutare eſt confiteri. Et ſicut ſanctus Leo in decretis ſuis ad Anaſtaſium de Attico loquens, a contrario monſtrat: Neceſſe eſt ut obligetur ſcripto, qui obedientiam ſuam ipſo jam voluntario non probat officio. Et in epiſtola ad Theodoſium Auguſtum: Sinceram communis fidei profeſſionem, abſolutiſſima ſubſcriptione, coram omni clero & univerſa plebe; declaret, apoſtolicæ ſedi & univerſis Domini ſacerdotibus, atque eccleſiis publicandam. Et in epiſtola ad Pulcheriam Auguſtam: Quoſdam, inquit, epiſcopos, de his qui rebus impiis videntur præbuiſſe conſenſum, & reconciliationem poſcere, & catholicorum communionem deſiderare: tam noſtrorum, quam fratris & coepiſcopi mei Anatolii, cui teſtimonium ferre dignamini, revelatione cognovimus. Quorum deſideriis ſic præbemus effectum, ut correctis, & quæ male ſunt facta, propria ſubſcriptione damnantibus, participata noſtrorum quos miſimus cura cum ſupradicto epiſcopo, pacis gratia tribuatur: quia devotionis utrumque eſt Chriſtianæ, ut & pertinaces veritas juſta coerceat, & converſos caritas non repellat “. Et item ad Pulcheriam Auguſtam: „ Siquidem pene omnes qui in conſenſum præſidentium in illo Epheſino non judicio, ſed latrocinio, aut traducti fuerant, aut coacti, reſcindendo, quod ſtatuerant, & condemnando quod ſubſcripſerant, perpetuam culpæ abolitionem, & apoſtolicæ pacis gratiam ſint adepti “. Et in epiſtola ad Septimum epiſcopum: „ Saluberrimum eſt, inquit, & ſpiritualis diſcipli-

1. Petr. 2.

„ plinæ utilitate pleniſſimum, ut ſive presbyteri, A
„ ſive diaconi, vel cujuslibet ordinis clerici, qui
„ ſe correctos videri volunt, errorem ſuum, &
„ ipſos erroris auctores, damnari a ſe ſine ambigui-
„ tate fateantur: ut ſenſibus pravis & dudum
„ peremptis nulla ſperandi ſuperſit occaſio, nec
„ ullum membrum eccleſiæ, talium poſſit ſocie-
„ tate violari, cum per omnia illis profeſſio pro-
„ pria cœperit obviare. Et in poſeſſione redeuntium
ad unanimitatem catholicæ eccleſiæ ex regeſto beati
Gregorii inter cetera ſcriptum habetur: Poſtquam
„ ego civitatis illius ille epiſcopus, comperto di-
„ viſionis laqueo quo tenebatur, diutina mecum
„ deliberatione pertractans, prona & ſpontanea
„ voluntate ad unitatem ſedis apoſtolicæ, Divina
„ gratia duce, reverſus ſum, ne non pura mente, B
„ ſed ſimulate reverſus exiſtimer: Spondeo ſub
„ ordinis mei caſu, & anathematis obligatione,
„ atque promitto tibi, & per te ſancto Petro
„ apoſtolorum principi, atque ejus vicario beatiſſimo
„ Gregorio, vel ſucceſſoribus ſuis, me nunquam
„ quorumlibet ſuaſionibus, vel quocumque alio
„ modo, ad ſchiſma, de quo, Redemptoris noſtri
„ miſericordia, ereptus ſum, reverſurum, ſed
„ ſemper me in unitate ſanctæ eccleſiæ catholicæ,
„ & communione Romani pontificis per omnia
„ permanere. Et reliqua. Et in epiſtola ad Theo-
ctiſtam patritiam: Si qui ſunt qui dicunt, quia
„ compulſus quiſpiam ex neceſſitate ſi anathema-
„ tizaverit, anathematis vinculo non tenetur: ipſi
„ ſibi teſtes ſunt, quia Chriſtiani non ſunt, quia C
„ ligamenta ſanctæ eccleſiæ vanis ſe æſtimant co-
„ natibus ſolvere; ac per hoc nec abſolutionem
„ ſanctæ eccleſiæ, quam præſtat fidelibus, veram
„ putant, ſi ligaturas ejus valere non æſtimant.
„ Contra quos diſputandum non eſt, quia per
„ omnia deſpiciendi & anathematizandi ſunt; &
„ unde ſe fallere veritatem credunt, inde in pec-
„ catis ſuis veraciter ligantur. Et aliquanto ſu-
perius. „ Et quia ſi compulſi aliqui de quibus
„ reprehendebantur, anathematizare ſe dicerent,
„ anathematis vinculo nullo modo teneri. Et ſi
„ ſunt qui certiſſime talia ſentiunt vel tenent:
„ quia Chriſtiani non ſunt, dubium non eſt, eoſque
„ & ego, & omnes catholici epiſcopi, atque uni-
„ verſa eccleſia, anathematizamus, quia veritati D
„ contraria ſentiunt, & contraria loquuntur.

Qua traditione atque auctoritate apoſtolicæ ſe-
dis jam dictus epiſcopus iſtiuſmodi libellum por-
rexit in ſynodo. *Ego Hincmarus eccleſiæ Laudu-
nenſis epiſcopus, amodo & deinceps domno ſeniori meo
karolo regi ſic fidelis & obediens ſecundum miniſterium
meum ero, ſicut homo ſuo ſeniori, & epiſcopus per
rectum ſuo regi eſſe debet, ac privilegio Hincmari
metropolitani provinciæ Remorum eccleſiæ, ſecundum
ſacros canones, & decreta ſedis apoſtolicæ ex ſacris
canonibus promulgata, pro ſcire & poſſe me obedi-
turum profiteor*, &c.

Cui profeſſioni atque ſubſcriptioni ſubjuncta eſt
hæc quæ ſequitur cedula: „ In præſentia domni
„ regi Karoli, & epiſcoporum, quorum hic ſequuntur E
„ nomina, vel coram eorum qui defuerunt vicariis
„ ipſorum perſonas repræſentantibus, in ſynodo
„ apud Attiniacum habita in Rhemenſi parochia,
„ Hincmarus Laudunenſis epiſcopus præmiſſam
„ profeſſionem fecit, & eidem ſubſcripſit, ac domno
„ regi Karolo, & Hincmaro archiepiſcopo in ma-
„ nus dedit, anno incarnationis Dominicæ DCCCLXX:
„ regni vero ejuſdem domni Karoli XXX. VII.
„ Kal. Julii, tertiæ indictionis. Hæc ſunt ipſorum
epiſcoporum nomina, qui in eadem ſynodo fuerunt,
& acta hæc ſua conſenſione per ſe, vel per ſuos
vicarios, firmaverunt.

Hincmarus Rhemorum archiepiſcopus.
Remigius Lugdunenſis archiepiſcopus.
Hardvvicus Veſontionenſis archiepiſcopus.
Wlfadus Biturigenſis archiepiſcopus.
Frotarius Burdegalenſis archiepiſcopus.
Bertolfus Treviren. archiep. vicario ſuo.
Et Rhemenſi provincia Actardus Morin. epiſc.
Erpoinus Silvanectenſis epiſcopus.
Hilmeradus Ambian. epiſc. vicario ſuo.
Hincmarus Laudunenſis epiſcopus.
Odo Belvagenſis epiſcopus.
Rageneimus Tornacenſis epiſcopus.
Johannes Cameracenſis epiſcopus.
Vvillebertus Catalaunenſis epiſcopus.
Hildebaldus Sueſſionenſis epiſcopus.
De provincia Lugdunenſi, Iſaacus Lingon. ep.
Liudo Auguſtodunenſis epiſcopus.
Gerbaldus Cavillon. epiſcopus.
De provincia Coloniæ, Franco Tungr. epiſc.
De provincia Senonum, Hildegarius Meld. ep.
Æneas Pariſiacenſis epiſcopus.
Otulfus Trecanenſis epiſcopus.
De provincia Viennenſi, Bernharius Gratia-
nopolitanus epiſcopus.
De provincia Biturig. Rimbertus * Rond. ep.
De provincia Treverenſi, Adventius Metenſis
epiſcopus vicario ſuo.

* Ruthenenſis, ſeu Rodenenſis.

Arnolfus Tullenſis epiſcopus vicario ſuo
Berenhardus Viridunenſis epiſcopus.
De provincia Rotomagenſi, Seibardus Ebroi-
cenſis epiſcopus.
De presbyteris autem & abbatibus, Engelvvi-
nus presbyter & abbas.
Anſegiſus presbyter & abbas.
Sigemundus presbyter & abbas.
Carlomannus diaconus & abbas.

In craſtina autem iſdem Hincmarus Laudu-
nenſis epiſcopus per Hardvvicum Veſuntionen-
ſem archiep. Hincmaro Rhemenſi archiep. hujuſ-
modi breviculum ſecrete ad profitendum ſibi &
ſubſcribendum direxit. *Et ego Hincmarus Rhemo-
rum archiep. tibi Hincmaro Laudunenſis eccleſiæ coe-
piſcopo tuum debitum ſacris præcipientibus canoni-
bus privilegium conſervabo, & in quibuſcumque ec-
cleſiaſticis negotiis indigueris, ſecundum ſacras regu-
las debitum tibi jure adjutorium archiepiſcopali au-
ctoritate adhibebo.* Sed quia ſtulte contra ſacras
regulas petiit, non obtinuit, nec poſtea per ſe
aut per alium aliquem ut hanc inſulſam petitio-
nem obtinere poſſet, quamcumque commemora-
tionem habuit: quia injuſtum atque irrationabi-
le viſum eſt, ut archiepiſcopus a ſacris canoni-
bus non exorbitans, excedenti epiſcopo ſuffraga-
neo, & a ſe ordinato, profeſſionis ac ſubſcri-
ptionis libello ſatisfaceret. Sicut enim ſecundum
Scripturam minor a majore benedicitur: ita pror- Hebr.
ſus minor a majore, & non major a minore
judicatur, ligatur, vel ſolvitur, ſicut & in de-
cretis Gelaſii demonſtratur. Sed & in eo quod
idem Hincmarus Laudunenſ. epiſc. in libello po-
ſuit, quem ſibi ab Hincmaro epiſcopo Remo-
rum profiteri ac ſubſcribi popoſcit, inter cetera
dicens: *Tibi Hincmaro Laudun. eccleſiæ coepiſc.
tuum debitum ſacris præcipientibus canonibus pri-
vilegium conſervabo*, neſcivit quid dixit. Quomo-
do, ut Hieronymus ait, privilegia ſingulorum
communem legem facere non poſſunt, & ſacri
canones provincialibus epiſcopis & eorum eccle-
ſiis vel ſedibus privilegia, ſcilicet privatas leges
vel jura privata, generaliter non dederunt; quia
quod omnes generaliter habent, jus ſpeciale vel
dignitatis lex privata eſſe non valet, ſed metro-
politanis epiſcopis ac metropolitanis ſedibus pri-
vilo

vilegia tribuerunt, decernentes ut antiqua conſuetudo ſervetur Alexandrino epiſcopo, quatenus ſuorum omnium, ſcilicet quæ ſunt in provincia ſuæ diœceſis, velut Innocentius ad Alexandrum epiſcopum Antiochenum oſtendit, & Africanum concil. ad Cœleſtinum papam exponit, habeat poteſtatem, quia & urbis Romæ epiſcopo parilis mos eſt: ſimiliter & apud Antiochiam, ceteraſque provincias, ſuis privilegia ſerventur eccleſiis. Hinc Leo, ſicut & alii ſanctæ ſedis Romanæ pontifices, ex eiſdem ſacris canonibus ad Anaſtaſium Theſſal. epiſc. promulgavit: „ Secundum ſanctorum patrum, inquiens, canones ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos, metropolitanos ſingularum provinciarum epiſcopos jus traditæ ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus: quia etſi ordo generalis in epiſcopis, non tamen communis eſt dignitas omnibus, quomodo & inter beatiſſimos apoſtolos in ſimililitudine honotis fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cum omnium par eſſet electio, uni tamen datum eſt ut ceteris præmineret. De qua forma epiſcoporum quoque eſt orta diſtinctio, & magna ordinatione proviſum eſt, ne omnes ſibi omnia vendicarent, ſed eſſent in ſingulis provinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia, ſicut & Antiochenum concilium decrevit dicens: Per ſingulas regiones epiſcopos convenit noſſe, metropolitanum epiſcopum ſolicitudinem totius provinciæ gerere, propter quod ad metropolim omnes undique qui negotia videntur habere concurrunt: Unde placuit, eum & honore præcellere, & nihil amplius præter eum ceteros epiſcopos agere, ſecundum antiquam a patribus noſtris regulam conſtitutam, niſi ea tantum quæ ad ſuam diœceſim pertinent, poſſeſſioneſque ſubjectas: & reliqua. Quæ etiam & beatus Bonifacius ad Hilarium Narbonenſem epiſcopum ita explanat dicens: Convenit nos paternarum ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes: nulli etenim videtur incognita ſynodi conſtitutio Nicænæ, quæ ita præcipit, ut eadem prope verba proponamus, per unamquamque provinciam jus metropolitanos ſingulos habere debere, nec cuiquam duas eſſe ſubjectas, quod illi, quia aliter credendum non eſt, ſancto Spiritu ſibimet ſuggerente cenſuerunt. Et paulo poſt. Quod idcirco dicimus ut advertat caritas tua: adeo nos canonum præcepta ſervare, ut ita conſtitutio quoque noſtra diffiniat, quatenus metropolitani ſui unaquæque provincia in omnibus rebus ordinationem ſemper expectet. Et Leo ad Theodorum: Solicitudinis, inquit, tuæ, is ordo eſſe debuerat, ut cum metropolitano tuo de eo quod quærendum videbatur eſſe conferres, ac ſi id quod ignorabat dilectio tua etiam ipſe neſciret, inſtrui vos pariter poſceretis, quia in cauſis quæ ad generalem obſervantiam pertinent omnium Domini ſacerdotum, nihil ſine primatibus oportet impleri. De dignitate autem ac privilegiis ſedium idem Leo ad maximum Antiochenum epiſcopum dicit: Etſi, inquiens, diverſa nonnunquam ſunt merita præſulum, tamen jura permanent ſedium, quibus poſſunt æmuli perturbationem aliquam fortaſſe inferre, non tamen poſſunt minuere dignitatem.

*Antioch. can. 9.*

Poſt hæc omnia Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, conſueta levitate commotus, eo quod homines ſui reclamaverunt quomodo illorum beneficia ab eis injuſte tuliſſet. Unde ad hanc rationem inter ſe, & eoſdem accuſatores ſuos diffiniendam, ſecundum ſacros canones electos judices expetivit ac ſuſcepit: & judicium quod expetiverat declinans, noctu aufugit, & Laudunum adiit, indeque hoc pittacium quod ſequitur per Ermenoldum diaconum ſuum Hincmaro metropolitano epiſcopo miſit.

„ *Reverendiſſimo Rhemorum archiepiſcopo Hincmaro, ſancta Laudunenſis Eccleſiæ Hincmarus Deo miſerante epiſcopus debitam in Chriſto devotionem.*

„ Vos ſcitis quia ab univerſali ſanctæ Romanæ eccleſiæ Papa patre quoque noſtro & magiſtro Hadriano bis vocatus exiſto, & vos ipſi in quaternionibus mihi a vobis in Attiniaco palatio coram archiepiſcopis & epiſcopis qui affuerunt datis, quod ad eandem ſedem venire totidem vocatus detrectem me reprehendiſtis, ſi vitio ſcriptoris pro detrectem, quod eſt diſſimulam vel differam, detractem, quod valde detractem non abs re accipi poteſt inter exaratum non fuit. Unde vos nunc pro amore Dei omnipotentis, & reverentia ſancti Petri expoſco, ſicut & in eadem ſynodo in eodem Attiniaco a vobis convocata, quod impetrare non valui expoſtulavi, ac jam etiam per integrum efflagitavi annum, & præcipue in ſynodo apud Vermeriam palatium olim ab horno habita obſecrando declamavi; nunc quoque & obſecro, & item declamo, ut & hactenus egi, quo veſtra archiepiſcopali auctoritate apud domini noſtri glorioſiſſimi regis Karoli clementiam obtineatis, quatenus domini & univerſalis papæ Hadriani præceptis ac inſtitutionibus eccleſiaſticis, mihi, ut omnibus expedit, velut ei qui de omni eccleſia fas habet judicandi, liceat obedire, videlicet ut limina ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli merear, ut devovi, & ab eodem inſuper vocatus ſum, penetrare. Alioquin me vobis abhinc, ut archiepiſcopo coepiſcopus obtemperare debet, canonice ſciatis obſequi non poſſe: quia, ut decernit beatus papa Gelaſius, neſciunt quid loquuntur qui decretis ſanctæ Romanæ ſedis præſulum quaſi canones opponunt, quibus contraire, contra canones eſt ipſos ſe erigere. Iſte Gelaſius papa venerabilis & ſanctus omnes decretales epiſtolas venerabiliter ſanxit ſuſcipiendas, nec eas venerabiliter ſuſcipit, licet ad tomum caput inclinet, qui eis non obedit, ſed potius porro obvias manus inferens, quod ſine periculo agi non poteſt, reſpuit, utpote qui de ſe judicari non proſpicit. Nam velimus noſimus, aut eis parebimus, aut eorum judicio percellemur, quorum neminem aliqui quique reprobare valemus. De archiepiſcopis autem Remigio & Harduico quod mihi per Kutlandum diaconem mandaſtis, privilegio ſanctæ Romanæ eccleſiæ non præjudicat: ſed quod eis eadem ſancta ſedes de me voluit aut diſpoſuit committere, committit. Vos vero quod veſtrum eſt agite, in Domino noſtro Jeſu Chriſto valete. Ego Hincmarus ſanctæ Laudunenſis eccleſiæ epiſcopus ſponte ſubſcripſi.

*Mendoſum hic aliquid.*

Sed quia Hincmarus archiepiſcopus diſtulit ex hoc reſpondere Hincmaro Laudunenſi epiſcopo, expectans ſi forte retractaret quod egerat, & a ſua contumacia reſipiſceret: iſte Laudunenſis epiſcopus miſit ad Hincmarum archiepiſcopum Heddonem clericorum ſuorum præpoſitum, mandans illi talem miſſaticum, ſicut in ſub-

ditis

… cum reſponſione de eodem miſſatico conjungitur.

*HINCMARUS Rhemorum epiſcopus dilecto fratri Hincmaro eccleſiæ Laudunenſis epiſcopo ſalutem.*

XV. Kal. Auguſti præſentis tertiæ indictionis, jam veſpere venit ad me communis frater &

A comminiſter noſter Heddo, præpoſitus commiſſæ tibi eccleſiæ, dicens mihi ex tua parte miſſaticum, ſicut hic habetur ſubnexum.

Meus ſenior vobis mandat ſalutes, &c. *ut in editione Sirmundi tomo 2. pag. 593.*

APPENDIX

# APPENDIX
## *IN HUNC TOMUM*
# CONCILIORUM.

## RABANI ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI Reſponſum ſuper quibuſdam interrogationibus REGINBALDI chorepiſcopi.

*Reverentiſſimo atque amantiſſimo fratri Reginbaldo Hrabanus exiguus ſervorum Dei ſervus in Domino ſalutem.*

POſtquam ſanctitas tua noſtræ parvitati ſe præſentare voluit: tui deſiderium iterum videndi te valide nobis ingeſſit. Ita ut cognoſcentes gravitatem morum, honeſtatem locutionis, humilitatem habitus, hilaritatemque vultus, quam tua dilectio nobis exhibuit, præſentia tua non vellemus carere, ſi quoquo modo eam poſſemus habere continuam. Sed quia veræ caritatis ea eſt ratio, ut quod corporaliter habere ſecum non poteſt, ſpiritualiter nunquam habere ceſſet: licet corpore abſens ſis, ſpiritu tamen præſens eſſe non deſiſtis. Quod eouſque fiet, donec per Dei gratiam exuti a corpore præſentes erimus apud Deum. Hoc tamen adipiſci nos poſſe, magis Divini eſt muneris, quam humanæ facultatis: ſed ſpe jam ſalvi facti ſumus; qui autem in Domino ſperat, beatus eſt.

De cetero quoque, quia veneratio tua quædam capitula mihi in chartula tunc oſtendit ſcripta, in quibus flagitabas me tibi reſpondere de his quæ ibidem continebantur: relegi quantum licebat volumina Divinorum teſtamentorum, atque ſanctorum patrum ſententias, & quantum tempus permittebat, ea quæ ad hoc neceſſaria reſpondendum erant, in unum colligebam. Hludovuici enim regis adventus, quod te ſcire non ambigo, imminens urgebat, ut ad ejus ſuſceptionem occupati eſſemus. Nec jam licuit ſecuræ lectioni inſiſtere, quando ipſe ſe animus ſentiebat in multas partes diviſum. Sed quia tui amoris fervor me tibi parere cogit, mundanis ſolicitudinibus temperatis, quantum fragilitas humanæ mentis ſinebat, potiſſimum tuæ conſentire decrevimus voluntati. Quorum capitulorum hæc fuit ſeries.

I. Primo interrogabas, quid de eo faciendum eſſet, qui hominem Chriſtianum ſolicitando furatus fuerit, & in paganam gentem tradendo vendiderit, a quibus ultra ille venditus ſe eruere non poſſit. Ad quod tunc tibi reſpondi, homicidium reatum ipſum hominem ſibi contrahere mihi videri. Quod & poſtea, legens Divinam ſanctionem in Deuteronomio, ita probaviſſe reperi, cum homicidæ & furi hominem vendenti, parem vindictæ modum impoſuiſſet. Nam ſicut ibi legitur *anima pro anima* homicidam debere reddere, *oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede*: ſic & ipſum hominem qui deprehenſus fuerit ſolicitaſſe fratrem ſuum de filiis Iſrael, & vendidiſſe accipiendo

Deuter. 19. Ibid. 24.

B pretium, jubet interficere, & ita auferre malum de medio populi Dei. Unde mihi videtur, ſicut par ſententia in lege Divina eſt conſtituta de homicida & fure hominem vendente, ſic & canonica auctoritate pari modo plectendum eſſe qui fratrem furando atque ſolicitando vendiderit, & illum qui proximum ſuum Chriſtianum hominem injuſte peremerit; & eo gravius, quo eum in paganam gentem tradiderit, nec de animæ ſuæ ruina ullam compaſſionem habuerit. In concilio Ancyrano ita ſcriptum eſt: „Qui voluntarie homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jugiter ſe ſubmittant, perfectionem vero circa

C „finem vitæ conſequantur. De homicidiis non „ſponte commiſſis, prior quidem definitio poſt „ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi „præcepit, ſecunda vero quinquennii tempus „explere. Sed in omnibus judiciis temperanda eſt ſententia juxta intentionem & ſtudium pœnitentis: ſi quis enim veraciter pœnitentiam egerit cum lacrymis jejunia & orationes ſolvens, eleemoſynas largiter impendens, hujus ergo habet ſacerdos poteſtatem mitigare judicium. Qui autem mentis eſt duræ, & negligens eſt ad agendam pœnitentiam: in hoc omnino decretum eſt

Ancyran. can. 21. can. 22.

D tempus ſervandum.

II. De infantibus autem qui mortui cum patre & matre inveniuntur, & non apparet utrum ab eis oppreſſus ſit ipſe infans ſive ſuffocatus, an propria morte defunctus: nec debent inde ſecuri eſſe nec ſine pœnitentia ipſi parentes. Sed tamen in eis conſideratio debet eſſe pietatis, ubi non voluntas, ſed eventus, mortis cauſa fuit. Si autem eos non latet, ipſos ejus eſſe interfectores, ſcire debent graviter ſe deliquiſſe, quod in Ancyrano concilio hoc modo probatur. „De mulieribus quæ fornicantur & partus ſuos „necant, vel quæ agunt ſecum ut utero con-

E „ceptus excutiatur: antiqua quidem definitio „uſque ad ultimum vitæ eas ab eccleſia remo„vet. Humanius autem nunc definimus, ut eis „decem annorum tempus ſecundum præfixos „gradus pœnitentiæ largiamur. Sed alii trium annorum pœnitentiam hujuſmodi hominis denunciat eſſe debere, hoc eſt qui infantem incaute oppreſſerit, quorum unum ex eis exigat cum pane & aqua, abſtineatque ab omni luxuria tempore pœnitentiæ ſuæ.

Ibid. can. 20.

III. De eo vero qui viduam proximi ſui in conjugium duxit, illud conſiderandum eſt, quo-

ta

ta generatione ipſa connubia inter propinquos fieri poſſunt, & ſic de utroque ſexu judicium æquum agendum: quia alii tertia vel quarta generatione hoc fieri poſſe judicabant, alii quinta, alii ſexta. Sed illud ibi præcipue conſiderandum eſt, quod lex Divina inde præcipiat, ſuper quo capitulo Humberto epiſcopo ſciſcitanti jam reſpondimus. Cujus reſponſionis formulam etiam nunc tibi direximus. Manifeſtum eſt enim, quod ſacri canones ei anathema dicunt, qui de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem. Et ideo ibi ſumma eſt cautela habenda: ne forte pro inceſti noxa æterna damnatio ſequatur.

IV. De eo autem quod interrogabas, ſi pater & filius, vel ſi duo fratres, aut avunculus & nepos, cum una muliere fornicarentur, quid inde faciendum eſſet: manifeſtum eſt, quod gravi vindicta plectendum erit, quod grave facinus eſſe reperiatur. Omnis enim mœchia interdicitur ubi ſcriptum eſt: *Non mœchaberis*. Quanto magis cum cognata, vel cum conjuge, vel concubina cognati? Quid autem Dominus in lege in vindicta talium juſſerit, liber Leviticus demonſtrat, ubi ita ſcriptum eſt. *Si mœchatus fuerit quis cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum conjuge proximi ſui: morte moriatur & mœchus & adultera. Qui dormierit cum noverca ſua, & revelaverit ignominiam patris ſui, morte moriantur ambo. ſanguis eorum ſit ſuper eos. Si quis dormierit cum nuru ſua, uterque moriatur, quia ſcelus operati ſunt: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Qui ſupra uxorem filiam, duxerit matrem ejus, ſcelus operatus eſt, vivus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio veſtri. Qui acceperit ſororem ſuam filiam patris ſui, vel filiam matris ſuæ, & viderit turpitudinem ejus, illaque conſpexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati ſunt, occidentur ambo in conſpectu populi, eo quod turpitudinem ſuam mutuo revelaverint, & portabunt iniquitatem ſuam. Turpitudinem materteræ & amitæ tuæ non diſcooperies qui hoc fecerit, ignominiam carnis ſuæ nudabit, portabunt ambo iniquitatem ſuam. Qui coierit cum uxore patrui vel avunculi ſui & revelaverit ignominiam cognationis ſuæ, portabunt ambo iniquitatem ſuam; abſque liberis morientur. Qui duxerit uxorem fratris ſui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris ſui revelavit: abſque filiis erunt.* (Levit. 20.) His enim indiciis patet, quantum Domino diſpliceat omnis inceſtus & pollutio coitus illiciti, quia mortis judicio hujuſmodi ſcelus puniendum eſſe judicavit. Nec enim filium cum uxore patris, nec patrem cum uxore filii licet concumbere, quia dormire cum noverca ſeu cum nura prohibuit. Sed neque ducere uxorem fratris convenit, quia hujuſmodi abſque filiis fieri, hoc eſt mortis reus eſſe, judicatur. Si enim Dominus in lege turpitudinem inceſtus mortis ſententia vindicari juſſit: quomodo in evangelio, ubi ſumma juſtitia eſt, inceſtuoſus pœnam peccati effugiet? maxime cum ibi pœna temporalis decernitur, hic gehenna ignis perpetui prædicitur.

Quam diſcretionem ſentiens Apoſtolus, ad Hebræos ſcribens ait: *Irritam faciens legem Moyſis, ſine ulla miſeratione ſub duobus vel tribus teſtibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?* (Hebr. 10.) Proinde valde neceſſarium eſt, ut duram judicii ſententiam mitigare ſtudeat peccatorum per condignam pœnitentiam: ne forte ſcelus incorrectum ultio puniat perpetua. Unde eſt, ut Johannes Baptiſta in evangelio turbas quæ exibant ut baptizarentur ab eo, hortatus eſt, dicens. *Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ, jam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* (Luc. 3.) Sacri autem canones quid de inceſtuoſis præcipiant, facile eſt agnoſcere. Nam in Cæſarienſi concilio ita ſcriptum eſt: „Mulier ſi duobus fratribus nupſerit, abjiciatur uſque ad mortem. Verumtamen in exitu, propter miſericordiam, ſi promiſerit quod facta incolumis, hujus conjunctionis vincula diſſolvat, fructum pœnitentiæ conſequatur. Quod ſi defecerit mulier aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita manenti. (Neocæſar. can. 2.) Unde patet, quod æque malum eſt hoc, quod mulier duobus nupſerit, & illud, cum vir duas uxores duxerit, aut pater & filius ſi cum una muliere fornicati fuerint, aut avunculus & nepos ſi cum una muliere dormierunt, aut aliquid hujuſmodi factum fuerit. Quapropter juſtum eſt, ut taliter peccantes, uſque ad finem vitæ pœnitentiam agant. Niſi forte propter nimium fletum & compunctionem validam, devotamque pœnitentiam aliquid humanius ſacerdos apud pœnitentem agendum eſſe decrevit. Quia cujus Dominus cor in compunctione lacrymarum & amaritudine fletuum viſitaverit, hujus breviandi tempus pœnitentiæ poteſtatem ſacerdos habebit, ſicut ſcriptum eſt in Laodicenſi concilio: „De his qui diverſis facinoribus peccaverunt, & perſeverantes in oratione confeſſionis & pœnitentiæ converſionem habuere perfectam, pro qualitate delicti: talibus, poſt pœnitentiæ tempus impenſum, propter clementiam & bonitatem communio concedatur. (Laodic. can. 2.) In Ancyrano quoque concilio, de adulterio ita ſcriptum eſt: „Si cujus uxor adultera fuerit, vel ſi ipſe adulterium commiſerit, ſeptem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem conſequi ſecundum priſtinos gradus. (Ancyr. can. 19.) Igitur Theodorus judicavit, eum qui inceſtum fecerit, duodecim annis pœnitere debere.

Quid autem inde ſentiant ceteri doctores, in libellis eorum quos de pœnitentia conſcripſerunt, invenire poteris, qui, alii quindecim annis, alii duodecim annis, alii decem, alii ſeptem, de hujuſmodi ſceleribus judicaverunt pœnitudinem explendam: Sed tu priſcorum patrum veſtigia ſequens, illis ſolis ſpatium temperes, qui devote & cum lacrymis pœnitentiam egerunt. Ceteri autem definitum tempus expleant, quia in Salomone ſcriptum eſt: *Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.* (Prov. 28.) Pius eſt enim Deus & miſericors: ſed *miſericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. Facit potentiam in brachio ſuo, diſpergit ſuperbos mente cordis ſui.* (Luc. 1.) *Qui autem mentis eſt duræ, corruet in malum.* (Prov. 18.) *Et qui cuſtodit mandatum, cuſtodit animam ſuam: qui autem negligit vias ſuas, mortificabitur.* (Prov. 19.)

V. De ſervo autem illo qui fugerit Dominum ſuum interrogabas, ſi ille in ipſa fuga mortuus fuerit, utrum liceret pro eo Miſſas cantare, aut pſalmodias. Hoc in Divinis libris non invenimus prohibitum: ſed tamen ſcimus ab apoſtolis fortiſſime præceptum, ut *ſervi ſubditi ſint in omni timore dominis; non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis*: (1. Pet. 2.) & obedientes illis fiant in omnibus. In canone autem Gangrenſis concilii ita ſcriptum eſt: „Si quis ſervum ſub prætextu „Di- (Gangr. can. 3.)

APPENDIX

„ Divini cultus doceat dominum contemnere A
„ proprium, ut diſcedat ab ejus obſequio, nec ei
„ cum benevolentia & omni honore deſerviat, a-
„ nathema ſit. Unde datur intelligi, quod ſi ille
anathema meruit qui docet ſervum, dominum
proprium contemnere, & ab ejus obſequio rece-
dere: quanto magis ille qui dominum ſuum ſper-
nit, & ejus ſervitio ſubdi noluerit. Sed tamen
diſtantia eſt inter eum qui per ſuperbiam, & il-
lum qui propter neceſſitatem fugit, coactus cru-
delitate domini ſui. Nam Agar famula Saræ,
fugam iniit, affligente eam domina ſua: ſed an-
gelo admonente ut reverteretur, & fieret ſubjecta
dominatrici ſuæ, reverſa eſt ad dominam. Sic &
Oneſimus ſervus Philemonis effugit a domino
ſuo, ſed Paulo apoſtolo docente credidit Chriſto, B
& baptizatus eſt: & ſic per patrocinium Apoſto-
li reſtitutus eſt proprio domino ſuo. Admonen-
dus eſt enim ſervus quilibet fugitivus, per fideles
Doctores, ubicumque fuerit, ut revertatur ad do-
minum ſuum, & fiat ei ſubjectus, ne forte con-
temnens præceptum Domini, perpetuo anathema-
te percutiatur. Attamen ſi in ipſa fuga obierit,
orandum eſt pro eo, niſi forte aliquo crimine
majore implicetur, aut in perfidiam devolvatur,
unde infructuoſa pro eo non poſſit eſſe oratio. At-
tamen Auguſtinus ad Laurentium ſcribens ita in-
„ ter alia ait: Cum ergo ſacrificia, ſive altaris,
„ ſive quarumcumque eleemoſynarum, pro bapti-
„ zatis omnibus offeruntur: pro valde bonis gra-
„ tiarum actiones ſunt, pro non valde malis pro- C
„ pitiationes ſunt, pro valde malis, etiamſi nul-
„ la ſunt adjumenta mortuorum, qualeſcumque
„ tamen conſolationes ſunt vivorum. Quibus au-
„ tem proſunt, aut ad hoc proſunt, ut ſit plena
„ remiſſio, aut certe ut tolerabilior fiat ipſis dam-
„ natio.

VI. De illo vero qui presbyterum ſe eſſe fin-
xerit, cum non eſſet ordinatus, & baptiſmi offi-
cium exercuit, requirendum eſt utrum ipſe ba-
ptizans baptizatus eſſet, & utrum in nomine ſan-
ctæ Trinitatis ſub trina merſione baptizaverit.
Quod ſi ita erat, non eſt iterum baptizandus,
ſed per impoſitionem manus epiſcopalis, & un-
ctionem ſacri chriſmatis id quod factum eſt con-
firmandum. Quia quod ſemel eſt in ſacramento D
baptiſmatis effectum, non licet iterari, quoniam
unus eſt Dominus, una fides, unum baptiſma.
Attamen ille qui præſumptuoſe egit, & non pro
neceſſitate aliqua, canonica diſciplina eſt coercen-
dus. Igitur ut beatus Ambroſius teſtatur, poſt-
quam omnibus locis eccleſiæ ſunt conſtitutæ, &
officia ordinata, aliter compoſita res eſt, quam
cœperat. Primum enim omnes docebant, & om-
nes baptizabant, quibuſcumque diebus vel tem-
poribus fuiſſet occaſio. Nec enim Philippus tem-
pus quæſivit, aut diem quo eunuchum baptiza-
ret, neque jejunium interpoſuit. Neque Paulus
& * tempus diſtulerunt, quo optionem carce-
ris cum ejus omnibus baptizarent. Neque Petrus
clericos habuit, aut diem quæſivit quando Corne- E
lium cum omni domo ſua baptizavit, nec ipſe,
ſed juſſit fratribus qui cum eo erant apud Cor-
nelium in Joppe. Adhuc enim præter ſeptem dia-
conos nullus fuerat ordinatus. Ut ergo creſceret
plebs & multiplicaretur, omnibus conceſſum eſt
& evangelizare, & baptizare, & Scripturam in
eccleſia explanare. At ubi omnia loca circumple-
xa eſt eccleſia, conventicula conſtituta ſunt, &
rectores, & cetera officia eccleſiis ſunt ordinata,
ut nullus de clero auderet, qui ordinatus non eſ-
ſet, præſumere officium quod ſciret non ſibi cre-
ditum vel conceſſum: & cœpit alio ordine & pro-
videntia gubernari eccleſia. Quod ſi omnes ea-
dem poſſent, irrationabile eſſet, & vulgaris res
& viliſſima videretur. Hinc ergo eſt unde nunc
neque diaconi in populo prædicant, neque ceteri
clerici vel laici baptizant, neque quocumque die
credentes tinguntur niſi ægri. Ideo non per om-
nia conveniunt ſcripta Apoſtoli ordinationi quæ
nunc in eccleſia eſt, quia hæc inter ipſa primor-
dia ſunt ſcripta. Nam & ipſe Timotheum pres-
byterum a ſe creatum epiſcopum vocat, quia
primi presbyteri epiſcopi appellabantur, ut rece-
dente eo ſequens ſuccederet. Denique apud
Ægyptum presbyteri conſignant, ſi epiſcopus præ-
ſens non ſit. Sed quia cœperunt ſequentes pres-
byteri indigni ad primatus tenendos, immutata
eſt ratio, proſpiciente concilio ut non ordo, ſed
meritum crearet epiſcopum, multorum ſacerdo-
tum judicio conſtitutum, ne indignus temere u-
ſurparet, & eſſet multis ſcandalum. Quod autem
unum ſit Chriſti baptiſma, & licet a diverſis mi-
niſtretur non debet iterari vel mutari, ſacrum
evangelium oſtendit, ubi verba Joannis Baptiſtæ
poſita ſunt ita dicentis: *Quia vidi Spiritum de-* Joan. 1
*ſcendentem quaſi columbam de cælo, & manentem ſu-*
*per eum, & ego neſciebam. Sed qui miſit me ba-*
*ptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem vide-*
*ris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum,*
*hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Et ego vidi,*
*& teſtimonium perhibui quia hic eſt Filius Dei.* Quam
ſententiam beatus Auguſtinus ita expoſuit. „Quid
„ ergo per columbam didicit Joannes, niſi quan-
„ dam proprietatem in Chriſto futuram? ut quam-
„ vis multi miniſtri baptizaturi eſſent, ſive juſti
„ ſive injuſti, non tribueretur ſanctitas baptiſmi,
„ niſi illi ſuper quem deſcendit columba. De quo
„ dictum: Hic eſt qui baptizat in Spiritu ſan-
„ cto. Petrus baptizet, hic eſt qui baptizat: Pau-
„ lus baptizet, hic eſt qui baptizat: Judas bapti-
„ zet, hic eſt qui baptizat. Nam ſi pro diverſi-
„ tate meritorum baptiſmus eſſet, quia diverſa
„ ſunt merita, diverſa eſſent baptiſmata. Sed u-
„ num eſt baptiſma, & ſolus eſt Chriſtus,
„ qui per diverſos miniſtros ſuos baptiſmate ba-
„ ptizat in remiſſionem omnium peccatorum. Ideo
ſacri canones præcipiunt ut qui ab hæreticis ba-
ptizati ſunt, non rebaptizentur, ſed per impoſi-
tionem manus ſola ſancti Spiritus invocatione,
quem ab hæreticis nemo accipit, a catholicis ſa-
cerdotibus eccleſiæ ſecuritatem conſequantur.

VII. De illis vero qui in Quadrageſima ante
Paſcha carnem manducant, vel juramentum in
altari vel in ſanctorum reliquiis faciunt: manife-
ſtum eſt quod injuſte agunt, quia Divinis man-
datis contrarii exiſtunt. Unde & per Iſaiam Do-
minus pravorum jejunium ſpernit, ita dicens: Isa. 58.
„ Ecce in die jejunii veſtri invenitur voluntas ve-
„ ſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ec-
„ ce ad lites & contentiones jejunatis, & percu-
„ titis pugno impie. Nolite jejunare ſicut uſque
„ ad hanc diem, ut audiatur in excelſo clamor
„ veſter. Numquid tale eſt jejunium quod elegi,
„ per diem affligere animam ſuam? numquid con-
„ torquere quaſi circulum caput ſuum? & ſacco
„ & cinere ſternere? Numquid iſtud vocavi jeju-
„ nium & diem acceptabilem Domino? Nonne
„ hoc eſt magis jejunium quod elegi? Diſſolve
„ colligationes impietatis, ſolve faſciculos depri-
„ mentes, dimitte eos qui confracti ſunt liberos,
„ & omne onus diſrumpe. Frange eſurientibus
„ panem tuum, & egenos vagoſque induc in do-
„ mum tuam. Cum videris nudum, operi eum,
„ & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet
„ quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius

„ orie-

„ orietur; & anteibit faciem tuam juſtitia tua, „ & gloria Domini colliget te. Tunc invocabis, „ & Dominus exaudiet, clamabis, & dicet, ecce „ aſſum, quia miſericors ſum Dominus Deus „ tuus. Hinc in canone ſanctorum patrum ſcri- „ ptum eſt, quod non oporteat in Quadrageſima „ nuptias aut natalitia celebrare, nec jejunium „ ſolvere, totamque Quadrageſimam ſine venera- „ tione tranſire; magiſque conveniat omnem „ Quadrageſimam diſtricto venerari * judicio. Non eſt enim dignum, ut qui eccleſiæ unitatem ſcindit, & ſanctorum patrum traditiones ſolvit, ſine vindicta exeat, ſed pro hoc pœnas condignas ſolvat. Sacerdotis autem judicio temperanda eſt pœnæ vindicta, ſecundum modum pœnitentis: quia, ut ſupra dictum eſt, qui veraciter pœnitet & per lacrymarum indicia cordis ſui contritionem manifeſtat, leviori diſciplina tractandus eſt, quia cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit, & in quocumque die peccator converſus pœnitentiam egerit, & fecerit judicium & juſtitiam, vita vivet & non morietur. Nec temporis longinquitas ſed animi affectus penſandus eſt, quia ſuſcepit Dominus triduanam pœnitentiam Ninivitarum, & Petri negationem amariſſimis fletibus ablutam Dominus indulſit, cum eum tertia die reſurgens inter ceteros diſcipulos angelica vocatione ad ſuam præſentiam & reconciliationem venire juſſit.

Laodic. can. 50. & 51.

* Pro, re- judicio ?I.

Hæc tibi, ſancte frater, prout opportunitas temporis ſe contulit, feſtinanter dictavi: paratus, ſi quid deeſt in reſponſis, tempore opportuno tibi planius explicare. Tu autem & commendatum tibi gregem diligenter inſtrue, & nos orationibus juva: quatenus aliquid tibi dignum ſcribamus, & de tuo bono opere tibi quotidie congratulemur. Dominus omnipotens in hac vita te bonis operibus augeat, & in futuro mercede remuneret ſempiterna.

G. C. Primum in Appendice locum dedimus huic opuſculo, & conſequenti: ut Rabanus & Hincmarus coævi præſules, proxime conjunguntur: maxime cum utriuſque opuſcula eodem ex loco deſcripta ſint.

## PRÆMONITIO

## IN SEQUENTEM EPISTOLAM

*Epiſtolam hanc ideo edendam hic cenſui, non quidem ut novi aliquid darem; legitur enim inter opera Rabani a Colvenerio excuſa, ſed cum eam repererim in vetuſtiſſimo codice Vaticano Palatino 576. ibique multo correctior quam in editis exiſtat, ſanetque luxationem, quæ in eiſdem editis occurrit, ideo dandam hic cenſui, cum præſertim a re Conciliari non multum abludat.*

*Domino vere Sancto & Beatiſſimo Patri Humberto gratia Dei Epiſcopo Rhabanus viliſſimus Servorum Dei ſervus in Chriſto ſalutem.*

NUper venerunt ad me litteræ de tua ſanctitate directæ quæ inter alia ex quibus tua mecum dilectio decrevit tractare continebant de nuptiis, ut quota generatione legitimum connubium eſſe poſſet tibi edicerem, ubi & commemorabas te quædam capitula legiſſe Papæ Gregogorii ad Auguſtinum gentis Anglorum Pontificem; nec non Zachariæ Papæ decreta de eadem re. Similiter quoque quid Iſydorus Hiſpanienſis Epiſcopus in ethimologiis ſuis inde ſenſerit notum habere; & quid ego ſuper hæc omnia ſentirem tibi a me reſcribi poſtulabas. Unde ego videns quantitatem negotii breviter reſpondi, quod tanta res, & ſpatium temporis, & otium ſcribentis inquireret. Nec me cito poſſe ad ea quæ rogabas in multum occupatum condigne reſpondere; ſed majorum dicta, & ſacrorum librorum volumina ante præſcrutari velle & ſic ad rem ſcribendam manum mittere. Sed cum poſtmodum te ſentirem ad promiſſa exequenda avidius anhelare, præoccupavi tempus, & feſtinanter tuæ voluntati obtemperare decrevi breviter, hæc commemorans, quæ legiſſe me recordatus ſum, vel quæ ſubito dictanti in mentem venerant. Igitur de Nuptiis quid licitum ſit, vel illicitum Dominus per legem, vel evangelium innotuit, quia bono conjugali uti conceſſit, atque omne inceſtum, & fornicationem omnino prohibuit.

Quod autem conſanguinitas honoranda ſit liber Leviticus oſtendit, ubi ita legitur: Locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens: Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, ego Dominus Deus veſter, juxta conſuetudinem terræ Ægypti in qua habitaſtis non facietis, & juxta morem terræ Chanaam, ad quam ego vos introducturus ſum non agetis, nec in legitimis eorum ambuletis, facietiſque præcepta mea, & judicia ſervabitis, & ambulabitis in eis, ego Dominus Deus veſter. Cuſtodite legitima mea, atque judicia quæ homo faciens vivet in eis, ego Dominus. Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus, ego Dominus. Turpitudine patris tui, & turpitudinem matris tuæ non diſcooperies: mater tua eſt, non revelabis turpitudinem ejus. Turpitudinem uxoris patris tui non diſcooperies; turpitudo enim patris tui eſt. Turpitudinem ſororis tuæ ſive ex patre, ſive ex matre, quæ domi, vel foris genita eſt, non revelabis. Turpitudinem filiæ filii tui, vel neptis ex filia non revelabis, quia turpitudo tua eſt. Turpitudinem filii uxoris patris tui, quem peperit patri tuo, non revelabis, quia ſoror tua eſt. Turpitudinem ſororis patris tui non diſcooperies, quia caro eſt patris tui. Turpitudinem ſororis tuæ non diſcooperies, eo quod caro ſit matris tuæ. Turpitudinem patrui tui non revelabis, nec accedes ad uxorem ejus, quæ tibi affinitate conjungitur. Turpitudinem nurus tuæ non revelabis, quia uxor filii tui eſt, nec diſcoperies ignominiam ejus. Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis, quia turpitudo fratris tui eſt. Turpitudinem uxoris tuæ, & filiæ ejus non revelabis, filiam filii ejus, & filiam filiæ ejus non ſumes, ut reveles ignominiam ejus, quia caro illius ſunt, & talis coitus inceſtus eſt. Sororem uxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec revelabis turpitudinem ejus. Cum enim Dominus populum ſuum de contaminationibus gentium voluiſſet ſeparare, primum generali vocabulo ad proximitatem ſanguinis prohibuit quemquam accedere, ne revelaret turpitudinem ejus. Deinde ipſam generalitatem formæ in duodecim ſpecies ſubdiviſit, quæ tamen ultra tertiam, vel quartam generationem non procedunt. Ac ideo reor Domnum Gregorium Papam Auguſtino interroganti tertia, vel quarta generatione jam licite connubia jungi, reſpondiſſe. Similiter & in Theodori Archiepiſcopi Gentis Anglorum Capitulis, quæ de neceſſariis rebus conſcripſit invenimus, quod in tertia propinquitate carnis ſecundum Græcos liceret nubere; in quinta vero ſecundum Romanos, qui tamen conjugia in tertia propinqui-

[...]tate facta non reſolverent, ſi antea ab inſcientibus comparta fuiſſent æqualiterque conjungeretur vir in matrimonio eis qui ſibi conſanguinei ſunt, & uxoris ſuæ conſanguineis poſt mortem uxoris. Hunc autem Theodorum Tharſo Ciliciæ natum Vitellianus Papa Romæ Epiſcopum ordinans ad Britanniam miſit, unde & tam orientalium, quam occidentalium Eccleſiarum conſuetudinibus pleniter inſtructus fuerat, nec eum aliqua latere potuerunt, quæ in obſervationibus legitimis, Græci, vel Romani, eo tempore habuerunt, maxime cum in utraque lingua perfecte inſtructus eſſet.

Quod autem proximis temporibus Romanorum pontificum ſcripta continent, uſque ad ſextam, vel ſeptimam generationem conjugii uſum eſſe B differendum magis ex conſuetudine humana hoc eos præcepiſſe credendum eſt. Quod ita ſemper S. Bonifacius martyr, noſterque patronus de eadem re epiſcopos Gentis ſuæ credidit eſſe conſulendos, ut ſibi quid in SS. Patrum ſententiis inde explanatum invenirent ſibi deſcriberet. Nam quod Iſydorus in ethimologiis ſuis uſque ad ſextam generationem conſanguinitatis abſtinendum, & ſic legitime connubia conjungenda aſſeruit, inde reor eum feciſſe, quod genealogiæ ſeriem retexens, quouſque ordinem numerando perduxit, eo cognationem ſervandam ſanguinis extimavit. Sicque ad innovationem generis & amicitiæ jus confirmandum redire ad connubium ſancivit, quando jam cognationis ordo numerari deſivit. Cete- C rum ante omnia conſiderandum eſt; ut ſic cenſura diſciplinæ temperetur, ne per immoderationem correptionis peccati cumulus augeretur. Scimus enim, quod qui in lege cognationis jus ſervare conſtituit, ipſe in Evangelio fœdus conjugii non diſſolvendum præcepit. Ita ſane ut ſi quis dimitteret uxorem, excepta cauſa fornicationis, faceret eam mœchari, & qui dimiſſam duceret mœcharetur. Sic & Apoſtolus eamdem rationem ſequens in epiſtola ſua juſſit mulierem a viro non diſcedere; quod ſi diſceſſerit manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Si enim ubicunque aliquid proximitatis, vel conſanguinitatis, licet longinquæ inter conjugatos inveniri poteſt; ſtatim matrimonium diſſolvitur, vereor quod adulterium, D & fornicationis ſcelus multiplicetur. Quia cum conjugato adoleſcenti, vel juveni ſocietas comparis ſuæ denegatur, nec aliquid ſolatii impenditur, unde continentiam ſervare poſſit, libidine inflammatus per diaboli inſtigationem, multiplici fornicatione forſan polluitur, ac in præcipitium mortis æternæ anima demergitur. Unde Apoſtolus hujuſcemodi vitium amputare volens ſcripſit dicens: bonum eſt mulierem non tangere, propter fornicationem autem unuſquiſque uxorem ſuam habeat, & unaquæque virum ſuum habeat. Uxori vir debitum reddat, & ſimiliter uxor viro. Et paulo poſt: nolite fraudare invicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, ut vagetis orationi, & iterum revertimini in idipſum, ne ten- E tet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram.

His ergo omnibus conſideratis bonum mihi videtur ut legis divinæ conſtitutio inviolata ſervetur, & ſcandalum quantum ad homines pertinet pro facultate virium declinetur. Ubi autem ſine majori detrimento ſcandalum jam devitari non poteſt, melius eſt, ut minus ſcandalum toleretur, quam maximum propter incautelam efficiatur. Igitur quia a mea parvitate voluiſti quid ſentirem de hac re tibi reſcribi, propter infirmitatem inſtantis temporis reor hoc quod Theodorus Archiepiſcopus inter Gregorium, & Iſydorum medius incedens in ſuis Capitulis definivit, magis ſequendum; ut poſt quintam generationem jam licitum connubium fiat; quia nec lex divina hoc contradicit nec etiam Sanctorum dicta hoc prohibent. Si autem & in quinta ab inſciis copula fuerit peracta, melius mihi videtur, ut cum pœnitentiæ humiliatione, ſi ſe uxoratus continere non vult, Deo ſatisfaciat; & tamen ei prædicetur quam bonum ſit ut ab hujuſcemodi copula ſe ipſum abſtineat, ſi forte det illi Deus pœnitentiam, & reſipiſcat a Diaboli laqueis, gratam continentiæ ſuæ ſpontanea voluntate oblationem poſtmodum offerat Deo. Et ſic ni fallar, cautela erit in judicio, atque juſtitia ſervatur in facto. Deo Gratias.

## OPUSCULUM RABANI archiepiſcopi,

*Si liceat chorepiſcopis presbyteros & diaconos ordinare cum conſenſu epiſcopi ſui.*

POſtquam per nos tranſeuntes abiiſtis, cogitavi mecum de hoc quod præſentaliter retuliſtis, qualiter quidam de occidentalibus epiſcopis ſenſerunt de chorepiſcoporum ordine, & quod quidam eorum réordinarent illos, qui temporibus anteceſſorum ſuorum a chorepiſcopis ordinati ſunt, presbyteros atque diaconos, necnon & eccleſias ab eis ſimiliter conſecratas, profanantes omnem ſanctificationem priſtinam, quaſi non legitimam, quam tamen cum conſenſu atque præcepto epiſcoporum ſuorum ipſi chorepiſcopi perpetraverunt.

Unde & ſchiſmata in eccleſia Dei oriuntur, cum rectores populi Dei in doctrina ſua ab invicem diſcrepant: alii dicentes licere chorepiſcopis cum conſenſu & præcepto majorum ſuorum, hoc eſt præſulum civitatum ſub quibus ipſi degunt, manus baptizatis imponere, ut accipiant Spiritum ſanctum, presbyteroſque atque diaconos, necnon & ceteros eccleſiæ gradus ordinare: alii vero affirmantes, nullo modo eis hoc miniſterium competere, ſed tantum illis epiſcopis qui urbibus præſunt. Ex quo videlicet excitantur ſectæ, invidiæ, iræ, rixæ, æmulationes, diſſenſiones, contentiones: per quæ multi de populo, videntes magiſtrorum diſſenſionem, non mediocriter ſcandalizantur.

Non enim hujuſmodi litigatores illam concordiam apoſtolicam ſequuntur, de qua Philippenſes Paulus obſecrat, dicens: *Si qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium caritatis, ſi qua ſocietas ſpiritualis, ſi qua viſcera miſerationis: implete gaudium meum, ut idem ſapiatis, eandem caritatem habentes, unanimes idipſum ſentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: ſed in humilitate ſuperiores ſibi invicem arbitrantes, non quæ ſua ſunt conſiderantes ſinguli, ſed ea quæ aliorum.* Unde & ipſe volens juniores ſuos auditoribus commendare, & non deſpectos, ſed acceptabiles reddere, Corinthios admonet, dicens: *Rogo ergo vos, fratres, imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Ideo miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius meus cariſſimus & fidelis in Domino, qui vos commonefaciat vias meas, quæ ſunt in Chriſto Jeſu, ſicut ubique in eccleſia doceo.* Et rurſum: *Si autem*, inquit, *venerit Timotheus, videte ut ſine timore ſit apud vos: opus enim Domini operatur, ſicut & ego. Ne quis ergo illum ſpernat, deducite illum in pace, ut veniat ad me, expecto enim illum cum fratribus.* Hoc autem præceptum humilitatis clare ab ipſa veritate ſumpſit, quæ in evangelio diſcipulos de primatu contendentes inſtru-

Philipp. 2.

1. Cor. 4.

Ibid. 16.

Matth. 20. ſtruxit, dicens: *Reges gentium dominantur eorum,* A *& qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem non ſic: ſed qui major eſt in vobis, fiat ſicut junior; & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.* Et ſuo eos exemplo informans ſequitur, dicens: *Ego autem in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat: filius enim hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis.* Luc. 22. Matth. 20.

Habebant enim ipſi apoſtoli adjutores in prædicatione evangelii Chriſti, qui etiam ordinationes fecerunt ex præceptis eorum. Unde legitur in codice, quem Damaſus papa de epiſcopis Romanæ eccleſiæ, petente Hieronymo presbytero conſcripſit, quod Linus & Cletus ex præcepto beati Petri ordinationes presbyterorum fecerunt: B cum tamen poſt paſſionem Petri, non illi, ſed Clemens, in honorem cathedræ ſucceſſerit, ipſo eidem tradente principe apoſtolorum, ſicut epiſtola ejuſdem Clementis ſcripta ex mandato Petri ad Jacobum fratrem Domini teſtatur. Hinc reor quod uſus chorepiſcoporum primo originem ſumpſerit, & hactenus in eccleſia retineatur, ut ipſi chorepiſcopi a propriis epiſcopis ordinati, juxta præceptum eorum, diaconos & presbyteros, ac ceteros gradus ordinent, atque reliqua officia ſacerdotalia peragant.

Unde miror, quomodo iſti qui hanc contentionem movent, ordinem chorepiſcoporum tantum deſpiciant, ut pene eis nihil amplius a dignitate presbyterorum tribuant: cum hoc nec C novorum, nec antiquorum, nec etiam ipſis apoſtolorum dogmatibus conſuetudinibuſque conveniat, ſed in ſenſu ſimul a dogmate diſſentiat. Claret enim hoc, quod in his non ratio & humilitas, ſed invidia atque ſuperbia dominentur: ita ut deſpectis cooperatoribus ſuis, ipſi ſoli potentes ac ſanctificatione pollentes videri appetant: & hoc quod ſancti patres ad concordiam & unionem ſingulis dignitatibus conſcripſerunt, ipſi magis damnationem noxiam, quam diſcretam diſpoſitionem eſſe putent. Præcipiunt enim ſacri canones, qualiter unuſquiſque ordo menſuram ſuam cuſtodiat, a minimo uſque ad maximum, & minor gradus majori ſemper ſubditus fiat: ita ut diaconi abſque epiſcopo vel presbytero bapti- D zare non præſumant, niſi prædictis fortaſſis officiis longius conſtitutis neceſſitas extrema compellat: & ut gratiam ſacræ communionis poſt presbyteros accipiant diaconi, aut epiſcopo eis aut presbytero porrigente: ſed nec ſedere in medio presbyterorum diaconis liceat, nec etiam coram presbytero ſedere audeant, ſed juſſione presbyteri ſedeant. Similiter quoque mandant, ut diaconis honor exhibeatur ab obſequentibus, id eſt, ſubdiaconis & omnibus clericis.

Gelaſ. I ep. 9. c. 6.

De presbyteris vero in decretis Gelaſii papæ
„ ita ſcriptum eſt: Nec minus etiam presbyteros
„ ultra ſuum modum tendere prohibemus, nec
„ epiſcopali faſtigio debita ſibimet audacter aſſu-
„ mere: nec conficiendi chriſmatis, nec conſigna- E
„ tionis pontificalis adhibendæ ſibimet arripere
„ facultatem: non præſente quolibet antiſtite,
„ niſi fortaſſe jubeantur, vel orationis vel actionis
„ ſacræ ſuppetere ſibi præſumant licentiam: ne-
„ que ſub ejus aſpectu, niſi jubeantur, aut ſe-
„ dere præſumant, aut venerabilia tractare my-
„ ſteria: nec ſibi meminerint ulla ratione con-
„ cedi, ſine ſummo pontifice, ſubdiaconum vel
„ acolythum jus habere faciendi: nec prorſus
„ dubitent, ſi quicquam ad epiſcopale miniſte-
„ rium ſpecialiter pertinens, ſuo nutu putaverint
„ exequendum, continuo ſe presbyterii dignitate A
„ & ſacra communione privari.

Ancyr. c. 10.

De chorepiſcopis autem in Ancyrano concilio
„ ita ſcriptum eſt: Chorepiſcopis non licere pres-
„ byteros aut diaconos ordinare, ſed nec pres-
„ byteros civitatis, ſine præcepto epiſcopi vel
„ litteris, in unaquaque parochia.

Attendo, quod non dicit, chorepiſcopis non licere penitus diaconos aut presbyteros ordinare, ſed non aliter licere, niſi ex præcepto epiſcopi ſui vel litteris in unaquaque parochia.

Antioch. c. 10.

Item in Antiocheno concilio ſic legitur: Qui
„ in vicis vel poſſeſſionibus chorepiſcopi nomi-
„ nantur, quamvis manus impoſitionem epiſco-
„ porum perceperint, & ut epiſcopi conſecrati
„ ſint: tamen ſacræ ſynodo placuit, ut modum B
„ proprium recognoſcant, & gubernent ſubjectas
„ ſibi eccleſias, earumque moderamine curaque
„ contenti ſint. Ordinent etiam lectores & ſub-
„ diaconos atque exorciſtas. Quibus promotiones
„ iſtæ ſufficiant: nec presbyterum vero, nec dia-
„ conum audeant ordinare, præter civitatis epiſ-
„ copum (id eſt præter conſcientiam civitatis epiſ Parentheſis (?) Rabani
„ copi) cui ipſe cum poſſeſſione eſt ſubjectus.

Cum autem chorepiſcopos manus impoſitionem epiſcoporum percipere dicat, & quidem ſicut epiſcopi conſecrati ſint: cur cum conſenſu epiſcoporum, quibus ſubjecti ſunt, conſecrationes ſacrorum ordinum eis facere non licet, & cum chriſmate ſacro fideles conſignare? Vanum eſt enim, quemquam C conſecrationem epiſcopalem habere, ſi miniſterium epiſcopi ei non licet agere. Ad quid ergo invocatur Spiritus ſanctus ab epiſcopo ordinatore * ſanctificationem perſonæ ordinandæ, & * tribuat, ſi ipſe invocator & ordinator, poſt conſecrationem quam rite peregit, reprehenderit? numquid Dominum irridet, cujus donum poſcit, cum poſtea illud donum ſpreverit? numquid non & calumnia, qua Domini ſignificationem * illudit, ad ipſum auctorem ſanctificationis pertingit? Planum eſt ergo, quod in Spiritu ſancto per verbum Dei omnis ſanctificatio adimpletur. Et quare non pertimeſcit blaſphemare, & derogare Spiritus ſancti potentiæ? cum ſcriptum ſit: *Qui dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit* D *contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.* Unde Petrus apoſtolus in Actibus apoſtolorum, cum Cornelium centurionem, & eos qui ſecum erant, videret accepiſſe gratiam Spiritus ſancti, Judæos contra ſe altercantes pro eo quod ad gentes introiret & manducaret cum illis, tali reſponſo refutat, dicens: *Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus ſicut & nobis, qui credidimus in Dominum Jeſum Chriſtum: ego quis eram qui poſſem prohibere Dominum? His auditis tacuerunt, & glorificaverunt Dominum, dicentes: Ergo & gentibus Deus pœnitentiam ad vitam dedit.* Quem ergo Deus dono ſpiritus ſui honorat, non eſt rectum ut ab hominibus dehoneſtetur. Nec debet quiſquam pro calumnia deputare, quod E Divina diſpoſitione conſtat ordinatum eſſe: quæ enim ſunt, a Deo ordinata ſunt. Proinde nec inferioribus epiſcopis dignitas proprii gradus tollitur, cum metropolitano totius provinciæ cura delegatur. Nam ſine eo in provincia epiſcopum ordinare, nec generale concilium convocare, nec quicquam aliud ceteris epiſcopis licet in provincia agere, niſi quæ tum conſtat ad ſingulorum parochias & epiſcopatus pertinere. Si enim in epiſcoporum ordine chorepiſcopos non liceret habere, nullatenus inter trecentos decem & octo patres, qui in Nicæno concilio affuerunt, annumerarentur.

* ſ. a. ſanctific. per quid tribuat.

* ſ. ſanctificationem.

Luc. 12.

Act. 11.

APPENDIX

tur. In quorum catalogo amplius quam duodecim chorepiſcopi inſerti ſunt, ubi nullus presbyterorum vel diaconorum in numero præfinito patrum, ſed ſolummodo metropolitani & epiſcopi, atque chorepiſcopi, nominatim recenſiti inveniuntur. Ad quid enim epiſcopus cujuslibet civitatis chorepiſcopum ſibi vult ac decernit ordinare, ſi ipſam ordinationem ſuam nullam efficaciam arbitratur habere. Dicit enim Apoſtolus: (Rom. 14) *Beatus qui non judicat ſemetipſum in eo quod probat. Qui autem diſcernit, ſi manducaverit damnatus eſt, quia non ex fide. Omne autem quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* Hanc quidem ſententiam non ad ciborum ſolummodo qualitatem & differentiam diſcernendam, ſed ad omnem ambiguitatem & duplicitatem tollendam, prolatam eſſe intelligimus, ut non ſimus parvuli fluctuantes in omni vento doctrinæ, ſed ſani & ſtabiles in fide, & firmi in apoſtolica doctrina. (Jacob. 1) *Vir enim duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis: &, qui hæſitat ſimilis eſt fluctui maris qui a vento movetur & circumfertur.*

Non ergo æſtimet homo ille, quod accipiat aliquid a Domino, ait enim ipſa veritas in evangelio: (Marc. 11. Marc. 9.) *Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Omnia enim poſſibilia ſunt credenti*, quia fides vera recte credentem ſalvat: & juſtus in fide ſua vivit: illa videlicet quæ per dilectionem operatur. Hoc enim ſanctorum patrum prudentia poſteris ſuis providit, & ſacra canonum autoritas inſtituit, ut diſſenſio & ſchiſmata in eccleſia Chriſti non fierent, ſed magis unitas & concordia pacis inibi prævaleret. Et ideo unicuique ordini juxta menſuram ſuam officium delegavit, ut per ſtudium humilitatis & dilectionis pax Chriſtiana & concordia in populo Dei perſeveraret. De quo & ipſa veritas diſcipulos ad imitationem ſui provocans, ait: (Matth. 11) *Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Hoc jugum per caritatem fideles ſociat, non per contentionem diſſipat: hocque onus non opprimit ſe portantem per ponderis gravitudinem, ſed magis ſublevat ac ſuſtentat per ſolatii conſolationem.

Nihil ergo juvat reprehenſores hos & vaniloquos magiſtros, quia ad defenſionem erroris ſui illud de actibus Apoſtolorum ſumere nituntur, quia Petrus & Joannes miſſi ſint ab apoſtolis de Hieroſolymis in Samariam, ut imponerent illis manus, quia a Philippo baptizabantur, quatenus acciperent ſpiritum ſanctum, quoniam aliter hoc fieri non decebat, quam ut apoſtoli implerent & perficerent ea, quæ a miniſtro eorum bene cœpta fuerant. Non enim Philippus hic unus de duodecim, ſed unus de ſeptem diaconibus erat, qui ab apoſtolis paulo ante ordinati ſunt, qui & in catalogo ſeptem levitarum primus poſt Stephanum annumeratus eſt. Unde poſt Stephani necem ſtatim ad Philippi actus explicandos ſcriptor hiſtoriæ videtur tranſire, ita dicens: (Act. 8) *Facta eſt autem in illa die perſecutio magna in eccleſia quæ erat Hieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Judææ & Samariæ præter Apoſtolos.* Et poſt pauca: (Ibid.) *Igitur qui diſperſi erant, pertranſierunt evangelizantes verbum Dei. Philippus autem deſcendens in civitatem Samariæ, prædicabat illis Chriſtum. Intendebant autem turbæ his quæ a Philippo dicebantur, unanimiter audientes & videntes ſigna quæ faciebat. Multi enim eorum qui habebant ſpiritus immundos, clamantes voce magna, exibant. Multi autem paralytici & claudi, curati ſunt: factum eſt autem magnum gaudium in illa civitate.*

Et non multum poſt: *Cum autem*, inquit, (Ibid.) *audiſſent apoſtoli qui erant Hieroſolymis, quia recepit Samaria verbum Dei: miſerunt ad eos Petrum & Joannem, qui cum veniſſent, oraverunt pro ipſis ut acciperent Spiritum ſanctum. Nondum enim in quemquam illorum venerat: ſed baptizati tantum erant in nomine Domini Jeſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.* Idem etiam Philippus baptizavit eunuchum Candacis reginæ Æthiopum, ſicut conſequenter narrat: & poſt diſceſſum ejus (Act. 8) *pertranſiens evangelizabat civitatibus cunctis, donec veniret Cæſaream.* De quo Lucas alibi mentionem facit, cum tranſitum Pauli ad Hieruſalem enumeraſſet, ita dicens: (Act. 21) *Alia autem die profecti, venimus Cæſaream. Et intrantes domum Philippi evangeliſtæ, qui erat unus ex ſeptem, manſimus apud eum. Huic autem erant filiæ quatuor virgines prophetantes.* Unde apparet, quia iſte Philippus non fuit epiſcopus, neque chorepiſcopus, ſed tantum diaconus & evangeliſta. Si enim chorepiſcopus eſſet, nequaquam ſcriptor hiſtoriæ hoc tacuiſſet. Necdum Apoſtoli ab invicem diſceſſerant, ut in ſingulis provinciis aut civitatibus epiſcopos aut chorepiſcopos ordinarent, ſed in Hieroſolymis tantum manentes prædicabant verbum Dei, donec Spiritus ſancti diſpoſitione agente, ad prædicandum gentibus per orbem directi ſunt.

Sicque omnis ordo eccleſiaſticus in ſingulis locis juxta eorum diſpoſitionem diſtributus, hactenus in eccleſia catholica ſervatur: & ſicut una fides, unum baptiſma, una religio, a Chriſtianis in toto orbe tenetur: ita unius ejuſdemque Spiritus ſancti diſtributione pax & concordia in electis Dei ubique firmiter corroboratur, omniſque diſcordia procul pellitur. Quoniam juxta Apoſtolum, (Rom. 8) *Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi filii ſunt Dei: qui autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus.*

Proinde idem doctor gentium nos admonet dicens: (Ephes. 4) *Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes invicem in caritate, ſolliciti ſervare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Unum corpus & unus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ.*

Convenit enim quibuſque fidelibus & membris corporis Chriſti, ut honore ſe invicem præveniant, ſe ſufferant: ne contra Apoſtolum (Galat. 5) *efficiantur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes:* Sed magis unanimes omnes ſint in oratione, (1 Pet. 3) *compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, humiles*; nihil agant per contentionem, quia non eſt diſſenſionis Deus ſed pacis.

Hæc enim tantummodo nobis credendi regula ex præcepto Dominico conceditur, ut contendamus per anguſtam portam intrare, & arctam viam intendere quæ ducit ad vitam; non latam & ſpatioſam, quæ ducit ad mortem. Si enim bonæ devotionis & manſuetudinis indicia per humilitatis atque obedientiæ præbemus officia: veri imitatores Dei effecti, Chriſti domini ſequemur exempla, qui, cum adhuc peccatores eſſemus, pro impiis ſervis (1 Pet. 3) *mortuus eſt, juſtus pro injuſtis: ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem ſpiritu.* (2 Tim. 1) *Qui deſtruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam & incorruptionem per evangelium.* Excelſus inter angelos,

goios, humilis inter homines, miniſtrare vo-
luit, non miniſtrari. Unde in cœna myſtica di-
ſcipulorum pedes lavit, & linteo quo erat præ-
cinctus terſit, cum publicanis & peccatoribus
manducavit, peccatricem mulierem ad ſe acce-
dere permiſit, & lavare lacrymis ac tergere ca-
pillis pedes ſuos conſenſit, nihil veritus phari-
ſæorum ſuperſtitioſam reprehenſionem, propter
quod injuſtis querimoniis eorum ita reſpondit
Luc. 7. dicens: *Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam*
*dilexit multum*. Et item. *Non venit*, inquit, *vo-*
Marc. 2. *care juſtos, ſed peccatores*. Et alibi: *Filius*, in-
Matth. 18 quit, *hominis venit ſalvare quod perierat*. Et rur-
Joan. 3. ſum: *Non enim venit filius hominis ut judicet*
*mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum*. At
B contra ſi deſpectis ceteris fratribus ac conſervis
noſtris, in ſublime volumus extolli, ac ſoli po-
tentes & glorioſi cupimus ab hominibus videri:
ſine dubio illius imitamur jactantiam, qui deſpe-
ctis ceteris ſanctis, angelorum turmis ad ſimili-
tudinem Dei non per humilitatem ſed per ja-
Iſa. 14. ctantiam voluit ſublimari, cum dixit: *Aſcendam*
*in cælum, ſuper altitudinem nubium, ponam thro-*
*num meum ad aquilonem, & ero ſimilis Altiſſimo*.
Unde merito de ſublimitate angelica projectus
in inferni tartarum draco perfidus, traxit ſecum
tertiam partem ſiderum: ubi & nos, ſi ejus ſe-
quimur vecordiam, propter mentis noſtræ ſu-
perbiam a ſanctorum ſocietate expulſi, pœnas
gehennæ cum illo luemus æternas.

C Quomodo autem tam prælatis quam ſubditis
agendum ſit, eccleſiæ paſtor Petrus in epiſtola
ſua admonet dicens: *Seniores ergo qui in vobis*
1 Pet. 5. *ſunt obſecro, conſenior & teſtis Chriſti paſſionum,*
*qui & ejus quæ in futuro revelanda eſt, gloriæ*
*communicator: paſcite qui in vobis eſt gregem Dei,*
*providentes non coacte, ſed ſpontanee, ſecundum*
*Deum; neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie;*
*neque ut dominantes in cleris, ſed forma facti gre-*
*gis ex animo: & cum apparuerit princeps paſtorum,*
*percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam. Simili-*
*ter adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus, omnes autem*
*invicem humilitatem inſinuat: quia Deus ſuperbis*
*reſiſtit, humilibus autem dat gratiam*. Quapropter
neceſſarium mihi videtur, ut omnes humiliemus
D nos ſub potenti manu Dei, quatenus ipſe nos
exaltet in tempore viſitationis: & quiſquis in
majori dignitate ex electione Divina ſe poſitum
agnoſcit, commilitones ſuos ac miniſtros omni
honore dignos arbitretur, & ex mutua dilectio-
ne locum eis præbeat perficiendi ac bene ope-
randi: quia venient dies, quando non honoris
dignitates, ſed bonorum operum requirentur
actiones. Filius enim Dei venturus eſt in gloria
patris ſui cum angelis ſuis: & tunc reddet uni-
Rom. 14 cuique ſecundum opera ejus. *Omnes enim ſtabi-*
2 Cor. 5. *mus ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque*
*propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive ma-*
*lum*. Qui autem inferioris gradus eſt, non ma-
jora & quæ ad ſe non pertinent per elationem
E appetens, tentet. ſed contentus ſit officio, quod
ſibi Divina ordinatio voluit conferre: & ita rite
credendo, ac recte docendo, beneque operando,
quotidie in Deum proficiat, ut miniſterii ſui
bonum præmium conſequatur. Qui enim bene
miniſtraverit, gradum ſibi bonum adquirit. Un-
de ipſa veritas ait: *Qui mihi miniſtrat, me ſe-*
Joan 12. *quatur: & ubi ſum ego, illic & miniſter meus*
*erit. Si quis mihi miniſtraverit honorificabit eum*
*pater meus*. Et alibi: *Volo*, inquit, *pater, ut ubi*
*ſum ego, ibi ſit & miniſter meus*.

Grandis honor eſt. Chriſti miniſtrum eſſe:
unde & grande præmium bene miniſtrantes ſe-
A quitur, ita ut cum Chriſto & ſanctis angelis
ejus in cæleſti beatitudine ſine fine lætentur: at-
que ideo non convenit ſervis Chriſti contende-
re de ſublimitate honoris, ſed magis certare de
utilitate ſanæ prædicationis, & aſſiduitate bonæ
operationis, ut populus Chriſti audiat ex ore
eorum verbum rectæ fidei, & videat in actibus
eorum bonum exemplum per humilitatis indi-
cium, quia juxta veritatis ſententiam: *Omnis* Matth. 23.
*qui ſe exaltaverit, humiliabitur: & qui ſe humi-*
*liaverit, exaltabitur*. Qui enim gradum honoris
in eccleſia Chriſti acceperunt, quomodo vivere
debeant & quid agere, audiant ipſum Dominum
oſtendentem atque præcipientem: *Sint*, inquit, Luc. 12.
*lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in ma-*
B *nibus: & vos ſimiles hominibus expectantibus do-*
*minum ſuum, quando revertatur a nuptiis, ut cum*
*venerit & pulſaverit, confeſtim aperiant ei*. Et
quale eos præmium taliter facientes in futuro
ſequatur, mox ſubjungit, dicens: *Beati illi ſer-*
*vi, quos, cum venerit Dominus, invenerit vigi-*
*lantes. Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & fa-*
*ciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis*.
Et paulo poſt: *Quis putas eſt*, inquit, *fidelis*
*diſpenſator, & prudens, quem conſtituit dominus ſu-*
*per familiam ſuam, ut det illis in tempore tritici*
*menſuram? Beatus ille ſervus, quem, cum venerit*
*dominus ejus, invenerit ita facientem. Vere dico*
*vobis, quia ſuper omnia quæ poſſidet, conſtituet il-*
*lum*. Non enim pigris & hebetibus doctoribus,
C & de primatu hujus mundi atque divitiis certan-
tibus, tale præmium promittitur: ſed bene labo-
rantibus, & digne Deo ſervientibus.

Non eſt enim æquum, ut collatio ſacri ordi-
nis, ſervis Chriſti fiat cauſa elationis & terrenæ
voluptatis: quia nec in ipſius magiſtri, nec in di-
ſcipulorum ejus dictis ſive exemplis aliquid hu-
juſmodi reperiunt. Quomodo autem de Chriſti
moribus nos inſtruat apoſtolus Paulus audiamus.
*Hæc autem*, inquit, *ſentite in vobis quod & in* Philip. 2.
*Chriſto Jeſu, qui cum in forma Dei eſſet, non ra-*
*pinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſe-*
*metipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſi-*
*militudinem hominum factus, & habitu inventus ut*
*homo. Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque*
D *ad mortem, mortem autem crucis: propter quod &*
*Deus illum exaltavit, & donavit illi nomen, quod*
*eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu omne genu*
*flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: &*
*omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus Chri-*
*ſtus in gloria eſt Dei patris*. Hinc ergo diſcipulis
ſuis præcepit, dicens: *Nolite ſoliciti eſſe, dicentes,* Matth. 6.
*quid manducabimus; aut quid bibemus? aut quo ope-*
*riemur? hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim*
*pater veſter, quia his omnibus indigetis. Quærite au-*
*tem primum regnum Dei, & juſtitiam ejus: & hæc*
*omnia adjicientur vobis. Qui non renunciaverit om-* Luc. 14.
*nibus quæ poſſidet, non poteſt eſſe meus diſcipulus.*
*Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, &* Luc. 9.
*tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Qui enim vo-*
E *luerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam.*
*Qui autem perdiderit animam ſuam propter me, in-*
*veniet eam. Quid enim prodeſt homini, ſi mundum*
*univerſum lucretur: animæ vero ſuæ detrimentum*
*patiatur?* &c. Hinc & Petrus exhortans fideles
in epiſtola ſua, ait: *Succincti lumbos mentis ve-* 1 Petr. 1.
*ſtræ, ſobrii perfecte ſperate in eam quæ offertur vo-*
*bis gratiam, in revelationem Jeſu Chriſti, quaſi filii*
*obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ ve-*
*ſtræ deſideriis, ſed ſecundum eum qui vocavit vos,*
*ſanctum; & ipſi ſancti in omni converſatione eſto-*
*te, quoniam ego ſanctus ſum*. De quo & Joannes
ait: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mun-* 1 Joan. 2.

do

APPENDIX

*do ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt caritas patris in eo, quoniam omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis & concupiſcentia oculorum eſt, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt; & mundus tranſit, & concupiſcentia ejus. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.* Huic & Paulus ait: *Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore ad obediendum deſideriis ejus: ſed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo, tamquam ex mortuis viventes, arma juſtitiæ Deo.* Et iterum: *Carnis,* inquit, *curam ne feceritis in deſideriis.* Et rurſum: *Non ergo amplius invicem judicemus: ſed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalum.* Et iterum: *Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere: unuſquiſque proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem.*

Rom. 1. Rom. 6. Rom. 13. Rom. 14.

Si autem ſecundum hujuſmodi doctrinam conformemus nos exemplis obedientiæ, humilitatis & manſuetudinis Chriſti, conſiderantes ſinguli, non quod nobis, ſed quod aliis utile eſt, nec cupiditatibus hujus mundi, atque illecebris operam demus: nulla erit inter nos contentio de ſublimitate honoris, & inani jactantia terrenæ poteſtatis, & conflictus nequam de quæſtu nefando præſentis ſæculi: ſed erit firma pax & concordia inter nos, exercebiturque unanimiter cultus A pietatis: & religio ſancta, & immaculata coram Deo, (expectantes ſupernam gloriam in revelatione Domini noſtri Jeſu Chriſti) & ſalvatore noſtro, ſine reprehenſione cuſtodietur: & ita omnia membra corporis Chriſti erunt in pace, quem cum non videmus, diligimus; in quem nunc quoque non videntes credimus, & exultando ſperamus, quod in adventu ejus percipiamus finem fidei noſtræ, ſalutem animarum noſtrarum.

Igitur quia ordo præteritæ narrationis veſtræ, & reſponſionis parvitatis noſtræ, hoc exigebat, ut contra tam ineptum conflictum ſacerdotum, atque ſcandalum plebis, aliqua de ſcripturis ſacris, atque orthodoxorum patrum ſententiis excerperemus, quæ oſtenderent ac declarando ma- B nifeſtarent, quia ſervos Chriſti non oportet litigare, ſed manſuetos eſſe ad omnes, docibiles & patientes: fecimus quod agendum eſſe cenſuimus, & in brevi libello hæc comprehendentes, ſanctitati veſtræ dirigere curavimus: petentes, ut, ſi dignum ducatis hæc legere, ea quæ recte ibi poſita ſint, veſtra auctoritate confirmetis: ſi qua autem reprehenſione ibi digna videantur, ignorantem veſtra prudentia inſtruatis, quatenus per omnia labor noſter non inanis fiat, & ſtudium doctrinæ veſtræ multiplici mercede ab omnium bonorum datore remuneretur.

# DE ANTIQUIS EPISCOPORUM PROMOTIONIBUS

## Cum diverſis formularum ad eas ſpectantium & formatarum exemplis.

*Ex appendice ad tomum ſecundum conciliorum antiquorum Galliæ.*

### PRÆFATIO.

JAC. SIRMONDI S. J.

*Quo more olim rituque, tum in cætera eccleſia, tum maxime in Gallia, promoti fuerint epiſcopi.*

VEtus olim totius eccleſiæ mos fuit, epiſcopos cleri & plebis, cui præfuturi erant, ſuffragiis creari. Sic enim, ut altius non repetam, Cornelium Romæ clericorum plebiſque ſuffragio epiſcopum factum Cyprianus epiſtola quadrageſimaprima & quinquageſima ſecunda, Cyprianum Carthagine judicio Dei, & favore plebis ad officium ſacerdotii & gradum epiſcopatus electum, Pontius diaconus in ejus vita, Alexandrum in Comanorum eccleſia, rejectis iis quos cives ſuffragiis ſuis commendabant, epiſcopum a Gregorio Neocæſarienſi deſignatum fuiſſe, auctor eſt Gregorius Nyſſenus. Et quamquam in Oriente poſtea uſus invaluit, ut in epiſcoporum electionibus populi ſuffragia non exquirerentur: poſt Synodum nempe Nicæam, quæ canone quarto & ſexto epiſcopos, nulla cleri plebiſve tacta mentione, ab epiſcopis provinciæ creari & ordinari jubet, & poſt Laodicenam, cujus canon decimus tertius ſacerdotum electiones turbis, id eſt populis, permitti vetat: atque hoc modo Epiphanium Salaminæ in Cypro epiſcopum ab epiſcopis inſulæ, Baſilium Cæſareæ ab epiſcopis, qui ea de cauſa convenerant, electos tradant, qui eorum vitas conſcripſerunt: & eo ſpectans Baſilius ipſe Nicopolitanis epiſtola centeſima nonageſimaquarta ſcribat, epiſcoporum partes eſſe, populo epiſcopum dare, populi datum ſuſcipere. In occidentalibus tamen eccleſiis jus idem ſuffragii populo in renunciandis epiſcopis etiam poſt ſynodum Nicænam perſeveraſſe, tum Romanorum pontificum Siricii, Cæleſtini, Leonis decreta, quæ cleri plebiſque conſenſu eligendos C ſtatuunt, tum Damaſi, Ambroſii, Auguſtini, Fulgentii, & aliorum, quos eo modo creatos conſtat, innumera paſſim exempla declarant. In Gallia quoque noſtra morem eundem, quamdiu ſub Romanorum imperio ſtetit, obtinuiſſe manifeſtum eſt. Nam & Hilarium apud Pictavos concordante favore populi ſacerdotem factum, Fortunatus, & apud Turonos Martinum Severus, multitudinis quæ ad ſuffragia ferenda venerat, conſpirantibus votis epiſcoporum factum; Illidium ſimiliter populo eligente ſacerdotem Arvernæ eccleſiæ, paſtoremque conſtitutum, docet Gregorius Turonenſis. Germanum præterea Autiſiodori, clericorum, nobilitatis, ac plebis urbanæ & ruſticæ ſententia expetitum, Conſtantius preſ- D byter; & Remigium apud Remos, Hincmarus teſtatur omnium generaliter votis ad pontificii culmen raptum potius quam electum. Plebis etiam & oppidanorum judicii ac voluntatis, in Simplicii Bituricenſis, & Joannis Cabillonenſis epiſcopi electione, meminit Sidonius. De Cæſario denique Arelatenſi narrat Cyprianus diaconus, Æonium epiſcopum ſub mortem ſuam clerum & cives allocutum, ut poſtquam decederet, Cæſarium ſibi ſubſtituerent. Ex quibus exemplis, aliiſque id genus, apparet libera in Galliis, quamdiu imperio Romano paruerunt, cleri plebiſque in epiſcoporum electione ſuffragia fuiſſe. Cæterum, poſtquam in Gallia, vel in aliis gentibus, E pulſis Romanis, exorti ſunt reges: fecit epiſcoporum apud omnes dignitas eximia, ut ſua intereſſe principes ducerent, illos niſi arbitratu & voluntate ſua non creari. Qua in re licet reclamarint ſæpenumero epiſcopi noſtri, atque in ſynodis ſuis priſtinam electionum libertatem ſartam tectam retinere conati ſint, ut in concilio Aurelianenſi III. can. III. in Arvernenſi, can. II. in Aurelianenſi V. can. XI. in Pariſienſi III. can. VIII. in Pariſienſi V. can. I. in Remenſi, can. XXV. & in Cabillonenſi, can. X vicit tamen regum autoritas, obtinuitque ut epiſcopi nulli haberentur, niſi quos vel ipſi imperarent, vel a clero civibuſque expetitos probarent & annuerent. Ita ergo

Nice-

Nicetium Triveris docet C egorius Tuſonenſis, Theodorici regis juſſu, ad epiſcopatum fuiſſe accitum, datoque populi conſenſu, & decreto regis, ordinatum. Quintianum itidem, & hoc mortuo Gallum, Arvernis ab eodem Theodorico rege datos epiſcopos. Ita, ut de multis pauca commemorem, Germanum Pariſienſem Childeberti, Ommatium Turonenſem Clodomeris, Medardum Viromandenſem, & Euphronium rurſus Turonenſem, & Domnolum Cenomanenſem, Clotarii regis juſſu, vel aſſenſu, cathedram adeptos memorant Gregorius idem & Fortunatus.

Eodemque modo deinceps a Chilperico, fratribuſque, tum a Clotario II. Dagoberto, Clodoveo juniore, ac reliquis Meroveicæ familiæ regibus, delatos fuiſſe aut conceſſos epiſcopatus, & hiſtoriæ produnt, & fidem faciunt apud Marculfum & alios, quæ tum in uſu erant veteres formulæ: quarum aliæ populi ad regem preces continent, hunc aut illum ſibi epiſcopum flagitantis: aliæ, præceptum regis de collato epiſcopatu; aliæ indiculos ad metropolitanum, & epiſcopos, pro epiſcopi novi ordinatione. Nec diverſam porro ſub primis ſecundæ familiæ regibus Pippino & Carolo rationem extitiſſe, tum eorum quibus epiſcopatus commiſerunt, exempla demonſtrant, tum ſynodi illorum temporibus celebratæ: in quibus cum multa de epiſcoporum officio & diſciplina præcipiantur, nulla uſquam electionum epiſcopalium fit mentio. Primus antiquæ conſuetudinis memor Ludovicus Pius, anno, ut reor, imperii ſui tertio, eligendorum epiſcoporum poteſtatem eccleſiæ reſtituit lege lata, quæ a nobis ſuo loco eſt edita, & in primo libro Capitularium, cap. xxciv. legitur his verbis: DE EPISCOPIS ELIGENDIS. *Sacrorum canonum non ignari, & ut in Dei nomine ſancta eccleſia ſua liberius potiretur honore, adſenſum ordini eccleſiaſtico præbuimus, ut ſcilicet epiſcopi per electionem cleri & populi, ſecundum ſtatuta canonum, de propria diœceſi, remota perſonarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & ſapientiæ donum eligantur, ut exemplo & verbo ſibi ſubjectis uſquequaque prodeſſe valeant.*

Sed hujus tamen legis beneficio ita electionum jura in poſterum uſæ ſunt eccleſiæ, ut ſingulæ mortuo epiſcopo, primum omnium novi eligendi facultatem per metropolitanum a rege peterent, cum viſitatore qui præeſſet electioni. Tum electionis factæ decretum ad metropolitanum referebatur, ut ea regi probata, & electo coram provincialibus epiſcopis examinato, tum demum ordinaretur, mandatumque ab ordinatoribus acciperet, quomodo ipſum in epiſcopali munere juxta canonum ſtatuta verſari oporteret. Quæ ſingula cum multis ſæpe locis ab Hincmaro Remenſi explicari ſoleant, tum in libro contra Hincmarum nepotem fere omnia breviter expreſſa ſunt, ubi de metropolitani præ ceteris epiſcopis dignitate ac præſtantia tractat in hunc modum. *In Remenſi provincia*, inquit, *ſi fuerit defunctus epiſcopus, ego, & non tu, viſitatorem ipſi viduatæ deſignabo eccleſiæ, & electionem cum decreto canonico præcipiam fieri. Et ſi in partes ſe eligentium vota diviſerint, meum, & non tuum, erit eligere, qui majoribus ad ordinandum ſtudiis juvetur & meritis. Et meum eſt, ordinandum examinare, non tuum. Tuum eſt autem cum aliis mecum ordinare epiſcopum, & litteris canonicis, quas ordinatus ab ordinatoribus ſuis jubetur accipere, poſt me in tuo loco* A *ſubſcribere.* Quemadmodum autem geri hæc ſingula ſolerent, ut apertius pleniuſque cognoſci ac percipi liceat: operæ pretium duximus, diverſas eo ſpectantium epiſtolarum, aliarumque actionum formulas, quæ in manus noſtras venerunt, hoc loco ſubjicere: præmiſſis etiam, de quibus dictum eſt, antiquius formulis, quibus ante reſtitutas electiones utebantur.

## FORMULÆ ANTIQUÆ
### DE EPISCOPATU.

Quarum olim uſus fuit ſub primis regibus.

*INDEX*


1. *Cleri plebiſque viduatæ civitatis preces ad regem pro epiſcopo inſtituendo.*
2. *Præceptum regis de epiſcopatu, ad epiſcopum deſignatum.* B
3. *Indiculus regis ad metropolitanum, ut deſignatum epiſcopum ordinet cum ſuis comprovincialibus.*
4. *Indiculus alter ad epiſcopum, pro eadem deſignati epiſcopi ordinatione.*


Extant omnes in Capitul. Baluz. to. II pag. 591

## FORMULÆ DIVERSÆ
### IN EPISCOPORUM

Promotionibus uſurpatæ poſt reſtitutam electionum libertatem


1. *Epiſtola Hincmari ad regem, ut electionem & viſitatorem concedat eccleſiæ Silvanectenſi.*
2. C *Epiſtola Hincmari ad Gedenulſum, ut viſitatorem agat in eccleſia Cameracenſi.*
3. *Epiſtola Hincmari ad clerum & plebem Cameracenſem, ut electionem faciant.*
4. *Epiſtola Hincmari ad Belvacenſes, de forma & modo faciendæ electionis.*
5. *Excuſatio Rhemenſium, qui electionem ante viſitatoris adventum feciſſe dicebantur.*
6. *Allocutio viſitatoris ad electores.*
7. *Decretum electionis Hedenulfi epiſcopi Laudunenſis.*
8. *Decretum aliud electionis Æneæ epiſcopi Pariſienſis.*
9. *Decretum III. electionis Anſegiſi archiepiſcopi Senonenſis.*
10. *Epiſtola Senonenſis eccleſiæ ad Hilduinum archicapellanum, pro tuenda electione quam fecerant.*
11. *Examinatio Vuilleberti Catalaunenſis ordinandi Epiſcopi.*
12. D *Profeſſio Adalberti futuri epiſcopi Morinenſis.*
13. *Profeſſio altera futuri archiepiſcopi.*
14. *Tractoria Prudentii epiſcopi Trecaſſini, cum electioni Æneæ adeſſe non poſſet.*
15. *Documentum de ordinatione Electranni epiſcopi Redonenſis.*
16. *Canonicæ litteræ ab ordinatoribus datæ Hedenulfo epiſcopo Laudunenſi.*


Extant apud eundem Baluzium ibidem.

## 17 EPISTOLA FORMATA
### IN NOM. ΠΑΤΡΗΣ ΕΤ ΦΙΛΙΗ

Extant hæc & ſequens apud Balleriniοs in nov. edit. S. Leonis To. III. pag. CXI.

ET CPC CKH Domino Sanctiſſimo atque veneratiſſimo & a nobis ſumma cum dilectione nominando *ill.* Epiſcopo *ill.* provinciæ fratri in Chriſto Domino. Ego *ill.* Epiſcopus ſervus Chriſti, ſanctæ *ill.* Eccleſiæ humilis Epiſcopus, veſter confrater ac devotus orator, paciferam tranſitoriæ vitæ atque futuræ in Domino ſalutem. Cognoſcat denique, almitas veſtra, quia iſte Clericus, nomine *ill.* noſter tonſuratus, petiit noſtræ humilitatis dimiſſoriam, ſive formatam, ut a vobis ad ſacrum ordinem promoveatur. Propterea nos, ejus precibus inclinati, ſecundum ſtatuta ſanctorum Patrum Nicæni Concilii hanc dimiſſoriam, hanc, ut diximus, formatam veſtræ fraternitati atque ſanctitati emittimus, ut eum ad Sacerdotii E onus conſecrare non dubitetis, & nobis remittatis. Et ut verum credatis ac cognoſcatis, litteris Græcis cum earum numero ſubter eam juſſimus juxta præfatum Conſilium, roborari. Bene vale, in Domino dilectiſſime & amatiſſime frater. ΠΟCA LXXX. LXX. CCI. ΠΔΜΟΛΛΩ Indict. XV. ϥ Θ XCVIIII. AMHN. I. XLVIII. L.

APPENDIX

*Alia .A. Epiſcopi Theatini.*

2. Π. T. A. Celerimo ( *forte* celeberrimo ) vati fratrique ſanctiſſimo & prompto, ſapientia cum omni honore recolenda, & decorato in omnibus, in Domino fideli, & valde doctiſſimo, ſeu ab omnibus orthodoxis multiplici ſcientiæ... gratia decorato.... dilecto in Chriſto Joanni M. Speculator Sanctæ Sedis Eccleſiæ Theatinæ Epiſcopus.... Nos *de ill.* ſanctæ Sedis Eccleſiæ *ill.* Epiſcopus in Domino Jeſu Chriſto optamus vobis magnam ſalutem atque honorem hic & in ævum. Propter incomoditatem, quod iter arreptus ſum partibus Beneventi, ſicut Domina Imperatrix per ſuos apices innotuit, ut in ejus ſervitio allaturi ſimus quibus jam ſemper in moleſtia corporis diutius fatigamur, ad Clericos noſtræ diœceſeos ſacris ordinibus ſublimandos inſufficientes arbitramur. Idcirco præſentibus noſtræ mediocritatis apicibus exoramus, hunc præſentem Clericum noſtrum Luponem ad gradum Levitarum promoveri, & ad veſtram ſpecialiter fraternitatem dirigimus. Et ut hoc certius probabiliusque credatur, Græca huic elementa paginæ ſecundum ſtatuta ſanctæ ac magnæ Synodi Nicænæ inſeri præcipimus, videlicet Patris & Filii & Spiritus Sancti. Primas litteras ΠΟCA, quæ LXXX. LXX. CC. & primum ſignificat numeros. Petri quoque Apoſtolorum Principis prima littera Π, quæ LXXX. ſignificat. Noſtræ quoque mediocritatis primam litteram M, ſublimitatis veſtræ ſecundam O, ejus qui accipit tertiam Π civitatis noſtræ quartam.... & Indict. præſentis anni iſtius XV. eſt autem nomen ejus Luponem Clericum futurus Levita. Addidimus etiam XCVIIII. q Θ per hæc Græca elementa adnotantur. AMHN.

*Notæ Ballerinorum*

„ IN hac ſecunda formata, quæ luxatiſſima & mendoſiſſima eſt, quaſdam voces punctis indicatas „ omiſimus, eo quod ſenſum non redderent. Alia „ pauca tute emendavimus, uti M. ſpeculator pro eo „ quod ſcriptum eſt inſpeculator. Epiſcopi enim no- „ men, quod hoc loco ſignatur, incipit a littera M, „ ut ſub finem ipſius formatæ traditur; facilique „ amanuenſium oſcitantia *m* pro *m* nonnunquam ſcri- „ bitur. Catalogus Epiſcoporum Eccleſiæ Theatinæ „ apud Ughellum, cum ſit imperfectus, hujus Epi- „ ſcopi nomen a littera *M* incipiente non ſuggerit. „ Cum vero memoretur Imperatrix, quæ Beneventi „ partibus verſabatur, noteturque indictio XV., „ indicari videtur ſive Adelais Ottonis I. uxor, ſive „ Theophania conjux Ottonis II. quæ aliquoties in „ iiſdem partibus exſtitere. Etſi enim Angilberga „ Ludovici II. uxor ibidem fuerit; indictio tamen „ XV. ipſi non congruit. Hinc ergo ille Theatinus „ Epiſcopus M. ſub Ottonis I. vel II. imperio vi- „ xit, ac Theatinorum Epiſcoporum catalogo adji- „ ciendus eſt.

*Burchardi Vormatienſis Epiſc. Formata.*

Ex MS. Ien. Cod. Burchardi

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Vvalterio Spirenſis epiſcopo. Ego Bruchardus ſanctæ Vormatienſis Eccleſiæ devotus gregis Chriſti famulus, in Deo veræ ſummæ felicitatis beatitudinem. Cum ſancta Cattolica Eccleſia prompta ſit ſequi documenta evangelica, quæ dicunt: qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet; & qui recipit juſtum in nomine juſti &c. Et Apoſtolus jubeat hoſpitalitatem ſectari, & neceſſitatibus Sanctorum Virorum communicare, tamen propter eos qui A cauteriatam habent conſcientiam ſuam, dicentes ſe eſſe ſimplices, cum ſint aſtutia diabolica repleti, & pro opere pietatis dicunt ſe de loco ad locum tranſire, cum ſint fugitivi ſua malitia faciente; & dicunt ſe eſſe miniſterio ſacro inſertos, cum non ſint. Statutum eſt a ſanctis Patribus neminem clericum alienum & ignotum recipi ab aliquo Epiſcopo & inthronizari in ſua eccleſia, niſi habeat a proprio Epiſcopo epiſtolam quæ in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus Paternitati veſtræ, quod præſens frater noſter harum litterarum portitor nomine Ecmannus non pro ſua nequitia expulſus eſt a nobis, ſed poſtulantibus Fratribus noſtris, eo quod ex familia noſtra fuit, & noſter baptizatus, B fecimus ei libertatem receptam cornu altaris canonice & ordinavimus eum ad gradum presbyterii; cui etiam has dimiſſorias ſive commendatitias litteras fecimus, & eum ad veſtram dilectam Fraternitatem dirigimus, ut in veſtra parochia ſub veſtro ſacro regimine & defenſione conſiſtere valeat. Ego inquam Burchardus, humilis epiſcopus, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti & in unitate ſanctæ Eccleſiæ in qua Petro datum eſt jus ligandi atque ſolvendi, abſolvo Ecmannum presbyterum de civitate Vormatienſi in dictione X. & licentiam do vobis inthronitandi eum in quamcumque eccleſiam vultis veſtræ parrochiæ. Hanc ergo epiſtolam Græcis litteris hinc indeque munire decrevimus & a nullo eccleſiæ C noſtræ Firmacrenſium fraternitatem veſtram Chriſtus nobis incolumem conſervet.

Π. Y. Δ. Π. B. Θ. V. W. d. )-(. H. Z.

Data Vormatiæ id. marcii anno Dominicæ Incarnationis M̄le. XII. indictione decima.

*Juramenta Epiſcoporum præſtita Sedi Arelat.*

Afferunt Ballerini in Appendice ad Opera S. Leonis M.

EGo Pontius S. Mariæ Aquenſis ſedis nunc ordinandus Epiſcopus debitam ſubjectionem, & reverentiam, & obedientiam a SS. Patribus conſtitutam ſecundum præcepta canonum S. Sedi Arelatenſis Eccleſiæ, rectoribuſque ejus in præſentia Domni Archiepiſcopi Raimbaldi perpetuo exhibiturum promitto, & ſuper D Sanctum altare propria manu firmo.

Ego frater Roſtagnus S. Aquenſis Eccleſiæ ordinandus Epiſcopus debitam &c. *ut ſupra.*

Ego Stephanus Vendacenſis Eccleſiæ vocatus Epiſcopus promitto coram Deo, & Sanctis ejus omnem ſubjectionem, & obedientiam canonicam, & fidelitatem Eccleſiæ S. Stephani Sedis Arelatenſis, ubi corpus B. Trophimi Confeſſoris quieſcit, & Annoni præſenti Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ejus, ſi eum ſupervixero.

Ego Arnulphus Vincienſis Eccleſiæ vocatus Epiſcopus &c. ut in præcedenti. *Solum pro* Annoni præſenti Archiepiſcopo *habet* Pontioni præſenti Archiepiſcopo.

Ego Bertrandus S. Sedis Eccleſiæ Forojulenſis E nunc ordinandus Epiſcopus &c. *ut ſupra in juramento Pontii Aquenſis.*

Ego Bertrandus Regenſis Eccleſiæ Epiſcopus vocatus, profiteor me deinceps ſub ditione Arelatenſis Metropolitæ conſiſtere, & ejus juſſionibus obtemperare.

Ego Agelricus Sanctæ Regenſis Eccleſiæ nunc ordinandus Epiſcopus &c. *ut in juramento Pontii Aquenſis.*

Ego Adilricus Arauſicenſis Eccleſiæ vocatus Epiſcopus &c. *ut in juramento Stephani Vendacenſis.*

Ego Adilricus Arauſicenſis, & Tricaſtrinenſis voca-

vocatus Epiſcopus &c. *ut in juramento ejuſdem Stephani Solum pro Annoni habet Raimbaldo.*

Ego Petrus Eccleſiæ Avenione vocatus Epiſcopus profiteor me &c. *ut in juramento Bertrandi Regenſis.*

Ego Benedictus Avenionenſis Eccleſiæ vocatus Epiſcopus juro coram Deo, & Sanctis ejus omnem ſubjectionem, & obedientiam canonicam, & fidelitatem Eccleſiæ S. Stephani Sedis Arelatenſis, ubi corpus almi Trophimi Apoſtoli quieſcit, & Raimbaldo præſenti Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ejus, ſi eum ſuper vixero.

# PORMATARUM VETERUM EPISTOLARUM CANONICARUM Exempla XI.

B

POſt formulas promotionum epiſcopalium non alienum eſt formatarum exempla ſubiici, quarum uſus inter epiſcopos frequentiſſimus fuit clericorum maxime cauſa, cum alio migrabant, quia ſine formatis ad communionem illos recipi, vel in alia eccleſia ordinari non licebat. Græcam earum originem Græcæ litteræ oſtendunt, quarum in his numeros, etiam in Latinis nominibus, obſervabant. Nicænorum quoque patrum auctoritate inſtitutas fuiſſe, cum alii vulgo tradunt, tum ipſa, quæ Attici epiſcopi Conſtantinopolitani titulo circumfertur, vetus conficiendarum formatarum formula docet, quam primo loco proponemus.

C

De modo conficiendarum epiſtolarum formatarum, quem Nicæna ſynodus inter epiſcopos in faciendis epiſtolis conſervandum eſſe inſtituit.

*Atticus Epiſcopus, qualiter formata epiſtola fiat.*

GRæca elementa litterarum numeros etiam exprimere, nullus, qui vel tenuiter Græci ſermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epiſtolis canonicis, quas mos Latinus formatas appellat, aliqua fraus falſitatis temere præſumeretur, hoc a patribus CCCXVIII. Nicæam congregatis, & ſaluberrime inventum eſt, & conſtitutum, ut formatæ epiſtolæ hanc calculationis ſeu ſupputationis habeant rationem, Id eſt, ut aſſumantur in ſupputationem prima Græca elementa Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, hoc eſt Π. Υ. Α. quæ elementa octogenarium, & quadringenteſimum, & primum ſignificant numerum, Petri quoque apoſtoli prima littera, id eſt Π. quæ numerum octoginta ſignificat. Ejus quoque qui ſcribit epiſcopi prima littera; cui ſcribitur, ſecunda; accipientis tertia; civitatis de qua ſcribitur, quarta; & Indictionis, quæcumque eſt id temporis, idem qui fuerit numerus aſſumatur: atque ita his omnibus Græcis litteris, quæ, ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis, unam quæcumque collecta fuerit ſummam epiſtola teneat. Hanc qui ſuſcipit omni cum cautela requirat expreſſe. Addat præterea ſeparatim in epiſtola nonagenarium & nonum numerum, qui ſecundum Græca elementa ſignificat AMHN.

D

*Ex ſuperioribus liquet, numerorum qui in formatis obſervantur, alios in omnibus formatis eoſdem ſemper eſſe, alios in ſingulis diverſos: illos proinde omnibus communes eſſe, hos ſingularum proprios. Communes ſunt, qui fiunt ex primis litteris Patris, Filii, Spiritus ſancti, & Petri: nimirum ex litteris* Π. Υ. Α. Π. *quibus numeri reſpondent* XXC. CCCC. I. XXC. *atque ex omnibus litteris* AMHN. *quarum numeri ſunt* I. XL. VIII. L. *id eſt* ϟϛ' XICX. *omnium vero ſumma* DCLX. *Quare hic idem numerus formatis omnibus eſt communis, atque in omnibus idem eſt. Proprius autem, qui ex prima littera*

A

*ſcribentis, ſecunda ejus cui ſcribitur, tertia accipientis, quarta civitatis de qua ſcribitur, & ex Indictionis cujuſque nota ducitur: qui vix unquam in diverſis formatis conſentiunt. Eo fit ut in ſingulis diverſus exiſtat, ac diverſa proinde in diverſis utriuſque numeri ſit ſumma: quod ex ſequentibus formatarum exemplis patefiet, ſi prius quos numeros Græca littera ſignificent oſtenderimus.*

APPENDIX

*Quos numeros ſingula Græcorum elementa ſignificent.*

| | | |
|---|---|---|
| Α α 1. | Ι ι 10. | Ρ ρ 100. |
| Β β 2. | Κ κ 20. | Σ σ 200. |
| Γ γ 3. | Λ λ 30. | Τ τ 300. |
| Δ δ 4. | Μ μ 40. | Υ υ 400. |
| Ε ε 5. | Ν ν 50. | Φ φ 500. |
| ς' 6. | Ξ ξ 60. | Χ χ 600. |
| Ζ ζ 7. | Ο ο 70. | Ψ ψ 700. |
| Η η 8. | Π π 80. | Ω ω 800. |
| Θ θ 9. | ϟ' 90. | ϡ 900. |

## INDEX FOMATARUM Sequentium.

I. *Ebroini Bituricenſis archiepiſcopi ad Magnonem Senonenſem.*
II. *VVolfeonis epiſcopi Conſtantienſis ad Bernaltum Argentarienſem.*
III. *Teutgandi Trevirenſis epiſcopi ad Carolum regem, epiſcopos, &c.*
IV. *Joannis Cameracenſis epiſcopi ad omnes epiſcopos.*
V. *Liutadi epiſcopi Vincienſis ad VVanilonem Rotgomgenſem archiepiſcopum.*
VI. *Æneæ epiſcopi Pariſienſis ad Hincmarum Remenſem archiepiſcopum.*
VII. *Hedilonis epiſcopi Noviomenſis ad Didonem Laudunenſem epiſcopum.*
VIII. *Hedilonis ejuſdem epiſcopi ad Radulphum Laudunenſem epiſcopum.*
IX. *Ratbodi Trevirenſis archiepiſcopi ad Rotbertum Metenſem epiſcopum.*
X. *Dadonis epiſcopi Virdunenſis ad Rottrodam Trevirenſem archiepiſcopum.*
XI. *Durandi epiſcopi Arnenſis ad Radulphum Turonenſem archiepiſcopum.*

### I.

Ebroini Bituricenſis ad Magnonem Senonenſem archiepiſcopum pro Dodoberto presbytero, ut in ejus parochia apud Hercambaldum manere poſſit.

*Sancto & Deo amabili Magnoni dono Dei archiepiſcopo ex Senonica urbe, ego in Dei nomine Ebroinus dono Dei archiepiſcopus ex Biturige urbe, in Domino Jeſu ſalutem optamus vobis in perpetuum.*

DE cætero notum facimus ſanctitati veſtræ, quia iſtum præſentem presbyterum, nomine Dodobertum, parochianum noſtrum, in noſtra diœceſi natum, & ſacras litteras edoctum, ad ordinem ſacrum promoveri juſſimus. Poſtea vero

E

petiit a nobis licentiam, ut in veſtra parochia apud hominem aliquem nomine. Hercambaldum manere poſſit. Nos vero petitionem illius non denegavimus, niſi licentiam illi dedimus, quia ſcimus quod de bene liberis hominibus ortus ſit. Unde has litteras commendatitias, more eccleſiaſtico factas, ad ſanctitatem veſtram miſimus, ut ſcire valeat Deo digna caritas veſtra, eum nec fuga lapſum, nec ſua malitia a nobis ejectum, ſed noſtra voluntate deſtinatum. Et ut certius credatis, Græca elementa, quæ octogenarium, quadringenteſimum, & primum numeros exprimunt, in primis annexuimus. Π. Petri quoque nominis

APPENDIX

primam litteram ſumptam in medium adſcribere rogavimus. Nihilominus etiam parvitatis noſtræ nominis primam litteram B. magnitudinis veſtræ ſecundam litteram A. iſtius fratris nominis tertiam litteram A. divitatis noſtræ quartam Τ. & indictionem quartam adjunximus. Addidimus nonagenarium & nonum numerum; Id. Ϟ. & Θ Et inſequenter impreſſione ſigilli noſtri ſubterfirmavimus. & manu propria eam roboravimus, & a clericis noſtris roborari juſſimus. Actum in anno x. imperii domini noſtri Caroli, & anno XLIII. regni ejus: in Dei nomine feliciter. Amen.

*Indictio* IV. *& anni regni atque imperii Caroli magni, annum Chriſti deſignant* DCCCX. *ſummam vero numeri omnes formatæ comprebenſi efficiunt* MLXXIV. *Nam ad communem omnium formatarum numerum* DCLX. *adjiciendus eſt hujus proprius* CCCCXIV. *qui conflatur ex litteris* Ε.Α.Δ.Τ. *& indictione* IV.

## II.

Vvolfeonis Conſtantienſis epiſcopi ad Bernaltum Argentarienſem, pro Annone clerico, ut in parochia manere, & ad ſacros ordines promoveri poſſit.

Π.Τ.Α.Π. *ſanctiſſimo in Chriſto fratri, ſummaque dulcedine ampiectendo, Bernalto Argentarienſis civitatis epiſcopo, VVolfe, Conſtantienſis eccleſiæ præſul, perpetuæ beatitudinis optat in Chriſto ſalutem.* Τ.Ε.Ν.Σ.

DE cætero noverit ſancta fraternitas veſtra, quod iſte clericus, nomine Anno, noſtra in parœcia inſtructus ac detonſus, parvitatem noſtram rogavit, quatenus illi commendatitias litteras conſcriberemus, quibus veſtræ celſitudini commendatus, ſub tuitione veſtri regiminis degere poſſit. Cujus voluntati conſentientes, ſecundum canonicam autoritatem litteras ei dimiſſorias dedimus: per quas & ipſi concedimus, ut ſub veſtro magiſterio, Divinæ ſervituti inſiſtens, ſuæ deſerviat utilitati, & vobis licentiam tribuimus, ut ſi dignum eum judicaveritis, ad ſacros ordines promoveatis. Comendatum ergo eum curæ veſtræ ſuſcipite, & noſtris ex partibus abſolutum in veſtrarum ovium numero cuſtodite. Quas litteras, ut vigore veritatis firmatæ indubitanter a vobis ſuſcipiantur, litteris Græcis, ut canonica docet autoritas, confirmare ſategimus. Sancta Trinitas veſtram beatitudinem ad regimen ſanctæ ſuæ eccleſiæ perpetualiter bene valere concedat. ΠϚ. indictione x. Continet hæc formata epiſtola ſummam numeri MCCCXXV.

*Indictio* x. *& VVolfeonis epiſcopatus annum denotant* DCCCXVII. *Summa vero totius numeri ſub finem formatæ adſcripta conflatur ex numero communi* DCLX. *& ex proprio* DCLXV. *qui exſurgit ex litteris* Τ. Ε. Ν. Σ. *& Indictione* X. *una enim conjuncti reddunt* MCCCXXV.

## III.

Teutgaudi archiepiſcopi Trevirenſis epiſtola generalis ad Carolum Calvum regem, epiſcopos & alios univerſos, pro Hegilone presbytero ad ſanctorum loca peregrinante.

*Glorioſiſſimo & a Deo coronato magno & pacifico regi Karolo, & omnibus beatiſſimis præſulibus, cæteriſque in gradibus eccleſiaſticis ordinatis, & univerſis in regno ejus ſæcularem adminiſtrantibus dignitatem, ſeu cunctis fidelibus Domini noſtri Jeſu Chriſti adventum diligentibus, Teotgaudus humillimus Trevirorum archiepiſcopus plenam pacem, & perpetui gaudii optabilem implorat ſalutem.*

Ex Cod. Litterau.

QUia ſæpe fieri ſolet, ut magni viri, ſumma religionis arce conſpicui, virtutum robore prævaliai, armis juſtitiæ accincti, caſtitatis candore inſigniti, ſapientiæ decore præfulgidi, migrandi de ſuis locis concipiant amorem, quo per talem occaſionem humanam poſſint ſubterfugere laudem, & minoris meriti æſtimentur ab extraneis qui granditer honorificabantur a nobis. Plurima quippe ſunt iſtiuſmodi occaſionis veteris & novi teſtamenti hortamenta, & evidentiſſima præ oculis documenta, quæ vobis quia ſatis agnita eſſe non ambigimus, opportunius ea præterimus. Hac igitur feliciſſima conſuetudine, & ſaluberrima doctrina commonitus quidam frater nobis chariſſimus, & cunctis benevolentibus, nomine Hegilo, quia diœceſanus noſter erat, in noſtra videlicet diœceſi nutritus & tonſus, ſacroque dogmate ſanctarum ſcripturarum pleniſſime eruditus, & honeſtiſſime converſatus, atque in eccleſia nobis commiſſa ad ſacerdotii dignitatem fuerat promotus, licentiam a nobis petiit, ut more canonico abſolutione ſuſcepta, & largita ſibi benedictione, tutius atque ſecurius loca ſanctorum viſitare, & ad veſtram præſentiam liberius ac familiarius accedere valeret, ad quemcumque ex vobis illum itineris varietas perduxiſſet. Itaque nos petitioni ejus aſſenſum tribuentes, & venerationi illius conſentientes, acquievimus conſentiendo quod ſecundum Deum deſiderare videbatur. Quocirca ſuppliciter deprecamur, & obnixe depoſcimus humanitatem veſtram, ut honorabiliter ſuſceptum, ſicut Dei templum, & habitaculum Spiritus ſancti, veluti manſionem ſanctæ Trinitatis, quemadmodum pretioſiſſimum membrum Chriſti, ſicuti auctum dono & largitate ſeptiformis gratiæ Dei, quocumque pervenerit, ſive modico, ſeu largiori ſpatio apud vos moraturus, benigne tractetis, humane exhibeatis: ut Chriſtum in eo ſuſcipientes, prout rogamus, fideliter, pro illo meritum munificentiæ veſtræ acquiratis æternaliter. Denique cum propter memorabilem juſtificationum ipſius prærogativam has vobis pacificas litteras porrigere decerneremus, operæ pretium fore arbitrati ſumus, ut Græca quoque elementa ex nomine Patris Π. & Filii Υ. & Spiritus ſancti Α. primam quoque litteram ex nomine beati Petri apoſtoli Π. & Amen in fine inſereremus, cum litteris nihilo minus Græcis ſummam illarum demonſtrantibus ΦΞΑ. ut per hoc vobis evidentius luceret honorificentia ejus quem exoramus, præfixis apicibus ſanctæ Trinitatis, ut ſacroſancta Trinitas illum ubique conſervet, muniat, atque defendat, intercedente beato Petro apoſtolo. AMHN vero in extremo apponere ſtuduimus, optantes ut iter illius ſalubriter dirigatur, oculis divinæ majeſtatis efficiatur acceptabile, receptabile ſanctis, & memorabile in æternum, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Hac ratione in hac epiſtola Græca elementa poſuimus, non ut canonicam formatam formaremus, ſed ut eidem etiam intimato Hegiloni proſpera per elementa indita precaremur. Valete. Dextera Dei Patris, per quem facta ſunt ſæcula, religionem veſtram tueatur, & bonam impleat voluntatem juxta deſiderium veſtrum, omnes fideles & cuncti beatiſſimi fratres, cum rege Karolo, a Rege omnium regum pro magnis meritis in perpetuum coronandi. Amen.

*Theutgaudi epiſcopatus Caroli Calvi congruit temporibus, ſed Indictio hic nulla eſt, ex qua de anno Chriſti ſtatuere liceat. De numeris autem, cum alii ſint communes omnium, ut dictum eſt, alii proprii cujuſque formatæ, propriis omiſſis communium tantum ſummam, neque illam integram, Græcis litteris ex-*

*expreſſa* ΦΚΑ *id eſt* DLXI. *Nam adjicienda erant* XCIX. *quæ in* AMHN. *continentur, ut fieret integra ſumma* DCLX.

## IV.

### Joannis epiſcopi Camaracenſis epiſtola generalis ad omnes epiſcopos, pro Urſione presbytero, ut in qualibet illorum parochia recipi poſſit.

*In nomine* Π.Υ.Α.Π.Ι.Π.Ξ.Α. *Indictione* XIII. AMHN. *Omnibus ſanctæ matris eccleſiæ paſtoribus, pio ſolicitudinis ſtudio filiorum ipſius curam gerentibus, Joannes Camaracenſis ſanctæ matris eccleſiæ epiſcoporum extimus, inoccidua proſperitatis tripudium.*

ANNO CHRISTI 865.

PErmaximo ſcelerum pondere prægravati, non ſolum paganorum, verum etiam pſeudochriſtianorum creberrimis atterimur infeſtationibus. Quocirca gregem Divina noſtræ ſolicitudinis providentia commiſſum intra proprii ovilis ſepta paſtoralis nequit regere vigilantia. E quibus præſens ſacerdos, Urſio vocabulo, a beatæ recordationis prædeceſſore noſtro Teuderico, apud matrem eccleſiam noſtram per omnes gradus canonice promotus, religioſeque dum licuit converſatus, ſuppliciter efflagitavit litteras, Græcorum elementis impraevaricabilibus ſanctiſſimi Nicæni concilii decretis roboratas; noſtra paſtorali indulgentia ſibi largiri, quibus munitus dimitti, & quocumque ſibi aptum reperiſſet locum, poſſet canonice recipi, ac miniſterium divinitus ſibi conceſſum peragere. Nos igitur hujuſmodi petitionem ſuſcipientes, noſtræ etiam atque ipſius miſeriæ condolentes, omnique carentem dolo cognoſcentes, migrandi facultatem liberaliſſime indulſimus, eminentiam veſtram, ad quos pervenerit, obnixe expoſcentes, ut in ſacroſancto veſtræ paternitatis gremio eum ſuſcipientes, miniſterii ſui officium intra veſtram diœceſin celebrare ſinatis. Ut vero hi noſtræ parvitatis apices verius credantur, Græcorum numerum ſuis ſupputationibus inſeruimus. Patris videlicet primam Π. Filii quoque primam Υ. & ſancti Spiritus Α. Petri etiam apoſtolorum principis primam Π. noſtri quinetiam nominis primam Ι. quoniam ignoramus cujus pontificis diœceſin nominatim adire debeat, pro ſpeciali littera nominis epiſcopi, quæ hoc loco deberet eſſe ſecunda, generalis ibidem nominis ſecundam ponimus, quæ eſt Π. quæ ſimiliter ſignificat octoginta. Iſtius inſuper fratris tertiam Σ. quartam nihilo minus urbis noſtræ litteram Α. cum indictione inſtantis anni XIII. ſubnectentes AMHN. Ideo vero hæc innexa ſunt, ne forte beatitudinis veſtræ pura quæ eſt in Chriſto ſimplicitas aliquo fraudis obnubiletur acceſſu: & ut profecto ſciatis hunc fratrem neque fuga lapſum, nec alicujus criminis nævo fuſcatum, ſed inſtante Normannorum feritate nolentem propulſum. Valeat ſanctitas veſtra ſuperno propitiante Chriſti clementia munita præſidio. Summa numerorum epiſtolæ DCCCCLXIV.

*Indictio* XIII. *& epiſcopatus Joannis Camaracenſis, annum deſignant* DCCCLXV. *Summa numerorum ad calcem adjecta, & initio quoque ſuis litteris expreſſa, conſtatur ex numero communi* DCLX. *& ex proprio hujus formatæ* CCCIV. *qui conficitur ex litteris Græcis* Ι.Π.Σ.Α. *& indictione* XIII.

## V.

### Liutadi epiſcopi Vincienſis ad Vvenilonem Rotomagenſem archiepiſcopum, de Vulfado diacono, quem olim ſibi traditum ab Ebbone Remenſi, nunc ipſi concedit.

Π.Σ.Α. *Reverentiſſimo & ſanctiſſimo patri VVeniloni Rotomagenſi archiepiſcopo Liutadus Vincienſis epiſcopus æternam in Domino ſalutem.*

ANNO CHRISTI 868.

Ex vet. cod. Vaticano.

OPtarem valde, ſi nobis ſpatia terrarum ſinerent, fraternum & amiciſſimum vobiſcum habere colloquium, atque de noſtris communibus opportunitatibus tractare. Sed quia id prolixitas itineris denegare videtur, veſtram ſanctitatem humiliter exoro, ut mei memoriam coram ſancto altari habere dignemini, veſtræque me commendare eccleſiæ, quoniam veſtram caritatem jam in gremio eccleſiæ noſtræ recepimus, & pro vobis quotidianis precibus Deum exoramus. Cæterum comperiat ſanctitas veſtra, quemdam fratrem noſtrum, & filium eccleſiæ noſtræ, nomine Vulfadum, ſubdiaconum me petente traditum mihi per litteras, quas eccleſiſtica conſuetudo formatas appellat, a venerabili Ebbone quondam Remenſi archiepiſcopo. Et quia impendentibus quibuſdam cauſis, poſtquam mihi traditus erat, in propria remanſit eccleſia, me ſuggerente ordinavit eum idem Ebbo in gradu diaconatus. Nunc autem, quia ſcitis eum propter cauſas neceſſarias in partibus veſtris morari, ſicut mihi commendatus erat, vobis eum committo, veſtræque cuſtodiæ & providentiæ delego, & ut ad majores gradus eum provehatis ſuppliciter exoro. Credimus enim quoniam & ſapientia & mores ad hoc eum dignum indicant. Commendamus igitur veſtræ beatitudini, eccleſiæque veſtræ, præfatum fratrem noſtrum Vulfadum, & de profectu ejus petimus vos lætari in æternum. Ac ſicut mos eccleſiaſticus eſt, & inventum ac conſtitutum a CCCXVIII. in Nicæna ſynodo epiſcopis, formatam epiſtolam facientes, ut in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis noſtrum opus largitionis & dimiſſionis hujus noſtri dilecti fratris roboratum, fructuoſius & utilius fieret, in ſupputatione calculationis aſſumpſimus prima elementa Græca, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Π.Υ.Α. quæ octogenarium, & quadringenteſimum, & primum ſignificant: noſtram quoque qui ſcribimus primam litteram Λ. veſtramque cujus beatitudinis ſcribimus ſecundam Υ. accipientis fratris tertiam Λ. civitatis noſtræ, de qua ſcribitur, quartam Σ. Indictione I. canonicum ordinem tenentes, huic noſtræ epiſtolæ affigimus: atque Græcarum litterarum numeros in ſummam collectos epiſtolam tenere facimus, id eſt, LXXX. CCCC. I. XXX. CCCC. XXX. CC. I. ut per omnia rata & legitima noſtræ dimiſſoriæ autoritas procederet. Separatim autem, ut epiſtolam clauderemus, nonagenarium & nonum numerum Græcis elementis etiam ſignavimus, & omnino firmavimus. ϟθ.

*Indictio* I. *& VVenilonis epiſcopatus congruunt anno Chriſti* DCCCLXVIII. *Proprius formatæ numerus,* DCLXI. *quem efficiunt litteræ* Λ.Υ.Λ.Σ. *& indictio* I. *Numerus communis, non* DCLX. *ut in aliis, ſed* DXXC. *omiſſa littera* Π. *quæ prima erat nominis Petri. Summa ergo utriuſque numeri* MCCXLI.

APPENDIX

## VI.

Æneæ Pariſienſis epiſcopi ad Hincmarum Remenſem, ut ei Bernonem acolytum in parochia ſua retinere & ordinare liceat.

*Hincmarus nomine non merito Remorum epiſcopus, ac plebis Dei famulus dilecto fratri & venerabili epiſcopo Æneæ ſalutem.*

NOſtri fratres de monaſterio ſancti Dionyſii, per licentiam domni abbatis Hludovici, ad educandum atque erudiendum commiſerunt mihi quemdam adoleſcentem nomine Bernonem, quem veſtra fraternitas acolytum ordinavit. Propterea, quoniam ſine veſtra licentia eum nolumus in noſtra eccleſia diutino tempore immorari, petimus dilectionem veſtram, ut de illo nobis litteras canonicas faciatis, quatenus eum in eccleſia noſtra poſſimus regulariter ordinare.

*Venerabili in Chriſto patri Hincmaro Remorum archiepiſcopo, Æneas ſanctæ Pariſiacenſis eccleſiæ epiſcopus in Domino ſalutem.*

CAnonica atque eccleſiaſtica ſancit auctoritas, ut nemo epiſcoporum alterius eccleſiæ ordinatum, ſine conſenſu, vel litteris dimiſſoriis illius epiſcopi, cujus ordinatus fuerat, in propria parochia retinere aut ordinare præſumat. Hanc denique inſtitutionem ſanctorum patrum pleniſſime retinentes, rogaſti vobis quemdam eccleſiæ noſtræ filium, & a nobis nuper acolytum ordinatum, nomine Bernonem, qui cauſa diſcendi atque educandi veſtris in partibus quondam miſſus, &c. *reliqua deſunt.*

## VII.

Hedilonis epiſcopi Noviomenſis ad Didonem Laudunenſem pro Arnegiſo presbytero, ut in ejus parochiam migrare, ipſique ſubjici liceat.

Ex cod. Laudunenſi.

*In nomine Patris* Π. *& Filii* Υ. *& Spiritus ſancti* Α. *Hedilo Noviomagenſium epiſcopus Didoni ſancto & venerabili coepiſcopo æternam in Domino felicitatem.*

ANNO CHRISTI 891.

COmperiat dilectio veſtra, quod Arnegiſus presbyter, frater ac filius noſter, petiit, ut per meam licentiam, & a me formatam epiſtolam, ſecundum auctoritatem canonicam, ſicut inter dantem accipientemque fieri oportet, veſtræ ditioni ſubiici valeret. Miſimus ergo vobis hanc epiſtolam canonica inſtitutione formatam, ut cognoſcatis juſtam atque canonicam eum a me accepiſſe licentiam. Tria ſiquidem Græca elementa prius inſerta octogenarium, & quadringenteſimum, & primum continent numerum. Ex nomine quidem Petri apoſtoli prima littera, id eſt Π. ſimiliter, ut prius, octoginta exprimit. Ex noſtræ parvitatis nomine ſimiliter prima littera, id eſt Ε. quinto congruit numero: veſtræ quoque ſanctitatis ſecunda nominis littera, id eſt Ι. procul dubio denarium format numerum. Præfati presbyteri ex ipſius nomine tertia, id eſt Ν. numerum oſtendit quinquageſimum. Denique ex noſtræ civitatis nomine quarta, id eſt Ι. decimum, ut ſupra, exprimit numerum. Sed & veſtræ civitatis quinta littera ipſius nominis, id eſt Υ. quadringenteſimum approbat numerum. Eſt etiam nunc Indictio XI. Addidimus inſuper nonagenarium nonum numerum, qui ſecundum Græca elementa ſignificat AMHN. Summa vero totius numeri in omnia ducti complet MCXLVX. Hæc autem omnia requirenda ſunt diligenter, & cum omni cautela. Data VII. Kalendas Octobris.

*Indictio* XI. *epiſcopatus Heidilonis & Didonis, annum Chriſti deſignant* DCCCXCII. *Summa porro numerorum, quæ ſub finem adſcripta eſt* MCXLVI. *ex communi numero ducitur,* DCLX. *& ex proprio,* CCCCXXCVI. *qui fit ex litteris* Ε. Ι. Ν. Ι. Υ. *adjecta Indictione* XI. *Peculiare igitur eſt huic formatæ, quod quintam quoque litteram obſervat civitatis epiſcopi ad quem ſcribit.*

## VIII.

Heidilonis ejuſdem epiſcopi Noviomenſis ad Rodulfum Laudunenſem pro Rotgero diacono, qui in illius parochiam transferri expetierat.

*In nomine Patris* Π. *& Filii* Υ. *& Spiritus ſancti* Α. *Heidilo ſuperna ejuſdem Patris, & Filii, & Spiritus ſancti favente clementia, Noviomenſium humilis epiſcopus, ſancto & venerabili ac cariſſimo nobis Rodulfo ſanctæ Laudunenſis eccleſiæ epiſcopo, geminam in Chriſto pacem exoptat & gloriam.*

ANNO CHRISTI 902.

VEſtræ intueatur magnitudinis experientia, hunc præſentem clericum nomine Rotgerum, a nobis per ſingulos eccleſiaſtici honoris gradus ad onus diaconi fore promotum. Iſdemque frater ob ſui commodam facultatem a noſtra ſaluberrime & juſte expetiit mediocritate licentiam ad vos eundi, & in veſtra parochia commorandi, ac penitus diſcedendi. Nos itaque petitioni ejus, quam non ſubdolam, ſed veram agnovimus, libenter aſſenſum præbuimus, & effectum juſtum & congruum minime denegavimus. Quocirca totis viribus conquiniſcentes celſitudinem veſtram humiliter obſecramus, ut eum veſtra paterna ſolicitudo dignanter excipiat, & ut pius & prudens paſtor ac pater in gremio veſtræ dilectionis accipite. Vita vero & moribus hactenus inter noſtros probum laudabilemque ſciatis: * ſcientiæ denique capax miniſterii ſibi commiſſi, quantum autumamus, officium ſcire dignoſcitur. Nos etiam more canonico hanc ei formatam epiſtolam, ſecundum decreta Nicæni concilii Græcis characteribus inſignitam, vobis deferendam conceſſimus: per quam ipſum veſtræ tuitioni committimus, & a noſtra parochia penitus ſequeſtramus. In qua quidem, poſt Æolica ſuperius elementa in ſupputatione Patris, & Filii, & Spiritus ſancti aſſumpta, Petri quoque primum elementum Π. ut nos corde fidem ſanctæ Trinitatis habentes, confiteamur ore ad ſalutem, per ejuſdem principis apoſtolorum doctrinam, rationabili ordine ſubnexuimus Et ne aliqua fraus falſitatis in ea locum obtinere prævaleat, nominis noſtri qui ſcribimus primam litteram H. cui ſcribitur ſecundam O. veſtri tandem qui accipitis tertiam Δ. civitatis noſtræ inſuper addentes quartam I. cum Indictione V. Hujus igitur calculationis ſummam in unum pariter comprehenſam, ita diligentius annotare ſtuduimus Π. LXXX. Υ. CCCC. Α. I. Π. LXXX. H. VIII. O. LXX. Δ. IV. I. X. Addidimus præterea nonagenarium & nonum numerum, qui ſecundum Græca elementa ſacratiſſimum Domini noſtri Jeſu Chriſti ſignificat juramentum Ϟ. XC Θ. IX. Optamus felicitatem veſtram valere hic & in ævum.

* Forte ſcientia. H.

*Indictio* V. *cum Heidilonis & Rodulphi epiſcoporum annis comparata, Chriſti annum indicat* DCCCCII. *Numerorum qui ex propriis formatæ notis conflatur, ſumma eſt* XCVII. *quæ communi numero* DCLX. *adjecta, utriuſque ſummam reddit* DCCLVII.

## IX.

## IX.

Ratbodi Trevirenſis archiepiſcopi ad Rotbertum epiſcopum Metenſem, pro Giſlemaro presbytero, ut ei deinceps in ipſius parochia degere liceat.

*In nomine* Π. *Patris*, *&* Υ. *Filii*, *&* Α. *Spiritus ſancti*, *Ratbodus ſanctæ Treverenſis eccleſiæ ac plebis ipſius humilis famulus*, *Rotberto reverendo ſanctæ Metenſis eccleſiæ antiſtitis*, *in Chriſto principe paſtorum manſuram cum gaudio proſperitatis*, *ac perpetuitatis*, *gloriam*.

ANNO CHRISTI 905.

Ivo part. 6. cap. 434.

DEcreta ſanctorum trecentorum decem & octo patrum Nicææ conſtitutorum ſaluberrima ſervantes, Deo dignam piamque fraternitatem veſtram canonice aggredimur, & ſub nomine formatæ epiſtolæ reverenter veſtram ſanctitatem adimus: vobis videlicet intimando, quia præſenti presbytero noſtro, nomine Giſlemaro, has dimiſſorias dedimus litteras, quem in noſtra diœceſi eccleſiaſtice educatum, de ordine clericatus ad presbyteratus proveximus gradum. Ut his canonicis munitus apicibus, cum noſtra licentia ei in veſtra parochia ſub defenſione ac regimine veſtræ caræ dilectionis degere liceat: illumque in ſinu ſanctæ matris eccleſiæ canonice fovendum ac regendum vobis committimus. Hanc ergo epiſtolam Græcis litteris hinc inde munire decrevimus, & annulo eccleſiæ noſtræ bullare cenſuimus. Chriſtus paſtorum princeps, interventu beati Petri, cui ſpecialiter ovile Dominicum commiſſum eſt, fraternitatem veſtram ad cuſtodiam ſui gregis diu nobis conſervet incolumen. AMHN. Summa horum MCDXXXIX. Π.Υ.Α.Ρ.Ο.Σ.Τ.Θ. AMHN.

Data Treveris Idibus Octobris, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCVI. Indictione IX.

*Indictio* IX. *Idibus Octobris*, *& epiſcopatus Ratbodi*, *congruunt anno Chriſti* DCCCCV. *Summa numerorum quæ ſub finem adſcripta eſt*, *colligitur ex numero communi* DCLX. *& ex proprio* DCCLXXIX. *qui fit ex litteris* Ρ.Ο.Σ.Τ. *& Indictione* IX. *Utriuſque enim numeri ſumma*, MCDXXXIX.

## X.

Dadonis epiſcopi Virdunenſis ad Ratbodum Trevirenſem, pro Adruino presbytero, ut ei deinceps in ipſius parochia manere ac cenſeri liceat.

*Reverentiſſimo & ſanctiſſimo Ratbodo ſanctæ Treverenſis eccleſiæ archiepiſcopo*, *Dado Virdunenſis eccleſiæ devotus gregis Chriſti famulus*, *in Domino vero ſummæ felicitatis beatitudinem*.

ANNO CHRISTI 906.

Ivo part. 6 cap. 431. Matth. 10. Rom. 12.

CUm ſancta catholica eccleſia promota ſit ſe qui documenta evangelica, quæ dicunt: *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ*, *mercedem prophetæ accipiet*, *& qui recipit juſtum in nomine juſti*, &c. & Apoſtolus jubeat hoſpitalitatem ſectari, & neceſſitatem ſanctorum virorum communicare: tamen propter eos qui cauteriatam habeant ſuam conſcientiam, dicentes ſe eſſe ſimplices, cum ſint aſtutia diabolica repleti, & pro opere pietatis dicunt ſe de loco ad locum tranſire, cum ſint ſua malitia faciente fugitivi, & dicunt ſe eſſe miniſterio ſacro inſerto, cum non ſint: ſtatutum eſt a ſanctis patribus, neminem clericum alienum & ignotum recipi ab aliquo epiſcopo, & inthronizari in ſua eccleſia, niſi habeat a proprio epiſcopo epiſtolam, quæ in canonibus nominatur formatæ. Ideo notum facimus paternitati veſtræ, quod præſens frater noſter harum litterarum portitor, nomine Adruinus, non pro ſua nequitia expulſus eſt a nobis, ſed poſtulantibus fratribus noſtris, eo quod ex familia noſtra fuit, dedimus ei libertatem receptam a cornu altaris canonice, & ordinavimus eum ad gradum presbyterii. Cui etiam has dimiſſorias, ſive commendatitias litteras fecimus, & eum ad veſtram dilectam fraternitatem dirigimus, ut in veſtra parœcia ſub veſtro ſacro regimine & defenſione conſiſtere valeat. Ego, inquam, in nomine Π. Patris, & Υ. Filii, & Α. Spiritus ſancti, & in unitate ſanctæ eccleſiæ, in qua Petro datum eſt jus ligandi atque ſolvendi, abſolvo Dado humilis epiſcopus presbyterum Adruinum de civitate Virdunenſi, Indictione IX. & licentiam do vobis, Ratbode, venerabilis archiepiſcope, inthronizandi eum in quacumque eccleſia vultis veſtræ parœciæ. Dilectam paternitatem veſtram virtutum floribus inſignitam, omnipotens Deus conſervare dignetur. AMHN. DCCLXXVIII. Π.Υ.Α.Π.Α.Δ.Δ.Θ.Ϛ.Θ.

Data quinto Idus Maii, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCVI. Indictione IX.

*Indictio* IX. *menſe Majo*, *& epiſcopatus Dadonis*, *anno Chriſti competunt* DCCCCVI. *Numerorum autem ſumma*, *quæ ſub finem exprimitur*, *& Græcis litteris deſignatur*, *fit ex numero communi* DCLX. *& ex proprio* CXVIII. *quem reddunt litteræ* Δ.Χ.Ρ.Δ. *cum Indictione* IX. *Omnium enim una ſumma eſt* DCCLXXVIII.

## XI.

Π.Υ.Α.Π.Δ.Α.Θ.Η.Μ.Χ. Durandi epiſcopi Arvernorum ad Radulfum Turonenſem, pro ſubdiacono quodam, quem ejus curæ committit.

*Durandus Dei gratia Arvernenſis epiſcopus Rodulfo excellentiſſimo Turonenſi archiepiſcopo*, *quod in terra felicius*, *vel beatius in cælo*.

Ex cod. S. Albini Andegav.

COmperiat dilectio veſtra, quod hic præſens ſubdiaconus, quem manu propria conſecravimus, miſericorditer formatam a nobis expetiit epiſtolam, & omnem auctoritatem canonicam, ſicut inter dantem & accipientem fieri oportet; quatenus hac auctoritate ſecurus, jure veſtræ ditioni ſubjici valeret. Cujus petitionibus annuentes, mittimus nobilitati veſtræ hanc epiſtolam canonica inſtitutione formatam, ut quem ſanctitatis veſtræ amodo cuſtodiæ rogando committimus, cum libera noſtra conceſſione ad quodcumque officium, ſeu ad quemcumque gradum viſum fuerit, promoveatis. & omnem quam erga eum hactenus poteſtatem nobis licuit, exercere ſit vobis licitum. Et ut nullus in veſtro animo ſcrupulus hæſitationis remaneat, ea ſigna quæ ſancti patres in Nicæno concilio ſtatuere in hujuſmodi epiſtolis ſcribenda, in primis & ultimis annotavimus. AMHN.

*Litteræ fronti præfixæ non ſatis integræ videntur*, *& ſubdiaconi nomen non expreſſum rem obſcuram facit*. *De tempore autem formatæ conjicere licet ex obitu Durandi*, *quem incidiſſe conſtat in annum* MXCV. *ſub initium concilii Arvernenſis Urbani* II. *Hactenus ergo formularum exempla* XI. *quæ propoſueramus*, *auctorum ſuorum nominibus inſignitas quibus addi poteſt extremo loco & aliud generale*, *quod inter formulas veteres poſt Marculfum editas legitur numero* XII. *Sic autem habet*:

## XII.

Formula generalis epiſtolæ formatæ.

*In Dei nomine ſanctiſſimo ac reverendiſſimo fratri Illi epiſcopo*, *Ille Illius urbis epiſcopus*, *in Domino ſempiternam ſalutem*.

COgnoſcat fraternitas ſeu caritas veſtra, quia iſte præſens presbyter nomine Ille, in parochia & in eccleſia noſtra ſacris litteris educatus fuit, & ab infantia fuit apud nos, ſeu prædeceſſores noſtros, bonum habens teſtimonium, bonamque continentiam & innocentem vitam deducens. Unde placuit illi modo, ut ad aliam eccle-

APPENDIX

eccleſiam ſe converteret, volens ſibi quærere ſeniorem, qui ſe de rebus temporalibus adjuvet, & cui ille ſecundum miniſterium, quod ſibi injunctum eſt, obſequium præbeat. Unde veſtram fraternitatem compertam facimus, ut cuicumque placuerit eum ſuſcipere, abſque ulla ambiguitate hoc faciat: ſciens illum & boni eſſe teſtimonii, & a nobis ſibi ab eccleſia, quæ nobis ad regendum conceſſa eſt, migrandi licentiam accepiſſe. Et ut hæ litteræ firmiorem obtineant dignitatem, meliuſque eis fides adhibeatur, manu noſtra eas ſubterfirmavimus.

# APPENDIX MISCELLANEA
## FORMATARUM ET DIVERSARUM FORMULARUM
# A P. JOANNE DOMINICO MANSI
## COLLECTARUM.

### MANUMISSIO

*Sine qua ex familia nemo propria ad Sacros Ordines promovere valet.*

Ex MS Cod Buſchi

AUctoritas Eccleſiaſtica patenter admonet, inſuper & majeſtas Canonicæ Religioni aſſenſum præbet, ut quemcumque ad Sacros Ordines ex familia propria promovere Eccleſia quæque delegerit in præſentia Sacerdotum Canonicorum ſimul & nobilium Laicorum & cui ſubjectus eſt, manumiſſione ſub libertatis teſtamento ſolemniter roboretur. Idcirco in Dei nom quemdam Eccleſiæ noſtræ famulum, nomine talem, ſacris dignum Ordinibus, eccleſiaſticis eruditum diſciplinis ad altaris cornu palam inſignibus viris civem Romanum ſtatuo per hoc ſacræ auctoritatis teſtamentum, ita ut ab hodierno die & tempore bene & inconvulſe ingenuus, atque ab omni prorſus vinculo permaneat ſecurus, tamquam ſi ab ingenuis procreatus fuiſſet parentibus, vel natus, idemque pergat quamcumque volens elegerit canonice partem, portas habens apertas intrandi, exeundi juxta regulam obnoxe roboratam ita ut deinceps nec nobis illum, nec ſucceſſoribus noſtris noxialis debeat conditionis ſervitium, neque aliquid libertinitatis obſequium cuiquam impendat. Sed ob amorem, honoremque Domini noſtri Jeſu Chriſti, ad cujus militiam electus eſt, abſolutus atque velut civis Romanus a cunctæ catena ſervitutis ereptus ſub integra plenaque ingenuitate conſiſtens, ſecurus cunctis diebus vitæ ſuæ permaneat. Quatenus per hanc abſolutionem ſecurius, liberiuſque, atque honeſtius Divinæ potentiæ cui mancipatur, Domino adjuvante famulari valeat, & per hunc manumiſſionis atque ingenuitatis titulum bene ſemper ingenuus, atque inconvulſe ſecurus ab omni ſervitutis occaſione noxilialis exiſtat. Suum vero peculiare, quod nunc habet, aut ex hoc adipiſci valuerit, liberam diſponendi, cum voluerit, habeat poteſtatem agatque inde ſecundum canonicam auctoritatem libere qualiter ei libuerit. Ut autem pro reverendis cultibus venerabiliter ſolemniterque abſolutio celebrata, atque ingenuitatis auctoritas inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmavimus. Sacerdotes quoquæ, & inſtitutionis canonicæ clericos, nec non & inclitos præſentes laicos roborandam ſubter firmare cum ſtipulatione ſubnixe rogavimus.

*Aliud exemplar libertatis.*

Ex MS Cod Barberinæ Bibliothecæ n. 2370

AUctoritas eccleſiaſtica patenter admonet, inſuper & majeſtas regia canonicæ Religioni aſſenſum præbet, ut quemcunque ad ſacros ordines ex familia propria promovere eccleſia quæcunque delegerit, in præſentia ſacerdotum canonicorum ſimul, & nobilium laicorum, ejus cui ſubjectus eſt ſubſcriptione, vel manumiſſione ſublibertatis teſtamento ſolemniter roboretur. Idcirco ego ili. annuente Xpto ſanctæ Lucenſis eccleſiæ epiſcopus quemdam eccleſiæ noſtræ famulum, nomine ill. ſacris ordinibus oblatum ad altaris cornu, nobilium virorum in præſentia per hoc auctoritatis teſtamentum ſtatuo, ita ut ab hodierno die & tempore bene ingenuus atque ab omni ſervitutis vinculo ſecurus permaneat, tamquam ſi ab ingenuis fuiſſet parentibus procreatus vel natus, eamdemque pergat partem quamcunque volens canonice elegerit. Ita ut deinceps nec nobis, neque ſucceſſoribus noſtris ullum debeat noxiæ conditionis ſervitium. ſed omnibus diebus vitæ ſuæ ſub certa pleniſſimaque ingenuitate ſicut alii cives Lucenſes per hunc manumiſſionis atque ingenuitatis titulum bene ſemper ingennus atque ſecurus exiſtat. Secum vero peculiare quod habet, aut quod ab hinc aſſequi poterit; faciat interim ſecundum canonicam auctoritatem libere quicquid voluerit. Et ut hæc ingenuitatis pagina inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria illam roboravimus.

Extat in MS Cod. Barberino 2370. in exordio Collection. Can. S. Anſelmi Lucenſis

*Libellus accuſationis.*

EUgenius Papa Die Martis apud prædictum Dominum Eugenium Papam Johannes Presbyter profeſſus eſt, ſe Lanfrancum Ticinenſem Epiſcopum lege canonum de Simonia reum deferre, quod dicat, eum cum Alberto Diacono in civitate Nonoria domo Petri Ruffi menſe Aprili Papa Lucio anno I. commiſiſſe Simoniam. Ego Johannes presbyter profiteor me hujus libelli auctorem.

*Affertur a Ballerinis S. Leonis M. Oper. to. III. pag. CCXCIX.*

*Formula Profeſſionis Religioſæ in Ordine Canonico.*

Ex MS Cod Piſtorien.

CUm legaliter ſancitum teneatur ego *ill.* offero atque trado me ipſum catholicæ eccleſiæ, iſtis Sanctis *ill.* vel Sanctæ, & Domno ac Præpoſito ſecundum regulam canonicam fideliter ſerviturum, pallio altaris manibus involutis cum oblatione mearumque rerum elatione ad uſum & ſumptum fratrum Canonicorum ibidem pro tempore deſervientium, ita ut ab hac die non liceat mihi collum excutere de jugo regulæ, ſed magis ejuſdem regulæ fideliter inſtituta ſervare & Domino cum ceteris grato animo militare; & ut hæc mea promiſſio firma permaneat &, manu mea firmavi, teſtibuſque roborans.

*FINIS TOMI DECIMISEXTI.*